

Digitized by Google

Digitized by Google

37
13 D
1

MAG 117

Digitized by Google

37.13. D. 1

RERUM BOICARUM SCRIPTORES.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Historia Veritati pennas Tempori ereptas offert.

...auffer del. | Joh. Rud. Sturcklin ...

RERUM
BOICARUM
SCRIPTORES
NUSQUAM ANTEHAC EDITI
QUIBUS
VICINARUM QUOQUE GENTIUM
nec non GERMANIÆ univerſæ
HISTORIÆ
EX MONUMENTIS GENUINIS
HISTORICIS ET DIPLOMATICIS
PLURIMUM ILLUSTRANTUR.

Ex Membranis & Chartis vetuſtis collegit, deſcripſit
ac
Monitis præviis Indiceque copioſiſſimo
inſtruxit atque edidit
ANDREAS FELIX OEFELIUS
MONACENSIS.



TOMUS I.





AUGUSTÆ VINDELICORUM
Sumptibus IGNATII ADAMI & FRANCISCI ANTONII VEITH Bibliopolarum.
ANNO MDCCLXIII.

V. Cl. Marcus Velserus

Rerum Boicarum *L. I.*

Unum beneficii genus, quod nemo unquam bonus contempſit, Nominis Rerumque geſtarum Famam, diuturni temporis vetuſtate langueſcentem atque intermorientem, ex ſitu & tenebris in vitæ quodam modo lucem & ſplendorem revocare.

Digitized by Google



SERENISSIMO PRINCIPI
MAXIMILIANO III.
POTENTISS. BOIORUM DUCI
S.R.I. NOVEMVIRO
COM. PAL. RHEN.
INVITATIS EXCITATIS MANUMISSIS
INGENIIS
MUSIS ET INGENUIS ARTIBUS
INDULGENTISSIMO PRINCIPI
RERUM BOICARUM SCRIPTORES
NUSQUAM HACTENUS EDITOS
POSTERIS ET EXTERIS
LUCUBRATOS DESTINATOS DEBITOS
REMOTARUM VICINARUMQUE GENTIUM
EXEMPLO
OBLIVIONI IGNAVIÆ INVIDIÆ
SUBTRACTOS RECENSITOS RECOGNITOS
GENTIS ET DOMUS AUGUSTÆ
PERENNITATI
DICAT DEDICAT CONSECRAT
SUBD. OBEDIENTISS.
.EDITOR.

Georg Sig Roſch Ser. El. Bav Cal. Aul. inv del. et ſc.

Digitized by Google

PRÆFATIO
AD LECTOREM.

Inter primos Germaniæ populos *Hiſtorias* habuere Boji, ſed quales nimirum tempora ferebant, barbariem ſeculi ſui referentes, & illiteratiſſimis literis ſalebroſas. Rumuſculi e vicinis petiti, affectus domi nati, aut longinqua mendacia in locum teſtium ſucceſſerant, ſolaque ſcribentis auctoritas pro fide erat; ſive id pro reliqua credulitate ævi, ſive ſpecioſiori titulo conſcientia virtutis. Sumebant ſibi id muneris, quo non aliud magis publicum, ii potiſſimum, penes quos ſolos quidquid erat literarum, tum manebat, quibusque inſtitutum vitæ a curis negotiisque remotum, id genus otii fere unis concedebat. Quo quidem in munere plerumque ita verſati ſunt, ut *tres illos Hiſtoriæ ſcopulos* (ut eos fere deſignat Seldenus, Anglorum ille Grotius (a)) ***reipublicæ inſcitiam, aſſentandi libidinem & odium in Dominantes*** parum caute præterveherent, in ***quartum*** vero eumque omnium maxime prominentem ***fabularum terriculamentorumque***, quaſi data opera, impingerent, vectorum quidem ludibrio, ipſi certi enatare.

Quod ipſum tamen ſeculi e cœno barbariei male emergentis vitium inſignibus atque immortalibus meritis redemerunt, omnia ſcientiarum velut germina ſeminaque, illa ſua incredibili & indefeſſa, nullisque præmiis excitata deſcribendi diligentia otii, & quæ per otium verminiant, vitiorum fuga, ad oculatiores & melius uſuros poſteros transmittendo.

Ex horum igitur monumentis poſteriori tempore, quo quisque chronographorum in iis colligendis felicior aut diligentior extitit, juſtæ hiſtoriæ opus conficere in animum induxit, informe ut plurimum pro notitiæ & judicii inopia, copiaque fabularum, ut infantiam hiſtoriæ ex iſtis crepundiis facile deprehenderes; gratum interim legentibus, meliorum inexpertis, nec ſcribentibus inutile. Quod inſitum gentibus, ſuapte natura gloriæ avidis, initia ſua majora credere, dignasque ſe quarum rebus ſuperi crebro intervenirent.

Longum ſit & faſtidioſum lateritiæ hujus Romæ primos architectos Bernardos *Noricos*, Andreas *Ratisponenſes*, *Vitos* Arenpeckios, Ebranos, Fitereros & id genus alios longo ordine recenſere, qui labori ſuo judicium non jungentes, eorum architectorum hodie ſortem experiuntur, ut Vitruvii eorum principis comparatione utar (b), ***qui ſine literis contendentes ut manibus eſſent exercitati, non potuerunt efficere, ut haberent pro laboribus auctoritatem.***

Succeſſerunt poſterioribus temporibus alii elegantioris diſciplinæ ornamentis præcincti, qui vetuſtiorum monumentorum barbariem nau-

(a) In Præf. ad Eadmeri Hiſt. Novorum. edit. Londin. 1623. fol.
(b) De Architect. L. I. C. I.

nauſeantes, res Bojorum his obrutas velut maceriis refodere & repurgare dedignati, lateritiam hanc urbem, non tam marmoream fecere quam Romani illius Principis exemplo ſphengite lapide, ut oculos duntaxat imperitæ multitudinis ſtili nitore perſtringerent, incruſtarunt. Non tamen omnino defuere, qui conſultis fontibus, ut ut lutulenti fluerent, perennia & cum gente Bojorum duratura monumenta ad poſteros transmitterent, quorum nomina a ſe illuſtria, me nomenclatore non indigent, olim in memoriæ templo dedicata.

Quanto autem id perfectius & numeris omnibus abſolutius præſtituri fuiſſent, ſi præter communes & perinde notos fontes, ignotos adhuc & multo muſco & glarea impeditos latices, per avia deerrantes, hauriendi facultas obtigiſſet: hoc præſertim oculatiori ævo, quo hiſtoria ad ſeverioris judicii libellam appenditur, & pro verborum copia rerum ubertas, pro ornamentis ſermonis geſtorum infucata facies, proque animi affectibus unius veritatis ratio & ſtudium requiritur.

Quod omnes odii, metus, amoriſque cauſas procul habeat, nil genti, nil ſanguini, nil ipſis ſacris, niſi quatenus veritate ſtant, blande indulgeat, nihil ſpei, nihil gratiæ, nihil fortunæ vel potentiæ abjecte tribuat, ſed pro immutabili illa atque inconvulſa inſtruendæ poſteritatis lege, ab ipſo eloquentiæ patre in compendium miſſa, NIHIL FALSI AUDEAT, NIHIL VERI NON AUDEAT. Ad quam ut recto tramite perveniatur, omnium temporum teſtimonia revocanda ſunt, e forulis bibliothecarum & archivorum clathris teſtes, ita ut ſunt ſitu & ſordibus ſqualidi, temporum atque hominum injuria horridi, aut barbaro cultu ridiculi, ſolerter nihilo minus indagandi, exquirendi, inveſtigandi & ad poſteritatis judicium protrahendi ſunt, quod dum facere neglexerunt, viri ſummis etiam ingenii dotibus exornatiſſimi, ſeu quod obſcuræ diligentiæ eos pigeret, ſeu quod barbararum ſordium contactum delicatuli & exoticis literis enutriti horrerent, multum infra Hiſtoriæ veræ, quam affectabant, laudem fuere, quod verbis ut ut elegantiſſimis præſtari non poſſit, quod verbis non conſtat. Quo loco commodum in memoriam redit præclara illa & conſummatæ prudentiæ ſententia ſummi ut in omnibus, ita maxime in hiſtoricis diſciplinis viri GERARDI JOANNIS VOSSII (c): *cum multum*, inquit vir exactiſſimi judicii, *interſit humani generis, ne pereant illa, quæ viri eruditione & ſapientia præſtantes monumentis prodiderunt, tum in hiſtoria hoc in primis locum habet. Nam ut univerſæ interciderent literæ, doctrinaque omnis ex hominum mentibus deleretur: non propterea poſteritas fraudaretur pulcherrima eorum cognitione, quæ ad rationis diſciplinam vel rerum naturam vel morum ſcientiam pertinerent. Quippe ſupereſſet nihilominus miranda mundi compages & mortalium ſocietas, & utriusque contemplator animus hominis, qui ex rebus ſeſe in vita offerentibus, ſenſim deveniret ad notitiam artium & ſcientiarum, quas magiſtri veteres tradiderunt. Longe vero aliter cum hiſtoria eſt comparatum. Nam ſi omnis ea ſemel oblitteraretur, non magis humana inſtaurari poſſet induſtria quam ſtudio cujusquam redire nunc ipſa ſcit hominis vita. Quare ſuus licet bonos conſtare ſemper Socrati-*

(c) Operis Epiſtolici Epiſt. VIII. p. m. 24. quæ eſt nuncupatoria, libello *de Natura Hiſtoriâ* præmiſſa.

craticis debet chartis, præcipue tamen vota ejusmodi fieri competit, ut, qui res geſtas literis ſignarunt, æternum vigeant floreantque.

Quod cum probe animadverteret vir de rebus noſtris, ſi quis alius, præclare meritus CHRISTOPHORUS GEWOLDUS, ortu Oſtrofrancus, inſitione Bavarus, primus omnium de colligendis RERUM BOICARUM SCRIPTORIBUS etiamnum latentibus, cogitare cœpit (d), excitatus haud dubie collegarum amicorumque ſuorum HENRICI CANISII *Noviomagi*, JACOBI GRETSERI, SEBASTIANI TENGNAGELII & PETRI STEVARTII *Leodienſis* in eruendis omnis ævi & argumenti monumentis vetuſtis, recenti etiamnum exemplo & laude: & licet operi tam utili manum admovere cœpiſſet, plurimaque pro illa ſua incredibili diligentia, rerum noſtrarum notitia fulta, paſſim collegiſſet, & velut in guſtum tam *Chronicon Reicherſpergenſe* quam *Henrici Rebdorffenſis* annales præmiſiſſet, ad effectum tamen perducere, quod utiliter inſtituerat, tot negotiis, quibus aula ſcholaque virum alternatim obruebant, ingruente inſuper morborum examine minime valuit. Ita ut tot vigiliarum tamque ſtudioſe atque indagantet collectus theſaurus ille antiquarius ſimul cum ipſo viri optimi ſaluberrimo inſtituto direptus interciderit, promptiſſimo quoque eorum, qui alienis laboribus & laudibus inſidiantur, ſe Bachum credente, quam primum Thyrſum rapuiſſet.

Operæ pretium fuerit, in hac hiſtoriæ literariæ apud nos caligine, viri ſolo nomine hactenus orbi erudito cogniti, poſtremum ſaltem vitæ actum, dum alius prodeat integræ memoriæ ejus vindex, ex genuinis chartis in lucem literariam producere.

Agebat poſtremis vitæ annis Ingolſtadii non tam in otio aliquo Academico, quam literario quodam velut piſtrino, quo virum poſt navatam Monachii in archivo & publicis controverſiis obſcuram ſed operoſam operam, aulæ ſtrepitus fumusque & mores ſuperciliosæ ignaviæ impatientes, velut in litus ejecerant. Ibidem in eruendis atque illuſtrandis Bojorum antiquitatibus perdius & pernox nullam ſibi diem quamvis ſolemnem vacuam laboribus permittebat. Qua laboris intemperantia calculi ſenſim podagræque dolores, & quidquid ſedentaria vita ingraveſcente ætate ſecum vehere malorum ſolet, in ſe concitavit. Ipſum audiamus ex epiſtola ad virum ſibi muſisque amiciſſimum MATHÆUM RADERUM, cujus apographum in mea manu: (e) *afflicta valetudo mea*, inquit, *me remoratur, ut non quam vellem ita progredi in inſtituto meo itinere poſſim. Sed quod Numini ſupremo placet, hoc fiat.*

Paucis poſt menſibus, deficiente paulatim tot malis oppreſſo corpuſculo ad extrema vi morbi deductus eſt. Juvat partem literarum, quas ea de re ad RADERUM exaravit GEORGIUS STENGELIUS, *Caroli* Anhuſani Abbatis frater, GRETSERI amanuenſis, ſcriptis variis notus, ex autographo exhibere, quæ nobis in lectulo doloris ſui decumbentem Philoſophum hunc Chriſtianum pingit. *Quinquies aut ſexies me his diebus invitavit Magnificus Dominus D.* GEWOLDUS, *ſed occupationes ſemper interceſſerunt, ne venirem. Hodie veni* (XV. Junii A. MDCXXI. biduo

ante

(d) Ipſe memorat P. III. Metrop. Salisburg. in Waldſaſſenſis Monaſt. rebus p. m. 315.

(e) data Ingolſtadii 9. Martii 1621.

ante mortem) *& in lecto inveni variis morbis divexatum. Intumeſcunt pedes, melancholiæ flatus inteſtina turbant, ſtomachus cibum nauſeat. Totum corpus in ardoribus eſt, tot eum velut conſenſu morbi expugnandum ſumpſerunt. Sed quod me maxime capiebat, inter hæc omnia, animo eſt patientiſſimo & ad mortem paratiſſimo. Heri denuo generalem confeſſionem fecit: hodie ſacram Synaxin ſumpſit, cras Unctionem extremam accipiet, qua licet tam cito egere non videatur, ex medicorum judicio tamen paratus eſſe mavult ad omne temporis momentum quam non vigilans inveniri. Quo circa & plenus eſt ſententiis ſacris, quas identidem eructat, & cum colloquentibus alternat; mire me cœpit ſenex Simeoni ſimilis. Is præcipue inter cætera rogavit, uti ad R. V. ſcriberem, ſuumque ſtatum exponerem. Multum enim ponit in R. V. SS. ſacrificiis & precibus. Quare id præſentibus literis facere volui, cum ſcirem R. V. quoque facturam, quod tam bono ſocietatis amico dignum erit.* Poſtremo hortatur, ut literis eum ſoletur, & ad perſeverantiam excitet. Sed Gewoldus biduo poſt fato functus, id quod Raderus ex epiſtola *Ferdinandi Sibereri* famuli ejus didicit, cujus partem, qua de viri optimi morte eſt, ex autographo exhibemus. Huic enim ſchedæ contemptæ debent Boii, quod viri tam præclare de eis meriti annum diemque mortis nunc diſcant. (f) *Diſceſſit, quod haud dubie R.ª V.ª jam conſtat, ex mortali hac vita ad immortalem, uti ſperamus, migraturus, Magnificus D. Gewoldus, qui decimo quinto kalendas Julias, graviſſimo morbo ſemper creſcente atque dolorem indies augente, ad clamorem ſæpe numero commotus & frequenti admodum clamore fatigatus, ab hora tertia ejusdem diei fixis ſemper ad latus dexterum oculis, ac reliquo toto corpore ſemper immoto ſine omni verbo prolato ſignoque dato vehementiſſime tantum ſpiravit, tandem medium circiter octavæ amiſſo ſpiritu clauſisque oculis expiravit. Deus ſit illi propitius.*

Mortales exuviæ haud dubie in templo Franciſcanorum terræ mandatæ (nulla enim hodie tanti viri memoria) ubi vivens ſibi & uxori filiæque præmortuis, inſigne ex ære monumentum poni curavit, anaſtaſin mortuorum opere anaglypho exhibens. Referam illud ex ſylloge MSC. Epitaphiorum Boicorum fratris mei chariſſimi Josephi Antonii Leopoldi Oefelii Doctoris Theologi & collegiatæ Monacenſis Canonici, qui in colligendis patriæ marmoribus publicis inſignem operam poſuit.

CUM REDIVIVA SUIS MOLLESCENT CARNIBUS OSSA
CLANGET ET EXTREMA PRÆCO REPENTE TUBA,
EXCITA SUBSILIENT & LÆTA TRIPUDIA DUCENT:
PROH QUANTÆ IN LETHO TAM CITO LÆTITIÆ!

CHRISTO VITÆ DUCI

CHRISTOPHORUS GEWOLDUS J. U. D. SERENISSIMI BOJOARIÆ DUCIS A CONSILIIS, CHARISSIMÆ CONJUGI ANNÆ PEYSSERINÆ, FILIÆ PRIMOGENITÆ ANNÆ MARIÆ, SUISQUE OSSIBUS SPE FUTURÆ RESURRECTIONIS HEIC QUIESCENTIBUS POSUIT, ANNO SALUTIS MDCXII.

Ad

(f) data Ingolſtadii XI. Kal. Jul. MDCXXI.

Ad inſtitutum vero ut tedeam, a quo me obliterata fere Gewoldi memoria, non ingrato, ut opinor, lectoribus deflexu paululum abduxit, nemo unus extitit, qui eo e vivis ſublato colligendis Bojorum monumentis ineditis animum adjicetet, ſive quod ſufficere cognita viderentut, & labotem ærumnoſum, tardæque laudis, quisque defugetet, & breviotem expeditiotemque viam ad famæ gtatiæque aucupium novi operis molitionem ptæfettet; dum tandem ſuperioribus annis eadem cupido, quæ quondam Gewoldi, animum quoque viri religioſi vereque docti Agnelli Candleri Ratisponenſis Boii (g) Ord. Etemitatum S. Auguſtini inceſſit, quem ad id ſuſcipiendum celebetrimorum vitotum ſui quoque temporis exempla, ut Miltiadis ttophæa Themiſtoclem excitatunt. Sed utilitet cogitata quorumdam vettigo, vito rerum Boicarum gnariſſimo ob Arnulphum *male* Malum calumniæ publicæ eteptum, ſuccenſentium, hactenus ſubvettit, ut abjecto toto hoc antiquitatis patriæ ſtudio, ad illas Ordinis ſui illuſtrandas paulo ante mortem ſe contuletit (h), quæ illi ſubitanea, rupta pectoris vomica obtigit (i), qualem optaſſe probe commemini, quod non niſi paratorum votum eſt. (k)

Memotia teneo virum amiciſſimum paucis ante fatalem diebus in familiari colloquio, cur conſilium tam ſalubre abjeciſſet, tationes non paucas mihi tetuliſſe, e quibus ætas, ptimum ſenium jam prætergreſſa & morbi ætatis incommoda prævettentes, inſtituti ratio ad ſacta & ſua avocantis, ſeculi patum grati & gnati ſtomachus, etiam amœna literarum, nedum gravia nauſeantis; poſttemo (uti patriæ etiam non intelligentis amorem nunquam exuunt boni cives) me hortati, traditam facem arriperem, & quod ipſi negatetur, cui nihil etiamnum affectum, ætate juniot, nulli hominum cœtui mancipatus, liberque hactenus & meæ ſpontis, æquioris ævi expectatione ſuſciperem. Quæ quidem tunc auribus admiſſa in animum tamen haud deſcendetunt, quod neceſſatiis laboribus diſtentus, voluntariis non ſufficetem. Sed poſtea Electorali Bibliotheca clementiſſimo Principis hodie Boiis Imperantis nutu admotus, veteris amici monitum conſiliumque in animum cœpi tevocare, & licet in ipſa Bibliotheca, ut ut alias inter præcipuas locum ſuum cum dignitate tuente, rerum Boicarum ab aliis demeſſa occupataque & in peregrina ſubinde hotrea avecta ſeges, ultra ſpicilegium nihil magnificum promitteret, excuſſis tamen ptobe angulis forulisque & catcetibus omnibus, plura adhuc nonnullius pretii, partim inveni, partim diſttacta tecuperavi; non pauca etiam e meis

b olim

(g) Ibidem natus MDCXCII. XVI. Aug. patre *Joanne* eo cum uxore *Roſina Schmidia* in comitiis agente, in cujus matris ſuæ memoriam acta outantia *S. Roſina*, commentariolo anonymo & vernaculo typis edito firmare coοatos eſt.

(h) Conſtituerat ad Fr. Dominici *Antonii* Gandolfii Genoenſis, Auguſtiniani exemplum, qui ducentos ſcriptores a magna unione Ordinis usque ad finem Concilii Tridentini claros, commentario deſcriptos Romæ edidit MDCCIV. in 4. totidem qui poſt Concilium illud floruerunt elucubrare, ſed parum progreſſus, cum in biographia *Fortunati Scacbi* Anconitani verſaretur, rebus humanis exemptus eſt.

(i) XIX. Februarii A. MDCCXLV. hora nona noctura, ſepultus in hypogæo ſuorum Monachii.

(k) Aſſiduam mortis memoriam teſtatur inſignis tractatus *de quatuor noviſſimis conſiderationum quadragenam* continens, ſomptibus viduæ Joan. Andreæ de la Haye Bibliop. Acad. Ingolſt. 1737. in 16. ab eo editus.

olim inveſtigatis deprompſi. Quo loco non poſſum non cum laude meminiſſe viri rerum Bocarum ſtudioſiſſimi doctiſſimique JOSEPHI EUCHARII OBERMAYERI Wemdingani, ſupremi hodie appellationum judicii ſenioris longe digniſſimi, qui qua eſt in vetuſtis indagandis ſagacitate multa & in his Aventiniana quædam, majorum ſocordia a bibliotheca dudum exulantia eidem poſtliminio reſtitui curavit. Opus igitur aggreſſus ſum, cujus commodis omnem late Germaniam gaudere, ſolos vero Bojos etiamnum carere animadverti. Ambitioſum videatur ſummorum virorum, qui ſingularum Germaniæ provinciarum monumenta inedita publicarunt longum ordinem recenſere, & me Principibus permiſtum Achivis velut incedere. Percenſuit illos magna copia & judicio vir ipſe celeberrimus ERNESTUS JOACHIMUS DE WESTPHALEN eques Holſatus, rerum germanicarum, qua Cimbros & Megapolenſes reſpiciunt, auctor gravis æque ac copioſus (l), quos inter ſolos fere Bavaros, frequentes quidem, ſed ſub alienis ſignis merentes conſpici, nec e dignitate gentis antiquiſſimæ, nec, cum tot ſuperſint memoriæ ejus vindices, eos diutius deſiderari æquum honeſtumque mihi viſum eſt. *Innumera reſtant*, inquit *Luſaticarum rerum* illuſtris auctor CHRISTIANUS GODOFREDUS HOFMANNUS, *quæ noſtram ætatem adhuc latent, & in quibus detegendis fruſtra ſudavit Doctorum ſolertia, majora ſubſidia deſiderans, quo lacunas hinc & inde conſpicuas ſupplere poſſit. Non ſuffecerunt huic inſtituto vaſta ſcriptorum noſtrorum volumina, quæ vix tertiam partem Germaniæ in tot provincias diviſæ attingunt, cum de plurimis parum aut nihil memoriæ proditum ſit. Quis vero genuinam & plenam Germaniæ hiſtoriam polliceri poteſt, antequam omnium provinciarum ſuppellex excuſſa fuerit?* Quam patriæ de oblivione ſuorum velut conquerentis vocem ne diutius audiant Germani, rerum Boicarum ſcriptores, duobus interim voluminibus prodeunt, inexhauſto argumento & longe pluribus ſuffecturo, ſi aliorum diligentia acceſſerit exemplo noſtro expergefacta.

De ſingulis, quæ proferuntur, agendi locum occaſionemque *Monita prævia* jam occuparunt, conſulto ſingulis monumentis præmiſſa, ne in unum ſimul cumulum congeſta prius quam ad ipſam eorum lectionem perveniatur, aciem intentionis velut abrumpant. Ordinem alium, præter quem fortuna obtulit, nullum ſervavi: ut quodlibet monumentum in manus incidit, ſiquidem ad poſteros pertinere viſum eſt, quantumvis liturarum, lacunoſum, ſemilacerum & fugientibus jam per injuriam literis lectu arduum manu ipſe mea deſcripſi, quam potui curatiſſime, & erant nonnulla ita detrita & abſumpta, ut nemo poſt me facile lecturus ſit, *in quibus* (ſunt verba ſuperius laudati VOSSII (m), quæ libenter mea facio) *licet aliquot vel minuti ipſi vel minutæ rei narratores intercurrant, luci tamen publicæ reddendi viſi ſunt, quod nihil contemnendum putaverim, a cujus notitia vel temporum ſeries penderet, vel lucis aliquid hiſtoriæ accederet &c. eoque id libentius quia in iis comparent multi, quorum vel nomina hactenus aliis prodita non ſint, vel opera intercidiſſe falſò ſit perſuaſum.*

Occur-

(l) Præfatione eruditiſſima in rerum Cimbricarum ſcriptores.

(m) Epiſtolici operis Num. 4. pag. 13.

AD LECTOREM.

Occurrunt non raro quædam manifeſte falſa & palam abſurda pro naſo parum emuncto obſcurioris ævi, neque enim aliter hæc ſacra conſtant. Sed redit interim vel ab anilibus hiſce commentis non parum utilitatis ad poſteros, quod non ſolum VERI ſed & FALSI fontes, indagare, noſcere; & illos quidem recludere, iſtos obſtruere inde diſcant. ***Primus autem*** (ut præclare Cicero Chriſtianorum LACTANTIUS) ***ſapientiæ gradus eſt***, FALSA ***intelligere.***

A recentioribus vero monumentis conſulto abſtinui, & intra belli Palatino-Boici tempora me cohibui. Aliena & remota vix ferimus, quomodo noſtra & proxima feremus? Μισαληθεια, quis neſcit, laborat hoc ſeculum, quo laudari omnes cupiunt, moneri pauci, corrigi nemo.

Poſtremo monendus Lector, huic qualiscunque demum pretii operæ, mihi certe Aulæ & Bibliothecæ, rerum inter ſe disjunctiſſimarum, negotiis diſtrictiſſimo, arduæ valde & laborioſæ annos non paucos, inſigni plane doctiſſimorum virorum VEITHIORUM Fratrum patientia, impenſos fuiſſe, ita ut nonnulli ex illis, quos in Monitis prævijs ſubinde laudavi, aut vita exceſſerint, aut ad altiora evectis familiarior (ut inter muſarum conſecraneos ſolet) compellatio, jam non niſi temporis habita ratione, decore conveniat.

Eſſet hic locus iis occurrendi, qui livore, ignavia & quadam velut *ſiniſteritate* (ut Pliniano vocabulo utar) ab hoc genere laboris alieni ſunt, ſed cum ſit totum hoc hiſtoricum argumentum ita refoſſum, res difficilis, ardua, faſtidioſa & quæ eos, a quibus contemnitur, viciſſim contemnat, nihil eſt, quod illis reponam præter verba Africani luminis (n), quæ ultro adopto: *Non valde curo ſuperborum imperitorumque judicia, qui ſimiliter in legendos libros, atque in ſalutandos homines irruunt. Non enim cogitant quales ipſi, ſed qualibus induti veſtibus ſint, & quanta pompa rerum, fortunæque præfulgeant.*

Et hæc fere ſunt, quæ quæ ad Lectorem neſcius ne eſſet, pertinere viſa fuere. Adjicio votum, ut tantum voluptatis utilitatisque exinde capiant poſteri, quantam ex Majorum rebus oblivioni ereptis capere bonos cives æquum eſt. Hoc enim unum in longo hoc atque ærumnoſo labore mihi ſemper propoſitum fuit, quod ſi ex parte conſecutus ſum, aut conſequar in poſterum, nec temporis impenſi nec fortunæ neglectæ me pœniter, qui probe ſciam, ejusmodi vigiliis ad ornamenta fortunæ gradum non fieri, nec prenſationum commoda Muſæi ſolitudinem penetrare. Malui tamen minus debere meæ ætatis hominibus, & ita agere, ut ſequentis mihi non omnino nihil debeant. SYNESII verbis me ſolor & καλως ἐχω λεγων

ὀυτι με ταυτης
Χρεω' τιμης, φρονεω δε τετιμησθαι διος αισῃ. (o)

(n) S. Auguſtinus Libro I. de Ordine. Cap. XI.
(o) *Non mihi honore hoc opus eſt: alium tribuet mihi Juppiter ipſe.* Orat. ad Pæonium de Dono.

ORDO & SERIES
MONUMENTORUM ANECDOTORUM
TOMI PRIMI.

I.

ANDREÆ RATISPONENSIS *Presb. Ord. Can. Reg. S. Aug. ad S. Magnum in pede Pontis Ratisponenſis* DIARIUM SEXENNALE annum Chriſti MCCCCXXII. cum quinque ſequentibus, complectens. Ex autographo *Auctoris.* pag. 15.

II.

EJUSDEM CHRONICON EPISCOPORUM RATISPONENSIUM ab origine ad annum Chriſti MCCCCXXVIII. e Cod. MSC. *Bibliothecæ Bavaricæ.* pag. 31.

III.

ANONYMI *Ludovico Bavaro Synchroni* CHRONICON DE DUCIBUS BAVARIÆ, ex apographo *Andreæ Ratisponenſis.* pag. 39.

IV.

ANONYMI *Monachi Emmeramenſis* breve CHRONICON BOJOARIÆ ab A. C. DCCXXXII. ad annum MLXII. Ex Membranis *Bibl. Bav.* pag. 45.

V.

ANONYMI *Monacenſis* breve CHRONICON BAVARIÆ ab anno Chriſti MCCCCLXXXVII. ad A. MDVI. ex *Auctoris* autographo. pag. 47.

VI.

OTTONIS, *Prioris Waldſaſſenſis, Ord. Ciſterc.* CHRONICON WALDSASSENSE. Ex Cod. MSC. *Bibliothecæ Academicæ Ingolſtadienſis.* pag. 49.

VII.

EJUSDEM DESCRIPTIO EXTERMINII MONASTERII SUI *ſub bello Bavarico majore.* Ex eod. Cod. MS. *Ingolſt.* pag. 83.

VIII.

ANGELI RUMPLERI *Abbatis Formbacenſis, Ord. S. Benedicti* DE GESTIS IN BAVARIA *Libri VI.* ab exceſſu *Georgii Divitis* Bav. inf. Ducis, ad annum usque MDVI. ex Cod. autogragho *Bibl. Bav.* pag. 87.

IX.

EJUSDEM CALAMITATUM BAVARIÆ *Liber unus*, Operis incompleti *primus.* Ex eod. Cod. pag. 139.

X.

LAURENTII HOCHWARTI *Canonici Ratisp.* CATALOGUS EPISCOPORUM RATISPONENSIUM in libros III. diviſus. Ex autographo *Auctoris*, cum alio Cod. MS. collato, pag. 148.

XI.

EXCERPTA BOICA *ex* BURCKARDI ZENGGII *Memmingani, Senat. Auguſtan.* CHRONICO AUGUSTANO *anecdoto.* ab anno Chriſti MCCCLXIX. ad annum MCCCCLXIX. Ex Cod. MSC. *Bibliothecæ Bav.* pag. 243.

XII.

XII.

JOANNIS EBRAN DE WILDENBERG *Equitis Bavari* CHRONICON BAVARIÆ ab origine gentis ad tempora usque *Guilielmi* & *Erneſti* Ducum fratrum deductum. Ex Cod. MS. *Werdenſtainiano Bibl. Bav.* pag. 301.

XIII.

GEORGII SCHAMDOCHER breve CHRONICON *Rerum quarundam ſub Friderico III. Aug.* ab A. C. MCCCCXL. ad A. MCCCCLXXIX. geſtarum. Ex autographo *Auctoris.* Accedunt quædam MONUMENTA DIPLOMATICA. pag. 315.

XIV.

ANONYMI CHRONICON NORIBERGENSE ET LOCORUM VICINORUM, ab A. C. MCCCLXI. ad A. MCCCCLXXXVI. Ex apographo V. Cl. *Hartmanni Schedelii* Medici & Polyhiſtoris Norici. pag. 322.

XV.

Breve CHRONICON NORIBERGENSE & LOCORUM VICINORUM ab A.C. MCXVI. ad A. MCCCXCVIIII. *Hartmanno Schedelio* auctore. Ex ejus autographo. pag. 330.

XVI.

BERTOLDI *Abbatis S. Crucis Werdani, Ord. S. Bened.* HISTORIA, *quomodo portio vivificæ Crucis Werdeam pervenerit.* E Cod. MS. *Schedeliano Bibliothecæ Bavaricæ.* pag. 332.

XVII.

ANONYMI *Altahenſis* breve CHRONICON BAVARIÆ ab A. C. DXIIII. ad A. C. DCCCCXCVIII. ex ſchedis *Schedelianis Bibl. Bav.* pag. 337.

XVIII.

Breve CHRONICON MONASTICUM BAVARIÆ ab A.C. DCCCCLXVII. ad A. MCCXLII. e Cod. vetuſto excerptum per *Hartmannum Schedelium.* pag. 338.

XIX.

Breve CHRONICON BAVARIÆ ab A. C. MCLVI. ad A. C. MCCCLXVIII. Ex apographo *Schedeliano.* pag. 339.

XX.

COLMANNI *Monachi Ægidiani, Ord. S. Benedicti* HISTORIA DE ORTU MONASTERII S. ÆGIDII NORIBERGENSIS PER SCOTOS, *eorumque reformatione & fine: nec non ejusdem Monaſterii rebus poſt reformationem monaſticam ad annum usque MDIIII. geſtis.* Accedit EPISTOLA FR. MARTINI *Emmeramenſis Monachi* ad Auctorem. Ex apographo *Schedeliano Bibl. Bav.* pag. 340.

XXI.

HARTMANNI SCHEDELII *Med. & Philologi Noribergenſis* CHRONICON MONASTERII S. ÆGIDII, *Scotorum Noribergæ.* Accedunt: LITERÆ FUNDATIONIS *Miſſæ perpetuæ ad S. Ægidium* ELISABETHÆ *Auguſtæ, Alberti I. Rom. Imp. Aug. conjugis, de anno MCCCVIII.* Et ANONYMI *Hiſtoria de notabili particula S. Crucis, ad S. Ægidium Norib. de anno* MCCCLXX. pag. 348.

XXII.

UDALRICI ONSORGII *veteris capellæ Ratisp. Canonici* CHRONICON BAVARIÆ *a temporibus Phocæ Imp. ad A.C. MCCCCXXII.* Ex autographo *Bibl. Bav.* pag. 354.

XXIII.

EXCERPTA BOICA. Ex UDALRICI ONSORGII *Canonici vet. capellæ Ratisp.* CATALOGO PONTIFICUM ROMANORUM. pag. 370.

XXIV.

HARTMANNI SCHEDELII OPUSCULUM HISTORICUM *de ortu ac laudabili progreſſu Conventus Fratrum Ordinis Prædicatorum Noribergæ.* Ex autographo *Auctoris.* pag. 374.

XXV.

CHRONICON SCHLIERSEENSE, *ſeu brevis Hiſtoria de ortu, fundatione, benefactoribus & prædiis antiquiſſimæ* ECCLESIÆ COLLEGIATÆ SCHLIERSEENSIS, *Anonymo ejusdem Eccleſiæ Canonico auctore*, Anno Chriſti MCCCLXXVIII. conſcripta. E Cod. MS. chart. coætaneo. pag. 377.

XXVI.

JOANNIS LIEBII *Bambergenſis tabularii Bavarici Cuſtodis*, MISCELLANEA HISTORICA SCHLIERSEENSIA. Ex ejusd. *Adverſariis Boicis* MSC. pag. 386.

XXVII.

ANONYMI CHRONICON BAVARICUM ab A. C. MCCLIII. ad A. C. MDXVIII. a V. Cl. CHRISTOPHORO GEWOLDO JC. Bav. e Cod. MS. excerptum. pag. 388.

XXVIII.

HARTMANNI SCHEDELII HISTORIA RERUM MEMORABILIUM ab anno MCCCCXXXIX. ad annum MCCCCLX. geſtarum; *Res* LUDOVICI DIVITIS *Bavariæ Ducis inprimis illuſtrans.* Ex autographo *Auctoris.* pag. 392.

XXIX.

MONUMENTA REICHENBACENSIA *Ord. S. Benedicti Monaſterii*: & I. ANONYMI *Monachi Reichenbacenſis* CHRONICON REICHENBACENSE *ab ortu Monaſterii MCXVIII. ad A. C. MCCCCXVII.* ex autographo *Hartmanni Schedelii.* II. ACTA ELECTIONIS LAZARI *Abbatis*, ex autographo *Andreæ Ratisponenſis.* III. EXCERPTA DIPLOMATICA REICHENBACENSIA *ab A.C. MCCXXXVIII. ad A. usque MDLVI. pertingentia.* Ex REPERTORIO *MS. diplomatico Monaſteriorum Palatinatus ſuperioris* VALENTINI SCHWAIGHAUSERI *JC.* IV. *Excerptorum diplomaticorum Reichenbacenſium* MANTISSA, ex STEPHANI FREY *Indiculo tabularii Ambergenſis MS.* pag. 399.

XXX.

JOANNIS STAINDELII *Presbyteri Patavienſis* CHRONICON GENERALE *ab O. C. ad A. C. MDVIII.* quod ab A. C. DCC. usque ad finem hic primum prodit. E Cod. MS. chart. *Bibl. Bav.* pag. 417.

XXXI.

FR. CHRISTOPHORI HOFMANNI *Erythropolitani Tubertini, Ord. S. Bened. Monachi Emmeramenſis* HISTORIA EPISCOPORUM RATISPONENSIUM, *nec non* ABBATUM MONAST. S. EMMERAMI. E Cod. MS. Bibliothecæ *Editoris.* pag. 543.

XXXII.

JACOBI PARFUESSII *Ord. S. Bened. Enſdorffenſis Monachi* CHRONICON ENSDORFFENSE *ab anno Chriſti MCXXI. ad A. MCCCCLXXX.* Ex apogr. *Hartmanni Schedelii.* Accedunt VALENTINI SCHWAIGHAUSERI JC. Bavari *Excerpta diplomatica Enſdorffenſia.* pag. 579.

XXXIII.

XXXIII.

NICOLAI BURGMANNI *Eccleſiæ Spirenſis Decani* IMPP. ET REGUM ROMANORUM SPIRÆ SEPULTORUM HISTORIÆ *a Carolo M. ad Carolum IIII.* Accedit ANONYMI *Appendix ad Sigismundum Cæſ. Aug.* E Cod. MS. *Bibl. Bav.* pag. 598.

XXXIV.

ANONYMI *Bavari* breve CHRONICON RERUM *ſuo tempore geſtarum*, ab anno Chriſti MCCCXCVI. ad annum MCCCCXVIII. Ex apographo *Andreæ Ratiſponenſis*. pag. 610.

XXXV.

Breve CHRONICON BOJOARIÆ & SUEVIÆ ab A. C. DCCCCVI. ad annum Chriſti MCCLXXX. Ex ſchedis V. Cl. *Conradi Peutingeri.* pag. 613.

XXXVI.

CHRONICON AUGUSTANUM, *ab A. C. MCCLVI. ad A. MCCCCLXVII.* Ex ſchedis V. Cl. *Conradi Peutingeri.* pag. 615.

XXXVII.

JOANNIS GAIRII *Nœrdlingani* ANNORUM *MCCCXCII. & XCIII.* brevis HISTORIA. Ex autographo *Auctoris.* pag. 618.

XXXVIII.

CHRONICÆ *veteris* GARSTENSIS *Fragmentum.* Ex apographo veteris Codicis manu Cl. V. *Matthæi Raderi* S. J. deſcripto. pag. 622.

XXXIX.

VITA S. HILTEGUNDIS *Virginis, Anonymo Monacho Uracenſi auctore.* Ex Cod. MSC. chart. *Bibliothecæ Bavaricæ.* pag. 625.

XL.

MONUMENTA TEGERNSEENSIA.

I. *Fragmenta bina* CHRONICI TEGERNSEENSIS ex membranis rejectitiis vetuſtis.

II. *Excerpta ex* NECROLOGIO TEGERNSEENSI *membranaceo*, opera & ſtudio R. P. D. *Michaelis Lory* Ord. S. Bened. in eod. Monaſt. Cœnobitæ. pag. 629.

XLI.

Breve CHRONICON SCHEFTLARIENSE *Ord. Præmonſt. ab A. MCXL. ad annum MDLXII.* Ex apographo V. Cl. *Joannis Liebii* Chartophylacis Bavarici. pag. 639.

XLII.

SPICILEGIUM LECTIONUM VARIARUM *in* HERMANNI *Contracti &* BERNOLDI *Conſtantienſis, continuatoris ejus,* CHRONICA.

Accedunt:

CATALOGUS PONTIFICUM ROMANORUM *Seculi XI.*

NECROLOGIUM antiquiſſimum, partim a BERNOLDO *Conſtantienſi*, partim ab ANONYMO *Monacho Schafhuſenſi* collectum. Omnia ex membranis autographis ipſius *Bernoldi Conſtantienſis.* pag. 642.

XLIII.

Breve CHRONICON BAVARIÆ *ab A. MCLVI. ad A. MCCCCX.* ex Cod. MS. *Bruelenſi* excerptum per *Hartmannum Schedelium.* pag. 654.

XLIV.

ANNALES HERMANNI *Altahæ inferioris Ord. S. Bened. Abbatis, ab A. C. MCLII. qui eſt primus Friderici I. usque ad Rudolphum Habsburgicum, annum videlicet MCCLXXIII.* hactenus HENRICO STERONI *ejuſdem Monaſterii Monacho & Capel-*

Capellano perperam attributi. Ex apographo V. Cl. *Joannis Aventini* ad duorum Codd. MSS. *Altahenſis* & *Oſterhovenſis* fidem deſcripto, multis partibus auctiores, veroque Auctori redditi. pag. 656.

XLV.

HENRICI *Præpoſiti Oettingenſis* CHRONICON BAVARIÆ *ab A. C. MCCLXXIII. ad annum MCCCXIII.* Ex Codd. MSS. *Altahenſi* & *Oſterhovenſi* a V. Cl. *Joanne Aventino* deſcriptum. pag. 685.

XLVI.

ANONYMI breve CHRONICON RATISPONENSE *ab anno Chriſti CCCCLXXI. ad annum MCCCXLIII.* Ex Schedis autographis illuſtris viri *Joannis Aventini.* pag. 696.

XLVII.

JOANNIS AVENTINI *de Urbe* BATHAVINA *Narratiuncula.*
EJUSDEM *Excerpta diplomatica* PASSAVIENSIA. Nec non
LEGES PORTORIÆ BOJORUM, una cum *Placito* HENRICI *Ducis Bojoariæ de juribus ad Eccleſiam* BATHAVIENSEM *in Marca Orientali pertinentibus.* Omnia ex *ſchedis autographis.* pag. 698.

XLVIII.

ANTIQUITATES *diplomaticæ* ALTAHENSES *&* OSTERHOVENSES. Ex tabulis & monumentis antiquis a V. Cl. JOANNE AVENTINO collectæ. pag. 719.

XLIX.

Breve CHRONICON AUSTRIÆ *ab A. MLXXV. ad A. MCXLIX.* Ex ſchedis *Aventinianis.* pag. 731.

L.

MONUMENTA *quædam diplomatica* LUDOVICI IV. BAVARI. Ex *Regeſtis* vetuſtiſſimis & autographis BERTOLDI *de* TUTTLINGEN *Notarii regii.* pag. 732.

LI.

EPISCOPORUM CHIEMENSIUM *Catalogus*, JOANNE AVENTINO *Auctore.* Ex ejus *Adverſar.* MSC. *Tomo I.* pag. 778.

LII.

EXCERPTA JOANNIS AVENTINI ex *Anonymi* cujusdam pervetuſti *de origine Eccleſiæ* SALISBURGENSIS *Hiſtoria.* pag. 780.

LIII.

JOANNIS AVENTINI EXCERPTA ex ALBERTI BOHEMI *Archidiaconi Bathavini contra* FRIDERICUM II. *Actis & Commentariis.* Ex ejus *Adverſariorum* autograph. *Tomo X.* pag. 785.

ANDREÆ

ANDREÆ FELICIS OEFELII
COMMENTATIO PRÆVIA
DE
VITA & SCRIPTIS
ANDREÆ RATISPONENSIS.

CUm *ſat clarum in Republica Litteraria hucusque nomen fuerit*
ANDREÆ RATISPONENSIS (uti conceptis verbis (a) (a)
memorat ipſe inter clariores ejusdem Reipublicæ cives me-
rito ſuo recenſendus *Bernardus Pezius*) operæ pretium ſa-
cturum me exiſtimavi, ſi de ejus viri, cui Hiſtoriographi Ba-
varici plus aliquantò debent, quam fortè imputant, vitâ,
ſcriptis meritiſque litterariis, ut ea quidem Seculum illud
ferebat, paulò magis accuratè & exquiſitè agere inſtitue-
rem. Atque utinam ſolo labore & diligentiâ revocari poſſent in hominum
noſtrorum memoriam, quæ ſuperiorum temporum barbarie & ignavia inde
fugata fuerunt! Quam *quia rebus laudabiliter geſtis cuſtodem adhibere* (uti præ-
clarè *Cicero*) *neglexerunt* Majores noſtri, plerumque accidit ut omni licet eá-
que diligentiſſimâ adhibitâ inveſtigatione, non niſi tenuis hiánsque nec ſatis
explicata recordatio exeat.

De patria, parentibus & re familiari nec ipſe quidquam nec alii in ſcripta
miſerunt. In Bojoaria tamen noſtra, quam ſcriptis tam utiliter illuſtravit,
& cujus hinc Illuſtre Ornamentum extitit, Seculo poſt Chriſtum natum XIIII.
labente ortum fuiſſe conjecturâ haud inani ducimur, quod puer admodùm
in ea educatus fuerit. Memorat enim ſe *Straubingæ* veteri Ducum ſede *Tem-
pore juventutis ſuæ ſcholas viſitâſſe.* (b) (b)

Scrupulum mihi, ut fatear, non exiguum movit in ANDREA Bavaris aſ-
ſerendo Auctoritas ſummi Viri & ab Andreæ recentiori memoriâ non nimis re-
moti JOANNIS AVENTINI; in cujus *Rapſodiarum Tomum VI.* (qui ex WIGULÆI
HUNDII Bibliotheca ad Bavaricam pervenit (c)) cum incidiſſem, Excerpta (c)
non pauca ex *Chronico* ANDREÆ *Generali* continentem, in eorum fronte hæc
verba ipſius Aventini manu (ut cætera omnia) exarata legi: (d) *Ex Chronicis* (d)
Andreæ Sacerdotis Ratisponenſis S. Magni. & ponè in margine: *M. Andreas Ge-
nere Bohemus de Broda, Lipzic libellum edidit de Hæreſi Huſſitarum.* Fateor mi-
hi hæc legenti ſimul in mentem veniſſe ſingulare & penè affectatum Andreæ
Ratisponenſis ſtudium omnia quæcunque ad motus illos Bohemicos pertine-
rent, colligendi. Cochlæum igitur Rerum Huſſiticarum, XII. Libris Hiſtori-
cum copioſum conſului, ſi quod illic fortè occurreret veritatis eruendæ ſub-
ſidium, & mox initio Operis (e) *M. Andreæ de Broda* mentionem deprehendi, (e)
una cum Excerptis binarum ejusdem Epiſtolarum, quarum priore SBINCONEM
Archiepiſcopum Pragenſem officii ſui in comburendis *Wiclefi* ſcriptis admo-
net; alterâ ipſum *Joannem Huſſum* (qui eum miſſis litteris in partes ſuas per-
trahere tentaverat) ad reſipiſcentiam hortatur. Cum autem nihil in his de-
prehenderim, quod mihi Andream illum eundem cum noſtro eſſe perſuaderet,
præter decretorium in Huſſitas odium, quod tum commune erat omnibus Cle-
ricis, rem illam in medio relinquo, aliis, quibus otium, animus, & argumen-
ta fortiora ſuppetunt, inveſtigandam. (f) Vix autem veriſimile *Andream* nul- (f)

(a) Differt. Iſag. in Tomi IIII. anecdot. P. III. p. XXIII.
(b) pag. 113. Chron. Bav. edit. Amberg. 1602. in 4.
(c) de his quantivis pretii venerandæ Antiquitatis Boicæ reliquiis MSC. aliàs agemus prolixius.
(d) folio 137.
(e) Edit. Mogunt. Typis Franciſci Behem. 1549. fol. p. m. 16. & 42. L. I.
(f) Andreæ hujus elogium adjectâ effigie concinnavit Cl. V. Georgius Weiſius S. J. Phil. in Clementino Pragæ Collegio Profeſſor, in Libro rariſſimo *Gloria Univerſitatis Carolo Fer-dinandea Pragenſis*, quem mihi ex ſola Theophili Sinceri Theſauro Bibliothecali P. I. Cod CC. p. 266, notum, videre nondum contigit.

ſibi *Magiſterii* ſui (at quanti tum momenti !) neque ſuæ cum *Huſſo* (cujus toties meminit, & de quo tam prolixos cum ejus adverſario *Joanne de Polemar* ſermones habuit) velitationis meminiſſe, cum *Andream* propius nôſſe non niſi ex ipſo *Andrea* cœperimus.

Poſitis igitur Litterarum Tyrociniis, gravioribus ſe ſe diſciplinis applicuit, ut ſe, quo animus ferebat, quietis haud dubiè & otii Litterarii cupidus, Sacerdotii ordinibus habilem aptúmque redderet. Certè *Presbyterum*
(g) ſe *in Euſtavia* (g) *Anno MCCCCV. in hebdomade Pentecoſtes ordinatum* ipſe
(h) prodidit. (h)

Quinquennio poſt Anno videlicet MCCCCX. Regulam Canonicorum S. AUGUSTINI amplexus *Monaſterium* S. MAGNI, quod in ſuburbiis *Ratiſponæ*
(i) ad pedem pontis (i) conſtructum, extat, ingreſſus eſt; cujus anno ſuperiore *Præpoſituram* in ſe ſuſceperat *Conradus Ecker* Nobilis Bavarus, quem in-
(k) ſigni elogio afficit *Andreas* noſter. (k)

Ibi præter Religioſæ vitæ & Inſtituti cui nomen dederat diſciplinas, totus Hiſtoriarum ſtudio & evolvendis omnis generis Monumentis vetuſtis, ab omni jam aliâ curâ liber, incubuit: cúmque Anno MCCCCXIIII. Concilium Generale Conſtantiæ indictum fuiſſet, incredibili fervens cupidine illud accedendi, voti tamen compos fieri nequiit; quod igitur ſupererat, omnia & ſingula, quotquot nanciſci potuit, Synodi illius Generalis Acta diligenter collegit, de qua re ipſum infrà, in Catalogo Operum ſuorum differentem audiemus.

Prima, quod ſciam, diligentiæ in Hiſtoriis colligendis ſpecimina Anno MCCCCXXII. cum à SIGISMUNDO Cæſare Auguſto *Comitia* RATISPONÆ indicta fuiſſent, edidit: Conſultantibus enim in medium imperii Principibus quâ ratione increbeſcentibus per ea tempora *Wiclefi* & *Huſsi* perſuaſionibus pileum ſpectantibus occurrerent, ANDREAS noſter breve ſcriptum compilavit: in quo cùm *de Statu Urbis Ratiſponenſis Antiquo*, tum *de variis Hæreſibus*, habitâ & loci & rerum, de quibus conſultabatur ratione, multa, ſatis tamen inconditè & unde Tyronem noſceres, accumulavit. Illud qualecunque Opuſculum JOANNI II. *Ratiſponenſem* Cathedram annum tunc alterum tenenti & Novatoribus ſui temporis privatis etiam jacturis ad faces usque & rogum infenſiſſimo, nuncupavit. Sed de hoc inferius in Scriptorum recenſione prolixius agendi recurret occaſio.

Quantulumcunque autem fuit Opuſculum illud, quod poſteà unà cum reliquis ſuis omnibus ſeorſim elucubratis, *Generali Chronico* ſuo inſeruit, non exiguam tamen Auctori, illis obſcuriſſimæ & illitteratiſſimæ Eruditionis temporibus, Famam & Exiſtimationem peperit. Maximè quod jam tum de collecto quodam majoris moliminis Chronico Fama paſſim emanâſſet.

Hinc enim factum, ut LUDOVICUS *Bavariæ* Dux STEPHANI II. F. quem noſtri *Barbatum*, Galli (quos inter variâ fortunâ & famâ, ſororem ISABELLAM CAROLI VI. Gallorum Regis Conjugem, ſecutus, inclaruit) *Comitem Mortaniæ* vocant, quod *Andream* antiquitatum omnium, maximè Patriarum
(l) ut ſtudioſiſſimum ita peritiſſimum accepiſſet, (l) ejus noſcendi cupidine flagrare cœperit.

Accitum itaque ad ſe non ſolum ſummâ affabilitate & benevolentiâ excepit, ſed ſermonibus ejus Antiquariis delectatus ab eo *Schema Genealogicum* Majorum ſuorum, tanquam Antiquitatum omnium illo tempore in vicinia promo & condo expetiit.

Quam rem cum ſibi Andreas maximo (ut par erat) honori duceret, non ſui tantum, ſed & ſuperioris Ordinis viris, Principibúsque placuiſſe, laudabili ſtudio incenſus Rerum Bavaricarum Commentarios elucubrandos favore tanti Principis excitatus, ſuſcepit; ídque eo alacrius, quod jam olim opus ſimile animo ſecum (prout in *exordio* poſteà teſtatus eſt) concepiſſet. Provoca-

(g) Euſtaviam hic interpretor *Euchſtadium*, retinent peregrinam hanc vocem *Freheriana* & *Peziana* editio, nec non & MS. Codex Bavaricus. *Aventini* tamen Excerpta *Euſtadium* habent. Extat in Bavarica Epiſtola quædam Wilibaldi Pyrckhaimeri ad Patrem ſuum Joannem *Euſtaviæ* data

(h) In Prologo *Chronici Generalis*.

(i) In monumentis ant. apud Gevvoldum ad Hundii Metrop. Salisb. P. II. p. m. 312. à ſitu *Riparia* & *Ripenſis Eccleſia* vocatur.

(k) In Chronico Generali: col. 2132. ad An. 1410. edit. Eccardi.

(l) Aventinus diſſertè L. VII. ubi hujus rei meminit: *Ludovicum Litterarum ſtudioſum amantiſſimúmq; fuiſſe, memoria mandatum* teſtatur. vid. quæ infrà ad h. l. ex *Andrea Brunnero*.

vocatus præter hæc omnia liberali munere LUDOVICI Ducis, cujus ipſe in DIARIO SEXENNALI, quod ex ipſius Autographo hîc edimus, ad Annum MCCCCXXV. mentionem injecit.

Quod etiam Opus ſuum, eodem quo exorſus fuerat anno MCCCCXXV. memorato Duci, jam Mæcenati ſuo, præfixâ epiſtolâ (m) nuncupavit. Cujus labo- (m)
ris ſui rationes exponentem mox in recenſione Lucubrationum ejus audiemus.

Idem poſteà Opus diverſis temporibus & auxit ſubinde & ad annum usque MCCCCXXXIX. produxit. Anno certè MCCCCXXVII. ab ipſo Ludovico Duce, Ratisponæ, coram nova rerum ſubſidia ad eum annum relata, accepiſſe conſtat. Eodem anno etiam vernaculè reddidit, uti teſtatur ex fide Exemplaris ſui MARQUARDUS FREHERUS Rerum *Palatinarum* Aſſertor acerrimus juxta ac eruditiſſimus. (n) Noviſſimis denique curis reviſum *Generali* (n)
Chronico ſuo, quod Viris de Rebus Germanicis optimè meritis & dum Litteræ erunt, victuris: JOANNI GEORGIO ECCARDO & BERNARDO PEZIO in acceptis ferimus, more ſuo maxima ex parte inſeruit.

Anno MCCCCXXXI. ad ERNESTUM Bavariæ Ducem JOANNIS *Monacenſis F.* in rebus Monaſterii ſui *Straubingam* ablegatus, Muſis parariis rem ex animi ſui & eorum, qui miſerant, ſententiâ geſſit.

Juvat negotiationis illius ſeriem prout ipſe *Chronico Bavariæ* inſeruit, pro temporum illorum ſimplicitate & candore, huc adducere, ut intelligant Lectores ANDREÆ noſtro non labia ſolum fonte caballino probè proluta, ſed & naſum aulicum fuiſſe. Ita autem ille ad annum memoratum: *Item pro defenſione Bonorum & Jurium Monaſterii ego una cum Confratre meo Conrado Forchamar Dominum Erneſtum Ducem Bavariæ Straubingæ conſtitutum acceſſi, & factum eſt Sabbatho poſt Feſtum S. Lucæ Evangeliſtæ, dum ſtarem in ſtuba majori, quæ eſt in caſtro, inter Milites & Nobiles, ipſis quærentibus*, quid in Chronicis ſcriberem de rebus geſtis? *ipſe Dux Erneſtus retrò accedens & à tergo brachiis ſuis ſuper humerum meum poſitis, ſic me amplectens ajebat:* quid eſt, quod proximè in Chronicis vultis ſcribere? *at ego aliquantulum diſſimulans, ut Principem plus excitarem, dixi* me neſcire. *Ad hæc Princeps:* Dicite quid boni proximè Chronicæ vultis ſcribere? *ad hæc ego:* Princeps gratioſe, eſt cauſa propter quam præſens ſum: quam ſi gratioſè audieritis, hoc erit bonum quod proximè pro Chronicis ſcribam. *Ad hæc Princeps:* de hoc non quæro. *At ego:* Eſt mihi hoc potiſſimum bonum ut in cauſa Monaſterii à Vobis gratioſè exauditus, bonarum rerum apud fratres meos, à quibus miſſus ſum, bonus ſim nuncius, & iſtud deſiderantiſſimus ſcribam. *Dominis autem qui tunc aſtabant, & præſertim* Joanne Sattelboger *Geltelfing, mihi ſuffragantibus Princeps dixit:* Dicite quid habetis tractare. *At ego:* Princeps gratioſe propter areas per quas ductum eſt foſſatum in pede pontis Ratisponenſis, Serenitatem veſtram veni petens ut tanquam advocatus Jura Monaſterii dignemini manutenere. *Tunc glorioſus ille Princeps intulit:* libenter iſtud faciam, *petiîtque ſibi dari cauſam in ſcriptis, quod & feci, & quia dixi, quod hanc cauſam eſſem ſcripturus tanquam potiſſimum bonum; ideò eam hîc pro Chronicis ſcripſi, ut ad notitiam perveniat Poſterorum.* Neque fefellit opinio Andream, ſiquidem factum illud Erneſti plus aliquando quam alia, quæ geſſit plurima, celebrem eum & commendatum reddidit. ANDREAS certè BRUNNERUS tertia poſt AVENTINUM VELSERUMque Rerum Boicarum Pharus, inde Erneſti Elogium legitur exorſus. (o) (o)
Inter Erneſti Decora nihil priùs memorent Litteræ quam fortiſſimo Principi in amoribus ſe fuiſſe. Hic enim ille Vir eſt, qui jam rerum ſuarum potens Andream S. Magni Canonicum Annales Boicos molientem in Magna Nobilitatis Palatinæ corona humaniſſimè amplexus déque ſucceſſu ſuſcepti Operis ſciſcitatus ſuo quoque nomini decoram iſto in libro ſtationem expletis Scriptoris pro ſuo Cœnobio ſupplicantis votis impetravit. Sic ſæpè levibus comitatis ſignis, quæ aulico gregi, toti morituro, cotidiè ingloriè prodigunt Principes, ſi in virum Poſteritatis capacem conferant, id conſequuntur, quod ipſis armorum potentia, opum ſplendor, adulatorum turba, lapidum ſtrues, aut omninò non præſtant: aut malè, & non diu.

(m) Feriâ VI. in die Exaltationis S. Crucis.
(n) In notis ad Andreæ Chronicon Bav. p. m. 233. de Codice MS. vernaculo Bibliothecæ Bavaricæ copioſius alibi.
(o) *Excub. Tutel.* Monachii 1680. in 8. ſub rubro *Theatri virtutis & gloriæ Boicæ* recuſ. pag. 313.

Anno MCCCCXXXIIII. Cum *Ratirbonæ* colloquium inter Legatos Concilii Baſileenſis & Bohemos coram SIGISMUNDO Auguſto haberetur, JOANNES ROCKIZANA Orator cum JOANNE POLEMARIO Archidiacono illo *Barcinonenſi* graviter colliſus eſt, præſente & audiente ANDREA noſtro, qui ejus rei ad hunc annum in *Chron. generali* meminit.

Et hæc ferè ſunt, quæ de noſtro Scriptore reperire fuit, nec ſpes facilè plura colligendi niſi quid alicubi vetuſtis Operum ejus Codicibus, in pluteis adhuc deliteſcentibus, in principio vel fine (ut fit) allitum. Eam enim Hiſtoriæ Partem, quæ Virorum doctorum memoriam & vitam actáque privata concernit, non alibi ſegnius & negligentius ac inter nos habitam, jam olim totus in reliquiis hiſce colligendis occupatiſſimus deprehendi. Hinc factum ut quousque vitam produxerit noſter & quando fatis denique conceſſerit, nullâ inveſtigatione, diligentiſſimâ etiam diſcere potuerim, niſi Epocham illam in lucem tandem proferant *Necrologia Monaſtica* ſuæ præſertim *Congregationis*, quæ velim minùs parce à Collectoribus Scriptorum hactenus prolata fuiſſe. In iis certè, quæ conſulere licuit, operam luſiſſe me fateor; Nec quidquam hac in re à HUNDIO & GEWOLDO (at quantæ diligentiæ viris!) ſubſidii, ut qui res *Monaſterii* S. MAGNI, in quo noſter vitam duxit, ſatis inconditè & fruſtatim (*pro re videlicet nitorem*, ut comicus ait) retulerunt.

Supereſt ut alteram Vitæ partem Lucubrationes nimirùm, in quibus verè vita viri litterati verſatur, percenſeamus. Sunt autem hæ, quarum quidem notitia ad me pervenit, ſequentes:

I.

Figura de Genealogia Principum Bavariæ ab Ottone Avo Ludovici IV. Rom. Imp. usque ad Ludovicum Barbatum Bavariæ Ducem.

Mali ominis eſſe poterat in principio lapſus, niſi temporum ratio & ævi illius *Illitteratiſſimæ Litteræ* (ut Sidonii verbis utar) veniam ſuaderent; ab OTTONE enim III. *Com. Pal. Schyrenſi*, *Wittelſpach*ii Conditore exorſus, malè
(p) calculum duxit (p) eum LUDOVICI Imp. Avum deſignando.

Cæterùm Genealogicum hoc ſchema, occaſionem extitiſſe ipſius mox Chronici Bavarici colligendi ſuperius vidimus. Non ſterilem Mæcenatem expertum Andream noſtrum ipſius verba nos docent, quæ ex DIARIO SEXENNALI damus: *Anno MCCCCXXV. &c. Ludovicus Dux &c. venit Ratisponam, manſítque ibi usque ad Feriam ſextam diem S. Bartholomæi, in qua mihi per Michaëlem ſcriptorem ſuum miſit ſatis pingue donum gratiæ ſuæ. Feceram enim ſibi quamdam figuram de Serie Genealogiæ Principum Bavariæ ad ducentos annos.* Cæterùm ſchema illud, quod ſciam, editum non eſt, nec etiam, uti ex prædictis colligi poteſt, ejusmodi ut valdè deſiderari debeat.

II.

Chronicon Generale à Chriſto nato usque ad ſua tempora.

Extat typis excuſum *Tomo I. Num. XXV. Corporis Hiſtoriæ Medii Ævi* JOANNIS GEORGII ECCARDI col. 1931. Et *Tomo IIII. P. III. p. 373. Theſauri Anecdotorum P.* BERNARDI PEZII.

Totius Operis rationem, quod tantorum Virorum curam meruit, ex Prologo damus:

Proinde Ego Frater ANDREAS *Litteratorum Humiliúmque minimus, Profeſſus Monaſterii S. Magni Confeſſoris in Præurbio Ratisponæ Ordinis B. Auguſtini Canonicorum Regularium, conſiderans & mente revolvens, quia memoriâ digna litteris ſunt mandanda, præſertim quia nos materiales homines aliorum vitâ magiſtramur & dirigimur (nam malorum hominum caſibus ad fugam terremur vitiorum & hominum bonorum exemplis tanquam quibusdam ſpeculis terſis & politis ad ſectandum mores felicer feliciter excitamur) ideò quæ temporibus meis, & præcipuè in Concilio Conſtantienſi acta ſunt, ſcilicet ab Anno Domini MCCCCV. quo in Hebdomada Pentecoſtes in Euſtavia ordinatus ſum Presbyter, ut ad majorem notitiam*

(p) Vid. Chron. Bav. p. 37. edit. Amberg. 1602.

notitiam perveniant & ad meam potiſſimè utilitatem, quamvis ignoranter, tamen
affectanter conſcribere curavi. Præterea quia non eſt bonum, quod non pulchrius
eluceſcat, ſi plurimorum notitiâ fuerit comprobatum & bonum quantò commu̅nius
tantò divinius Chronicas Antiquorum usque ad tempora Joannis XXII. & Ludovici
IV. Imp. Rom. & Bavariæ Ducis exfloravi. (q) *Cætera verò quædam ex diverſis* (q)
collegi; (r) *quædam ſicut ex relatione Virorum fide dignorum accepi, usque ad* (r)
tempora Martini Papæ V. & Sigismundi Regis Romanorum fideliter conſcripſi, & fi-
delius juxta ingenii mei parvitatem in hanc formam redegi, & ab ipſa Sapientia, quæ
eſt Chriſtus, attingens à fine usque ad finem fortiter, & diſponens omnia ſuaviter,
cœpi ordiri hoc ordine, ut tempus Nativitatis Summi Pontificis & Regis JESU
CHRISTI, ac deinde Romanos Pontifices in columna vel pagina prima: & Roma-
nos Imperatores contemporaneos, ut clarius eluceſcant ad modum figuræ Schola-
ſticæ Hiſtoriæ *ex oppoſito in columna vel pagina altera in circulis rubeis deſcribam:*
eos verò Pontifices, qui in numero Romanorum Pontificum non ponuntur præter
Linum & Cletum in circulis nigris &c. & quæ ibi plura leguntur pro ſolita Ele-
gantia Codicum, illorum temporum. Eam etiam Methodum retinuerunt, omiſ-
ſis tamen barbaris illis ornamentis, ECCARDUS & PEZIUS, qui in uno eodém-
que anno MDCCXXIII. *Chronicum Andreæ* in lucem ediderunt. Plenius ta-
men multo Eccardus, correctius fortè PEZIUS, cui nomina propria locorum
& hominum Bavariæ magis nota. Eccardus hoc rubro edidit: *Andreæ Ratis-*
ponenſis Chronicon à Joanne Chrafft Prædicatore Cambenſi interpolatum & usque
ad annum MCCCCXC. continuatum. Non autem ea ſolum continet, quæ
ANDREAS ad an̄um usque MCCCCXXII. proſecutus eſt (in quo deſinit PEZII
Codex & Editio) ſed ea etiam, quæ poſteà novum ſcribendi otium & argumen-
tum nactus ad annum usque MCCCCXXXVIII. in quo deſinit, adjecit. Ut
mirer Virum oculatiſſimum Eccardum in partem laboris admiſiſſe JOANNEM
CRAFFTUM, cùm præter poſtumæ paginæ columnam alteram, nihil de ſuo
adjecerit, quod ipſum quam ſit tenue, cuilibet volumen aperienti patebit.
Omnia igitur, quæ Chronico poſt annum MCCCCXXII. acceſſerunt, ſolum
& unum Auctorem agnoſcunt *Andream*, quod vel ipſa ejus verba, quibus
Auctarium ſuum orditur, conficiunt. *Licèt Chronicis ſupraſcriptis per verbum*
Expliciunt hoc anno Domini MCCCCXXII. in die S. Agnetis *finem tunc tem-*
poris impoſuerim, & poſteà ad ulteriora ſcribenda dimiſerim, quoniam plura folia
vacua, pôſtque Concilium Piſanum & Concilium Conſtantienſe, & etiam quædam
Chronica & præſertim materiam Huſſitarum hæreticorum, usque ad annum Do-
mini MCCCCXVIII. latius in hoc volumine ſcripſi: quia tamen largiente Domino
bonorum omnium Diſtributore tempus eſt iterùm ſcribendi, ideò prædicta folia, ut
non appareant vacua adornata, quasdam hiſtorias ſecundùm formam, quæ ſequitur,
memoriæ recommendavi. hactenùs ille. (s) Nihil etiam interpolatum à Joanne (s)
Craffto, cùm Codex MSC. quem ſervat Bibliotheca Bavarica, tum etiam *Lu-*
nælacenſis, è quo ſua PEZIUS edidit, convincunt: quorum uterque omnia
illa complectitur, quæ ECCARDUS protulit, ut itaque Interpolatori huic nihil
reliquum faciant; niſi eo loco habeas, quæ ex Martinorum Chronicis infar-
ſit, ita ut ex tribus hiſce Libris unum conficeret, quemadmodùm obſervat
Eccardus, quæ ipſe tamen in editione ſua poſteà reſecanda duxit.

Uſus autem eſt ECCARDUS, Magni illius LEIBNITII *proles* litteraria, *non*
inficianda Parenti Codice MS. quem è Bibliotheca *Johannæa* Hamburgenſium
depromptum cum ipſo communicaverat JOANNES ANDERSONIUS vir conſula-
ris. Is triplex illud Chronicon, de quo modo ſermo fuit, à JOANNE CRAFFTO
ſic adornatum, continebat; ſed ipſum *Prædicatorem Cambenſem* (uti ſe vo-
cat (t)) apud Illuſtr. ECCARDUM audiamus. *Incipit Chronica vet. Teſtamenti* (t)
collecta ex diverſis libris cujusdam fratris Minorum (*Martinum* Minoritam in-

 nuit,

(q) Eod. Chron. col. 1989. Edit. Eccard. Idem: *Licet intentionis meæ principale propoſitum ſit Chronicas antiquorum exflorare, libet tamen ſæpius & Hiſtoriis, ut ad majorem notitiam perveniant immorari.* *Exfloravit* autem, ut ipſius verbo utar, utriusque *Martini Minoritæ* & *Poloni* potiſſimum Chronica tam illiberaliter, ut ea omnia ex editione ſua reſecanda judicaverit Illuſtris Eccardus.

(r) Joannes Aventinus Rapſod. T. VI. breviter usque ad Ludovicum IIII. *Litteris*; ad Sigismundum, *auditis*. Fontes ipſos paulò inferiùs indicabimus.

(s) Col. 2151.

(t) Prædicator hoc eſt Concionator, qui populo è ſuperiore loco verba facit; non verò *Prædicatorii Ordinis*, ut perperam intellexit Cl. V. Georgius Chriſtianus Gebauerus in Commentar. doctiſſimis, reconditæque Eruditionis plenis. De Richardo Cæſ. Aug. L. II. §. CLXXXIII. not. (s).

nuit, cujus Chronica, *Martiniana*, dicta fuit) *qui eam in uſum redegit ab initio Seculi uſque ad tempus gratiæ, quam Ego Joannes Chrafft Prædicator indignus in Oppido Chamb Ratisponenſis Diœceſis conſcripſi & conſcribere feci, adjunctâ Chronicâ Fr. Andreæ ad S. Magnum in Prærbio Civitatis Ratisponenſis anno Domini MCCCCLXVI. Interſerui etiam Chronicam fratris Martini de Ordine Fratrum Prædicatorum.*

Memorat prætereà ECCARDUS & alium Cod. MSC. *Helmſtadienſem* nimirùm FLACII ILLYRICI, per omnia geminum Hamburgenſi, ſi breve JOANNIS CRAFFTI Auctarium ab A. C. MCCCCXLIII. ad an. MCCCCXC. quod ut dixi unâ pagellâ abſolvitur, excipias. Et tamen hac tam exiguâ opellâ no-
(u) men aliquod & in Supplementis *Morerianis* (u) locum conſecutus eſt CHRAFFTUS; qui ibidem corruptè *Chraw* vocatur, & circa annum MCCCCLIX. vixiſſe, Chronicámque ſcripſiſſe dicitur, cujus edendæ ſpem feciſſet JOACHIMUS JOANNES MADERUS, quæ omnia ibidem ex fide *Bibliothecæ Novo-Antiquæ* KÖNIGII aſſeruntur. Adeò parùm æquiter & Famæ Litterariæ prœmia diſpenſantur, ut non rarò alios habere nomen videamus, alios mereri. Quotusquiſque enim Bibliothecariorum alterius Presbyteri Ratisponenſis LEONARDI nimirùm PAUHOLTZII meminit, qui ejusdem ANDREÆ *Chronicam Bavariæ* juſti libelli mole auxit? Sed de hoc mox agendi redibit occaſio.

BERNARDUS PEZIUS, in cujus ære Germania, *Bojoaria*, & utriusque Antiquitates perpetuò erunt, ANDREÆ noſtri CHRONICON GENERALE è Codice MS. *Lunælacenſi* edidit, à P. JOACHIMO PRIESTERSPERGERO, Benedictino *Mellicenſi* diligentiſſimo, erutum, non malè ominatus, ſi nomen ANDREÆ clarum hactenus ob Chronicam Bavaricam fuiſſet, longè deinceps clarius hoc Chronico Generali evaſurum.

Sed inferior hac in parte Editio PEZII ECCARDIANÆ, quod *Auctarium* repetiti laboris poſt annum MCCCCXXII. non adjecerit, etſi Codex *Lunælacenſis* illud contineret. Negligendi rationem memorat Editor, quod cum Bavarico collatum, unum idémque ferè Opus comperiſſet. Secùs haud dubiè videbitur utrumque curatius comparanti. Sed Pezium majoribus curis debitum, hæ minutæ fortè tum fugerunt.

Supereſt modo, ut quibus ſubſidiis munitus Chronico ſuo manus admoverit ANDREAS examinemus. Tenuerat hujus diſquiſitionis cura ipſum Cl. PEZIUM, cui & noſtras obſervationes adjiciemus. Operæ enim pretium eſt hæc diſcuti, ut qui per tot annorum decurſum ſibi invicem veritatis hiſtoricæ lampada tradiderint, apertius conſtet, indéque vel jacturam diſcamus deperditorum Monumentorum, vel ſpem acuamus inveniendorum.

Monumenta autem, quibus uſum ſe teſtatur duplicis generis, vel ex Scriptis, vel ex Sermonibus ſuorum temporum (uti rectè obſervavit Optimus AVENTINUS) fuerunt: Ex Scriptis, præter vulgo nota, & utrumque *Martinum*, ferè hæc notabiliora viſa ſunt:

Chronica ſatis authentica & antiqua: ex Monaſterio *Prunfeningenſi*, quo loco Eccardi editio malè *Pryfing* habet, quæ & alias in nominibus propriis, uti diximus, Pezianâ multo inferior. Eam Chronicam poſteà Pezius in Bibliotheca illius Monaſterii, cùm illuc iter Litterarium inſtituiſſet, fruſtra requiſivit. Eam circa annum Chriſti MCIII. terminari ipſe nobis auctor eſt Andreas.

Chronica Herimanni quæ eſt Ratisponæ ad S. Hemmeramum. Meminit ad A. DXXII. eam ibidem in Eleganti Seculi XII. Codice vidiſſe teſtatur PEZIUS.

Cronica ad S. Hemmeramum à priori diverſa cujus ad annum MCCLI. in rebus FRIDERICI II. meminit.

Martyrologium Monaſterii ad S. Magnum. Quod ad A. CLXXVIII. in rebus ELEUTHERII Papæ allegat obſervante PEZIO. nos eum ſæpiùs *Novum Paſſionale* adducere notavimus. Allegat & *Flores Temporum*, *Legendariorum* poſteriorum Muſtaceum, & variorum Sanctorum *Legendas*, D. BARBARÆ præ-
(x) primis, cujus ſe varias vidiſſe teſtatur (x), tum & *Vitam S. Magni* quam col. 2011. & *Legendam D. Udalrici* quam columnâ 2055. adducit.

Chronicon M. Conradi de Monte Puellarum. Id ſe in pluribus Bavariæ Bibliothecis MS. vidiſſe teſtatur Cl. PEZIUS; mihi verò olim ſollicitè indaganti, videre nondum contigit. Meminit ejusdem Auctoris ANDREAS in Catalogo ſuo Epiſcoporum Ratisponenſium & ex eo prolixum in exordio locum adducit.

(u) T. II. pag. 136. Edit. 1716.
(x) col. 1955.

cit. Alibi (y) Canonicum Ratiſponenſem (z) fuiſſe hunc CONRADUM & tempore Caroli IV. vixiſſe memoravit. (y) (z)

Chronica Marſilii, quam allegat in Leone III. Cæſ. col. 2028. Fallor an innuit *Hiſtoriam fundationis Monaſterii Campidonenſis Gottfridi Kerren de Civitate Marſilia &c.* quam in *Tegernſeenſi* Bibliotheca antiquis Codd. inſtructiſſima vidiſſe ſe pluribus teſtatur Cl. Pezius, non multum tamen eidem tribuens.(a) (a)

Difficilius paulò erit vivorum, quibus uſus eſt teſtium numerum inire: Quorum ipſe in ſuis meminit, ferè hi ſunt:

M. CONRADUS DE HILDESHEIM, cujus honorificam valdè mentionem facit ad A. MCCCCVIII. quem eodem anno ALBERTUS STAUFFER Epiſcopus Ratiſponenſis ære conduxit, ut *in Jure Canonico in Aula Epiſcopali legeret.* Ejus quædam MS. Scholaſtica in Catalogis MS.torum (quos ad Bibliothecam Electoralem Bavaricam MAXIMILIANI I. juſſu Monaſteriorum Præſules repetitis vicibus ſubmiſerunt) legere me memini. Ab iſto multa ad res Eccleſiaſticas eo tempore decumanis fluctibus agitatas pertinentia didicit.

Uſus eſt præterea Amico FRANCISCO PUTREICH Cive & Mercatore Ratiſponenſi, facultatibus & rerum experientiâ inſigni, à quo ea, quæ *De Vice-Comitum Mediolanenſium origine* ad annum MCCCCX. Anecdota prodidit, accepiſſe ſe teſtatur, quod ille vir mercimoniorum cauſa longam in Italia moram traxiſſet, in quibus etſi multa popularem rumorem ſapiant, multa tamen ex iis, quæ poſteà ab Immortalis Memoriæ viro ANTONIO LUDOVICO MURATORIO in lucem protracta fuêre, fidem & robur accipiunt. Facit præterea amicam mentionem (b) PETRI MELLICENSIS O. S. Benedicti, qui è Medlico A. MCCCCXXVIII. Huſſitis crabronibus ſemel excitatis, Bavariam & Auſtriam turbantibus, Ratiſponam venerat; nec non & celeberrimi tum illius JOANNIS DE POLEMAR *Archidiaconi Barcinonenſis*, Concilii Conſtantienſis Nuncii, Anno MCCCCXXXIIII. Ratiſponæ verſantis, cujus tum acri cum ROCKIZANA coram SIGISMUNDO Cæſ. patientiſſimo Principe altercationi præſens interfuit Andreas; Præterea multum cum eo converſatus, quod amborum animi in illo utrinque immodico æſtu partium, majori Huſſitarum odio quam verò Pacis Eccleſiaſticæ amore flagrarent. (b)

Reſtant nonnulla de Codicibus MS. hujus Chronici dicenda; quorum ſequentes ad notitiam meam pervenerunt:

CODEX BAVARICUS: Quem conſervat Bibliotheca Bavarica, chartaceus in folio, diligenter exaratus, quem velim in manus eorum incidiſſe, qui Chronicon illud primi cum Eruditis communicârunt. Librarius ille, neſcio quis, farraginoſum Andreæ Opus tres in partes diviſit, ita ut Hiſtoriam Auguſtorum unâ & continuâ ſerie, unâ etiam Pontificum & tertio demùm loco *Incidentia*, quæ vocat, & quæ ſunt nova Andreæ poſt annum MCCCCXXII. Auctaria ad annum usque MCCCCXXXVIII. producta referat; rejectâ in finem *Chronicâ Epiſcoporum Ratiſponenſium* Ejusdem Auctoris.

Diviſionis hujus rationes non contemnendas Anonymus ille poſt Prologum Auctoris ſui inſeruit, prolixiores tamen quam ut iis referendis Lectorum otio abutar. In Fine *Ordinis* (quem vocat) *Imperatorum* legitur: *Reſcriptum in caſtro Burckhauſen in die Sanctiſſimi Joannis Evangeliſtæ anno MCCCCLXV.* ad calcem verò *Ordinis Pontificii*: *Reſcribendo finitur in Burckhauſen caſtro penultima die Januarii anno Domini MCCCCLXVI. In quo hyems, præcedens incenſionem Februarii, fuit frigidiſſima, ſcilicet usque ad Octavam Epiphaniæ, ſed ab eo die fecit inſolitum noſtris in partibus tempus quoad caliditatem. Nam clauſis omnibus fluminibus præ algore & congelatione circa Feſtum S. Pauli ſubito importunè glacies fluminum ſolvebatur, & in pluribus pontibus notabilia fecit damna, ſic novi experientiâ in Burckhauſen.*

CODEX PALATINUS: de quo FREHERUS p. 233. in notis ad Chron. Bav. *Chronicæ Romanorum Pontificum & Regum extant in Bibliotheca Palatina ſine nomine quidem Auctoris, ſed enim iſtis Bavaricis in eodem Codice juncta à Nativitate Chriſti usque ad Sigiſmundum Imp. & annum MCCCCX.*

CODEX MOGUNTINUS. Ejus meminit Cl. V. (Et in quo FREHEROS, PARÆOS TOLNEROSque ſibi redditos non ſatis intellexiſſe videntur, qui poſſide-

(y) Chron. General. col. 282. edit. Pez.
(z) S. Auguſtini Regularium haud dubiè, unde factum ut cum Eremitis Auguſtinianis paſſim vindicent Ordinis illius Bibliothecarii.
(a) In Iſag. T. I. Theſ. anecdotor. pag. XIII. ab eo tempore & mihi contigit eam videre MS. indignam, quæ prela fatiget.
(b) col. 2155.

ſidebant) GEORGIUS CHRISTIANUS JOANNIS in addit: ad NICOLAI SERARII *Rer. Mognntin. L. I. C. XXXV. de Bibliothecis Moguntinis* p. m. 112. ubi ita recenſetur: *Bibliotheca, quæ Sodolitii eſt Franciſcani, & cæpit A. MDCXII. recondit Codicem Membranaceum MS. in forma Ordinis mojoris præter nonnulla alia Fratris Andreæ ad S. Mognum, qui vulgò Presbyter Ratisponenſis dicitur Chronicon univerſale latinum à C. N. ad annum usque MCCCCXXXVIII.* ἀνέκδοτον, complectentem.

CODEX LAZIANUS: quem penes WOLFGANGUM LAZIUM fuiſſe memorat *Simlerus* in *Epitome Bibl. Geſneri.*

CODEX VINDOBONENSIS Bibliothecæ Cæſareæ; Et

CODEX CLAUSTRO-NEOBURGENSIS Bibliothecæ, cujus utriusque mentionem injicit Cl. PEZIUS l. c. à quo etiam memoratur

CODEX UFFENBACHIANUS de quo hæc apud laudatum Auctorem: *Illuſtris* ZACHARIAS AB UFFENBACH *illud (Chronicon Generale) tam lotinè, qualiter ob Auctore conſcriptum eſt, quam Germonicâ linguâ à* LEONARDO HEFFT
(c) *Ayſtettenſi, Cive Ratisponenſi circa finem Seculi XV. donatum* (c) *in Ampliſſima ſuo Bibliotheco poſſidet, ut & in Litteris ad nos datis & in Catalogo MS.*torum *Codd. ſnorum typis in fol. evulgoto P. IIII. col. 153. otteſtatur.* Is eſt haud dubiè, cujus multo antè meminerat Cl. V. GEORGIUS CHRISTIANUS JOANNIS mo-
(d) do laudatus, dum ait (d) *cujus quidem Auctoris (Andreæ Presbyteri) oliud Chronicon vernaculo compoſitum Sermone Tabuliſque publicis haud paucis refertum volumine ſatis vaſto comprehenſum Francofurti ad Mœnum eſt Zachariæ Conrado ab Uffenboch JC. & Polyhiſtori Rei Litteroriæ perquàm ſtudioſo.* Hæc ſi non obiter ſcripta fuêre Chronico Generali parùm convenire videntur, in quo parùm admodum Tabularum ejusmodi publicarum. Aliquas ſaltem, ſed non ita densè ſparſas exhibet *Chronicon Bavariæ.*

CODEX EMMERAMMENSIS I. Membran. extat ille cum duobus ſequentibus in inſtructiſſima Bibliotheca *Emmeramenſi*, cujus Catalogum cum orbe litterario benignè comunicavit Abbatiæ illius Antiquiſſimæ PRÆSUL & PRINCEPS *Celſiſſimus* JOANNES BAPTISTA notum Muſis & Bonis in illo digni-
(e) tatis faſtigio NOMEN. Signatur Codex ille Num. DLXXIII. (e)

COD. EMMERAM. II. & ipſe Membraneus in fol. maj. Num. DLXXIIII. ſignatus.

COD. EMMERAM. III. *Chronicon Andreæ Presbyteri.* Continet per Fratrem CHRISTOPHORUM HOFFMANNUM ad S. Emeramum (de quo aliàs nobis ſermo redibit) Sec. XVI. deſcriptus. An *Generale Chronicon* an verò *Bavaricum* ſub hoc *rubro* intelligendum veniat, cùm explicatiùs non loquatur Catalogus, nihil temerè definiam.

III.

Chronicon de Ducibus Bavariæ cum Paralipomenis Leonardi Pauboltz Presbyteri ad Annum usque MCCCCLXXXVI. cum ejusdem Andreæ nonnullorum Monaſteriorum per Partes Bavariæ Hiſtoriâ Fundationum.

Ex Bibliotheco MARQUARDI FREHERI *cum Ejusdem Notis. Ambergæ typis Michaëlis Forſteri 1702. in 4.*

Denuò *Ambergæ* Anno *1604.* in 4. hujus editionis meminit Cl. JÖCHERUS in *Lexico Eruditorum* noviſſimæ Editionis *T. I. p. m. 395.* memoro ipſius fide, mihi enim de hac Editione nihil præterea innotuit. *Hanoviæ 1607.* in 4. Etſi noc illam me vidiſſe Editionem ſat meminerim, tamen ex Catalogo præſtantiſſimo *Heinſianæ* Bibliothecæ commemorat CASIMIRUS OUDINUS *Comment. de Script. Eccleſiaſt. T. III. col. 2467.* in Andrea noſtro

In Collectione Rerum Germanicarum Cl. V. JOANNIS GEORGII KULPISII *Argentorati 1685.* unà cum notis FREHERI, cujus tamen nomen non referunt.

In Cl. V. JOANNIS SCHILTERI *Scriptoribus Rerum Germanicarum Kulpiſii* denuò editis *Anno 1702. Argentorati.*

Primus

(c) Meminit Ejusmodi Codicis etiam Joannes Aventinus T. VI. Rapſod. pag. 147. ubi quædam ex Eodem excerpſit, additque *Leonardum Heffi Ratisponenſium Senatorum famulum fuiſſe.*

(d) loc. cit.

(e) Catal. Bibliothecæ Emmeramenſ. P. IIII. pag. 102.

Primus, qui Chronicon illud (f) in litterariam lucem produxit, MARQUARDUS FREHERUS fuit, vir elogio meo multò major. Edidit autem *partim è tabulariis Palatinis* (ipſius verba ponimus) (g) *partim è privatis ſuis ſcriniis deſumptum ſuáque manu deſcriptum & collatione Exemplarium integritati ſuæ reſtitutum.* (f) (g)

Dedit autem unà cum *Auctario* PAUHOLTZII, & *Hiſtoriâ fundationum*, quæ Chronico illi perpetuò adhærent. Etſi autem ad annum usque MCCCCXXXIX. pertingat Chronicum illud, in ipſa tamen nuncupatoria ad LUDOVICUM BARBATUM abſolutum à ſe ait *Anno MCCCCXXV. feriâ ſextâ in die Exaltationis ſanctæ Crucis*. Ut facilè inde appareat *Andream* Opus ſuum per intervalla auxiſſe & emendâſſe. Hinc in *Freberiano* Codice ad añum MCCCCXXVII. legitur: *Explicit hîc Chronicon, nam ea, quæ ſequuntur poſt primam compilationem ſunt inſerta.* Sic Epiſtolam illam, quam eodem anno LUDOVICUS Ratisponæ agens à Socero ſuo Rege Cypri acceperat, ANDREÆque communicaverat, Chronico ſuo noviſſimè inſeruit. Acceſſiones verò hæ in anno MCCCCXXXIX. deficiunt. Quæ ſequuntur ad ejusdem Continuatorem pertinent. Fuit is LEONARDUS PAUHOLTZ *de Opercboven* Diœceſis Ratisponenſis Presbyter, qui rei Bojorum ab odio exorſus, quod LUDOVICUM BARBATUM inter & filium ejus homonymum, impietate in patrem quam gibbo deformiorem, plurimis utrinque perperam commiſſis increbuit, complexus eſt; admixtis ſubinde tabulis publicis, ſed rarius. Reliqua viri fama, niſi quam ei Opuſculum hocce peperit, in obſcuro manet, nimis jam obſoleta oblitteratáque, quam ut revocari diligentiâ poſſit. Codices MSC.[ti] Chronici hujus Bavarici ſequentes ad notitiam meam pervenerunt:

Freberiani, plures enim commemorat ex archivis & privatis ſcriniis ſuis deſumptos, quarum rerum uberem penum habuit Palatinus ille Polyhiſtor.

Gewoldianus. Cujus meminit Cl. V. & inter principes Bojoariæ noſtræ Hiſtoricos meritò referendus CRISTOPHORUS GEWOLDUS in *Replicatione* (h) *ad Marquardi Freberi reſponſoriam in cauſa Electoratûs Palatini*, quem ait Freheriano Exemplari *innumeris in locis auctiorem & locupletiorem*, ſéque illum cum Freheriano alio tempore collaturum, quod tamen finitâ per mortem Freheri velitatione illâ, jam incipiente aceſcere, non præſtitit. (h)

Velſerianus. Cujus Virille ſummus in Opere, quo cum Antiquis contendere poſſumus *de* REBUS BOJORUM, ſub nomine MAGNI, *Presbyteri Ratisponenſis* Codicis haud dubiè vitio minus exactè meminit.

Extat престереà *Chronicum Bavariæ* vernaculè redditum ab ipſo Auctore. Exemplar, quod exhibet BAVARICA, Chartaceum eſt in folio: num. L. ſignatum: *Chronick von den Fürſten aus Bayrn beſchriben durch Bruder Andre zu Sant Mang: Anno Domini MCCCCXXVII.* nuncupavit Eidem LUDOVICO Duci: *Dem Grosmechtigen und Hochgebornen Herrn Ludwigen Pfaltzgraf bey Rhein Herzog in Bairn und Graf zu Mortani, ſeinem allerliebſten Herrn, Bruder Andre Prieſter des Gotzhaws zu ſant Mang am Fueſs der Prucken zu Regensburg ſein Gebett mit Brunſt ſeiner leuteriſten Lieb &c. da man zalt von Chriſti Geburt vierzehen hundert Jar und darnach im ſiben und zwanzgiſten Jar des Freytags des heiligen Creuztag.*

Extat etiam vernaculè bis in VATICANA inter Codd. MSC. Germanicos cum HEIDELBERGENSI illûc illatum.

Cod. I. Membraneus in fol. 97. paginarum. Incipit, ut Bavaricus modo recenſitus. Deſinit cum Epiſtola Regis Cypri ad LUDOVICUM, unde colligitur ea, quæ ab anno MCCCCXXVI. poſt primam compilationem adjecta fuêre ab ipſo Andrea, hoc in Codice deſiderari. Exemplar nitidè compactum A. MDLVIII. & ut videtur quodam OTTONIS HENRICI Electoris Palatini. Signatur Num. XCV.

Cod. II. in Charta majori exaratus Num. XCIV. ſignatus. Superiori per omnia ſimilis, præterquam quod poſt Epiſtolam Regis Cypri brevis narratio mortis LUDOVICI BARBATI habeatur. Utriusque notitiam haurio ex illis Excerptis, quæ è *Catalogis* HEIDELBERGENSIS BIBLIOTHECÆ collegit, cum anno MDCCL. Romæ ageret Cl. & amiciſſimus Vir JOANNES GEORGIUS LORIUS, tum Jurium in Academia patria Profeſſor publicus, hodie ſupremi ju-

(f) Ejus jam pridem orexin Eruditis moverat Joannes Aventinus Hiſtoriæ noſtræ Parens, parùm gratos & memores expertus filios.

(g) Ex nuncupatoria ad Maximilianum Bavariæ Ducem, Dat. Heidelbergæ X. Kal. Sept. 1602.

(h) Edit. Monachii 1612. p. 8.

dicii Aulici Monacenſis Conſiliarius digniſſimus, graviorum juxta ac amœniorum Muſarum conſecraneus; excerpendi facultatem eidem clementiſſimè concedente S. D. N. BENEDICTO XIIII. P. M. communi Chriſtianorum & litterarum Parente.

Monumenta, quibus ſe uſum teſtatur, in Operis decurſu ferè hæc ſunt: *Chronica Conradi de Monte Puellarum*; *legenda S. Emmerami*; *legenda S. Wolfgangi*; *vita S. Godehardi*; *Chronicon Altahenſe & Privilegia Monaſterii illius*; *Geſta S. Udalrici & Chronicon Monaſterii Scotorum Ratiſponæ*, de quo & ex quo nos alibi quædam.

IV.

Nonnullorum Monaſteriorum per Partes Bavariæ Fundationum Hiſtoriæ.

Hæ ad calcem Chronici Bavarici à Frehero editæ, indubitatum Auctorem agnoſcunt cum codicum, tum auctorum unanimi conſenſu ANDREAM noſtrum. Seorſim editas non memini, ſed Editionibus Chronici, cum quo primum prodierunt, perpetuò adjectas. Rarum etiam ſeorſim ſcriptas reperire. Extant tamen in *Bibliotheca Bavarica* HARTMANNI SCHEDELII, Medici & Polyhiſtoris *Noribergenſis* manu exaratæ. De quo diligentiſſimo viro, cujus Bibliotheca integra conſtans ex Codicibus MS.tis potiſſimum, tum incunabulis typographiæ ſub eo inventæ, in BAVARICAM immigravit, alias prolixiùs & exactiùs, quam unquam factum eſt anteà, agendi recurret occaſio.

Habet autem Exemplar illud chartaceum nihil ſingulare ab editis, etſi Cl. Cl. Viri Fratres, BERNARDUS & HIERONYMUS PEZII, dum anno MDCCXVII. die XXXI. Julii BIBLIOTHECAM BAVARICAM feſtinanter percurrerent, ANDREÆ collectionem primâ fronte, quod nomen Auctoris non referret, ut
(i) accidit feſtinantibus, eo in Codice non agnoverint. (i)

Aliud *Exemplar MS.* recenſet Catalogus Manuſcriptorum Codd. prædivitis
(k) Bibliothecæ *Lunælacenſis*, (k) nuper unà cum *Chronico* antiquiſſimi illius Monaſterii, cum Fundationis Millenarium celebraret, editus; quem ipſum tamen Codicem à MAXIMILIANO I. litterarum Muſageta trinis ad *Chriſtophorum* Abbatem litteris A. MDCI. unà cum aliis ad res Bojorum ſpectantibus, poſtulatum fuiſſe memoratur. Qui cum in hodierno Catalogo Lunælacenſi appareant, aut non miſſos aut remiſſos fuiſſe oportet.

V.

De Ortu & Conditione Civitatis Ratiſponenſis & de variis Hæreſibus.

Opuſculi hujus ſubitanei & parùm cohærentis indigeſtum chaos ipſe puto ſenſit Andreas, hinc in partes denuò ſolutum *Chronico Generali* membratim inſeruit.

Exhibet illud, unicus, quem mihi quidem videre contigit, Codex MS. chartaceus *in fol. H. H. XXX. ſignatus* Bibliothecæ *Academicæ Ingolſtadienſis*, cujus inſpiciendi mihi facultatem fecit humaniſſimus doctiſſimúſque vir IGNATIUS CYRIACUS SCHMIDIUS Presbyter, cujus diligentiæ & puriori in bonas litteras affectui, & faventius & intelligentius theatrum, quam in quo nunc verſari cogitur, animitùs exopto.

Eo in Codice ita Opuſculo huic male conſarcinato præludit Auctor: *Anno Domini MCCCCXXII. Sigiſmundus Rex Romanorum & Principes Electores ad tractandum de deletione Wicleſiſtarum & Huſſitarum Hæreticorum in regno Bohemiæ ſtatuerant fieri Congregationem Principum Ratiſponæ, quapropter ego Andreas Presbyter Monaſterii S. Magni in pede pontis Ratiſponenſis ut conditio ejusdem civitatis ab antiquo & tempora, quibus diverſi Hæretici diverſè pullulârunt, clarius eluceſcerent præſens compendium pro modulo ingenioli mei ex Cronicis collegi, Joanníque Epiſcopo Ratiſponenſi, prout ſequitur, in forma porrexi.* Et in fine: *Hæc prædicta Excerpta ex Chronicis collecta divini timoris totiúsque prudentiæ fulgore Clariſſimo Domino Joanni II. Sacerdotum ac Præſulum digniſſimo, tricesimo*

(i) Iſag. T. I. præmiſſâ. fol. 23.
(k) pag. 393.

ſimo ſeptimo Ratisponenſis Eccleſiæ Epiſcopo ego Frater Andreas Canonicorum ſuorum minimus offerendo correctioni & emendationi commendo.

Quæ de diverſis etymis nominis Ratisponæ affert in medium pleraque ex CONRADO de MONTE PUELLARUM ſe deprompſiſſe teſtatur.

VI.

Expeditio Bohemica adversùs Huſſitas & de turbis Huſſiticis.

Dubitare quis poſſet ANDREAM noſtrum Argumentum hoc peculiariter tractâſſe, ſi quis verba ejus ad A. MCCCCXXII. p. 99. Chron. Bav. expendat, ubi Expeditionis Bohemicæ à FRIDERICO *Marchione Brandenburgenſi* parùm auſpicatè ſuſceptæ mentionem injicit, dum ait, *ſed quid dignum memoriâ fecit &c. aliis ad ſcribendum committitur.* An ita loqueretur, cui ſimile argumentum ſub manibus? aliter tamen res cecidit, & Andream, quem ardens è propinquo ex ſubjecta Huſſitica face Ucalegon urgebat, incendii Huſſitici buſtum, quod cotidiè cominus jam non limites ſed ipſa patriæ viſcera depaſcens cernebat (ita latè pervolaverant Conſtantienſis illius rogi favillæ!) ad ſcribendum & ipſum incendit. Opus ipſum adhuc latet, ſed more ſuo plurima inde petita fragmenta tam *Generale* (l) quam *Bavaricum* Chronicon implent. (l) Non paucis etiam DIARIO SEXENNALI (de quo mox) inſertis.

Denique nonnulla ex ejusdem Huſſiticis excerpſit AVENTINUS. (m) (m)

Latius autem & ex compoſito iis de rebus egiſſe convincunt verba ipſius ad A. MCCCCXXXI. ubi agit de infelici expeditione SIGISMUNDI FRIDERICO *Marchione Brandenburgenſi* Duce, dum ait: *Inde tanta facta fuerunt rerum & perſonarum diſpendia, quod expedit plus tacere quàm loqui: Alibi tamen de hoc latius ſcripſi.*

VII.

Acta Concilii Conſtantienſis.

Meminit eorum à ſe collectorum Andreas noſter in *Chronico Generali* (n) (n) ad annum MCCCCXIIII. ubi de Concilio illo promulgato agit, his verbis: *Ad ſacroſanctam Synodum hujus generalis Concilii in Spiritu S. feliciter congregatam ſanctam Matrem, & univerſalem Eccleſiam militantem, repræſentantem, ego Frater Andreas ejusdem ſanctæ Matris Eccleſiæ Alumnus, quantum in me erat, paratus eram etiam cum onere perſonaliter venire; ob ſtatùs tamen mei parvitatem, affectum in hoc non deduxi in effectum; & licèt hoc intervenerit, ferventius tamen Domino largiente pro modulo ingenioli mei acta ipſius generalis Synodi, ut in poſterorum notitiam perveniant, ſcribere curavi, & pauca è multis prout à fide dignis* (o) *audivi, vel ex ſcriptis collegi, hic memoriæ recom̃endavi.* (o)

Extat collectio illa in eodem Codice *Lunælacenſi*, è quo Chronicon Andreæ generale dedit Cl. PEZIUS, quem de eodem fuſius tractantem audire juvabit: (p) *Poſtremo advertendus eſt Lector eruditus, in eodem Monſeenſi Codice &c.* (p) *etiam extare ingentem collectionem Monumentorum ad Hiſtoriam Concilii Conſtantienſis pertinentium, quam idem Andreas non ſine incredibili labore undique congregavit. Faciem & œconomiam univerſi Operis ex ejus Præfatione perſpectam habebis, quæ hujusmodi eſt:*

„ *Quoniam largiente Domino Chronica Summorum Pontificum & Romanorum Imperatorum, à Nativitate Chriſti noſtri Salvatoris usque ad tempora Martini Papæ V. & Sigismundi Regis Romanorum ſecundum ingenii mei parvitatem perduxi: Opus ſubſequens videlicet* Concilium Conſtantienſe, *quod principaliter ſcribere propoſui, quod etiam ad ſcribendum ipſam Chronicam quodammodo me movit, ut ad poſterorum notitiam perveniret, & ut filii, qui naſcentur & exſurgent, narrent geſta in eo filiis ſuis, Domino præſtante aggreſſurus hoc ipſum* Opus *divido in* ſeptem Partes. *In* Prima *ponuntur Epiſtolæ ſive*

(l) ita in add. ſuis ad Chron. illud conceptis verbis legitur: ſe inter alia & materiam Huſſitarum Hæreticorum in eo volumine usque ad annum MCCCCXVIII. ſcripſiſſe.
(m) Tomo VI. Rapſodiarum MSC.
(n) col. 2138. apud Eccardum.
(o) Inter alios Joannem à Polemar innuit, qui Concilio interfuit, & cum quo Ratisponam è Concilio ablegato, multus fuit Andreas.
(p) Diſſert. Isag. in Tomum IV. Theſ. Anecdot. p. xxv.

„ *litteræ diverſorum non tantùm tunc contemporaneorum, ſed etiam quorundam*
„ *prædeceſſorum & anteceſſorum: In* Secunda *ponitur Concilium Piſanum: In*
„ Tertia *quædam aviſamenta: In* Quarta *Acta Concilii Conſtantienſis: In* Quin-
„ ta *Sermones: In* Sexta *quidem Tractatus facti in Concilio: In* Septima *quæ-*
„ *dam Supplementa. In quibus omnibus debitum ordinem per ſingula ſecundum*
„ *Res geſtas ſervare non potui, eo quod ſecundum temporis exigentiam, quando*
„ *hæc habere potui, apud diverſos collegi. Quapropter ordinem formalem, prout*
„ *ipſum Concilium Conſtantienſe celebratum eſt, Sapientibus, qui interfuerunt ipſi*
„ *Concilio, ſcribendo recommendo. Ego enim horum ſecundum quod plures plura,*
„ *vel diverſi diverſa ſcripſerunt, tantum pictor ſum.*

Hic Prologus Andreæ in collectionem ſuam, cujus Monumenta ſingula inedita diligenter ac minutè ſupra laudatus Zacharias ab Uffenbach Bibliothecæ ſuæ Par-
(q) *te IIII. à col. 46. enumerat.* Hactenus Cl. V. BERNARDUS PEZIUS (q), cum quo Lectorem eo remittimus.

Aliud *Actorum* horum apographum habuit Anonymus ille, qui anno MDLX. exinde libellum edidit de *Sacramento altaris ſub utraque ſpecie fidelibus porrigendo*, cujus meminit Theophilus Sincerus theſauri Bibliothecalis
(r) Auctor litteratiſſimus (r) & tecto etiam nomine clariſſimus.

VIII.

Diarium Sexennale.

In hoc nusquam antehac editum, & ſequens ANDREÆ Opuſculum ſingulariter præfabimur.

IX.

Catalogus Epiſcoporum Ratisponenſium.

Extat ſeorſim ab *Anonymo* illo, qui *Chronicon Generale* Burckhuſiana in arce in partes diſpeſcuit, deſcriptum.

Et hactenus quidem de vita & ſcriptis pro facultate diſſeruimus, ſupereſt, ut quid de ANDREA noſtro ſenſerint viri docti, in medium proferamus è multis pauca quædam delibantes, velut in guſtum.

JOANNES AVENTINUS (de quo idem ferè quod Romanus ſapiens de divitiis, dicas: *facilius inveniri qui contempſerit, quam qui neglexerit*) non ſolùm
(s) ANDREÆ noſtri Chronicon diligentiſſimè excerpſit (s); ſed ipſius Auctoris ſæpius honorificè meminit. Annalium quidem ſeptimo, his verbis antiquario illo ſuo & affectato ſtylo: *Hæc & diligenter & accuratè Andreas Reginoburgenſis Myſta Aurelianus litteris & memoriæ commendavit, idcircò eundem cives ſui T. Livium cenſent.*

MARQUARDUS FREHERUS, qui primus ANDREAM è ſitu protraxit, poſtquàm in *Originibus Palatinis C. XII. p.m. 93.* Auctorem iſtum *non indignum, qui brevì luce potiretur*, promiſiſſet, fidem poſteà exſolvens, pro noto judicii acumine, *plus diligentiæ quam doctrinæ habere* judicavit; mox verò adjecit: *Quo, quia illud ævum politiorem non tulit, in multis Hiſtoriæ partibus aliorum inopia, planè ut lippo oculo, uti, nos pudere non debet.*

BERNARDUS PEZIUS Iſag. in T. IIII. anecdot. P. III. fol. XXIIII. nec ipſe à FREHERI judicio longè abſcedit, dum ait: *Etſi verò pleraque in Hiſtoria Eccleſiaſtica & Civili ab Andrea commemorata viris eruditis aliunde cognita jam ſint, non tamen ideò nos malè mereri putamus, quod integrum illius Chronicon in noſtra collectione producamus. Ad id enim cum laude faciendum ſatìs nobis viſum fuit, quod non paucas in hoc Chronico rerum temporum ac hominum circumſtantias deprehenderimus, quas alibi fruſtra quæſieris, id quod ibi maximè verum eſſe perſpicies, ubi ad perſcribendam ſuorum temporum Hiſtoriam propius Andreas accedit, nec in eo deſunt, quibus Hiſtoria etiam litteraria illuſtretur.*

(t) DANIEL PAREUS (t) & ipſe de rebus Bojo-Palatinis benè meritus ANDREAM primo loco recenſet eos inter, *qui de Bavaricis Rebus luculenter ſcripſerunt,*

(q) qui addidit hoc loco: *Nobis de Andrea, non* MONACHO, *ut quidam ſcribunt, ſed* CANONICO REGULARI *alibi ſermo redibit.*
(r) Vol. IIII Cod. CCXXIIII p. m. 367.
(s) Excerpta Idiographa exhibet Tomus VI. Rapſodiarum ejus pag. 137. & ſeqq.
(t) Hiſt. Palat. L. 1. Sect. 1. p. 5.

runt, quantum nimirùm ad res illorum temporum, quibus proximior, aut omninò interfuit, attinet.

GERARDUS VOSSIUS *L. III. de Hiſt. Lat. C. V. p. 550. edit.* 2. inter eos refert, qui *Sigiſmundi* Imperatoris temporibus *inclaruerunt*; Quod & CASIMIRUS OUDINUS facit Comment. de Script. Eccleſiaſt. T. III. col. m. 2467. ad A. MCCCCXL. ubi de ANDREA noſtro more ſuo diligenter, licèt breviter commentatur.

BURCARDUS GOTHELF STRUVIUS (u) ita de ANDREA: *Hunc quidem Li-* (u) *vium Bojorum appellat Freherus, quod de fida ſcribendi ratione, non verò de ſtilo, qui ſatis eſt incultus, intelligendum.*

FREHERUS ab AVENTINO habuit, iſte à vulgo ridiculam hanc Hiperbolen, nec defuêre poſteà è pinguioribus, qui ſeriò uſurparent.

GEORGIUS CHRISTIANUS JOANNIS, & ipſe inter rerum Bojo-Palatinarum Conditores nomen Illuſtre conſecutus, eruditioni reconditæ acre judicium conjungendo, ANDREAM noſtrum vero pondere ſuo, Freheri exemplo appendit, dum ejus *Narrationes* nonnunquam *dubiæ fidei eſſe* pronuntiavit. Confeſſus id ante ipſum fuerat pro reliqua ingènuitate ſua Freherus, in illa ſatis ſtridente velitationis ſerrâ, quæ ipſum inter & CHRISTOPHORUM GEWOLDUM (at quantos viros & quam utilius in utriusque domûs unitum incrementum adhibendos!) aliquamdiu recipricata eſt.

Objecerat GEWOLDUS FREHERO *Andreæ* authoritatem tanquam Auctoris ab ipſo FREHERO in lucem protracti & argumentum convictionis inde petiit, unde vix colorem rhetoricum elicias, GEWOLDO parùm dignum. Incaluit nonnihil ad hæc FREHERUS, quem animi ſui paulò magis commoti ſenſa explicantem audire juvat, quod multa contineant, eò conferentia plurimum ut rectum verúmque Monumentorum ejusmodi uſum pretiúmque diſcamus; nec Patriæ aut noſtris plus aliquando tribuamus, quam aut veritati aut nobis ipſis debeamus. Pro veteri enim & ſapienti Ædepol! verbo: *Sæpè noſtri eſſemus, ſi noſtra non eſſent.* Ita autem Freherus: (x) *At Leonar-* (x) *dum (dicitis) qui id pro comperto tradit, nobis dediſti* (Nam & LEONARDUM BAUHOLTZIUM *Andreæ* Continuatorem objecerat GEWOLDUS) *Num & fidem ejus usquequaque præſtare teneor? Grave mihi onus & humeris meis majus; præſertim quoad Res Rhenenſes & Palatinas, in quibus (Exempla paſſim occurrunt) non rarum illi hallucinari & falli. Sufficiat in Livio illo Bojorum* (y), (y) *quo eum Elogio Aventinus honeſtare* (z) *dignatur, collatis exemplaribus eden-* (z) *do integrè, Reipublicæ non inutilem operam navâſſe, meámque in inſtauranda Patria Hiſtoria fidem magnis viris, atque ipſi ante omnes Sereniſſimo Bojorum Duci* (a) *aliquatenùs probâſſe.* Veritatem *interim* Rerum, erroribus geſto- (a) rum non vitiari *ſcitis ab Ulpiano tradi rectiſſimè. Neque ego ipſius Titi Livii Patavini Romanæ Hiſtoriæ Parentis, nedum Boicorum illorum Liviorum Andreæ & Leonardi Commentarios periculo meo eſſe velim: nec tanti mihi fuerit eos cum tineis blattíſque belligerantes, ut de ſervatis ſcilicet Civibus corollam merear, periculo interitûs liberâſſe. An verò monendi à me demùm eſtis ſcriptis Monachorum & Clericorum (quorum ſolis manibus tractari per aliquot ſecula fatum fuit Hiſtoriæ) quâ diſcretione & circumſpectione fides ſit adhibenda? Nimirùm ut plerumque è fabellarum & nugarum congerie quosdam auri grumos, velutíque è ſterquiliniis gemmas eruamus. A quibus Annalium ſcilicet Conditoribus ut dolus & fallendi propoſitum abfuerit* (b), *certè Civilium Rerum ſolida* (b) *cognitio conſiliorum & eventuum variorum cum circumſtantiis ſcientia & notia non fuit exigenda. Audite magnum in eo Ordine Virum de ſe hoc fatentem:* (c) *Præcipuè gloriam nobis parvam ab Hiſtoria petere fixum: Quia per* (c)

(u) Select. Biblioth. Hiſt. Jenæ 1705. in 8. p. 553. C. XXI.
(x) De legitima tutela curáque electorali. Heidelbergæ. 1611. in 4.
(y) Nempe ab Huguitione illo (uti ipſe prodit) ad nitorem & robur linguæ latinæ formato.
(z) Aventinus diſertè, à ſuis ſic vocatum, tradidit.
(a) Maximiliano I. videlicet, cui nuncupaverat, quam delicati palati principi experti ſunt ſummi aliàs Viri, quos celebri illo ſomnio ſuo cecinit Baldæus Bojorum fidicen Lyræ.
(b) Quod probrum, recentiorum quorumdam, ſermonis nitor & ſtili pigmenta non rediment.
(c) Sidon. Apollinaris L. IIII. Epiſtolar. Epiſt. XXII.

bomines clericalis officii temerariè noſtra jactanter aliena, præterita infructuosè,
(d) *præſentia ſempiternè, turpiter falſa, periculosè* (d) *vera dicuntur.*

Ex quibus acutiſſimi ſubactiſſimíque judicii verbis, quæ velim omnibus Monumentorum ejusmodi Collectoribus æquè ac Lectoribus perpetuò præ oculis verſari, ita Sermonem ſuum Apologeticum concludit FREHERUS: *Si ille vir in luce clara verſatus, rerum ſui ævi & ſoli non plenam cognitionem ſibi arrogat, quid obſcuriſſimi alii bomines in clauſtris, mandris, lauris ſuis reſides? Veſtra igitur non mea culpa fuerit, ſi ejusmodi dubiæ ſubleſtæque fidei Scriptoribus ſempiternè & perfunctoriè res magnas tractantibus fidem vel ſemiplenam nimis facile tribueritis, ubi præſertim contrarium aut per alios Auctores graviores aut indubitatis Documentis ſcriniorum publicorum conſtare credibilius videtis.* Quibus ſi nihil repoſuit GEWOLDUS noſter, ſed rem comperendinandam prudenter judicavit, haud dubiè famam maluit quam cauſam tueri.

Cæterùm ANDREAS noſter, ut eſt & litteraria quædam Pyratica, plures nactus eſt, qui maluerunt, quæ illius fuerant rapere, quam accipere mutuò. TRITEMIUM & NAUCLERUM diſertè nominat FREHERUS, quibus ſuccenturiare alios & in his etiam recentiores quosdam poſſemus, quibus ſpoliâſſe ſatis non fuit, niſi & ignominiam adjungerent adeò nequiter, ſi quid rectè fecit Andreas, vix in margine attingunt, ſi quid perperam commiſſum eſt, in contextu dilacerant. Sed hos tales naturalibus pœnis, quæ properantes etiam pede lento non deſerunt, relinquamus.

(d) Hinc & timidè; Exemplum ab ipſo Andrea de diſſidiis illis cruentis Ludovicum inter Mæcenatem ſuum & Henricum Bojorum Duces, ubi noſter: *Hic ſub ſilentio plura prætereo more Moyſis, qui tacens crimen filiorum Jacob, refert quod Joſeph fratres ſuos Crimine peſſimo apud Patrem accuſavit.*

ANDREÆ

ANDREÆ RATISPONENSIS
PRESBYTERI
Ord. Can. Reg. S. Aug. ad S. Magnum in pede pontis Ratiſponenſis

DIARIUM SEXENNALE

Annum Chriſti MCCCCXXII. cum quinque ſequentibus complectens.

✲ ✲ ✲

Ex Autographo Auctoris edidit

ANDREAS FELIX OEFELIUS

Bibliothecæ Bav. Præfectus.

Præfatio Editoris.

EXtat in Bibliotheca BAVARICA Codex antiquiſſimus chartaceus in *Quarto*, quem è Scotorum Ratiſponenſium Monaſterio nactus fuerat ANDREAS PRESBYTER *Ratiſponenſis*, undequaque ſubſidia Hiſtoricis Conatibus ſuis conquirens. Codex iſte præter antiqua nonnulla Scotorum Monachorum Ratiſponæ à pluribus Seculis commorantium Monumenta (de quibus alio loco ex inſtituto agendi occaſio redibit) quædam prætereà continet ab *Andrea* velut in penum quamdam promptuariam conjecta, quorum in numero habendum Chronicon quoddam Bavaricum LUDOVICI BAVARI temporibus coætaneum, quod poſteà multis in locis interpolatum Chronico ſuo Bavarico inſeruit, nos autem ex Autographo (ut cuique ſeculo fides ſua conſtet) genuinum in lucem proferimus. Sed ſupererat præterea eo in Codice non parum chartæ puræ, quam omnem *Andreas*, ceu Explorator aliquis ſeculi ſui, rebus, quæ anno Chriſti MCCCCXXII. & quinque proximè ſequentibus, ubique terrarum, maximè tamen in patria certe memorabiles geſtæ ſunt, implevit; haud dubiè occaſioni, qua ad Poſteros transmitteret, reponens. Eam, nos demùm nacti, DIARIUM illud prout tumultuariè in chartam conjectum reperimus, ex ipſius Auctoris lituris cum orbe litterario communicamus, nonnihil, ut ſperamus, lucis allatura illius temporis rebus, quod non niſi ſub oculis ſuis geſta, aut ab hominibus, fide dignis accepta, in memorialem hunc Libellum congeſſerit. Cæterùm de Codice iſthoc, qui unà cum aliis quibusdam, cum ſagaciſſimi PEZII Bibliothecam Bavaricam curſim perluſtrarent, in veteri quodam eóque clauſo armario latebat & fallebat ignotus, alio loco paulò curatiùs & prolixiùs agemus.

Andreæ

Andreæ Presbyteri Ratiſpon. Diarium Sexennale.

MCCCCXXII.

ITem anno Domini *MCCCCXXII.* mons Chutius, vulgariter *aum Chutten*, ob hæreticorum perfidiam circa Feſtum Epiphaniæ Domini à Rege Sigiſmundo incenditur, ſed defendentibus hæreticis non in toto exuritur; Ipſéque Rex Sigismundus vix evadens fugiens venit in Moraviam, in qua paulò ante Ligam fecerat ad fidem Catholicam defendendam hæreſimque extirpandam; ſed plurimi vota & juramenta frangentes velut canes ad vomitum redierunt.

Item anoo eodem Archiepiſcopus Colonienſis circa principium quadrageſimæ per Ratisponam deſcendens in Hungariam ad Regem Sigismundum in legatione Electorum pro fienda Congregatione Ratisponæ ad tractandum de extirpatione hæreticorum. Poſt medium quadrageſimæ revertitur, ſtatuitúrque fieri Coogregatio hujusmodi Ratisponæ.

Item circa Dominicam, quâ cantatur jubilate Sigismundus - - - - Ducis Bitold fratris Regis Poloniæ dicitur veniſſe Pragam cum magno exercitu ad defendendum hæreticos. De quo tamen ſtatim vulgabatur, quod eos tanquam hæreticos defendere nollet, ſed ut daretur locus debitus examini, & ſi invenirentur hæretici, quod cum cæteris eos tanquam hæreticos perſequi vellet. Dicebatur etiam, quod Rex Sigismundus Rom. audiens, quod alter Sigismundus veniret, ipſe obſidionem cujusdam caſtri fortiſſimi in Moravia reliquerit, & venerit in Ungariam.

Item circa idem tempus Huſſitæ obſederunt civitatem Bohemiæ Teyntz ouncupatam, quos Dux Joannes congregato exercitu defendere voluit. Sed interim hæretici & hæreticæ, quæ pertinaciores viris referebantur, aſſultu civitatem impetiverunt, Catholici autem in civitate viriliter reſiſtentes ex eis plures occiderunt. Tunc audientes hæretici, quod Dux Joannes eos invadere vellet prælio, ab obſidione receſſerunt. Dicitur, quod Presbyteri & Clerici in jam dicta civitate Teyntz virilius cæteris ſe defenderint, nec hoc eis imputabatur. Erat enim data licentia à Sede Apoſtolica Clericis defendendi ſe contra hæreticos.

Item Feriâ ſecundâ poſt Dominicam vocem jucunditatis, Branda Cardinalis Placentinus Sedis Apoſtolicæ Legatus horâ veſperorum venit Ratisponam, & apud S. Petrum extra muros civitatis cum proceſſione ſollempni honorificè ſuſcipitur, & usque ante altare Kathedralis Eccleſiæ deducitur. Cúmque primum usque ad proceſſionem veniſſem, Cantores inceperunt: Adveniſti deſiderabilis. Hic Branda Cardinalis fuit hoſpitatus ad S. Emmeramum, manſitque Ratisponæ usque ad Feriam ſecundam poſt Dominica exaudi.

Item Feriâ ſecundâ poſt Dominicam ſextam XIII. kal. Aug. poſt veſperas Rex Sigismundus cum Conjuge ſua Barbara venit Ratisponam ad tractandum ibi cum Electoribus & cæteris Principibus ſecundum quod promiſerat Archiepiſcopo Colonienſi, de quo ſuprà dictum eſt, & in univerſum Orbem ſcripſerat de Statu Reipublicæ & Pace univerſalis Eccleſiæ. Præmiſerat autem Ambaſiatores ſuos ſolempoes in Nurnberg, ubi tunc Electores congregati erant unà cum Branda Cardinali Apoſtolicæ Sedis Legato & aliis Principibus pluribus præter Archiepiſcopum Colonienſem, qui ſicut communis fama ſe hucusque habuerat legationem, de qua paulò ante dictum eſt, ad Regem Sigiſmundum ex parte Electoris fecerat, de Coogregatione hujusmodi fienda Ratisponæ, qui Ambaſiatores de Nurnberga Feriâ quartâ poſt Dominicam prædictam, revertentes Ratisponam alterâ die ſcilicet Feriâ quintâ proximè ſequenti coram Rege & Principibus horâ, quandò de manè ſolet fieri Conſilium publicum, in Prætorio Ratisponæ aperuerunt legationis ſuæ ſeriem, concluditúrque Rex Sigismundus relictâ civitate Ratisponâ venire debeat Nurnbergam, eò quod principes Electores & cæteri ipſum ſequi nollent Ratisponam, præſertim cum iſte Archiepiſcopus Colonienſis legationem, de qua ſuprà dictum eſt, cæteris Electoribus, ut ipſi aſſerunt, ignorantibus in ſe aſſumpſerit. Unde die eâdem Wilhelmus Epiſcopus Laudanenſ. de Sabaudia, vulgariter Sophoy terra Galliæ, de civitate Ratispona & plures alü profecti ſunt Nurnbergam; fuitque communis fama etiam in curia Regis, quod ipſe Rex eos ſequi vellet Feriâ ſextâ immediatè ſequenti. Sed diſtulit usque in Sabbatum proximum, in quo erat ſeſtum S. Jacobi, & tunc profectus eſt Nurnbergam, reverſúsque eſt Ratisponam in profundo noctis S. Matthæi Apoſtoli.

In Feria quarta in die S. Marci Papæ Joannes Stregperger Epiſcopus Ratisponenſis armigeros ſuos cruce ſignatos per ſe ipſum in Eccleſia Kathedrali Rat. miſit contra Huſſitas Hæreticos; qui reverſi ſunt Dominicâ Invocavit in quadrageſima MCCCCXXIII. Sequitur forma dandi vexillum vivificæ Crucis contra perfidos hæreticos: Ant. per ſignum Crucis: Pſ. ad te Domine levavi. a. m. Pſ. Deus in nomine tuo. Pſ. Levavi oculos meos. Ant. Per ſignum Crucis de inimicis noſtris libera nos Deus noſter. Kyrie, Chriſte El. Kyrie El. Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. Amen. Adoramus te Chriſte & benedicimus tibi. ℟. Quia per Crucem ſanctam tuam redemiſti mundum. ℣. Salvum fac ſervum tuum. ℟. Deus meus ſperantem in te. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. &c.

Sequitur *Prophetia de Curſibus Mundi, cujusdam M. Joannis de eventibus hujus anni, vernaculè ſcripta quam deſcribere piguit, eò quod Fr. Andreas eidem manu ſuâ ſequen-*

tia

Digitized by Google

tia verba adſcripſerit : Notandum quod hanc Pſeudoprophetiam nullus rerum eventus eſt ſecutus.

Anno Domini MCCCCXXII. quidam nomine Jacobus Seeburger, ſervitor Joannis Epiſcopi Ratisponenſis eidem Joanni Epiſcopo pro novis in curia Romana ſcribit his verbis : Pro novis ſciatur, quod Romæ Tyberis In tantum excrevit in die S. Andreæ Apoſtoli, & per diem præcedentem & ſequentem, quod à capitolio usque ad palatium Papæ ad ſanctum Petrum nullus potuit ire , & omnes domus fuerunt plenæ aquis, nec credatur, quod erat modica aqua, aut quod ſtetit ſine curſu, imò currebat, quod non credo, quod unquam aliquem torrentem vidi talem curſum habere. Nec fuit nec eſt ſibi comparandus curſus fluviorum, unius, qui dicitur Tollement, alterius, qui dicitur Bladus, & ambo fluunt in foro Julii, ſubvertit enim pavimenta de magnis petris facta. Pavimentum enim de campo Floræ usque ad pontem, & ſimiliter pavimentum viæ papæ, ſunt omnia ſubverſa propter velocitatem curſûs aquæ, & domus fortes ſubvertit vel dejecit. Non erat etiam aqua modica, imò ultra longitudinem lanceæ ytalicæ cum tali impetu currebat per omnes plateas cum furia ſupradicta, tantus enim erat curſus aquæ per plateas, quod credo, ſi viginti equi debuiſſent trahere contra curſum aquæ unam navim, quod non potuiſſent : Campus Floræ, campus Parionis, campus Agone, campus Judæorum, campus Mariæ rotundæ, ſanctæ Mariæ Minervæ omnes fuerunt maria, & breviter tale erat diluvium, quod incredibile eſt dicere aut ſcribere. Fuimus omnes conſternati præ timore, & ſi adhuc continuâſſet diluvium ad duos vel tres dies, fuiſſemus omnes mortui, ymò etiam fame, quia nullus potuit alteri ſubvenire, aut porrigere panem aut vinum aut ligna. Omnia natabant per domos, ſic quod fugimus ad ſuperiores partes domûs. Hæc vera ſunt, & dicatis illa pro novis inauditis & ſpecialiter Domino Johanni Fuchsel.

V. P. Servitor Jacobus Seeburger.

Scripta Decani in Karelſtain caſtro obſeſſo in Bohemia ab Hæreticis Anno Domini M CCCC XXII.

In der Zeit, als dy Hußen lagen vor dem Karlſtain mit Macht und mit fünf Bleyden, und aus denſelben Bleyden habn ſy als vil geworffen, als newn tawſent Wurff und zwen und dreyzzig Wurff mit Steynen.

Item mit dem Geſtanckh habn ſi geworffen tawſent Väßil und achthundert Väſſil, und zway und zwantzk Väßil.

Item zway und zwantzig Väßil mit Fewr habn ſy geworffen.

Item aus der groſſen Buſchen, di da haißet Prazka, habn ſi geſchoßen ſechsmal, da zeprach ſy.

Item aus dez Puſchen von Järmän ſchuſſen ſy ſiben Schuße, di zeprach am achten Tag nach unnſer Frawen Himelvart mit Gotes Verhengnuß.

Item aus der Buſche Rochlizee oder ſnell genannt do ſchußn ſi zu dem Brunn zwai und dreyzzick Schuß, und di zuprach auch von Gottes willen, und alſo iſt das Haws oder Slos bewart mit Gotes Sorg und mit der lieben unſer Frawen und mit allen Gottes Heyling und mit dem Vleiß der ſtrengen Ritter und Knecht, und mit Unverdroßenheit des Erbern Edeln Herrn jan dez alden Kamerers zu Beheim.

MCCCCXXIII.

Item Ludwicus Comes Palatinus Reni, qui deputatus fuerat in Congregatione Nürnbergæ factâ, in adjutorium cruciferis contra Regem Poloniæ & fratrem ejus Witoldum Ducem Litwaniæ in Converſione S. Pauli, quando medius erat annus MCCCCXXIII. factâ pace revertitur, & in Reychenbach pernoctavit.

Item Feriâ quartâ in Octava S. Agnetis Ericus Dux Brunſweicenſis, vulgò von Brawnsweik venit Ratisponam. Hujus Cancellarius videlicet Magiſter Hainricus expoſuit mihi cauſam ſuæ profectionis ad Regem Romanorum Sigismundum In Ungariam prout ſequitur : Ericus, Bernardus & Otto Duces Saxoniæ habent Saxoniam inferiorem apud Dioceſ. Baſeburgenſ. Defuncto Alberto in Wittenberg, Ericus cum fratribus ſuis antedictis, debebant ſuccedere jure hæreditario In partibus Superioris Saxoniæ , cum revera illa dominia nunquam erant ſeparata, niſi quod alter illorum tempore alteram partem actu gubernaret. Defunctis ſuperioribus Ducibus antedictis Ericus in Legatione regia, & Elector ad pugnandum contra infideles miſſa ad Pruſciam in ſubſidium Magiſtro Brutenorum defuncto patruo ſuo Alberto ducatum petere non potuit, quare abſens ut ſupra Illuſtriſſimus Sigismundus dictum dominium pro certa ſumma pecuniarum vendidit (q) Friderico & duobus Wilhelmis Marchionibus Miſſenenſibus dicto Erico aut aliquo fratrum ſuorum non vocatis aut conſultis, imò omninò invitis ; non obſtante, quod prius dictum Ericum in antedicto dominio iniquè infeodaverat in Franckfordia, dicto Patruo ſuo ſuperioris Saxoniæ Duce præſente. (q)

Item iſti Duces inferioris Saxoniæ, ſcilicet Ericus cum fratribus ſuis ex Matre Sophia, Henrici & Bernhardi, Friderici & Ottonis Ducum Brunswicenſium ſorore & germanâ, & ex Patre Erico Duce Saxoniæ ſunt geniti.

Item Feriâ quintâ poſt diem Cinerum Andreas Epiſcopus Poznanienſis, qui quondam fuit Cancellarius Regis Polonorum tranſiturus ad Concilium In Pavia celebrandum, venit Ratisponam : qui de Rege Polonorum ſive Cracoviæ cœpit mihi dicere, ſed impeditus aliis intentioni meæ non ſatisfecit. Interim autem veniens ſuus Cappellanus

(q) in marg. CCC. *Florenorum.*

lanus nomine Andreas de Rege Polonorum mihi retulit, prout ſequitur:

Kaſimirus Rex Polonorum habuit fratrem Bladislaum; iſte Kaſimirus habuit ſororem Eliſabeth nomine Reginam Ungariæ; iſta Regina habuit filium Ludwicum Regem Ungariæ; Rex Ludwicus habuit duas filias, nomen uni Maria, alteri Hedwigis, Kaſimirus habuit etiam duas filias, quarum nomina ignorantur. Mortuo Kaſimiro Rex Ungariæ tulit duas filias Kaſimiri, quas maritavit, unam Lantgravio in Zeil, alteram ad paganiſmum: Filias autem ſuas idem Rex Ludwicus Poloniæ & Ungariæ poſteà locavit: Hedwigem tanquam hæredem in Cracovia, Mariam autem in Ungaria. Hedwigis duxit maritum dictum primo Gegelo, Lituanum genere, qui accepto baptiſmo vocatus eſt Wlatialaus, jam Regem Polonorum in Cracovia, Hedwige mortuâ cum prole ſua poſthac idem Watislaus duxit uxorem ſecundam filiam filiæ Regis Kaſimiri, quæ fuit tradita nuptui Comiti in Zeil, nomine Annam; & ex iſta genuit filiam nomine Hedwigem. Quam his temporibus deſponſavit Friderico filio Friderici Burggravii Nornbergenſis & Margravii Brandenburgenſis & eſſe ferè decem annorum: Mariam autem ſupradictam Sigismundus filius Karoli Imperatoris, qui jam eſt Rex Romanorum & Ungarorum, duxit uxorem.

Item Dux Bitoldus, dictus modo Alexander & Rex Watislaus Rex Poloniæ ſunt filii duorum fratrum, Sigismundus autem, quem miſit Witoldus ad regnum Bohemiæ, eſt filius fratris ipſorum.

Item anno Domini *MCCCCXXIII.* venit ad manus meas ſcedula, in qua ſubſcripta continebantur:

Item hie iſt zu mercken, das unſer Herr der Kunig und der Kunig von Polan und Herzog Witolt und der Diſpot und dez Kayſers Räte von Kriechen, ſind geweſt pey einander zu dem Kaſſmarkcht, und ſind mit einander veraint.

Item dapey iſt geweſen Herzog Hainrich von Bayrn, item der Herzog von Sachſen.

Item der Kayſer von Tatray hat auch ſein Rat pey unſern Herrn dem Kunig.

Item der Mertzweida hat erslagen Türcken L. tauſennt, unz auf X. tauſennt die ſind er von komen, und irn Hauptmann, unnſern Herrn den Kunig pracht.

Item ſo hat der Kunig von Polan zu Haws geladen den Romiſchen Kunig, und die peſtn Furſten, und gab yn zwai hundert Eſſen, und LX. Eſſen.

Item als man die Turckn slueg, do vand man dez Kunig von Polan zway Panir unter den Hauffen.

Item als das verricht ward, da laüt man all Gloken vor Frewden: Item all die Ritterſchafft, die bey einander iſt geweſen, die habn nicht mer gehabt dan acht tauſent Pfärd.

Das iſt geſchehen an unſer Frawen Tag in der Vaſten.

Item his temporibus Wiennæ floruerunt Magiſter Nicolaus doctor in Theologia dictus de Dinkchelspuhel, quæ eſt civitas Sueviæ; & Magiſter Petrus de Pulkarn etiam doctor in Theologia. Pulkarn autem eſt monaſterium Monialium in Auſtria juxta quod eſt villa, unde dictus doctor extitit oriundus diſtans ab Aneſo vulgariter *von Ens*, ad duo miliaria.

Item floruit Andreas de Gorſs Cancellarius Ducis Viennæ, qui in capella ſanctæ Dorotheæ Wiennæ inſtituit, & erexit Collegium Canonicorum Regularium.

Item illo anno, quo hæc ſcripſi ſcilicet *Anno MCCCCXXIII.* obiit N. plebanus quondam in Tirnſtain, qui ex parrochiali Eccleſia in Tirnſtain, quæ eſt civitas non multum diſtans à Wienna, fecit Monaſterium Canonicorum Regularium.

Anno Domini MCCCCXXIII. Feriâ quartâ Penthecoſtes obiit Ulricus Pettendorffer Abbas S. Emerammi, ſub quo Monaſterium S. Emmerami in temporalibus valdè decrevit; in tantum ut omnis cura in temporalibus ad aliquot annos, ſex perſonis non de gremio Monaſterii exiſtentibus committeretur. Ex quibus tres erant Laici & Cives notabiles Ratisponenſes, alii verò tres erant Presbyteri, qui uno anno elapſo non videntes ſe proficere in recuperatione vel ſolutione debitorum, omnem poteſtatem ſibi traditam reſignabant.

Item Feriâ ſextâ Dominicæ tertiæ in die Sanctorum Marci & Marcelliani dampnati ſunt tres veſpilliones in Chalmüntz. Hi faſſi ſunt ſe occidiſſe Martinum æedituum, quem miſerat Joannes Epiſcopus Ratisponenſis cum ſumptibus, armatis in Bohemiam, per hoc Excuſantes eos, qui eadem de cauſa fuerant decapitati in Schönſe.

Item *Anno Domini MCCCCXXIII.* Romæ in duabus Eccleſiis, ſcilicet S. Joannis Lateranenſis & ſancti Laurentii apertæ ſunt duæ portæ propter annum Jubilæum, qui inſtabat ſecundum inſtitutionem Urbani Sexti de triceſimo tertio anno, in triceſimo tertio anno perpetuis temporibus celebrando. Hunc Jubilæum Martinus Papa V. non autorizavit, nec celebrari prohibuit, cauſam autem hujus rei experiri non potui; quibusdam dicentibus Papam diſſimulare propter Gallicos & alios, qui fuerant de obedientia Benedicti XIII. ſic apud ſuos nuncupati, qui inſtitutioni hujusmodi Jubilæi ab Urbano VI. factæ aſſenſum non dederat, pro eo, quod Inſtitutio illa Jubilæi tempore Sciſmatis ſit facta: Alii dicebant, quòd publicatio illius Jubilæi ſit obmiſſa propter Bohemos Huſſitas hæreticos, qui propter multitudinem peregrinantium valentiores facti fuiſſent ad impugnandum Catholicos: alii dicebant Papam ſub ſilentio tranſiiſſe Jubilæum illum, ut ad gratiam ab ipſo factam pro cruce ſignatis ad expugnandum Huſſiſtas hæreticos Chriſtiani fideles ardentius inflammarentur: alii dicebant hujusmodi Jubilei publicationem obmiſſam propter inſtantem annum quintum à tempore Conſtantienſis Concilii, in quo anno, ſecundum quod decretum erat in eodem Concilio Conſtantienſi, in Pavia debebat celebrari Concilium Generale, quod propter peregrinationes orthodoxorum poſſet ali-

quo-

quomodo ob paucitatem perſonarum impediri.

Anno Domini *MCCCCXXIII.* Multi Prælati à remotis partibus venerunt Paviam ad Concilium ibidem celebrandum. De Convocatione hujus Concilii, quid factum ſit à Martino Papa & Sigismundo Rege Romanorum, non potui quidquam experiri, niſi hoc manifeſtum, quod neuter illorum ad illud venit, propter continuationem enim quorundam Prælatorum atque importunam inſtantiam eorumdem erga Papam illud Concilium tranſlatum eſt ad Civitatem Senarum, vulgariter *zum Hohenſtün.* Cúmque frequenter requirerem de convocatione hujus Concilii in Pavia, dicebatur ſufficere ad hujusmodi convocationem Decretum (r) Concilii Conſtantienſis *ſine ulteriori* (r). Quod mihi rarum videbatur, eò quod ad tantum negotium novam Papæ ſollempnitatem invitandi atque convocandi Prælatos Eccleſiarum atque alios, qui de jure vocari debent ad Concilium generale, expectabam.

Epitaphium Georgii Epiſcopi in Eccleſia Patavienſi tumulati: *Anno Domini MCCCC-* „*XXIII.* in die ſancti Cyriaci obiit Reverendiſſimus in Chriſto Pater & Dominus „dictus Georgius de Hohenloch Epiſcopus „Patavienſis, almæ Strigonienſis Eccleſiæ Ad„miniſtrator, nec non Sacri Romani Impe„rii Cancellarius ſupremus. Requieſcat in „Pace. Amen.

De reformatione Ordinis in Prüfening. (a)

Item Albertus Abbas in Prüfening, Glükch cognominatus ſollicitus pro reformatione Ordinis ibidem unà cum quodam ſuo conventuali nomine *Thomas Vinckelmas* (a), Suffragium Joannis ſecundi Epiſcopi Ratisponenſis ad perficiendum hoc ſalubre propoſitum petivit & impetravit. Qui Joannes Epiſcopus per ſcripta vocans Thimonem Abbatem in Reichenbach, & anno Domini *MCCCCXXIII.* Sabbato ante Lætare III. Idus Martii Conventu omnino ignorante ex inſperato venit in Prüfening, & præmiſſis quibusdam Tractatibus ipſa Dominicâ Lætare cœpta eſt reformatio pro introitu Publicæ Miſſæ dicto Abbate Thyemone Patre Reverendo præcinente ac cantante: *Lætare Jheruſalem.*

Tertiæ Expeditionis adverſus Bohemos ſucceſſus.

Item *Anno Domini MCCCCXXIII.* cum circa feſtum S. Jacobi ſecundum ordinationem Sigismundi Regis Romanorum, Ungariæ, Bohemiæ &c. deberet fieri expeditio potentiſſima & tertia in ordine expeditionum prius factarum, in Bohemiam, ad extirpandum hæreticos, nemo præter Albertum Ducem Auſtriæ atque Wiennæ, generum dicti Regis Sigismundi contra hæreticos ſurrexit; qui Dux Albertus licet propter ſuos ab hæreticis defendendos, quos crudeliſſimè perſequebantur, cum potentia ſurrexiſſet, nihil tamen dignum memoriâ geſſit, revocatúsque eſt ab expeditione iſta per litteras Sigismundi Regis Soceri ſui, qui Sigismundus Rex in litteris, quibus hanc expeditiooem magnam publicârat, ipſum Ducem Albertum, non generum (pro eo, quod filiam ſuam in uxorem duxerat) ſed filium ſuum dilectum appellârat.

Miraculum de S. Erhardo.

Item A. Domini *MCCCCXXIII.* circa feſtum Penthecoſtes dum Magiſter Wernherus Hohenpergär Architectus Civitatis Ratisponenſis reformando pontem apud portam S. Jacobi ibidem cum aliis carpentariis laboraret, venit quidam de argentina in peregrinatione ad S. Erhardum, requirens à dicto M. Wernhero, ubi & in qua Eccleſia corpus ſancti Erhardi Confeſſoris requieſceret, qui Wernherus conditionem & cauſam peregrinationis ſuæ requirens, reſponſum accepit: quod eſſet carpentarius, & cauſam peregrinationis ſuæ hanc eſſe, quod dum in labore ſuo truncum portaret, atque confidens in multitudine virtutis ſuæ gravitati, quam ſentiebat, cedere nollet, ad inguina ruptus eſſet, & per multa tempora nullius Medici remediis poſſe curari, die autem quadam ſib viſum eſſe, quod ſi ſpem recuperandæ ſanitatis in Chriſti Confeſſorem Erhardum poneret, & locum, in quo Epiſcopus Erhardus corporaliter requieſcit, viſitaret, & tunc atque poſteà ſingulis annis vitæ ſuæ aliquam oblationem ſancto Erhardo faceret, precibus ſuis priſtinæ ſanitati redderetur; quod ſtatim poſtquam voviſſet applicans manus dolori, inteſtina in corpus reduces ſanitatem integram recepiſſet, & modò nulla læſionis veſtigia apparere. Hæc audiens dictus M. Wernherus ipſum in hoſpitio collegit, & quia ejusdem artis Mechanicæ erat modis, quibus potuit, condigno honore tractavit. Ego autem requirens ad S. Erhardum, de quo miraculo reperi ibidem extantes hoc omninò ignorare, niſi quod Domina Cuſtos portionem ceræ, quam ſancto Confeſſori Erhardo obtulerat, reperiſſem.

MCCCCXXIIII.

Quod ſæpè curioſites in Auctore retorquetur.

In Civitate Straubing fuit Presbyter quidam non parùm notus & famoſus. Hic quadam curioſitate ſive animi vanitate volens quamdam puerperam dominam legitimam atque honeſtam in amorem ſuæ libidinis provocare petivit ab ea modicum proprii lactis fingens ſe illo velle uti ad quoddam remedium. Quod dum ipſa domina ex ſimplicitate animi promitteret ſe facturam, cum hoc clavigeræ ſuæ retuliſſet, illa prohibuit dicens: nequaquam illud fiat propter varias rerum experientias, ſed detur ſibi de lacte capræ, & ſic erimus ſecuræ. Sicque concordantes inter ſe domina & clavigera dederunt petenti Sacerdoti lac capræ pro lacte puerperæ ipſo iſta curioſitate mulieris ignorante. Ipſo igitur Presbytero lacte iſto ſecundum truphas ſuos utente, ſicut puerperam intenderat, ita & capram in libidinem provocârat. Nam capra retineri non poterat, quin ipſum Presbyterum laſcive vexando modis multiplicibus ſallendo impeteret. Quam rem, dum primum audirem, omninò eam audire recuſavi, æſtimans eam per quendam clero ini-

(r) hæc verba in autographo ſubducta.
(a) de eo vid. ad A. 1467.

micum factam fuiſſe. Poſteà tamen rei veritate experta, ut legens hanc hiſtoriam exemplum mali fugiendi accipiat, & proprium damnum evitet, eam ſcribere pro Cronicis curavi. Nam licèt eidem Presbytero ſinguli eum noſcentes propter honeſtatem ſuam alias condolerent, ipſe tamen bonam parrochiam, quam anno eodem ſcilicet MCCCCXXIIII. per promotiones Magnatum acceperat, amiſit. (t)

(t)

Huic §. decuſſatim deleto, eâdem ut videtur manu, ſed paulò curatiori hæc, quæ ſequuntur, ſubjecta ſunt: Mira res, doloſa verba diffamantium & honeſtorum virorum pronitas animi ad credendum vagis verbis populi, nam præſcripta (u) veritatem explorans, ita facta fuiſſe nunquam potui experiri. Denique dum die celebri in Eccleſia S. Jacobi in Strawbing in ambone publicè eſſet ventilatum atque indictum, ut qui hujusmodi rem de capra vidiſſet, hoc vellet publicare atque dicere nullus erat, qui quidquam diceret.

(u)

De Monacho punito.

Item anno Domini *MCCCCXXIIII.* circa feſtum Nativitatis Domini Monachus quidam Apoſtata Ordinis Ciſtercienſium cum concubina ſua ad quemdam locum declinavit, in quo commorans ſuſpicionem habuit de ruſtico ſibi vicino, quod concubinam ſuam adamaret. Volens igitur Monachus ſe vindicare uxorem legitimam ruſtici acceſſit; Ruſticus ipſum apprehendens fortiter invaſit, monachus arrepto gladio viriliter ſe defendit. Tandem cum ad clamorem ruſtici vicini concurrentes monachum comprehenderunt, & ipſum benè percuſſum ſicut reperierunt, ita & ſuper carrum ſabricaverunt præſentantes cum Abbati monaſterii, unde apoſtatârat, mirantibus, qui noverant, quod propter locorum diſtantiam frigore tunc ingraveſcente, non perierat. Ecce quanta gloria, hic, qui occultè à monaſterio receſſerat, cum pompa publica eſt redoctus. Melius tamen ſibi fuiſſet in monaſterio Pſalterium occultè orâſſe, quam ſic cum gladio viriliter pugnâſſe.

De Huſſitis.

Item anno Domini *MCCCCXXIIII.* die Dominicâ in die S. Marcelli Papæ in quodam loco Ratisponenſis Diœceſis in loco, quo ſolent publicari plebiſcita per præconem loci ejusdem eſt publicatum, quod nemo aliquem Bohemum ſive de Bohemia, ſive emendo ſive vendendo ſeu quovis alio modo contraſtando debeat lædere ſub amiſſione rerum & corporis. Hoc tamen mandatum paucis emergentibus diebus, poſteà fuit revocatum.

Item A. *MCCCCXXIIII.* quidam falſarius ſtaturâ procerus, genere Nobilis atque antiquæ proſapiæ cum quadam littera plurium Nobilium ipſis ignorantibus ſigillis roboratâ, venit Ratisponam petens nomine Petri Ekkär de Stefling, qui habundabat divitiis atque vigore earundem litterarum à Judæis certam ſummam flotenorum. Hic falſarius ſuſpicans dolum ſuum publicari, atque non poſſe perficere ad libertatem Monaſterii S. Emmerammi confugit; Civitas igitur Ratispona volens hunc falſarium de dolo ſuo plenius informare, circa monaſterium prædictum cuſtodiam poſuit ſtudioſam, atque hac de cauſa plurimi non invitati in ſtuba abbatis Monaſterii prædicti ſunt hoſpitati: Abbas igitur S. Emmerammi de cauſa præſentiæ horum cives ac ipſos requirens reſponſum accepit, libertas Monaſterii S. Emmerammi pateſcat malefactoribus, quare ergò non potius benefactoribus & honeſtis: Cum ergò hæc pluribus diebus continuarentur, per quoddam pactum factum cum civibus, falſarius iſte evaſit.

De Præpoſito Rorenſ. Eccleſiæ.

Item anno Domini *MCCCCXXIIII.* Feriâ tertiâ, quæ eſt dies octava Februarii Ulricus Plumpergär præpoſitus in Päring, confirmatus eſt in Præpoſitum Rorenſis Eccleſiæ, factâ priùs reſignatione præpoſituræ in Päring in manus Joannis Epiſcopi Ratisponenſis & Feriâ quartâ, quæ eſt dies nonâ Februarii anni ſupraſcripti, Conventuales in Päring convenientes ad electionem Præpoſiti in loco capitulari nemine diſcrepante vota ſua direxerunt in Dominum Andream Forſtär profeſſum manifeſtum ejusdem loci atque eum in Præpoſitum elegerunt & nominârunt. Hic cum pluribus diebus non poſſet induci ad aſſentiendum electioni de ſe factæ, tandem autem nolens reſiſtere divinæ auctoritati ſeu voluntati, prædictæ electioni aſſenſit, & Feriâ quartâ Sexageſimæ, quæ eſt prima dies Martii anni ſupra memorati à Joanne Epiſcopo Ratisponenſi in Præpoſitum eſt confirmatus.

Item Feriâ ſecundâ poſt Dominicam Lætare in craſtino S. Ambroſii Dux Hainricus de Lantzhuet, pulſatus præcipuè per Dominum Hartwicum Decanum Rorenſis Eccleſiæ, venit cum armatis ad Eccleſiam jam dictam & Domino Præpoſito Ulrico Plumperger protunc exiſtente in Chelhaim, quibusdam de Conventu aſſentientibus ipſo Præpoſito ignorante dictus Dux Heinricus accepit in ſe advocatiam ejusdem monaſterii, quæ advocatia ab antiquis temporibus fuerat in manibus Dominorum de Abenſperg. (x) (x)

Item anno Domini *MCCCCXXIIII.* Sabbatho die XII. menſis Februarii Joannes Epiſcopus Ratisponenſis horâ completorii per nuntium ſuum vocans ad ſe Joannem Plebanum ſuum ipſi, ut apud ſe maneat, præcepit, in quo negotio diverſis habitis tractatibus, tandem per concambium ipſe Joannes fit Paſtor in Weerd, & Paſtor in Weerd nomine Wolfhardus fit Plebanus ſummi. Iſte Wolfhardus anno ſequenti, qui eſt MCCCCXXV. cæmeterium in ſummo, quod multum propter tumentia ſepulchra erat aſperum, expenſis ſuis planum fecit, induxitque hanc conſuetudinem ut futuris temporibus ſemper recentia ſepulchra etiam inſuper poſitis lapidibus planentur.

Item anno Domini *MCCCCXXIIII.* Erneſtus Dux Bavariæ Monaci, filiam ſuam Beatricem Matrimonio copulat Hermanno filio.

(t) hæc fabula in autographo decuſſatim transfixa adſcriptis in marg. verbis: *totum eſt fictum & mendacium.*

(u) ita Cod.

(x) vide ad An. 1425.

filio Hermanni Comitis de Cilli, cujus filia ſcilicet Barbara eſt uxor Sigismundi Romanorum, Ungariæ, Bohemiæ &c. Regis.

Item anno Domini *MCCCCXXIIII.* In Ebdomada Sexageſimæ Ludwicus Chamerawär de Viechhauſen curias in Vonzenhoven ſuæ poſſeſſioni adjecit, quæ curiæ fuerunt Degenhardi (y) Hofär de caſtro Lobenſtein nuncupato: Idem anno ſequenti conſtruxit ibidem domum ex firmis lapidibus. (y)

De reliquiis Imperialibus.

Item anno Domini *MCCCCXXIIII.* Sabbato ante Dominicam reminiſcere, quæ eſt dies XVIII. Aprilis quidam civis de Nurnberg Stromayr cognominatus de caſtro Ungariæ Plintenburg vocitato reliquias imperiales: ſcilicet partem coronæ ſpineæ Salvatoris, ferrum lanceæ &c. de caſtro Bohemiæ Karelſtain vocitato per Sigismundum, Romanorum Ungariæ & Bohemiæ Regem propter infeſtationem hæreticorum in Bohemia ad jam dictum caſtrum Plintenburg illatas ex conceſſione ejusdem Regis Sigismundi volens ferre Noribergam, Sabbato præſcripto venit Ratisponam.

Item anno Domini *MCCCCXXIIII.* In Principio quadrageſimæ Joannes Epiſcopus Herbipolenſis & Rabanus Epiſcopus Spirenſis in ambaſiata Electorum in negotiis regni per Ratisponam ad Regem Sigismundum in Ungariam deſcenderunt, atque Sabbato poſt aſcenſionem Domini Ratisponam ſunt reverſi. Eodem tempore Imperator Conſtantinopolitanus per fluvium Yſaram veniens Pataviam cum quinque navibus in Danubio fluvio deſcendit ad Sigismundum Romanorum Regem in Ungariam.

Anno Domini *MCCCCXXIIII.* In die SS. Joannis & Pauli, quæ eſt XXVI. menſis Junii horâ veſperorum facta eſt eclypſis ſolis.

Anno *MCCCCXXIIII.* Feriâ ſecundâ poſt Octavam Pentecoſtes horâ Completorii vir quidam propè cappellam S. Geotgii ſecùs pontem Ratisponenſem percuſſus tonitru ſubitò eſt defunctus.

Item eod. anno circa feſtum Aſſumptionis Virginis glorioſæ Prædicatores Ratisponæ celebraverunt Capitulum Generale.

Zigawnär.

Item his temporibus quædam Cingarorum vulgariter Cigäwnär vocitata, in terris noſtris vaga exulabat. Erant autem propè Ratisponam, ſuccedentibus ſibi aliis, quandoque multis viris mulieribus & parvulis ad XXX. perſonas, quandoque autem pauciores. Hæc gens tentoria ſua figebat in campis, nam in civitatibus non permittebantur habitare. Bona enim aliorum ſubtiliter furto ſibi attrahebat. Hæc gens à partibus Ungariæ erat oriunda, dicebatque ſe exulare; in ſignum ſeu memoriam fugæ Domini in Egyptum dum fugeret à facie Herodis, qui eum quærebat ad occidendum. In vulgò verò dicebatur quod eſſent occulti terræ exploratores. Habebat quoque gens eadem litteras Sigismundi Regis quarum unius tenorem quam in papyro habebant ſcriptam hic pro Cronicis inſerere curavi. „Sigismundus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus, ac Hungariæ, Bohemiæ, „Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex. Fidelibus „noſtris univerſis Nobilibus, Militibus, „Caſtellanis, Oſticialibus, Tributariis, civitatibus liberis, opidis & eorum judicibus in Regno & ſub dominio noſtro conſtitutis ex exiſtentibus ſalutem cum dilectione. Fideles noſtri adierunt in præſentiam perſonaliter Ladislaus Waynoda (z) „Ciganorum cum aliis ad ipſum ſpectantibus, nobis humilimas porrexerunt ſupplicationes, huc in ſepus in noſtra præſentia ſupplicationum precum cum inſtantiâ ut ipſis gratiâ noſtra uberiori ptovidere dignaremur. Unde nos illorum „ſupplicatione illecti eisdem hanc libertatem duximus concedendam. Quare quandocunque idem Ladislaus Waynoda & „ſua gens ad dicta noſtra dominia videlicet civitates vel oppida pervenerint, ex „tunc veſtris fidelitatibus præſentibus firmiter committimus & mandamus ut eosdem Wadislaum Waynodam & Ciganos ſibi ſubjectos omni ſine impedimento ac perturbatione aliquali ſovere „ac conſervare debeatis; imo ab omnibus „impetitionibus ſeu offenſionibus tueri velitis: Si autem inter ipſos aliqua Zizania „ſeu perturbatio evenerit ex parte quorumcunque ex tunc non vos nec aliquis alter „veſtrum, ſed idem Ladislaus Wainoda „judicandi & liberandi habeat facultatem. „Præſentes autem poſt earum lecturam ſemper reddi jubemus præſentanti. Datum in Sepus Dominica die ante feſtum S. Georgii Martyris. Anno *Domini MCCCCXXIII.* Regnorum noſtrorum anno, Hungar. XXXVI. Romanor. verò XII. Bohemiæ tertio. (a) (z) (a)

Item Anno Domini *MCCCCXXIIII.* Sabbatho poſt Ægidii Joannes Epiſcopus Ratisponenſis à partibus Hungatiæ de Sigismundo Romanorum & Ungariæ Rege reverſus venit Ratisponam.

Item Anno Domini *MCCCCXXIIII.* Heinricus Dux Bavariæ Lantzhuet à Civibus Ratisponenſibus caſtrum Tucmſtauff redimere nitebatur, dum autem idem caſtrum jure proprietatis ad Epiſcopatum Ratisponenſem pertineret & idem Epiſcopatus immediatam tedemptionem ejusdem caſtri non haberet, prædictique cives immediate redemptioni dicti ducis Heinrici reſiſtere non valerent, ipſi cives cum Joanne Epiſcopo Ratisponenſi hujus nominis ſecundo ſic ſoli convenerunt, ut ipſe quamvis conſiliarius Henrici Ducis eſſet ſollicite tamen immediatæ redemptioni jam dicti caſtri operam daret, & ut hoc fieri poſſet, in Hungariam ad Sigismundum Romanorum Regem ſe contulit; à quo clementiſſimè ſuſceptus velocitérque expeditus propoſiti ſui litteras apud ipſum obtinens, anno Domini ſupramemorato Sabbatho poſt Egidii Ratisponam eſt reverſus. Dum hæc fierent fortuna quæ apud Catonem occaſio fronte capillata & poſthæc calva

(y) in Cod. nomini *Degenhardi* ſupraſcriptum nomen *Georgii* neutro deleto.
(z) in Cod. Waynoda.
(a) vid. ad A. 1426.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

eſt vocata, quales ritus volubilis rotæ ſuæ oſtenderit, quis agnovit, aut quis enarrabit. Nam finaliter caſtrum ipſum Thuemſtauff apud cives manſit & Epiſcopus Henrico duci ut à proſecutione ſuæ defedationis ceſſaret facta placitatione tria millia florenorum dedit: Hoc tamen in hujusmodi placitatione fuit obtentum quod prædictus Dux Heinricus, juri quod in redemptione hujus caſtri habebat fututis temporibus ceſſit. In defedatione hujusmodi prædicti ducis Henrici Ulricus Ekkär Judex in Landshuet, Frater Domini mei Conradi præpoſiti ſancti Magni, dignus laude memoratur, nam cum omnes feodarii Epiſcopi Rstisponenſis qui erant apud Ducem Henricum ad inſtantiam ipſius defedationē facerent, ipſe Ulricus Ekkär ſupra memoratus ſolus hoc nolebat facere niſi prius fidelitati ſuæ quâ propter feodum Domino Epiſcopo tenebatur, ſatisfacere, quod licet Dux non grato animo ſuſciperet, diſſimulans tamen hujus viri Conſtantiam in hoc ponderavit.

Item anno Domini *MCCCCXXIIII.* feriâ quartâ quatuor temporum in vigilia S. Matthæi Bernhardus Dux Saxoniæ per Ratisponam deſcendit in Ungariam ad Sigismundum Regem Romanorum pro retractatione ſive revocatione litterarum dicti Regis quibus Marchionem, Misnenſem fecerat Ducem Saxoniæ atque Electorem Romani Imperii.

Item anno *MCCCCXXIIII.* Heinricus Dux in Lantzhuet Caſtellum Alten - Eloffhaim dictum, quod pater ſuus Dux Fridericus potenter occupârat in opprobrium cujusdam civis Ratisponenſis in quâdam generali gwerra, quodque jure proprietatis ſpectat ad Epiſcopatum Ratisponenſem, judicialiter contra Jodocum de Abenſperg in Strawbing obtinet. Hujus Jodoci de Abenſperg pater dictum caſtellum à præfato Duce Friderico accepit dum ipſum occupaſſet, in reſuſionem laborum ſuorum ſingularem.

Item annn *MCCCCXXIIII.* Circa feſtum S. Michahelis Huſſiſtæ ex inſperato intrantes Bavariam de prope ſylva maximam prædam in jumentis duxerunt in Bohemiam, ut dicebatur, quatuor millia capitum.

Item eodem anno circa feſtum S. Dionyſii Fridericus Marchio Brandenburgenſis qui & Burgravius Nurnbergenſis obſedit caſtrum propè Newmarkcht Rotenſels nuncupstum, quod erat dicti Loterpeck qui conſpiciens ſe ſic obſeſſum, dictum caſtellum reſignavit Chriſtophoro Duci juveni octo ferè annorum, filio Ducis Johannis reſidenti *zum Newemmarckcht*, dictus verò Marchio conſpiciens ſe in obſidione non poſſe triumphare, inde receſſit.

Item Dominicâ proximâ ad feſtum S. Galli, Decanus Saltzburgenſis Eccleſiæ & capitaneus venerunt Ratisponam propter Congregationem Principum ibidem fiendam, ſed tamen de Principibus nullus venit.

Item anno *MCCCCXXIIII.* Sabbato in die S. Calixti obiit venerabilis Dominus Joannes Abbas in Walderbach Ratisponenſis Dioceſis, primus inter infulatos ejusdem Monaſterii, quo defuncto cum die præfixâ ad eligendum futurum paſtorem deberet fieri Electio duo Presbyteri conventuales nocte præcedente Electionem ſubitaneâ morte ſunt præventi.

Item eodem anno in vigiliâ omnium Sanctorum Heinricus Dux tranſivit per Ratisponam.

Item eodem anno, feriâ tertiâ in die S. Wolfgangi Magiſter Rudolfus doctor in Medicinis factus eſt Decanus & Canonicus Eccleſiæ S. Joannis. (b) (b)

Item eodem anno, Dominicâ poſt feſtum omnium Sanctorum quidam Ptincipes Nurnbergæ debebant conveniſſe, ſcilicet Dux Joannes & Marchio Brandenburgenſis ad dividendum opida ſive caſtra quæ ſimul contra Ducem Ludowicum obtinuerunt: Sed Dominus Marchio diem conventionis præfatæ in articulo temporis revocavit, eo quod ad inſtantiam Ducis Heinrici de Landzhuet cujus ſororem habebat in uxorem, tranſivit in Weſtvaliam de quâ eſt reverſus Lantzhutam ante nativitatem Domini.

Item eodem anno in Ebdomadâ ſecundâ adventûs Domini pervênit rumor ad Ducem Joannem quod Huſſiſtæ in Bohemiæ adunati cum potentiâ intenderent venire in Bavariam. Quapropter Dux Joannes præfatus cunctis ſub ditione ſuâ valentibus ad bellum procedere vocatis eisque per exercitus ſingulorum territoriorum ab invicem ſeparatis ſe ſerioſius npposuit; quod audientes ſicut dicebatur hæretici ab itinere cœpto ceſſaverunt.

Eod. anno in Ebdomadâ ante Nativitatem Domini Bernhardus Marchio de Baden per Ratisponam ad Sigismundum Regem Romanorum in Ungariam deſcendit, & in die S. Valentini Ratisponam eſt reverſus.

MCCCCXXV.

Hoc anno, feriâ ſextâ poſt Epiphaniam Dominus Hartwicus Decanus in Ror à præpoſito ſuo captivatur & in turrim ponitur.

Obitus Ducis Joannis de Hollandiæ.

Item Dominicâ poſt octavam Epiphaniæ quidam Principes convenerunt in Chelhaim, inter quos Dux Henricus de Lantzhuet, ducatui in Strawbing qui tunc nomine Ducis Joannis de Hollandiâ regebatur per quemdam Ordinis Teutonicorum (c), volebat commodâſſe certam ſummam florenorum & pro his accepiſſe in ditionem ſuam civitatem Chelhaim & caſtrum Werde, quod tunc quidam nomine Henricus Nothaft qui & depoſitus per importunitatem vicedominus in Strawbing; quod tamen negotium per qnosdam fuit impeditum. Sed actum fuit ut Joannes Epiſcopus Ratisponenſis dictum caſtrum Werde quod diu alienatum fuerat ab Epi- (c)

ſcopatu

(b) vid. ad A. 1426.

(c) in calce Cod *hujus Titulus talis erat: Yhan von Kortenbach Lantkomentevon an Maſtrich Verweſar in nidern Bayren.*

ſcopatu, redimere deberet, atque in ſuam poteſtatem accipere. Quod dum totaliter concluſum fuiſſet, priusquam deduceretur in realem effectum, feriâ ſecundâ in die S. Vincentii venerunt qui dicerent Joannem Ducem ſupra memoratum Nepotem Ludwici quondam Imperatoris eſſe defunctum ſicque totus ille Tractatus ceſſavit.

Item ad Congregationem Principum ſupra memoratam in Chelhaim Dux Joannes *zum Newenmarckcht* & frater ejus Otto dè Amberg non venerunt; ſed feriâ ſecundâ in die S. Marcelli venerunt Ratisponam, ibi dum eſſent, nuntiatur quod quidam dictus de Abſperkch caſtrum Ranspawren per inſidias occupâſſet. Hoc caſtrum fuit cujusdam Petri Ekkar in Steffling, magni uſurarii, noviter defuncti; ſed ſub tuitione tunc temporis Ludwici Chamerawer præfecti in Chelhaim, qui tunc erat Ratisponæ quique ante paucos annos fratrem carnalem ſupramemorati dicti de Abſperckch prope Ingelſtatt dum ipſum propter prædam perſequeretur in bello occiderat. Hujusmodi autem occupatio illins caſtri non fuit audita facta fuiſſe, niſi quod ipſe dictus de Abſperkch dicebat jure Hæreditario hoc caſtrum ad ipſum pertinere.

Michelsperger Bodemſtain. Anno Domini *MCCCCXXV.* Contradus Michelsperger vir in rebus bellicis & militaribus ſtrenous, qui etiam in bello cecidit, reliquit unum ſolum filium nomine Petrum qui obiit anno Domini *MCCCCXXIIII.* in quo nomen nobilium dictorum Michelsperger defecit: reliquit & duas filias quarum una per ſponſalia duxit N. Nothaft, cujus pater nomine Albertus caſtrum dictum Podemſtain ſitum, non remotè à Monaſterio in Reichenbach feria --- in Ebdomada poſt octavas Epiphaniæ anno Domini *MCCCCXXV.* in Poſſeſſionem accepit. Eſtque hoc notandum quod juxta dictum caſtrum Podemſtain eſt quædam Eccleſia S. Michahelis à quâ totus mons in quo ſita eſt, vocatur Michelſperg unde memorati milites memorantur nomen habuiſſe.

Captivitas Stauffer militis. Item Theodericus Stauffer de Erenvels Miles juvenis in Valckenvels reſidens dominicâ in quâ fuit dies S. Agnetis ob moleſtiam quam fecit Thyemoni Abbati in Reychenbach captivatus eſt. Quod accidit hoc modo, præpoſitus quidam Prue (d) officialis dicti Abbatis quosdam ruſticos reſidentes ſub diſtrictu memorati Stauffer propter redditus Monaſterio perſolvendas, pignoravit: quod audiens ipſe Stauffer quosdam Ruſticos memorati Monaſterii in loco qui dicitur *auf dem Langenveld* in pecoribus prædavit. Cujus rei novitas cum ad Eberhardum Miſtelbeckh prætorem in Weternwald perveniſſet, ipſe ſtatim hæc nuntians Joanni Dornär Notario Provinciæ in Prukk reſidente, venit in Reychenbach, ubi habitâ convocatione Sabbatho in die Sanctorum Fabiani & Sebaſtiani ſe diſpoſuerunt ut cum potentiâ venirent in Valckenvels & forum ibidem levarent, habito tamen conſilio ſupra memoratum Stauffer per nuntium Domini Abbatis ſuper prædâ factâ requiſiverunt, qui reſpondit, hanc prædam ſe feciſſe in recompenſam pignorationis per ipſorum præpoſitum factæ. Qui nuntius reverſos in Reichenbach hæc ſuperius memorato Miſtelbeck retulit. Addidit quoque quod ipſe Stauffer jam veniſſet in Walderpach ibidem quoqoe eſſet in Monaſterio; his auditis prætor & notarius ſupramemorati prætermiſſis omnibus, conſiliis per totam ferè noctem habitis Dominicâ in die S. Agnetis circa horam primarum Miſſarum cum Equitibus in Walderbach properantes ipſum Stauffer in menſâ cum Abbate comedentem, captivaverunt & ad ſtatum ipſum in Reychenbach deducentes, Domino Abbati præſentaverunt, & ibidem ipſum induciantes negotium ad Joannem Ducem Dominum Superiorem retulerunt, qui ad inſtantiam Ducis Ottonis fratris ſui in Amberg, ad quem tunc volebat equitâſſe, captivitatem iſtam dimiſit, ſicque dictus Stauffär eſt liberatus.

Anno Domini *MCCCCXXV.* VIII. Idus Februar. hoc eſt in die Epiphaniæ Domini Joannes Dux in Strawbing tenens Hollandiam ibidem à Magiſtro curiæ ſuæ veneno interſectus obüt, unde Nobiles, Prælati & civitates inferioris Bavariæ Dominicâ in octavâ S. Agnetis convenientes deliberatione præhabita ordinâtunt principatum usque ad medium quadrageſimæ tunc ſequentis, per certas Eccleſiaſticas & ſæculares perſonas gubernari, in hunc finem, ut interim Principes Bavariæ ad quos dictus Principatus hæreditario jure pertinebat, de ordinatione ſive diviſione Ducatûs illius ſimul convenirent; quod fieri non potuit usque ad feſtum Margaretæ anni ejusdem & cum magnâ difficultate propter Ludowicum Ducem in Ingelſtade, qui erat in Ungaria cum Sigismundo Rege Romanorum implorans executionem Juſtitiæ ab ipſo Sigismundo litteratoriè Ratisponæ ſibi promiſſa & ſigillo apoſtolicæ ſedis legati roborata contra alios Duces Bavariæ & etiam præcipuè Fridericum Marchionem Brandeburgenſem, Burgravium Nurnbergenſem, qui plures civitates & caſtra in lite publica, ſed tunc per pacem ſedata, ſibi alienârunt. De hâc diviſione ſive ordinatione Principatûs illius vide poſtea. De diviſione inf. Bav. poſt mortem Joh. de Holland.

Item ſupra memoratus Joannes Dux habuit patrem cujus nomen fuit Albertus qui obiit ante eum, hujus titulus talis fuit: *Wir Albrecht Pfaltzgraf bey Rein Herzog in Bayrn, Graff zu Hangaw, zu Holland, zu Seland und Herr der Herrſchaft zu Fryeſenland*; hujus filius nomine Wilhelmus obiit circa annum MCCCCIX. relinquens filiam nomine Jacoba. Hæc Jacoba primum duxit delphinum de Franciâ, & eo mortuo duxit ducem de Brabantia quo repudiato duxit N. fratrem Regis Angliæ.

Item

(d) leſt. dub.

Item anno *MCCCCXXV.* N. Archiepiſcopus Magdeburgenſis per Ratisponam propter negotia Eccleſiæ ſuæ ad Sigismundum Regem deſcendit in Ungariam.

Item Feriâ ſecundâ poſt Dominicam Reminiſcere Dux Johannes filius quondam Ruperti Regis Romanorum deſcendit in Ungariam cum tribus navibus ad Regem Romanorum Sigismundum & Feriâ ſextâ poſt Octavam Corporis Chriſti in die S. Viti in reditu Ratisponam ingreditur.

Item Feriâ ſecundâ poſt palmas duas Truffatores ſive Deceptores patefactâ eorum curioſitate fugerunt ad S. Emeramum, hi Feriâ quartâ poſt quaſimodo, in quo erat dedicatio conſcerati S. Petri, dum æſtimabant, ſe nocte per Eccleſiam S. Oſwaldi poſſe evadere à civibus ſunt comprehenſi, ſeducti ipſi per duos de familia Monaſterii, qui accepta ab ipſis & civibus pecuniâ promiſerunt eos velle ſecurè educere, ſed dato & aſſignato civibus certo tempore in manus eorum, eos tradiderunt.

Item die ſancto Penthecoſtes, quam præceſſit feſtum S. Urbani Feriâ ſextâ proximè præcedenti Ulricus Sartoris de Zeidlorn intravit religionem. Item Sabbato ante reminiſcere in vigilia Mathiæ Apoſtoli occultè cum Georgio receſſit.

Item anno eodem Dominicâ in Octava S. Martini Conradus Forchamer intravit religionem. Item A. MCCCCXXVII. Dominicâ Jubilate cantavit primam Miſſam.

Item Feriâ ſecundâ poſt Octavam Penthecoſtes Fridericus Landgravius Thuringiæ & Marchio Miſnenſis de novo factus Dux Saxoniæ atque Elector Romani Imperii venit Ratisponam, deſcenſurus in Ungariam ad Sigismundum Regem Romanorum & acccepturus ab eo infeodationem hujusmodi Ducatûs Saxoniæ. Hujus Friderici Frater fuit Wilhelmus, qui obiit in vigilia palmarum ſine hæredibus, patruus verò ejus nomine Fridericus adhuc ſupereſt, ſed non habet liberos. Prædictus igitur Fridericus Feriâ quartâ in die S. Petri ad vincula in civitate Buda vulgariter *zu Oven* prædicti Ducatûs Saxoniæ à Rege Sigismundo accepit infeodationem præſentibus Ducibus Wilhelmo Bavariæ Duce de Monaco, Alberto de Auſtria & pluribus aliis; deinde Feriâ tertiâ in die S. Auguſtini Ratisponam revertitur. Habuit tunc temporis dictus Fridericus de Katherina uxore ſua ſorore Ducum Wilhelmi & Heinrici de Brunswcikch, quatuor filios Fridericum XIIII. annorum, Sigismundum XI. annorum, Henricum IIII. annorum & Georgium infantem.

Item Wilhelmus Marchio Miſnenſis, qui fuit frater Patris Friderici Marchionis Miſnenſis & Ducis Saxoniæ, fuit cum Sigismundo Rege Romanorum in obſidione civitatis Pragenſis, & fuit ſapiens, ſed tamen Monoculus.

Item Feriâ III. infra Octavam Corporis Chriſti, hoc eſt II. idus Junii Emmeramus filius Henrici antiqui Nothafft, qui fuit per plures annos Vice Dominus in Strawbing, ſcilicet inferioris Bavariæ, unde & vulgò Vitztum nominabatur, duas domos ſive caſtra, ſcilicet Graſs & Sarching ſibi ſubjecit ſpoliatis omnibus ruſticis atque captivatis, quos attingere potuit, ad easdem domos ſive clauſtra pertinentes & hoc in detrimentum Commendatariæ domûs S. Egidii Ratisponæ Ordinis Beatæ Mariæ Theutonicorum Hieroſolymitani Hoſpitalis.

Item Sabbatho poſt Viti, Joannes Chuſnaig civis nominoſus & dives, ut putabatur reſidens propè Fratres minores Ratisponæ & ſuus Scriptor à vulgo *der Heinrice* nominatus, reſidens retro prætorum ob falſitatis culpam, quam commiſerat, ſigillando unam cartam non ſcriptam ſigillo Petri Ekkär de Stefling, ultimi illius nominis in hac progenie magnique uſurarii, ſed poſteà per dictum Heinricum ſcriptam continentem certam ſummam florenorum, quam ſibi ipſe Ekkär dicto Chusnaig obligaret, & procedentibus contra eoſdem judicialiter Heinrico Nothhafft & Joanne Gewolſ militibus, ſunt combuſti. Iſte Petrus Ekkär ultimus fuit hujus Genealogiæ ſuæ cognominis, nam plures alii ſunt hujus cognominis, ſed alterius ſunt ſtipitis. Hic & Joannes Gewolſ ſupra memoratus ſe mutuò litteris & ſcriptis ſuis ſigillis roboratis obligârunt, quod ſi alter ipſorum ſine virilibus libris decederet, alter ipſorum tunc ſuperſtes omnia bona alterius deberet poſſidere, uxorem verò & filias tanquam ſuas in cura habere, eisque portionem congruam dare. Deceſſit igitur dictus Petrus Ekkär prior, relinquens Annam uxorem dominam juvenem Filiam Heinrici Puechperger, de qua genuit filias tres etiam ſuperſtites & dominam Urſulam quam genuit de prima uxore, & dudum deſponſaverat Henrico comiti in Ortenberg.

Falſarii combuſti.

Item anno MCCCCXXV. Feriâ ſecundâ infra Octavam Corporis Chriſti III. Idus Junii in die S. Barnabæ Apoſtoli Johannes Epiſcopus Ratisponenſis Dominum Ulricum Murnawer per formam compromiſſi in Pruel electum virum, juvenem ſcilicet ante XXVI. annum in præfato Monaſterio conſecravit in Abbatem: Et cum ipſa Eccleſia Dominum Ludovicum, primum Priorem poſteà verò celerarium in Caſtello in Abbatem in Ensdorſ, ubi animadvertendum quod deſuncto (e) Sechs Abbate jam dicti Monaſterii Enzdorff, qui depoſito Wilhelmo (f) Rorenſtetter propter reformationem Ordinis de Caſtello aſſumptus fuerat in Abbatem. Conventus ibidem in electione futuri Abbatis non poterat concorditer convenire: nam cum quidam ex eis ſcilicet Ulricus Weiſſenpurger tum temporis Prior majores voces haberet, Hermannus Presbyter tunc temporis celerarius, qui etiam votum ſuum in eum direxerat, videns, quod ſic electus confirmandus eſſet, ſe ad Ottonem Ducem in Amberg tranſtulit, ac confirmationem impedivit, dúmque concordare non poſſent, Joannes Epiſcopus præfatus facto ſibi compromiſſo, dictum Ludwicum poſtulavit in Abba-

(e) (f)

(e) Conradum Schos de Caſtel vocat Schedelius in *Excerptis ſuis Chronici Ensdorffenſis* JACOBO PARFUESS Auctore.
(f) de hoc quoque excerpta modo memorata à nobis edenda.

Abbatem eúmque, ut præfertur, conſecravit. Eadem die ipſi concordantes in Hermannum præfatum horâ veſperarum eodem Hermanno veniente Ratisponam, hæc Epiſcopo intimârunt, nolentes aſſentire his, quæ geſta per Epiſcopum fuerant. Unde fortiter Monaſterium in Ensdorſ clauſerunt, habentésque cuſtodias ſuas noluerunt prædictum Ludovicum ſuſcipere in Abbatem. Intereà ſæpè memoratus Hermannus & Conventus præſarus volentes gaudere de Privilegiis Ottonis Sancti, Bambergenſis & N. Comitis Palatini de Witelſpach Fundatorum ſuorum, ad Epiſcopum Babenbergenſem ſe contulerunt, ipsóque Hermanno ab eodem Epiſcopo in Abbatem conſecrato, hoc continuaverunt*, donec in vigilia aſſumptionis Virginis glorioſæ Epiſcopus cum Ottone Duce de Amberg venit in Ensdorf apertisque per vim januis Monaſterii prædictum Ludowicum in poſſeſſionem locavit, quod videntes Monachi à Monaſterio profugi receſſerunt, & Sabbatho proximo ſequenti cum ſortitudine revenientes fractis januis Mooaſterium in poſſeſſionem acceperunt, Ludovico Abbate per auxilium coci in turrim fugiente: qui timens ſe in turri non poſſe ſalvari per laqueum ſe ſubmittens effugit. Joannes igitur Epiſcopus Ratisponenſis cum Ludovico Duce Comite Palarino Reni, Filio Ruperti quondam Regis Romanorum, Feriâ quarrâ, quæ fuit vigilia ſancti Magni Confeſſoris Patroni noſtri ſæpedictum Abbatem Ludovicum iterùm in poſſeſſionem locavit, Monachis per ſugam ubiliber diſperſis; qui tamen ſtatim poſteà convenientes dictum Ludowicum obedientiâ ſibi factâ in Abbatem ſuſceperunr.

Anno Domini *MCCCCXXV.* circa feſtum Omnium Sanctorum Georgius Lantgravius de Lewtenberg xxiiii. annorum proceræ ſtaturæ cunctis mirantibus intravit Ordinem S. Benedicti in caſtello, Eyſtetenſis Diocesis; ſed non perſeveravit.

Anno *MCCCCXXV.*

De diviſione Bav. inferioris.

Item ad dividendum Bavariam inferiorem proprer obitum Ducis Joannis Comitis Hollandiæ tres Principes ſcilicet Ludwicus de Ingelſtar, Erneſtus de Monaco, Henricus de Landzhucr, Dominicâ ante feſtum Margaretæ & circiter in Strawbing convenerunt, & ibidem per tres Ebdomadas continuas de hoc negotio tractârunr, nihilque finaliter concluſerunt, niſi quod circa ſeſtum S. Michahëlis hac eadem de cauſa in Strawbing iterùm deberenr convenire: cúmque ſinguli ad ſua remeâſſenr Ludowicus Dux cum comitatu ſuo manſit in Strawbing usque in vigiliam aſſumptionis Virginis glorioſæ, in qua venit Ratisponam, mansitque ibi usque ad ſeriam ſextam diem S. Bartholomæi, in qua mihi per Michaëlem Scriptorem ſuum miſir ſatis pingue donum gratiæ ſuæ, feceram enim ſibi quamdam figuram de ſerie genealogiæ Principum Bavariæ ad ducentos annos. Deinde ipſe Ludovicus Dux veniens Nurnbergam, ubi quidam Principes erant congregati ſeriâ quartâ die decollationis S. Joannis Baptiſtæ venit in Ingelſtar. Item in ſeſto S. Michahelis nullus ſupradictorum Principum perſonaliter venit in Strawbing, ſed ſolùm Conſules eorum & Wilhelmus frater Erneſti Ducis præfati ejusdémque Erneſti filius Dux Albertus. Miſit etiam Albertus Dux Auſtriæ ad Congregationem iſtam Ambaſiatores ſuos, eò quod ipſe eſſet filius ſororis Joannis Ducis ſupradicti.

Item Feriâ quinrâ poſt invocavit Ludovicus Dux de Ingelſtat deſcendens ad Regem Sigismundum, extra civitatem ſuper foſſatum pertranſivit equitando Ratisponam, tunc temporis in Chelheim & Strawbing ſervatum fuit interdictum propter perſonalem præſentiam ſupradicti Ducis Ludwici, eò quod excommunicatus eſſet, proprer quædam bona Monaſteriorum quorundam, quæ tenebat, hic egir tantâ ſollicitudine obedire Eccleſiaſticis mandatis, ut ab excommunicatione abſolveretur, Réxque Romanorum Sigismundus ſibi principatum in Straubing ſub vexillo & imperiali majeſtate reſidens contulit. Et eum quidem principatum prius ad jura ſua contulerar Wilhelmo & Henrico Ducibus Bavariæ, ſed tamen in loco privaro. Item poſtmodùm ſupradictus Ludovicus manſit aliquantulum temporis in Eſerding & in Edomada Dominicæ primæ poſt ſeſtum S. Triniratis venir in Straubing anno *MCCCCXXVII.*

Item A. *MCCCCXXV.* circa feſtum S. Matthæi Dux Henricus in Landzhut Friderico Marchioni Brandenburgenſi Burgravin Nornbergenſi ſororio ſuo in marcham miſit io auxilium ducenros Equos, quorum Capitaneus erat Joannes Stauffer miles de Ehrnfels Præfectus tunc remporis Henrici Ducis in Aerding, qui petiit à Domino præpoſito ſibi pabulari per noctem XL. vel L. Equos ob quandam denegarionem ſibi factam, ſed currum cum ſuis attinentiis ſibi commodando ad pergendum anre omnia in Frnſels, ſed tamen factis ſibi quibusdam ſupplicationibus per Thomam Trenpeckh judicem noſtrum & Petrum Pirckenſeer ad nos quamvis ipſis non promitteret, non pervenerunt. Hi igitur intrantes Marchiam cum Fridericus memoratus contra adverſarios ſuos exercitum magnum congregâſſet, factâ placitatione non viſis inimicis in Ebdomada feſti omnium Sanctorum in terram noſtram ſunt reverſi.

Anno MCCCCXXV. Feriâ tertiâ ante feſtum omnium Sanctorum quidam dictus Triſtram Zengär, in caſtro Sneberg reſidens faciens prædam in pecoribus & aliis rebus juxta caſtrum ſive ſorum Valckenſels, bohemos hærcticos duxit in Bavariam. In quo peſſimè ipſe & ſibi conſenrientes fecerunt, nam anteà bohemi hæretici à noſtratibus fuerant impugnati, hic in offenſionem noſtram ab iſto Triſtram Zengär ſunr vocati, dividentibus autem eis ſpolia, ſi ipſe Zengär Hæreticis non condeſcendiſſet, pœnam ſuæ culpæ ab eis accepiſſet. Poſt hæc Bohemi ante ſeſtum Katerinæ veniunr in Bavariam, & diviſo exercitu tribus turmis civitatem *Gasmunichen* aſſultu impetierunt: erar autem eadem civitas ſub dominio dicti Pflueg, qui Bohemos cottidianis litibus multum perturbabat, ſed tamen gratiâ Dei

donante fidelibus intra civitatem viriliter ſe defendentibus & ab extra indigenis ad eos auxiliandum confluentibus ſine victoria in Bohemiam redierunt.

Anno MCCCCXXV. Ludovicus Chamerawer de Viechhauſen in curia Vonzen-
(g) hoven (g) conſtruxit domum ex firmis lapidibus.

MCCCCXXVI.

(h) Hoc anno Gens Zingarorum (h) iterùm venit Ratisponam, fixitque tentoria ſua, & habitavit inter Maiterias feriâ ſecundâ poſt Matthæi.

Eod. anno *MCCCCXXVI.* ipſe Ludwicus Chamerawer, dum eſſet Præfectus in Chelhaim, & ergà pares ſtrenuus & plebeios rigidus Feriâ ſecundâ in die S. Catarinæ moritur propter rigorem ſuum in populo modicum habens planctum.

Eod. anno Feriâ quintâ in die S. Antonii obiit Perchroldus quondam Præpoſitus in Ror, qui totum negotium in alienatione advocatiæ de Dominis in Abenſperg practicavit.

Eod. anno Jodocus de Abenſperg duxit relictam Puechpergerin filiam Frawnperger dicti *Taubentuttel* ſororem Hofârin in Sinching.

Eod. anno Dominus Rugerus Feriâ IIII. Paſchæ moritur.

Eod. anno circa feſtum S. Auguſtini Theodericus juvenis de Abenſperg moritur. Notandum, quod his temporibus Jodocus ſolus erat Dominus in Abenſperg, qui Jodocus memoratus & duo filii ejus Joannes ſcilicet & Theodericus, quos genuerat de Agnete de Schawnberg uxore ſua prima. Theodericus circa XIIII. ætatis ſuæ annum, dum quidam ſervus venatoris ſecum frequenter jocare, & ipſe de joco ſuo parum contentus eſſet, die quadam, dum joco ab ipſo ſervo occuparetur, ſubitò transfixit cum cultello, ſicque ſervus iſte ſtatim moritur, & ipſe Theodericus fugiens iram patris evaſit, poſteà reconciliatus patri, dum vicenarius eſſet, enata quædam lis ex minima tamen & omnino inſperata, quæ lis dicto Theo-
(i) derico finem vitæ dedit, & ſic * * * (i)

Eod. anno defuncto Andreâ Gnändel plebano ad ſanctum Caſſianum Feriâ IIII. Penthecoſtes, cum plurimi ſperarent ſe eandem Plebaniam obtinere, Dominus Magiſter Rudolphus in Canonicum veteris capellæ ſuſcipitur, & Feriâ tertiâ infra Octavam Corporis Chriſti II. Non. Junii in poſſeſſionem dictæ Eccleſiæ, S. Caſſiani locatur.

Anno *MCCCCXXVI.* circa medium Quadrageſimæ ſcilicet Feriâ III. poſt Lætare in die S. Gregorii Huſſiſtæ Hæretici cum potentia prædictam civitatem Gasmunchen iterùm vallaverunt, & iterùm defendentibus ſe fidelibus & confluentibus, videntes ſe prævalere non poſſe ſine victoria in Bohemiam rediere, unde litteras Ducis Ottonis in Amberg reſidentis, quas miſit pro adjutorio Joanni Streytperger Epiſcopo Ratisponenſi hic pro Cronicis inſerere curavi.

Dem Erwirdigen in Gott Vatter Herrn Johannſen Biſchof zu Regenſpurg unſern beſunders lieben Herrn und Frund.

Unſern frundlichen Dienſt zuvor Erwirdiger in Gott Vatter beſunder Herr und Frundt, wir laſſen uch wiſſen, daz die Kezer uffgeſtanden beruß fur den Walt fur Gersmünchen komen, und mit Buchſen und andern Zewg mechtiglich da fur gelegt haben, bitten wir uch mit allem Fleiß durch Got und des Criſten Glaubens willen, daz ir uns die maner gereyſig und wol erzewgt, ſo ſterckeſt ir mügt unverzogenlichen gen Newnburg vor dem Walde zu ſenden, und den enphelben wöllent, uns billſlich zu finde den zu widerſten, wen wir ge den armen Criſtn meynen zu hilff zu komen, daz wollen wir allebegen umb uwern Liebe verdien. Datum *Amberg uff Mitwoch* poſt Lætare anno &c. *MCCCCXXVI.*

Ott von Gotts Gnaden Pfaltzgrave by Rine und Hertzog in Beyrn.

Item alia Littera:

Dem Erwirdigen in Gott Vatter Herrn Johan Biſchoff zu Regenſpurg, unnſern beſundern Herrn und Frund.

Unſern fruntlichen Dienſt zuvor Erwirdiger in Gott Vatter beſunder Frundt. Als wir uwer Liebe geſchriben und gebetten haben um Hilff zuſchicken wider die Ketzer, alſo ſeind die ſelben Hußen wider hinderſich gezogen, und iſt die Reyſe uff dißmal wendig, und haben doch Geysmunchen Herticlich geſturmet, aber dy Criſten haben behalten, und wir dancken ewer Liebe ſere, und wollen auch datz umb Ewer Liebe verdienen. Datum Amberg Feriâ quartâ poſt Lætare.

Otto Dux Bavariæ Comes Palatinus Rheni.

Item dum ſupraſcripta agerentur Joannes Dux Bavariæ frater ſupraſcripti Ottonis Ducis fuit Wiennæ apud Sigismundum Regem Romanorum & exemplar Epiſtolæ ſuorum officialium ſequitur in forma.

Dem Hochwirdigen Fürſten, Herrn Johannſen Biſchof zu Regenſpurg unſern gnedigen Herrn.

Hochwirdiger Furſt gnediger lieber Herr. Unſer willig Dienſt wiſt vor, lieber Herr. Wir piten Ewer Gnad, das ir uns zu hilff kumt von unnſers gnedigen Herrn Herzog Johannſen wegen an die Kezzer, wann uns Markart Stör ſeinen diener Erhart Mautner heut in der Erchtagnacht her gen Lengfeld geſant hat zwo ur in die Nacht, und hat uns enpoten und augenlich zugeſchriben, das die Kezer auf hewt fru am Erchtag uber Walt komen ſein in das Gericht Kam und Munichen, und darauf pit wir Ewer Gnad, was ir uns von unſers gnädigen Herrn wegen zu Dienſt ſenden wellet, das Ewer Gnad das gen Newburg

(g) de quo vid. ad An. 1424.
(h) de qua vide ad A. 1424.
(i) in autographo hoc loco ceſſavit Auctor.

burg zu Stund zuſendet alls unſer gnädiger Herr dez ein gantz getrawen zu Ewren Gnaden hat.

Chriſtoff von Parsperg Pfleger.
Hanns Dornar Landſchreiber.

Anno Domioi MCCCCXXVI. Fridericus Marchio Branburgenſis Burgravius Nurnbergenſis & Fridericus Dux Saxoniæ, Marchio Miſnenſis, Feriâ quartâ ſexageſimæ io die S. Dorothee venerunt Ratisponam, deſcenderúntque in Wiennam ad Regem Sigismundum, & Ipſe Dux Saxoniæ Feriâ ſextâ ante Dominicam Palmarum, & Fridericus marchio Branburgenſis in die cene Ratisponam revertitur.

(k) Item anno Domini *MCCCCXXVI.* in Ebdomada Judica filius Regis Portugaliæ (k) venit Ratisponam, tranſiturus ad Sigismundum Regem Romanorum & Ungariæ, unde Epiſtolam, quam miſit Joanni Epiſcopo Ratisponenſi pro Cronicis hic inſerere curavi.

Reverendo in Chriſto Patri T. Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopo Regenburgenſi, amico ſuo Chariſſimo.

Reverende in Xto Pater & amice Cariſſime, Petrus ſereniſſimi Principis & Domini Regis Portugalie ſecundo genitus Colimbrie Dux &c. Salutem & utriusque hominis ſucceſſibus proſperari. Reverende Pater & amice cariſſime, profecturus Deo hauſpice ad imperialem Excellentiam per veſtri Dominii caſtra portus, paſſus & alia loca tranſitum facere diſpoſui, verum Pater Reverende etſi tam ex cauſa veſtri pontificalis ſtatûs pacifici quam virtutum perſone in qua reſidet mihi opus non eſſet à vobis ſalviconductûs literas impetrare, nihilominus ut dilectioni veſtre in hoc honor debitus conferatur & aliis conſuetus paternitatem veſtram rogo officiosé quatenus mihi cum comitatu meo qui trecentarum eveccionum numerum non excedet, litteras de ſalvo conductu, ut cum valeſiis, equis, armis & cæteris rebus meis & meorum per veſtri diſtrictus & dominii caſtra portus villagia & alia quæcunque loca ſine perquiſitione ſolutione pedagii, guidagii, gabellæ & oneris cujuscunque prout pertinet ad Illuſtres intrare peragrare manere & exire libere valeam, & quia expedit nobilem quemdam ex meis dirigere ut precedat ad Dominum prefatum cum evectionibus quæ non excedet numerum XX. eandem Paternitatem veſtram officioſe, quatenus litteras concedere placeat duplices, ut eidem nobili quem direxero ipſarum quælibet cedat ad ſufficiens munimentum facturus & ego pro veſtris requiſitionibus & honore ſimilia & majora. Scriptum apud villam de Bruggis comitatus Flandriæ, IIII. Februarii.

V. per cancellarium Stephanum
Doctorem Decretorum.

Dicebatur quod dictus Petrus filius Regis Portugaliæ quendam Militem occiderit, ob hoc Pater ſuus voleos in eum proferre ſententiam interceſſione procerum fuit liberatus & tali pœnæ ſubjectus quod tribus annis terras alienas peragraret quibus transactis in terram propriam poſſet redire.

Anno *MCCCCXXVI.* Feriâ tertiâ infra Octavam Corporis Chriſti ſcolares veteris capellæ ibant virgatum & dum redibant balneabantur in Regino fluvio inter piſtores, & duo juvenes ex eis dum ex improviſo venirent ibidem ad gurgitem ſubito à vi aquarum ſuffocantur; quare pueri habendi ſunt in cuſtodia.

De pugnâ Katholicorum cum Huſſiſtis hæreticis.

Item Dominicâ tertiâ poſt Octavas penthecoſtes XVI. kal. Julii Marchioniſſa Miſnenſis commiſit pugnam cum Huſſiſtis in obſidione civitatis Awskch nuncupatæ quod accidit hoc modo: Congregatis tunc temporis Principibus Nurnbergæ ad tractandum de dejectione hæreticorum in regno Bohemiæ, aderat inter cæteros principes Fridericus Marchio Miſnenſis de novo factus per Sigismundum Romanorum & Bohemiæ Regem, Dux Saxoniæ de nomine fratris ſui: affuit etiam Ericus Dux qui jam dictum ducatum Saxoniæ atque Electionem Romanorum Regis ad ſe jure hæreditario dicebat pertinere. Interea Awskch civitas ab hæreticis obſidetur. Igitur Marchioniſſa Miſnenſis congregato copioſo exercitu prædictam Civitatem ab infeſtatione hæreticorum defendere nitebatur, dum autem Hæretici in obſidione iſta in tres partes eſſent ab invicem ſeparati, katholici eos ſic ſeparatos noluerunt invadere ſperantes eos ſimul congregatos, omnes poſſe comprehendere: Sed res proh dolor! in contrarium verſa eſt. Nam congregatis hæreticis in unum noſtri cum eis congreſſi quod doloroſè refero atque ſcribo, dum in Fortitudine multitudinis ſuæ ſperarent, aſpiciente domino qui dum vult flagellat, dum vult miſeretur, miſerabiliter ſunt humiliati, ceciderunt namque de katholicis ex his qui fortiter pugnârunt utpote Nobiles qui ſedecim ſamosi inter cæteros fuerunt & ex his qui fugerunt & in fuga quamquam nemine eos perſequente interierunt ad tria millia virorum. Tunc michi occurrit dictum B. Auguſtini: Si quis bellum juſtum ſuſceperit, utrum apertâ pugnâ an ex inſidiis vincat non refertur ad juſtitiam. Fuerunt qui dicerent iſta juſto Dei judicio fuiſſe permiſſa, aliqui ex eo quod ipſe Marchio Miſnenſis præfatus, nobilem Ducatum Saxoniæ cujus ſuperius facta eſt mentio per potentiam ſuam atque favorem Sigismundi Romanorum Regis teneret, alii verò ex eo quod ipſi Miſnenſes in Congregatione hujusmodi indiſcrete pauperes etiam katholicos læſiſſent, & præſertim monaſterium Toppel ſitum juxta civitatem Awskch prædictam, io quo virgioes Deo dicatas inhoneſtè tractârunt, imagines etiam Sanctorum & venerandum corpus Chri-

(k) vid. de hoc etiam Andream de Redusiis in Chronico Darviſino. T. XIX. Rer. Italicar. MURATORII col. 805. & col. 866. ad A. 1426.

Chriſti ſicut ego audivi pedibus conculcârunt dicentes hujusmodi non eſſe katholicorum. *** (l)

(l) De armatis deputatis Joanni Duci quando intraverunt Bohemiam.

Item Dominica poſt Aſſumptionem B. Virginis intraverunt Bohemiam & tunc fecerunt in terra Bohemiæ incendia quarundam villarum & non manſerunt diutius niſi ad horam merendæ unius diei in terra Bohemiæ & ſine læſione domû ſunt reverſi.

Irem Feriâ tertiâ poſt Nativitatem Mariæ Dux Johannes miſit exercitum in Bohemiam & feriâ quartâ proximè ſequenti in die Sanctorum Prothi & Jacincti horâ tertiâ poſt meridiem noſtri de hæreticis commiſſo prælioglorioſe triumphârunt.

Fuit autem victoria hoc bello non ab induſtriâ humana ſed manifeſtè à divina gratia, licet enim, ut quidam ſcribit quod quidam familiaris cuidam capitanco Wicleſiſtarum ab eo audierit ſibique dixerit quod in anno cum numeraretur MCCCCXXI. ab eo tempore cum ſe dominio Regis oppoſuerunt qui tunc erat annus quartus, corruerunt de parte Wicleſiſtarum centum & viginti millia katholici tamen contra eos bellum ſuſcipientes ſecundum quod hucusque ad notitiam meam pervenit nunquam niſi in multitudine triumphârunt, ipſis hærcricis aſtutiſſime prout frequenrer pugnantibus atque cedentibus. Iſta verò die Serenius Sole radiante verus ſol juſtitiæ non dormiens, ſed tanquam dormiens & potens à vino crapulatus excitatus percuſſit inimicos ſuos in poſteriora & ſempiternum dedit iis opprobrium, noſtris enim per diem & noctem in meridiem alterius diei fatigatis, dum deprædato & exuſto quodam foro aliquibúsque villis in regreſſu usque ad ſylvam perveniſſent, Prorumpentes hoſtes fidei de civitate Glataw ad obſidendum quoddam caſtrum cum curribus ad bellandum ordinatis quos vulgus vocabat Wagenpurckh, eo quod in his curribus tanquam in caſtro ſe tuerentur, noſtros ſic circumvallare nitebantur, ut nullus ex eis evadere poſſet, cum autem major pars de noſtris ſilvam intrâſſet hæretici animoſe ad præliandum feſtinarunt, katholici hæc videntes deliberabant melius eſſe fugere quam mala bella dare, ſed ingruentibus hoſtibus & vim eis facientibus, coacti eligebant potius bellicis eventibus ſe ſubmittere, quam nomen gloriæ ſuæ perdere, verum ſimulatâ cum induſtria in principio fugâ poſtea aciem hoſtium viriliter aggrediuntur, ſicque katholici pluribus de hæreticis proſtratis caſtris curruum ipſorum appropinquabant, quod videntes hæretici ipſum caſtrum curruum deſerentes fugam inierunt, Domino katholicis dante auxilium ſecundum illud Oſeæ Prophetæ: Tantummodo à me auxilium tuum: ſed neque hoc ſilendum quod locus belli fuit in Boico & loco ſtricto, paucique fuerunt de catholicis pugnantes, multi enim præceſſerant & nimium erant elongati alii propter ſtrictitudinem loci non potuerunt, hujus autem belli à parte katholicorum præcipui fuerunt Petrus Kammermair, Hainricus & Joannes Pflueg, Ulricus Turnlinger, Ulricus Warperger, Martinus Armsperger, Markardus Stör, Wilhelmus Paulſtorffer Signifer, hic Wilhelmus fervidus ad auxilium katholicorum pugnantium lanceam in quâ erat ſignum Bellicum, in hoſtes libentius direxiſſet, ſed cum erectio hujusmodi ſigni eſſet ſignum victoriæ, hujus viri ratio robuſtior voluntate ut hoc non fieret impedivit: irem Eraſmus Satelpoger prædictus, Joannes Dornär, Notarius Provinciæ ducis Joannes & plures alii quorum ſingula nomina nimis diſpendioſum eſſet, enumerare.

Item Feriâ quarta in die Sanctorum Prothi & Jacincti Johannes Strenberger Epiſcopus Ratisponenſis habuit convocationem prælatorum & decanorum ſuæ diœceſis, ubi renovatis quibusdam Synodalibus per prædeceſſorem ſuum Albertum Srauſſer Epiſcopum publicatis inter cætera fecir in ſpiritualibus quamdam novam inſtitutionem pro ſubſidio ad delendum hæreticos in Bohemia, ſcilicet cantando per ſingulas Ebdomadas miſſam ſingularem, & faciendo per menſem fieri proceſſionē ſingularem & in remporalibus petiit Stewram Sexingenrorum Florenorum pro ſubſidio ad expediendum armatos mittendos contra hæreticos. Item renovavit ſtatutum de pulſu feriâ ſextâ ad dicendum preces: Deus, Deus meus reſpice in me ob memoriam dominicæ paſſionis, quod quidem prædeceſſor ſuus Albertus Epiſcopus in Synodo quam celebravit inter cætera ſecundum Provinciale Concilium Salzburgenſe celebratum publicavit, ſed ab omnibus non fuerat executum & præcipuè in Eccleſia cathedrali in qua tamen primum poſt iſtam renovationem fuit pulſatum. Item tunc inſtituit ut ſemper poſt ſuffragia conſueta ad mar. & veſp. dicatur ant. da pacem Domine &c. cum collectâ pro pace.

De convocatione Prælatorum propter Hereſim in Bohemia.

Item circa feſtum S. Michahelis Huſſitæ heretici civitatem in Bohemia Mis nuncupatam, obtinuerunt.

Item circa feſtum S. Dionyſii Johannes dux Bavariæ ſecus Tachoviam civitatem Bohemiæ miſit Exercitum, vulgo ſamante quod civitatem Mis ab hæreticis tunc occupatam vellet recuperare, ſed quid tunc nobiliter ſit actum non potui audire ſeu experiri.

Item feriâ ſextâ in die translationis S. Auguſtini Thomas Trenbeckh Judex in Prourbio, ſingularis noſter Fautor tactus peſtilentiâ quam incurrit ſicut dicitur, per victum incongruum moritur & in Frontenhauſen parochiâ ſuâ, unde erat oriundus ſepelitur.

Judex in Prourbio.

Item feriâ tertiâ poſt Kalixti Petrus Meller Schultetus civitatis Ratisponenſis moritur & (m)

(m)

Item infra Octavam omnium Sanctorum Dux Joannes congregatum Exercitum miſit Bohemiam ſed ſuperveniente ex inſperato frigore, facto modico incendio, Huſſi-

(l) hoc loco deſunt pauca quædam quæ ſingulari ſchedæ inſcripta exciderunt.
(m) nihil præterea in autographo.

Huſſiſtæ parum vel nihil ſunt læſi, ſicque exercitus ille ſine effectu propoſiti ſui ad propria eſt reverſus.

De novo Scismate. Anno MCCCCXXVI. Tempore æſtatis quidam Reges ſcilicet Angliæ, Arragoniæ (*biant hic aliquot verba, & nomen Angliæ recentiori atramento in autographo deletum*) receſſerunt ab obedienria Sedis Apoſtolicæ, Martini ſcilicer Papæ hujus nominis quinti, adhærentes cuidam quem vocant Eugenium qui fuit Canonicus Berſolanenſis in Regno Catillaniæ qui in vicium ſucceſſit Petro de Luna qui vocatus fuit apud ſuos Benedictus XIII. & in Concilio Conſtantienſi in quo ſopito ſciſmate antiquato trium obedientiarum tanquam hæreticus eſt dampnatus, non ponderantes quod prædictus Martinus Papa quintus in præſato Concilio Conſtantienſi non ſolum à Cardinalibus verum etiam à quibusdam nationibus prædictum Concilium facientibus, ſcilicet Italica Gallicana Germania, Anglicana & Hiſpanica concorditer fuerat electus.

De grandine. Eodem anno Dominicâ octavâ poſt octavas Penthecoſtes in vigilia Mariæ Magdalenæ poſt completorium - - - *reliqua hujus §. deficiunt in autographo.*

Quomodo inopinata mala evenerint. Eodem anno feriâ ſecunda in die S. Dominici, Nobilis quidam percuſſus eſt ab operario ſuo ſectore calamorum quod accidit hoc modo, Nobilis confidens in vigore ſuo, ipſum operarium ſuper quibusdam verbis infamibus alloquitur, quæ dum iſte negaret atque diceret quod ipſe nobilis iſta à ſemet excogitaret, ipſe motus operarium lætaliter in capite vulneravit. Operarius iſte ſic vulneratus adhuc tenens in manu ſuâ cultellum calamorum dum nobilis nihil roboris eum habere plus æſtimaret ſubito prorupit in nobilem & eum tribus vulneribus ſcilicet in capite, collo & brachio graviſſimè vulneravit, unde caveas te ab impetu ruſticorum.

MCCCCXXVII.

Item anno Domini MCCCCXXVII. Erneſtus & Wilhelmus fratres, Item Hainricus, Duces Bavariæ cum habitæ eſſent variæ dilationes propter Ludwicum ducem qui erat in partibus Ungariæ apud Sigismundum Regem Romanorum & Ungariæ ipſéque memoratus Ludwicus non veniſſet in Strawbing in Termino præfixo ſcilicet die converſionis S. Pauli, prædicti tres Principes, ſcilicet Erneſtus Wilhelmus & Heinricus, principatum inferioris Bavariæ cujus capitalis civitas erat Strawbing, acceperunr in Poſſeſſionem præſtitâ ipſis fidelitate à Prælatis, Comitibns, militibus, Civitatibus &c. Salvo tamen jure ipſius Ludovici memorati qui tunc erat in Eſerding nolebátque venire in Strawbing niſi habito ſalvo conductu.

Eodem anno feriâ ſextâ poſt purificationem Sanctæ Mariæ Dux Wilhelmus vênit Ratisponam, audivitque privilegia prourbii, quæſivitque utrum cives Ratisponenſes qui ſub pignore tum tenebant ipſum prourbium ab Erneſto & ſupra memorato Wilhelmo fratre ejus, conſervaretur ipſum prourbium in ſuis juribus. Eâdem nocte circa ſecundam horam noctis comburebantur duæ domus in civitate Ratiſpona & quia ignis cœperat in domo cujusdam dicti *Tewfel* oriebatur proverbium: *die Hell iſt verprunnen und der Tewfel davon entrunnen.*

De Congregatione Cleri propter hæreticos. Item feriâ tertiâ poſt invocavit in die S. Gregorii ad mandatum Joannis Epiſcopi Ratisponenſis advenêrunt Prælati & clerus & in aulâ Epiſcopali Dux Joannes quasdam literas Martini Papæ V. pnblicavit, continentes ſibi dari lententiam per tres Diœceſes ſcilicet Ratisponenſem, Bambergenſem & Euſtetenſem in ſubſidium contra hæreticos, ſed non obtinuit.

De pugna Katholicorum cum hæreticis. Item feriâ tertiâ poſt Dominicam oculi, in dic annuntiationis Mariæ Virginis Reinhardus de Walſe in partibus Auſtriæ contra Huſſitas prælium ſuſcepit cum enim idem Hæretici civitatem cjus Bothel obſidione vallâſſenr & graviſſimè aſſultibus impeterent, ipſe Dominus de Walſe congregato exercitu equitum & pedeſtrium, ipſos viriliter in acie conſtitutus invaſit, dúmque eos potenter pertranſiſſet quidam de ſuis fecit fugam in populo qui debebat ſubſequi & ſibi eſſe in adjutorium, quod ipſe conſiderans prudenter ab inimicis receſſit, videntes autem hæretici fugam in populo ipſos ſunt perſecuti & licet major eſſet multum exercitus katholicorum quam hæreticorum ab hæreticis tamen ſine defenſione ſicut audivi in fugâ ad quatuor millia Chriſtianorum ſunt occiſi.

Quidam Principes Bavariæ convenerunt in Ratispona. Item Dominicâ Lætare Joannes Erneſtus & Heinricus Duces Bavariæ in Ratisponâ convenerunt. Item quidam de curiâ Romanorum ſcripſit nova prout ſequitur: item in Menſe Aprili dicebantur mirabilia & horribilia de regno Arragoniæ, ſcilicet de Terræ motu xv. dierum & ſepties in die, ſic quod multæ habitationes & Eccleſiæ corruerunt & homines in campis morabantur in cœlum clamantes die noctúque, Presbyteri & Clerici cantantes & deprecantes Deum, & viſiones horribiles viſæ fuerunt, homines armati in campis cum vexillis pugnanrès & Monachos venientes ad Regem Arragoniæ ut pœnitentiam ageret, & poſtea evanuerunt & quædam plura alia, neſcio ſi vera ſint; hæc ille ſcribens.

Item feriâ quintâ in Octavâ Corporis Chriſti in Tegernheim & in Schwabelbeys pecora accipiuntur à vaſallis &c. ob victualia ad expeditionem in Bohemiam contra hæreticos.

Item feriâ ſextâ poſt octavam Corporis Chriſti in die dormientium in civitate Ratisponâ fit Proceſſio per Johannem Epiſcopum & Clerum, ad S. Emmeramum, ibique pro cruce Signatis contra hæreticos habitus eſt Sermo per Venerabilem Dominum Welshardum Plebanum & Canonicum Cathedralis Eccleſiæ ejusque Thema fuit: Pater Abraham miſerere mei.

Item feriâ ſecunda in die S. Willibaldi Armata Domini Epiſcopi cujus capita-

neus fuit Joannes Satelpoger poſt Conſecrationem Euchariſtiæ in Bohemiam ad impugnationem hæreticorum proficiſcitur & feriâ tertiâ immediatè ſequenti, armata civium Ratisponenſium cujus capitaneus fuit Wilhelmus Wolfſtainer.

Item feriâ tertiâ in die diviſionis Apoſtolorum in Civitate Ratisponâ quidam pauperes ferventes in defenſionem orthodoxæ fidei in propriis Sumptibus in impugnationem hæreticorum in Bohemiâ exiverunt.

Item feriâ quintâ in die S. Alexii, Hainricus Dux Bavariæ Lanzhuet cum armatâ ſuâ militari per Ratisponam ad pugnandum contra hæreticos in Bohemiâ eſt profectus. Et Dominicâ in die S. Laurentii Ratisponam eſt reverſus. Item feriâ quintâ ſequenti Tachovia ab hæreticis unà cum caſtro ad quod MCCCVIII. confugerant, (n) obtinent. (n)

Quidam Prior Monaſterii Vallis Chriſti in Cathaloniæ Regno Ordinis Carthuſienſis pro certo narravit in capitulo dicti Ordinis: 1. quod in dicto regno Terræmotus incepit ſextâ feriâ ante Dominicam eſto mihi vel quaſi, anno &c. XXVII. & duravit utque ad exitum dicti prioris qui fuit ut æſtimo, poſt ſeſtum paſchæ.

Secundò narravit quod per hujusmodi Terræmotum ceciderunt & ruerunt decem & octo vel viginti oppida, civitates muratæ, præter caſtra & villas quorum numerum ignoravit.

Tertio narravit quod unum oppidum ex toto fuit à Terra abſorptum & poſtea in loco oppidi apparuit aqua profundiſſima, cujus fundum piſcatores cum plumbo ſuo non poterant tangere.

Quartò narravit quod in dicto Regno in multis locis apparent magnæ ciſſuræ ex quibus exeunt flammæ ignis & odor ſulfureus.

Quintò quod quidam Abbas habuit circa Monaſterium ſuum unum notabile opidum qui volens placare Deum.ne veniret Terræ motus ad locum ſuum injunxit populo jejunia orationes & proceſſiones cum reliquiis facere, & in eodem oppido fuit quidam obſeſſus, qui ad quamdam Interrogationem dixit jejunia & orationes veſtræ, multum impediunt nos, quod cum eſſet narratum dicto Abbati, viro utique literato & probo juſſit multiplicari prædicta pia opera, ſcilicet orationes, jejunia &c. & poſtea accidit quod quidam ſortè ſub forma ruſtici veniens de campis rogavit rectorem Eccleſiæ dicti opidi, quatenus dignaretur exire civitatem prædictam & expedire in Confeſſione Socium ſuum graviter infirmantem in Sylvâ ante portas opidi; qui miſericordia motus tranſivit ſecum & cum appropinquâſſent Sylvæ vidit ſecundum apparentiam ſuam, quaſi totam ſylvam plenam nigris monachis, qui ex hujusmodi viſione perterritus, & reverſus ad civitatem narrabat omnia dicto Abbati: qui Abbas diligentius conſiderans hujusmodi rem ad placandum Deum perſonaliter exivit cum fratribus & toto populo cum mulieribus & parvulis nullo penitus relicto in opido præter unum piſtorem actu habentem paſtam in fornace, qui cum eſſent reverſi cum Proceſſione ſuâ ita invenerunt præfatum opidum ex toto corruiſſe, monaſterium ſcilicet, Eccleſiam, valvas & omnia ædificia quod vix aliquis potuit locum habitationis ſuæ invenire. Item multa alia narravit Terribilia, propter quæ ibidem populus Chriſtianus conſtitutus eſt in magnis tribulationibus anguſtiis & timoribus & fugerunt cum parvulis ſuis aliqui etiam nudi homines & mulieres de habitationibus ſuis terræmotûs timore perculſi vel perterriti quare omnino prædictis tribulatis in Charitate Chriſti compatiendo debemus pro eisdem orare.

Anno Domini MCCCCXXXIII. Dom. Vocem jucunditatis fuit Ratisponæ legatus Baſilienſis Concilii Dominus Joannes Palamär Auditor natione Hiſpanus de Regno Arragoniæ, Canonicus Gerundenſis Eccleſiæ, in qua ſanctus Narciſſus qui convertit ſanctam Affram Corporaliter requieſcit, ab illo quæſivi utrum iſta nova ſuperſcripta, quæ Prior Ordinis Carthuſienſis retulit facta fuiſſe in Cathalonia quæ eſt ducatus Arragoniæ, ſic ſe in veritate haberent, qui reſpondit quod ſic præterquam in tertio articulo de profunditate aquarum, quarum profunditatem piſcatores cum plumbo non potuerunt tangere, dicebat tamen quod primo rumor ſic ſe habuiſſet.

(n) ita autogr.

ANDREÆ

ANDREÆ RATISPONENSIS
PRESBYTERI
Can. Reg. S. Aug. Monaſterii S. Magni
Ratisponæ

CHRONICON
EPISCOPORUM RATISPONENSIUM
Ab Origine ad Annum Chriſti MCCCCXXVIII.

* * *

Nunc primum prodit è Cod. MSC. chartaceo, Bibliotb. Bav.
curâ & operâ
ANDREÆ FELICIS OEFELII
Ejusdem Bibliothecæ Præfecti.

Monitum Editoris.

EXhibemus hîc Catalogum Epiſcoporum Ratisponenſium ab Andrea concinnatum & ex parte inſertum Chronico Generali, partim verò reliquis lucubrationibus ſuis; ſed ita ut non Pentheus in tot fruſta iērit ac horum Præſulum ſeries. Vidit tandem ipſe Andreas, res Eccleſiæ ſuæ aliarum rerum mole obrui & velut abſorberi, hinc ſeorſim excerpere inſtituit legentium commodo, & (ſi cui ſatis otii cum hinc inde editis conferendi) quædam addidit ſubinde non aſpernanda.

Deprompſimus illa ex eodem Codice, de quo ſuperius in ſyllabo Scriptorum ejus prolixius egimus, ab Anonymo illo item ut reliqua in *Arce Burckhuſiana Feriâ ſextâ in capite Jejunii Anno MCCCCLXVI.* deſcripta. Uſus eſt autem Catalogo M. Conradi de Monte puellarum, uti ipſe aſſerit, & patet præterea ex geminis Catalogis aliis, Epiſcoporum Ratisponenſium, quorum auctores anonymi eodem vitulo arârunt, uti ante me obſervavit eorundem primus Editor ſæpè jam à nobis laudatus Illuſtris Eccardus.

Andreæ

Andreæ Ratisponenſis Chronicon Epiſcoporum Ratisponenſium.

Paulinus Primus Epiſc. Eccl. Ratiſp.

IN Chronica M. Conradi de Monte puellæ Canonici Ratisponenſis, usque ad tempora Gelaſii Papæ I. qui denique in ordinè erar XLIX. Annóque Domini CCCCLXXXV. ſedere cepit, non lego aliquem Epiſcopum præfectum fuiſſe Ratisponenſi Civitati excepto primo ſcilicet Paulino, qui ſub jam dicto Gelaſio Papa à S. Severino præmonitus Ratisponenſi Eccleſiæ Præſul eſt præfectus: ſed in quo loco civitatis ejusdem, tunc Eccleſia Cathedralis fundari ceperir, non invenio ſcripturis inſertum. Ex veteribus autem ædificiis probabiliter elici poteſt, quod à principio in eo loco infra muros civitatis verſus Danubium, ubi poſteà continuabar citra littus ejusdem fluvii ad partem meridionalem, videlicet ſtructura puſilla fuit incœpta adinſtar Capellæ; quæ creſcente fide Catholica per fideles acceperat incrementum. Sunt autem hujusmodi ſtructuræ ſæpius igne deſtructæ & irerum reformaræ, quousque nunc. Quoniam anno Domini MCLII. Eccleſia Cathedralis S. Petri, Sanctæ Mariæ veteris Capellæ, S. Joannis inferioris Monaſterii & tota civitas igne perierunt, in die SS. Tiburtii & Valeriani. Sic poſteà videlicet anno Domini MCCLXXIII. iterum Eccleſia Cathedralis voragine ignis fuit contrita & campanæ omnes liquefactæ. Nunc autem divinâ favente Providentiâ in anteriore loco verſus auſtrum ſolemniſſima ejusdem Eccleſiæ Cathedralis inchoata eſt ſtructura & pro magna parte conſummata, cottidianum incrementum fidelium eleemoſynis & ſubſidiis ſuſcipiens, quam Deus per ſuam miſericordiam perficiat, & ſtatum ipſius emendet ex multitudine ſuæ ineffabilis pietatis. Fuerat autem olim hæc Eccleſia conſecrata in honore B. Remigii Ponrificis, unde Canonici dictæ Eccleſiæ Ratisponenſis confrarernitatem habebant cum Canonicis Eccleſiæ Remenſis, ubi prædictus Beatiſſimus Confeſſor quondam Archiepiſcopus miraculis fulgebat. Sed poſteà eodem Patrono muraro in honore S. Trinitatis ac B. Virginis Mariæ, & Beati Apoſtolorum Principis eadem Eccleſia fuerat conſecrata. Redeamus autem unde Sermo de *Paulino* Epiſcopo, qui quando deceſſerit, aut quis ei immediarè ſucceſſerit, vel ſi aliquis eidem ſubrogatus fuerit, incertum eſt. Habuit quidem Ratispona poſteà Epiſcopos, ſed poſterorum memoriæ non ſunt commendati, quoniam aut Hæretici aut adventicii fuerunt. Sic referunt quidam: ſed ut norabiles & approbaros ibidem Epiſcopos inveniamus, reverti congruit ad Chronicas Sum̃orum Pontificum & Imperatorum Romanorum, ubi dimiſimus prius. Hæc omnia Magiſter Conradus.

Ratharius.

Gaubaldus.

Poſt longa tandem rempora, ſcilicer anno Domini DCCIIII. tempore Sergii I. ſeu Leonis, qui non ponitur in numero Paparum invenitur *Ratharius* advenæ Sedi Eccleſiæ Ratisponenſis præfectus, ſed quam diu ſederit, ignoratur. Deinceps anno Domini DCCXVI. tempore Gregorii Papæ II. *Gaubaldus* primus in Chronicis nominarus Epiſcopus Ratisponenſis cepit ſedere, & ſedit annis XXII. Hujua *Gaubaldi* formam inſtiturionis & præfecturæ ad præſularum invenies ſupra in pagina Pontificum de Gregorio II. anno jam nominato, ſed quotto anno Seſſionis Gregorii Papæ fuerir inſtitutus ipſe *Gaubaldus*, ignoratur.

II. Synbertus. Sederunt autem tunc *Stephanus* I. & III. & *Adrianus* I.

Anno Domini DCCLII. *Synbertus* Ratisponenſi Eccleſiæ præficitur Epiſcopus. Hic anno regiminis ſui XXXII. vel XXXIII. Monaſterium S. Emmerami Ratisponæ magnificè fundavit, juſſu & ſcripto *Caroli Magni*, eo tempore, quo Carolus ipſe adhuc ſuir Patritius Romanorum, id eſt: Pater & Tutor quaſi pupillorum & viduarum. Sedir autem hic Synbertus Ratisponæ XXXIIII. annis.

III. Adelwinus. Sederunt tunc Papæ *Adrianus* I. & poſt *Leo* III.

Anno Domini DCCLXXXVIII. *Adelbinus* Ratisponenſi Eccleſiæ præficitur Epiſcopus, & ſedit annis XXIIII. Hic juxta decreta Canonum & cum auctoritate Leonis Papæ III in præſentia piiſſimi Imperatoris Caroli, recta rarione, in ſynodali Concilio, cum judicio Epiſcoporum, Clericorum, nec non nobilium Laycorum, de loco, in quo nunc eſt Monaſterium S. Emmerami Cathedram Pontificalem mutavit, & canonica auctorirate in civitate in Eccleſiam S. Stephani Protomartyris ſtaruit, & ſuæ ſuorúmque proprietati ac poteſtati deinceps in futurum abalienavit.

IIII. Baturicus. Sedent { Stephanus IV. Paſcalis I. Eugenius II. Valentinus. Gregorius V.

Anno Domini DCCCXIIII. tempore Leonis Papæ III. *Baturicus* Ratisponenſi Eccleſiæ præficitur Epiſcopus, in qua ſedir annis XXVI. & ab eodem Epiſcopo Hemma Regina, Mater Caroli Imperaroris Monaſterium Beatiſſimæ Virginis Mariæ in civitate Ratispona, quod dicitur *Obernmünſter* ſolemni & legitimo concambio recepit. Urrum autem Carolus iſte, de quo hîc fit mentio, fuerit ſecundus vel tertius Imperator hujus nominis certum habere non potui.

V. Erchanfridus.

Anno Domini DCCCXL. tempore Gregorii V. *Erchanfridus* Eccleſiæ Ratisponenſi præficitur Epiſcopus, qui ſedir annis novem. Eo tempore Sergius II. & Leo IV. per Succeſſum Præſulatum Romanum rexerunt.

Anno Domini DCCCL. Tempore Leonis Papæ IIII. *Embricho* Ratiſponenſi Eccleſiæ præficitur Epiſcopus, qui ſedit annis XXX. iisdem temporibus *Ratbardus* Presbyter apud Territorium *Dräſſenſe* prope lacum *Ammerſee*, quod propter ſonitum aquæ ibidem decurrentis nomen accepit, Monaſterium *S. Georii* M. conſtruxit, ibique Canonicos Regulares Ordinis S. Auguſtini coadunavit. Hoc poſtea per *Arnulfum* ducem & comitem palatinum, perditionis Filium, penitus eſt deſtructum, & per multa temporum curricula manſit deſolatum, ab inhabitatione hominum penitus alienum, per alios Comites & Chriſti fideles extitit reſtauratum.

VI. EMBRICHO. ſedent: Joeſies (o) *mulier.* Benedictus III. Nicolaus I. Adrianus II. Joannes VIII.

Anno Domini DCCCLXXX. Tempore Martini Papæ II. *Aſpertus* Ratiſponenſi Eccleſiæ præficitur Epiſcopus, qui ſedit annis quatuor.

VII. ASPERTUS. Adrianus III. tunc ſedit.

Anno Domini DCCCLXXXV. Tempore Stephani Papæ V. *Tuto* monachus & cuſtos Eccleſiæ S. Emmerami Ratiſponenſi Eccleſiæ præficitur Epiſcopus & ſedit annis XXXV. ſedentibus in Româ Formoſo II. Bonifacio VI. Stephano VI. Romano, Theodoro II. Joanne IX. Benedicto IIII. Leone V. Chriſtofero, Sergio III. Anaſtaſio III. Landone & Joanne X.

VIII. TUTO.

Anno Domini DCCCCXXI. Sedente Joanne X. *Iſengrinus* Ratiſponenſi Eccleſiæ præficitur Epiſcopus, & ſedit annis XI. ſedentibus in Româ Stephano VII. & Joanne XI.

IX. ISENGRINUS.

Sciendum quod poſt *Iſengrinum* quidam dicunt Eccleſiæ Ratiſponenſi præſediſſe *Conradum* tempore Joannis XI. qui dicitur ſediſſe VI. menſibus tantum, cui ſucceſſit *Guntharius* qui etiam ſedit Menſibus VI. Cui anno Domini DCCCCXXXIII. ſucceſſit *Michahel*, tempore Joannis XI. qui ſedit annis XXVII. ſedentibus in Roma Leone VII. Stephano VIII. Martino III. Agapito, Joanne XII. Benedicto V. Leone VIII. Joanne XIII. Benedicto VI. Bono & Domno.

Conradus.
X. GUNTHARIUS.
XI. MICHAHEL.

Anno Domini DCCCCLXII. vel ſicut in quâdam Chronicâ ſatis authenticâ legitur anno Domini DCCCC LXXII. quo Otto I. obiit, *S. Wolfgangus* Eccleſiæ Ratiſponenſi præficitur Epiſcopus de quo vide ſupra in Pagina Imperatoris (p) cum agitur de Ottone I. ſedit autem Beatiſſimus Præſul Viginti annis.

XII. S. WOLFGANGUS. Sedentibus: Benedicto VII. Joanne XIIII. XV. XVI. XVII.

Anno Domini M. tribus minus, ſedente Sylveſtro II. *Gebehardus* Primus hujus nominis Ratiſponenſi Eccleſiæ præficitur Epiſcopus. Hic in Territorio urbis Ratiſponæ quendam locum communi nomine *Prüel* vocitatum, monachicæ vitæ aptum Dei ſervicio conſtruendum & aſcribendum elegit, quem videlicet locum, pront erat ejus facultas, conſtruens, conſtruendoque usque ad finem perdocens, temporibus *Hainrici II.* piiſſimi & invictiſſimi & magni à Deo coronati Regis ſucceſſoris & conſanguinei Divæ Memoriæ Ottonis Imperatoris Auguſti in honorem Sancti Spiritûs Paracliti & Sanctorum Bartholomæi, Viti, Georii & aliorum multorum, quorum nomina in ipſa Eccleſiâ ſunt ſcripta, dedicavit; Et quia idem locus Monachis S. Emmerami famulando ſubjacebat, ne aliquâ exigente penuriâ, murmur & reclamatio in poſteris temporibus haberetur, quædam bona S. Emmerami firmiter concambiendo conceſſit. Hic privilegium, quo dictum monaſterium privilegiavit, unde & prædicta ſunt excepta, cum claoſula ſobſcriptâ concluſit: Proinde quisquis eſt meus futurus ſucceſſor Te precor, te efflagito, te poſco, te admoneo, te conteſtor per Spiritum Paraclitum quem in Baptiſmo accepiſti, in cujus videlicet honorem hæc domus ſpecialiter eſt conſecrata ne regularem vitam inibi patiaris deſtrui, nec in aliquo minui ſed certus de remuneratione facias augeri & ſemper in melius perfici.

XIII GEBEHARDUS I. (p)

Eadem clauſula Duo ſucceſſores ejus ejusdem nominis ſcilicet *Gebehardus II.* & *Gebehardus III.* Privilegia quibus dictum Monaſterium privilegiârunt, concluſerunt. Sedit autem *Gebehardus* annis XXVI.

Anno domini MXXII. ſedente Benedicto VIII. aut Joanne XX. *Gebehardus II.* hujus nominis ſucceſſit in Epiſcopatu primo Gebehardo, qui extitit Auguſtenſis Eccleſiæ Canonicus, & ſedit annis XIII.

XIIII. GEBEHARDUS II.

Anno Domini MXXXVI. Sedente Benedicto IX. *Gebehardus III.* hujus nominis Ratiſponenſi Eccleſiæ præficitur Epiſcopus. Hic *Gebehardus* fuit patruus *Hainrici Imperatoris II.* dum autem Ungari anno XI. Regni ſui, iterum rebellarent, ipſe *Gebehardus* vice ipſius Imperatoris eis obviam veniens, ipſos in fugam converſos non minimâ cæde afflixit; inſuper urbem *Haimburg* in Marchia poſitam ædificiis reſtauravit & militari cuſtodiâ muniri fecit, ipſeque cum ſummâ pace regreſſus. Poſtea tamen anno VII. ipſe Gebehardus hoſtis peſſimus Hainrici Imperatoris deprehenſus & convictus cuſtodiæ mancipatur, ſed miſericorditer tractatus, ab exilio remittitur & ſedi priſtinæ reſtituitur. Sedit annis XXVII.

XV. GEBEHARDUS III. ſedentibus: Sylveſtro III. Gregorio VI. Clemente II. Damaſo II. Leone IX. Victore II. Benedicto X. Stephano IX.

(o) neminem puto adeo Litteris inquinatum ut offendatur, exploſâ hodie fabulâ, cum Andreas Presbyter eo tempore, quo credebatur, ſine offenſâ ſcripſerit.
(p) Innuit Chronic. Generale l. c.

XVI. Otto. Sedit XL. annis. ſedentibus { Gregorio VII. Victore III. Urbano II.

Anno Domini MLXII. Sedente Nicolao II. *Otto* Eccleſiæ Ratiſponenſi præficitur Epiſcopus ſeptem fratres de natione Scororum, quorum nomina ſunt hæc: Frater *Marianus*, frater *Macbantinus*, frater *Murcherdachus*, frater *Clemens*, frarer *Gervaſius*, frater *Iſaac*, frater *Donatus*, venerunt Ratiſponam & ſicut legitur in Chronica quendam mortuum nomine *Zendolphum* nuper in patibulo ejusdem civitatis ſuſpenſum, precibus ſuis reſuſcitaverunt, ac tempore Ottonis tunc Ratisponenſis Epiſcopi, locum ubi nunc eſt Prioratus S. Petri extra muros civitatis inhabitare cœperunt, quomodo autem Hiſtoriæ conveniat, quod legitur *Marianus* cum ſociis & *Otto* Ratisponenſis Epiſcopus fuiſſe tempore *Caroli M.* Cronicarum ſcriptores videant. De hoc tamen quoddam Privilegium in quodam Regiſtro reperi cujus tenorem huic operi inſerui, quod lege ſi placet, ſonans: „ In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Hainricus Divinâ ſavente „ clementia Tertius Romanorum Imperator Auguſtus, omnibus Chriſti fidelibus tam futuris qnam præſentibus notificamus, ac manenti memoriæ committimus qualiter tempore Ottonis Ratisponenſis civitatis Epiſcopi quidam Scotigenæ pro cruciando corpore ſalvandáque animâ, de patriâ ſua exulârunt, ac diu orationum Loca viſitantes Ratisponam tandem venerant. Qui dum licentia prædicti Epiſcopi aſſenſúque dominæ Abbatiſſæ *Willa*, quæ tunc apud S. Mariam in Monaſterio ſuperiori præerat, Eccleſiam in *Wiben S. Petri* vulgò dictum ad idem ſuperius Monaſterium attitulatam, monaſterio orationis providendâ ſuſceperat. Mox officinas clauſtri adjutorio bonorum ædificant, monachicámque vitam inibi celebrant, & ab Eleëmoſynis tantum victitant, tandem per Dei miſericordiam conceſſum eſt eis aliquantulum juſtitiæ & utilitatis ad eandem Eccleſiam pertinentis. Deinde ad me Halnricum Dei gratia Imperatorem tertium veniunt & Mundiburdium defenſionis meæ expetunt: Ego verò petirionibus eorum adquieſcens, in mundium defenſionis eos ſuſcepi & talem libertatem à prædicto Epiſcopo *Ottone* & Abbatiſſa *Hazega*, quæ tunc locum S. Mariæ in ſuperiori Monaſterio regebat eis adquiſivi, ut nulla perſona major vel minor in eos vel in bona eorum qualiacunque dominationem habeat præter me & ſucceſſores meos Reges & Imperatores ſed ſecuri maneant absque omni ejectione vel turbatione orationes pro ſe & pro ſalute totius Eccleſiæ: Locus tamen ſubjectus ſir ſuperiori Monaſterio, cui attitulatus eſt ad defenſionem potius quam ad deſtructionem &c. Dat. kal. Februarii, anno Dominicæ incarnationis MLXXXXVIII. Indicione XII. anno verò ordinationis Domini Heinrici, Imperii verò V. Datum Ratisponæ in Dei nomine feliciter Amen.

XVII. Gebehardus IIII.

Anno Domini MCIII. *Gebehardus IIII.* tempore *Paſcalis II.* durante adhuc ſciſmate xx. valde gravi, Ratisponenſi Eccleſiæ præficitur Epiſcopus. Hic anno VII. Electionis ſuæ in Pechlarn Auſtriæ occiditur & quia non conſecratus defunctus eſt, alii non ponunt eum in Catalogo Pontificum.

XVIII. Hartwicus.

Anno Domini MCX. *Hartwicus* ſub nominato Rom. Pontifice Ratisponenſis Eccleſiæ præficitur ſedi & ſedit annis XVI. hic monaſterium *Prülenſe* ab anteceſſoribus ſuis conſtructum ſed poſtea annichilatum & delapſum à *Rutbardo* autem ſeptimo ejusdem loci Abbate, adjuvantibus Chriſti fidelibus reædificatum & ut cernitur, venuſtè reſtauratum, dedicavit, Pontificatûs ſui anno primo. Anno verò Domini MCXX. Conſecratum eſt Monaſterium S. Jacobi Ratisponæ à venerabili Harrwico.

XIX. Chuno I. Ebracum.

Anno Domini MCXXVI. Sedente Honorio II. Chuno, qui fuit Abbas in Sichbert Ratisponenſi Eccleſiæ præficitur, ſedens annis V. Item Ebrach tunc fundatur.

XX. Hainricus. ſedent. { Cæleſtinus II. Lucius II. Eugenius III. Anaſtaſius IV.

Anno Domini MCXXXI. Hainricus Babenbergenſis Canonicus Ratisponenſi Eccleſiæ præficitur Epiſcopus ſedente tunc Innocentio II. & ſedit annis XXIIII. Hi omnes ſupradicti Ratisponenſes Epiſcopi ſepulti ſunt apud S. Emmeramum, exceptis duobus, ſcilicet Gebhardo IIII. & Hartwico. Jam verò Hainricus Ratisponenſis Epiſcopus anno Domini MCLV. apud S. Emmerammum Monachus factus obiit. Hic Halnricus fuit filius Ottonis de Wolfartzhauſen. Major domus, qui inquam Otto habuit duas Filias Rickenſam Lotharii Imperatoris uxorem & Mariam Imperatricem græcorum. Item Haylſprunn fundatur.

XXI. Hartwicus II.

Anno Domini MCLV. Sedente Adriano IV. Hartwicus Saltzburgenſis Eccleſiæ Canonicus Ratisbonenſi Eccleſiæ præficitur Epiſcopus, ſedens annos XIIII. Hic Monaſterium noſtrum ſcilicer S. Magni Ordinis B. Auguſtini Canonicorum Regularium dedicavir & auctoritate ordinariâ privilegiavit.

XXII. Eberhardus.

Anno Domini MCLXV. Sedente Alexandro III. & durante ſcismate XXIII. Eberhardus Swevus Auguſtenſis Canonicus Eccleſiæ Ratisponenſi præficitur Epiſcopus, ſedens annos II.

XXIII. Chuno II. ſedit Lucius III.

Anno Domini MCLXVII. adhuc ſedente Alexandro III. & durante ſciſmate Chuno II. Ratisponenſis Eccleſiæ Canonicus eidem Eccleſiæ præficitur Epiſcopus ſedens annos XVIII.

Anno

XXIV. CONRADUS.

Greg. VIII. / Clemens III. / Celeſtinus III. / Innocent. III. ſedent

Anno MCLXXXV. Sedente Lucio III. Chuno Ratisponenſis Epiſcopus obiit. Poſtea vacabat Epiſcopatus per annum. Legitur autem quod anno Domini MCLXXXV. Godefridus Cancellarius Friderici I. Electus fuerit in Ratisponenſem Epiſcopum qui ferè anno transacto hujusmodi Electioni reſignavit, & ſic dicitur fortè vacaſſe per annum, poſtea anno Domini MCLXXXVI. Eligitur Conradus de Lalchling Ratisponenſis Canonicus vicedens (q) cognominatus qui ſedit annis XVIII. (q)

XXV. CONRADUS.

Anno Domini MCCIIII. Sedente Innocentio III. Conradus Friſingenſis Ratisponenſi Eccleſiæ Electione univerſorum præficitur Epiſcopus, qui ſedit annis XVII. hic vir juſtus & per omnia religioſus & caſtus, vendito patrimonio ſuo pro ſeptem milibus librarum, cum eſſet ex antiquâ & Nobili Proſapia, Filius Haintici Comitis de Frontenhauſen,. Hoſpitium Pauperum in ponte Danubii fecit poſſeſſionibus extrui, caſtrũ Diſſpach werde Künigswart & alteram Päurn Epiſcopatui adjecit, Eccleſiam S. Emmerammi in multis defenſavit, obiit anno Domini MCCXVI. hic Conradus Epiſcopus peramicabilem compoſitionem determinavit ſuper Electione ac Conſtitutione Prioris S. Petri extra Muros civitatis Ratisponenſis, inter Dominam Abbatiſſam & conventum ſuperioris Monaſterii ex una parte, & ex alterâ inter Abbatem & conventum S. Jacobi, forma autem compoſitionis quæ habetur in Privilegio deſuper confecto, talis eſt: Quod quando Prioratus S. Petri vacabit Priore, Abbatiſſa ſuperioris Monaſterii veniens ad Abbatem & conventum S. Jacobi, & Deum præ oculis habens aliquem ſcotum de ipſo conventu vel de Fratribus S. Petri, Idoneum ſibi dari Priorem & ſi bonus ac Idoneus eſt quem poſtulaverit, dandus erit in Priorem Eccleſiæ prænominatæ. Si verò Abbas & conventus S. Jacobi, vel major & ſanior pars ejusdem bona fide ac ſana ſecundum Deum conſcientia, & in ſalutem animarum ſuarum meliorem & utiliorem inter ſe poterit Abbatiſſæ demonſtrare, hunc ſibi ſi præſens eſt, demonſtratum, vel abſentem nominatum, à primo recedens, Abbatiſſa poſtulet, recepturum, primo de manibus ejusdem temporalia tantum, quæ ex beneficio ſuperioris Monaſterii ad Prioratum S. Petri noſcuntur parveniſſe. Quibus receptis Abbas ipſum ſolemniter inveſtiat Spiritualibus & cura Prioratûs, ut ex hoc ad ipſum Abbatem Principaliter ſalvo jure noſtro reſpectus habeatur. Item Hiſtotiam quamdam his temporibus ab Abbatiſſis ſuperioris & inferioris Monaſterii actam vide in Privilegio quod ſequitur. In nomine Sanctæ & individuæ trinitatis Fridericus II. Dei gratiâ Romanorum Rex & ſemper Auguſtus. Cum ad ſummam inſtantiam precum Dilectiſſimi Principis noſtri Conradi Ratisponenſis Epiſcopi, cum ipſo Epiſcopo nomine Eccleſiæ ſuæ quoddam Concambium feciſſemus, de duobus Principatibus, ſcilicet de inferiori & ſuperiori Monaſteriis Ratisponæ conſtitutis, pro quibusdam aliis prædiis & poſſeſſionibus ad prænominatum Epiſcopum & Epiſcopium ſuum pertinentibus, accedens ad Præſentiam Regiæ Excellentiæ, in curia ſolenni Herbipoli Domina Tuta Inferioris Monaſterii Abbatiſſa perſonaliter, nec non Domina Gertrudis ſuperioris Monaſterii Abbatiſſa, per ſuum Procuratorem cum aliquâ honeſtâ utriusque capituli parte coram Principibus & Baronibus atque tota curia noſtra gravi querimonia propoſuerunt, ſe & Eccleſias ſuas indebitè à nobis fuiſſe gravatas & ſuper hoc adjutorium & Sententiam ptincipum poſtularunt, proponentes firmiter, nullum principatum poſſe vel debere commutari vel alienari ab Imperio, vel ad alium Principem transferri, ſine voluntate Præſidentis Principis illius Principatûs & de plano conſenſu ejusdem Miniſterialium & omnium qui aderant (r) judicatum eſt nullum Principatum poſſe vel debere nomine concambii, vel cujuscunque alienationis ad aliam perſonam transferri ſine voluntate præſidentis Principis illius Principatus & de plano conſenſu ejusdem Miniſterialium ſuper quo facta à nobis Inquiſitione, per ſententiam principum & ſubſecutionem tam nobilium quam baronum atque Miniſterialium, & omnium qui aderant judicatum & nullum principatum poſſe vel debere nomine Concambii, vel cujuscunque alienationis ad aliam perſonam transferri ab Imperio niſi de merâ voluntate ac aſſenſu principis præſidentis & Miniſterialium ejusdem principatus: Nos igitur Juſtitiæ Protectores nullo conamine juri reniti volentes ſententiam ipſam duximus approbandam & quod contra memoratas Eccleſias & earum principes pro Epiſcopo & pro Eccleſiâ Ratisponenſi minus debitè feceramus omninò retractamus in continenti, præſente Epiſcopo præfato, & ne de cætero ſimilia contingant decernimus & perpetuâ firmitudine obſervandum judicamus quod non liceat ulli ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Regi ſeu Imperatori principatum aliquem ut ſuperius ſententiatum eſt ab Imperio aliquo modo alienare, ſed omnes Imperii principatus In ſuo jure & honore illæſos obſervare, ut itaque dilecta fidelis noſtra Gertrud & ſucceſſores ejus Abbatiſſæ nec non regalis Eccleſia Monaſterii ſuperioris hac ſententia gaudeant in antea & continenter in perpetuum hoc ſcriptum eis indulſimus. Sigillo Majeſtatis noſtræ roboratum. Acta ſunt hæc &c. Anno Domini MCCXVI.

(r)

Honorius III. / Gregorius IX. ſedent

XXVI. GOTFRIDUS.

Mortuo Conrado II. Epiſcopo Ratisponenſi Sedes vacavit per annum. Nam diſſenſio gravius orta fuit inter Chorum & Miniſteriales. Minor pars Chori

 Got-

(q) ita Cod. alii omnes: *Vicedominus.*
(r) ſupple hic *ſuffragio,*

Gotfridum Præpoſitum elegit ſedente Gregorio IX. cui favebant Miniſteriales laici, aſſerentes Electionem Pontificalem in ſuo plus quam Cleri debere conſiſtere arbitrio, Contraria vero pars Chori cum Abbate S. Emmerami Perchtoldo viro per omnia venerando Romam vênit & rebus ſuis apud Honorium primum, benè determinatis, cum idem Papa in feſto S. Gerdrudis obiiſſet apud ſucceſſorem ſuum Gregorium IX. Siſridum Canonicum & Cantorem Moguntinum, qui tunc Romæ etiam aderat virum litteratum in Epiſcopum elegit, & in Epiſcopum ab ipſo Apoſtolico conſecratum ſecum Ratisponam adduxit anno Domini MCCXXVIII. ne autem quid tale cæterum à Laicis præſumatur omnis adverſa pars Chori, Gotfridus electus, Magiſter Hugo & cæteri omnes ab Eccleſiaſticis officiis & chori conſortio ſub pœnâ excommunicationis ſunt ſequeſtrati, impoſito ſibi totius juris ſilentio, quousque ſub periculo ſuarum rerum & perſonarum Romam adeuntes, tertio vix anno reſtitutionem ſub graviſſimâ pœnâ meruerunt. Et hic Sifridus imperialis aulæ cancellarius de Conſilio canonicorum fratrúmque Prædicatorum & fratrum Minorum ordinavit Statutis presbyteris & fratribus laicis atque ſororibus quæ ad ſervitium pauperum ydoneæ ſunt in domo Hoſpitalis Ratisponæ juxta pontem ſiti. Hic aliqua privilegia utilia Eccleſiæ Ratisponenſi à Friderico II. impetravit, & ſepultus eſt in Eccleſia cathedrali Ratisponenſi hoc habens Epitaphium:

Secretis gratum Regalibus, hic cathedratum
Syfridum ſtravit mors & cinis incineravit.

Anno domini MCCXXXI. Ludwicus Dux Bavariæ apud Kelhaim à quodam ignoto præſente, ſuâ familiâ occiditur.

Anno Domini MCCXXXVII. Heinricus Comes de Ortenberg, cum eſſet in caſtro Murach, dedit ſororibus S. Sixti in ſuburbio Ratispon. Eccleſiam in Schwartzhoven, ea conditione ut locus ille in quo adhuc monſtratur Capella S. Sixti, de fructibus & redditibus Eccleſiæ præfatæ debeat conſtrui. Hic eſt locus ille in quo eſt modo Monaſterium quod dicitur ad S. Crucem, ubi nunc eſt ſolennis conventus religioſarum dominarum Ordinis prædicatorum.

XXVII. ALBERTUS.

Anno domini MCCXLVII. Sedente Innocentio IIII. Albertus Canonicus Halberſtadenſis de Püttengow Ratisponenſi Eccleſiæ præficitur Epiſcopus qui rexit annis XIII. & depoſitus eſt, factusque Monachus in Sitigenbach. Anno MCCL. Cives Ratisponenſes Meliores captivantur ab Epiſcopo in Stauff.

ſedit Alexander IV.

Anno Domini MCCLV. Quidam Presbyter in civitate Ratisponenſi portans Corpus Chriſti infirmis cecidit in profundum Luti, in eo loco qui decebatur Judenbruck, diſperſis particulis Saluberrimi Sacramenti, ubi ſtatim facta capella in honorem Corporis Chriſti largitione fidelium. Poſtea Monaſterium Auguſtinienſium fratrum Heremitarum ibidem ſundatur, Conrado Hildprant & Ulrico *von der Prunlait*, civibus Ratisponenſibus Magiſtris ſtructuræ exiſtentibus. Item anno Domini MCCL. incepit ordo fratrum S. Auguſtini in Heremo.

XXVIII. ALBERTUS MAGNUS.

Anno Domini MCCLX. Sedente Urbano IV. Albertus II. dictus Albertus Magnus, Lector Colonienſis, ordinis fratrum Prædicatorum vir utique Magnæ Scientiæ, ſicut ſcripta ſua docent, Ratisponenſi Eccleſiæ præficitur Epiſcopus, & ſedit tantum uno anno & reſignavit Epiſcopatum propter Gentis Proterviam & populi vanitatem. Hunc populus ligatum calceum cognominabat, eo quod ferret ligatos calceos, ſicut eſt mos deferre fratribus Prædicatoribus.

XXIX. LEO.

Anno Domini MCCLXII. Sedente Urbano IV. Dominus Leo Ratisponenſis Eccleſiæ Decanus eidémque Eccleſiæ præficitur Epiſcopus & ſedit annis XV. ſedentibus in Roma Clemente IIII. Gregorio X. & Innocentio V.

XXX. HAINRICUS II.

Anno Domini MCCLXXVII. Sedente Innocentio V. Hainricus comes de Roteneck Ratisponenſis Eccleſiæ Canonicus & Archidiaconus eidem Ratisponenſi Eccleſiæ præficitur Epiſcopus, & ſedit annis XIX. hic dictam Kathedralem Eccleſiam Ratisponenſem conſumptam & deſtructam incendio, ab anteceſſore ſuo reædificare incœptam, ſumptuoſo opere quod & materiam ſuperabat, ut ad finem perduci poſſet, multis laboribus perpetravit, & multa precioſa Ornamenta dictæ Eccleſiæ dedit. Hic etiam Patrimonium ſuum, ſcilicet comitatum & caſtrum in Roteneck cum pertinentiis ſuis Ludwico duci Bawariæ vendidit, & Ratisponenſem Eccleſiam multis debitis oneratam ab uſuris & damnis aliis liberavit. Item fecit fieri duas campanas quarum una dicitur Apoſtolorum, altera S. Petri. Item per duos Monachos de Haylsprun edoceri fecit Muſicam in ſuâ Eccleſia, uſuali in Muſicam permutato. Hic ſepultus eſt retro ſummum altare in Eccleſia ſuâ Cathedrali, hoc habens Epitaphium:

ſederunt { Innocentius V. Adrianus Joannes XXII. Nicolaus III. Martinus IIII. Honorius IIII. Nicolaus IIII. Cæleſtinus V.

Hanc Kathedram rexit Heinricus quam Petra texit
De Roteneck ortus, cœli pateat ſibi portus.

XXXI. CONRADUS.

ſederunt { Bonifac. VIII. Bened. XI. Clemens V.

Anno Domini MCCXCVI. Sedente Bonifacio VIII. Comes de Luppurg, Conradus nomine, Ratisponenſi Eccleſiæ præficitur Epiſcopus, ſedens annis XVIII. hic caſtrum Luppurck dedit Eccleſiæ Ratisponenſi & ſepultus eſt in Eccleſiâ cathedrali coram altari S. Andreæ Apoſtoli, hoc habens Epitaphium:

Hæc ſervat foſſa Conradi Præſulis oſſa,
De Luppurck natus, ſit tibi Chriſte datus.

Anno

XXXII. NICOLAUS.

ſedent { Joannes XXII. Benedictus XII.

Anno Domini MCCCXIII. Sedente Clemente V. Dominus Nicolaus Regis Bohemiæ Cancellarius Ratiſponenſi Eccleſiæ præficitur Epiſcopus, ſedens annis XXVII. Hic maxima debita quæ anteceſſor ſuus contraxit integraliter perſolvit & omnia caſtra ac munitiones quæ idem anteceſſor ſuus potentibus perſonis obligaverat, redemit ac quamdiu vixit in ſuâ habuit poteſtate quæ & moriens plena dereliquit quaſi Eructuaria. Hic inter regni & ſedis diſſenſſionem ſic ſibi & ſuo clero ſeu Epiſcopio prævidit, quod à proceſſibus & ſententiis contra Imperatorem Ludowicum fulminandis ſeu fulminatis ex ſpeciali gratia Papæ ſupportatus, indignationem Cæſaris non incutrit. Hic duobus Heremitis ſcilicet Gotfrido & Alberto ob humilem eorum devotionem, nec non ob interceſſionem dilecti ac fidelis ſibi Reymari de Prennberg conceſſit ut in nemore quodam apud caſtrum Prennberg in pede montis Schophloch cellam duorum vel trium & aliorum poſſint conſtruere & oratorium conficere. Hic eſt Locus ille, in quo nunc eſt prioratus Ordinis S. Benedicti *Unſer Frawen Cell* vulgariter nominatus. Hic cum quædam gravamina Monaſterio S. Emmerammi inferret, Balduinus Abbas dicti Monaſterii ad Sedem Apoſtolicam quæ tunc Avenione erat, appellavit, ubi fideliter proſequens cauſam & principaliter libertatem & exemptionem ſui Monaſterii, moritur & ſepelitur ibidem. Cui Dominus Papa, videlicet Joannes XXII. fratrem Albertum dicti Baldwini capellanum, qui in totâ cauſa fidelis ei Coadjutor extiterat, autoritate Apoſtolica ſurrogavit, & ſententiam tulit, pronuncians dictum Monaſterium S. Emmerammi eſſe liberum & exemptum, Epiſcopo tamen Ratiſponenſi annis ſingulis miniſtrari xxx. libras Turonenſium parvorum. Hic fecit fieri campanam magnam, quæ vulgo *unſer Frawen Glocken* nuncupatur, cujus ſuperſcriptio inter cætera continet hunc verſum:

Sanctos collaudo, tonitrus fugo, funera claudo.

Quoniàm plerumque tabulata fortia unius ſcintillæ læſione ruere noſcuntur, rem geſtam hujus Nicolai temporibus, prout fertur, refero. Quidam piſtor in civitate Ratiſponenſi per ſaltum gradus, qui vulgo Peckenſpreng dicitur, culpis exigentibus punitus eſt, qui dum de palude egrederetur, per inſolentiam cujusdam civis in paludem retruditur, quod dum piſtor calamitoſus ægrè ferret, civis hoc utpote glorioſior, non curavit, fit igitur die quâdam tranſeunte quodam presbytero cum Corpore Chriſti, cauſa infirmi cujusdam quod idem piſtor ſequitur eundem presbyterum & à caſu dum civis ille ob reverentiam ſacramenti in vico propè Turrim Epiſcopalis curiæ genicularet, piſtor civem in eodem loco interfecit. Et fugiens in aulam Epiſcopalem usque ad penetralia ipſius Nicolai Epiſcopi violenter à civibus extractus & decollatus eſt. Epiſcopus Egreſſus civitatem firmavit ſe nunquam vel vivum vel mortuum venturum, quousque de hujusmodi violenta fractione libertatis debita talio redderetur. Sic itaque extra civitatem moritur & in ſuperiori Altach ſepelitur. Dicitur quod nullus poſtea in illo gradu ſive oſcillo ſit punitus.

XXXIII. FRIDERICUS.

ſedent { Clemens VI. Innocent. VI. Urbanus V.

Anno Domini MCCCXLI. Sedente Benedicto XII. Fridericus præpoſitus Eccleſiæ Ratiſponenſis Natione Burggravius de Nurnberg Ratiſponenſi Eccleſiæ præficitur Epiſcopus, ſedens XXIIII. annis. Hic Epiſcopatum multum deſtruxit & capitulum flebiliter attenuavit. Poſt cujus obitum Epiſcopatus vacavit per Triennium.

XXXIV. CONRADUS.

ſed. { Greg. XI. Urbanus VI.

Anno Domini MCCCLXVIII. Sedente Urbano V. Conradus de Hannberg præpoſitus Ratiſponenſis Eccleſiæ præficitur ibi Epiſcopus, & ab Urbano Papa confirmatur, ſeditque annis XXXIII. Hic fuit humilis & dilexit clerum, & feſtum S. Barbaræ celebrandum inſtituit & deceſſit in die S. Petri ad Vincula ſepultusque eſt in ſummo ante altare S. Barbaræ. Hujus temporibus Eccleſia S. Joannis canonicorum ſecularium à prædeceſſoribus ſuis Epiſcopis fundata propter ampliationem Eccleſiæ majoris eſt diſrupta & in eo loco ubi erat Taberna & dicebatur *auf den Pretren*, venuſtè & honorificè ædificata. Fuit autem Eccleſia S. Johannis primum fundata in areâ cathedralis Eccleſiæ, in eo loco qui nunc monſtratur in medio duorum altarium. Quorum unum eſt S. Florini, quod fundavit Albertus Stauffer priusquam fieret Epiſcopus, & aliud S. Thomæ ex oppoſito versùs Meridiem quod fundavit Rabltzer canonicus dictæ cathedralis Eccleſiæ eo tempore quo dictus Albertus Stauffer Ratiſponenſi præſedit Eccleſiæ.

XXXV. TEODERICUS. ſedit annis 2. m. 8.

Anno Domini MCCC LXXXI. Sedente Urbano VI. Theodericus liber de Abenſperg Canonicus Ratiſponenſis, Babenbergenſis Eccleſiæ præpoſitus, per Electionem Ratiſponenſi Eccleſiæ præficitur Epiſcopus. Hic ab Urbano VI. confirmatur, & anno primo ſui Pontificatus Steuram à clero accepit & caſtrum Stauff redemit. Hic cum circa feſtum omnium Sanctorum tactus infirmitate communitatis, miſit pro canonicis potioribus ſuæ cathedralis Eccleſiæ, qui non venerunt: poſtea ipſe in vigiliâ S. Leonardi moritur & in Eccleſiâ majori retro ſummum altare ſepelitur. Caſtrum Stauff alienatur, omnia vaſa & clenodia Epiſcopalia ſeu curiæ Epiſcopalis, à ſuis conſanquineis auferuntur, unde exequiæ ejus usque nunc non ſunt peractæ. Huic ſucceſſit per Electionem Magiſter *Paulus* doctor decretorum canonicus Ratiſponenſis & Pataviensis, hic ante Electionem ſuam in ſummo fundavit altare S. Jeronymi propè puteum & ante confirmationem ſuam, Pataviæ circa feſtum Paſchæ diem clauſit extremum.

M. PAULUS.

XXXVI. JOHANNES.

Anno Domini MCCCLXXXIIII. Sedente adhuc Urbano VI. Joannes Præpoſitus Eccleſiæ Friſingenſis à capitulo non electus Ratiſponenſi Eccleſiæ præficitur Epiſcopus, & ſedit annis XXVI. Hic Mortuo Theoderico Ratiſponenſi Epiſcopo

cum

cum capitulum in Eligendo Epiſcopo tardaret ipſe fretus proviſione Urbani Papæ VI. fultúſque potentiâ conſanquineorum ſuorum M. Paulo electo ſe oppoſuit, quo interim defuncto, ipſe Epiſcopatum obtinuit & ab Apoſtolico confirmatur. Hic rexir potenter & frequenrer magnam curiam habuit, & poſuir primum lapidem in fundamento Turris catbedralis Eccleſiæ verſus ſeptentrionem conſtruendæ. Sub hoc cepit exactio clericorum in conceſſione curæ animarum cujus exactionis cauſæ magna pars fuit, quidam tunc temporis in clero famoſus, qui licet magnam pecuniam ipſi Joanni Epiſcopo per hoc acquireret, & ipſe præpotens etiam litteras ſecuritatis ab ipſo haberet, fortuna tamen arridente incidit in foveam quam fecit: nam ab ipſo Joanne Epiſcopo captivatur & omnibus bonis ſuis exactionatur, & hoc juſto quidem judicio Dei occulto, ut qui aliorum exactionem invênit, ipſe primus graviſſimè exactionis pondus portaret. Fuit tamen hie plurimum laudabilis propter ſollicitudinem fabricæ novæ Cathedralis Eccleſiæ, ipſe eſt cujus nomen eſt Petrus Reymago. Hic Johannes anno Domini MCCCCIIII. Synodum ordinariam celebravit, tuncque à Siffrido Suffraganeo Epiſcopo Hierapolitano dedicatum eſt altare ſummum kathedralis Eccleſiæ ipſâque dedicatio ad celebrandum in commemoratione S. Pauli eſt inſtituta. Hic etiam ad celebrandum feſtum S. Elizabeth viduæ inſtituit. Et deceſſit in die S. Marci ſepultúſque eſt in ſummo ante altare S. Andreæ.

XXXVII. ALBERTUS. Anno Domini MCCCCIX. Sedeote Alexandro V. Albertus Stauffer canonicus ſummúſque Scholaſticus Eccleſiæ Ratisponenſis canonicè à capitulo electus, eidem Eccleſiæ præficitur Epiſcopus, ſedens annis XII. Hic ut ſtatum ejus decuir, fuit vir dignis moribus, quibusvis enim etiam minimis ut frequenter per inclinationem capitis reverentiam exhibuit. Hic moderatam curiam habuit, & Eccleſiæ in temporalibus multum utilis fuit. Nam caſtrum Hohenburg in Norica ſitum, quod Prædeceſſor ejus Johannes alienaverat à Ludwico duce in Ingelſtadt, habitis multis laboribus temporibus Concilii Conſtantienſis pro octo Milibus florenorum redemit, & Epiſcopatui adjecit, divinius tamen actum fuiſſet ſi de bonis Eccleſiæ ſecundum facultatem benefeciſſet, & accipere munera à ſibi ſubjectis non canonicè, omiſiſſet. Item Synodum ordinariam anno X. ſui Pontificatus ſolemniter celebravit, in qua ſicut alibi Largius ſcripſi Statuta Pvovincialia Eberhardi Archiepiſcopi Saltzburgenſis ſunt promulgata, & inſtitutum eſt ut deinceps tempore pulſationis campanæ majoris cujuslibet loci circa horam nonam cujuslibet diei veneris præterquam in Sanctâ Paraſceves, quâ pulſus fit ad tabulas ligneas pro memoriâ expirationis ſive Mortis Chriſti per Diœceſin Ratisponenſem, ſic etiam per totam Provinciam Saltzburgenſem præfatus Archiepiſcopus præcepir & mandavit ut Pſalmus: Deus, Deus meus reſpice in me dicatur, aut quinquies oratio Dominica cum tot ſalutationibus Angelicis. Hæc tamen inſtitutio moribus abutentium non ab omnibus eſt firmata. Item pro reformarione cleri & religioſorum diverſas litteras per Diœceſin ſuam ſcripſit, unde & ipſe quosdam perſonaliter viſitavit. Item perpendens quod Magiſter Conradus de Hildesheym, Licentiatus Decretorum presbyter & capellanus S. Georii ſecus pontem juriſta civium, pecuniam quam à Domino acceperat in ſudario ligare hoc eſt percepta dona ſub otio lenti corporis abſcondere vellet, ordinavit, ut legeret in jure canonico, in aulâ ſuâ Epiſcopali, quod & factum eſt pontificatûs ejus undecimo. Item pontificatûs ſui anno ultimo, feriâ ſecundâ poſt Dominicam quâ cantatur quaſi modo geniti in Eccleſia carhedrali ſolenniter degradavir Udalricum Grundsleder presbyterum de Vohendrâ oriundum & Ratisponæ ab Adoleſcentiâ educatum propter Hæreſin Huſſitarum, qui Conſtantienſe Concilium impugnabat, defendens & dicens Joannem Huſs Hæreſiarcham in eodem Concilio legitimè non fuiſſe condemnatum, tradidítque ipſum pertinacem curiæ ſeculari, qui mox à judice cujus quondam Pædagogus fuerat, ducitur ad comburendum. De hoc latius alibi ſcripſi. Item anno eodem ſcilicet ultimo ſui pontificatûs à quodam Decano ſeculari ſuæ Diœceſis apud Sedem Apoſtolicam accuſatur & ut perſonaliter compareat, citatur. Cui tamen per Dominum Henricum plebanum in Straubing doctorem Juris Canonici quem ad curiam Romanam causâ hujus negotii miſit, ut per procurarorem compareat, obtinuit. Tuncque maxima fuit gwerra in Bavaria, in qua ipſe Dominus Albertus Epiſcopus principibus contra Ludwicum Ducem in Iogelſtat in adjutorium fuit, ſub hoc turbine ipſe tentus infirmitate acceptis Eccleſiaſticis Sacramentis feriâ v. in die VII. fratrum moritur. Et in capella S. Florini quæ eſt ſita in areâ cathedralis Eccleſiæ quam ipſe dudum ante ſuam Epiſcopalem dignitatem dotaverat, ſepelitur.

XXXVIII. JOANNES. Anno Domini MCCCCXXI. Sedente Martino V. xv. kal. Auguſti in die ſcilicet S. Alexii Joannes Streitperger canonicus & cuſtos judexque Conſiſtorii Ratispoenſis Eccleſiæ, canonicè electus eidem Ratisponenſi Eccleſiæ præficitur Epiſcopus. Hic à Martino Papa eſt confirmatus ſed adhuc in Epiſcopum non conſecratus, cui Deus de fonte ſuæ pietatis, prout interpretatio nominis ejus exigir, gratiam infundat, ut ſecundum ſui cognominis interpretationem, bello Spiritali, utpote in monte certando evellat, deſtruat & diſperdat diſſipet & ædificet ac plantet, ut unà cum grege ſibi commiſſo poſt hanc vitam æternam mereatur poſſidere.

CHRO-

CHRONICON
DE
DUCIBUS BAVARIÆ

Anonymi LUDOVICO IV. *Caeſ. Aug.*

Synchroni

Manu ANDREÆ Presbyteri Ratisponenſis

è vet. Cod. deſcriptum.

✡ ✡ ✡

Nunc primum prodit ex ejusdem Autographo, in Cod. MSC.

Bibliothecæ Bavaricæ.

ANDREÆ FELICIS OEFELII

Præfatio.

EN tibi Lector benevole! *Chronicon* illud, quod ANDREAS noſter tam in *Generali* quàm *Bavarico Chronico* ſuo non tam allegavit, quam exſcripſit, etſi pluribus in locis etiam interpolaverit aſſutis recentiorum detritis laciniis, id quod vel obiter conferenti palàm fiet. Auctorem, (quisquis ille fuit, non illitteratus adeò, ut qui Aſtronomicis etiam diſciplinis tinctum ſe probet) LUDOVICI QUARTI temporibus & tricennio inſequenti vixiſſe, ea conficiunt, quæ ad annum MCCCLXX. leguntur.

Operæ pretium autem viſum nobis, ſeorſim edere, quæ ANDREAS pro temporum illorum obtuſo judicio, cum ſuis aliorúmque laboribus confudit. Multum enim intereſt HISTORIÆ, ſi cujuslibet Seculi Monumenta ſine ulla interpolatione producantur in medium. Quod ipſum tamen ab iis, penes quos ſolos tum Hiſtoria ſtabat, minimè obſervatum, videmus & dolemus quotidie: adeò cumulatè & ſine delectu omnia in rerum illas incompoſitas farragines, quas Chronicas vocabant, convehebant; ſatis fidei & auctoritatis habituras exiſtimantes, quòd fidei & auctoritatis plurimum tum temporis ipſi haberent. Unde etiam factum, ut tot monſtris & anilibus gerris terriculamentísque Majorum geſta inquinarentur, HISTORIAque illa teſtis temporum vitæque Magiſtra purpuræ loco, detritis plerumque & ridiculis centonibus cooperta incederet. Habet autem hoc omnis Barbaries, ut quæ minimè Auctoritati ſubjacent, ſed ſola ratione fulciuntur, ea maximè Auctoritatibus cumulet: illa ex adverſo, quæ auctoritate unicè nituntur (ut ſunt facta hominum poſteris transmittenda) ſimpliciter ut credenda proponat, injuriámque interpretetur, ſingula non credi, cujus univerſa crederentur.

Sed de his hactenùs, quæ eò ferimus tolerantius, quod in dies medeatur his malis ſanior philoſophandi ratio, & intellectûs rectior uſus.

Chronicon

Chronicon de Ducibus Bavariæ Anonymi Ludovico Bavaro Synchroni

Ab Anno Chriſti MCCCXI. ad annum MCCCLXXII.

ANno Domini MCCCXI. Dominus Otto Rex Ungariæ & Comes Palatinus Reni & Dux inferioris Babariæ de captivitate Ungarica ſalubriter liberatus & in Babariam reverſus invenit, quod Duces Auſtriæ multas regioni ſuæ de caſtro Newnburg moleſtias tempore ſuæ captivitatis & abſentiæ intulerunt: unde nimium iratus mox ipſum caſtrum per XIX. Ebdomadas in aſperrima hyeme obſedit, & expugnatum diſſipavit, penitus & deſtruxit. In ipſo autem obſidionis initio auſtralibus, qui ex oppoſito ſuper fluvium Eni caſtra metati fuerant, quaſi ſua defenſuri, mandavit; quod ſi pontem trans flumen Eni pararent, ipſe ad eos vellet tranſire, cum eis pro victoria pugnaturus aut certè ipſi ſibi faverent pontem facere & parare & ſic ad litus ſuum tranſirent, ſecum pugnaturi. Auſtralibus autem neutrum facere volentibus, ipſe pontem, eis prohibere non valentibus, paravit; per quem cum ad litus eorum cum eis pugnaturus tranſire diſponeret, omnes ipſo non expectato ignaviter auffugerunt. Porrò ſexaginta & plures auſtrales Viri Nobiles & ſortes, qui in caſtro fuerant, cum diutius reſiſtere non valerent, relicto caſtro, naviq; aſcenſa, captivitatem navigio evadere attemptaverunt: ſed deprehenſi à Babaris ſagittariis atrociter fuerunt artati: Et ecce, cum eis jam nil aliud reſtaret, niſi aut ſubmergi aut captivari; Principis Ottònis, qui in litore equitabat, liberalitatem, clamoſis vocibus invocabant. Qui audito, quod ſe ad caſtrum viriliter defendiſſent, mox eos ſecuravit, dicens ad ſuos, ii qui dominis ſuis fideliter aſſiſtere ſolent, licèt ſint ab ipſis ſuis dominis copioſè remunerandi, ſunt tamen etiam ab alienis Principibus honorandi; & eis ad propria remeandi plenam tribuit libertatem. Non multo verò poſt tempore quibusdam placitis inter Principes Babariæ & Auſtriæ habitis prædictum caſtrum Domino Ludwico tunc Duce ſuperioris Bavariæ arbitrante eſt Principibus Auſtriæ reſtitutum, & ab eis firmius reædificatum.

Eodem anno, videlicet MCCCXI. obiit (s) Dominus Albertus (s) Presbiter & Monachus in Obern-Altach vir ſummæ religionis & maximæ ſanctitatis. Cujus animam quædam devota incluſa vidit quaſi in face ignea in cœlum aſcendere; cujus etiam ſanctitatem magna & crebra, quæ ad ſepulchrum ejus fiunt, miracula proteſtantur.

(t) *Anno Domini MCCCXII.* (t) Obiit Dominus Otto Rex Ungariæ & Dux Babariæ inferioris, relinquens filium ferè XIII. dierum dictum Hainricum, qui poſteà à caſtro, in quo nutritus fuerat, vocabatur, Dominus Henricus Princeps de Naternberckh. Dum autem prædictus Otto Rex Ungariæ & Dux Babariæ conſiderans ſe in proximo moriturum, commiſit filium ſuum prædictum XIII. dies babentem & fratris ſui Stephani defuncti pueros Heinricum & Ottonem, quorum primus erat circa annos octo; ſecundus circa quatuor vel quinque, civibus ſeu civitatibus Landzhut & Strawbing, conteſtans eos juramento publicè & fideli ut prædictos pueros & principatum eorum nulli alii committerent, quam patruo ſuo Ludwico tunc Principi in ſuperiori Babaria. Quod & fecerunt, non tamen ſine maxima diſcordia & diſturbio principatus, Comites enim de Hals Alramus & Albertus & Ebromus de Degenberg tunc vice dominus, & Hartlibus Puechperger de Wintzer, & Albertus de Schonſtain & ferè omnes miniſteriales ac milites caſtellati, nitebantur prædictos pueros unà cum principatu Ducibus Auſtriæ commendare. Prædictæ igitur & omnes totius principatûs civitates fideliter adunatæ, nobilibus viriliter reſiſtentes Domino Ludwico prædicto pueros & ſe ipſos commiſerunt, ſicut morituro, ut ſupra dictum eſt, principi promiſerunt. Totius igitur Ducatûs Nobiles reputantes ſe contemptos, cœperunt omnium civitatum homines & res crudeliter perſequi & vaſtare, adeò quod per totum Principatum non potuit pacificus angulus reperiri. Duravit autem Sciſma illud inter Barones & civitates tam diu quousq; in villa Comelſtorf (u) per ſorte bellum acciſi ſunt, tandem invicem verberibus complanati. (u)

Anno Domini MCCCXIIII. (x) Comites de Hals & complices eorum ſupradicti, nec non omnes Barones inferioris Babariæ, nolentes Dominum Ludovicum Ducem ſuperioris Babariæ ſuſtinere, congregato cum auxilio Ducum Auſtriæ exercitu copioſo, contra eum exierunt, tanquam ſe à dominio ſuo excuſſuri: Quibus ipſe Ludwicus, civitatúmque juvenes principes & eorum, quibus commiſerant principatum conſilio & forti auxilio animatus occurrit juxta villam Comelſtorf & ibidem publico & forti habito bello, pluribúsque occiſis, nobiliores omnes captivavit, in die S. Theodori Martyris ac eos ſuo dominio ſubjugavit. (x)

Anno Domini MCCCXV. Officialibus regni in Franckenfurt congregatis Dominus Ludwicus Princeps ſuperioris Babariæ & Fridericus Dux Auſtriæ electi fuerunt in die S. Lucæ Evangeliſtæ in Regem Romanorum,

(s) Ejus vitam edidit Cl. V. Bern. Pezius, & poſt hunc P. Æmilianus Hemmauer in Chron. Monaſt. illius edit. Straubingæ 1731. in 4.
(t) hunc §. copioſiorem exhibet Codex noſter Freheriano.
(u) Freherianus *Gamelſtorf:* quem omnes ſequuntur.
(x) apud Freherum ad annum ſuperiorem refertur.

norum, qui per annos quinque cottidianis prœliis ſe mutuo perſequentes in multis exercebant rapinas & incendia. (y)

(y)

Anno Domini MCCCXX. Dominus Fridericus Dux Auſtriæ regem Romanum ſe ſcribens intravit propè civitatem Muldorf Babariam cum magno exercitu atque forti cui Ludovicus Dux Babariæ etiam regem ſe ſcribens Romanum occurrit ibidem, videlicet apud Muldorf & contra eum caſtra metatus tanquam viriliter pugnaturus, baronibus autem potioribus pecuniâ ut dicitur corruptis, Babari ſatis mirabiliter decepti & in ſugam converſi nullo penitus perſequente. Quod dum Dux Auſtriæ cognoviſſet ultrò progrediens cum ſuo exercitu omnes villas & habitationes pauperum usque Ratisponam vaſtaverunt incendiis & rapinis, ſed nullum potuerunt caſtrum quantumvis modicum, obtinere. Cum autem propè Ratisponam veniſſent petierunt à civibus ut ſibi ad partes reni tendentibus darent copiam per civitatem eorum cum exercitu tranſeundi. Quod cum eis quodam præpotento dicto Gumperto contra multorum voluntatem procurante, fuiſſet denegatum omnibus itineri ſuo adjacentibus devaſtatis ad Auſtriam ſine omni infeſtatione reverſi Ratisponenſibus multa damna & pericula intulerunt, veſtiaria eorum quæ Viennæ habebant miſerabiliter ſpoliando.

Eod. tempore claruit in Rarispona frater Arnoldus de Ordine Prædicatorum, vir literatus & nominatus, cujus ſimilis in Aſtronomia noſtris temporibus & partibus non eſt viſus: qui multa prædixit futura, quæ ut vidimus per quinquaginta años poſt ejus obitum ſatis impleta. Hic interrogatus de Lite Principum Auſtriæ & Babariæ, reſpondit: licet omnes doctores & Aſtrologi ut magnum dicant Ducem Auſtriæ prævalere; Ego autem dico Auſtrenſes à Babaris ſuperari aut falſa eſt & erit omnes mea ſcientia & inanis quod rei exitus comprobabit.

(z) *Anno Domini MCCCXXII.* (z) hoc eſt octavo anno à quo dux Babariæ Ludwicus & dux Auſtriæ Fridericus electi fuerant in regem Romanorum, venit ipſe Fridericus dux Auſtriæ & frater ejus Henricus cum Exercitu copioſo congregatis Ungaris & paganis in Babariam volens eam cum potentiâ pertranſire, cui Dominus Ludwicus habens in comitatu ſuo Dominum Johannem regem Bohemiæ & patruelem ſuum Heinricum Ducem inferioris Babariæ viriliter occurrit inter Muldorff & Oeting; & ibidem in campo qui *dicitur auf der Vebenwiſen*, cum ipſis auſtralibus forti bello ſive pugna inter eos à manè usque ad meridiem habito, de eis glorioſiſſimè triumphavit; multis enim Auſtralibus interfectis & occiſis & maxime de Ungaris & Paganis, ipſe dominus Fridericus Dux auſtriæ & frater ejus Henricus cum aliis de exercitu ſuo potentibus & nominatim circiter Mille trecentis eſt captivatus & in caſtrum Trawsnitz deductus, non ſolum cum magnâ diligentia ſed etiam cum majori Reverentia eſt ibidem, prout utrique principi conveniebat, reſervatus. Nobilis autem Princeps Ludwicus cum auſtralem aliquamdiu in captivitate tenuiſſet, tandem eum ſine omni pecuniarum, caſtrorum, civitatum munitionum ac Terrarum exactione, more liberalis principis, priſtinæ reddidit libertati, nullum ſuper regni abrenuntiatione & ſuper promiſſæ fidei & amicitiæ confirmatione aliam requirens cautionem niſi quod in ſignum & robur tantæ inter eos contractæ amicitiæ deberent ſimul in uno loco Corporis & Sanguinis Domini Sacramenta ſervanti fidem in ſalutem, ſed in judicium transgreſſori. Ipſe autem Fridericus in auſtriam reverſus, promiſſionis quam ſub Sacri Corporis Chriſti Sumptione feccrat oblitus, regem ſe Romanum nominabat ſicut prius & ſcribebat, unde etiam poſt aliquos annos à pediculis eſt occiſus.

Domino itaque Ludwico in regem Romanum confirmato nihil de omnibus quæ ad virum ſapientem & regni gubernatorem pertinebant ſibi defuit, niſi quod linquam latinam minimè intellexit ex quo inter alia quæ ei evenerunt mala indignationem Domini Papæ, Domini Joannis XXII. incurrit, quod ſumpſit initium tali modo: habuit enim quendam cancellarium qui vocabatur magiſter Ulricus de Auguſta cui ſuum Sigillum & omnia ſcribenda & expedienda fideliter commendavit, hic de quodam crimine (a) & infami apud regem eſt accuſatus à quibusdam de potentibus, quibus ipſe Rex juſtitiæ complementum non poterat commodè denegare. Quaptopter partes ſuas interpoſuit & per quædam placita ad hoc perduxit quod prædictus magiſter Ulricus deberet ſe cum quinquaginta prælatis expurgare de objectis. Quod cum factum in Nurnberg fuiſſet magiſter Ulricus officio eſt cancellariæ & dignitati priſtinæ reſtitutus. Eodem tempore Dominus Ludwicus Rex Romanorum feſtinabat pro gratiâ ſedis Apoſtolicæ impetranda ſolempnes ad curiam mittere nuntios, unà cum litteris voluntariam obedientiam & omnem ſubjectionem continentibus. Ex quo prædictus cancellarius occaſione malignandi inventa ad ſupradictam infamiam ſuam falsè vindicandam litteras Apoſtolico dirigendas vitiavit, falſa pro veris ſcribendo, Dominum Papam Beſtiam à mari aſcendentem vocitando & plura ſimilia ad ſimilitudinem illius qui quondam Petrus de vineis vocabatur ponendo, rege penitus ignorante. (a)

(y) hæc melius apud Freherum.

(z) §. iſte in Edit. Freheri in nonnullis differt à noſtro; in Chronico ejusdem Andreæ univerſali apud Eckardum eadem, in nonnullis item mutata leguntur. l. c. T. I. col. 2096. Corp. Hiſt. medii ævi.

(a) Pleraque hæc ad verbum leguntur in editione Freherianâ *ex quadam Chronica* ut ibi legitur excerpta. Quam eandem eſſe, quam hic damus, in comperto omnibus jam eſſe credimus, ex hiſtoria codicis ſuperius relatâ.

rante. Quapropter Dominus Apoſtolicus provocatus vel potius deceptus contra ipſum regem excommunicationis ſententiam promulgavit & contra eum reges & principes inſtigavit. Tantatum aurem diſcordiatum ſeminator tam occultè, tam doloſè & tamdiu ſemen ſuarum malitiarum inter muodi capita ſeminavit, quouſque rege de Roma, ubi nomen imperatoriæ obtinuerat dignitatis reverſo malitiam ſuam Dei gratiâ ordinante in mortis articulo imperatori perſonaliter eſt confeſſus & quod hoc fecerit & procuraverit in vindictam de co quod criminatores ſuos, de quibus ſupra ſcriptum eſt, non ſtatim occidit ſed eos ad judicium venire permiſit in ſuæ confuſionis augmentum. Quantum autem Imperator gemuerit fleverit & doluerit ſuper his, ſcribere nemo poteſt verumtamen cognito à medicis quod in tribus vel quinque diebus eſſet ſine dubio moriturus, dixit: Quamvis ipſe nequam eſſet omni tormentorum genere tormentandus, ejus tamen, qui eum percuſſit, judicio vel miſericordiæ eum volumus committere judicandum.

Anno Domini MCCCXXVII. Dominus Ludwicus Rex Romanus intravit cum forti ac potenti ac nobili militia Italiam& veniens Romam nomen imperatoriæ obtinuit dignitatis, cum autem ibidem ferè per annum cum omni ſuo exercitu more potentis cæſaris permanſiſſet, nemine ſibi niſi ſolo Domino Apoſtolico reſiſtente, tandem Romanotum inductus vel potius ſeductus Conſilio gloriam quam glorioſè acquiſiverat, maculavit. Quemdam enim Papam vel potius antipapam in Romanam Eccleſiam ſublimavit, qui tamen non diu rexit; imperatore enim ad Alemanniam reverſo, ipſe à Romanis derelictus, ad Avinionem ubi tunc papalis ſedes erat, feſtinavit & Domini Joannis Papæ gratiæ ſe tradidit emendandum, & ſic ſcisma illud divinâ Clementiâ ordinante penitus eſt ſopitum.

Anno MCCCXXXV. Dominus Ludwicus Imperator conſtituit Henricum Ducem inferioris Bavariæ Procuratorem regni per Alemanniam & ſuper hoc patentes litteras ei dedit. Mox igitur idem Henricus vir potens & dives ad partes Rheni ſe tranſtulit ubi pro oſtenſione gloriæ ſuæ multa pecuniâ expensâ civitatem Aquenſem & quasdam alias cepit attemptare non per ſe, ſed per interpoſitam perſonam regem videlicet Bohemiæ; ut eum litteras Imperatoris habentem ſuſciperent & ei tanquam Domino fidelitatis facerent Juramentum. Mox igitur civitates in termino quem ad reſpondeodum acceperant, ad imperatorem miſerunt, ſuum ſuper tali reſponſo Conſilium requirentes. Qui expaveſcens non ſolum prohibuit ſed etiam litteras ad omnes regni civitates feſtinè direxit, quibus litteras de procuratione regni Henrico Principi datas ſerioſius revocavit, & ſic princeps qui pro magnâ exierat gratia acquirenda, minùs glorioſè ad propria eſt reverſus. Mox igitur ut in terram ſuam eſt reverſus cœpit imperatorem cottidiaois rapinis & incendiis infeſtare. (b) (b)

Anno MCCCXXXIX. Obiit Hainricus Dux Bavariæ inferioris & eſt ſepultus in Lantzhut: reliquit autem Filium nomine Joannem, qui filiam Ludovici habens deſponſatam, parvo poſt mortem patris tempore ſupervixit: Quo mortuo Imperator prædictus ejus poſſedit principatum.

Anno Domini MCCCXL. Obiit Reverendus Pater & Dominus Nicolaus Ratiſponenſis Epiſcopus & eſt ſepultus in Monaſterio S. Petri in Obernaltach. Hic maxima debita quæ anteceſſor ſuus contraxerat integraliter perſolvit & omnia caſtra ac munitiones quæ idem anteceſſor ſuus potentibus perſonis obligaverat, redemit atque quamdiu vixit in ſuâ habuit poteſtare quæ & moriens plena dereliquit quaſi Eructantia ex hoc in illud. Hic inter regni & ſedis diſſenſſionem, ſic ſibi & ſuo Clero ſeu Epiſcupio prævidit: quod à proceſſibus

Anno Domini MCCCXLVII. Dominus Ludwicus Imperator habens & ſentiens in Corpore ſuo debilitatem vel, ut multi aſſerunt, Toxicationem (c), cœpit cauſa laboris venatum in ſylvis & campeſtribus Equitardo ſe exercitare & dum ſic equitaret, corruens de Equo mortuus eſt. Reliquit autem multis hæredibus ſuis multas regiones, videlicet Bavariam ferè totam & Marchionatum Brandenburgenſem, item Hollandiam, Hanigaw, Seland, item Tyrolin & adjacentia. (c)

Eodem tempore imo ferè circa quatuor vel quinque dies poſt obitum Imperatoris Ludwici Dux Karolus filius Joannis quondam Regis Bohemiæ intravit cum exercitu Babariam, eam rapinis & incendiis vaſtaturus: auditâ autem morte Imperatoris Romanum aſpirans ad regnum feſtinabat Ratiſponam ubi honorificè ſuſceptus eſt. Receptis autem ibidem victualibus in Nurnberkch & alias regni civitates proſpere eſt profectus, unde mox regem ſe ſcripſit Romanum. Quomodo autem vel ubi aut quando ſeu à quibus Electoribus ſit Electus nunquam potui leviter experiri. Verumtamen comes de Swartzpurkch vir magnanimus & optimè parentatus cum eligentium regem ſavore, vel ut aliì dicunt cum eo-

rum

(b) Leguntur in Ejusd. Chron. univerſal. ad h. a. apud cl. Eccardum l. c.

(c) Famam de Ludovico veneno extincto ſtatim à morte illius increbuiſſe, auctor iſte coævus teſtimonio ſuo confirmat; cum cautione tamen adjecit: *ut multi aſſerunt.* Andreas Ratisponenſis hoc loco à Scriptore ſuo feceſſit & mortem Ludovici tam in Chronico ſuo *Generali* quam *Bavarico* novis circumſtantiis, Auſtriacos verò inſigni calumniâ oneravit. Quam pluribus poſt Cl. Viros Hieronymum Pezium & P. Antonium Steyererum S. J. refellere, id verè eſſet, quod ajunt, fores apertas vi effringere. Præſultorem tamen hujus calumniæ fuiſſe Andream noſtrum, laudatus Steyererus addit. ad C. II. Comment. ſui pro Hiſtoriâ Alberti II. Ducis Auſtriæ, p. m. 248. ita planum reddidit, ut nihil magis.

rum Electione, oppoſuit ſe prædicto Karolo Regi Boemorum, regem ſe ſcribens & nominans Romanorum, qui cum negotium quod in manus acceperat contra Bohemum viriliter agitaret, nec ab eo ullo modo flecti poſſet mortuus eſt de Toxicatione, quam prædicto Rege Bohemiæ ut multi dicunt procurante, quidam ſibi Phyſicus propinavit, & ſic ſæpè dictus Karolus Regnum obtinuit Romanum nemi-
(d) ne ſibi reſiſtente. (d)

Anno Domini MCCCXLVIII. In Converſione S. Pauli factus eſt horâ veſpertinâ terræmotus magnus qui in diverſis mundi partibus diverſas evertit civitates Monaſteria & caſtra.

Eodem año, videlicet *MCCCXLVIII.* Sævire cœpit in Bavaria & Bohemiâ & Auſtria illa magna peſtilentia de qua ſupra ſcriptum eſt, & per annos multos nunc hic nunc alias regnando multa habitacula penitus devaſtavit.

(e) *Anno Domini MCCCLVII.* (e) circa mediam quadrageſimam junior filius Imperatoris Ludwici Tetrarcha, ut ita dicam inferioris Babariæ juxta fluvium danubii obſedit quemdam militem ſuum dictum Petrum de Ekk in caſtro Naternberg, oblitus multorum fidelium ſervitiorum quæ ſibi idem Miles exhibuerat, maximè in eo quod ſapientiâ ſuâ eum adhuc puerulum in ejusdem terræ poſſeſſionem venire totis viribus procuravit, & ipſum in eâ quaſi filium & Dominum enutrivit. Igitur parentes ejusdem Militis cum non poſſent prædicti principis ſævitiam mitigare: auxilium Domini Karoli Imperatoris tam fortiter implorare cœperunt, quod ipſe Imperator congregato exercitu Boemorum Babariam intravit Danubióque per pontem caſtri in Stauff tranſito feſtinavit ad exercitum Babarorum & juxta eoa caſtra metatus eſt in ſpatio dimidii miliaris. Cum autem Babarorum princeps fortiorem haberet militiam & pugnaturos jam ſe ſperarent, quidam timidi vel perfidi Barones pecuniâ corrupti partes ſuas interponere cœperunt, & in ipsâ die quâ putabantur congreſſuri placitaverunt quod prædictus obſeſſus miles eaſtro principi aſſignato in perſona & rebus ſecurus eſſet, donec de objectis & objiciendis coram imperatore & aliis principibus reſponderet. Quod tamen non eſt factum, quia miles prædictus tantam in obſidione perpeſſus fuerat penuriam quod tempus modicum ſupervixit.

(f) *Anno Domini MCCCLXIIII.* (f) Principes obſederunt civitatem Archiepiſcopi Saltzpurgenſis Müldorf, ſed quia hi, quibus obſidionis negotium & exercitus commiſſa fuerant, nec non circum ſedentes castellani pecuniis corrupti permittebant quaſi ignorarent, adduci his qui in civitate erant, victualia copioſè vanè laborando, non civiratem Muldorf ſed totam Bavariam vaſtaverunt. Interea Duces Auſtriæ congregato exercitu cœperunt aſcendere, quaſi prædictam civitatem ab obſidentibus defenſuri, principes autem Babariæ, quibus Rudolfus dux palatinus Rheni & purgravius de Nurnberg & Comites de Naſſaw de orlamund de Swartzburg & plures alii cum copioſis exercitibus & nobili militiâ ſuccurrerunt, ſuis ab obſidione revocatis, ipſis ducibus Auſtriæ occurrere & cum eis feſtinabant lætanter & viriliter pugnaturi Interea Duces Auſtriæ cum unum caſtrum modicum expugnâſſent & audirent Barones ab obſidione Muldorf receſſiſſe, dixerunt: Sufficit nobis quod uno caſtro expugnato & civitate ab obſidione liberatâ noſtrum obtinuimus & perſecimus propoſitum & intentum, ſicque Babaris non expectatis in Auſtriam ſunt reverſi; quo prædicti Principes & comites audito & ipſi ad propria redierunt, Muldorf amplius non impugnantes.

Anno Domini MCCCLXV. Dominus Karolus Imperator & Rex Boemiæ intravit curiam Avenionenſem, ubi tunc ſedes Apoſtolica erat, cui Urbanus Papa inter alias amicitias ſibi oſtenſas, conceſſit ut Archiepiſcopus Pragenſis ſit Apoſtolicæ ſedis legatus per ſubjectas ſibi Dyoceſes & per duos alios Epiſcopatus videlicet Babenpergenſem & Ratisponenſem.

Anno Domini MCCCLXVII. Dominus Karolus Imperator & Rex Boemiæ vocatus à Domino Urbano Papâ (g) intra- (g)
vit Italiam cum militiâ glorioſâ pugnaturus contra Mediolanenſem & Veronenſem & fautores eorum quia Epiſcopatus & res eorum violenter poſſederunt, Dominum Papam & omnia ejus præcepta nihili reputantes: Dum autem Theutoniei & Bohemi diu incaſſum laborâſſent, tandem ſubtractis ab imperatore ſtipendiis, multi eorum moriebantur; alii verò cum infirmitate alii cum paupertate ad propria redierunt. Ipſe verò Imperator Romam ingreſſus Dominum Papam prædictum cum omni ſolempnitate ac reverentiâ ac Romanorum Tripudio in cathedram collocaverunt Apoſtolicæ dignitatis. Licet autem multa particularia bella contra Mediolanenſem commiſit per plures annos, Tyrannidem tamen ejus reſtringere non valebat unde Imperatore in Bohemiam reverſo, Domi-

(d) Andreas apud Eccardum l. c. p. 2111. hæc. ex Chronica, *ſicut legit* recenſet.
(e) hæc leguntur in Chron. Bav. audicæ à Frehero editi. Sed explicatius hic referuntur.
(f) & hæc apud Freh. in Chron. Bav. ſed multò contractius narrantur; nec non & apud Eccardum in Chron univerſ. pag. 2115.
(g) apud Eccardum l. c. pag. 2115. in Andreæ Chron. univ. eadem leguntur, ſed multò hic prolixius.

nus Papa ab eo derelictus ſe iterum tranſtulit Avionam ubi etiam tempus modicum ſupervixit.

Anno Domini MCCCLXX. Obiit Dominus Urbanus Papa in vigilia S. Marci, ſed jam per ſpatium unius anni & diutius rema-
(h) net (h) inhumatus quia ut aliqui dicunt, in Româ ubi ſepulturam elegerat nondum poterat commodè ſepeliri; vel ideo ut alii dicunt ſervatur inſepultus quia divinâ clementiâ ad corpus ejus crebra & magna miracula operatur.

Anno Domini MCCCLXXII. Ipſe eſt annus triceſimus ex quo ſaturnus ingreſſus eſt primum punctum capricorni ſæva illa peſtilentia de quâ ſuperius (i) ſcri- (i)
ptum eſt, per quatuor menſes, videlicet Julium, Auguſtum, Septembrem, Octobrem, latius ſæviit quam prius unquam audiverim, quæ circa illud tempus Conſtantinopolim, venetias & quaſi totam Alemaniam depopulavit.

Anno Domini &c. *His Andreas Presbyter Ratisp. ſuâ manu hæc ſubſcripſit, in iisque deſiit:*

„ Require reſiduum in Chronicis quæ
„ alibi ſcripſi & eſt de quodam Spiritu
„ qui Ratisponæ, auditus eſt, ſed non
„ viſus. (k) (k)

(h) ætatem auctoris indicat hic Locus.
(i) V. in Chron. univ. apud Eccardum.
(k) nimirum in *Chronica Generali* ad an. MCCCLXXI. apud Eccardum T. II. Corp. Hiſt. med. ævi. col. 2116. & ſeq.

ANONYMI

ANONYMI MONACHI

EMMERAMMENSIS

BREVE

CHRONICON BOJOARIÆ

Ab anno Chriſti DCCXXXII. ad annum MLXII.

* * *

Ex Membranis vetuſtiſſimis

Bibliothecæ Bavaricæ.

Præfatio

ANDREÆ FELICIS OEFELII

INſigne hocce Antiquitatis Boicæ Monumentum diligentiæ Monachorum *Ord. S.Benedicti* in antiquiſſimo Bojoariæ aſceterio ad D. EMMERAMMUM *Ratiſponæ*, unicè debet poſteritas, qui illud ad oras vetuſtiſſimi Codicis Membranei, Capitibus XCIX. totam Aſtronomiæ Eccleſiaſticæ & civilis materiam complexi, alleverunt. Legitur autem ad marginem Capitis VIII. quod *Cyclum Magnum Paſcalem* ab *Anno I.* ante incarnationem Domini, usq; ad añum Domini *Milleſimum ſexageſimum tertium*, in quo deſinit, complectitur. Unde etiam ætatem Codicis deprehendere licet, è variis collecti, præcipuè tamen BEDA, ex cujus Opere *de Natura Rerum* in fine excerptum accedit. Opus Aſtronomicum ita incipit: *In nomine Domini Omnipotentis hic Capitularium libri incipit calculazionis.* Sequuntur tituli Capitum XCIX. centeſimi numerus duntaxat rubricâ expreſſus. Cætera verò deficiunt. Et ab eo, quod modo memoravimus BEDÆ excerpto excipiuntur, cujus item capita quinquaginta in quorum poſtremo legitur: *Explicit Liber de Natura Rerum*, quæ tamen pleraque quoad ſtilum, ordinem & contextum ab Editis BEDÆ ſongè abeunt. Sed ad majus illud Opus Aſtronomicum, ut redeamus, lubet finem ADBREVIATIONIS CHRONICÆ (ita Caput primum inſcribitur) hic inſerere.

A Juſtiniano usque ad Pippinum Seniorem fiunt Anni II. à Pippino Seniore usque ad Carlum Anni XXVII. à Carlo usque ad Pippinum anni XXVII. Et à Pippino & Carlomanno usque dum Pipinus Rex conſtitutus eſt, fiunt Anni X. (1) *à Pippiuo* (1) *verò usque ad Carlum & Carlomannum Anni XVII. & à Carlo & Carlomanno usque ad Carlum fiunt Anni IIII. Et inde Domnus Carlus ſolus regnum ſuſcepit, & Domino protegente gubernat usque in* Præſentem annum *feliciter, qui eſt annus regni ejus XLII. Imperii autem VIII. Sunt autem totius ſuñæ ab Origine Mundi usque in præſentem Añum DCCCXVIII. incarnationis Domini IIII. DCCLXXI.*

Capite V. hujus Operis MARTYROLOGIUM occurrit *Excarpſatum cum Alphabetis ad Lunam inveniendam*, quod omninò Hagiographorum oculis & examine dignum credimus, ſed ad alia nos vocat Inſtituti noſtri ratio.

Cæterùm quâ ratione inducti CHRONICON ad marginem *Cycli Magni* adjectum tam confidenter Monachis Emmeramenſibus tribuamus, Argumentum in cauſa fuit ferè totum Eccleſiam illam ſpectans. Geminam manum hanc operam in ſe ſuſcepiſſe caracterum, etſi ejusdem ferè ævi, differentia arguit. Uterque Monachus *Ratiſponenſia* præcipuè & *Emmeramenſia*, è quo tum aſceterio Præſules, ut plurimum legebantur, annotavit; admixtis ſubinde aliis res Bojorum univerſim ſpectantibus.

(1) erat inter lineam ſcriptum hoc loco DCCL.

Pervenit Codex iſte vetuſtiſſimus anno *MCCCCLXXXVIII.* in poteſtatem litteratiſſimi ſuorum quidem temporum Viri, HARTMANNI SCHEDELII *Noribergenſis*; cujus incredibilis diligentiæ teſtimonia alio loco proferemus in medium; Is reciſis duobus in capite & calce foliis, quæ Emporeticæ ſervando Codici uſum præſtant, vetuſtiorum fortaſſe Poſſeſſorum indicia ſimul abolevit, etſi de cætero Codicem omnibus, quæ ſeculum illud ferebat, Bibliopegorum Elegantiis aſſeribus, corio, umbelicis, cornubus omnia novis, exornari fecerit. Inde cum reliqua Schedelii ſupellectile libraria, copioſiſſima illa, in recens adornatam ALBERTI V. verè MAGNANIMI Bavariæ Ducis BIBLIOTHECAM BAVARICAM, illatus, eandem hodie quoque exornat numero CCX. ſignatus & folia continens hodie CLXIII. numerante *Schedelio*.

Anno Incarnat. Domini.

DCCXXXII. GAubaldus ordinatur Epiſcopus indict. xv. Epact. Lunar. xx. Concurſ. Septiman. II. Nativ. Dom. Fer. III. Init. quadrageſ. VII. Id. Mart.

DCCXLIII. Karolus Imperator Natus eſt.

DCCLVI Sintpertus ordinatur Epiſcopus.

DCCXCII Adaluuinus ordinatur Epiſcopus

DCCCXIIII. *Karulus Imperator Fin.*

DCCCXVII. Baturicus Epiſcopus ordinatur.

DCCCXLIIII. *Salzpurc cremata eſt.*

DCCCXLV. *Pattavia crematur.*

DCCCXLVIII. Erchanfridus ordinatur Epiſcopus.

DCCCLVIII. Ambricho ordinatur Epiſcopus.

DCCCLXII. *Erchanfrid Finit.*

DCCCLXV. *Terræmotus Fuit.*

DCCCXC. *Sic cremata eſt Radiſsbona. Ambricho Eps. Ethicco Abb. Fin.*

DCCCXC. Aſpertus ordinatur Epiſcopus.

DCCCXCIII. Aſperht Epiſcopus finivit.

DCCCXCIIII. Tuto ordinatur Epiſcopus.

DCCCXCV. *Zuendipalc dux finit.*

DCCCXCVI. *Terræmotus ſecundus fuit.*

DCCCCVI. Radasbona igne cremata.

DCCCCVII. Exercitus Bajouuariorum occiſus fuit.

DCCCCXXXIII. Iſangrim ordinatur Epiſcopus.

DCCCCXLII. Guntharius ordinatur Epiſcopus. poſt xxx. Hebdomed. obiit.

DCCCCXLIIII. *Michahel accepit ferulam.*

DCCCCXLV. *Occiſio Paganorum ad Vueles.*

DCCCCXLVII. *Berachtoldus Dux obiit.*

DCCCCXLVIII. *Heinricus Dux effectus eſt. Et Otto Rex Radasponam venit. Et ingens Thonitruum factum eſt.*

Occiſio Paganorum ad Norrun.

Perahtold Filius Arnulphi expulſus eſt de Norica. DCCCCLI.

Sćs. Wolfkangus ordinatur Epiſcopus. DCCCCLXXII.

Ramuoldus à Sćo. Wolfkango ordinatur Abbas. DCCCCLXXV.

Gebehardus primus, ordinatur Epiſcopus. DCCCCXCV.

Wolframmus ordinatur Abbas. M.

Wolframus injuſtè deponitur & Richoldus ſubſtituitur. MVI.

Gebehardus II. ordinatur Epiſcopus. MXXIII.

Heinricus Imperator obiit. Chuonradus Succeſſit. MXXIIII.

Richoldus cæcitate percuſſus S. Hartuuico Abbatiam reliquit. Is anno II. ſponte regimen Monaſterii deſeruit, cui Burchard ſucceſſit. MXXVIII.

Gebehardus III. ordinatur Epiſcopus. MXXXVI.

Burchard Abbas apud Romam in Paſcali die defunctus eſt. Cui ſuccesit Ovdalricus. MXXXVII.

Beringerus ordinatur Abbas. MXLIIII.

Reginuuardus ordinatur Abbas. MXLVIII.

Translatio Sći. Wolfkangi Epiſcopi & dedicatio criptæ ejus. MLII.

Otto ordinatur Epiſcopus. MLX.

Conbuſtio cœnobii Sći. Emmerammi id. Aprilis. MLXII.

Anno ſequenti Fiuit liber de ciclo Magno paſcali à C.N. usque ad A. C. MLXIII.

ANONYMI

ANONYMI MONACENSIS
BREVE
CHRONICON BAVARIÆ

Ab Anno Chriſti MCCCCLXXXVII.

Ad Annum MDVI.

* * *

Ex Auctoris autographo edidit

ANDREAS FELIX OEFELIUS.

Monitum.

AUthor ille quisquis fuit, *Monachii* in Aula ALBERTI IV. *Sapientis* vixiſſe in ipſo ſtatim exordio deprehenditur. Nactus is fuerat JOANNIS REGIOMONTANI *Ephemerides* Anno MCCCCLXXXIIII. *Venetiis* per *Erhardum Ratdolt* Auguſtenſem typis impreſſas, ad Annum usque MDVI. pertingentes. His varia, quæ tempore ſuo memorabilia ſubinde acciderunt, allevit; multa quoque Aſtronomica admiſcens & Hiſtoriam Meteorologicam Bojoariæ tum & Naturalem Oeconomicámque ſpectantia, ut virum fuiſſe minimè illitteratum agnoſceres. Excerpſimus Hiſtorica omnia, eò promptius, quod magnam mihi ſemper fidem habere viſa ſunt, quæ quisq; ſibi annotanda duxit, quod omnes fallendi cauſas procul habeat, quisquis ſe ipſum docet. Nactus ſum autem Monumentum iſtud è Bibliotheca Viri Doctiſſimi JOSEPHI WAGENECKERI Monacenſis Presbyteri.

Anonymi

Anonymi Monacenſis breve Chronicon Bavariæ

Ab anno Chriſti MCCCCLXXXVII. ad annum MDVI.

ANno MCCCCLXXXVII. *iſt mein gnädige Fraw Kunigund Kayſer Fridrichs Tochter, Herzog Albrechts Gemahel hier zu München des allererſten eingefahren des IX. Tag Januarius, nachmittag zwiſchen drey und vier Uhr.*

Anno MCCCCLXXXVIII. *iſt unſer gnädiger Herr der König in der von Pruck in Flandern Fänckmus komen des V. Tags Februarius zwiſchen IX. und X. Uhr nachmittag.*

Eodem anno *iſt mein gnädige Frau Kunigund ires erſten Kind niderkomen an Sant Philipp und Jacobs Tag vor Mitternacht um XI. Uhr, und iſt ain Tochter.*

Anno MCCCCLXXXIX. *iſt unſer gnädiger Herr der Kunig (Maximilian) hie zu Munchen das erſtmal eingeritten den XXVII. Tag May VI. Stund XV. Minuten.*

—Anno MCCCCXC. *am Erchtag des achten Tags Junius iſt vaſt ein groſſer Wind geweſen der hat um die Stat in den Dörſfern bey zwayhundert Häwſer und Wändt umgeworffen.*

Eodem anno *iſt die Glocken von unſer Frawen von Regensburg ankomen die alda anderſt gegoſſen worden. Iſt geſchehen am pfinztag nach unſer Frawen Geburt.*

Anno MCCCCXCI. *den XXIIII. Junius iſt die Iſer vaſt gros geweſen. Item VI. Jar darvor iſt die Iſer auch gros geweſen* Anno LXXXV. *umb Sant Joannes Tag.*

Item *XIIII. Jar darvor iſt die Iſer auch gros geweſen* anno LXXVII. *um Sant Peters Kirchtag am Herbſt. Item XXIX. Jar darvor iſt die Iſer vaſt gros geweſen* An. LXII. ad LXIII. *um Sant Peters Kirchtag.*

Anno MCCCCXCII. *Koſtet hie das Paumohl das Pfund XIIII. Pfenning.*

Eodem anno *den VII. Tag Novembris iſt der groß Stain gefallen um Mittag zwiſchen Wettenhaim und Enſishaim aus frewen Wolcken und hat III. Centner gewogen.*

Anno MCCCCXCIII. *des IIII. Tag Octobers iſt das Waſſer ſo gros geweſen das es die Hewſer hingeſürt hat im Premer, und das hat ſich angefangen zu Morgens um die drit Stund, nach ſag, ſo hat es mer dan acht tauſend Menſchen hingefurt und ertrenckt. Auch zu Potzen iſt es vaſt groß geweſen, das man ſich gar hart beſorgt hat.*

(m) (m) *Vermerckt den Schaden den das Waſſer hat geton im Pramer am Freytag vor Simon und Jude nachmittag zwiſchen XI. und XII. im XCIII Jar.*

Item im Pramer LVI. Hewſer, zwo Kirchen.

Item zw Sperſal ain gantze Stadt und achthundert Menſchen.

Item zu Klemau zwo Vorſtet, pey tauſend Menſchen.

Item zu Tereſſis all Müll hingefurt und tauſend Menſchen.

Item zwiſchen Nyſerenz und Padaw zwei tauſend Menſchen.

Item in der von Ferrar Land wol halbe Welt.

Item in des von Gortz land groſſen Schaden.

Item einen Marckt ganz verderbt.

Item zu Rawchris alles Pley und all Schmelzhütten uber vierzigtauſend Gulden Schaden geton.

Eodem anno, *den XXII. May am mittichen ze nacht hat ſich das Fewr zu Schongaw angefangen und iſt nahend die ganz Stad abgebrunnen.*

Eodem anno, *dem XIX. Auguſt, am Mantag iſt der Keyſer Fridrich geſtorben zwiſchen X. und XI.*

Den XIII. zuvor iſt der groß Reiff gefallen, und den XVI. wider, aber nit ſo groß als der erſt.

Eodem anno, *den XV. October galt alhier das Korn, ain Schaffel VI. Schilling Pfenning, und das allerpeſte VII. Schilling Pfenning, den XII. November galt das Korn VIII. Schilling 15. Pfenning und das ergeſt VII. Schilling Pfenning.*

Eodem anno, *den V. December hat es hier einen groſſen Donner getan nachmittag zwiſchen fünf und ſechs Uhr an Sant Niclas Abend.*

Anno MCCCCXCIIII. *den XIIII. April am Montag iſt alhier in Munchen die Kirch zu unſer Fraw geweicht worden.*

Anno MCCCCXCV. *den X. Martii an Erichtag Nachmittag gleich um drei Stund iſt Sant Arſaci gen Munchen eingeſürt, zw unſer Frawen Thor.*

Eodem anno, *den XIX. XX. und ſonderbar den XXI. Tag Junins, ſeind faſt groß Wind geweſen und haben den Korn faſt groſſen Schaden getan, und mer dan den halben Tail ausgeſchlagen, allein von den Wind und hat keinen Schaur gehabt.*

Anno MDI. Primâ Februarii *an Mantag an dem Liechtmeß Abend Vormittag zwiſchen newn und zehn Uhr iſt Herzog Sigmund von Bayrn geſtorben, dem Gott genad. und iſt begraben am Mittichen nach Liechtmeß Vormittag um die zehnte Stund.*

Anno MDII. *in der Wochen Urbani* (n) *hat das Korn golten ein Schaffel vier Pfund Pfenning, und ein Schaffl Haber XII. Schilling Pfenning, die Gerſten XX. Schilling Pfenning.* (n)

Anno MDIII. *den erſten Tag December iſt Herzog Jorg von Bairn geſtorben in der Nacht zwiſchen X. und. XI. oder des XXX. Tag Novembris X. Stund und XXX. minuten Nachmittag.*

Anno MDVI. *den XXI. Auguſt iſt Herzog Albrecht gen Lantzhuet eingeritten des erſten, Nachmittag drew Stund. XXX. Minuten.*

(m) in Schedâ inſertâ.
(n) Urbanus Papa. XXV. Maji.

PRIORIS

OTTONIS

(Prioris Waldſaſſenſis)

CHRONICON

WALDSASSENSE.

* * *

Ex Cod. MSC. carthaceo Bibliothecæ quondam
HUNGERIANÆ, *bodie* INGOLSTADIENSIS
Academicæ, deſcripſit
ANDREAS FELIX OEFELIUS
Bibliothecarius Bavaricus &c.

Accedit

EJUSDEM AUCTORIS

DESCRIPTIO EXTERMINII, MONASTERII SUI
SUB BELLO BAVARICO MAJORE.

* * *

Ex eodem Cod. MS.
Acad. Ingolſtad.

IN

OTTONIS

CHRONICON WALDSASSENSE

ANDREÆ FELICIS OEFELII

Præfatio.

OTTONIS, celeberrimi in Nariſcis Ordinis Ciſterzienſium *Monaſterii Waldſaſſenſis*, PRIORIS longè digniſſimi CHRONICON Aſceterii ſui, olim dignum erat, quod inter Patriæ Hiſtoriæ Monumenta locum ſuum publicis typis expreſſum tueretur.

Ejus quidem edendi jam pridem ſpem fecerat Eruditis ſui temporis, Monaſticarum Antiquitatum alter poſt WIGULAEUM HUNDIUM Illuſtrator Aſſertorque CHRISTOPHORUS GEWOLDUS, vir, quam diu BOJORUM res nominabuntur, ſemper cum laude & ipſe memorandus. Cujus utiliſſimum RERUM BOJOARICARUM SCRIPTORES edendi conſilium an mors, an caſus, an temporum iniquitas an denique æmulorum livor INGENIORUM REUS, per quem nulli diu tutum aut impunè fuit Patriæ utilem fuiſſe, interverterit, in præſentiarum diſcutere ſuperſedeo.

Ita autem ille de Ottone noſtro, ſatis perfunctoriè ut ſolent qui ex occa-
(o) ſione attingunt quæ mox ex inſtituto tractaturi ſunt: (o) *De Monaſterii hujus* (Waldſachſen) *primâ fundatione & incrementis aliisque ſcitu dignis ſcri-*
(p) *pſit annis abhinc CXVI.* (p) *peculiarem librum ſeu Chronicon quidam ejus loci conventualis, quod nactus à bonæ memoriæ Nob. ac Rev. D. Joanne Guilielmo de Holdingen in Pâring Canonico Cathedralium Eccleſiarum Ratiſponenſis & Pataviensis &c. una cum aliis* BOICARUM RERUM VETUSTIS SCRIPTORIBUS, *hactenus ineditis; paulò poſt Deo favente publici juris faciam.* Ottonem noſtrum hic præ oculis habuiſſe Gewoldum, tempora conferenti dubium non erit.

Explicatius paulo de OTTONE noſtro agunt CAROLUS DE VISCH, & GASPARUS JONGELINUS Ciſtercienſis Ordinis Bibliothecarii, GUILIELMUS EISENGREINIUS noſter, ANTONIUS POSSEVINUS & JOANNES HALLERVORDIUS qui tamen plerique dum mutuò ſe exſcribunt in rebus Ottonis noſtri hallucinati ſunt.

Ipſum igitur potius audire præſtat ita in rebus Nicolai V. de ſe diſſerentem: „*Anno MCCCCLXXVI. natus ſum, ab eo tempore uſque dum hoc con-*
„ *ſcripſi, anno videlicet MDVII. anni effluxêre XXXI.*

Unde corrigendus error *Guilielmi* EISENGREINII Profeſſoris & Theologi in Academia Patriâ nominatiſſimi (q) qui OTTONEM noſtrum cum alio ho-
(q) monymo confundens an. MCCCVIII. mortuum tradidit; quem poſtea non ſolum multi gregarii compilatores, ſed ipſe etiam JOANNES HALLERVORDIUS *Regiomontanus* in non contemnendo *de Hiſtoricis Spicilegio*, ſecuti ſunt. De quo Ottone, ejuſdem cœnobii Abbate alio tamen à noſtro mox pluribus acturi ſumus.

De Patria, parentibus & re familiari non ipſe non alius quidquam nos docuit. *Religionem* (pergit ille loco eodem) *ingreſſus ſum anno MCCCCXCVI.*

Tempus verò & occaſionem ſui in Ordinem Ciſtercienſem ingreſſûs diſtinctius paulò memorat ſub ERHARDO II. Abbate, qui anno MCCCCXCIIII. ipſo die *D. Thomæ* diem ſuum obiit: *Hoc anno peſtis magna in tota fermè Germania &c. qua mortalitate poſt longam decumbentiam mortem vix evaſi. Eo anno poſtquam convalui fugam meditatus deſpectâ mundiali vanitate religionis habitum hoc loco, Deo cooperante, ſum indutus.* Quibus quidem quoad annum in-

(o) ad Metrop. Saliſb. Wigulæi Hundii P. III. §. Walrſachſen. p. m. 314. edit. Ratiſpon. 1719. in fol.

(p) abſolvit opus ſuum Otto noſter circa A. 1505. anno verò 1620. hæc de eo memoravit Gewoldus.

(q) In Catalogo teſtium Veritatis. Dilingæ 1565. in 4. p. m. 128.

ingreſſus contradicere videntur ea quæ ſuperius ad annum MCCCCXCVI. memoraverat, niſi dicamus eum anno MCCCCXCIIII. biennium *novitiatûs* auſpicatum, poſitóque hoc tyrocinio vitæ monaſticæ annos demum ab anno MCCCCXCVI. computare cœpiſſe.

Anno certe MCCCCXCIIII. jam egiſſe in monaſterio ea convincunt quæ in rebus JOANNIS IIII. Abbatis, de viſis illo anno ſub Georgii regimine ædificiis, poſtea ſubmotis, memorat.

Studiorum gratiâ Otto noſter Lipſiam miſſus à GEORGIO I. Abbate, quem ipſum *Artium determinatorem Lipſenſem* fuiſſe tradit. Meminit enim ſe an. MDI. kalendis Januarii, in Academia Lipſienſi vitam agentem RAYMUNDUM nuntium Apoſtolicum, grandævum ſenem jubilæi celebrandi gratiâ in Germaniam miſſum, ſacra libantem miſteria per ſex horas, coram vidiſſe. Inde redux, ſacerdotióque admotus, brevi, poſt varia vitæ monaſticæ officia, ad Prioratûs denique dignitatem pervenit.

Excidium Monaſterii quod bello Bavarico contigit & noſter peculiari ſcripto ut haloſin Trojæ deploravit è quiete & cellâ, excitum OTTONEM *Egram* usque (ubi olim Domum poſſidebat Monaſterium ad ſubitos caſus refugium) & Turſenreutam quò Abbas confugerat unà cum Sociis pepulit. Contigit id anno MDIIII. uti pluribus in Chronico ſuo poſtea memoravit.

Anno proximè ſequenti, cum quidam ablatas ea in direptione Sanctorum reliquias, ornamentis & rubricis tamen ſuis ſpoliatas Monachis retuliſſent atq; reſtituiſſent, cineres illos, quod dignoſci jam non poterant retro ſummum altare templi terrâ obrui & recondi præcepit. Quæ cum res ſit auctoritatis, oportet eum jam tum *Prioris* officium & munus geſſiſſe. Ex eo certe officio ad Abbatialem dignitatem aſſumptum fuiſſe, Carolus de Viſch memorat ſcriptor Ordinis præcipuæ in his auctoritatis, niſi eminùs ſcribentem domeſtica monumenta deſtituiſſent, vel ille Bruſchium conſulere in animum induxiſſet; qui Monaſteriologiæ ſuæ Centuria I. (r) Catalogum Abbatum Waldſaſſenſium ſatis diligentem contexens *Ottonis* Abbatis nusquam meminit, poſt Georgium hujus nominis ſecundum, ſub quo Otto Prioratum geſſit. Meminit autem Ottonis cujusdam Abbatis ad Initium Seculi XIIII. poſt Theodericum Abbatem XIII. his verbis Bruſchius l. c. (r)

XIIII. Otho ex Priore Abbas factus eſſe legitur anno MCCCVI. fuit vir doctus, ſcripſit latinè Anteceſſorum ſuorum breves Annales. Præfuit duobus annis laudabiliter & viam univerſæ carnis ambulavit anno gratiæ MCCCVIII. Hæc ille, quæ ſine dubio oſcitanter legentibus, ut fit, confundendorum inter ſe Ottonum anſam præbuerunt, quod in plerisque præter quam in tempore ratione convenirent, uterque enim & *Prioris* officio & *Chronographi* munere functus legitur juxta Bruſchium, ſed noſter in Chronico ſuo meminit quidem Ottonis hujus, ſed à moribus priſtinis úsque laudatis, poſtquam ſemel ad Abbatialem dignitatem evectus fuiſſet defeciſſe memorat, nulla interim ne minima quidem conſcriptorum ab eo annalium Monaſterii ſui, quorum Bruſchius & Bibliothecarii Ordinis meminerunt factâ mentione. Ita ut vero non videatur abſimile auctores iſtos binos hos *Ottones Waldſaſſenſes* inter ſe confudiſſe, Bruſchiumque Chronographo noſtro ſupparem, viſo fortè Catalogo breviori noſtri OTTONIS, eundem *Ottoni* Abbati tribuiſſe, omnem autem poſt Excidium Monaſterii Ottonis noſtri memoriam defeciſſe, & BRUSCHII ſilentium evincit, & Conventualium paucitas, cujus ipſe Otto meminit, facilè perſuadet. Cui accedit, quod ipſe OTTO lucubrationes ſuas ſtudioſè preſſerit, nec pro publicâ notitia, ſed privatâ confratrum ſuorum conſcripſerit uti conceptis verbis in Proſphoneſi *Excidio Monaſterii* ſui præmiſſâ teſtatur.

Mortem denique oppetiiſſe noſtrum anno MDVIII. Bibliothecarii Ordinis, modo laudatus CAROLUS de VISCH Prior *Dunenſis* in *Bibliotheca Ciſtercienſi* (s) & GASPAR JONGELINUS *Euſſerthalenſis* Abbas in notitiis Ordinis ſui L. III. eximiæ raritatis opere, tradiderunt. (s)

Et hæc ſunt quæ de Ottone ex aliorum ſcriptis & propriis ejusdem colligere potui; pauca fateor ſed plura tamen quam aut retulerint ante me alii, aut in eo Hiſtoriæ litterariæ apud nos neglectu, ſperari potuerint.

G 2 Su-

(r) Ingolſtadii apud Alexandrum & Samuelem Weiſſenhornios Fratres A. 1551. in fol. edit. pag. 68. a & ſeqq.
(s) p. m. 258.

Supereſt ut de ipſo Ottonis Chronico pauca præmittamus : Illud duabus partibus abſolvitur, quarum Priore ipſæ Monaſterii *Waldſaſſenſis* ORIGINES ab anno Chriſti MCLIII. & REVELATIONES QUÆDAM CONSOLATORIÆ (uti ibi audiunt) *Sanctis quibusdam Patribus hujus loci factæ* continentur.

Poſteriori ABBATUM *geſta*, Monaſterii incrementa, acceſſiones, jacturæ caſúsque & viciſſitudines unà cum temporum Hiſtoriâ recenſentur.

Revelationes quod attinet, omnes ex *Ven.* JOANNIS de ELLENBOGEN Abbatis *Waldſaſſenſis* hujus nominis *tertii Libello* DE VITA VENERABILIUM MONASTERII ſui deſumptæ ſunt ; quem primus è Cod. MS. Bibliothecæ Academicæ *Baſileenſis*, ſuppeditante doctiſſimo ejusdem Præfecto JOANNE CHRISTOPHORO ISELIO publici juris fecit & Tomo VIII. *Bibliothecæ* ſuæ *aſceticæ* §. IV. p. m. 465. inſeruit de republica litteraria meritiſſimus BERNARDUS PEZIUS.

OTTO tamen Abbas contractius pleraque & ut fortè credidit, elegantius complexus eſt, uſus codice anno MCCCCXX. exarato uti quidem accipienda puto verba illa quæ ad finem Prioris Chronici Partis leguntur.

Quem verò auctorem ſuſpicatur duntaxat ſagaciſſimus PEZIUS *Joannem* Abbatem de *Cubito* ſive *Ellenbogen*, loco natali dictum, cum indubitatum auctorem prodit & docet OTTO noſter, *Joannem III.* hujus nominis Abbatem *Waldſaſſenſem* deſignando. Miretur aliquis eundem Ottonem poſtmodum in vitâ & Actis *Joannis* hujus, ejus tamen ſcriptorum nec minimam mentionem facere, niſi vetus ac familiare eſſet OTTONI, juxta ac aliis illius temporis Chronographis Monachis, Hiſtoriæ litterariæ aut nullam aut perexiguam rationem habere, ſi modo ea excipias ab hâc cenſurâ quæ noſter de DANIELE & MARQUARDO Abbatibus, Bibliothecariis Ordinis etiam non immemoratis, ſatis diligenter notavit.

Eidem Hiſtoriæ Litterariæ neglectioni haud dubiè imputandum quod nullum monumentorum veterum, ceu fontium, è quibus res geſtas hauſerit, indicium reliquerit Scriptor noſter, ſeu quod inutile crediderit ad Domeſticos teſtes nunquam producendos, provocare; ſeu quod pleraque monumenta hoſtilis flamma abſumpſit, quo majorem nos gratiam inituros exiſtimamus, cum apud Patriam univerſam, tum apud hodiernos florentiſſimi (ſi diſcordiæ abfuerint & majorum Reverentia redierit) Monaſterii incolas, ſi tam luculendum Monumentum typis publicis committendo oblivionis & interitûs periculis caſibúsque unâ operâ eripiamus.

Aliorum de OTTONIS Chronico Judicia Elogiáque quod attinet, ejusmodi ſunt ut à plerisque (ſi modo Gewoldum excipias) nec lectum nec viſum cupias credere.

CAROLUS de VISCH *Hiſtoricum* vocat *non contemnendum*, cui judicio ultro ſubſcribimus, uti etiam, dum ait eum *annales anteceſſorum ſuorum ſtilo eleganti* (ſi Elegantias monaſticas illorum temporum innuit) *conſcripſiſſe qui Hiſtoricis Bavaricis uſui eſſe poſſint.*

GUILIELMO verò EISENGREINIO, *Vir audit* OTTO noſter *omni doctrinarum genere clarus, Philoſophus & Orator eminentiſſimus, Hiſtoricus celeberrimus.*

Eundem haud dubiè ſecuti ſunt JONGELINUS & ANTONIUS POSSEVINUS in *Apparatu*, quorum neuter modo mihi ad manus; vidit tamen Prior Dunenſis, quem adduximus.

Nos uti Elegantiam ſtili in eo fruſtra requiramus, ita aliis dotibus ad Hiſtoriam ſcribendam non illiberaliter accinctum deprehendimus, quas inter metito primas ferunt: inſigne veritatis ſtudium, candórque ſingularis, quam utramque virtutem cum poteſt gratior ſemper erit cordatis viris OTTONIS noſtri ſtilus, etſi alicubi aſperior horridiórque, quam quorumdam hiſtrionica Eloquentia floſculis & pigmentis nativam rerum faciem deformans.

CODEX MS. quo in his edendis uſi fuimus chartaceus eſt in *octavâ* quam vocant forma. Is anno MDLXXXVII. in manus pervênit doctiſſimi & eloquentiſſimi Viri ALBERTI HUNGERI in Academiâ *Ingolſtadienſi* magni nominis Theologi, & poſt ejus mortem unàcum Bibliothecâ reliquâ *Hungerianâ*, Bibliothecæ *Academicæ Ingolſtadienſi* ceſſit, unde ad tempus depromptum, quâ eſt in promovendis bonis litteris, ſummâ voluntate & humanitate, benevolè

nevolè mecum communicavit, Vir elegantioris Litteraturæ in paucis inter noſtros ſtudioſus IGNATIUS CIRIACUS SCHMIDIUS, Presbyter Ingolſtadienſis & de Bibliotheca Academica multis nominibus meritiſſimus, ut qui ejusdem Codices MS.tos non ſolùm luculento Catalogo complexus fuerit, ſed & ejusdem præcipuum Auctorem, EGOLPHUM KNÖRINGIUM, notum Muſis Principem, eo nomine publicâ oratione typis excuſa laudaverit.

Chronici Waldſaſſenſis Ottonis Prioris

PARS ANTERIOR.

TAmetſi difficile' ſit Plinio Autore vetuſtis novitatem, novis auctoritatem, abolitis nitorem, obſcuris lucem, ſaſtiditis gratiam dubüsque fidem dare: Quia tameo nedum jucundum, verùm etiam perutile eſſe videtur priſcorum facta memorabilia Litterarum qualibuscunq; Monumentis ad poſterorũ notitiam transmiſiſſe, quandoquidem & antiqui 'olim teſte Valerio Maximo Virorum Illuſtrium fortia geſta coñuni quodam loco depingi faciebant, quo tempore ad hoc ſtatuto & ſenes urbium & adoleſcentiores confluentes eadem ſpectarent, ut ex hoc ad probè fortitérque agendum honoris ſaltem ambitione ducti facilius animarentur, aut certè aliorum exemplo inſtructi majorum virtutes egregias imitari cootenderent. Quam ob rem & ego operæ pretium me facturum arbitratus ſum, ſi inprimis Monaſterii hujus primordialem fundationem atque ejusdem ſucceſſivam profectionem incrementúmque quantum partim Antiquorum conſignatione partim Majorum relatu perdidici, ſtilo luculentiori extenſiorique perſcribere tentavero: Si denique primorum Patrum hoc loco in multa egeſtate degentium pia, imò miranda quædam facta, quo & piorum animos ad melioris vitæ frugem & reprobas mentes ad morum ſuorum correctionem poſſem allicere, in palam proferre conatus fuero: & quia Boecio atteſtante, quod *præcipiti via certum deſerit ordinem lectus non fortiter exitus*, ut ordinatiori via oarrationis ſeriem percorrere queam, à ſacri Ordinis noſtri Ciſtercienſis primi loci fundatione exordiendum duxi ſermonem.

Finit prefacio.

A. 1098. Anno itaque à Natali Chriſtiano Milleſimo Nonageſimo Octavo, duodecimo kalend. Aprilis, hoc eſt ipſo die depoſitionis Divi Patris noſtri *Benedicti* Abbatis, ſub Urbano II. Pootifice Maximo & Henrico Romanorum Imperatore tertio per *Robertum* Moliſmenſis Eccleſiæ Abbatem Ciſtercienſis novella Plantatio initium ſumpſit. Qui beatus ac Deo dignus cum fratres ſui monaſterii à via regularis obſervantiæ plurimum degenerare, & ſingulos primâ charitate relicta poſt pravitatem cordis ſui ambulare conſpexit, & ſe jam in corripiendo nihil penè proficere poſſe arbitrabatur: Quippe qui dum temporalibus divitiis habundare cœperint, magis magisque indies io deterios corruebant, plerumque enim rerum copia morum ingerit egeſtatem ut experientia ipſa in omnibus penè religionibus noſtrâ hâc tempeſtate heu! videre perſpicuum eſt. Quare èos relinquere ſtatuit, ne dum in eis fruſtra ſpirituale locrum quæreret, ipſe animæ ſuæ ſaceret detrimentum: *Fruſtra quippe niti & fatigando non niſi odium conquirere extrema dementiæ eſt.* (Saluſtius.) Quod ubi Pater ſanctus effectui mancipavit, eósque aliquamdiu deſerens, Moliſmenſes ipſi poſt viri Dei abſentiam in utroque ſtatim ruinam non mediocrem paſſi & tandem pœnitudine ducti, quod cum à ſe reliquerant, Sanctiſſimi Pontificis auctoritate freti ad ſe redire compulerunt. Qui poſtquam rediens denuò Monaſticæ diſciplinæ in eis obſervantiam reparáſſet, inter eos quatuor præ cæteris ſpiritu ſortiores, Albericus videlicet & Stephanus atque alii duo poſt clauſtralis officii rudimenta ad ſingulare Heremi certamen aſpirabant. Egreſſi igitur Monaſterium poſt multa perpeſſa incommoda in nemus quoddam ab incolis Ciſtercium vocitatum venerunt, in Burgundiæ ducatu ſitum, ubi manſiunculas tenues conſtruentes ibidem aliquamdiu in magna vitæ paupertate & anguſtia, in ſame & ſiti, in frigore & nuditate ac cæteris mille hujusmodi incommodis degentes tandem oratorium in honore Beatiſſimæ Dei Genitricis conſtruxerunt. Quo audito Beatus *Robertus* ſancti (Fundatio Ciſtercii.) eorum propoſiti particeps fieri cupiens cum vigioti & duobus ſratribus ad eos perrexit; Quibus cum aliquanto tempore paterna ſollicitudine præfuiſſet vitam eorum & mores ſecundum Beati *Benedicti* Regulam inſtituens ſeipſum religionis & honeſtatis formam exhibens & exemplum, quoosque per inſtantiam Monachorum Moliſmenſium Mandato Summi Pontificis ad Eccleſiam ſuam quam ipſe fundaverat, regredi cogebatur. Diſpoſitis itaque & ſalubriter ordinatis, quæ ad novæ Inſtitutionis obſervantiam pertinebat, Abbatem eis præfecit virum Deo dignum nomine Albericum unum de primis Moliſmenſis Eccleſiæ fratribus ipſe cum duodus aliis Moliſmum rediit.

Novella ergò plantatio prima in Chriſto firmiter radicata, B. Benedicti regulam quam profeſſi fuerant ſerventius obſervantes Deo jam infatigabiliter diu noctúque ſerviebant. Quam ob rem vitæ eorum ſanctitate conſpecta atque in tot tantisque corporalibus incommodis conſtanti perſeverantia auxilio & favore Domini *Odonis* Illuſtriſſimi Burgundiorum Ducis, Reverendiſſimi Domini *Hugonis* Eccleſiæ *Lingonienſis* Epiſcopi & Apoſtolicæ Sedis Legati venerabilis

bilis etiam Domini *Gualteri Cabillonenſis* Eccleſiæ Antiſtitis, in cujus Diœceſi locus ille ſitus eſt, Abbatia illa dilatari cœpit, & per *Urbanum* II. Papam confirmari, ita tamen quot habitus variatione & obſervantiarum quarundam ſanctâ novitate à prioris vitæ forma duntaxat diſcreti eſſent, ob id, qui prius *Nigri*, poſt *Griſei* propter habitûs ejusdem coloris geſtationem dicti ſunt. *Ciſtercienſes* autem à primi loci vocabulo nomen ſunt ſortiti. Defuncto autem poſt biennium *Alberico* viro ſancto, vir Deo ple-
(t) nus *Stephanus* ejusdē ſundationis tertius (t) Abbas ordinatione B. *Roberti* eidem ſucceſſit, ſub quo puſillus ille grex per temporis ſucceſſum & merito & numero augebatur.

Hic chartam charitatis conſcripſit, quam etiam poſtea Apoſtolica auctoritate confirmatam publicant, ſub *Paſcale II.* Summo Pontifice, qui etiam hunc ordinem ſublevavit, ac multum dotavit privilegiis *Henrico IIII.* Teutonicorum Rege imperium moderante.

Hic *Stephanus* cum de paucitate ad inceptum ordinem convertentium plurimum doleret: nam ob vitæ rigorem & obſervantiæ regularis auſteritatem pauciſſimi admodùm primitus convertebantur, quâdam vice cum ſuper ea re plus ſolito anxiaretur, vidit in ſomnis permagnam hominum copiam de valle viciniori ad locum properantem, de qua viſione etſi primùm admiraretur, divinæ tamen conſolationis præſagium minimè ambigebat.

Non multò igitur poſt *Bernhardus* annos natus circiter viginti duos cum ſociis ferè triginta ad Monaſterium Ciſtereii venit religioſum ibidem habitum aſſumens circa
A. 1115. annum Domini milleſimum centeſimum quintum decimum ſub Paſcale Papa II. & Henrico quarto Romanorum Imperatore. Qui Bernhardus Dei præventus gratia brevi tempore tantum profecit ut omnium ſe docentium in diſciplina morum virtutúmque profectu evaderet perfectior, ita ut Abbas novæ fundationi *Clarevallis* adhuc adoleſcens præficeretur. Cujus dum virtutum ſama divulgari cœpit & miraculoſis operibus indies magis magisque Domino Cooperante per eum crebreſcentibus in tanto fuit honore ut velut alter Moyſes apud omnes ſui temporis homines haberetur.

Cepit autem ſub hoc Beatiſſimo Patre Ciſtercienſis ordo mirificè augeri & auguſtiſſime dilatari ita ut in brevi videretur extendere palmites ſuos ad mare & usque ad terminos orbis propagines ſuos. Centum enim & ſexaginta Monaſteriorum Pater, ipſe extitit, quæ & induſtriâ & ſanctitate ſua procurante temporibus ſuis fundata ſunt.

Poſtquam autem Monaſterium cui præfuit triginta tribus annis in omni Sanctitate & Juſtitiâ feliciter procuravit & prævidit fideliter tandem poſt multarum virtutum inſignia & mirandorum eximiam coruſcationem poſt multos denique labores ſudorésque quos pro Sanctâ Romanâ ſede defenſanda tuendáque ſubivit beatiſſimo fine migravit ad Chriſtum, octingentos poſt ſe relinquens monachos Magiſterii ſui & Sanctitatis ſucceſſores. Anno Domini Incarnationis milleſimo centeſimo quinquageſimo tertio & ſexageſimo, poſt obitum ſancti *Malachiæ* quinto, ſub Eugenio III. ſummo Pontifice, ad quem librum octo conſiderationum elegantiſſime ſcripſit tempore Conradi III. Romanorum Imperatoris Electi, qui eodem Anno obiiſſe legitur Bambergæ; Ejus Beatiſſimi Viri tempore ſicut multa alia cœnobia ita & præſens inſignis locus fundatus eſt, qui WALTSASSEN vocabulum prænomen ſortitus eſt, eam fortè ob cauſam ut arbitror, quod primi Patres noſtri, Viri Sanctitate conſpicui ſub vilibus Tuguriis in denſiſſimo illo nemore aliquamdiu ſedebant in multâ paupertate & egeſtate degentes, Deo conſtanter ſerviverunt. Caſa autem quædam exigua ſub qua delituiſſe primum feruntur usque ad exterminium monaſterii alternatâ innovatione conſervata à pluribus eſt viſa. Inchoata autem eſt hujus loci fundatio uti antiqua quædam annotatio habet kalendis Octobris hoc eſt ipſo die D. Remigii Epiſcopi circa annum Domini milleſimum centeſimum triceſimum tertium, poſt fundationem domûs Ciſtertii triceſimo quinto ſub Innocentio II. Pontifice Maximo, Imperii Lotharii Regis anno ſexto.

Fuit ſiquidem eâ tempeſtate in partibus Weſtphaliæ nobilis quidam in arce *Volmernſtein* ſuper fluvio cui jura Auſtralis, ſeu Sclavica vocabulum eſt, ſita, Diœceſis Colonienſis: cujus primogenitus *Gerwicus* vir undecunque ſtrenuus & in armis multum agilis, ſeculi tamen vanitatibus multum deditus, qui cum rei militaris exercendæ causâ diverſarum provinciarum terminos perluſtrâſſet, tandem ad Illuſtrem Dominum *Theobaldum* Bavariæ Marchionem in arce *Vobenburg* juxta Danubium reſidentem pervênit, qui *Gerwicum* militem multâ morum curialitate præditum, armis ſtrennum, audacem agilem ac animi generoſitate fulgentem conſiderans, honorificè tractavit, móxque ſui ſimilem inveniſſe ſe gratulans, indiſſolubilis Societatis ſibi mutuò dextras dedere. Poſthac itáque loco quolibet ubi Torneamenta ac cæteri Ludi militares agebantur, pompâ multiplici tum pro ſuarum Exercitatione virium tum pro vanâ ſui Oſtentatione frequentabant in quibus tamen nunquā ſeſe ab invicem ſeparari patiebantur. Die tamen quadam cum ſimilibus ſe exercitantium intereſſent Ludis militaribus ut absq; invidiæ ſcrupulo Torneamentum ageretur Marchio & *Gerwicus* oppoſitis aciebus ad invicem caſualiter ſunt ordinati, & ne quis vel læderetur odio vel cuipiam favore parceret ut ſigna differentialia mutarentur conventum eſt. Quid plura dum acies contra aciem & miles contra militem rigoroſâ con-

(t) ita Cod. 3us. *leg.* ſecundus.

concertatione congrederetur actum eſt, ut Gerwicus vibratâ haſtâ adverſus Marchionem forti congreſſu dimicans ipſum licet incognitum lethali penè vulnere in gutture ſauciaſſet, quem cum amotâ galeâ Gerwicus agnoviſſet pro eventu tam inſperaro lamentabiles voces edidit: ſed Deus, qui humani cordis inſpector eſt, qui & ſuperbientem Saulum ſtravit, ur ſibi Paulum humilem ſtatueret, utriusque hominis ſtultitiam ſic compeſcere & ab hujuscemodi inertia abſtrahere eos volens ad actus tam ſibi quam aliis impoſterum proſuturos per hunc eventum quemadmodum ſubjiciam invitavit. Nam *Gerwicus* ut erat homo curialis ac liber ad propria ſe protious receptans ibique divina inſpiratione compunctus ſeculi vanitares reſpuens poſt dies paucos invitis etiam & renitenribus parentibus nocte quâdam clam domo diſcedens ad Monaſterium quoddam nigri Ordinis *Siberg* dictum tribus à Coloniâ Agrippina diſtans leucis pervenir, ibique ſanctæ Converſationis habitum aſſumens Deo purâ mente infatigabiliter ſervire contendebat. Ipſe verò Marchio tum matrimonii vinculo tum ſui principatûs regimini illigatus religionem ingredi nequibat, ut ſe votis religioſorum faceret participem Monaſterium *Reichenbach* in Ducatu *Bavariæ* ſitum, Ordinis ſancti Benedicti ſundavit atque hoc ipſum juxta ſtatûs ſui magnificentiam dotavit.

Poſthæc cum *Gerwico*, urbanitatis qua præ cæteris pollebat gratia hoſpitum receptio fuiſſet ſuo in Monaſterio commiſſa contigit præpoſitum Eccleſiæ *Ratisponenſis Chunonem* jam pridem præfatæ Eccleſiæ electum antiſtitem ex Academiâ Pariſienſi ad ſuam cathedram remeantem in eodem Monaſterio pernoctare quem *Gerwicus* ipſe vultu hilari ut ſolitus erat ad omnes, atque amicabili geſtu excipiens humaniſſimè pertractavit; ar ubi Electus ipſe fratrem *Gerwicum* ſermone modeſtum, hilarem vultu, diſpenſatione providum ac ſanctæ Religioois amatorem præcipuum, multis præterea honeſtioribus præditum moribus conſpiceret, placido ad eum vultu converſus; utinam frater vos meis, inquit, quemadmodum ego veſtris acquieſceretis votis, neque ego quidem à menſæ meæ conſortio neque à conſiliorum Secretis vos unquam paterer ſejungi, ſperans eo mihi meisque non modicam ſapientiæ & morum eruditionem pariturum. Gerwicus verò ſolerti animo præcogitabat ad præconceptum de arctiori vitâ propoſitum ab ipſo Epiſcopo non mediocriter ſeſe juvari poſſe, facie haud diſſimili eidem reſpondit: cum ego alas habeam obedientiæ nexibus colligatas absque Prælati mei ſavore aſſenſûque liberum non poſſum habere volatum. Electus itáque audiro reſponſo Abbatem loci multâ cum inſtantia pro donando ſibi fratre rogavit. Quo vix tandem obtento *Gerwicus* gaudenter *Ratisponam* perducitur, ibique omnibus brevi efficitur gratioſus. Morum ſiquidem gravitate atque affabilitate ſermonum, conſiliorúmque ſolertia cæteros quosque longè antecellebat. Inter hanc tamen curialium deliciarum affluentiam arctioris vitæ præconceptum propoſitum minime deſerens antiſtitem ipſum accedir, ſecretæque mentis ſuæ propoſitum aperit & ad perficiendum juxta animi ſui deſiderium quod propoſuit, locum ſibi dari inſtantiſſimè poſtulat: verum Epiſcopus ne jucundæ ejus præſentiæ privaretur ſolatio, propoſitum utcunque potuit diſſuadere conabatur: Mæſtus ob id *Gerwicus* Epiſcopi menſam deinceps accedere recuſat. Mittitur pro eo nuntius, ad prandium venire differt. Vadit pro eo Epiſcopus ad locum ubi orationi ſolitus erat vacare *Gerwicus* ac ad prandium ire jubet, cui tamen niſi votis ejus annueret penitus acquieſcere renuit. Adeptâ igitur ſponſione lætus atque interno gaudio quaſi jam voti compos, exhilaratus ad menſam vadit, & prandio ipſo exacto mox effectui mancipanda promiſſa poſtulat. Dar itaque præſul licet invitus litteras & quod intra Dioceſis ſuæ rerminos aliquo ſe loco ſolitario receptet, ſibi ſavet. Quibus acceptis loca nemoroſa varia circuivit abdita eorum perluſtrans. Tandem Dei cultor ad locum quemdam non longè jam à Monaſterio diſtantem vulgato vocabulo *Kolnergrun*, in aſcenſu vicinioris montis ſe demittit ubi vaſta tunc ſolitudo erat ſolis feris ac venatoribus pervia *Theobaldi* Marchionis diſtrictui attinens. Qui dum die quâdam venandarum ferarum gratia ad prædictum locum veniens ſylvam ipſam ſucciſam vidiſſet, quisnam tantæ audaciæ hoc ipſum attenrare præſumpſerit, indignabundus inquirit. Procedit igitur *Gerwicus* cum paucis quos ſibi ſociaverat ſociis, Epiſcopi litteras quibus ut ſcuto deſenſionis præmunitus erat, præſentabar: Quas erſi per indignationem parim adverteret præſentatis tamen perpendit in viris manſuetudinem & pudorem, quod ſibi nomen, & quis originis ſui locus eſſet, perquirit: at quod licet diu renitens humili voce depreſsóque vultu: *Gerwicus*, inquir, mihi nomen eſt; origo *Volmernſtain*. De equo igitur Marchio concitus reſilit, Gerwici collum dulci amplexu ſtringens, inflicti ſibi olim vulneris cicatricem oſtendit, priſtinæ recordatur Societatis mutuæ, liberaliter tantùm nemoris donat, quantùm unius diei itinere peragrari poſſit, neque enim plus Dei ſervi paucis conteoti affectabant: lætis igitur animis, qui Deo illic famulaturi convenerant, ſylvarum denſitatem extirpant, & tuguria, quibus ab imbre & tempeſtatibus tegantur, erigunt, ibique manſuros ſe penitus firmârunt. Verùm ubi die quâdam unus illotum ſpatiandi vel potius contemplandi gratia ſylvatum abditis ſollicitè perluſtraret fluviolum quemdam, cui *Wundrebe* vocabulum eſt, in convalle præterfluentem fertilem ac piſcibus opulentum reperit, cui veſtem loco retis immiſit, & piſcium copiam prendidit, quos cum ſociis attuliſſet, de fluvii decurſu ejus opulentiâ & loci aptitudine narrat, & prioris

loci

loci permutationem multis argumentis perſuaſit. Quam ob rem primum deſerunt locum circa fluvium manſiunculas erigentes ſe le reponunt, ibiq; quaſi magis apto, priore loco, poſthac ſe perſiſtere diſponunt, oomen ei *Waltſaſſen* concorditer imponentes. Eo tempore Beatus *Bernhardus* præfuit Clarevalliæ in ducatu Burgundiæ Liſngonenſi Diœceſi, quem devotus Gerwicus amore ſanctæ Religionis flagrans, accedit, fratres aliquos pro nova fundatione Ordini approprianda ſecum mittendos ſuppliciter poſtulabat. At verò fratrum paucitatem Pater Sanctus cauſatus, ſolatur tamen nihilominùs poſtulantem & obnoxius ſupplicanti Ciſtercienſem habitum tradidit propria eum donavit cuculla ſicque ad alia Ordinis loca pro expetendis fratribus remittit. *Gerwicus* ergò à cœpti propoſiti fervore nulla fatigatione avelli potuit, ſed circuit fidenter tunc conſtructa cœnobia pro inchoato loco monachos poſtulans: at ubi nuſquam audiebatur, poſtremò ad Abbatiam *Volkolderode* bienoio ante fundatam in partibus Doringiæ Moguntinæ dyoceſis pervenit, tres duntaxat poſt perſeverantem pulſationem Monachos impetravit: Qui prioribus adunati in fervnre ſpiritûs Deo ſedulum præſtabant famulatum, è quibus unum *Wigandum* nomine magnæ devotionis virum, qui & ipſe in amore Dei & fervore ſanctæ religionis cæteros præſtabat in Priorem elegerunt. Cúmque ſe in loco totâ mentis ſinceritate ſtabilire & Deo ſecundum Beati Benedicti regulam & Ciſtercienſis Ordinis inſtituta firmiter ſervire propoſuiſſet, nocte quâdam ad orandum more ſuo ſurgentes de cœlo eos Dei claritas circumfulſit, in qua viderunt inclytam Clericorum proceſſionem, & poſt eos quendam pontificali habitu ornatum aream ipſam cæteris ſibi miniſtrantibus præſulari ritu dedicantem; qui *Wigandum* ſub denſitate veprium latitantem tanquam cæreris præſtantiorem evocans mitiſſimâ eum voce affatus: Ne terrearis, inquit, Ego ſum Evangeliſta Joannes miſſus à Deo hanc aream mihi & ei quam in cruce mihi commendavit Matri ejus & Virgini dedicare, adjecitque, quod in ea divina ſervitus quam diu militantis Eccleſiæ famulatus Deo placeret, nunquam eſſet ceſſatura, quamvis cjus incolas, ut per multas tribulationes introeant regnum Dei, oporteat adverſa multa pati. Quibus exactis viſio ipſa diſparuit. Dehinc luporum maxima multitudo molares ad cœlum erigentium & horrendas emittentium voces apparuit, quo vel dœmonum dedicationi areæ vel multorum ſaluti inibi convertendorum invidentium vel preſſuræ incolarum præ-
(u) ſignantur. (u) Qua ſimiliter diſparente fama vulgatur undique, ad locum populus catervatim confluit, próque cœnobio conſtruendo larga Eleemoſynarum ſubſidia tribuebant. Abbas itaque de Volkolderode videns locum divino munere properari, debitum ibidem complevit monachorum numerum, ſicque ſucceſſivè locus ille non tamen ſine magnis laboribus ac ærumnis pluries eſt dilatatus. Poſt aliquantos igitur annos ubi Baſilica ipſa exſtructa fuit *Fridericus* Primus filius *Friderici* Ducis *Smeviæ* ex inclyta ac Nobiliſſima Stirpe *Carolina* Romanorum Imperator auguſtiſſimus in cpido *Eger*, quod Monaſterio eſt confine, cum filia ſupradicti Marchionis quam ſibi deſponſaverat, nuptiarum ſolemnia exegit. Cui pro dote diſtrictus ille Monaſterio adjacens datus fuit, ſicque locus hic quaſi à primordio fundationis ad tutelam Sacri Romani Imperii devolutus eſt. Denique nuptiis illis inter cæteros Dominus *Chuno* venerabilis antiſtes Ratisponenſis Eccleſiæ interfuit, quem fratres novæ illius domus pro Eccleſia ſua jam conſumata tanquam proprium dyoceſanum conſecranda, quâ decuit reverentia & humilitate requirebant. Movent ergò inter ſe & Epiſcopus ipſe ac cæteri, qui aderant Eccleſiaſtici viri quæſtionem, ſi humanâ iterare liceat manu, quod cœleſti miniſterio per Sanctos ſuos ipſe jam ante effecerat: Decretúmque eſt Eccleſiam iſtam ictu pontificali juxta ſanctæ Matris Eccleſiæ conſuetudinem, illa viſione non obſtante, debere conſecrari. Quare prædictus venerabilis aotiſtes cooperantibus ſibi aliis Prælatis atque Eccleſiaſticis, qui aderant perſonis, Baſilicam ipſam in honore digniſſimæ Dei Genitricis Mariæ ac virginalis ejus Comitis Sancti Johannis Apoſtoli & Evangeliſtæ pridie Idus Junii ſolenniter dedicatur Sereniſſimo Romanorum Imperatore Friderico Primo, cum omni penè Impe- A. 1179.
riali curiâ ſuâ præſente, anno ab incarnatione Dominica mileſimo centeſimo ſeptuageſimo nono, anno Imperii ſui ſexto & vigeſimo, poſt fundationem domus quadrageſimo ſexto: Quæ dedicationis dies per multa annorum curricula ſatis celebriter obſervata fuit: ſed quia ipſa die ingens populi caterva tum propter Reliquiarum ſanctarum, quarum magna habebatur copia, oſtenſionem tum etiam propter indulgentiarum participationem, ad locum confluebat, ſicque monaſterium nonnunquam haud mediocriter gravaretur, ob id dedicatio ipſa in octavam S. Martini traoslata fuit ſucceſſu itaque annorum propter tempnris diſcoovenientiam concurſus ille minorabatur, & ante illa tempora, quo hæc ſcripta ſunt, prorsùs abolitus fuit ſub *Joanne Vendl*, ut fertur XXVII. Abbate. Illud etiam unum oequaquam ſilentio tegendum ratus ſum, quod præſens illa domus in numero fundationum Mooaſteriorum Ciſtercienſium repertum eſt centeſimum, quo perfectionis numero majoribus noſtris ſignari viſum eſt, quod bonus ille Paſtor Evangelicus Dominus Jeſus, multorum à tramite veritatis aberrantium animas hoc loco pro veteris homiois exuitione ſibi jugiter famulantium tanquam centeſimam ovem perditam humeris ſuis ſanctis impoſitam ad Electorum ſuorum gregem voluerit foeliciter reportare. Ex hoc etiam Monaſterio quaſi ſecunda radice ſive ſtipite, tria alia olim ſatis famoſa cœnobia velut ſurculi recentes dominico in agro ſunt transplantati: Qui cum tempore incrementum ſanctæ Religionis ſummentes fructus ediderunt ſuaviſſimos viros religione conſpicuos

ſpicuos

(u) laborat ſenſus.

ſpicuos, qui ſuæ ſanctitatis odore totam illam circumjacentem terram repleverunt.

Prima Plantatio, veluti majorum relatu perdidici, eſt Monaſterium *Brunbach* in Franconiæ partibus, ab *Herbipoli* ejusdem Epiſcopatûs Metropoli quinque miliarium diſtantia ſitum: pro quo nobis tandem Monaſterium *Walderpach* quaſi vicinius & congruentiori loco nobis poſitum per Mulbronnen-
(x) ſes (x) ceſſit providendum.

Secunda eſt *Zedlitzenſe* Monaſterium in Bohemia quondam temporalibus bonis opulentiſſimum & in ſtructuris valdè egregium ea in re nec ſequendum ſibi, ferunt in or-
(y) dine viſum, (y) fundatum circa annos Do-
A. 1192. mini 1192. ſub *Gerlaco* Abbate Waldſaſſenſi tempore Eugenii Papæ III. & Conradi Romanorum Regis Tertii: Tandem per Huſſitas ut cætera ejus regionis Monaſteria ante annos Domini 1410. funditus eſt vaſtatum ac bonis omnibus ſpoliatum.

Tertia Plantatio *Oszegk* Monaſterium quoddam famoſum in temporalibus non mediocriter habundans fuit, fundatum ante annos Dominicæ incarnationis 1192. ſub Daniele Abbate Innocentii Papæ III. & Heinrici Sexti Romanorum Imperatoris Friderici I. filii temporibus, hoc ipſum etiam devaſtatum ac propemodum in nihilum redactum vix tandem ſingulari Abbatum induſtria reſtaurari cœptum eſt. Illic beatiſſimi Præcurſoris Domini digitus, quo eum, quem venturum prædixerat, præſentem demonſtravit, ſervatur, & eo velut præcipuo quodam ac nobili gaudet theſauro. Sic itaque locus ille quaſi alter Nili fluvius ex tribus illis paludibus ſuis omnem penè Ægypti terram adjacentes puta regiones, irrigans ſanctæ Religionis exemplis reddidit fertiliſſimam.

Illud etiam poſteros latere minimè volo, quod primus locus ab exordio quaſi fundationis juxta Beati Joañis Prophetiam continuis laboravit moleſtioribus adverſitatibus & vexationibus plurimis, ubi tum in cordibus fidelium refrigeſcere cœpit charitas malitiáque hominum nimis invaluit. Invaluerunt indies magis magisque adverſitates hujusmodi, & proh! dolor nos omnibus plus ſumus experti. Denique ut oſtenderet Dominus quam ipſi cura eſt de nobis, & quam juxta eſſet tribulantis cordi, non permiſit aliquando ſuos novit enim, qui ſunt
(;) ejus, usquequo deprimi varias ſæpènnmero conſulationum dulcedines tribulationum hujusmodi amaritudinibus promiſcuit, ita ut etiam dicere ſæpiùs potuiſſent; conſolationes tuæ lætificaverunt animam meam; Nam hunc locum pro ſuo cultu Deum ſibi elegiſſe, nemo eſt, qui ambigat, ut ex eo plures, quos prædeſtinavit ad vitam, ſalvi fierent ſibi fideliter famulantes: voluit præterea & hunc locum in honorem dulciſſimæ Matris ſuæ & ejus quem præ cæteris amicis ſuis, ſinceri amoris ditavit privilegio ſancto videlicet Joanni Evangeliſtæ dedicari ut eorum & hic in terris & in cœlis pariter gauderent patrocinio hoç etiam nonnihil ſpecialis conſolationis afferre videtur. Quod primis illis Patribus noſtris hujus loci fundamenta in ſummo paupertatis amore jacentibus prædictum eſt, quemadmodum ſuper mentionatum videtur, divinum cultum hoc loco nunquam ex toto defecturum quam diu Domino militantis Eccleſiæ ſervitus placuiſſet. Quod rei eventu noſtro ævo liquido comprobatum eſt: Nam diſſidentibus inter ſe Bavariæ Ducibus circa annum Domini 1504. uti ſuo loco expreſſius connotabitur, bellóque ingraveſcente ab adverſa parte præfatorum ducum puta à ſubditis Friderici Marchionis Brandenburgenſis vicinis noſtris, ita eſt damnificatum, ut etiam ab initio nuoquam jacturam ſimilem perpeſſum conſtat, & quamquam potuiſſet prima vice funditus exterminari atque irrecuperabiliter extingui nullo humano auxilio renitente, noluit tamen pius Dominus locum ſuum, quem ſemel elegerat omnimodis deſerere, neque enim quod ſemel placuit, omninò diſplicere poteſt; ſed adhibita paternâ correptione, meticuloſos illos atque horrendos hoſtium inſultus, ita mitigavit ſucceſſivè, ut non niſi divina pietate proviſum nobis credamus. Nec ſanè absque Dei ſpeciali diſpenſatione ſacellum S. Joannis ab incendio & violatione conſervatum arbitror, cum & Baſilica ipſa adjacens & reliqua omnia regularia loca incendio corruerint. Siquidem in ipſo ſacello aliquot annis poſt ad inſtaurationem Eccleſiæ majoris usque, divina ſunt peracta officia, ut ſic ipſa S. Joannis vaticioatio, quod utique Dei cultus illic non deficeret, verificaretur. Licet primo anno damnificationis propter hoſtiles incurſiones formidine fratres locum ipſum tuto incolare non poſſent, nunquam tamen qui divina celebrarent omninò defuêre. Unde pro certo conjectandum & præſumendum indubiè, quod Dominus eos, qui ad locum iſtum ſuâ ſunt inſpiratione vocati, nunquam ſit derelicturus. Sed planè feliciores eos eſſe credimus, qui patrimonio Chriſti in tribulationibus multis ſuſtentari meruêre, quam qui in croceis ſecundorum Succeſſuum enutriti, ſtercora pravæ converſationis perſæpè ſunt amplexati, ſi modo patienter & cum omni manſuetudine divina flagella ſuſcipiunt. Momentaneum enim hujus tribulationis, ut inquit Apoſtolus, magnum pondus gloriæ operatur in nobis. Compertum eſt inſuper multas ſæpè adverſitates, de quibus valdè formidabatur ita evanuiſſe & Auctores earum ita faciliter pacatos, ut non niſi occulto Dei judicio à ſuis crederentur temerariis judiciis revocati.

De morituro aliquo fratre ſignum factum fuit ex Arca.

Deinde & aliam non minùs familiarem conſolationem & noſtri & nos pariter ævo noſtro ſumus experti: Quod videlicet nunquam vel rariſſimè ex conventu aliquis defunctus eſt, quin ſuper morituro aliquo ex ſarcophago reliquiarum ſonitus notabiliter

(x) erat in MS. Cod. *Langhemenſes* ſed vox hæc inducta.
(y) ita Cod.

audiretur, nonnunquam etiam plures & quotquot pulſus audiebantur, tot etiam Fratres ex Conventu brevi morituros certum erat, ut autem majori auctoritate dictis fides aſtruatur, refert *Joannes III.* Abbas hujus domûs, quod cum ipſe Prioris fungeretur officio, & talia dicentibus credere renuiſſet, contigit die D. Matthiæ Apoſtoli, cum in vigiliis invitatorium cantaretur cereum ad ſummum altare locatum, viſui ejus eſſe moleſtum, cúmque cereum amoturus acceſſiſſet audiſſe ſe ex arca pulſum notabilem, ad quem dum hæſitans, aures erigeret ſtrepitum magis validum ſatis ſenſibiliter percepiſſe. Dehinc quod aliis credere renuerat ipſe quoque expertus, aliorum aſſertiones ſuâ experientiâ firmâſſe. Quod quidem in conſolationem eorum, qui hoc loco vitam degunt, fieri, nemo eſt, credo, qui dubitat. Magna profectò res & admiratione imò & multâ veneratione digna, quod pius dominus ſuos viſitaturus non improviſè ſicut fur in nocte, ſed cum quadam præmonitione, ut ſe adventu ſuo dignos efficiant, venire voluit, poſſéntque venientem Dominum ſuum pervigiles præſtolari & januam pulſanti aperire. Quam ob rem omnes, qui ad hunc locum divina diſpenſatione vocati ſunt, aut futuro tempore fuerint, ingruentes adverſitatum procellas cum omni patientia ferre contendant, Deo in timore ſemper ſervire ſtudeant in omnibus ei gratias agentes. Tunc enim, ut quidam ait, maximè gratias Deo agere oportet, cum vexamur ac premimur, ob id quod corruptelam noſtram non ſinit longius procedere, ſed verberibus emendat ac revocat ad meliora. Refert prænominatus Abbas Seniorum relatu ſe didiciſſe, omnes, qui hoc loco perversè vixerunt, vel mores corrigere noluerunt aut confuſibiliter ad ſeculum rediiſſe aut extremum diem malo clauſiſſe fine; Et ego reverà in quibusdam me compertum habere aſſero, de quo etiam devoto cuidam olim revelatio

(z) facta (z) legitur, nam viſum eſt eidem

Viſio de malè viventibus in hoc loco.

Beatam Virginem in ſummo altari ſedere puerulum in ulnis geſtantem ejúsque oculos quaſi ſolis radios ſuper ſingulorum in choro ſtantium capita, tribus demptis, pertenſos quos idem Devotarius diligenter conſiderans, paulò poſt tres illos confuſibiliter redire ad Seculum comperit.

Sequuntur Revelationes quædam conſolatoriæ ſanctis quibusdam Patribus hujus loci factæ.

Ut etiam Succeſſoribus noſtris maniſeſtum ſit, quanto devotionis ſervore jam olim Patres noſtri hoc in loco Deo militârint: Dignum duxi viſiones nonnullas pro ſui conſolatione divinitùs factas ſubnotare, quibus ſancta eorum Converſatio luculenter comprobari poteſt: ut & malis, qui emendari nolunt, rubor ſaltem confuſionis ſit tantorum Patrum ſanctam vitam non modo non æmulari ſed etiam perverſis ſuis actionibus detrectari. Bonis autem quibusque & piè converſantibus gaudium ſit & conſolatio eorum, quos Deo placuiſſe agnoverint, eſſe Succeſſores, eos profectò & apud Deum pios ſe interceſſores habituros ſperantes:

De duobus converſis ſimul decumbentibus ſimulque ut creditur aſtra petentibus conſolatoria recitatio. (a) (a)

Retuliſſe comperimus Rudigerum quondam Priorem, ut creditur, virum devotum & maturum moribus nocte quadam ipſo Prioratum tenente ante matutinas mortuorum tabulam ſignatam (b) & eo cum Con- (b) ventu occurrente, in infirmitorio converſum quendam reperiſſe defunctum, ſuper quo dum ſolitas peragerent exequias, alius item converſus ibidem in lecto decumbens Priorem advocans confeſſionem à ſe recipi poſtulans & pro alia vitâ capeſſendâ reddere expeditiorem: cui cum Prior dixiſſet præſente defuncto ſe occupatum nec poſſe, quoad illum humaret ipſum tentare: Non, inquit, bone Prior; expectare nequaquam poſſum. Cauſam ſubinferens dixit: neque enim defuncti iſtius anima ad regna cupita perveniet absque mea: ſiquidem animam ejus ſuper corpus exanime fluctuantem & dœmones multos in forma corvorum eam rapere volentes, vidi. Tandem poſtquam Conventus ingrederetur, ipsâ Virgine glorioſâ ingrediente, ſubtus ejus pallium confugit, ibique abſconditur, meam ſecum abituram animam expectat; & hoc vobis ſignum, quod quamprimum expeditus fuero, ſpiritum exhalabo. Quod audiens Prior, mox ipſum expediens ac demum ſuper cilicium more ſolito deponi fecit; cúmque letaniam ac reliquos circa moriendos fieri ſolita exegiſſent, ultimum tradidit ſpiritum, ſicque ambos unus pariter excepit tumulus.

De Monacho quodam juniore, qui ob toedium vitæ religioſæ monaſterium noctu egredi cogitabat, & qualiter per viſionem horrendam, interventu Virginis glorioſæ & Angeli proprii Miniſterio à propoſito revocatus fuit. (c) (c)

Legimus hîc juvenem quemdam fuiſſe monachum, cui ſpiritualia deſipiebant, carnalia ſola autem ſapiebant, qui cum ad Seculum redire diſpoſuiſſet adveniente termino, quem ad exeundum ſibi præfixerat, divinâ ordinatione fuit perſæpe impeditus, tandem præ magna mentis inquietudine cœpit ſibi ipſi eſſe tœdio, ſicque finaliter abire decre-

(z) Eam ex Joannis Abbatis libello de vitis Monachor. Waldſaſſ. Cap. I. à Cl. Bernardo Pezio T. VIII. Bibliothecæ aſceticæ pag. 471. edito unà cum ſeq. pluribus ad verbum ferè etſi alicubi contractius reddidit Auctor noſter.

(a) ex Joanne Cubitenſi ubi ſtilo tamen rudiori ſcripta legitur apud Pezium l. c. cap. II. pag. 472.

(b) Joannes meliùs percuſſam.

(c) ex relatu Rudigeri Prioris refert Joannes de Ellenbogen apud Pez. l. c.

decrevit, ad locum igitur ſuum res ſuas quas deferre ſecum volebat recolligens, tempus ſuæ abitionis aptum expectans. Habebat autem hic juvenis in ſingulari veneratione Virginem Mariam: ob id quoties altare præteribat, *Ave Maria* incurvus dicere ſolitus erat, cui pro ſuâ devotione ut vices rependeret, tali viſione, ut ſequitur, ejus voluit ſtultitiam arguere & prævenire periculum. Vidit inquam juvenis in ſtrato ſuo pauſans quaſi alium juvenem de Monaſterio ad lectum ſuum venientem & ſe viæ ſuæ comitem offerentem, quem cum ad Monaſterium præeuntem ſequeretur, altaria omnia quaſi ſanctis Dei valedicendo circuibant ar ad ſingula ut erat conſuetudinis ſuæ, inclinans dixit: *Ave Maria* cui cum ſemper Comes ille ſuus, quotiens inclinavit arridebat: Tandem ad oſtium quo juxta altare S. Catharinæ cimiterium aſcenditur, perducere eum ſibi videbatur & ſoveam igne & ſulphure plenam indicavit, cumque monachus ſoetorem ferre non valens abire ſibi voluiſſet, ipſe eum arripiens in ipſum lacum præcipitare volebat. Juvenis autem ejulando & ſupplicando, ne præcipitaretur, vix tandem obtinuit: Cui juvenis, tu ſoveam hanc jam aliquanto tempore ingredi quæſiviſti & conatus es: ibi omnes Apoſtatæ & præſertim hujus domûs perpetuò torquebuntur, quam, niſi mores tuos & propoſitum mutaveris, effugere non poteris; Ego enim ſum Angelus tuæ cuſtodiæ deputatus, qui ob reverentiam illam ſingularem quam ad Beatam Virginem habuiſti hanc tibi præmonitionem facere miſſus ſum, & quod tibi eam ſalutandi arridere viſus ſum, lætitiam, quam inde tota illa cæleſtis curia habet, deſignavit. Viſione diſparente monachus evigilavit & ſtatum ſuum periculoſum advertens, mores correxit, Propoſitum mutavit & poſt in religione laudabiliter profecit.

(d) *De Subpriore & devoto Oratore, quem ad funus orantem cadaver exanime diabolicâ illuſione ſurgens, amplexatum fuit.* (d)

Fuit hic aſſiduus quidam & devotus
(e) Orator nomine Criſtianus (e) duos & triginta annos ſuppriorem gerens, hic præter horas ſuas Canonicas & peculiares orationes diebus ſingulis ex integro Pſalterium legere ſolitus erat. Denique & adductis funeribus ubi hora & tempus paricbatur eisdem Pſalterium dicere conſuevit. Dum autem vice quâdam interfecti cujusdam funus ante altare S. Bartholomæi pernoctaret ipſe ſe feretro aſſocians (uti moris ſui fuit) Pſalterium legit: Diabolus autem Charitatis ejus operibus invidens, cadaver illud exanime erigens & brachio collum ejus confidentis monachi conſtringens, torvo reſpexit vultu, ipſe verò fidei Conſtantiâ armatus, nihil curavit. Ejus animoſitatem ille humani generis adverſarius ferre non valens cadaver ſuper feretro reclinavit, & Monachus ad dormitorium rediit.

De eodem quemadmodum Monachum quemdam cum muliere concumbentem in cimiterio putabat, pede commonere voluit, ipſum diabolica illuſione in ſtercus fœdiſſimum impegit. (f) (f)

Alia quadam Illuſione Diabolus pium quoddam opus ejusdem impedire conatus eſt. Dum enim æſtatis tempore in cimiterio pro defunctorum ſalute oraturus ex more deambularet, viſum eſt ſibi Monachum quemdam quem noverat, cum muliere concumbere. Quem tamen confundere nolens ne malum pejus efficeret, quaſi non videns receſſit & pro eo ut culpam recognoſceret Deum oravit. Secundo fecit ſimiliter: Tertio verò cum vidiſſet, quaſi intra ſe commotus Zelo charitatis accenſus timens ne male agenti diſſimulando peccandi libertatem ſubminiſtraret, volens impedire malum acceſſit, pede monachum truſurus. Sed Fantaſma diſparuit & ipſe pedem in foetidiſſimum ſtercus impegit, ſicque doemonis devotionem ſuam impedire volentis figmentum efficaciter agnovit.

De Fratre qui locum quo brevi tumulandus erat non potuit transeundo calcare. (g) (g)

Quodam tempore fratribus in cimiterio ligna pro calefactorio comportantibus contigit unum è fratribus locum quemdam quaſi ſibi aliquo moleſtum frequenter declinare, quem dum alii ſignis arguerent, reſpondit eum locum quem digito deſignavit nequaquam poſſe pedibus calcare, quod dum ſupradicto ſuppriori relatum eſſet dixit fratri, expedias te frater, quia brevi morieris. Ipſe fidem verbis ejus adhibens divinis Sacramentis ſe munire faciens & ipſa inſtanti ebdomade defunctus eſt.

Quomodo frater quidam, attactu cerebelli ſupradicti ſubprioris poſt multos annos factæ depoſitionis ejus periculoſo apoſtemate liberatus eſt. (h) (h)

Refert Abbas Johannes, cujus etiam ſuper meminibus audiſſe ſe ex fratre quodam qui ſepulchrum ſupradicti devoti viri cum inhumaretur ſe notabilirer ſigoâſſe affirmaverat & quod multo poſt tempore eum periculoſo apoſtemate, quod ſiniſtro geſtabat latere, infirmari contigiſſe, & dum

(d) eadem refert Joannes Abbas l. c. Cap. III. apud Pezium l. c. T. VIII. p. 475.
(e) apud Pezium *Chriſtanus.*
(f) Ex eod l. c.
(g) ex eod. l. c.
(h) ex eod. lol. cit. Cap. III. p. 476.

nec curam nec conſilium haberet, ſepulchrum ejus aperuiſſe & accepto cerebello ex devotione & confidentia hæc dixiſſe verba: Domine Jeſu Chriſte ſi homo iſte unquam tibi grata fecit ſervitia, rogo te ut meritis ipſius me ſanare digneris. Mox dictis verbis cerebello ad apoſtema applicito ſucceſſive infirmitatem defeciſſe & priſtinam recepiſſe Sanitatem. Ex quo prædictum caput tam ipſe quam cæteri in magnâ habuere veneratione.

(i) *De viro Dei præfato revelatio quædam religioſo fratri facta ſancta ejus merita apud Deum liquido manifeſtans.* (i)

Joannes III. Abbas hujus domûs relatu venerabilis viri Domini Joannis quondam Epiſcopi Babenbergenſis hoc quod ſequitur ſe ſe audiſſe conſcripſit quod ipſe Epiſcopus ex genitore ſuo qui monaſterii
(k) ubi hæc facta officialis fuerat (k): Quidam monachus Devotioni ex more intentus quâdam vice ante altare majus obdormiverat & vocem audiverat ita perquirentem: Suntne montes, valles, ſylvæ & arbuſta, decurſus aquarum & reliqua, uti conſueverunt? & ille, ita ſunt, ait. Cui vox! O quantum ergo differtur plenum gaudium meum, & rurſum monachus, quis es tu qui loqueris? esne in poenis aut quomodo tuum differtur gaudium. Ego ſum inquit vox, ille (nomen exprimens) cujus corpus in cimiterio Waldſaſſen poſt chorum tumulatum ſuaviter pauſat. Ego ubi revelatio hæc facta eſt ex dictis capere non potui. Gaudium autem ſuum differri ob id eam conqueſtam arbitror quod corpus ſubterratum, in Reverentiâ non haberetur. Ejus ſepulchri locus Cruce in lapide poſt chorum ſculpta deſignatus cernitur hodie.

(l) *De eo qui prædicaturus ex injuncto capitulariter Virgineo lacte B. Mariæ potatus dulciloquus evaſit.* (l)

Cuidam fratri ut Sermonem capitularem faceret injunctum fuit, & quia antea non prædicaverat, injunctam exhortationem ſe facturum valdè trepitaverat. Ob id ad Beatam Virginem quam præcipuâ devotione venerabatur confugit auxilium ſibi in tempore oportuno fieri poſtulans, nec ſpe ſuâ fraudatus eſt, ſed pro ſua exauditus ſimplicitate: Cumque die quâdam meridiano tempore in infirmitorio quieſceret ſicut moris erat eos qui prædicaturi eſſent, aliquot diebus à choro liberos in infirmitorio ſolatiari, viſum eſt dormienti illi Virginem Mariam ante lectum reſidentem lactantémque puerulum: Cui puer dixit, Mater dilecta, da etiam monacho illi: tunc Virgo beatam mammam comprimens, parum Virginei illius lactis ori ejus quod apertum erat, impreſſit. At ille præ intima quam ſenſit dulcedine evigilavit & poſtea conſtantius & abſque metu prædicavit & iteravit frequentius & præ cæteris libentius audiebatur. Creditur ille fuiſſe Rudigerus cujus ſuper mentio facta eſt, qui hoc ipſum recitare ſolitus erat & locum ubi acciderat oſtendere: Is enim licet modicæ eſſet literaturæ plurimum tamen erat in ſuis declamationibus gratioſus.

Viſio de quodam morituro fratre alteri cuidam facta quod videlicet Proceſſionem Albatorum illo agonizante viderit per ambitum factam. (m) (m)

Quidam monachus dum ad Oſtium quo de dormitorio intratur in Eccleſiam frequentare nocturnas orationum excubias conſuevit, cui nocte quadam in viſione viſum eſt eo loco ſe orare, ac videre ſe glorioſam proceſſionem ad modum Albatorum de ſummo altari quaſi per ambitum uti ſolebat diebus ſolemnibus procedentem, hoc illo vidente tabula Mortuorum pulſabatur & conventus ea horâ fratrem in infirmitorio ultimum ſpiritum trahentem invênit. Creditur ergò piè ipſum tunc moriturum fratrem in Sanctorum Conſortium, quorum hæc erat Proceſſio, feliciter aſſumptum.

De eo qui avem quæ ſibi divina peragenti moleſta erat, ſolo cogitatu interemit antè arámque reperit poſt Miſſam extinctam. (n) (n)

Devotus quidam frater cum ad altare ſancti Andreæ divina offerret ſacrificia, in ſacro Canone jam ipſo agente, Picus avis quædam ſic vocitata (o) feneſtræ adhæ- (o)
rens roſtro ſuo in eam ſæpius ſatis etiam importune impegit, fratrem illum ſuâ in devotione non parum diſtrahens. Qui intra ſe cogitare cœpit: utinam avis illa, quæ devotionem meam ſubripere molitur, mortua eſſet; & ecce ad ſolum cogitatum petitionis effectus ſecutus eſt. Cum enim peracta Miſſa & calice ad locum ſuum reportato, ad altare orationem ex more facturus rediiſſet, avem illam ante aram mortuam reperit.

De eo qui divina celebrans araneam, quæ in calicem inciderat, cum Sanguine divino ſumpſit, quemadmodum à veneno liberatus ſit divino munere. (p) (p)

Simplex item frater ad altare S. Bartholomæi divina celebravit cui poſt ſumptum

(i) Ex eod. apud Pez. Cap. IIII. p. 477.
(k) ſubaudi: acceperat;
(l) ex relatione Rudigeri Prioris narrat Joannes Abbas apud cl. Pezium l. c. Cap. 4. p. 478.
(m) ex Eod. l. c.
(n) ex eodem Cap. V. l. c. p. 479.
(o) in marg. Specht.
(p) Ex Cod. l. cit. ſimilem narratiunculam exhibet informis ille conformitatum liber.

prum corpus dominicum in calice aranea viſa eſt : quid autem actitaret præ nimio terrore dubius erat, nam ſummere araneam horrebat, ejicere autem periculum timens utrobique venerabili Sacramento irreverentiam formidabat, tandem in ſimplicitate cordis ſui de Dei confidens Clementia, araneam cum Sanguine dominico ſumpſit, cumque reſtituto calice ad aram oraturus veniſſet, in digito anulari pruriginem ſentiens fricare ſe cœpit ubi inter unquem & carnem aranea ipſa absque omni læſione egreſſa fuit.

(q) *De quodam Fratre, cui infirmato & quaſi in Extaſi poſito futuræ peſtilentiæ ſignum miraculosè præoſtenſum fuit, ut patet in ipſa viſione mirabili.* (q)

Alio quodam religioſo fratre, nomine Macbario infirmante & præ vehementiâ doloris quaſi rapto & in extaſi jacente viſum eſt, ci Dominum quaſi in nube venientem & in Throno per omnia Salomonis Throno, ſimili reſidentem circumſtantémque Angelorum Sanctorúmque ſibi miniſtrantem multitudinem accedentésque Angelos alios & Tbronum confringere in terram dejicere & projectorum contactu omnia interiiſſe. Eo anno magna mortalitas & peſtilentiæ notabilis graſſatio in ipſo diſtrictu ſubſecuta eſt; Quam credimus huic Dei famulo præmiſſâ viſione revelatam fuiſſe.

(r) *De quodam ſancto Patre, ad cujus defuncti feretrum ardentia Luminaria dum ad monaſterium veberetur, à compluribus nocte miraculosè ſunt viſa.* (r)

Senex quidam venerabilis *Erneſtus* nomine, qui annis ferè triginta apud capellam *Pendorff* olim monaſterio attinentem, vitam deguit, ſanctitatis ſuæ fama totam illam adjacentem provinciam reſperſit, Romanorum Regem Reginámque pro audiendis confeſſionibus eorum ac natorum ſuorum per Auſtriam, Bavariam, Sueviam Bavariam, Alſatiam ac alias regiones juſſu tamen Abbatis ſequi cogebatur. Hic cum extremum vitæ ſingulari forte revelatione imminere ſibi perſenſit ad Walderbach pro cantore qui eum Dominicis muniret Sacramentis miſit, quibus expletis repedavit ad propria. Devotus autem ille Dei ſamulus paulò poſt in capellâ ipſa ante altare in venia proſtratus defunctus repertus eſt. Cum autem fratres, qui in grangia quæ juxta erat morabantur, glebam illam ſanctam vaſi incluſam verſus monaſterium veherent, contigit eos in villa cui nomen Pirgk pernoctari, ubi ad funus illud ſacrum, ea nocte Luminaria ardentia à pluribus viſa ſunt.

De eodem defuncto Revelatio cuidam devotario facta, ejusdem felicem tranſitum indicans.

Ipſa etiam nocte, cum necdum in Monaſterio ejus obitus vulgatus eſt, Devotarius quidam altare novum in medio chori in quo novus & inter ſanctos clauderetur aſſurgere viderat, quo loco mane ſequenti adductum funus Erneſti collocatum fuit, sícq; frater ille viſionis ſuæ miſtetium tum plenè intelligens pro eo Dominum collaudavit.

De quodam Seniore, qui ſingulari gratia revelationibus multis meruit conſolari, & quomodo multis prædixit certo & nominatim morituros. (s) (s)

Fuit alius quidam Senior, nomine Joannes Cartuſienſis qui officium cantoris annis quadraginta commendabiliter rexit in obſervantiâ diſciplinæ regularis, rigidus & auſterus, bonus, exemplaris ac Dei ſamiliaris ſervus, quippe quod non dubium ob ſinceræ vitæ meritum multas ab eo revelationes habuir: Quas inter ut vanæ laudis gloriam devitaret, non niſi fraternæ dilectionis zelo commotus aliis detegere voluit ſed ſecreto. Accidit enim ut de expertis dicatur morituros aliquos ſibi præviſione revelatos quos ipſe ſecreto, ut ſe extremæ migrationi aptarent, charitative præmonuerat, qui dum Abbati tunc etiam decumbenti rumores illos triſtes attuliſſent, miſſum eſt pro cantore & interrogatum quinam eſſent omnes morituri, quos tamen nominare renuit, hoc duntaxat ad reſponſum dederat informanti: Non eſtis vos Domine de numero illorum: hoc tamen reſponſo minime contentus Abbas ſub poena ſuſpenſionis à divinis ſibi ſingulos denotari præcepit. Tunc ipſe divinorum celebrationem non libenter obmittens quod quotidianus ſuetat, quatuor monachos adhuc robuſtos & duos converſos ſucceſſive & in brevi morituros ſibi nominatim expreſſerat. Cumque ulterius percunctatum eſſer quemadmodum hæc ſibi revelatio acciderit, dixit omnes illos ante lectum ſuum ordinatè ſtetiſſe, séque vocem audiſſe dicentem, ſicut ex ordine illos ſtare cernis, ita eo ordine brevi morientur. Tunc pater; fortè illa interpretatione aliquâ egent, & non ita in re eveniet. Et ille: non inquit, Domine Pater, verum quodcunque vox illa revelare mihi ſolet, ita ſemper ſemotâ aliâ quavis ſignificatione effectualiter eveniunt: Quam narrationem paulò poſt rei eventus liquidò comprobavit.

De quodam Seniore Portuario domus, qui Eques fragilem noctu ſed inſcius tranſivit glaciem, intrans grangiam ſuperioris piſcinæ Turſenreit. (t) (t)

Erat hic Senior quidam ſimplex & pins *Gerardus* nomine multis annis portarium

H 3 gerens

(q) Ex eod. l. c.
(r) ibid. l. c.
(s) Ex Joannis Abb. C. VII. p. 482. apud Pezium.
(t) Ex eod. Cap. VIII. p. 484. Tomi VIII. Bibliothecæ Aſceticæ Pezii.

gerens, qui dum vice quadam per nobiles de caſtro *Libenſtain* quod hodie monaſterio attinet pro audiendis confeſſionibus & Sacramentis Eccleſiæ miniſtrandis accerſitus eſt juſſu Abbatis nuntia ſecum deferens equis iter arripuit. Cumque expetito negotio in curia juxta Turſchenreit nocturnum agere decreviſſet crepuſculo veniens, piſcinam ſatis adhuc tenuiter congelatam reperit. Ipſe in bonâ ſimplicitate ſua minimè advertens mox de equo deſcendit partem Saci ſancti Viatici ſecum retinens, jumentum poſt ſe traxit & aquam tranſivit. Quem Magiſter curiæ videns, ſtupefactus ingreſſum ſuum plurimum mirabatur, quippe qui nequaquam putabat aquam ſine vehiculo tunc temporis tranſire potuiſſe. Percunctante igitur illo quomodo intrare potuerit, quemadmodum, inquit, incedentem me videtis ita & ego & jumentum glaciem tranſivimus, tunc ille arrepto eo per manum ad aquam duxit & parvo lapide jacto glaciem fregit, dixitque Pater iteratò tranſite. Cui Monachus, non ait tentabu Dominum, nec ſi fragilem adeo glaciem antea conſideraſſem, Dominum tentare voluiſſem. Ex quo clare patet quanti ſit meriti apud Deum ſancta ſimplicitas qua agente & divinâ cooperante gratia devotus ille Dei famulus glaciem illam tam tenuem quaſi ſolidam terram veluti alterMaurus, aut certe Simon Petrus tranſire meruit.

De Seniore quodam, qui infirmatus cum antea quinquaginta ferè annis nunquam carnes guſtaverat, loco piſcium jubente Abbate ſed inſcius comedit.

(u) Meminit Abbas Joannes (u) ſe eundem Patrem dum infirmaretur, viſitâſſe ſibique piâ compaſſione motus dixiſſe: Pro peccatis veſtris vobis Injungo uti carnibus; reſpondiſſéque infirmum ſe non habere uſum edendi, quam ob rem ſibi non debere præcipere. In quinquaginta annis & ſupra non comederat. Cumque denuò requirenti ſi piſces comedere poſſet, poſſem utique, Inquit, ſi miniſtrarentur, qualeſcúnque eſſent: Tunc procurâſſe ut & vaccinæ & vitulinæ carnes piſcium nomine & loco apponerentur. Quas ille per menſem fere in merâ ſimplicitate ſuâ piſces credens, ſatis conſolabiliter manducaverat; quo facto hic mihi alterum expreſſiſſe videtur Bernardum qui butiri loco ſaginum cendum
(x) (x) & loco alterius potagii oleum crudum ſumere ſolebat, nullâ ſensûs diſcretione habitâ.

De Seniore, qui mortis ſuæ præſcius poſtulavit ſe divinis præmuniri Sacramentis, quibus in ambitu perceptis intravit in-
(y) *firmitorium, ibique brevi exalavit.* (y)

Idem Gerardus cum jam annis duobus & ſeptuaginta ſine querelâ labores Ordinis ſuſtinens pondus diei & æſtus portaſſet, ſciénſque recipiendæ mercedis horam ſibi imminere, vix adhuc infirmariam ingredi perſuaderi potuerat, ubi una cum duntaxat nocte pauſavit, nam ipſo die ſancto Epiphaniæ, ſe migraturum ab hoc Seculo ſciens, ambitum intravit ubi ad altare Sanctæ Trinitatis Miſſam legere volenti, ſigno indicavit quo eum ſacro viatico communiret. Cui frater denuò ſignans ut expectata Miſſa ſecunda ad altare majus cum cæteris communicaret: at ille ſe præſtolari non poſſe ajebat. Dominico igitur Sacramento munitus Gerardus ad infirmitorium rediit moxque ſpiritum felici obitu ad ſidera transmiſit.

De negligente fratre, qui infirmitate decumbens per viſionem commonitus fuit, neglectas horas reddere & quod poſtea reconvaleſcens orationis aſſiduitate com-
penſavit. (z) (z)

Frater quidam deſidioſus orationes pro mortuis debitas ex incuriâ quâdam dicere obmiſit, tandem verò gravi infirmitate detentus lecto decubuit negligentias licet ſerò revolvere cœpit: at dum ſuper eâ re plurimum anxiaretur quaſi in extaſi poſitus vidit innumerabilem animarum multitudinem ſibi aſſiſtentem, ac ſerioſè ſatis ſua debita repetentem ſingulis dicentibus: Solve pſalterium, ſolve ſeptem pſalmos & his ſimilia. Atqui monachus concepto firmiter propoſito ſingula neglecta ubi hâc vice ſuperſtes maneret quantocius recuperandi. Sicque viſio illa diſparuit & infirmus ſucceſſivè reconvaleſcere cepit: qui poſt priſtinam ſanitatem adeptam ſacculo ad collum jugiter pendenti ſub cuculla, quoties vel pſalterium vel aliud quodvis debitum ſolvit lapidem immiſit. Erat enim quaſi aſſiduo orans ubi modo temporis quidpiam ſubtrahere potuit. Cumque ſacculum impleſſet ad cæmeterium vadens capillos diſperſit: dividite, inquiens, inter vos & quilibet quod ſuum eſt recipiat. Et ſic frater ille divina promiſſione præmonitus hâc viſione, ſua neglecta recuperans futuram evaſit promeritam ultionem.

De alio quodam fratre, qui ſimiliter horrendâ quadam viſione neglecta pro ſervi-
tiis debita reddere cohortatus eſt. (a) (a)

Alius quidam ſimili incuria Servitiorum debita neglexerat: vice quadam ex ſervitio benè refecto viſum eſt quaſi poſito in raptu, ſedere ſe ſuper ſepulchro & effoſi cadaveris coxam maſticare ex quâ re tantum ſe horrorem ſenſiſſe fatebatur, quod poſthac & præterita benevolus lætúſque perficeret & futura cum gaudio non minore ſuſciperet perficienda.

Quo-

(u) Cap. eod. l. cit. apud Pezium pag. 485.
(x) ita expreſſe cod.
(y) l. c.
(z) narrat Joannes Abbas l. c. ex relatu Rudigeri Prioris.
(a) Ex eod. l. c. Cl. Pezius *ſervitia*; quorum mentio explicat cibum & potum monachis præberi ſolitum ob ſolemniora officia & ſacra prò defunctis.

(b) *Quomodo frater quidam vidit dæmonium tæpidè pſallentibus in Choro illudere & ſubſannare.* (b)

Quodam tempore fratribus exiſtentibus in 'Oratorio, dum ſub laudibus in choro Prioris tepidè pſallerent, quidam ex corporis indiſpoſitione dormitare cœpit, viſumq; eſt ei dœmonem per ſtalla novitiorum aſcendere & ad chorum Abbatis declinare volentem at illis alacriter pſallentibus, mox eum, quem illuc poſuerat, quaſi fuſte percuſſus retraxit pedem, partem Prioris nullo renitente, tœpidè pſallentes diverſimodè ſubſannando pertranſiit.

(c) *De Seniore quodam devotario, qui ſervitori ſuo boram ſuæ migrationis, dum in infirmitate decumberet, prædixit, quique ad ultimam ſpiritûs exalationem orare non deſtitit.* (c)

Pater quidam Senior Leupoidus nomine devotus & jugis orator, ſervitori reſpicienti eum dum in extremis ageret: non eſt opus, inquit, hâc vice me reſpicere, potius res alias cura, circa horam nonam reverſurus cùmque libelium è manibus mihi decidere videris (inceſſanter enim orabat) tunc primum noveris ultimum vitæ terminum imminere. Quod rei eventus, quemadmodum prædixerat, indicavit, eâ enim horâ & libellus decidit, & ipſe inter orandum ſpiritum exhalavit. Cùm ergò præter horam mortis nihil ſit homini incertius, quis dubitat eam viro huic devoto ſolâ divinâ revelatione manifeſtatam. Orandum igitur eſſe devoto cuilibet religioſo ut venientem dominum excipere purâ conſcientiâ poſſit, & cum prudentibus virginibus aptata lampade bonarum virtutum ſponſum proſequi poſſit ad nuptias.

(d) *Quomodo crucifixi imago in panno quodam geſtatorio vulgò Rutzplaen, quod vexilli loco pauperes monaſterii adverſarios inſequentes geſtabant, viſa eſt; eâ viſione territi boſtes devicti ſunt, & poſteà bæc ſe vidiſſe narraverunt.* (d)

Tempore quodam, cum Subditi Monaſterii ſpoliarentur, quidam tunc in domo hoſpitum dimorantes extranei cum ſamulis monaſterii damnificaturos ſunt inſecuti, inter inſequendum pannum quemdam veterem, quo granna portari ſolent mulieris cujusdam recipiendi vexilli loco, quo carebant cuſpidi alligârunt, tandem comprehenſis adverſariis victoriâ potiti ſunt, cúmque plures eſſent adverſæ partis, videretúrque mirabile devictos eos eſſe, dixerunt: Dominicæ paſſionis figuram in vexillo ſe vidiſſe, tantóque Ipsâ viſione conſternatos fuiſſe timore, ut ſe defendere prorsùs nequiſſent. (e) Hunc pannum (f) propter miraculum aliqui reverenter voluerunt dicere ſervatum, & cum aliis quibusdam clinodiis & reliquiis aliquo muro obſtruſum, quod ego non approbo; ſoli enim adverſarii figuram viderant, non alii, nec poſteà viſum eſt quicquam, ſed erat pannus idem qui ante. Quemadmodum ſatis patet ex facto; nec probabile videtur clenodia vel habuiſſe, minus abſcondiſſe Patres noſtros, qui potius debita aliqua, quibus monaſterium ſemper fuit obligatum, redemiſſent quam comparâſſent talia. videtur ob id anili ſabulæ ſimilima talis narratio. (e) (f)

Additio concluſiva.

Præter hæc, quæ dicta ſunt, etiam piè creditur muitas revelationes, ſequentibus annis poſteaquam illa conſcripta ſunt circa annos Dominicæ Nativitatis mille quadringentos & viginti, religioſis & devotis viris 1420. factas, quorum plures per tot annorum curricula hoc loco fuiſſe, nemo facile dubitat: Quas tamen vel ipſi bumilitatis cauſa non revelârunt, vel majorum incuria, ut alia quoque multa, quæ nobis poſteris proſutura fuiſſent, conſignata non ſunt. Hoc adjecto, quod pluribus perſonis religioſis ſine eorum merito ſive alio Dei occulto judicio factum lapſus ille miſerabilis & calamitoſus ſtatus per viſiones præoſtenſus eſt, licet malitia noſtrâ agente, priusquam res eventu probaretur, curatum non fuerit. Quam ob rem nos ipſos conſolantibus & dicentibus pax & ſecuritas repentina ſupervenicbat calamitas & obviabat quaſi viator, egeſtas.

(b) Loc. & cap. cit.
(c) Loc. cit. Cap. X. & ultimo.
(d) Ex Cap. X. & ult. Joh. Abbatis.
(e) hactenus excerpta ex Joanne Abb.
(f) Chronographi opinio.

PARS

PARS POSTERIOR.

De Moribus, Vita & Regimine Abbatum hujus Monaſterii.

QUia de primordiali hujus domûs fundatione déque ejus maximè in ſpiritualibus provectione quatenus conſtat, ſatis dictum eſt ac ſuper: ad alia jam nunc differenda puta ejus in temporalibus profectum defectúmque quantum licuerit ſeſe ſtilus extendat generaliter neceſsè eſt. Quemadmodum autem Ariſtoteles libro Politicorum quinto Cap. X. *Omnem Politicam Communitatem ex principantibus & ſubjectis conſtare* inquit, quare qualis hæc noſtra jam olim fuerit Politia, haud melius quam ex eorum, qui huic principati ſunt, Abbatum vitâ, moribus & regimine cognitum iri crediderim. *Qualis enim eſt Rector civitatis* uti Eccleſ. X. *Tales & inhabitantes.* Denique & Plato Philoſophus, teſte Boecio in de conſolatu Libro I. cap. VIII. Beatas fore dixit Reſpublicas, ſi eas vel virtuoſi ſapienter regerent, vel ſi earum Rectores ſtudere ſapientiæ contigiſſet. Cum ergò ex capitis tanquam principalioris membri diſpoſitione totius quoque corporis pendeat armonia: Abbatum tanquam principaliorum totius politici corporis organorum vitam, mores & regimen conſcribere, quantùmque ex antiquis conſignationibus quondam innotuit, notandum duxi, quibus faciliter utique quis quemadmodum res domeſtica habuerit, conjicere poterit: & quamquam indignum eſt humano ſubjacere judicio, qui divinum jam experti ſunt quique ut homines (ſicut non omnia poſſumus omnes) non errare non potuerunt. Tamen quia plerique, quo ſpiritu ducti neſcio, plus privata ſua quam communia commoda ſectati, plus vanæ oſtentationi quam zelo religionis dediti noſcuntur. Plerique etiam, quod peſſimum, imò pernitioſiſſimum eſt, propriis innixi ſenſibus, ſpretis aliorum conſiliis, ſuo quilibet negotia geſsêre arbitrio, & ob id incommoda plurima fuerunt perpeſſi, ut eorum vel bona vita Succeſſores ædificentur, provocentúrque ad imitandum, vel periculis reddantur ſaltem cautiores quia felix, quem aliena pericula cautum faciunt, ibique caſum declinent, ubi ad lapſum alii fuère procliviores aliorum ergò bono non illorum malo ſequentia annotare curavimus.

HERWICUS.

Herwicus quondam ſecularis militiæ ſtrenuus ſpretis mundalibus deliciis ad Ordinem Divi Patris noſtri Benedicti in Monaſterio *Siberg*, ut ſupra notatum eſt, converſus tandem arctioris vitæ propoſito conſenſu Epiſcopi Ratisbonenſis cujus erat, favore tamen Abbatis ſui familiaris hoc loco deſertum invium & ſolis cognitum beſtiis primus habitabile fecit; ibique auxilio piorum hominum, potiſſimum tamen inclyti Bavarorum Marchionis *Theobaldi* Monaſterium pro Fratribus Ciſtercienſibus, quorum erat adhuc recens ordo & ſanctitatis fama percelebris conſtruere cœpit, quatenus floridæ juventutis annos, quos ſeculariter vivendo perdiderat, regularis vitæ ſanctimonia tum in aliis tum maximè in ſe ipſo commendaret. Claruit circa annos Dominicæ Nativitatis mille centum & triginta tres, 1133.
ſub Lothario quarto Romanorum Imperatore & Innocentio II. Pont. Max. Beatiſſimi Patris noſtri Bernhardi tempore anno ab ingreſſu religionis ejusdem XXI. ab exordio fundationis Ciſtercii quinto decimo.

Fuit eâ tempeſtate Sciſma inter Innocentium & Petrum Leonis Antipapam, ſatis pernitioſum, pro quo dirimendo B. Bernhardus non mediocrem curam ſollicitudinémque adhibuit.

Circa ea tempora Lotharius Imperator Clementiſſimus in Bohemos ſibi rebelles bella geſſerat licet non ſine ſtrage ſuorum militum quibusdam ex ſuis proditoriè id agentibus.

WIGANDUS.

Wigandus primus Prior hujus loci & Præſes puſilli gregis. Hic cum eſſet vir devotione præcipuus & in diſciplinæ regularis obſervantia ſtrenuus, ab aliis, qui ex Volkolderodenſi Monaſterio pro novo loco incolendo miſſi fuerant, in Priorem fuit electus. Cujus ſingulari induſtria & ſanctitatis exemplo cæteri omnes in divino ſervitio ſunt confortati. Qui cum in multa paupertate & erumpna primum degebant, in cuſtodiendis tamen viis Domini expectabant eum, qui eos exaltaturus erat, ut hæreditate poſſiderent terram non illam caducam tranſitoriam & temporalem ſed perpetuam: Et cum ærumnoſam vitam ducere pro Chriſto delectaret perennes delitias ſunt conſecuti juxta illud evangelicum: Beati pauperes quia ipſorum eſt regnum cœlorum. Hinc Beatus Evangeliſta Joañes, dum aream conſecraret, ſub rubeto præ formidine latitanti apparuit, eique futurum monaſterii ſtatum tanquam cæteris digniori prædixit. Quanto autem tempore & *Gerwicus* ipſe & hic, viri Dei vixerint, vel quando ſpiritum Deo reddiderint, nusquam à majoribus noſtris ſignatum repperi; Attamen ſive multo ſive pauco tempore duraverint, piè credimus eos non in terram abſcondiſſe creditum talentum, ſed cum fœnore ad Dominum reportâſſe, jámque ut fideles ſervos in cæleſtibus regnis ſuper multa conſtitutos.

HEIN-

HEINRICUS Primus
UDALRICUS Secundus
ADEODATUS Tertius

Hujus Monaſterii Abbates.

Quorum quilibet uno duntaxat anno præfuit, nec plures eos præfuiſſe legimus. Sed forſan tempeſtivâ motte præventi vitam exceſsêre humanam cum domino vineæ ſurſum ſuper ethera regnaturi, aut certè poſt deguſtatos Liæ laborioſæ ſinus ad dulciſſimos Rachelis amplexus, quibus aſſiduâ divinotum contemplatione aſſueti fuerant, denuò ſeſe contulerunt. Nec facilè enim ctedendum, eos tunc vel rumuſculi alicujus aut gloriolæ gratia uti hâc noſtrâ tempeſtate perſæpè fieti ſolet ad Prælationis dignitatem, ſed ſolius ſanctæ obedientiæ reſpectu vel chatitatis ſervore aut communis utilitatis intuitu, conſcendiſſe: & quia tum pauco tempore regimini præfuêre, nil egregium aut notatu dignum, eosdem agere potuiſſe crediderim, niſi fortè conſtruendis monaſterii ædificiis, quorum tum vix jacta ptima fundamenta erant, ſollicitius fuiſſent intenti, atque in expoliendis vivis lapidibus in Templum ſanctiſſimum Domini reponendis curioſius laboràſſent.

GERLACUS

Abbas IIII. Quartus Abbas hujus domûs vir multæ ſagacitaris & induſtriæ, annis quinque & viginti præfuit. Hic ſingulari induſttiâ ſuâ ac plurimo labore monaſterium ab Advocatiis & exactionibus primus liberum feciſſe legitur.

Zcedlitz Sub eo Monaſterium Zcedlitz fundatum
fundatur A. eſt circa annum Domini 1142. ad cujus fun-
1142. datiooem ipſe fideliter ſollicitéque cooperatus eſt, ad quod etiam ipſe primos fratres transmiſit, & ſpiritualis ædificii prima jecit fundamenta: ob id viſitandi illius loci poteſtatem Abbates hujus domûs obtinuêre.

Is conſummato curſu dierum ſuorum extremum clauſit diem ſepultus circa locum præſidentis in capitulo, marmoreo tectus lapide primi Abbatis & locum & nomen obtinuit: ob eam fortaſſis cauſam, quod prædeceſſores ſui in nulla vel modica adhuc reputatione fuerunt, curis laboribúsque re-
Abbatis giminis immaturi ceſſetunt: ipſe primus
Gerlaci perſeverans honorem prælationis cum one-
obitus. re ſubire, pondúsque diei & æſtûs portare
dignatus ſit. Moritur circa annum Domini
1161. *MCLXI.* ſub Alexandto III. Summo Pontifice & Ftiderico I. Romanotum Imperatore. Eâ tempeſtate ſub Conrado III. Rom.
Imp. cruce Imp. electo hortatu Eugenii III. Sum̃i Pon-
ſignatur tificis, prædicante Beato Bernardo apud Franckfordiam Moguntinam Imperator ipſe cum cæteris Principibus multis pro recuperanda terra ſancta Cruce ſignatus eſt anno
1143. *MCXLIII.*
B. Malachias obit. Eodem etiam tempore Beatus Malachias Archiepiſcopus, Hyberniæ totius Metropolitanus, virtutibus inſignis & clarus miraculis apud Claravallem felicem ſpiritum transmiſit ad Superos, ibidem ſepultus an-
no *MCXLVIII.* poſt cujus felicem obitum 1148.
Bernardus Claravallenſis Abbas toti mundo S. Bernardi
jam clarus & vitæ ſanctitate & miraculo- obitus.
rum coruſcatione migravit ad Chriſtum an-
no *MCLIII.* ſepultus apud S. Malachiam, 1153.
decuit enim, ut qui in vita ſinceritet ſe mutuò dilexerant, in morte quoque non ſeparentur, eo anno, quo Conradus Impera- Conradi
tor, quem ſummè dilexit, apud Bambergam Imp. obi-
vita exceſſit, & Fridericus I. electus eſt, ſub tus.
Anaſtaſio III. Rom. Pont.

Labotatum eſt hoc tempore fame valida in tota Europa.

Anno *MCLX.* Wladislaus II. Rex Boë- 1160. Wladislaus
miæ fuit in noſtro Monaſterio, cui & ſolen- Rex Boëmiæ in mo-
nem fecit donationem &c. naſterio Waldſaſſenſi hoſpes.

DANIEL

Quintus vel potius ſecundus Abbas hujus domûs induſtrius vir ac conſiliativus, non mediocris etiam litteraturæ. Is dum monachus adhuc eſſet, litteras amavit plurimum & ob id vocabularium Papiæ volumen egregium, quod hodie habetur, in pergameno propriâ manu ſatis legibili caractere conſcripſit. Factus Abbas, Friderico I. Sereniſſimo Romanorum Imperatori familiaris ac multum gratus cum eo in Sicilia, Apulia & Lombardia, multo tempore comoratus, aliquot auti marcas, quosdam etiam Sanctorum reliquias & aliquot clenodia inde reportavit. Sub eo Monaſterium, ambitus domus hoſpitum ac cætera ædificia neceſſaria ſuut conſummata.

Circa annum ejusdem octavum & deci- Dedicatio
mum Baſilica primum dedicata eſt anno Baſilicæ.
MCLXXIX. quemadmodum etiam ſupra 1179.
tactum eſt.

Is poſteaquam Abbatiam ttibus annis & triginta ſatis laudabiliter utilitérque rexiſſet confectus ſenio jura mortis exſolvit, appoſitúsque eſt ad patres ſuos ſub Cæleſtino tertio Pontifice Maximo & Henrico VI. Rom. Imp. Ftiderici primi filio circa annos Do-
mini: *MCXCIIII.* 1194.

Fuit tum in Eccleſia Sciſma pernitioſiſſi- Schiſma.
mum dum contra Alexandrum IIII. quatuor alii procurante Friderico Imperatore, eligerentur, quod poſteà ad annos fermè decem & ſeptem durавit.

Eâ tempeſtate Hæreſis Waldenſium, Waldenſes.
quibus adhuc hodie orbis fœdatur, per quemdam civem Lugdunenſem dictum *Waldo* initium ſumpſit.

Hoc etiam tempore promovente & coo- Ozzegk
perante & fratres illuc mittente Abbate Da- fundatur A.
niele circa annos Domini *MCXCII.* funda- 1192.
tio monaſterii Ozzegk in Bohemiæ confinibus cepta eſt.

Cœpit tunc temporis Ordo Humiliato- Ordo Hu-
rum ſub regula Divi Benedicti & propoſito militatorũ.
militantium, per Innocentium III. poſteà confirmatus.

Ultima &c. Jheroſolymæ captio poſt obi-
tum *Balduini* Regis, propter ſimultates Terræ ſanctæ amiſſio.
Chriſtianorum ibidem per Saladinum facta anno Domini *MCLXXXIX.* ſecunda die Decembris, à quo uſque hodie detinetur.

ERKENBERTUS

Sextus hujus monaſterii Abbas, vir Religioſus ac providus; nam ejus prudentia novella Plantario Ozzigk ſub Daniele fundata plurimum incrementi ſumpſit, in paupertate enim ibidem adhuc degentibus per multos annos abhinc neceſſaria transmiſit. De reliquis ejus benè geſtis, nihil memoratu dignum repetio: poſtquam igitur Abbatatûs ſui octavum & decimum annum glorioſè exegiſſet, vitâ functus apponitur ad Pa-
1212. tres ſuos circa annos Domini *MCCXII.* ſub Innocentio tertio Summo Pontifice & Friderico II. Romanorum Imperatore.

Concilium Generale tunc temporis ſub Innocentio apud Lateranum celebratum eſt
(g) & Conſtantinopolitano Patriarchis (g) cum Prælatis aliis mille trecentis & quamvis de recuperanda Terra ſancta potiſſimè ageretur, propter bella civilia in Ytalia nihil decretum eſt.

Ord. Carmelitani ortus. Carmelitarum Ordo per hoc tempus in Syria apud montem Carmelum ab Alberto Patriarcha Hieroſolymitano excitatur.

HERMANNUS.

Hermannus ſeptimus Abbas hujus Monaſterii Vir magnæ devotionis & ſingularis induſtriæ. Hic Piſcinam io *Turſchenreuth* inferiorem fecit, opus certè memorabile & multæ quondam commoditatis. Multa etiam bona viciniora per concambium longè diſtantium prædiorum fertur attraxiſſe, quod factum quantæ fuerit induſtriæ quantúmque monaſterio conduxerit, magis magíſque indies experimur. Si enim viciniora illa permaxima cum difficultare jam nunc conſervantur tuentúrque, longè minus remotiora propter malitiam hominum ſervari poſſent. Fuit etiam vir magnæ devotionis ad ſanctos Angelos Dei præcipuè, ob quorum ſingularem venerationem curſum de èis compoſuit, rogavitque Dominum, ut non niſi eorum feſtivitate ex hac luce evocaret; ſicque pro ſua eſt auditus devotione & dum apud Ciſtertium generali intereſſet capitulo infirmitate correptus ipſo die ſanctorum Angelorum vitâ exceſſit: ibidem ut ferunt, in ambitu honorificè tumulatus. Cum jam regimini hujus domûs octo annis nedum laudabiliter præfuiſſet, ſed etiam profuiſſet utiliter, circa annos Dominicæ
1220. Nativitatis *MCCXX.* ſub Honorio Papa tertio, & Friderico Romanorum Imperatore ſecundo.

Ordines Fratrum Prædicatorum, Minorum & Fratrum Theutonicorum ſanctæ Mariæ in Pruſſia tunc ortum habuêre.

Jeroſolyma Civitas ſancta obſidentibus Chriſtianis Damiatam per magni Saladini filium tum quintâ vice funditus evertitur.

Hic Hermannus ex Leupoldo Auſtriæ Duce inclyto aliquas decimas, quas mooaſterium in confinio habebat, multis precatibus obtinuit, & monaſterio conjunxit.

1214. Circa hæc tempora anno videlicet *MCCXIIII.* Fridericus II. Romanorum Imperator ſereniſſimus magno cum comitatu Epiſcoporum, Prælatorum, Principum ac Comitum anno imperii ſui ſecundo fuit in Egra opido regali.

(g) ita Cod.

Turſchenreuth villa quatuor duntaxat curiarum ſub hoc Abbate per concambium ad monaſterii poſſeſſionem devoluta primum eſt.

EBERHARDUS.

Eberhardus octavus hujus loci Abbas in adminiſtratione temporalium admodum providus & in agendis multum ſollicitus & ex hoc monaſterio perutilis. Is multas officinas pro comuni utilitate monaſterii ſatis providè diſpoſuiſſe fertur & conſtruxiſſe: ipſe etiam quemadmodum prædia, quæ partim in vicino ſunt partim in remotiori diſtantia fuêre per prædeceſſores ſuos, & ſe vel per concambium vel juſto Emptionis titulo Monaſterio conjuncta ſunt, diligentiſſimè conſignavit. Poſtquam autem ad ſeptimum & vigeſimum anoum usque curam regiminis utiliter exegiſſet ſenio confectus Abbatiam reſignavit, & paulò poſt mortuus appoſitus eſt ad Patres circa annos
Domini *MCCXLVI.* ſub Innocentio quarto 1246.
Pont. Max. & Fridetico II. Imp. Claruit eo tempore Elizabet ſaocta Landgravia Thoringiæ.

S. Ætmundus Cantuarienſis Archiepiſcopus apud Pontiniacum Ordinis noſtri in Eccleſia S. Jacobi tumulatus, canonizatur.

Abbas prædictus feſtum Sancti Joannis ante portam Latinam cum XII. Lectionibus & duabus Miſſis apud nos propter patrocinium obtinuit à Capitulo generali celebrandum, & quod die ſequenti anniverſarius Fundatorum hujus domûs ageretur cum Miſſa ſolemni.

Lmberg villa, circa hæc tempora ad monaſterium primò devenit, & ubi modo Eccleſia eſt, tunc erat caſtellum & nobilium quorumdam domicilium.

JOANNES.

Joannes, nonus hujus domûs Abbas Vir facundus & prudens ob id Principibus & Magnatibus gratus apud Ciſtercium etiam capituli tempore commendatus & in pretio habitus: & quamquam de benè geſtis ſuis nihil certum reperi: Credibile tamen eſt eum multa pro Monaſterii utilitate & commodo apud Principes Magnatéſque, quibus gratus erat, in privilegiis & exemptionibus impetrandis diligenter prudentérque effeciſſe.

Is cum regiminis ſui labores ad annum usque primum & vigeſimum ſubiiſſet, attœdiatus extraneis curis, quæ Dei ſolius erant, curare volens Abbatiam reſignavit. Fertúrqoe dehinc perſecutiones ſuſtinuiſſe validiſſimas, ut & ipſe per multas tribulationes in eorum referretur numerum, quorum pro Chriſto gloria in perſecutione fuit.

Reſignatio ejus facta ſub Clemente quarto Summo Pontifice, Imperio Romano, propter obitum Friderici II. vacante, ſub annis
Incarnationis Verbi Divini ſexageſimo ſexto 1266.
poſt bis centenos & mille.

GISIL-

GISILBERTUS.

Giſilbertus decimus Waldſaſſenſis Abbas Vir utcunque tantâ prælatione dignus.

Hic primum ex Waldſaſſenſi Monacho delectus Abbas Ozzegkenſis at poſt vacante Abbatiâ ad propria revocatus, ibique tribus duntaxat annis regimini præfuit. Poſtremò verò in Abbatem veteris campi aſſumptus, ubi Abbatiam annis plutibus peroptimè rexit, ac tandem ſenio confectus reſignavit, in pace & tranquillitate animi finem dierum ſuorum faciens. Ipſe Archam reliquiarum pro ſummo altari fieri fecit, quæ poſtea vaſtationis tempore Bello Bavarico unàcum reliquiis ibi conſervatis, incendio periit.

1270. Eodẽ tempore anno videlicet *MCCLXX.* poſt obitum Clementis III. Apoſtolicâ Sede ob contentionem Cardinalium & Imperio Romano propter Electorum diſſenſionem vacantibus, ſexto decimo kalend. Maji ipſa civitas Egrenſis incendium paſſa eſt, ubi centum homines & quinquaginta igne perierunt. Circa idem tempus, anno vide-
1272. licet *MCCLXXII.* B. Thomas Aquinatis toto orbe clarus felicem Deo ſpiritum reddidit Monaſterio Novæ foſſæ divi Ciſtercienſis Ordinis.

LAMBERTUS.

Lambertus, XI. hujus domûs Abbas de officio cellerariæ aſſumptus, in qua dum probus & utilis repertus eſt, prælatione dignus judicabatur, ad quam ſublimatus minùs, quam ſperabatur, valuit, ita enim perſæpè humanum fallitur indicium his in rebus deligendis, oonnunquam etiam ſuperveniente honore mores quoque mutari comperimus: Rarum enim omnino eſt, ut inquit Caſſiodorus, *Dominum triumphare de moribus:* & quia tribus duntaxat anois & dimidio præfuit nulla ſuperſunt ejus geſta digna notatu. Regit ſub Innocentio quinto Papa & Rudolpho Comite de Habſpurg Romanorum Cæſare.

Concilium generale ſub Gregorio X. Lugduni eſt tunc temporis celebratum, ubi attentiore cura imprimis de aſſerenda ope Terræ Sanctæ rebus actum eſt. *Heydwigis* ſancta claruit fundatrix Monaſterii *Trebnitz* egregii, cui primum Gerdtudem ſanctam ejus filiam præfecit Ordinis Ciſtercienſis. In Bohemns bellum actum eſt, ubi Othocarus Rex Bohemorum à Rudolpho Cæſare interiit.

JOANNES.

Joannes XII. Abbas homo pii cordis non tam devotus quam providus in agendis. annis XII. utiliter monaſterio præfuit. Tandem expleto dierum ſuorum curſu vitâ exceſſit Abbatiam in ſtatu competenti, ſine debitis & cum aliquali depoſito deſeruit,
1285. circa annos Chriſti *MCCLXXXV.* ſub Honorio IIII. Summo Pontifice & Rudolpho Imperatore.

Fuit eo tempore poſt obitum Othocari Boëmorum Regis Venzeslaus filjus ejus apud Pragam in Regem coronatus Princeps clementiſſimus & admirandus ſanctitate. In cujus coronatione ferunt treceototum equitum millia & peditum infinitam multitudinem ex regia curia cibos ſumpſiſſe.

THEODERICUS.

Theodericus XIII. Abbas hujus monaſterii ex Cœnobio Ozzegk adductus, vir conſilii & magnæ prudentiæ, inter Conſiliarios Venzeslai Bohemiæ Regis non infimus, ob id pro fundando monaſterio aulæ regiæ loco certè inſigne promotus apud regiam majeſtatem extitit præcipuus. Is in conquirendis poſſeſſionibus & terminis dilatandis ſolicitus multum & induſtriæ ſingularis: Nam Falckenberg & Liebenſtein arces cum juribus & attinentiis multis amaritudinibus laborioſè attraxiſſe legitur. Poſt multa igitur graviter & providè geſta, cum jam annos decem fermè & novem rexiſſet, regimen ceſſit, & proviſionem bonam recepit, mortuus autem in cemeterio ſepulturam nactus; poſt annos autem octo Joannes III. eundem exhumari fecit & in capitulo cum aliis prioribus honorificè tumulari. Ceſſie ſub Benedicto XI. R. Pont. & Alberto I. Imp.

Jubileus his temporibus MCCC. ſub Boniſaclo VIII. celebratur, quo anno tantam hominum multitudinem Romam ferunt profectam, ut vix Incedere per urbem tam amplam licuiſſet.

Celeſtinorum & ſervorum Beatæ Virginis Ordines circa hæc tempora excitati.

Venzeslaus III. dictus Ebrius, ſeptimus Bohemorum Rex interſectus, Inde bella & populorum afflictiones plurimæ ſecutæ ſunt.

Alanus Doctor venerabilis claruit, ſepultus apud Ciſtertium ſatis honorificè.

Judæorum aliquot millia circa idem tempus apud Herbipolim & in locis finitimis propter malegeſta incendio perdita ſunt.

Theodoricus Abbas præfatus poſt reſignationem prælaturæ legitur denuò prioratui præſuiſſe, quod cum moderno tempore ſolitum non eſt, ejus magis humilitati quam alteri cauſæ aſcribendum duco.

Idem caſtrum *Libenſtein* cum attinentiis quibusdam & villam mediam Hohnthann à quodam Theoderico de Parſperg perpetuâ emptione 600. marcarum puri argenti & 200. libris Hallenſibus monaſtetio conjunxit, quod tamen maximis poſteà laboribus propter Impeditiones plurimas ſtabilivit anno regiminis ſui XIII. anno Dominicæ Incarnationis *MCCXCVIII.* 1298.

Ante hæc circa annum *MCCXCVI.* Wenzeslaus II. Rex Bohemorum in Egra opido per aliquot dies egit regiam.

OTTO.

Otto quartus decimus Abbas hujus domûs in Prioratu antea & celleraria ſatis ſe comendabilem geſſerat, ad Abbatiam evectus mutatis moribus priſtinis (ut frequenter aſſolet) minus quam putabatur, valuit.

Quam ob rem duobus duntaxat annis Abbatatum regens ceſſit, ſive per mortem

ſive alias, certum non reperio, ſub Clemente V. Papa & Alberto I. Rom. Cæſ.

Hic Albertus Imperator probè inclinatus monaſterio nonnulla ei donavit privilegia circa hæc tempora, anno videlicet
1306. *MCCCVI.* kalend. Octobr. curiam egit
apud Eger opidum anno imperii ſui nono.

Haidenricus.

Haidenricus Abbas poſt Ottonem ex Zedlicenſi abbatia huc aſſumptus, homo juſtus & pius, qui duobus duntaxat menſibus pro Abbate ſe gerens dum ad Bohemiam veniens vacanti abbatie Zedlicenſi, cui anno præfuit de rectore providere voluiſſet, tantus de ejus diſceſſu tum apud vulgum tum etiam apud nobiles luctus & mœror exoritur, ut vir ille bonus pietate commotus in dublum raptus, cui nam parti obtemperaret potius, omninò hæſitaret. Erat enim vir ſanctæ apud homines opinionis, cujus meritis lucra omnia & proventus in montibus *Kutinis* attribuebant, timebántque ne eo diſcedente ipſa quoque mineralia deficerent, & vulgi multitudo in priſtinam redigeretur egeſtatem. Tandem Conventûs ſui precibus ac Baronum nonnullorum ac vulgi rogatu victus, eis à quibus niſi obedientiâ compulſus exulare intimè voluiſſet, acquievit, & nuntios duos ſolemnes Dominum *Gerwicum* Abbatem in *Ozzigk* & Dominum Theodericum, qui pridem hoc loco abbatiæ ceſſerat, ad *Volkolderodenſe* monaſterium pro Domino Viſitatore reducendo transmiſit. Quo veniente auditis cauſis legitimis ceſſioni aſſenſum præbuit, & Dominum Abbatem de *Walderbach* ejus loco electum confirmavit, quem ob id quod ad recipiendas fratrum profeſſiones conſentire noluiſſet, Abbatum catalogo aſcribendum non arbitror: ſecus de Haidenrico cujus merita ſanctitatis id ipſum jure expoſtulare videntur.

Udalricus.

Udalricus II. hujus Monaſterii Abbas ſextus decimus ex aula regia, ubi Magiſter Converſorum erat adductus vir maturus & bonæ opinionis, qui, dum Abbas de Walderpach de ſe factæ electioni aſſentire noluiſſet, concorditer in Abbatiam eſt evectus. Qui mox ad Bohemiam pro creando Abbate in Zedlitz ſe recepit, & unanimi omnium voto electum denuò Haydenricum ordinariâ auctoritate confirmavit, quo facto lætitiam ingentem in montibus *Kutnis* excitavit. Poſt verò annis ferè duobus & quadraginta utiliter præfuit, & confectus ſenio regimen ceſſit vitam dehinc plenus operibus bonis finiens, migravit ad Chriſtum.

Udalricus autem poſtquam annos ſex & dimidium in cura regiminis exegiſſet, altero locum ceſſit, & ad propria ſe ſe receptans, in celleraria, cui præfectus fuit, vitâ defungitur. Ceſſit autem Clementis V. Summi Pontificis & Henrici octavi Comitis Lucenbergenſis Rom. Imperatoris temporibus,
1310. circa annos Dominicæ Nativitatis *MCCCX.*

Concilium generale celebratur circa annum Domini *MCCCXI.* kal. Nov. ſub Cle- 1311.
mente V. apud Viennam urbem præſentibus trecentis Epiſcopis præter alios Prælatos, ubi inter cætera Eccleſiaſtici ſtatûs reformationem concernentia, de ſubveniendo Jheroſolimæ multa ſunt tractata, quæ tamen omnia in irritum cecidêre. Templariorum Ordinis extinctio eâ tempeſtate facta eſt & bona eorum decernente concilio manſioni hoſpitalis Jheroſolymitani aſſignata. Opinati ſunt quidam ex bonis ſupradictis templariorum & noſtro quoque monaſterio donationis Imperatoris nonnulla ceſſiſſe, puta jus patronatûs Eccleſiæ in *Horburg* &
Berugem (h) obtentu venerabilis Abbatis (h)
Joannis tertii, de quo in ſequentibus.

Sub præfati Abbatis regimine circa annum Domini *MCCCVI.* capellam paradiſi 1306.
ante fores Eccleſiæ, in qua ſepultura quondam erat Nobilium, conſtructam legimus.

Joannes III.

Joannes tertius natione *Cubicenſis*, ſeptimus decimus hujus loci Abbas, vir multæ religionis & in dandis conſiliis præcipuus in conſpectu Magiſtrorum gratus, obedientium & devotorum fratrum internus amator, extirpator vitiorum acerrimus: In obſervantia denique regularis diſciplinæ zeloſus, gratioſus in Verbi Divini prædicatione & inſuper in omni ſua actione virtuoſus; Ex Priore in Abbatiam ſuffectus multum providè & utiliter ſe geſſiſſe legitur. Fuêre eâ tempeſtate Monaſterio ablata Bernaw, Griespach & Hoenthan, quæ ipſe ſuâ induſtriâ recuperavit, & privilegiis Heinrici Octavi Rom. Imp. aliorúmque Regum ac Principum roborari fecit.

Pro quibusdam etiam damnis per Burggravium Nornbergenſem Monaſterio irrogatis, apud *Ludovicum Quartum* dictum *Bavarum* jura patronatûs Eccleſiarum in Berngaw & Horburg multis laboribus extorſit.

Ab eodem etiam Ludovico præter expenſas graves, quas aliquando in Monaſterio fecerat, jus patronatûs Eccleſiæ in Flozz ſuâ impetravit ſingulari induſtria.

Arcem præterea Hardeck cum juribus & attinentiis univerſis juſtæ emptionis titulo bonis monaſterii primus adjunxit.

Curiam inſuper Ratisponæ ruinoſam comparavit, in cujus reſtaurationem magnam pecuniæ ſummam impenderat.

Alienata eſt hæc curia legitima fortè ex cauſa & quaſi minus in tanta diſtantia conducibile bonum: Poſtremum cum jam vitæ ſuæ curſum penè confeciſſet, attædiatus curis laboribúsque, quibus ad tertium & decimum annum deſideraverat, ut divinis liberius vacaret præſente viſitatore, licet renitentibus omnibus Abbatiæ cedere diſpoſuit, cui dum eâ vice aſſenſum non eſſet, Volkolderodum perſonaliter petens, ibidem reſignare viſitatori regimen curat, qui tandem præcibus devictus ſecum rediens ceſſionem ejus licer invitus admiſit: at ipſe pro reliquis vitæ diebus ſubeundis proviſionem bonam Hardeck videlicet pleno ſuo jure

per-

(h) ita Cod.

percepit, citcáque Sacellum S. Jacobi domunculam ſuæ dignitati decentem inhabitans, ibi ſenio confectus moritur, & in capitulo àd patres decenrer reponitur.

Sacellum S. Joannis circa hæc tempora
extructum videtur, per quemdam dictum
Henricum plebanum in *Olzintz*, quemad-
modum Epitaphia ſepulchrotum tam ejus
quam matris ipſius luculenter indicant.
Hardeck Domicilium munitum cum juribus
& villis quibusdam Abbas præfatus ab Ulti-
co Lantgravio de Leuchtenberg pro CCLX.
ſexagen. Groſs. Pragenſ. Monaſterio adjecit
1316. circa annum Domini *MCCCXVI.*

Idem etiam villam *Bernaw*, quod modo opidum eſt, Comitis Palatini primus attraxit, ſedquemadmodum per venditionem denuo ad regnum Boemiæ fuerat devolutum, & inde domui Bavaricæ adjecta, alibi habetur.

1315. Anno *MCCCXV.* Ftidericus Burgravius
Nurnbergenſis propter magna damna, quæ
injuſtè Monaſterio irrogaverat, auctoritate Apoſtolicâ publicâ excommunicatione damnatus fuit.

Joannes IIII.

Joannes IV. dictus Grubl, natione Thuringus. Is primum adoleſcens compoſitus erar moribus ingenioſus ac bonæ indolis, ob ſuam igitur habilitatem per Dominum Joannem III. Pariſiis ad venerabile ſtudium miſſus in virum doctum & eloquentem & bonum notarium tandem evaſit. Poſteà tamen vaccante Abbatia in *Ossegk* eidem canoniæ præficitur, in qua dum ſe utiliter geſſiſſet, demum cedente Domino *Joanne III.* ejus promotione electus, ad propria cum honore revocatut, & Abbatiæ Waldſaſſen opulentiſſimo in ſtatu & vigore exiſtenti præfectus, multa poſtmodum egregiè actitâſſe legitur: Et quamquam bono in ſtatu Monaſterium repererit tamen ob ejus prodigalitatem ptimum declinare cœpit. Hoſpitalis enim erar plurimum & Abbatum conventiculis admodum delectabatur: ob id plures nonnunquam accerſiens in domo propria deputata Abbati, aut certè in Turſchenreut per quindenam ſecum retinuit.

Is apud Dominam Elizabeth Reginam Bohemiæ mulierem chriſtianiſſimam in pretio habitus eſt, quippe quæ ob ſingularem, quo eum proſequebatur, favorem ornatus quosdam pretioſos & primâ ſui nominis litterâ ſignatos Monaſterio condonavit: è quibus ego duos licet inveteratos repperi coccineos, tubrum unum & alterum fuſcum. Laborans etiam in extremis, naviculam unam criſtallinam ac alia quædam pretioſa clenodia, cum multis notabilibus reliquiis Teſtamenti nomine Monaſterio legaverat quemadmodum in libro privilegiorum ordinatè ſignata cernuntur. Quæ tamen filius ejus Karolus Quartus Bohemiæ Rex & Romanorum Imperator, dum Moraviæ Marchionatum teneret Teſtamentum caſſans, Legata omnia vi abſtulit. Idem à Braxatorio usque ad infirmeriam murum cum turri apiarii & valva ibidem inſtauravit. Murum etiam à paradiſo usque ad domum hoſpitum
cum ambitu deſuper decenter ornatum
conſtruxit, qui poſt annum nonageſimum 1494.
quartum ſuper mille quadtingentos per
Georgium Abbatem amotus eſt. Arcem præterea in Turſchenreuth ipſe primus ædificare cœpit, licet non eo modo, quo jam cernitur, muro etiam & turri inferiori ipſe oppidum munivit.

Srubam denique hyemalem juxta inſitmitorium & turrim apud Abbatiam veterem ædificavit cum multis aliis officinis neceſſariis, quæ omnia ego cum contemporaneis uti erant reperimus: poſt vaſtationem verò monaſterii tam hoc quam alia complura quaſi ſuperflua ex fundo dejecta ſunt. Multas etiam Eccleſias prout in privilegiis cernitur Monaſterio incorporavit.

Tandem contractus omnibus membris cum jam ad annos ferè quindecim regimini hujus domûs utiliter præfuiſſet compulſus debilitate abbatiæ ceſſit, & domuncula ſuper coquinam abbatiæ veteris inſtauraram inbabitavit, cujus ego duntaxat veſtigia aliqua viderim, & pro reliquis vitæ ſuæ diebus cenſum Eccleſiæ Novoforenſis, qui erat in proviſionem, accepit; poſteà conſummato jam curſu dierum caſtigarus graviſſimis infirmitatibus humanæ conditionis debitum exſolvit ipſo die Divæ Priſcæ Virginis.

Ceſſit circa annum Dominicæ Nativita- 1337.
tis ſeptimum & triceſimum ſuper mille trecentos, ſub Benedicto XII. Pontifice maximo, qui erat Ciſtercienſis Ordinis & Ludovico quarto Imperatore, qui apud Fürſtenſelde monaſterium Ordinis noſtri in partibus Bajoariæ, cum eſſet in venatione à Duciſſa Auſtriæ veneno interiit, ſepultus apud Monacum urbem Bajoariæ.

Fuêre eâ rempeſtate ſecula ſelicia, quibus multi tum doctiſſimi tum etiam ſancti viri mundum colluſtravêre, quemadmodum in Chronicis liquido eſt videre.

Ab hoc tempore Ludovici videlicet Imperatoris & ab ejus fratre Rudolfo, qui erat Comes Palatinus & Elector imperii Duces Bajoariæ originem ſuum & nomen Palatioi habuère.

Sciſma XXI. tum erat in Eccleſia erigente ſe quodam Petro Corbatienſe Ordinis Minorum ſavore tamen Ludovici Cæſaris in Antipapam contra Joannem XXII. prædeceſſorem Benedicti XII. qui ſciſmaticus poſteà incarceratus obiit.

Circa hos annos Reverendus Pater Do-
minus Fridericus Friderici Landgravii de
Leuchtenberg filius Abbas quondam Lang-
heymenſis poſteà Ebracenſis inde Epiſcopus
ſactus Eyſtettenſis vita functus humanâ de-
ceſſit anno Dominicæ Nativitatis MCCC- 1329.
XXIX. ſextò kalendas Aprilis, communi
ſepulturâ progenitotum ſuotum ad ſum-
mum altare tumulatus.

Franciscus.

Franeiſcus Abbas hujus loci cognomento Kubel natu Egrenſis, vir doctus & eloquens, ob ingenii enim ſui habilitatem ad venerabile ſtudium pariſius liberalibus artibus imbuendus (*miſſus*) ibi quod erat, ad-

eptus eſt. Reverſus igitur ex ſcola univerſitatis recto itinere Abbatiam ſervitorum more intravit, ſéque ita fecit applicabilem, ut brevi poſt ad officium Burſariæ aſſumeretur, ac deinde ad prioratum tandem etiam gradatim ad abbatiæ prælationem ſuffectus eſt: verum quia *multum refert* (ut ait Philoſophus) *juvenem ſic vel ſic aſſueſci*, ipſe ab unguiculis apud matrem tenerrimè educatus, quod puer hauſerat, provectiori ætate eructavit. Nam in primordio ſui regiminis, ut erat homo prodigus, principum curias ſumptuoſo cum apparatu frequentare cepit plus oſtentationi propriæ quam publicæ vacans utilitati & quia Magnatum ſtudebat venari favorem, mentémque ejus popularis aura mulcebat ob Regis Bohemiæ aliorúmque Principum complacentiam, ad exequenda eorum negotia curiam Romanam ſæpius accedens multas ſumptuoſas fecit expenſas, eo ipſo quantum obfuerit Monaſterio facilè advertere poteſt, qui vel in modico ſtatum hujus domûs noverit: ſæpè enim foris, raro domi, rei domeſticæ non magnoperè conferre videtur.

Nonnulla denique ædificia, licet non ſine grandi jactura domûs inſtaurat, utpote caſtrum in Turſchenreut quod incendio corruerat. Liebenſtain arcem muro exteriori, quo ante caruerat, munivit Braxatorium inſuper juxta ortum hoſpitum extruxit ſatis ſpatioſum, quod poſt vaſtationem exteriori muro amoro, contractius inſtauratum eſt. Domunculam etiam in domo lapidea poſteriorem de novo funditus erexit, & ejus impenſas omnes inter Judæos ſub uſũris mutuavit.

His & aliis occaſionibus compluribus debita monaſterii excreverunt & eousque, quod obſtagia nobilium, uſuræ, voragines tum Judæorum tum etiam fœneratorum penè totum, quod Monaſterii erat, & mobilia & immobilia bona devorârant: Potiſſimum tamen quicquid in diſtrictu Egrenſi Monaſterii erat, cives ejus opidi in ſuos traxerant uſus: *Rudolffſtein* arcem, *Weiſſenkirchen* cum juribus & attinentiis, *Schonpach* & *Wald* cum villis triginta, quod hodie hæredes Domini Wenceslai Schlicken hæreditariâ ſucceſſione poſſident, Chodaw cum omnibus attinentiis, Pernaw cum villis quibusdam & omni dominio, jura denique patronatûs Eccleſiarum quarundam, decimas, calices, baculum paſtoralem, ornamenta Eccleſiæ pretioſa, ac alia quælibet Monaſterii clinodia tam ipſe quam ſui, qui eum regere videbantur, alienârunt: Nec tamen adhuc his omnibus venditis quoquomodo vel creditoribus ſatisfactum erat, cum tanta eſſent ac tot obſtagia, ut nullus præ horrore ea ſuppurare audebat: cùmque conſanguinei ſui amicique, ſua impléſſent marſupia ſuósque de iniquo Mamona cœnobii ditaſſent, confictâ occaſione (occaſionem enim quærit, qui vult recedere ab amico) gravitet eundem diffamavêre. Videntes enim jam non eſſe ſibi ſuper quod ſubtraherent, eo ſeſe juſtificare annixi ſunt, poſtremo qui vanâ ſpe ducti prælationem ambiebant, in ſua abſentia Dominum Viſitatorem cum patribus quibusdam accerſiêre, effeceruntque ob diſſenſiones & partialitates etiam cum effuſione ſanguinis ſtrepitum non modicum, haud tamen ſine maximo monaſterii malo: at ubi nec eo modo ſuæ ambitionis effectum conſequi poſſent, confœderati ferè omnes & electo inter ſe præſumptuoſo quodam Nicolao Heckhl, eum Abbatem ſalutârunt, recedentésque à monaſterio ſuper mille Hallenſium libras ſecum abſtulêre. Dum verò hæc & alia complura capitull tempore in auribus Patrum percrebuiſſent, Domino Morimundi, cujus lineæ præſens fundatio attinet, de remedio providere opportuno commiſſum eſt: eo itaque Alemanniæ monaſteria viſitante, dum apud nos cum certis Patribus eum actum ex more ageret, Dominum Franciſcum tanquam dilapidatorem depoſuit, & Nicolaum illum Heckl ut præſumptuoſum fratrem amovit; de conſenſu verò Patrum & Conventûs Hilteshof cum duabus villis pro tempote vitæ ſuæ Franciſco in proviſionem ceſſit: & quamquam ibidem Dominus Franciſcus valdè negligens fuiſſet, & inutiliter poſt depoſitionem tamen ibi jam annos in prælatura exegiſſet ferè duodecim, in multa parientia per annos viginti Domino ſerviens optimis fertur claruiſſe conſiliis: ad ultimum Apoplexiâ ractus & vocis uſu perdito, quintâ exinde die ultimum efflavit ſpiritum: quarto tamen poſt Succeſſore viſo circa annum Chriſtianæ ſalutis ſexageſimum nonum ſuper mille trecentos ſub Urbano quinto Pontifice maximo & Karolo quarto Bohemiæ Rege & Imperatore Romanorum.

Pragenſis Eccleſia, quæ Moguntino Epiſcopo ſubdita erat ſub hoc Karolo ad Metropoliticum decus erecta eſt, & corpus S. Viti per eundem illuc delatum.

Studium etiam venerabile artium bonarum eâ tempeſtate inſtauratum & per Karolum privilegiatum eſt Pragæ, licet non diuturnum fuerit, ut patebit.

MARQUARDUS.

Marquardus Vir eximius divinarum Litterarum eruditiſſimus Medicinæ clarus ſecularis etiam Philoſophiæ non expers hâc tempeſtate ſcientiâ ſuâ & vitæ boneſtate hujus noſtræ Congregationis Collegium non mediocriter illuſtravit. Hic vir doctiſſimus curiæ noſtræ in Haydingsfeld præfectus, ut doctrinæ ſuæ monumenta pro poſterorum ædificatione poſt ſe relinqueret: Evangelia dominicalia magiſtraliter & lucide poſtilavit, quem librum veteres imitatus Scriptores venerabili Viro Domino Eberhardo de Maſpach tunc canonico & plebano majoris Eccleſiæ Herbipolenſis ur ſpeciali amico ſuo dictavit. Ad eundem denique de vita contemplativa librum edidit, volumen egregium tribus libris & ſermonibus octogin a quinque diſtinctum, quem librum occaſione moleſtationum & gravaminum, quæ ab Epiſcopo Babenbergenſi Friderico de Hochenloch pertulerat, exorſus eſt exemplo Boœtii viri celebratiſſimi, qui ob fidem trinitatis per Theodoricum Arrianum à ſenatoria dejectus dignitate & patria pulſus in exilio ſuo de conſolatu Philoſophico libros ediddiſſe legitur.

Ad

Ad Dominum etiam Ottonem Epiſcopum Herbipolenſem de Dignitate Sacerdotali, ſtilo quidem familiari, ſed non minus ædificato & ſacrarum Litterarum floſculis ornato, triginta Sermonum librum cudit. Ferunt quidam Doctorem eum fuiſſe, quod tamen nusquam ego reperi, quisquis tamen fuerit & unde, vir erat multâ laude dignus, & veluti in ſcriptis ejus palam eſt videre totius Philoſophiæ doctiſſimus, in ſtilo familiaris, in allegandis ſcripturis copioſus: nam ut ipſe loco quodam teſtatur pariſius ſacras Litteras didicit, quo etiam diſcendi genere Jacobum Collegam quemdam, qui poſtmodum Benedictus Papa XII. ſe habuiſſe affirmat.

Quia Monaſterium his temporibus maximis fuit involutum debitis quemadmodum prætactum eſt, & maximè Judæorum apud Egram commorantium Ludovicus Imperator requiſitus Judæis obligata debita relaxat, ne nimium ex his gravetur uſuris
1341. Monaſterium, anno *MCCCXLI.*

Idem Karolus IIII. tunc Romanorum
1349. Rex anno *MCCCXLIX.* obtentu Franciſci Abbatis aſſignavit Monaſterio ſexingentas fl. denarior. Pragenſ. apud cives Egrenſes de debitis Judæorum ibidem tunc occiſorum, ut ex aliis obligationibus facilius ſubleventur.

1348. Peſtis lugubris & miſeranda anno *MCCCXLVIII.* per totum penè orbem debachata eſt, adeóque deſævit apud omnes nationes, ut vix decimus quisque ex milleſimo homine ſuperfuerit, multáque loca nedum campeſtria, ſed & arces & opida derelicta & in ſolitudinem redacta ſint. Sub Abbate Franciſco ſupra dicto ita fuit monaſterium in temporalibus collapſum & uſurarum rubigine corroſum, quod omnes ejus proventus victui quotidiano non ſufficerent, ob id Patres Ordinis habitâ viſitatione circa annum *MCCCXLVII.* ſtatuerunt quatuor, quos Burſarios vocabant, qui omnes proventus receptarent, fideliter conſignarent, ex quibus omnium neceſſariorum adminiſtrationes principaliter manarent, ut illorum ſaltem diligentia denuò poſſet monaſterium quomodolibet relevari, factâque diſperſione fratrum, qui reliqui fuerant in omni parcitate & modeſtiâ victitare cogeban-
(i) tur. (i)

Hainricus II.

Hainricus II. hujus nominis in ordine verò electionis vigeſimus Abbas hujus loci, cognominatus Rulb: hic ex Zedlizenſi monaſterio aſſumptus depoſito Franciſco ſucceſſit, & Abbatiam commiſſam ſumma in egeſtate reperit, cúmque ob maximum debitorum numerum in deſperationis baratrum penè corrueret, tamen quia facundiſſimus erat, geſtis & moribus compoſitus, ac omnibus quaſi amabilis ſagaci verborum dulcedine creditorum mentes deliniens, ſolutiones ſuſpendit quoad conſilio fretus Valkenberg cum attinentiis & juribus pro tribus millibus librarum Hallenſium obligaret, Monaſterium à debitis aliquantulum relevavit, at ubi nec iſta ſufficeret ſumma, Apoſtolica fretus diſpenſatione bona in Lensreut & in Pirck cum juribus debitis & omni ſuo dominio Lantgraviis de Leuchtenberg vendidit, & perpetuò alienavit: Dum verò nec hoc ære creditoribus omnibus ſatisfacere potuiſſet factâ fratrum diſperſione cum paucis domi remanens ſucceſſivè ut potuit debita minorare ſtuduit. Proceſſu verò temporis mutatis moribus, qui prius cunctis erat amabilis, omnibus deſpectabilis factus eſt, cúmque aliorum mores reprehendere & minus pacificè quam ſolitus erat, cum eis, inter quos converſabatur, vivere cœpiſſet, eósque multis modis diffamaret indignatione commoti averſari eum cœperunt & plurimum ei reſiſtere nec in aliquo prorſus advertere: accuſatus etiam ſuper certis rebus apud Patres Ordinis in Capitulo generali comparuit, & de objectis ſatisfaciens ſeſe legitimè expurgavit. Poſt reditum verò ex Capitulo generali duobus duntaxat annis in Abbatia perſeverans, in qua octo jam ſoles exegerat, ſpontè ceſſit, & acceptâ pro ſui proviſione ſummula quâdam nummorum ad propria, unde evocatus eſt, ſe ſe recepit. Ubi incommoda multa ſuſtinens in multa ærumna vita functus deceſſit, ibidem tumulatus. Cedit Officio Innocentii VI. Summi Pontificis & Karoli quarti Romanorum temporibus. Annus erat noſtræ ſalutis quinquageſimus ſeptimus ſupra 1357.
mille trecentos.

Jubileus annus petentibus Romanis quinquageſimo à ter decies centeno celebratur ſub Clemente VI. qui attento, quod ætas hominum centenarium annorum numerum rariſſimè contigeret Jubileum quinquageſimo quoque anno celebrari conſtituit.

Hujus Henrici Abbatis tempore Monaſterium in proprietate ſuâ multimode damnificatum fuit à quodam Alberto dicto Nothhafft ex parte caſtri Weiſſenſtein quod probatum fuit juribus noſtris cum omni dominio ſuo attinere videlicet in executione commiſſionis in opido Eger ea de re factæ.

Præſatus Abbas ut repertis debitis ſeſe facilius eximeret, & quotidianis ſatisfaceret impetitionibus creditorum inter cætera etiam brachium argenteum per prædeceſſorem ſuum in pignus obligatum vendi permiſit Canonico cuidam Eccleſiæ Ratisponenſis A. 1351.

Nicolaus.

Nicolaus dictus Steinkelner natione Egrenſis vir utcunque devotus & circumſpectus vigeſimus primus hujus loci Abbas. Is à juventute noſtra in domo educatus eſt ſub habitu religionis, ſed emiſſus ad Zedlitz ibidem profeſſionem faciens ſeſe ſtabilivit; cedente verò Domino Heinrico ipſe cano-

(i) Hunc Marquardum Carolus de Viſch Ordinis Ciſtercienſ. Bibliothecarius non indiligens *p. m.* 245. ex Guilielmi Biſengrenii *Catalogo*, uti Carolo allegatur, *Doctorum Orthodoxorum* vocat: *Monachum eloquentiâ nobilem, Apoſtolicâ doctrinâ inſignem, principem ſuæ ætatis Philoſophorum & Poëtam gravem.* Multa autem Otto Abbas noſter memorat, quorum notitia ad Bibliothecarium Ciſtercienſium non pervenit.

canonicè electus cum honore reductus eſt & in Abbatiam ſuffectus. Hic principio ſui regiminis prædia & bona in Pendorff vendidit & Valkenberg cum attinentiis, quod per prædeceſſorem ſuum pignoris loco obligatum fecit, quaſi utiliora denuò redemit.

Domum Hardeck, quæ incuriâ anteceſſorum ad manus militum de Weydenberg devoluta erat labore magno & induſtriâ ſingulari reduxit. Piſtrinum vetus, quod ſuo tempore incendio domeſticorum incuriâ corruerat, inſtauravit, & muro forti munivit.

Poſt hæc & alia providè geſta, ubi ad tertium annum usque in regiminis cura deſudârat, ægritudine validâ preſſus ipſo die D. Matthæi Apoſtoli diem clauſit extremum, circa annum verbi incarnati ſexageſimum tredecies centenum ſub Innocentio ſexto Papa & Karolo IIII. Imperatore.

Hardeck caſtrum cum villis & attinentiis è manibus nobilium quorundam dictorum Weydenberg, qui hoc aliquot annis jam ante à Prædeceſſore Franciſco ſub forma tamen reemptionis à Monaſterio habuerat, vix tandem maxima cum difficultate auxilio Caroli IIII. Sereniſſimi Regis eripuit, pro 3060. libris Hallenſium anno Do-
1359. minicæ Incarnationis *MCCCLIX.*

Nicolaus II.

Nicolaus II. natiooe Tachovienſis à vigeſimo ſecundus hujus monaſterii Abbas vir providus & induſtriæ ſingularis gerendarum rerum non mediocriter gnarus. Is curiam lapideam anteriorem ruinoſam & penè deſolatam reperit, quam ipſe magnis impenſis reddidit, ut tum videbatur ſolatioſam. Urgebatur autem creditorum in repetundis debitis, ſtimulis quottidianis quibus ſatisfacieudis cura ſibi erat & ſollicitudo omnium potiſſima. Ob eam ergò cauſam urgente negotio ſatis arduo Pragam incolumis acceſſit, ſed inſperatâ arreptus ægritudine eâ invaleſcente vitâ exceſſit, anno ſui regiminis ſecundo, quæ ſi in annos plures fuiſſet prorogata ſperabatur ſuâ induſtriâ Monaſterium relevaturus. Reductum ergò cadaver exanime in capitulo communi Abbatum ſepultura honorificè tu-
1362. mulatum eſt anno *MCCCLXII.* ſub Innocentio Papa vitæ integerrimæ viro & Karolo IIII. Romanorum Cæſare.

Hic Imperator piiſſimus miſertus hujus monaſterii pro ſuæ pauperiei relevamine debita omnia Judæorum ubicunque degentium, quibus ob Prælatorum incuriam involutum erat, relaxat, quatenus omnia pignora & litteræ ſine ulla contradictione reſtituantur anno regni Romani XVI. Boë-
1362. mici XXIX. circa annum Chriſti *MCCCLXII.*

Crucem deauratam majorem & baculum paſtoralem argenteum præfatus Abbas auxilio genitricis ſuæ comparavit.

Vokemuel grangiam cum juribus & attinentiis omnibus idem Abbas Monaſterio perpetuâ emptiooe attraxit primus.

Joannes V.

Joannes Quintus hujus nominis, ordine Electionis tertius & vigeſimus, vir ſimplex & bonus, ætate jam grandævus ex progenie Nobilium de Wirsberg ortum habens. Hic impetitiones plurimas & acerrimas à creditoribus principio ſui regiminis habuit, quos ut quoquomodo compeſceret, tum præbendarum venditione ac rerum aliarum pecunias conquirens pro modulo ſuo ſucceſſivè indies eisdem ſatisfecit.

Exactis poſteà novem ſui regiminis annis ſeptuageſimum ſuæ ætatis annum agens, maturâ morte interiit ipſo die translationis divi Martini in capitulo decenter tumulatus anno noſtri Salvatoris MCCCLXI. ſub Urbano V. Papa ſanctitatis famâ celebratiſſimo & Karolo IIII. Imperatore.

Brigida vidua ſancta eâ tempeſtate claruit à qua divino Spiritu inſtigante ordo novus S. Salvatoris initium habuit.

Ejus tempore Eccleſia Parrochialis in Horburg cujus jus patronatus ad nos pleno jure pertinet per Ludovicum Comitem de Ottingen violenter fuit ablata & cum maximâ difficultate denuò obtenta quemadmodum litteræ actionis indicant circa annum Domini *MCCCLXIII.* reſtituta eſt.

Quia litteræ privilegiorum monaſterii ſicut omnia alia pignoris loco ſub Judæis detinebantur non potuit easdem hic bonus pater præ nimietate impetitionum aliarum eximere quas ſucceſſor ejus Conradus
I. circa annum Domini *MCCCLXXXIIII.* 1384.
denuò redemit.

Conradus I.

Conradus I. hujus nominis Ordine Electionis quartus & vigeſimus, dictus Heydenreich vir utcúnque religioſus & in temporalium adminiſtratione providus curam domeſticam prima in aliis quibus præfuit officiis edoctus monaſterii ſtatum ut tunc ſe res habebant competenter moderatus eſt. Debita nonnulla per prædeceſſores ſuos contracta exſolvit & bona quædam de novo emptionis jure attraxit. Domicilium Schönficht cum juribus & attinentiis quibusdam ab generoſo Domino Johanne Landgravio de Leuchtenwerg ſeptingentis & ſeptuaginta ungaricalibus florenis comparat. In effodiendis piſcinis fertur admodum fuiſſe ſolicitus creditur alias & multa provide atque utiliter geſſiſſe. Hic poſteaquam annos ferè tres & viginti pro ſuâ virili in monaſterii regimine multo cum ſudore exegiſſet confectus ſenio & labore attœdiatus ceſſit locum valentiori, circa annum Dominicæ Nativitatis tertio
nonageſimo ſuper milleſimum terque cen- 1393.
tenum. Eccleſia laborante ſciſmate 220. peſſimo & quadripartito poſt obitum Gregorii XI. excitato ſub Venzeslao Romanorum rege dicto ebrio Karoli quarti ſereniſſimi & auguſtiſſimi cæſaris filio. Sed patri per omnia diſſimilis voluptatum ſequax, laborum fugiens vini prorſus quam regni curioſior. Sub quo Huſſitatum inſania ortum habuit, ad cujus initium hæretici Pragæ ex Conſulibus ſeptem cum judice & aliis nonnullis civibus de altiſſimis

præ-

prætorii feneſtris præcipitârunt, lanceis & verubus ſubtus exiſtentium excepti dirum præbuere ſpectaculum: At Rex inſaniam videns invaleſcere auffugit, pro fratre Sigiſmundo imperatore oratores miſit ut ſibi in compeſcendis hæreticis eſſet auxilio, ſed mox paraliſi correptus prius humanâ vitâ functus deceſſit quam ſenſit auxilium.

Ante hos annos feſtum viſitationis Virginis glorioſæ ad formam feſti Corporis Chriſti ab Urbano ſexto inſtituitur, ut meritis ejusdem Eccleſiæ unio in Schismate fieret.

CONRADUS II.

Conradus II. hujus cœnobii quintus à vigeſimo Abbas poſt ceſſionem prædeceſſoris ex Celleraria aſſumptus vir ſagax Conſiliorum ſed in doctrinæ ſcientiâ exiguus, ob ingenii tamen ſui habilitatem proceribus & magnatibus gratus erat, negotiis Regum principúmque perſæpè intereſſe compulſus: & dum aliis foris prodeſſe ſtuduit ſua domi neglexit: dum vice quadam ex Regia legatione reditum maturaret fulmine in crure percuſſus vel, ut alii ferunt, ſacro igne tactus: idem crus ſubtus genu ſibi amputari fecit, ſic loripus factus eſt: cùmque eo more monaſterio non tam propriis quam exteroorum comodis ſerviendo ad annum fere octavum decimum non profuiſſet quam proeſſet apud fratres Conventus ſui propter ſui frequentem abſentiam exoſus habitus eſt & ob id, Dominum Abbatem Volkolderode hujus loci ordinarium viſitatorem accerſiere pro remedio oportuno ſetendo flagitaotes, qui adjunctis ſibi Coabbatibus aliis, de Porta videlicet, Lanckheim & Walkenried poſt auditas querelas ipſum Conradum Abbatem viſitationis actum fugientem depoſitum declaravit. Alium quemdam nobili ortum ſtemate dictorum Ermersreuter fratrem Bartholomæum poſtulante Conventu elegerunt. Ipſe verò Conradus amotionem ſuam moleſtè ferens injuriam ſibi factam cauſatus, ob hoc capitulum generale & Sedem Apoſtolicam appellavit circa annum Domini *MCCCCXI.*
1411.

Joanne XXIII. Papa pontificante & Ruperto Comite Palatino Romanum Imperium moderante cùmque res ipſa ventilaretur diutius non ſine grandi periculo & expenſis gravibus utriusque partis interea Conradus ipſe Falkenberg arcem incoluit & adverſarius oppidum Turſchenreut & utroque pro Abbate ſe gerente factum eſt inter partes ſchisma peſſimum & ſcandaloſum valde, at verò ut quisquis partem ſuam tueretur ſecurius diverſis dominis ſe ſe ſubdidere, Bartholomæus Burgravio Norimbergenſi, Conradus Sereniſſimo Principi Joanni Duci Bavariæ, tuitioni ſe cum adhærentibus crediderunt; cum autem Burgravius ipſe Turſchenreut ſtipendiariis comuniviſſet, Illuſtris Princeps Bajaorum Dux veniens & converſo quodam cooperante, piſcinæ inferioris aggerem perfodiens, & aqua demiſſa oppidum intravit & quotquot adverſæ partis erant vi & armis expulere.

Ab eo tempore (k) locus præſens Domui Bajoaricæ jure tuitionis ſemper fuit familiaris: verum ut idem oppidum Monaſterio denuò reſtitueretur ſcrunt Schwandorff oppidum cum attinentiis in compenſam expenſarum in Stipendiarios pro Rege Romaoorum contra Bohemos factarum monaſterio præſtitam denuò Bavaris reſtitutum: Lite igitur ſic ad tertium annum usque perducta dum hujuſcemodi rumores apud patres Ordinis percrebuiſſent volente opportunis ſuccurrere mediis ſcandalo ulteriori Domino Morimuodi, totius capituli generalis auctoritate ad partes Germaniæ tum legatione fungente, exin aſſiſtentibus ſibi quibusdam ex patribus vicinis viſitationis actum ſecundum formam Ordinis exercuit & auditis querelis Abbatem alium, amotis prioribus inſtitui decretum eſt. Ac verò Electoribus inter ſeſe diſſidentibus quemdam ex conventu Langkemenſi dictum Joannem Golt in Abbatem declararunt: illo igitur ſe pro Abbate loci gerente enatum eſt ſchisma, pejus quam ante, crántque noviſſima illius pejora prioribus cùmque ad annum & ſupra negotium ipſum tum in generali capitulo Ciſtercii, tum in urbe Roma aliisque locis compluribus magnis cum expenſis partis utriusque in ſcandalum etiam plurimorum & vituperabile totius Ordinis dedecus judicialiter & exjudicialiter ventilatum eſſet, Monaſterium ipſum ad tantam inopiam talémque utriusque ſtatus collapſum devenerat quod, niſi temporius fuiſſet ſuccurſum extremæ deſolationis opprobrio abſque ulteriori ſpe reſurgendi ſubjacuiſſent. Quod ipſi cooſiderationis oculo maturius attendentes jam penè & laboribus & expenſis uterque fatigati inopiæ & jacturæ irrecuperabili conſulere volentes Reverendi Patres Dominum Joannem Abbatem Ciſtercii tunc Conſtantiæ in Concilio generali agentem pro concordia inter partes facienda requiſiverunt. Qui habita oportunitate Reverendis Patribus Domino Alberto Ratisponenſi & Domino Joanni Nazarocenſi Epiſcopis ſupplicando nec noo venerabilibus Dominò Joanni Langkheymenſi, Jacobo Zedlicenſi & Arnoldo Footis ſalutis Abbatibus, ac Magiſtro Matheo ſacræ Theologiæ Doctori in aulâ Regiâ profeſſo ſerioſius in virtute ſalutaris obedientiæ mandando diſcidium illud decidendi finaliter & componendi plenaria auctoritate Ordinis commiſit in quos tanquam gratos & commiſſarios veros ac legitimè deputatos partes utrque per procuratores ſuos Martinum videlicet Pircker decanum & plebanum in Salice pro Conrado Abbate; & fratrem Joannem Vende profeſſum Waltſaſſen pro Domino Joanne Gold ſub pœnâ perjurii & duorum millium ducatorum data fide compromiſerunt. Quibus ita exactis negotium ipſum eo medio noſcitur tandem deciſum & coocorditer terminatum: quod videlicet Dominus Conradus dictus ſcripto-

K ris

(k) *in marg.* Præſens locus quomodo ad Duces Bavariæ devolutus ſit.

ris pro vero paſtore habendus eſſet & ab omnibus ſubditis Monaſterii obedientia ei & reverentia debita atque condigna exhibeatur : verum Dominus Joannes Gold qui ad quinque ſere quartalia anni pro Abbate ſe geſſerat Abbatiæ in Waltſaſſen ſpontè & absque ullâ condictionis mora quam primum cederet eâ tamen conditione, quod quamdiu Conradus Abbatiæ præeſſet ipſe Joanni cedenti decem florenos Rhenenſes de redditibus monaſterii annuo redderet : & præterea quod idem Conradus Abbas Bartholomæum ſupradictum , & Joannem Vende & Joannem Aurificis ad Parrochialem Eccleſiam Redwitz , ut ibi vitam degerent inſtituere curaret , aut certè de alio unde ſuſtentationem habere poſſent honeſto loco provideret eisque ſingulis pro tempore ſui regiminis octo florenos annuæ penſionis præſtaret : Conrado verò ultroneâ reſignatione ſeu per mortem cedente ipſi ſupradicti fratres vel monaſterium ipſum intrarent vel alium locum ſe memotata penſione reſignatâ reciperent : Itáque re ipſa ſopitâ penitus & pacata Conradus Abbatiæ adhuc bieñio duntaxar præſuit, quibus exactis ſubito morbo correptus,& ut alii ferunt, Apoplexiâ ractus vitâ exceſſit, anno Abbatatus ſui infeliciter acti quarto & vigeſimo,
1417. à Nativitare verò Salvatoris noſtri ſeptimo & decimo ſuper milleſimum quadringenteſimum , Idus Junii ſexto.

Qui dum Monaſterium maximis debitis involutum reliquiſſet , pauxillum pecuniæ, quod pro quotidianis uſibus erat reſiduum, per miniſtros ejus quibus fidem habuerat poſt ejus deceſſum furtim ſublatum fuir, quemadmodum poſtea illis ipſis manifeſtantibus cognitum eſt , & ſic locum penitus orbum dereliquir ſub Martino Quinro Pontifice maximo recenter in Concilio creato : Caruerat enim quadriennio vero paſtore Eccleſiæ, pro quo tempore ſicut in Eccleſia univerſali ita & in Eccleſia præſentis loci inter paſtores ſciſma fuit , Sigismundo Imperatore Auguſtiſſimo Karoli IIII. filio Hungariæ & Boëmiæ Rege , cujus laudes eximiæ fuerunt per omoia.

Falkenberg caſtrum , quod ruinoſum à Comitibus de Leuchrenberg emptum fuir , ipſe Conradus inſtauravit & quaſi à ſolo extruxit. Idem domicilium quoddam munitum apud villam Peydl ſitum , dictum Freyenſtein, ubi raptores ſoveri ſolebanr & deprædationes continuè fiebanr cum curiâ adjacente comparavit & accerſitis ſubditis monaſterii pro ulterioribus damnis evitandis à ſolo dejecit, ita ur vix jam ejus veſtigium compareat.

Concilium Piſis per hæc rempora an-
1408. no Domini *MCCCCVIII.* per Cardinales pro ſchiſmare ſedando celebratum fuir , quamvis Alexander Quintus ſuit electus , ſed Sedem Petri pauco tempore teouit ; poſt ejus obitum idem erat quod ante.

Anno ſequenti apud omnes ferè nationes peſte laborarum ſuit & ſamâ pervalida

Concilium generale apud Conſtantiam Suevorum urbem ad tollendum ſchiſma, quod novem & triginta annos perduraverat, Sigismundi Cæſaris induſtria congeritur anno Dominicæ Incarnationis *MCCCC-*
XIIII. actum eſt in eo Concilio de rebus 1414.
Bohemicis quemadmodum ſervanda eſſet Provincia ; damnata eſt hæreſis Joannis Wicleff : ex ſectatoribus ejus Hæreſiarchæ duo Doctor Joannes Huſs & Jeronymus ejus diſcipulus igne cremati. Tandem poſt quartum annum in Concilio exactum Martinus quintum ſummus Pontiſex creatur : qui poſt Cardinalem Vintronienſem in Alemanniam ire juſſit , ur eos contra Boëmicam Labem in arma commoveret : ſed cum nil eâ expeditione actum fuiſſet Boëmi in ſugam converſos Chriſtianos inſecuti ſtragem non modicam effecerunt & Bellicis Machinis potiti Miſnam provinciam vaſtantem exercitum divitem reduxere.

His temporibus Venerabilis Pater Dominus Joannes Epiſcopus Eboracenſis hujus loci profeſſus monaſterium ſuâ dignitate decoravit : ferunt hunc proprium incoluiſſe domicilium & ſuffraganenſem Domini Ratisponenſis extiriſſe , ſimúique prioris functum officio. Obiit autem circa annum Domini *MCCCCIIII.* anno regiminis Abbatis Conradi II. undecimo pridie kalend. Maji, ſepulturâ decenti ante altare majus tumulati.

Nicolaus III.

Nicolaus III. nobili ortus proſapia, cognomentum Eppenreuter mutuatus : hûjus cœnobii Abbas ſextus & vigeſimus, vir prudens , gratus moribus & admodum benignus , rem familiarem in celleraria, cui præfuerat, expertus. Is cum Monaſterium prædeceſſoris ſui incuriâ in utroque ſtatu valde reperiſſet collapſum & jam penè in ſummo præcipitii gradu poſitum , ſingulari ſuâ induſtriâ ita priſtino ſuo vigori reſtituit, quod ſtatum loci antea ſcientibus quaſi mirum videri tam ſubita reſtiturio potuiſſet. Cultum Divinum qui antea penè deſertus erat denuò inſtauravit ampliavítque. Equidem cum anteceſſore ſuo vix duo aut quatuor nonnunquam fratres in loco habebantur tum propter Abbatum diſſidia tum etiam ob loci ipſius inopiam. Ad tantam enim pauperiem perventum ſuit, qnod neque materia victûs & veſtirûs fratribus miniſtrari potuiſſet, creditorum exactionibus & uſuris annuis omnia devorântibus. Quam ob rem uti ex fide dignorum relatu advenerir , aliquando non niſi duos ex fratribus affuiſſe conventui qui tamen cœci ſuère , & forſan niſi defectus eos deri- nuiſſet , nec ipſi perſtitiſſent : Et dum miſſæ fundatæ legi debuerant oportebat ſtipendio convenire legentes. Acciderat etiam perſæpè dum ad prandium ex more ſignum nolæ fieret necdum panes veniſſe ex foro : & quamquam ſuo tempore Huſſitarum inſamia recenter cœperat pullulare & ab hæreticis terræ circumvicinæ vi & armis vaſtarentur , ita ut non minus eâ rempeſtare Huſſitarum, quam modo Turcorum feriras hominibus eſſet formidini, ipſe tamen ſuâ operâ utriusque

ſtatûs

ſtatûs ruinam ita valdè recuperavit, ut brevi rotus recolligeretur conventus, quem etiam in minimis, ut cuique opus erat, competenter ſecundum exigentiam ſtatus loci providit: ſervitia utcunque reſtituit, ſicque omnia ſecundo ſibi adventu acciderant; nec mirum cum teſte Propheta Deum timentibus nihil deſit; erat autem timens Deum & fratres ſuos ſincero affectu diligens: Nam quoties ex negotiis monaſterii deforis veniebat non prius Abbatiam, quam Eccleſiam pro pia ad Deum & Virginem glorioſam, cui erat devotus, ſundebat orationem, ingredi ſolitus erat. Devototum & qui compoſitis erant moribus præcipuus amator, ad litterarum amatores haud mediocri trahebatur affectu, & ob hoc frequenter in tribus Gymnaſiis ſuos fovere ſtudentes conſuevit, eos plerumque cogitans alios poſſe dirigere melius, qui intellectu & ratione cæteros antecellerent: erat etiam præcipuâ hâc humanitate prædirus, ut in cauſis definiendis ſemper aliorum plus quam ſuo fideret ingenio: ob eam rem in rebus etiam modicis nihil inconſulto Conventu ſuo atteotatum ire volebat, ſic quod fratres frequentius conſultandi tœdio afficerentur; Illud Saluſtii tenaci ſemper memoriâ retioebat: Priusquam aggrediare conſulto, & ubi conſulueris maturè facto opus eſt. Ædificia etiam quædam tuinoſa tum in Monaſterio tum aliis in locis inſtauravit: Turrim in Turſenreut & turrim in Falckenberg extruxit & piſcinam juxta vicum ibidem.

Clinodia eriam aliqua argentea pro decore divini cultûs ut puta crucem criſtallinam & alia comparavit.

Ejus tempore anno videlicet noſtræ ſalutis MCCCCXXX. infra Octavas Corporis dominici Baro quidam ex familia dictorum de Swanberg aſſumptâ ſecum copioſâ vulgi multitudine, monaſterium nullo ſibi obſiſtente & præter omnem æquitatem manu ſacrilega ſpolio ac deprædatione invaſit, & in Baſilicam irruens quicquid ibidem de ornamentis libris atque de aliis rebus ſacris repererat totum abſtulerit: Dehinc omnes officinas clauſtri perluſtrans lectiſternia & utenſilia omnia quædam etiam de comeſtibilibus reperta dimoverunt: Durmitorium fratrum infregerunt, & veſtibus lectiſterniis atque jocalibus omnibus ſpoliârunt: Equos inſuper & equas pecoráque omnia à minori ad majus nedum in monaſterio verum etiam in villis vicinioribus quibusdam Percholtz: Conrats: Voknſel, Hoſtenhofen, Pfaffenr: & Stinmule ſecum abduxerunt, & cereviſiam, quæ in proviſionem domûs tum in cellariis habebatur, amotis ducillis & confractis vaſis in vacuum emiſerunt: Taberoam prætcrea atque officinam ſabrilem tunc ante portam exteriorem ſitas, grangias etiam & Netſtal & Vokenſel villas Newdorff & Grokenheym ſpoliatas incendio vaſtaverunt: His tamen omnibus & multis aliis gravaminibus perpeſſis vir ſagaciſſimus & vitæ integerrimæ non ſomno & otio ſed ſolicitudini & negotio deditus omnia ad rem pertinentia mira perfecit induſtria, & ſi vita dilata fuiſſet facturus majora, cui in tot adverſis ad votum ferè ſecunda ſemper ſortuna arriſit.

Tandem placidatione habita Nornbergæ cum invaſoribus (ut reor) ſupradictis præſentibus ibidem quibusdam ex principibus poſt factas propoſitiones partium decretum eſt ob vitandas ulteriores invaſiones & amicitias majores comparandas injuriantibus pecuniæ ſummam adhuc ſuperaddi, quod ita ferebat moleſtè Pater devotus, ut ſe ipſum vix caperet, quam ob rem domum rediens Falkenberg ſe contulit, ibique tam vehementi confectus mœrore inopinâ morte vitâ exceſſit: verum non eſt pejor obitus inopinus, quem vita præceſſit bona. Obiit anno Domini: *MCCCCXXXIII.* pridie kal. April. Eugenio Quarto Sum̃o Pontifice & Sigismundo Romanorum Imperatore auguſtiſſimo Eccleſiæ ſanctæ ſtatum utrinque moderantibus. 1433.

Dominus Caſpar Slick hujus familiæ primus, homo dextro ingenio & ſacundia ſuavi ad omnia, quæ ageret, genitus, trium Imperatotum Sigismundi, Alberti & Friderici Cancellarius in pretio apud eos habitus, & famæ ſuit præclaræ.

Sigismundus Imperator glorioſiſſimus hac tempeſtate anno videlicet *MCCCCXXXIII.* cum magno apparatu ſuit in Egra, 1433.
qui etiam Monaſterium magnis donavit poſt exſpoliatiunem Privilegiis.

Joannes VI.

Joañes ſextus cognomento Vendel Salicenſis hujus Cœnobii Abbas XXVII. ex Eccleſia parochiali in Redwitz, cui tunc præerat in prælaturam ſuffectus, vir erat procero corpore, alios ferè ab humero præeminens; Scientia fuit mediocri ingenio atque induſtriâ naturaliter non admodum promptus, ſed quidquid erat exercitatione diuturna adeptus, ob ſui tamen affabilitatem & vultûs clementiam vulgò gratus. Is inter cæteras, quas ſuo tempore perpeſſus eſt ab adverſariis Crucis Chriſti, imperitiones atque incommoda hoc unum ſæviſſimum initio ſui regiminis ab hæreticia tulit incommodum: nam ab Incarnatione Verbi Dominici tertio & trigeſimo anno ſuper mille quadringentos, *Jaculko* hæreticus quidam peſſimus & in omne ſcelus audax cum ob ſpolium efficiendum ſylvam Boëmicam grandi cum exercitu transmeâſſet, ut tunc frequens erat, nec fuiſſer intento potitus; in reditu, ne vacuâ manu repedarent, aliisque eſſent oprobrio monaſterium inopinatè irruerunt ipſum in omnibus humanæ ſuſtentationi neceſſariis, & quod ſceleratius eſt, in reliquiis Sanctorum, ornamentis, veſtibusque ſacris, calicibus, libris, campanis aliisque quibusvis inveotis ſpoliârunt, vix relinquentes quod unius diei victui ſufficere potuiſſet. Jam enim triennio ante facta ſpoliatione domus neceſſariis nudata erat, & vix multo cum labore denuò congeſſerat, quam ob rem in majus damnum domui ceſſit iſta poſterior irruptio quam illa: Baculus tamen paſtoralis argenteus induſtriâ cujusdam fratris Conradi Capellani Abbatis, cum aliis

Deſpoliatio ſecunda Monaſterii.

quibusdam Clinodiis raptorum manibus erant ſubducta.

Conventum omnem in Stuba quadam domûs hoſpitum teclusum tenuit circumpoſitâ lignorum ſtraminúmque congerie in eum, ut ajunt finem, ſi forſan moleſtia eis vel in modico inſerretur, ipſos incendio perderent, quâ viâ illæſi evaſère, quorum decimus quisque cædem alias non effugiſſet. Poſtremo Conventus mille quadringentis aureis fidejubente pro eis Egrenſi Conſulatu eſt ereptus, & qui adverſarii ſacrilegique prædones advenerant, ſalvo abibant conductu. Attamen nullam incendio moleſtiam intulêre. Ferunt hunc Abbatem poſtmodo hujus hæretici conſpectibus ipſo etiam invito ſe ingeſſiſſe, atque delatis ſecum munuſculis puerulis ejusdem ſuiſſe blanditum sicque viri demulſiſſe animum, quod quælibet poſtulata denuò reddiderit, ab aliis quoque multa ſua affabilitare obtenta.

Fuit in irreptione præſata Hæreticus quidam copias ductans jaculo percuſſus, quem mortuum ipſi intra Eccleſiam ſepelivêre: verum diabolus poſteà tantas noctu ſantaſticas excitavit illuſiones, ut viš auderent, qui nocturnas oolâ ſonarent vigilias ob metum ingentem dormitorium excedete: ubi autem exhumatus fuit, & in campeſtriis tumulatus ſantaſmata ceſsavêre.

Dicitur hunc Abbatem cum recenter eſſet electus invitatum à cive quodam Egrenſi, qui poſteaquam curialiter eum teſecerat, quadringentos auri numinos in viala protulit, Abbatique dono dedit: at ille hominis liberalitatem ſeu munificentiam miratus, quid hac re ſibi velit, percunctatur; cui hoſpes tantundem ſibi reſpondit per prædeceſſorem ad manus fideles traditum, quod ſibi, cui jure debeatut, teſtituete voluerit.

Mitram pontificiam atque aliorum Pontificalium uſum in ſacris is primus in Concilio Baſilienſi à Felice V. impettavit: quod Concilium ex Martini Pontificis decreto congeſtum ſuit anno ab ortu Salvatoris no-
1438. ſtri octavo & trigeſimo à mille quadringen-
tis, & quamquam initium haberet pulcherrimum propter Conventum Impetatoris, Regum ac Principum, Prælatorúmque, tum propter ſchiſma ſubſecutum exitum habuit peſſimum. Fuit enim Felix contra Martinum V. electus, unde è veſtigio ſeditiones magnæ in Eccleſia ſunt exortæ.

Circa idem tempus Martinus V. auxilio Imperatoris & Principum Julianum Cardinalem in Alemanniam mittit, ut denuò Boëmis bellum inferat, & ad Eccleſiæ obedientiam armatâ ſaltem manu coërceat: Ejus igitur apud Nurnbergam cum Cæſare conſtituti perſuaſione decreta eſt nova contra Hæreticos expeditio. Erat Dux belli Fridericus Marchio Brandenburgenſis, cujus expeditionis quatuor millia feruntur equitum fuiſſe; qui ingreſſi Bohemiam multas villas oppidáque hæreticorum diripuêre; verùm priusquam in conſpectu hoſtis daretur metu percuſſi alieno ſugam dedêre, quos Bohemi inſequentes ingenti prædâ ſunt potiti; & quamvis plurima adhæc usque tempora noſtra ſint contra Eccleſiæ hujusmodi rebelles attentata neſcio, quu occulto Dei judicio ita in tot conatibus adverſari perſiſtunt, quaſi divinâ permiſſione in petfidiæ noſtræ pœnam ſuſtineri videantur. Eâ tempeſtare cum Hæretici Bohemi Germanos Catholicos crudelem in modum vexare frequentabant, opidum Wunſidl cir-
ca annum *MCCCCLVIII.* obſidione valla- 1458.
tum ſuit, attamen poſt longam concertationem non ſine ſtrage multorum conſervatum, ex cujus obſidionis exercitu damnificationes plurimæ vicinis ſactæ ſunt; Fidedigno etiam relatu quorundam compertum eſt, circa hæc tempora non niſi duas vaccas in tota noſtra proprietare fuiſſe repertas. Qualis tum fuerit & quanta apud rurales inopia quisque conjicere poteſt, qui omnem apud noſtrates ſuſtentationem ex pecudibus novetit pendere. Hie etiam Bullam auream confirmatiooem omnium privilegiorum jurium & immunitatum noſtrarum, quia originalia tempore irruptionis fuerant ſubducta, apud Sigismundum Cæſarem multis precibus impetravit.

Abbatiæ inſuper domum idem Abbas Joannes bonorum hominum ſuaſu ob facilio res hoſtium incurſiones hâc ipsâ munitione præcavendas a ſolo ædificare cœpit, licet non conſummantur. Propter hæc igitur & plurimas petpeſſas damnificationes debita monaſterii, quæ io magna parte ſolertia prædeceſſorum fuêre imminuta ad magnam denuò ſummam aſcenderunt.

Idem ob loci vicinitatem & jurgia continua eradenda præpoſiruram in Hoenſtein ab Fratribus in Reicheobach quatuot milibus florenorum monaſterio adjecit.

Anno etiam *MCCCCXXXVI.* Sigis- 1436.
mundus Cæſar ad nonum kalend. Septembris Pragam venit, & qui paulò ante hoſtis cenſebatut extremis honoribus eſt exceptus: Redierunt tunc mendicantium fratres & monaſteriorum Abbates quique reſtituti locis ſuis, quamvis haud diu poſt ejus diſceſſum duraverit.

Venerabilis quidam Patet Joañes Daum iisdem tempotibus per multos annos Prioratum diligenter admodum egit, qui Clinodia nonoulla ſatis precioſa pro divini cultûs decore & domûs honeſtate ex patrimonio ſuo ſertur comparâſſe, ut puta Monſtrantiam majorem phialas & ciphos perpulchros.

Idem etiam Abbas quemdam ex Fratribus Paulum nomine tunc apud Monaſterium in pretio ex eo ſorſan, quod aliquando eum ſibi inſeſtum habuit, non ſine multorum diſplicentiâ exilio relegavit.

Tandem cum jam ſenio confectus eſſet & penè decrepitus atque in regiminis cura annis quaſi octo & viginti deſudâſſet, prælaturæ ceſſit proviſionem annuam ex cenſibus Opidi Turſenreit percepit, quo biennio poſt duntaxat uſus eſt.

Ceſſit anno Domini *MCCCCLXI.* & ſe- 1461.
quenti biennio exceſſit vitâ communi Abbatum ſepulturâ decenter tumulatus ſub Pio ſecundo & Friderico Romanorum Imperatore ſemper Auguſto.

Citca

Circa hæc tempora año *MCCCCXLVIII.*
facta fuit defectio ſolis magna, quare eo
anno maxima & cruentiſſima bella in omni-
bus Italiæ & Alemaniæ finibus cædes rapi-
næ direptiones incendia vaſtationes & infi-
nita prope mala & damna ſubſequuntur.

Poſt ſequenti biennio peſtilentia per om-
nes ferè populos miſerè debachabatur, ita,
ut de plurimis pauciſſimi ſuperſtites manſe-
runt, erat etiam in victualibus penuria
non modica.

1450. Jubileus eodem anno videlicet quinqua-
geſimo ſuper quadringentos & mille Romæ
frequentiſſimus hominum frequentiâ per
Nicolaum V. Pontificem ſimul celebraba-
tur.

Fridericus III. Cæſar biennio poſt Jubi-
leum Octavâ decima die Martii Imperato-
riâ coronâ cum Leonora conjuge per Nico-
laum quintum eſt donatus, qui cum magno
exercitu & pompa ingenti Romam profe-
ctus perpetuam ſui memoriam in rebus ſtre-
nuè geſtis apud omnes Italiæ civitates po-
ſteris dereliquit.

Conſtantinopolis Civitas Orientis, im-
perii ſedes eadem tempeſtate anno ſcilicet
1453. *MCCCCLIII.* à Machumeto Turcorum
Principe capta eſt & direpta.

Joannes Capiſtranus Ordinis Divi Fran-
ciſci Chriſtianæ religionis acerrimus Præ-
dicator ſanctitatis famâ præclarus, reli-
gione conſpicuus Alemaniæ fines prædi-
1451. cationis gratia peragrans anno *MCCCCLI.*
fuit in Egra & monaſterium noſtrum viſi-
tans, communicavit omnibus fratribus lo-
ci tunc præſentibus & futuris plenariam ſui
Ordinis fraternitatem parentibus item &
amicis eorum.

Ladiſlaus nobiliſſimus adoleſcens duos
de viginti annos natus Hungariæ & Bohe-
miæ Rex magna ſpe Chriſtianæ religioni
profuturus veneno Pragæ moritur VIII. kal.
Decembris.

1447. Bellum graviſſimum circa annum *MCC-
CCXLVII.* actum eſt inter fratres Theuto-
nicorum Beatæ Mariæ in Pruſſia & Regem
Poloniæ Caſimirum ubi Rege obtinente vi-
ctoriam quadringenti Equeſtris Ordinis ex
religione viri cum Magiſtro Magno periêre,
ex plebe verò multa millia sicque Pruſſia
ferè omnis ad Polonos defecit.

1434. Joannes Abbas præfatus anno *MCCCC-
XXXIIII.* caſtrum novæ domûs cum ſuis
juribus & attinentibus villis præſertim pro-
pter jus venationis in tota noſtra proprieta-
te à Dominis Landgraviis de Leuchtenberg
pro 4143. florenis comparavit, quod ho-
die Sebaſtianus Wild pignoris loco obtinet
demptâ tamen venatione.

Idem Præpoſituram in Hoenſtein cum
juribus ſuis à fratribus Monaſterii Reichen-
bach majoris concordiæ ac pacis gratiâ con-
ſervandæ pro 1800. florenis comparavit an-
1442. nu Domini *MCCCCXXXXII.*

NICOLAUS IIII.

Nicolaus IIII. Peyſſer cognominatus
fuit: natione Egrenſis, hujus Cœnobii Ab-
bas *XXVIII.* vir erat tenui quidem corpo-
re ſed magno animo; quippe quod corpori
naturâ negârat, hoc animó præſtiterat locu-
pletius. Erat enim maturis moribus & ge-
ſtu gravis, prudens admodum & in rebus
gerendis multa vigens conſilii ſagacitate.
Doctrinâ erat mediocri, facundus tamen ac
dulci affabilitate decorus, atque animi præ-
ſtantiâ tantâ prælatione dignus. Rem fami-
liarem longâ exercitatione in Eccleſia Tur-
ſenreut, cui aliquamdiu præerat & in cel-
leraria, in quibus prudenter ac providè ſe
gerebat, non mediocriter doctus, anno ab
ortu noſtri Salvatoris *MCCCCLXI.* poſt ceſ- 1461.
ſionem Domini Joannis Vendl communi
fratrum voto Abbas deſignatus eſt: qui li-
cet multa ſuo in regimine perpeſſus ſit in-
commoda (uti ferè omnibus huic domui
præeſſentibus eſt familiare) hoc tamen
unum & potiſſimum, quod principio pertu-
lit, referre eſt animus. Quidam ex Bohe-
miæ proceribus Burſan de Guttenſtein cog-
nominatus eidem moleſtias frequentabat
volens ſe pro arbitrio ſuo in Monaſterii de-
fenſorem non ob noſtrum ſed ſuum commo-
dum omnibus invitis ingerere: Quod cum
Abbas viri tirannidem forſan reformidans
renuiſſet, eatenus tandem ventum eſt,
quod bellum Baro indiceret, adversúsque
monaſterium multam militiæ copiam commo-
veret: & iisdem monaſterii ſubditos in-
dies multis damnificationibus perurgebat:
fiebant perſæpè bonorum direptiones, cæ-
des, rapinæ, pauperum captiones, exactio-
nes, villarum atque prædiorum per incen-
dia vaſtationes, deſpoliationes templorum
ac mille aliæ damnificationes: cúmque hæc
& ſimilia crudelem in modum frequenta-
rentur, cogitur ad ſæcularis brachii præſi-
dia confugere. Fert ſubſidium Illuſtris
Princeps Otto Dux Bavarorum: inferuntur
è regione Boëmis damna quamplurima: Te-
nebantur expenſis monaſterii in Opido Tir-
ſchenreut ſtipendiis militantes equites com-
plures, ſed ad furorem laceſſitus canis irri-
tatur magis quam compeſcitur. Villæ in-
terea nobis quatuor & viginti incineratæ
ſunt & vaſtatæ, ſedecim ferè omninò de-
ſertæ ex Judiciis Albenried, Poppenried,
Turſenreut & Libenſtein: at ubi vir pru-
dens vim vi repellere compulſus minimè
prævaluiſſet ſentiens ex hoc gravamina dun-
taxat ſibi imminere majora, pro concordia
ſollicitius fatigabatur; Principum Magna-
tum Prælatorúmque utriusque ſtatûs quæ-
runtur conſilia, ſubſidia implorantur, quam
ob rem & pro lite ſedanda varia attentan-
tur: verùm ipſe Baro ut erat furente animo
nolens ſano acquieſcere conſilio neque treu-
gis aſſentire neque placidationibus ſtare,
neque initæ pacis ſervare fœdera voluit.
Poſtremò cum jam ad annum ferè duraſſet,
pro pace conquirenda ſerioſiùs laboratum
eſt, mediantibus Illuſtribus Ludwico & Ot-
tone Bavarorum Ducibus & procuratione
Reverendiſſimi Patris Domini Laurentii Fer-
rarienſis Epiſcopi, Legati Apoſtolici tum in
Germaniæ partibus agentis, attamen dam-
norum nobis illatorum, quæ duodecim mil-
lia florenorum ſummam ſuperficiali calcu-
latione attingit, nullâ refuſione factâ eam
ob cauſam tametſi providè gubernâſſent,

omnia monaſterii debita in ſumma aliquanta excrevêre.

Pompaticam ſertur eum curiam habuiſſe, nec aliquando quicquam ei deſuiſſe, quod tantæ prælationi ornatui honorique eſſe potuiſſet, & quia ad omnia, quæ volebat, natus videbatur, ob id reputatus eſt plurimum apud homines Magnates etiam bonis omnibus gratus, perverſis autem plerisque & his, qui nullis flectuntur beneficiorum commodis odio erat. Imprimis tamen fratres ſuos ſincerâ charitate diligebat, & animarum curam non mediocri diligentiâ zelatus eſt.

In ædificiis exſtruendis ornandisque apprimè delectabatur, hinc abbatiam per prædeceſſorem ſuum cœptam ipſe nedum utiliter ſed & ornate conſumavit. Multa in arcibus Turſenreit ac Falkenberg & aliis locis ruinoſa refecit, & in formam reduxit meliorem utiliorémque. Tecta Baſilicæ à novo inſtauravit, & eam turri pulcherrimâ plumbo tecta & feneſtris altioribus reddidit lucidiorem ornatiorémque: mitram item pontificiam pretioſiorem, thuribulum, aſperſorium ampullas & pleraque alia clinodia argentea, quibus ſui reliquit memoriam, fieri fecit. Atqui cum jam annos decem & octo ferè in regiminis curâ confeciſſet diebus carnisprivii per Dominum Henricum de Plawen in arcem Kungswart pro ſponſa benedicenda accerſitur: quo ibidem exiſtente & pompæ apparatum juxta morem illorum præſtolantem priusquam ad actum veniret, Abbas apoplexiâ tangitur, & qui ſanus acceſſerat, totus reducitur invalidus; laborante autem eo & in infirmitate eadem multis diebus cum nulla reparationis ſpes emergeret, cellerarius monaſterii omnium unanimi conſenſu eo honore functus eſt. Ipſe verò paucis poſt diebus terrenæ vitæ curſu peracto appoſitus eſt ad Patres ſuos, cujus vita, ſi prorogata fuiſſet, adhuc multis virtutum operibus fuerat decoranda.
1479. Obiit anno *MCCCCLXXIX.* Sixto quarto Papâ pontificante & Imperium Romanum Friderico tertio auguſtiſſimo Cæſare moderante.

Ars impreſſoria librorum circa annum
1440. Domini *MCCCCXXXX.* apud Mogontiam Rheni urbem ſolerti ingenio fertur enata, & jam aucta plurimum hâc tempeſtate in omnes ferè orbis partes propagata.

Marchio Brandenburgenſis Albertus ante
1448. te hæc tempora circa annum *MCCCCXXXXVIII.* bellum adverſus Nurnbergenſes acerrimè geſſit. Tandem poſt varia utrisque illata damna per Ludovicum Bavariæ Ducem ſopitum eſt. Hoc etiam hodie bellum majus Nurnbergenſe dicitur.

Poſt aliqua tempora dehinc inter Ludovicum & Marchionem præfatos bellum ſuſceptum eſt, quod etiam tandem poſt multas ſtrages per Principes Germaniæ eſt ſopitum.

Georgius Pogiebratius regni Bohemiæ Gubernator poſt obitum Ladislai Boëmiæ & Hungariæ Regis circa annum Domini
1461. *MCCCCLXI.* communi voto procerum Rex deſignatur: qui ſe Catholicum ſimulans dum coronationis reciperet inſignia in manibus Epiſcoporum tactis Evangeliis Sacramentis jurat, ſe fidelem & obedientem Eccleſiæ Romanæ futurum ex hoc per Fridericum Imperatorem confirmatus: verùm quia hæreticorum potius ſectam amplectabatur, & juramentum irritum feciſſet Catholicæ civitates homagium ei præſtare recuſarùnt. Pius etiam Pontifex ſecundus & poſt eum Paulus II. ob eam cauſam ipſum Regem & totum regnum Boëmiæ graviſſimis cenſuris fulminavere. Anno autem LXVIII. Paulus Pontifex cum publico Conſiſtorio hæreſi damnat, dignitatéque ac regno privat.

Eodem anno & circa contra eundem Regem & Boëmos hæreticos cruce ſignati maximis copiis regnum ſunt ingreſſi. Sed ſive proditione ſive Ducum belli corruptione acciderit, certum non eſt, quamquam ſuſpicione non careat, in fugam converſi Catholici cæde grandi profligati ſunt. Obiit
anno *MCCCCXC.* 1490.

Matthias Hungariæ Rex iisdem temporibus contra Fridericum Cæſarem bellum geſſit. Cui occaſione monaſteria Ordinis noſtri in Auſtria complura vaſtata ſunt. Idem Rex Monaſteria nonnulla Ordinis in Hungariæ regno reſtituere ſuo vigori conatus eſt: mittebantur pro hoc negotio explendo perſonæ ſufficientes cum neceſſariis ex Cœnobiis Miſnæ Marchiæ ac reliquarum provinciarum: ſed quonam modo acciderit, neſcio, quia tam brevi hæc ipſa reformatio duravit.

Eclypſis ſolis magna fuit menſe Julio *MCCCCLXXVIII.* ingentis peſtilentiæ, quæ ſequebatur, initium. Fridericus Cæſar, cui ſemper ingens cupiditas pacis & otii fuit propter Turcorum incurſiones Conventum Principum apud Ratisbonam coëgit
anno *MCCCCLXXI.* 1471.

Cometa magna menſe Januario circa principium anni viſus duravit diebus 80. quo diſparente apparuit alius colore & ſitu à primo diſcrepans. Quam ſequenti anno, videlicet *MCCCCLXXIII.* ſiccitas incomparabilis eſt ſecuta: ita ut nemora ſolis ardore incendebantur, & terra ipſa præ nimia ſiccitate undique arderet, peſtilentia etiam & bella cruentiſſima multis in locis emerſerunt.

Jubilæus à Sixto Pontifice quarto anno
MCCCCLXXV. declaratur & celebratur, 1475.
fitque urbs ex omni natione, quæ ſub cœlo eſt, frequentiſſima.

In Franconia Germaniæ Provincia anno
noſtræ ſalutis *MCCCCLXXVI.* apud vi- 1476.
cum Niclashawſen juxta fluvium Tubarum ſitum facta eſt peregrinatio grandis, ita ut illic frequentiſſimus eſſet hominum utriusque ſexûs ſine modo & numero concurſus, qui melancoliâ ſuâ diſtracti, nullâ potuerunt perſuaſione, nullo terrore aut comminatione à ſuo illuc confluxu retrahi, tandem Auctore rei per Rudolphum Herbipolenſem Epiſcopum igne cremato peregrinatio evanuit.

Eodem anno, quo hic fieri concurſus cœpit, ego natus ſum, ab eo tempore usque dum hoc conſcripſi anno, videlicet

anno

1507. anno *MDVII.* anni efflnxêre XXXI. ingreſ-
ſus ſum religionem An. *MCCCCXCVI.*
Turſſnreuth pro medietate ferè circa feſtum
(1) Jacobi anno *MCCCCLXXV.* (1)

Udalricus III.

Udalticus III. nobili ſanguine ortus Cognomento Pircker Abbas hujus cœnobii nonus & vigeſimus, vir utcunque providus, motibus gravis egregiâ ſtaturâ & majeſtate corporis hâc ipsâ prælatione dignus. Doctrinâ tamen & ſcientia litterarum mediocri, ſed rem familiarem in officiis exercitatione edoctus, & poſt invaletudinem Domini Nicolai prædeceſſoris ſui ex celleraria ſuffectus ad Abbatatum: & quamquam paucis eidem præfuiſſet annis ob idque hant pluribus memorabilibus factis ad poſteros ſui traducere potuit memoriam facultas efficiendi ſuppetiviſſet, inter cætera tamen probè geſta cum ea tempeſtate propter annorum ſterilitatem eſſet in victualibus penuria non modica, ipſe pietate commotus magnam annonæ copiam ex pluribus annis collectam in pauperes & ſubditos monaſterii etſi leviori quam alias vendi ſolebat, pretio diſtribuit: unde ſibi & bonam apud homines famam apud Deum immarceſcibilem coronæ gloriam mercatus eſt: verùm cum diutius quam ſperabatur, ea ipſa chariſtia protenderetur, in eo, quo aliis providere ſtuduerat, ipſe tandem cum ſuis deficere cœpit, & nec prece nec pretio apud vicinos frumenta conquirere potuit, quo factum eſt, ut quem apud exteros commendabat pietas, apud fratres imprudentia arguebat: ſed tamen non eſt viſus derelictus juſtus juxta Pſaltis vaticinium nec ſemen ejus &c. hinc videre videor haud injuria in loco cum beato Thobiæ, cujus noſtra eſt hiſtoria comparanda. Denique eam pecuniam hâc ipsâ venditione congeſtam non in vanos uſus ut plerique aſſolent, ſed in ornamenta divini cultûs expendit. Nam ea Abbatiæ Damaſtum cum intextis floribus comparat cum aliis nonnullis rebus fabrefactis.

Praxaturam etiam cereviſiæ, quæ antea rara valdè erat, ipſe fecit uſitatiorem, unde non minorem fertur monaſterio feciſſe queſtum. Cellaria, quibus penus conſervaretur recentior, teſtudinari fecit, & alia pleraque ruinoſa denuò inſtaurat. Is præterea pro monaſterii utilitate diætas difficiles ad Imperatorem Fridericum III. apud Bodam & Viennam commorantem confecit & multo ſudore jus feodi, quod ſibi in cæteris bonis noſtris, Rex Boëmiæ vendicare nitebatur, è manibus ipſius exemit. Erat enim homo durus nullo labore, unde commodum aliquod ſperabatur, frangibilis, majora tamen facturus ſi diutius regimini præfuiſſet. Verùm ubi ſeptimum annum in Abbatiæ cura exegiſſet ob maximas, quas utrobique patiebatur turbationum moleſtias, pacis amator & quietis reclamantibus penè omnibus regimen ceſſit, & arcem Falckenberg cum juribus & attinentiis pro tempore vitæ ſuæ proviſionem accepit, in qua ad octavum & decimum annum aut ſuper, vitam deguit quietam capellano tamen ſemper proviſus, tandem poſt vaſtationem monaſterii, quam ſæpè lachrymantibus oculis deflevit ſenio confectus diem
clauſit extremum ipſo die Marci Papæ,
A. *MDIIII.* ſepultus in ambitu juxta locum 1504.
præſidentis, eo quod necdum pateret ſepeliendi locus poſt vaſtationem in capitulo, apud quem evoluto anno venerabilis vir Dominus Jeronymus Stang qoondam curatus in Falckenberg tumulatus eſt, æquum enim erat, ut ſicut in vita ſingulari amicitia conjuncti erant, ita quoque in morte ab invicem non ſepararentur; ſub Alexandro VI. Summo Pont. & Divo Maximiliano Romanorum Rege ſemper auguſto.

Afficiebatur autem plebanus præfatus ad locum iſtum amore præcipuo, ad quem locum moriens reſtamentum fecit memorabile, Clenodia ſua potiora & paratam pecuniam omnem pro ſuſto ornamento Coccineo comparando legavit; imaginem Beatæ Barbaræ argenream, cum reliquiis fabrefactam dedit, & Conventum ſpecialiter pluribus utenſilibus denuò neceſſariis providit, pro quo ſibi legentes omnes hoc ſcriptum requiem & lucem imprecentur perpetuam.

Fulmen horrendum prædicti Abbatis temporibus è nubibus crepuit, & monaſterium corripiens nonnullis in locis Eccleſiæ muros confregit comminuítque, omnes incolas horrore permaximo affecit.

Turris cellerarii eâ tempeſtate, vigeſimâ octavâ Januarii ſub nocturnis vigiliis incendio corruit, auctore quodam nebulone peſſimo, qui occaſione pecuniæ cujusdam pauperculi in ea degentis homicidium patraverat, in qua per multa rei domeſticæ neceſſaria ſupra æſtimationem periêre.

Cæſar Fridericus Maximilianum filium ſuum *A. MCCCCLXXXVI.* regni fecit conſortem, ut quod ſenectute gravatus perficere non poſſet, per filium Regem efficeret.

Idem Conventum magnum Principum Prælatorúmque A. *MCCCCLXXXVII.* pro auxilio ferendo contra hoſtes ſuos & pro fide Chriſtiana Nornbergæ habuit. Peſtis permaxima in tota Germania antehac, anno videlicet *MCCCCLXXXIII.* & *LXXXIIII.* graſſata eſt, & multa millia hominum ſuâ veneoatione abſumpſit.

Erhardus.

Erhardus cognominatus Jacobi, natione Salicenſis hujus Monaſterii Abbas triceſimus Artium determinator & Sacræ Theologiæ Baccalaureus. Is primo poſt reditum ſuum ex ſtudio univerſali Lipſenſi Gymnaſii prioratum aliquando tenuit, & vacante Abbatiâ Zedlicenſi, illic Abbas inſtitutus, cui cum paucis præfuiſſet annis, cedente Domino Udalrico, ipſe unanimi fratrum delectu Abbas hujus loci efficitur. Qui poſt Electionem ſuam mox ad Boëmiam ſeſe recipiens orbatæ abbatiæ patrem aſcivit. Dehinc ad propria repedans commiſſæ domui regendæ manus

(1) ſubaudi *conflagravit.*

manus admovit. Erat autem in frequentando choro nocturnis præſertim horis ſtudioſus, & alacritate pſallentium oblectabatur plurimum, nec minus tamen ipſe vocis ſuæ ſonoritate chorum juvit. Videbatur hic zelum habere religionis non parvum ſed non diſcretionis ſuavitate conditum, ob id dum nimis eradere ſtuduit rubiginem, nonnunquam vas ipſum cominuit: eam ob cauſam à fratribus exoſus habitus eſt, rebellionem pro obedientia, deſpectum pro reverentia exhibentibus, & qui primum eum venerabantur, poſteà penitus floccipendebant: ipſe verò cum jam ſeptennio prælaturæ præfuiſſet, conſiderans ſe perficere nihil potuiſſe, illud Saluſtii memorabile dictum mente revolvens, ubi ait: *Fruſtra niti & fatigando non niſi odium conquirere extremæ dementiæ eſt.* Cœpit quotidianas graviter ferre moleſtias & ceſſionem meditari, quam tamen multa cum importunitate impetravit. Quâ obtentâ & perceptâ proviſioue in domo noſtra lapidea Egræ pauxillum temporis commoratus eſt: at cum poſt obitum Succeſſoris ſui novello electo profiteri recuſaret, proviſione privatus ad Bohemiam denuò proficiſcitur, ubi declamatoris officium aliquamdiu gerens poſt ad Brunnam Moraviæ ubi regium eſt Ordinis noſtri monaſterium monialium pro Confeſſore mittitur; ſed illic vitam degere grave ei erat: dehinc curiæ Zedlicenſi in clauſtro--- præfectus nec ibi diu perſiſtere potuit; & poſtmodum Abbatiæ in Staltez donatus eandem fortè triduo tenuit: poſtremn ut erat homo mutabilis, nusquam facile manſurus omnibus his cedens, tandem ad nos iterum deflectit circa annum *MDIII.* in Abbatia veteri competenti proviſione loci & præbendæ donatus. Et poſt obitum prædeceſſoris ſui Domini Ulrici locum ipſius intuitu ſenectutis ſuæ ſingulari ſavore non eâdem conditione occupavit. Vivit adhuc ſub Dei voluntate fermè ſeptuagenarius vitam agens devotam, quotidie celebrat & negligentias juventutis continuis redimens orationibus, Julio quarto ſummo Antiſtite & Rege Maximiliano.

Hic Abbas inter cætera, quæ piâ intentione pro commodo Monaſterii effecit, piſtrinum quod antea extra ſepta erat, in eum, quo modo cernitur, locum tranſtulit, opus profectò petutile quamquam non ſine gravi impenſa conſummatum ſed multorum laboribus ſublevatis; laborinſum ſiquidem erat valdè ex piſtrino veteri omnia deſerri, & non minus periculoſum perſonis ibidem commorari, quemadmodum quilibet rectæ conſiderationis oculo diaboli verſutias animadvertens conjicere potuit.

Bella per hæc tempora inter Regem Romanorum Maximilianum & Regem Franciæ ob Duciſſam Britanniæ per multas clades geſta fuêre.

1490. Eclipſis ſolis anno *MCCCCXC.* magna, fuit ſuturorum incommodorum indicium.

Principum Prælatorúmque Conventum
1491. permagnom Maximilianus Rex A. *MCCCCXCI.* Noribergæ conſtituit, ut pacem nedum Germaniæ ſed toti orbi ordinaret.

Incendio miſerabili Turſchenried opidum circa hos annos pro quarta ſui parte in multorum grave diſpendium corruit.

ERHARDUS II.

Erhardus Spede cognominatus, Egrenſis poſt ceſſionem Erhardi prædicti ex celleraria, cui ad annos XX. aut circa ſatis utiliter pro ſuæ intelligentiæ modulo præfuerat, in prælationem provectus, vir ſenex, ſcieotia humili, rem domeſticam longo uſu callens: Fratrum erat amator & multâ benignitate apud pauperes clarus: hic paulò poſt electionem infirmitate correptus in medicos ſe tranſtulit: verum cum non eſſet recuperandi ſpes reducitur ad propria, & necdum tertio quartali ipſius anni expleto Ptiſicâ paſſione deficiens fatis functus diem obtinuit extremum ipſo die D. Thomæ Apoſtoli anno primævæ ſalutis noſtræ *MCCCCXCIIII.* communi Abbatum ſepultura in capitulo ſepultus.

Eâ tempeſtate anno videlicet *MCCCCXCIII.* Cometes magna & horribilis circa feſtum Epiphaniæ Domini apparuit per dies multos formidabili aſpectu ſuo mentes hominum afficiens; erat autem ſuturæ peſtis, quæ anno ſequenti in tota fermè Germania graſſabatur, præſagium non incertum, qua mortalitate poſt longam decumbentiam mortem vix evaſi. Eo anno poſtquam convalui fugam meditatus deſpectâ mundiali vanitate religionis habitum hoc loco Deo cooperante ſum indutus.

GEORGIUS I.

Georgius primus dictus Angeli, Filius
cantrifuſoris (m) Tachoviæ natus, Abbas (m)
hujus loci *XXXI.* vir erat corpore mediocri & ſtrabo, artium determinator Lipſenſis, Aritmeticam & Aſtronomiam præcipuè callens, vernaculâ linguá ſatis facundus, in rebus temporalibus gerendis ſingulari ſolertiâ præditus; cui Inprimis in ſublevandis debitis monaſterii, quæ ſummam novem milium florenorum exceſsère, omnis erat cura & cogitatio: ob eam cauſam poſt ſuam inſtitutionem de omnibus adminiſtrandis ſe ſe intromittens nullum refugit laborem, ut modo proventus monaſterii certius experiretur, qui ita videbantur tenues, ut vix annuæ ſuſtentationi & uſuris ſolvendis ſufficerent, & quia parcius præter ſolitum ſingula adminiſtrabat tenacitatis arguebatur, & ob hoc oſores complures habuit; verùm ipſe minimè advertens ubi aliquantulum pecuniæ congeſſit, quamprimum ſe creditoribus ſolvendis accinxit ſuáque diligentia præcipua ad quatuor ferè milia nummûm aureorum ſolutorum pervenit. Nam neque pompaticus ſuit neque curialis, ſed mediocriter tum in ſamilia equitaturáque, tum in victu & veſtitu contentus. Ex ea cauſa ab his, qui juxta Poëtam neſciunt, quid valeat nummus, nonnunquam reprehenſum eum audivi, cui hoc unum duntaxat vitio datum ſuit, quod homo erat cervicoſus plus propriæ fidens, quam alienæ prudentiæ, non facile à ſuo ſenſu flexibilis:

Pau-

(m) Cantharifuſoris *Kannengieſſer.*

Pauperibus ac ſubditis immitis ac ſubdurus videbatur,& qui plus communirer monaſterii utilitatem quærere quam hominum favores venari(licet & hoc nonnihil ad rem conferat) viſus eſt. Ob id tamen ſicut primo ad votum omnia ſibi accidere videbantur, ita paucis elapſis annis omnia ſibi in contrarium evenerunt: Tot enim habuit inviſores, tot ſenſit inſtantias, taotas paſſus eſt vexas, quantas vix quiſpiam ante. Sic enim tum apud equeſtris Ordinis viros tum apud plebeos quosque exoſus habitus eſt, ut etiam qui nunquam eum viderat, ſolo aliorum relatu eundem averſabatur. Quod quidem non in ejus duntaxat perſonæ ſed in totius ceſſit monaſterii detrimentum, planè quod ſibi in diſplicentiam hoc nobis fiebat in damnum.

Inprimis incolæ Opidi Turſreit unanimi confœderatione rupto juramento ducem Ottonem tum ducalem curiam in novo foro agentem acceſsêre paucis domi manentibus, plura ſuis in queſtionibus allegando conficta gravamina, quæ res quantum excitaverit apud exteros rumorem non facile dictu eſt, at poſtmodum ſeditio hæc per Illuſtriſſimum Principem Philippum Comitem Palatinum Rheni apud Turſteit agentem ſopita ac plene deciſa eſt.

Otto Dux Bavariæ Princeps illuſtriſſimus circa hæc tempora anno videlicet
1490. *MCCCCXC.* vita defungitur, cui præfatus Comes palatinus Rheni in ducatu ſucceſſit, & inviſendorum locorum gratia ad partes illas nemoroſas ſe receptans etiam apud Turſnreit opidum dies aliquot expenſis Monaſterii exegit. Hic Abbas in ædificiis inſtaurandis puſillanimus erat, & ab his niſi urgente neceſſitate prorſus vacabat, aliqua tamen principio ſui regiminis cœpit ædificia ſatis amœna, refectorium ſcilicet, Bibliothecam & pro ſolatiis conventus ſtubam aliam, quæ tamen ipſo affecto tœdio,usque ad loci exterminium inconſummata permanſere.

Idem in piſcina inferiore juxta Turſreit alteram aquæ traductionem fieri fecit, at inter laborandum aquarum inundatione, quæ frequens erat ipſo anno, agger ruptus eſt, tantáque damna & nobis & aliis intulit, quanta vix dici fas eſt, & pro ſolo aggere inſtaurando omnes ſubditi noſtri quotidianis laboribus gravibúsque vecturis deſatigati ſunt.

Cariſtia frumentorum magna per omne ferè tempus regiminis ejusdem fuit propter annorum ſterilitatem, ita ut modius ſiliginis, qui vulgato vocabulo dicitur *Kar* frequenter duabus ſexagenis groſſorum Egrenſium, nonnunquam pluris emeretur. Verùm miranda quædam mutatio ſuperiori anno vide-
1506. licet ſexto facta eſt, ut menſura præfata ſiliginis vix quadraginta groſſis, avenæ 16. & nonnunquam viginti groſſis, quæ ante 60. comparabatur. Morbus quidam contagioſus, quem vulgò gallicum ſeu franzoſicam ſive malafranzoſa appellitant, vehementius exuberare cœpit & fieri frequentior, qui multiplicatis ulceribus toto nonnunquam corpore graviſſimis doloribus torquere homines ſolet: cujus, cum nullus unquam phyſicorum principia ſeu cauſas inveſtigâſſe eſt viſus, plagam Dei opinati ſunt, nec ulla ejusdem morbi probata curatio à quoquam medicorum ſeu certa potuit tradi.

Eisdem etiam temporibus ſtupendum quiddam & noſtrâ ætate inſolitum emerſit, quod in veſtibus hominum lineis potiſſimè mulierum in multis Germaniæ partibus quam ſæpiſſimè cruces parvæ & plures clnerei coloris & pleraque alia ſigna caractéſque nec non Dominicæ Paſſionis inſignia interdum, quæ à quibusdam nulla lorura deleri potuerunt, quoad tandem evanuiſſent, quod Doctores inter ſe ſe ventilantes alii præſtigiis, alii portento alii miraculo ſive plagæ Dei tribuêre, quidquid tamen fuerit, nihil viſa ſunt boni portentâſſe quemadmodum rei exitus luculenter comprobavit.

Motus varii iisdem annis in rebus Chriſtianis excitati ſunt præſertim in peregrinationibus novis ac pluribus ad diverſa Sanctorum limina, quas inter una potior erat, quæ fiebat ad ſacellum Grymentale Divæ Mariæ ſacrum in Comitatu Dominorum de Henneberg, haud multa diſtantia à monaſterio vallis Georgii, per omnia fermè ſimilis ei, quæ ante tres annos in partibus Tuberinis Franconiæ provincia ad vicum Niclashawſen frequenti concurſu hominum utriusque ſexûs fiebat. Quæ quidem etſi pietati attribui debeant, taro hujuſcemodi motus in rebus humanis, uti experientia compluries docuit, boni aliquid portentârunt. Sumatur evidentia ex eo, qui ad Ottingen Bavariæ provincia concurſu,quem brevi lamentabilis ipſius Provinciæ vaſtatio circa annum MDIIII. ſecuta eſt.

Fulmen horrendum circa annum Domini *MCCCCXCIX.* penultima Dominicâ quadrageſimæ fratribus in refectorio cœnantibus in turrim illiſit, & contiguam Eccleſiam penetrans rebus multis damnum intulit eò loco per omnia annis ſuperioribus præſidente Udalrico III. deciderat, vehementi terrore omnes perculſit, & cum feneſtras plures contriviſſet in ea, quæ juxta atam Apoſtolorum Petri & Pauli eſt commlnutis vitris omnibus ſola crucifixi imago, quæ hodie cernitur, perſtitit illæſa. Inundationes aquarum multæ, & frequentes eo anno fuêre tempeſtates terrificæ. Piſcina etiam inferior juxta Turſnreit tum paſſa eſt aggeris rupturam. 1499.

Jubileus Romæ per Alexandrum ſextum Summum Pontificem hominibus omnium linguarum nationúmque frequentiſſimus celebratur anno quingenteſimo ſupra milleſimum ab Incarnatione Verbi; & anno ſe- 1500.
quenti per omnem Europam cum plenariis Indulgentiis mittitur, cujus erat ad partes Germaniæ Romano Imperio ſubditas Legatus Reverendiſſimus Pater Dominus Raymundus Cardinalis ſanctæ Mariæ novæ vir humaniſſimus & ad pauperes Chriſti præcipuâ benignitate præclarus, quem ego in Academia Lipſienſi vitam agens vidi hominem grandævum maximâ cum ſolennitate uti decuit exceptum & primâ die anni in Eccleſia parochiali cum plenaria remiſſione inter-

intereſſentibus divina libantem miſteria ad ſex horas vel citra audjvi, reliqua tranſeo.

Patres duo venerandi hujus domûs ſenes præcipiti anno 1504. poſt multos graves ordinis labores vitam hanc caducam denarium percepturi diurnum exceſsère. Erant autem in hoc cnnventu ipſi potiſſimi & Seniores ſummi ob honeſtatem converſationis autoritativi plurimum. Qui cum ſimul decumberent infra octavam ferè ambo rumulati ſunt: Obiit autem, qui primus infirmari cœpit poſterior, ſuper cujus infirmitate venerabilis quidam Pater prædicatori Ordinis Prior Egrenſis requiſitus dixit eundem pleureſi laborare & brevi defungendum, ſicuti ipſo præſente eo die adhuc accidit. Adjecit autem experimento ſe prnprio & fide dignorum relatu didiciſſe tantorum virorum in Conventibus aut Communitatibus mortem tam ſubitam magnæ alicujus ruinæ fuiſſe inditum, quod brevi & nos heu lamentabiliter comperimus.

Michel Oertl primi nomen erat tum prioris officium agens, quod citra triginta annos alternatis nonnunquam vicibus ſatis ſtrenue gerebat. Fuit hic vir maturus & in ferendis laboribus Ordinis rigidus diſciplinæ regularis operoſiſſimus Zelotes & in ſacris lectionibus continuus, qui per annos viginti & ſupra nunquam uſus eſt carnibus, attamen fratribus in eſu carnium, quia infirmarius in eo tempore erat, optimè ſatis providit. Obiit autem x. kal. majas in communi fratrum cemiterio tumulatus.

Thomas Mauritii alius nomen ſortiebatur, Cantoris officium agens, cui ad annos viginti ſatis utiliter præfuit. Bonus erat Scriptor & multa Pſalteriola atque diurnalia & pleraque alia ſuæ elegantiſſimæ ſcripturæ reliquit poſt ſe monumenta. Obiit autem ultimâ ejusdem menſis die, magno cum fletu fratrum tumulatus.

Eâ tempeſtate anno ſcilicet *MDIIII.* regiminis autem Georgii Abbatis decimus fuit, per omnem ferè Germaniam bellorum tumultus movebantur. Ita poſt obitum Principis Georgii Bavariæ Ducis propter ſucceſſionem hæreditariam in ducatu ejusdem inter Duces Bajoariæ bella enata ſunt graviſſima, quibus etiam præſens noſtrum Monaſterium, quod tuitionis duntaxat gratiâ domui Bavaricæ ex longo tempore familiare erat ab adverſariis ejusdem ſpoliatum eſt, & ignis incendio ad ſolum usque dejectum quemadmodum in ſequentibus ſeriatim & enucleatius enarrabitur. (n) (n)

Grangiam Viſchhove in piſcina ſuperiori juxta opidum Tursreit anno ſequenti quinto videlicet ab 1500. ipſa die cinerum ignis invaſit, verùm ubi mox flamma erupit vulgi concurſu ſuppreſſa eſt, alioquin tota ad ſolum concidiſſet, ſolo horreo cum frumentis pereunte.

Item ſequenti anno ſeu ſexto edacis ignis incendio ipſo die carnisprivii plures domus de melioribus opidi Tursnreit periere, & niſi vulgi opera ſuceurſum fuiſſet, damnum majus incidiſſent.

Anno eodem Cometa magna caudam habens ad ſeptentrionem verſus circa **** apparuit, multis diebus viſa, qui hortibili ſuo aſpectu mortalium mentes plurimum affecit, quam aſtrorum gnari multorum incommodorum plerisque in locis cariſtiæ in aliis bellorum in certis autem mortalitatis futuræ dixère præſagium. Dii benè vertant. Apparuerat autem ante rtiennium ſimiliter cometa, circa feſtum Aſſumptionis Virginis glorioſæ caudam ſive barbam versùs orientem habens; portenrum indubium bellicorum motuum anno ſequenti emerſorum.

Wolſgangus Comes de Ottingen ante hos annos ſub bello Bavarico jus decimationis, quod in Horburg oppido ſuo & locis circumvicinis per multa annorum curricula pacificâ poſſeſſione tenuimus occaſione belli, vi nobis ademit, & fructus ejusdem ad annum jam quartum usque ſuſtollit, pro qua denuò obtinenda apud regiam majeſtatem deſudamus fruſtra, ſed poſt in urbe Romana multis expenſis vix tandem per juris deciſionem conquiſitum eſt.

F I N I S.

(n) peculiari opuſculo quod ex eod. Cod. exhibemus.

OTTONIS

OTTONIS

WALDSASSENSIS

ORD. CISTERCIENS.

Deſcriptio Exterminii, Monaſterii ſui ſub Bello Bavarico majore.

* * *

Ex eod. Cod. MS.

Præfatio Auctoris.

UT Poſteros non lateat temporum noſtrorum calamitas non inutile arbitratus ſum ſi inter alia, quibus ævo noſtro affecti ſumus incommoda, martigenum illud involucrum, quod inter Duces Bavariæ & his noſtris in partibus anno quarto ſupra mille quingentos poſt primævam noſtram ſalutem Chriſtianam enatum eſt, pro aliorum conſolamine ſcripis fideliter mandavero. Inprimis tamen oro Lector amice! ur ſi quid in hisdem rebus enarrandis, quæ utique graviorem ſtilum expeterent, minus compté minúsve ornare ediſſero, non rodas dente canino ſed adhibitâ caſtigationis limâ potius piæ inrentioni quam præſumptioni aſcribas. Quandoquidem non doctioribus quibusque profero, nec in palam prodire hæc ipſa jubeo (ſunr equidem qui ralia geſta mavortia ſermone, quo convenit, Poſterorum memoriæ tradunr) ſed Confratribus meis loquor, qui ſtili familiarirate contenti, humiliori quam eleganti oblectantur oratione, apud quos mihi facilè de erratis venia, de benedictis autem gratia dabitur.

1504. ANno igitur ab Incarnatione Verbi, quo ſupra cum varii motus in rebus humanis per univerſum feré orbem incidiſſent, eſſéntque tempora inquietiſſima & martio furore plena mortuo principe illuſtri Georgio utriusque Bavariæ Duce, quia ſine virili hærede deceſſerat; de ſucceſſione hæreditaria inter Albertum Monacenſem & Rupertum defuncti Georgii Ducis generum, Illuſtriſſimi aurem Principis Philippi ſenioris Comiris Palatini filium controverſia exorta eſt graviſſima. Re igitur diutius indiſciſsè ventilata ad juris deciſionem tandem recurſum eſt, quod cum Rupertus Dux negligeret, contumacia arguitur, & banno regali cum adhærentibus innodatus eſt: id ipſum verò moleſtè admodum ferens & pecuniarum fidens theſauris mox in arma commotus eſt, ducatum vi ſibi uſurpare conatus. At verò Maximilianus Romanorum Rex in Sororii defenſiunem conatus regnl proceres & civitatum regni communirates adverſus Rudpertum in arma concitavit, inter quos erant Nurnbergenſes potiſſimi, & ur videbatur, magis pro ſuo comodo enixiſſimè bellantes. At ubi ad bellum ventum eſt, pars utraque damnis ſeſe graviſſimis mutuò afficiebant, incendia præcipuè præter ſolitum ſine modo patrabantur, nonnunquam conflictum eſt prælio. Fiebanr cædes, rapinæ, ſpolia, exactiones variæ, agrorum populationes, occupationes civitatum, opidorum caſtrorúmve, quorum nonnulla capta, quædam incendio dejecta, & quod execrabilius eſt non mulieribus, non virginibus non clero nec religioni, imò nec ſacris ædibus parſum eſt, quin omnes belligerantium immanitatem experirentur: verum priusquam incrementum ſumpſiſſet belli tumultus, Rupertus Dux cum conthorali dilecta, immarurâ morre ſaris functi ſunt, & ut rumor erat, roxico periere. At verò liberorum tutores rem cœptam exequi conantes Boemorum multa millia pro ferendo ſubſidio gravi conduxère ſtipendio: Qui cum poſt maxima damna tam ſuæ quàm adverſæ parti illata cum rem minùs cautè adverterent, improvisè occupati per regiam majeſtatem profligari ſunt, ita ut paucis, demptis equitibus, ad ſua reditus concederetur, & qui aliena defenſare moliebantur, ſe ipſos negligentes ruborem cum damno reportârunt: Quorum copiæ exercituum dum educerentur neſcio, ſi odii magis quam alterius rei gratia juxta opidum Turſnrcit aliisque in locis caſtra metantes circumvicinas villas omnes pervagantes ſpolio magno affecerunt, sicque majora penè quam adverſarii præter incendia, oobis in ſubditis damna intulerunt. Unam tamen villam Hoheowald propter cædem in quemdam Bohemum pro rapina commiſſam igne vaſtârunt: Tandem poſt tertiam apud nos exactam Hebdomadem in adverſarios conceſſerunt, villas complures, nonnulla etiam nobilium domicilia & vicum Artzperg omnem demptâ Eccleſiâ & paucis domibus Ignis incendio dejecerunt, magna etiam damna ſpolio ac deprædatione eisdem atque vicinis inſerentes: dehinc abſceſſerunt, & Bajoariam inrrantes priusquam in adverſarios ordinarentur, cæde grandi, quemadmodum prætactum eſt, profligati ſunt. Hæc incidenter: verùm ut ad ſeriem narrationis revertar, & quid tuitionis dunraxat gratia præſens locus cum incolis fuerat familiare, alias Romano Imperio immediatè ſubjectum requiſiti pro ſubſidio ferendo

(o)
ut in ſimilibus aſſolet de ſubditis noſtris viros bello aptos circiter (o) noſtris ſtipendiis mittebantur, qui tamen, cum res minus aptè gererentur, brevi revocati ſunt: ob eam cauſam Banno Regio innodatos & bello involvendos nos eſſe adverſarii dixere & hinc variis damnificationibus graviter affecerunt. Erat autem tum partis adverſæ Fridericus Marchio Brandenburgicus cujus ſatellites quamprimum hæc poſt feſta Penthecoſtes acta percrebuiſſent, die quâdam venientes grangiam Vokenfeld deprædantes oves plures abegerunt. Paulò poſt Sabbatho quodam cum pauperes ſubditi noſtri ſeptimanale forum Egrenſe ligna vehentes ex more perquirerent, equis omnibus ſpoliati ſunt, & cum facto rumore concurſus ex villis vicinioribus fieret re incautè acta, nonnulli ex noſtris cæſi ſunt, captivi ducti quamplurimi & in opido Wunſidel poſt longum carceris ſqualorem gravémque torturam, extremè etiam ſupra facultatem exactionati. De hinc vice aliâ irruentes Mitterteich, Oberteich & duas villas Stertz ſpoliatas incinerârunt; poſtmodum verò villam Munchenreut, cum ſe tuitioni eorum ſubdere renuiſſent pari modo & incendio & prædatione tribus demptis domiciliis affecerunt. Poſtremum completa perverſorum malitia ut totum virus, quod intus latebat, evomerent Alexandet de Lucchaw capitaneus in Wonſidl opido marchionis accerſitis Nobilibus quibusdam ſive ſatellitibus quibus erat par nocendi animus congregatâ vulgi multitudine *** virorum die quâdam Dominicâ quæ erat quarta Auguſti ſeu poſt feſtum Divi Dominici Confeſſoris intempeſtivæ noctis hora viam accelerans neſciente tamen vulgi majori parte quorſum ituri eſſent, ante diluculum circa horam ferè quartam fratribus poſt nocturnas laudes perſolutas quieſcentibus improviſe Monaſterium irruerunt, ita ut fratres vix, audito Bombardarum ſonitu excitati, evadere potuerunt; quorum alii Abbatiæ domum occupandam formidantes tranſilito muro Egram conceſſerunt; aliis nonnullis de Conventu qui illuc ante paucos dies præ formidine incurſionis hoſtilis ſeſe receperant triſtes referunt rumores: alii verò aſportandis rebus quibusdam neglecti, quibus cum nusquam, occupatis jam undique muris, exitus patebat, ad nolam curſum maturantes & dato ſigno, quod ante condixerant pto tranſitu pateſceodo Abbatialem domum introivere, quam vix ingreſſi, viderunt paſſim per mutos ruere hoſtes, quorum pars per poſticas ubi nullus in conſpectu dabatur adverſarius, ingreſſa eſt qui mox diſperſi loca ſecretiora Monaſterii & domicilia omnia perluſtrantes ſpoliârunt; de dormitorio fratrum, infirmitorio, Piſtrino atque aliis officinis utenſilia omnia, veſtes, libros, jocalia, lectiſternia, frumentorum quoque copiam ingentem, caſeos, panes & alia pleraque comeſtibilia, equos, oves & pecora multa, plura etiam quæ pauperes ex vicinioribus locis ob ſecuritatem majorem advexerant, ac quælibet alia reperta diripientes curribúsque quaſi centum *** advexerant res impoſitas abegerunt, & quod cæteris eſt execrabilius ſacrilego auſu ædes ſacras contaminantes veſtes ornamenta libros miſſales & cantuales & alia pleraque divino cultui apta rapuerunt. Theſaurum denique pretioſum, reliquias videlicet ſacras quæ plurimæ erant, partim abſtulerunt partim in ſarcophago reliquerunt quæ incendio periere. Quinque etiam capita ex Sodalitate Sanctarum undecim millium Virginum in anteriori parte ſuperioris aræ collocârant quæ in imo calore ignis in cineres ſunt redacta, quod ego non oiſi magno contemptui ſacrorum aſcribere valeo; potuerant equidem & illa ſicut cætera abſtuliſſe ſed malitiâ ſtimulante maluerunt ſacra Martyrum oſſa denuò afficere martyrio ut crimioum ſuotum menſutam juxta Salvatoris dictum completent. Præterea cum jam ad minutum ſpolio oblectati eſſent, non contenti majora ſuſpirabant: verum dum aliter ſe poſſe non præſumerent dolos excogitant & ob. id mittentes nuntios qui dicerent ubi domus ipſa Abbatialis patefieret, nihil ſe damni ulterius illaturos. Interea tamen tranſitum occupant qui ex monaſterio in Abbatiam vadit, abigendis pecoribus, quorum erat in cemitetio non parva, dabant operam atque enixiſſimè labotabant, at verò cum nil efficere poſſent prohibentibus his qui in arce erant atque animosè deſenſanribus, majora machinantur. Nam miſellum quemquam homuncionem in Ecleſia comprehenſum, ante aram Sanctarum Virginum jugulantes ex feneſtra tranſitus fune ſuſpenſum conſpectibus eorum qui in domo erant objecerunt ut vel ſic ſuâ ferocitate terrorem eisdem incuterent. Sed inde pulſi in eâ extremitate tranſitûs quæ caſtro erat vicinior, ſuppoſitis lignis ſtraminibúsque & igne adhibito ſuccenderunt quo nobis niſi temperius ſuccurſum eſſet damnum utique non modicum effeciſſent.

Inter agendum tamco ex utrâque parte ſonitus audiebantur machinarum ſive Bombardarum hotribiles & ſagittarum jactus ſive tormentorum ſine numero, ſtant intrepidi viri ſortes & quanto ſe hoſtes opponebant atrocius tanto efficiuntur ad pugnandum animoſiores, diſcurrunt per ſingulos quibus arma non erant, eos animantes & neceſſaria afferenres, haud minus cæteri animi promptitudine quam illi manuum corporiſque viribus laborabant: Deo tamen optimo atque immortali protegente de noſtris qui in domo erant non eſt offenſus quispiam: ex hoſtibus autem alii ad mortem alii non ſine mortis periculo tormentis ſagittiſque percuſſi ſunt, ſanè quisquis illorum in publicum prodiſſet non evaſit illæſus.

Interea autem dum hæc agerentur vidimus ex omni parte monaſterii de ſingulis domiciliis horrificam flammam alternatim erumpere magnâque crepitatione per ſingula ſerpendo ædificia ipſa raptu feſtinatiſſimo vorare.

(o) erat hiatus.

vorare. Erant etiam qui Eccleſiam in Turri ſuccenderant, qua eructante flama edaciſſima mox plumbũ calore ignis liquatum, quo turris illa pulcherrima tecta erat inſtar aquæ defluebat. Campanæ etiam tres ſatis ſonoræ æſtu nimio ſolutæ in terram æra ſpargebant quarum poſtmodum vix paucæ particulæ recollectæ ſunt.

Fertur etiam pauperem quemdam qui tum in monaſterio viſus poſtea verò nunquam, fune campanelli ab hoſtibus ſuſpenſum incineratúmque. Juvenis etiam quidam duodennis fere vel citra hoſtiles manus effugere conatus ſub tecto Eccleſiæ latuit, qui igne præventus, cum nusquam fuga pateret, de altiori ejusdem feneſtrâ decidit illæſus. Quidam etiam ex fratribus abſconſurum ſe forte ab hoſtibus credens aut certè tantam immanitatem minimè fiendam exiſtimans in abditis quibusdam locis ſeſe detinuit; ſed igne præoccupatus fugam dare compulſus eſt, quem quidam de foris murum obſervantes comprehenſum graviter læſerunt & brachio ſibi inter verbera comminuto dimiſerunt. O rem flebilem & plus Trojæ quondam nobili excidio miſerandam! ô facinus horrendom, ſcelus inſolitum, quo tot egregia ædificia tam famoſa fundatio, tum magnis impenſis tam multis antiquorum ſudoribus vix tandem conſummata, tam copioſis largisque piorum Elemoſynis donata, per annos trecentos ſeptuaginta duos vigoroſa, nullâ urgente neceſſitate, nullo commodo conſequente, ſed merâ pervetſorum agente malitiâ ad ſolum usque dejecta eſt, & in favillas cineréſque penè redacta. Flebant hoc uberrimis fletibus qui viderant, qui item abſentes audiebant utrinsque ſexûs juvenes ſeoésque. Quidam tamen in ſtuporem horrore ſceleris verſi præ mentis ariditate flere non valentes multis maledictis in actores facinoris invehebatur. Convenerant ex Egrâ opido ac locis aliis vicinioribus ubi & ignis viſus & auditæ machinæ fuerant complures horrendum viſuri ſpectaculum, joculantur in adverſarios maledicta, abominantur facinus, ſcelus execrantur fit ad Etheta clamor, vindicta expetitur, conquerirur tanti loci dejectio. Quis enim tam rigido corde tam algidis præcordiis, mente tam ſtupida qui non ficat, non exhorreat, non perdoleat divinum cultum honorabiliter exactum ita prorſus ſuppreſſum, tantum facinus in Deum Sanctósque ejus patratum: Tanta erga pauperes pietatis opera adempta. Quam ob rem non dabitur oblivioni genti huic peſſimæ, filiis ſceleratis ſacrilegiũ hoc abominandum, crimen iniquum quod poſthabito Dei timore non reformidatâ humanâ confuſione, neglecta propria fama auſu temerario admittere non timuere. Manet ob id ira Dei juſta, in eos, niſi pœnituerint, vindicta deſæviet: non manebit inultum, impunirum non relinquetur. Docuit hoc ipſum experientia, rei exitus approbavit, teſtatur hoc ſtrages illa magna quam die quarto poſt inciderunt. Teſtatur item multorum ſubitus atque inopious interitus. Sed hæc hactenus, narrationis ſeriem repetamus. Cúmque jam virus omne evomitum eſt & omnia igni ſubdita, remanentibus domicilio duntaxat Cooverſorum & cellerarii officina cum ſacello Divi Joannis, quod ego ob eam cauſam quemadmodum in ſuperioribus memini, conſervatum arbitror, ne Dei cultus juxta ipſius vaticinium hoc loco periret, in eo enim ſacello Divinæ laudes hactenus ſunt proſecutæ, atquo in aris quæ juxta erant ſub fornicibus Miſſæ celebratæ. Mox ad tubæ clangorem & ſonitum tympani in unum confluunt, congeſtam undique prædam ſacrilegam curribus cooptant fugam maturantes ne fortè rumore vulgato in eos irruptio fieret & ipſi pariter cum rebus jactutam paſſi pro merita agerentur pœnâ a Deo, quem tamen in culpa offendere non formidant. Verum ut majus eorum pateſceret odium & quaſi ex adipe eorum prodiret iniquitas, tanto in Deum & Sanctos ejus perpetrato facinore non contenti etiam pauperum ſudores ad cumulum criminis, ſuis impoſuere cervicibus. In ſuo námque diſceſſu quotquot villarum offenderunt, incendio dejecerunt: Ex quibus erant *Contra, Pleyſſen, Newedorff, Rockzenpubel, Hofftricht, Puchlperg, Volkeſumel, Staimmul, Lottermül, Vokenvel, Netſtal, Mitterhove* cum horreis pratorum quibus fœnum conſervarur. Ita enim in ſe ipſis exarſere ut nil quod oculis patuiſſet reliquere intactum maluiſſent: Et quamquam nonnulli reipsâ ut oportet conſiderata, una mente divinam correptionem judicavere, juſtiſſimus tamen Deus, ne unquam ſuperbia hoſtis inulta tranſiret, quod in male facto rei autores gloriabantur & exultabant in rebus peſſimis, noluit impunes eos diutius evadere: ſed quarto die poſt, dum adhuc recens factum eſſet & dolor primus virorum præcordia urgeret, cum domum quamdam munitam *Ebenöd* dictam jam occupatam capere machinarentur, quamquá ingens eſſet eorum copia, à paucis tamen adverſæ partis, quibus ſociati erant etiam de noſtris viri circiter **** cæde grandi profligati ſunt, quod ſi eos ut cœperant inſecuti fuiſſent, evaſiſſent pauciſſimi. Quam ſtragem quotquot audivêre divinæ duntaxat tribuebant ultioni. In eâ ſtrage latro quidam peſſimus *Baltazar Bibritſch* Marchionis Satelles quem omnes pariter incendii hujus loci autorem conclamabant potiſſimum, gladio interiit; & qui plures antea moleſtaverat & morte affecerat, à pluribus etiá ferebant vindictæ gratiâ confoſſum. Hinc quottidianis nos afficiunt minis continuis urgent moleſtiis, vaſtationibus gravantur; non erat pax usquam nec ulla quies: ferebantur continuè novi rumores, machinatiooes novæ, quibus novus ſemper timor augebatur. Cogebamur igitur ob ulterioris incurſionis formidinem toto ferè anno ſtipendiarios hoc loco non ſine multo gravamine tenere, qui tuendæ duntaxat domui intenderent. Nos verò poſteaquam tantum támque miſerandum hujus egregiæ fundationis vidiſſemus excidium, piguit diutius in loco morari, tœduit mœſtis aſpicere oculis exitiale damnum; Quare quam primum Egram conceſ-

ſimus, ibique cum aliis, qui ante dies paucos ptopter hóſtilem incurſionis timorem cum ſavore illuc conceſſetant aliquot ſeptimanis comorati vitam degimus ærumnoſam atque exilio conſimilem. Tandem eâ attœdiati ad Turſſenreit, ubi Abbas ipſe moram agebat, nos contulimus. Hinc nonnulli ex fratribus ob locorum regularium carentiam ad diverſa reformata Ordinis noſtri monaſtetia pto regulari diſciplina conſervanda ſunt emiſſi. Reliqui verò ad diverſa officia partiti vitam exegimus tœdio plenam. At ubi afflate cœpit aura ſerenior & tranquillitas exotiri: confeſtim inſtaurandis ædificiis opera conceſſa eſt, & qui ſuperſtites fuimus, redivimus in locum & indies aucti, divinum cultum quantum loci anguſtia & temporis exigentia patiebatur, curavimus denuò inſtaurare. Fuimus etiam poſt ut frequentes, octo, nonnunquam duodecim, prætet tres converſos & eos, qui exterioribus præſunt officiis. Qui etiam Miſſas Ordinis quotidianas diligenti curâ hactenus explevimus. Verùm hotas canonicas præterquam in feſtis Sanctorum non cantavimus, partim proptet frattum defectuoſitatē partim & maximè ob difficultatem acceſsûs ad Eccleſiam, ſed Miſsâ cantatâ ac Veſperâ contenti eramus, reliquum domi ſolvimus.

Reſtiturio ablatorum.

Anno præterea evoluto cum jam pax undique edicta eſſet, & lis omnis deciſa videretur complures, qui vaſtationi huic noſtræ interetant pœnitudine ducti, quæ eis in ſortem de tapina ceſſerant, reſtituetunt, incolæ etiam opidi Wunſidl Sanctorum reliquias apud ſe retentas accerſitis fratribus noſtris, qui curru acceſſerant, reſtituerunt; Eásque ſatis decenter atque honorificè cum cantu & luminaribus comitante copioſâ vulgi multitudine, extra oppidum proceſſionaliter ſunt proſecutæ. Quas etiam nos pari honorificentiâ die ſequenti, quod etat Divæ Annæ feſtum, venientes excepimus. Aliæ autem reliquiæ, quæ remanſetant diligentius recollectæ ſunt & decenter ſervatæ, Cineres verò ſacros in arcam reconditos poſt aram ſupremam chori ſubtùs terram humandos cutavi.

Cæterùm ne tanti cauſa excidii fratribus tunc in præſentibus ac poſteris valeat impingi, quaſi non curaverint ſatis imminentibus ſuccurrere periculis remediis opportunis ob id noviſſe velim omnes præſens ſcriptum lecturos, in ea re omni operâ ac ſollicitudine laboratum eſſe, quod verò nihil obtentum eſt ſive effectum non ſegnitiei aut negligentiæ fratrum ſed autotum perverſitati imputandum; neque enim quomodo quod decreverat advetſarius faciundum, perſequendum erat, quippe quod non modo nobis grave vetùm etiam poſteris foret intolerabile. Quis enim dicetet etiam periculo imminente, noſtri fote arbitrii cenſu perpetuo & eo non parvo Monaſterium alieno obligare dominio, & ſi correptionem divinam dixerimus, conſideratis rei initio atque exitu præter temeritatem, ut ſpeto ſenſi hactenus, & nonnulli, qui negotio interfuerunt, mecum ſenſerunt. Quis facilè dictis perventum iri potuiſſe, quamvis Deus immutabilis in ſeſe nonnunquam ſententiam mutare videatur, Divo Gregotio teſte, licet non Conſilium, quod juxta Prophetæ vaticinium in æternum manet. Quod ſequitur, ex abundantia loquor, ajunt Doctores, aquæ diluvio mundum proptet vitia carnis deletum, ex eo quod carnis lubricitas aquæ fluxibilitati aſſimiletur, in fine autem mundi propter cupiditatis incendia ſive habendi ardorem (qui noviſſimis his noſtris temporibus omnium pene virorum mulierúmq; corda infecit) ignis ardore conflagrandum eſſe. Reliqua diſcurrendo dijudicet, qui poterit. Ante hæc enim excidium tam miſerandum, locus hic omnium rerum, ſive neceſſariorum opulentiâ Dei numine gaudebat. Non autem Egenus plus eo ſovebatur. Unde reverà formidandum pauperum ſudores eam expetiiſſe vindictam, quæ nobis tamen (ſi modo veteres mores commutaverimus) in piam cedit correptionem & peractorum purgationem. Quam ob rem hortor, & moneo omnes hæc ſcripta legentes, ſi quando Deus ſuo munere locum hunc inviſere competenti ſufficienter dignabitur, quatenus non glorientur ea abutendo, & honorificetur Deus in ſuis pauperibus, ſubveniendo eis de ſuo, cujus nobis uſum duntaxat pro noſtra ſuſtentatione neceſſaria non ſuperflua dilatione conceſſit, & diſpenſatores conſtituit, qui ſi fideles inventi fuerimus, ſupet multa in cæleſtibus nos conſtituet, alioquin niſi fœnerari de alieno & nobis comiſſo talento curavetimus, deſidiæ arguemur, & non modo non habentibus nobis neceſſaria in præſenti non dabuntur, ſed & quod habere videbantur in cæleſtibus pet ſpem à nobis etiam perpetuo auferetur: quia judicium ſine miſericordia erit ei, qui miſericordiam non fecerit in præſenti.

Memorabilia Autoris verba.

Quia autem à Bello Bavarico, quod nunc majus appellabitur, narrationem ſum exorſus, eo nunc ipſam finire æquum eſt. Anno igitur poſt litis emerſionem evoluto circa feſta Penthecoſte, cum jam utraque pars crudeli damnificatione ſeſe mutuo affeciſſent, ne bellum ipſum in totius provinciæ irrecupetabilem vergeret jacturam Germaniæ Principum interventu bellum ſublatum & pax reſtituta provinciæ eſt. Eo videlicet medio ut Alberto Monarchæ ducatus cederet dominium, aliæ verò parti oppida nonnulla ſupetioris quoque Bavariæ, hinc tamen Albertus Dux, annatim certâ penſione viginti quatuor millia nummûm aureorum ſuperaddetur, de quo & ſi pars orphanotum haut benè grata extiterit, altera tamen penſionem ipſam prætactam, necdum certificare potuit, ob id quaſi ſub judice lis ipſa pendebat. Quoad Divi Maximiliani Regis Decreto Principum Prælatotúmque Conventus & is permaximus apud Conſtantiam Suevorum urbem anno Domini *MDVII.* quadrageſima tempore negotiorum regni gratiâ convenerant: ubi litis pendentia, ut fama fert, ad plenum eſt deciſa, licet deciſionis ipſius forma, dum hæc ipſa conſcriberem, non fuerit publicata. Poſt hoc bellum furta & rapinæ his noſtris in diſtrictibus plusquam ante ſunt exercita & taotâ frequentia ut vix domum egredi quis tutò auderet,

dum

dum Barones de Familia Guttenſtein arces munitas penè omnes juxta Boëmici nemoris tractum, in ſua redegère dominia, unde nobis vicinitates difficiles atque oneroſæ provenerunt. Tantis tum moleſtiis, tantis vexis, tantis adverſitatibus domus hæc af-fecta eſt, quantis vix unquam antea crediderim, & niſi divina fuiſſet providentia conſervata non facilè dixerim, tot inſidiarum laqueos absque omnimoda ſui deperitione, eam potuiſſe evadere, det Deus aliquando tempora pacatiora. Quare futuros quosque commonefacere velim, ut ſi quando fortuna eis arriſerit ſiniſterior quatenus adverſa quoque ferant.

Meminerintque nos ſimilia aut certè longè perpeſſos majora atque ea omnia divina opitulatione exuperâſſe, cogiténtque nos iisdem adverſis & quidem multis juxta Apoſtoli dictum, in regnum celeſte oportere intrare. His itaque perſunctoriè exaratis oro Lector amande, ut ſicubi erratum offendere piè excuſas, nec ex propoſito fictum ducito, ſed quod vel ita apud multos opinatum fuit, vel ita publica fama præditum, at ſi pro aliorum inſtructione quippiam dictum eſt, redeat in ſuam originem fontis rivus, agatur gratia Deo, qui, ut ea conſcriberem, inſpiravit, qui eſt benedictus in Secula.

ANGELI RUMPLERI

ABBATIS FORMBACENSIS

ORDINIS S. BENEDICTI

DE GESTIS IN BAVARIA

LIBRI VI.

Ab Exceſſu Georgii Divitis Bav. inferioris Ducis

Ad annum usque MDVI.

* * *

Ex Codice Autographo MSC. chartaceo

Bibliothecæ Bavaricæ deſcripſit

atque edidit

ANDREAS FELIX OEFELIUS

Ejusd. Bibl. Præfectus.

DE

DE VITA ET SCRIPTIS
ANGELI RUMPLERI
ABBATIS FORMBACENSIS
Comentatio prævia
Andreæ Felicis Oefelii.

EOs inter, qui nominis ſui Bavaros benè merendo memores fecêre, quique meliore ſui parte ſuperſtites temporum ſuorum & veritatis teſtes intaminatis ſulgent honoribus, locum meritò ſibi vindicat non poſtremum ANGELUS RUMPLERUS *Formbacenſis* Monaſterii ſub *D. Benedicti* Regula jam inde à Seculo XI. inclyti, Abbas longè digniſſimus; ſive Doctrinam ſpectes, ſive Sacri Inſtituti Obſervantiam, ſive denique Scripta & Monumenta Litteraria; quorum ea, quæ Hiſtoriam & propriè Poſteros ſpectant, partim Clariſſimus Vir BERNARDUS PEZIUS, partim nos è latebris, ubi cum blattis & tineis, corroſis confractiſque aſſeribus exitio proxima luctabantur, in lucem litterariam produximus.

Ejus igitur Viri, vitæ & Scriptorum Hiſtoriam brevi commentatione illuſtrare conſtituimus, ut aliquam ſaltem viro meritiſſimo referremus gratiam, quod Patriæ & Poſterorum rationem habere maluerit quam exuto omni poſteritatis ſenſu (ut paſſim fit à millenis avitæ ſimplicitatis alumnis) unius ætatis hominem agere nihil hic durius à nobis dictum, conſentientem habemus ipſum Angelum, qui circa finem *Hiſtoriæ Formbacenſis* à ſe tribus libris conditæ & à laudatiſſimo BERNARDO PEZIO in lucem protractæ, juxta nobiſcum ſenſit, dum ſcripſit: *Soli tres primi Abbates tempora ſua & ſcriptis & vitâ illuſtrârunt, qui ſi non fuiſſent, crediderim, quod etiam fundatorum nomina periiſſent. Nos, plus otio & nimiæ cereri indulgemus, quam lectioni & labori; Quo fit, ut & Monumenta pereant, & utilitas omnis poſteritati non eluceſcat.*

Genitale ſolum nactus eſt ANGELUS noſter Bojoariam, in qua circa medium Seculi XV. à tenuis fortunæ & conditionis parentibus in lucem eſt editus, eo ipſo in loco, in quo poſteà ad ſummam dignitatem virtute propria enixus eſt; Formbaci nimirum, ubi Pater Piſtrini curam gerebat: vir antiqui moris oriſque, & qui apud *Michaëlem* Abbatem loci illius gratia plurimum

(p) valeret. Juvat cauſam favoris ex ipſo filio diſcere: (p) *Verùm is* (Michaël nimirum Abbas) *idcirco patrem meum diligebat, quia occaſio fuerat, ut ad Abbatiæ officium deveniret; Taliter tamen: nam ſemel exiërat monaſterium animo nunquam redeundi, ubi Pater magni animi homo, vi reduxit. Pro qua re ſemper eum charum habuiſſe dicitur.*

Tempus nativitatis non facile definiam: de *Caſparo Schmaz* Abbate, qui *Theoderico*, anno MCCCCLXI. ſucceſſerat, anno verò MCCCCLXXII.

(q) Diem ſuum obierat, memorat noſter (q): *Hunc me vidiſſe memini; nam ejus temporibus prima artis Rudimenta ſuſcepi.* Quæ cum puero decenni convenire poſſint, eum circa annum MCCCCLXII. natum fuiſſe, non multum à vero abeſſe credimus.

Exacto ſemel Religionis & litterarum Tyrocinio, gravioribus diſciplinis imbuendum Viennam Auſtriæ contendiſſe ex ſcriptis illius colligimus, quà etiam in ſchola tum celebratiſſimâ CONRADO CELTI PROTUCIO, non ſolum innotuit, verum etiam familiariter eodem uſus eſt.

Inde ad ſuos redux cœpit vitæ Monaſticæ animum adjicere, & proclive etiam erat adoleſcentem, in re tenui, conſuetudine ipſa, patris hortatu & monachorum invitamentis ad ſimile vitæ inſtitutum amplectendum pellicere, maximè quod ille indolem proderet ingenuam, ingeniúmque (ut poſtea patuit) & ſuapte excellens & accedente etiam diſciplina induſtriâque præcellentius. Mona-

(p) In Hiſt. Formbacenſi col. 449. T. I. Anecdot. Theſauri Bernardi Pezii. P. III.
(q) loc. cit. col. 445.

Monachum autem induit (uti ipſe narrat (r) Anno Domini MCCCC-LXXVII. die S. Colomanno in faſtis Sacro. *Sequenti anno* (verba ejus ſunt) *Profeſſionem feci, ſed in die S. Michaëlis. Me ergo ſic in habitu novitiorum conſtituto tota Eccleſia per* ALBERTUM EPISCOPUM SALONENSEM *conſecrata eſt, ubi & ego interſui.* (r)

Suſceptus in monaſterium fuerat à *Leonardo* Abbate, *Michaëlis* ſucceſſore, quem ille nobis hominem ita depinxit, ut, ſi Elegantia ſtili acceſſiſſet, non Ereſius ille morum pictor, magis graphicè poterat. Quo in genere ſcribendi ſingularis plane fuit ANGELUS, taliſque, ut ſi, quantum nativæ ingenuitatis in eo viro fuit, tantum eruditionis, culturæ & elegantiorum litterarum fuiſſet, paucos fortè haberemus quos anteferre vel conferre Hiſtorico noſtro poſſimus. Operæ pretium fuerit leves velut ductus iconis hujus Præſulis ſub quo Monaſticæ vitæ rudimenta ponere novitium ANGELUM contigit, velut in guſtum & ſpecimen hîc inſerere (s) *Electio* (Leonardi) (s) *celebrata eſt VII. Idus Decembris anno Domini MCCCCLXXIIII. qui quum benedictus eſſet, ſtatim zelo ſuccenſus reformationem introducere ſatagebat. Sed quum uſus eſt zelo non ſecundum ſcientiam, parum profecit, tametſi poſtmodum mitior factus profecerit. Fuit etenim homo vaſti corporis ac virilis mentis, adeo ut etiam ſolo viſu horrorem incuteret. Magnum habebat caput, magnum naſum, magnas aures, quæ non, ut cæteris aſſolent, capiti conjungebantur, ſed erant pendulæ. Mentum in altum porrigebatur & medio ſcindebatur: magna etiam mala & pinguis genas tegebat; oculi ciliis velabantur: barba in juventute rubea erat, in ſenectute nive cooperiebatur: aliàs toto corpore pinguis & obeſus ita ut membra vix videri poſſent: rarò cingulo, rarius fune utebatur: balnea adea amabat ut bis nonnunquam in Hebdomada lavatum iret: amabat calorem maxime, unde & æſtuaria continuè frequentabat. In balneo ſuperius ſcamnum eligebat, quum cæteri vix in terra ſubſiſtere poſſent. Erat homo cordatus ſed adeo cupidus ut vix alicui fideret: omnia putabat Abbatis manibus committenda. Quidquid operabatur aliquis ex fratribus, deſpiciebat, unde ſingularitatem adeo amabat ut etiam majorum omnium momenta parvi faceret. Negotia ſibi deſumebat quæ ne nominanda quidem ſunt: vagus habebatur & inconſtans, & qui Aſtræam Virginem ſuperis relinqueret: loquacem etiam fuiſſe plusquam eloquentem nemo eſt qui ambigat: nam multa inania in ventum profundebat, adeo ut nemo ab ejus ore tutus eſſe potuiſſet. Iracundiam amabat & ſuperatus à paſſione ſe continere neſciebat: unde ortum crediderim quod multi Monaſterium relinquerent. Qui enim ſemel eum offenderat vix miſericordiam inveniebat. In judiciis diſcretus non erat, ſed ut dicebatur, exceſſus puniebatur: excuſationem recipiebat nullam: inter protervum & timidum non diſcernebat, ſed uni ut alteri pænitentiam injungebat. Delectabatur ſi quem haberet qui reus exiſteret, ita, ut nonnunquam ſubrideret: Multa tormenta contra rationem adhibebat: Compedes, nervi, numellæ, pedicæ, Bojæ apud illum frequentes fuerunt. Habuit & tormenti genus quod* VACCAM *nominabant, quo ita illigabatur reus ut nec ſtare nec ſedere poſſet, una manu porrecta, altera corpori jungebatur, non poterat unam alteri conjungere: Pro parva admodum re vinculis aliquem mancipabat. Mentior ſi non quosdam pro ſolâ levi cauſa ad ſecundam usque diem jejunare permiſerit & claves ſecum retinuerit. Cerere & Baccho haud parum oblectabatur, unde & ſæpius in die comedebat & bibebat. Sæpius baſſarides citabat & currum Bacchi ſequebatur, quare non nunquam etiam Thyrſis coronabatur. Multis convitiabatur & detrahebat, multos laudibus extollere vix poterat, varius prorſus fuit, ut ſcripſimus, & inconſtans.*

Sub hoc tamen cucullato Phalaride (t) ita vixit ANGELUS, ut cum moro- (t)
ſitate duritiéque ſua ille multis intolerabilis extiterit, ipſe tamen nihil gravius ab illo paſſus ſed litteris libríſque incumbere liberè permiſſus ſit, ſi quando ne-

M gotia,

(r) l. c. col. 452.
(s) l. c. col. 451.
(t) Cl. Bernardus Pezius in Diſſert. Iſagog. Tomo I. Theſauri Anecdotorum præmiſſa pag. 85. Porro etſi juvenis elegantiſſimo ingenio prædirus in ea tempora inciderit, quibus occulto Dei Judicio verius carnifex quam Abbas & Pater monachis Formbacenſibus dominabatur: Optimarum tamen diſciplinarum & ſanctiorum morum cultui adeo conſtanter inſtitit eóque progreſſus eſt, ut demum anno MDI. licet reluctans in Formbacenſis Monaſterii Abbatem cum omnium gratulatione deligeretur.

gotia, gravia illa & acerba quibus illum Leonardus fluctuum illorum ut plurimum excitator, crebrò adhibebat, otium & miſſionem concederent. Eidem poſtea anno MDI. nonâ Novembris animam reddenti adfuit ANGELUS noſter & mortuum Epitaphio proſecutus eſt; Mox etiam ſucceſſor ejusdem & Abbas Formbacenſis ſi non communi ſuffragio, conſenſu tamen electus eſt, à PEREMGERO Primo Abbate Trigeſimus. Electionis ſeriem ex ipſo da-
(u) mus: *Mortuo autem Leonardo Abbate & ſepulto, relatio ad Principem* (u) *miſſa eſt, qui & Abbates ordinavit & Doctores. Nos autem in ſolo* Kaltenmarck-
(x) ter (x) *contenti fuimus & Tabellione. Quum autem dies eligendi Abbatis adveniſſet pro loco refectorium electum eſt: ubi autem & ſermo habitus eſt & Declamatio,*
(y) *voluit Oetlinger* (y) *ut per compromiſſum eligeremus, quod ſi non fieret, aliud profecto mandatum continuò ſubjiceret. Nos qui potius ſcrutinium mixtum elegeramus non facile aſſenſum præbuimus. Siquidem conſideravimus fratres plus notitiam Perſonarum habere, quam compromiſſarios. Verum quum videremus*
(z) *nos nihil profecturos, aſſenſimus. Electi ergò ſunt Abbates, in* Meunſee (z) *Abbas in Aſpach, & ego. Quærebamus primum ut duo eligerentur ex conventu, unus ex Abbatibus, ſed nec hoc locum habuit. Quum ergò qui electi eramus, ad conclave accederemus, adfuit & Dominus Oetlinger, hunc quum abigere vellemus, prorſus non potuimus. Sicque electio celebrata eſt. Duos autem potiſſimum vetuit Doctor quos nominare non oportet. Et quum ego primus Elector à Prælatis conſtituerer, renui: ipſos eſſe & dignitate & juris ſcientia nobiliores reſpondi. Electus ego ſum ab ipſis: at ego prætuli quemdam alium, quem dicebant ſe non cognoſcere: unde quaſi qui raptus ſum, quum diutius reſtitiſſem ac multa allegâſſem & potiſſimum potentiam dicendi ex defectu memoriæ.*

Quum ergo Te Deum Laudamus cantatum eſſet, etiam confirmatio per dationem baculi ſecuta eſt. His ita finitis ad menſam acceſſimus. Celebrata au-
(a) *tem eſt prima Decembris anno MDI. ac tunc Thomæ* (a) *Benedictio ab Epiſcopo*
(b) (b) *in Monaſterio exhibita ubi & tres Canonici Patavienſes adfuerunt & non nulla, nobilitas, Joañes autem Kaltennarckter Rector tunc erat ſcholæ Viennenſis, qui Diaconi officium exercuit.* Hactenus ANGELUS de Electione ſua, quam & nos prolixius ex eodem memoravimus, quod jura Bavariæ Ducum circa Sacra, quorum ſtrenuus ſemper aſſertor extitit GEORGIUS ille DIVES, paulò magìs illuſtrent. Secius de eâ judicavit ipſe ANGELUS, quem juverit fortaſſe eâ
(c) de re audire quiritantem: (c) *Sic ſolent noſtris temporibus Electiones tam Prælatorum quam aliorum celebrari. Juriſdictionem Principes ſibi deſumunt omnem, Eccleſiæ & religioſis relinquitur nihil. Quis enim neſciat potiorem eſſe electionem*
(d) *quæ ab his fit qui Perſonæ notitiam habent* (d), *imo jus infringere ſolet illum conſenſum qui fit in perſonam non notam. Non me alias noverant Prælati, niſi quia viderant, fortunas omnes & vitam ignorabant. O quam metuenda ſunt tempora noſtra! excidimus à pietate ſuperiorum noſtrorum, idcirco Principes noſtri dominantur, & in nos juriſdictionem deſumunt.*

Quæ eâ in dignitate geſſerit, ipſe memorat difficillima nactus tempora, quod ſub eo BELLI BAVARICI flamma diu gliſcens ſub cinere doloſo erupiſſet.

Primo Præſulatûs ſui Triennio *Hiſtoriam Formbacenſem* à Cl. BERNARDO PEZIO editam elucubravit, in cujus libri ſecundi fine, ita de rebus ſuis &
(e) regiminis ſucceſſu perorat: (e) *Nam ut infauſta fuit Electio, ita profectò & uſus. Nam primo anno & antequam conſecratio fieret ſteura preſſus fui. Exe-*

gerat

(u) Georgium Divitem inf. Bav. Ducem poſtremum, cum quo inæqualibus viribus contenderat Leonardus, ipſius etiam carcerem perpeſſus, quod ille Princeps ad ſe pertinere ſibi perſuadebat ne Abbates ſui & Monaſteria Bonis ſuis malè uterentur.

(x) de hoc vide paulo inferius.

(y) Is Commiſſarius Principis fuerat.

(z) Lunælacenſis ſeu Monſeenſis tunc Abbas Wolfgangus Häberl, in loco illo natus, unus omnium quos Cœnobium illud ab octo ſeculis protulerat. De ejus geſtis vid. Chronicon Lunælacenſe anno MDCCXLVIII. Monaſterii Millenario ſumpt. Joan. Gaſtl. Bibliopolæ Pedepontani editum in 4. p. m. 256. & ſeq.

(a) Subaudi feſto.

(b) WIGULAEO de Nobili FROESCHELIORVM Familia, qui ipſe anno ſuperiore ad Cathedram Patavienſem evectus & ab ALEXANDRO VI. P. M. confirmatus fuerat.

(c) col. 463.

(d) Non defuiſſe notitiam illam duorum monachorum Excluſio teſtatur.

(e) col. 464.

gerat etenim Princeps plus quam DCCC. talenta pecuniarum nigræ monetæ. Multa à Pauperibus exacta ſunt & ultra DCC. talenta, ego vero nudo monaſterio centum talenta tradidi. Hanc ſummam omnem Palatinus rheni in ſuam redegit poteſtatem. Nec alias fauſtus fui, ſiquidem multa me indies premit infoelicitas (f) *Hinc námque Monaſteriorum & ſacrorum locorum deſtructio. Nullus locus tutus eſt. Nam etſi adhuc loca noſtra ignem vel ferrum non ſenſerint, tamen quid venturum ſit novit divinitas. Tutius quiete nihil &c. Jam tertium attigi annum in Abbatia, multa incommoda paſſius ſum & patior, tum per infortunia tum per bella. Sed credo Divinitas illis finem præſtabit, intercedente B. Maria Magdalena, cujus vigiliam jejunavi cum hæc ſcriberem.* (f)

Cæterum quæ ipſius partes fuerint (fuerunt autem non exiguæ in BELLO illo BAVARICO, quod ab ipſo in ſex libros digeſtum edimus, ibidem diſperſim legi poſſunt. Domi verò in id maximè aſſiduus accubuus fuit, ut debita expungeret, agellos pararet, adificia nonnulla à LEONARDO cœpta perficeret, alia ipſe repararet, (g) atque hæc inter anno MDVI. (g)
Templum D. OTHMARI vetuſtate collapſum, quam rem & verſibus celebravit (h) ſalis quoque libertatem à Bavariæ Ducibus conceſſam, ſæpè tamen (h)
à telonii præfectis ſufflaminatam, à morte LEONARDI, Landishutam excurrens denuo *extortis libertatis litteris* (i) ad tempus recuperavit. (i)

Diſciplinam inter ſuos exemplo magis quam præceptis fovit, quæ efficaciſſima temper fuit ejus conſervandæ ratio. Bibliothecam quoque, Monaſticæ vitæ adverſus otium Præſidium ferè unicum, Leonardi prædeceſſoris exemplo adauxit. (k) Lites multas ſub prædeceſſoribus ortas, quæ catenarum ad inſtar plerumque & poſteros ligant, fœliciter compoſuit, cauſásque varias egit ea prudentia quam & commiſſæ ſibi familiæ utilitas, & temporum ratio videbantur exigere. (k)

Anno Domini MDXII. XVI. Octobris, compoſitis jamjam *Bojoariæ* tumultibus omnium Monaſterii ſui Privilegiorum confirmationem à GUILIELMO III. ALBERTI ſucceſſore Filio, *Landishutæ* coram impetravit. (l) (l)

. Reliqua Angeli vita, ſi regiminis munia, onera, curas excipias, litteræ fuerunt quibus ſine vitam ipſam dignitatémque non vitam ſed (ut ille veterum) vivi hominis ſepulchrum putavit, cujus rei fidem facit lucubrationum Catálogus, quas partim Clariſſimis PEZIIS in *Formbacenſi* partim nobis in *Bavarica* videre contigit. De obitu & elogio viri meritiſſimi, ſæpius laudatum BERNARDUM PEZIUM audire juvat, qui vir de Bavariæ Monumentis præclariſſimè meritus, ſi non exortus fuiſſet, intercidiſſet haud dubiè memoria viri malè cuſtodita, per quem tot hominum rerúmque memoria oblivioni erepta fuit. Nihil enim nos docet *Catalogus Abbatum Formbacenſium* à CHRISTOPHORO GEWOLDO in ſuis ad WIGULAEI HUNDII *Metropolin Salisburgenſem* Auctariis, ita jejunus, ut nuda duntaxat Abbatum nomina, ſine ulla temporum ratione & notis numericis, contineat; argumento minimè dubio quam alta nocte ANGELI res & ſcripta ſepulta jacuerint, quæ lucidiſſimas etiam Antiquitatum Monaſticarum Bavariæ Faces HUNDIUM & GEWOLDUM effugerint.

Ita autem de obitu ejus memoratus Auctor (m): *præfuit difficillimis temporibus duodecim annis & relicto maximo ſui deſiderio obiit anno MDXIII. Sepultus in Meridionali abſide propè aram S. Benedicti.* (m)

Diem quem vitæ laudabiliter peractæ ſupremum numeravit, cum *Necrologio Monaſterii B. Mariæ Virginis*, vulgò *ad Scotos* Viennæ Auſtriæ, produxit & ipſe de Auſtriacis non magis quam de nobis meritus HIERONYMUS PEZIUS dum Bavarorum res erunt & ipſe cum laude nominandus, apud

(f) Cl. Pezius l. c. § VII. Iſagoges p. c. mirum dictu eſt quantas calamitates pertulerit, quas tamen uno cum Deo & Muſis commercio lenire conſueverat.
(g) col. 430.
(h) col. 476.
(i) col. 432. L. I. circa finem.
(k) In armario multos invenies Codices qui tum artes tum Theologiam ſapiunt. Pauci aſſunt in Philoſophia. Neſcio cur neglexerint Superiores artes tam neceſſarias. Multos Codices tam Leonardus Abbas, quam ego Cœnobio contulimus non tamen noſtra ſed Monaſterii pecuniâ emimus.
(l) Fidem facit Tomus XI. Privilegiorum Archivi Bavarici. 22. b.
(m) §. VII. Iſagoges in Theſ. anecdotor.

(n) quem loco citato (n) PRID. NON. MART. ANGELI ABBATIS FORMBACENſIS MEMORIA legitur.

Elogium ANGELO BERNARDUS PEZIUS in ſæplus adductâ Iſagoge ſequens ſtatuit, cui calculum ſuum ultro adjiciet quiſquis Hiſtorias ejus non fugientibus oculis perleget: *Fuit is judicio acerrimo à nulla re quam ab adulatione ac ſimultate alienior. Vitia hominum, eorum etiam quos fortuna ſuper cæterorum capita extulit, maxima cum libertate reprehendebat, ſuâ unius conſcientiâ contentus erat, & majorum doctrinas & exempla novis conſuetudinibus aut potius corruptelis perpetuò opponebat. Quarum dotium & virtutum veſtigia in brevi hâc Hiſtoria paſſim deprehendas.* Hæc Clariſſimus PEZIUS, cujus poſtrema verba de *Hiſtoria Formbacenſi* intelligenda ſunt; alteram enim de BELLO BAVARICO nunquam vidit. Majora autem ſpecimina infucatæ veritatis exhibet in Politico argumento quam in Monaſtico quanto periculoſius eſt Imperantium quam Parentium vitia perſtringere.

Operæ pretium duximus quædam velut Electa referre ex *Hiſtoriâ* ipſius *Formbacenſi* tum & Opuſculis quibuſdam nondum editis excerpta, quod ejuſmodi monumenta hiſtorica & antiquaria non temerè moribus corrigendis (etſi huc ſæpè faciant maximè) ſed factis hominum aſtruendis conſulantur; & præterea plurimum conciliandæ fidei atque auctoritati conferat Iconem animi illius noſſe, cui credamus.

Sic *Col. 432.* in Monaſteriorum quæ frugalitatis atque abſtinentiæ Templa eſſe oportebat, ſaginam invectus. *Priſci*, inquit, *contentiores fuerunt nobis, & ſolis leguminibus vixerunt. Nos non ſolum piſces ſed & carnes eſurimus; & niſi ſaturi ſimus nihil boni nos operari poſſe exiſtimamus. Quo fit ut non ſolum in ædificiis exſtruendis deficiamus ſed & in ipſa rerum ſubſtantia.* Et in opere DIALOGORUM DE CONTEMPTU MUNDI MSC.^to Dial. V. acerbius etiam monachorum ſui temporis ingluviem perſtringit: *non ubique regulam debitè conſervamus & in noſtro quidem cœnobio orta inter Conventum & Abbatem diſceptatione me* CELLARIO *paucitas & vilitas cibariorum inprimis accuſata eſt. Tum* OTLINGER *hortabatur ut fratribus ſatis daretur, quod utrum probè factum ſit aut non, ipſe viderit; Nam plenam menſam ſemper deſiderabat. Sic & Epi-*
(o) *ſcopus Pataviensſis* (o) *plus commendabat obeſos corpore, quam abſtemios & macilentos.*

Sed qui Epiſcopo, & quidem ſuo, & à quo ſacris fuerat initiatus, veritatis amore nihil indulſit, quid mirum ſi in Abbates quoque Prædeceſſores ſuos calamum ſtrinxerit? nam poſtquam dixiſſet in univerſum rerum Monaſticarum initio Abbates Præpoſitos *non vulgares ut nunc moris eſt, ſed & vitâ probatos & moribus:* mox ad ſingula deſcendens CONRADUM Abbatem, ait, magnum Equitatum aluiſſe *immemorem illius qui in aſina ſediſſet*, & multa eo luxu monaſterii bona alienâſſe à Rudolpho ſucceſſore frugaliori redempta. Addit etiam: *Quis enim non contemnat Abbatem qui tanquam Caſtellanus aſpectibus ſe hominum ſubjicit. Si Benedicto credimus & Bernardo, vana omnis ſuperbâque exhibitio à nobis procul eſſe debet.* Quid ſenſurum exiſtimamus Angelum, ſi redeuns quorundam Monaſteriorum moles, pompam, elegantias, laquearia deaurata & ſpeculorum plus videat, quam in gynecæis eſt? Pergit noſter & JOANNEM nobilem Decoctorem, GEORGIUM reformatores terrâ aquâque fugientem, THEODORICUM hominem ſervum & militiæ cauſa diu Apoſtatam, vinolentum & cujus crateres ſuo etiam tempore memoriæ gratiâ, ut patinæ illæ vitellianæ, exhiberentur, nativis coloribus depingit. Non minus acri ſtrigile CASPARI moroſitatem & LEONARDI ſævitiem exterſit, cujus carnificinam in Monachum bonæ indolis *Engelſchalcum*, Tunetanis pudendam, nemo immoto animo legerit. (p) Neque temerè cre-
(p) dendum ANGELUM abtrectandi ſtudio ſecius de aliis, liberalius de ſe ſenſiſſe. Ipſam Modeſtiæ vocem audire mihi videor, dum *Lib. III. Hiſt. Formb.* ita de ſe tenuiter ſentientem lego: *Mea ruſticitas cella fuit: experientia lectio.*

Non

(n) Tomo I. Rer. Auſtr. Scriptorum col. 700.

(o) Wolfgangus Froeſchelius, de quo Bruſchius in Laureaco, præcipuæ raritatis libello p. m. 265. inter alia: *Cleri reformationem incepit quidem, ſed ut perficeret quod meditaretur & quo videret orbi Terrarum maxime opus eſſe ipſe longè inferior, ac tanta rerum moli impar erat.*

(p) col 446.

Non ego Platonis non Apollinis æmulus non Pythagori non Ariſtotelis &c. evaſerunt docti qui multa viderunt, qui ſingula quæque rimati ſunt. Non mihi ingenium præſto eſt, non memoria. Sola me tenet infoelix continuáque ingenii Paupertas.

Anilium Fabularum, quibus religioni & pietati ex mendaciis & impoſturâ præſidium quæritur, acris deriſor, uti convincunt ea quæ de Miraculis in *Pilchdorff* & *de capella B. Virginis* ſui Monaſterii narrat ibidem legenda.

De ſuperfluo & ſæpè profano paganóque Templorum non ornatu ſed luxu ea habet quæ nemo facile auſit, niſi poſt Clariſſimum PEZIUM repetere: (q) *Ædificia antiquiora*, inquit, *plus habent neceſſitatis quam ornatus. Quid eſt enim, quod jam exſtruuntur Eccleſiæ quæ adeo ornatæ ſunt & comptæ, ut plus aſpiciendi præbeant occaſionem quam orandi? non tamen idcirco reprehendo debitum ornatum ſed ſuperfluum; nam & Picturæ libri ſunt laicorum. De his autem picturis dixerim quæ & paſſionem Chriſti continent & Martyrum agones. Quid faciunt in Eccleſia Chriſti Leones & Leænæ? quid Dracones? quid denique cætera animalia? Sed & Turpitudo nonnunquam coeuntium inſeritur &c.* Et quæ ibi addit alia digniora legi quam repeti. Denique concludit pro primo auri ad mentem Sacrorum Canonum & Patrum in ſacris uſu. *Quæ in Pauperes nonnunquam expendere deberemus, ſuperfluis & ſuperbis ædificiis accommodamus.*

Dialogo II. Operis *de contemptu Mundi* nondum editi ridet eorum inſaniam qui bona opera poſt mortem differunt per vicarios agenda, quo loco memorabile exemplum de GEORGIO Bavariæ Duce à Divitiis nomen nacto memorat, quod ejus verbis damus: *In hoc manifeſtatur magna mundi eſſe fallacia. Promittunt Hæredes innumera ſe pro anima morientis facturos, brevi tamen obliviſcuntur. Nihil ſub cælo perpetuum, miſeræ animæ cruciantur: nos eorum bona Baccho indulgentes conſumimus. nihil verius. rectè ſenſit qui dixit: fac bene dum vivis poſt mortem vivere ſi vis. Quid Georgio Duci Bavariæ contigerit ſatis in aperto eſt: verum eo in tenues auras evolante vix memoriæ veſtigium apud Poſteros fuit. Nam cum Principum ſepulchrá lapidibus ſectis decorari ſoleant, hic ne imaginem quidem habuit. Sed quid de memoria ejus dixerim: vix eo ſepulto & de Principatu contentiones ortæ ſunt & bella. Nulla de eo cura habita niſi fortè apud eos quos Monachos vocant. Cives in Landshutâ & Baccho & cantibus indulgebant, ſic celebratæ ſunt exequiæ.*

Quæ omnia eum maximè in finem adduximus ut quantum fidei Hiſtorico tribuendum ſit, qui veritati tantum tribuit, declararemus.

Nunc ad alteram commentationis partem de ſcriptis tam editis quam ineditis ſtilum convertamus.

CATALOGUS LUCUBRATIONUM

ANGELI ABBATIS FORMBACENSIS.

I.

Hiſtoria Monaſterii Formbacenſis à prima origine usque ad annum Chriſti MDV. tribus libris conſcripta.

Ex ipſo Cod. MS. *Formbacenſi* edidit Cl. Vir BERNARDUS PEZIUS T. I. P. III. col. 426. *Theſauri Anecdotorum*, qui eam ſubjunxit vitis BB. Abbatum *Formbacenſium* BERNGERI & WIRNTONIS, Auctore GERHOHO Præpoſito *Reicherſpergenſi* tot litterarum monumentis inclyto Bojoariæ Poligrapho conſcriptis & è Codice item MS. *Formbacenſi* editis. Hiſtoriam illam integram ad nos non perveniſſe ſed præceſſiſſe nonnulla, quæ hodie non comparent, perſuadere videntur ipſa Proëmii verba: *Himeltrudis itaque Filia Regis Hungariæ quoniam eſſet cæca ad Capellam glorioſæ Virginis Mariæ (de qua jam pridem ſcripſimus) peregrinationem ſuſcepit.*

Codex etiam *Formbacenſis* ſtatim initio aliquot pagellarum hiatum in margine annotatum exhibet. Circa ipſa initia & origines Monaſterii parum tu-

(q) col. 479.

ta & certa nos docet ANGELUS, vetuſtioribus Monaſterii Annalibus & Do-
(r) cumentis *Neunburgæ* in cineres redactis. (r) Abſolvit Opus ſuum anno MDIIII. ut patet ex poſtremis hiſc verbis: *Finis deſcriptionis Monaſterii Formbacenſis & locorum quorundam ad ipſum pertinentium ac Fortunarum Abbatum XXXII. Elucubratæ per Fratrem Angelum Abbatem ejusdem cœnobii anno Domini MDIIII. Die Jacobi.*

Præter hanc Hiſtoriam, pergit in Iſagoge ſua Clariſſimus PEZIUS, *quam ex autographo deprompt am humanitate & benignitate ſæpius laudati admodum Reverendi Patris* CLARI (FASMANNI, Monachi *Formbacenſis* qui Illuſtre par Fratrum in Monaſterio Hoſpites omnibus benevolentiæ ſingularis teſtificationibus exceperat) *Formbaco accepimus, non pauca quoque alia ſcripſit Abbas Doctiſſimus.* Eorum Elenchum ex Codice *Formbacenſi* à ſe exſcriptum mox ſubjicit, quem & nos ordine ſuo repetimus, mox ea quoque quæ BAVARICUS præbuit, ſubjicientes.

II.

Super Evangelium in Cœna, Partes IIII.

Hoc Opus in eodem Codice ſe vidiſſe teſtatur Pezius, quo ejusdem Hiſtoria Formbacenſis comprehendebatur. Incipit autem: *Multa mihi ac penè infinita conſideranti, quæ ad benè beatéque vivendum conducunt, nihil adeò mentem oblectavit ut Sermo Domini in Cœna &c.*

III.

In Epiſtolas Auguſtini, Carmen. MSC.

IV.

Nonnulla alia carmina. MSC.

V.

Elogium metricum WOLFGANGI *Abbatis* LUNÆLACENSIS.

Extare ait PEZIUS in Cod. *Lunælacenſi* MS. in 4. conſtans 4. foliis, & ita incipere:

Si Wolfgange mihi tecum colludere plectro
Si licet Aonias convocitare Deas &c.

Catalogus Lunælacenſis Codd. MSC. ejus meminit p. m. 415. Chronici Lunælacenſis nuper editi.

Hic eſt, qui ANGELUM, Abbatem ex compromiſſo nominaverat, de quo ſuprà. Ejus ampla item memoria in Chronica modo laudata, ubi inter alia & Catalogum Abbatum Monaſterii ſui ad ſua usque tempora perductum
(s) ſcripſiſſe memoratur, hodie adhuc in MS. ibidem cubantem. (s)

VI.

Sermo in Quadrageſima. MSC.

VII.

Sermo de Sanctis. MSC.

VIII.

Sermo in die Palmarum. MSC.

IX.

Sermo de Paſſione Domini. MSC.

X.

Epiſtola ad Fratres in Glocknitz. MSC.

Eſt *Glocknitzium* Præpoſitura ad *Formbacenſe* Monaſterium ſpectans, in Auſtria ad quintum lapidem *Neoſtadio* ſita, ab ANGELO noſtro integro *Libro tertio Hiſtoriæ* ſuæ *Formbacenſis* deſcripta.

XI.

(r) col. 433. & 435.
(s) p. 394.

XI.
Sermo de Aſcenſione. MSC.

XII.
Sermo de Pentecoſte. MSC.

XIII.
Oratio Metrica. MSC.

XIIII.
Oratio ante Miſſam Proſaica. MSC.

XV.
Exilium Religioſorum. MSC.

XVI.
De Matre Domini Hecatoſtichum. MSC.

XVII.
De Matre Domini Jambicum. MSC.

XVIII.
Item Jambicum de eadem. MSC.

XIX.
Ad eandem Sapphicum. MSC.

XX.
Sex Hecatoſticha ad eandem. MSC.

XXI.
Oratio ad eandem Heroico carmine. MSC.

XXII.
De brevitate vitæ Hecatoſtichon. MSC.

XXIII.
Nonnulla carmina in Libros. MSC.

XXIV.
De Proprietate Monachorum carmen. MSC.

XXV.
Epitaphium Leonardi Abbatis.

Id etiam inſertum legitur L. II. Hiſt. Formbacenſis (t) ſed unde Conradi Celtis ſodalem non agnoſcas. (t)

XXVI.
Epiſtolæ quædam. MSC.

Solenne Angelo ut omnia ſua, ita & Epiſtolas ſervare, unde & ab amicis, ſi reſcribendi otium non erat, repetere ſolitus eſt. (u) Quæ utinam hodie extarent, ſed Cl. Pezius lucubrationum Angeli eas duntaxat vidiſſe monet, (u) quorum initia dediſſet. (x) (x)

XXVII.

(t) col. 461. & ſeq.
(u) p. 87 Iſagoges.
(x) ad finem Epiſtolæ ad Ludimagiſtrum Patavienſem, de qua Numero XXXVIII. datæ XVIII. Sept. MDIIII. ex Formbach: *Oro te, ut exemplar mihi iterum reſtituas, nam reſcribere non potui: nec eſt, qui caracteres meos recte noverit. Oportet enim & hanc operibus meis addam. Si opera mea habere vis apud Staindel invenies. Penna elegantior eſt quam lingua.* Staindelio hoc, Monacho Formbacenſi utebatur amanuenſi Angelus, ejúsque ſemel iterúmque in Hiſtoria ſua Formbacenſi mentionem interjicit.

XXVII.

Alphabetum Griſonis. MSC.

XXVIII.

Saphicum de S. Hieronymo. MSC.

Et hæc quidem, *Elenchus* Cl. PEZIO à P. FASMANNO, Benedictino *Formbacenſi* ſuppeditatus. Quæ ſequuntur in Codice MSC. chartaceo BIBLIOTHECÆ BAVARICÆ habentur, in quarta quam vocant forma, ſed corroſo ſatis & confractis aſſeribus putrido. Eum ipſe ANGELUS, ut ex lituris nonnullis haud vanè conjicimus, manu ſua exaravit. Eum MONACHIUM delatum fuiſſe P. CLARUS indicium fecerat PEZIO, qui propterea in eundem, cum anno MDCCXVII. die XXXI. Julii, cum Clariſſimo Fratre ſuo BIBLIOTHECAM BAVARICAM obiter perluſtraret, cupidè magis quam indaganter inquiſivit. Fecere autem id nobiliſſimi ſagaciſſimique aliàs Fratres ita curſim (ſive quod res & homines & tempora illa longiorem moram non permitterent, ſive quod Myſtagogus illius Sacrarii tunc nullus eſſet) ut eos non in locupletiſſimo reconditarum opum penuario ſed in littore Nili ambulâſſe crederes.

Latebat autem Codex ille & fallebat ignotus, cum paucis aliis in angulo vetuſti cujusdam ſcrinii, multo ſitu & pulvere obſitus, tutior tamen ſub illis ſecularibus araneorum telis, quam Ulyſſes aliquis ſub clypeo Diomedis. Continentur autem illo ſequentia:

XXIX.

Dialogorum de Contemptu Mundi Libri VI. MSC. Cum Prologo Epiſtolari, cujus initium: *Quos eſſe timores præcipuos nemo doctus ignorat. Quamvis enim multi ſint timores, tamen hos ego cæteris præpono omnibus, ſervilem ſcilicet & filialem.*

Ipſum operis non contemnendi argumentum paucis his verbis complexus eſt: *Nos itâque conſiderato hoc duplici timore quaſi viam parare volumus inſciis ad Religioſam vitam. Nam primum & mortis continuam præſentiam & vitæ hujus inſtabilitatem oſtendemus: Tum deinde Religionis neceſſitatem ad cæleſtia regna conſequenda & gehennam declinandam.*

Finem ſibi propoſuit iis in Dialogis, Inſtructionem Tyronum, hinc colloquentes Magiſter & Diſcipulus Socratico illo more introducuntur.

Opus ipſum his verbis abſolvitur: MAGISTER: *age! bonam voluntatem habe & Dei gratiâ præſto erit.* NOVITIUS: *profectò faciam, mêque, ut ſoles, ama.*

Accedit in fine carmen, totius operis velut Anacephaleoſin exhibens, cujus initium:

Si libet arctoos homini conſcendere cœlos,
Anguſtam rapiat, cum pietate viam &c.

XXX.

Geſtorum Bavariæ Libri VI.

De hoc opere à nobis in lucem protracto ſingulare monitum ſubjicimus.

XXXI.

Calamitatum Bavariæ liber unus.

Et huic Poemati monitum noſtrum præmittimus.

XXXII.

Carmina Varia MSC.

Quæ an eadem ſint cum illis quorum Num. IIII. ex Elencho Peziano ſit mentio, haud facile dixerim. noſtro codice exhibentur:

Elegi in quatuor Gerſonis Partes à ſe emptos anno MDIII.
De Laudibus Scriptorum Rhabani Mauri Epigramma.
Aliud de Scriptis D. Thomæ.

Hymnus de S. Georgio.
Tetraſtichon enigma de Caſtanea ſequens.

Naſcitur in denſis arbor molliſſima Sylvis
Litterulas octo quæ retinere ſolet.
Inter.Mille potes vix unam nunc reperire
Si tres Finales ſurripuiſſe velis.

XXXIII.

Epiſtola Elegiaca de laudibus virtutis ad Udalricum in Voraw. MSC.

XXXIIII.

Epiſtola Sapphica ad Conradum Celtis , de Providentia & Magnitudine Numinis. MSC.

In fine ad Celtem converſus ita canit:

Tu modo Celtis Latias camoenas
Italas Terras placidásque gentes
Dereliquiſti: rigidas petiſti
Plaudite Muſæ.
Tuque delectos Elicónque Pindum
At Sacram Phoebi meritis coronam,
Inter Auſtrales Bavaros tuliſti.
Plaudite Muſæ! &c.
Solus algentes miſeratus Alpes
Inter arctoos rigidos & axes
Nomen æternum latitans tuliſti
Plaudite Muſæ!
Angelum Veſtrum peto Magne Vates
Inter indoctos retine Sodales
Qui graves nunquam didicit ſonare
Pectine verſus.

Ejusdem quoque meminit in Elegia de Laudibus virtutis ad Udalricum, de quâ ſupra.

Sic doctus Celtes pridem eſt productus ab undis
Cæſaream Laurum qui tenuiſſe poteſt.
Qui canit horrifici Martis, qui Cæſaris arma
Sed nimio vates tantus amore perit.

XXXV.

Sermones tres: I. *De Nativitate Chriſti.* II. *De Annuntiatione.* III. *De Epiphania incompletus.* MSC.

XXXVI.

Epiſtola ad Ludimagiſtrum Patavienſem de ſtatu hominis. MSC.

Tota Philoſophica & altioris indaginis nec pro obtuſo naſo illius ævi; & in quâ inter alia de motu ſpontaneo carnis, nec rationi nec voluntati ſubdito diſputatur.

XXXVII.

Epiſtola ad Reverendiſſimum quemdam Patrem & Glorioſiſſimum Principem quæ Ludus rationis & Senſualitatis *inſcribitur. MSC.* Ejus initium*: Cum mecum pridem tacitus cogitarem &c.*

Memorabilis eſt locus de BARBARA CILLENSI Auguſta SIGISMUNDI Cæſ. Aug. conjuge, de qua ſub perſona *Senſualitatis* ſequentia ſequuntur: *non prætereundum eſt quod Barbaram Imperatoris Sigismundi uxorem feciſſe tradunt: nam hæc ita meis obſecuta eſt præceptis, ut quaſi non aliam vitam quam hanc diceret. Hanc ita voluptuoſam fuiſſe tradunt, ut paſſim cum ſervis congrederetur. O Inclytam mulierem & omni Laude digniſſimam, quæ ex Epicuri Schola in meas artes declinavit.*

Cæterum nonnunquam bonus noſter RUMPLERUS in feſcennino argumento ſatis feſtivus eſt ita, ut auſterior aliquis Auctorem *dialogorum de contemptu Mundi* nonnunquam requirat, cujus rei & in ea quam exhibemus *hiſtoriâ Bavarica*, & in *Formbacenſi* quoque ubi Priapæa & illud quod Matronas quoque libenter videre ajunt, in medium adducuntur.

In fine SENSUALITAS carmine Sapphico ſe ſubmittit RATIONI: in calce operis legitur: *Diſceptatio Rationis & Senſualitatis per Fratrem Angelum facta anno MDVI. Palmarum, ex tempore.*

XXXVIII.

Tractus de Cognitione ſui ipſius.

Hunc nec noſter codex exhibet nec Formbacenſis Elenchus. Meminit tamen ipſe Angelus & locum ex eo profert Dialogo I. *de contemptu Mundi.*

XXXIX.

Carmen de Laudibus Pataviæ ad Joachimum noſtrum.

Ejus meminit auctor initio Poëmatis de Calamitatibus Bavariæ Angelus noſter urbem illam ſingulari affectu complexus eſt, quem pluribus in locis prodidit. Puer enim admodum cum urbs illa Haesleri & Maurkircheri de mitrâ contendentium ambitu diſcinderetur, in illâ degebat, & poſtea Chriſtophori Epiſcopi temporibus ex intervallo ad eam inviſit.

Joachimo hoc, adoleſcente magnæ ſpei ſed abortivæ, amico & condiſcipulo uſus eſt Angelus cum Viennæ litteris ſimul operam darent. Meminit Dialogo I. de contemptu Mundi, quo loco Scholaſticorum mores petulantiámque graphicè deſcribit, multóſque ex inconſulta illa juventute, dum uxores alienas ſollicarent, clam occiſos & in Iſtrum projectos memorat additque: *Sic in tenues auras juſſus eſt ire Joachimus noſter, homo præſtantis ingenii ac in Poetria nulli ſecundus, de cujus morte carmen cecini.* Haud dubiè ſequens fuit, quod exhibet Codex noſter:

Epitaphium Joachimi Lantaler vatis egregii à Fratre Angelo Abbate compoſitum. Carmen Glyconium Choriambicum:

Quem Fato gladius dedit
Tainhaimer jaceo: vides
Eſt nomen Joachim mihi
Eſt Thuringia Patria
Vates percelebris fui
Nunc manes colito meos.

Cæterum eundem Joachimum initio operis ſui de CALAMITATIBUS BAVARIÆ laudat, & verſatum ait in ſimili argumento quo ipſe, de *laudibus* videlicet *Patavienſis* urbis & agri.

Atq; hæc ſunt, quæ de Angeli Rumpleri ſcriptis hactenùs ad notitiam meam pervenere *Digniſſimis profectò* (ſi ſtandum eſt judicio Cl. V. BERNARDI PEZII) (y) *quæ undecúnque conquiſita publici Juris fiant.* (y) Quod nos quidem in binis ejus ſcriptis Hiſtoricis præſtare conati ſumus quod genus illud Monumentorum, unum omnium nullo ingenio, nullâ diligentia, nullis attalicis licet conditionibus, ſi ſemel intercidit, recuperari queat.

(y) p. 87. Iſagoges T. I. Anecdot. præmiſſæ.

ANGELI

ANGELI RUMPLER ABBATIS FORMBACENSIS

Geſtorum in Bavaria Libri I.

PROLOGUS.

MUlta ac penè infinita noſtris temporibus mala totam Bavariam opprimere ſolent Doctiſſime Pater: quæ non ſolum priſcis fuiſſent admirationi, ſed etiam ſuturis. Nam etſi præteritis temporibus inter principes noo parvæ diſſenſiones fuerint, non tamen noſtris comparari potetunt. Tota penè Germania ad unius regionis perditionem animata eſt. Hæc ſimultas non Duces & Principes reſpicit, ſed ipſos pauperes, qui ſe ſubdit Rhudberto, à rebus & fortunis privari ſolet: qui Alberto, vix evaſerit. At ritè patimur, quia Divinitatem offendimus, & ejus præcepta non cuſtodivimus. Monaſteria vaſtantur: bona auferuntur: Eccleſiæ occupantur & incenduntur, ac ſortunæ diripiuntur. Quid in Aſpacenſi cœnobio contigerit, novit, qui perpeſſus eſt. Non reveremur cenſuras Eccleſiaſticas, non comminationes Apoſtolicas: Tota mens noſtra avaritiæ æſtibus ſuccenſa eſt: ita ut non minus Bavaria quam olim Roma inteſtinis malis laboret. Quod cum omnes, tum vel maximè Salluſtius in Catilinario teſtatur. ita enim ſcribit: Igitur priſmo cupido pecuniæ, deinde imperii crevit, & ea, quæ materies omnium malorum fuêre. Namque avaritia fidem, probitatem cæteráſque artes bonas ſubvertit. Multa alia homo doctiſſimus exequitur. Verùm ô perditi mores! ô impudica Dominatio. Qui deſendere debuerant, populantur: qui opem ferre, deprædantur. Age, moneo, dic cum Hieremia Dives Bavaria, ſume lamentum cum Propheta: quomodo ſedet ſola çivitas plena populo: facta eſt quaſi vidua domina gentium: Princeps provinciarum ſacta eſt ſub tributo. Quis enim non ſtupeat, quæ mancipia abducantur: calices & ſacra vaſa frangantur: Chriſtus conculcetur. Portentoſa in cœlo hæc nobis prodigia vaticinantur. Quis enim coitum Saturni & Martis aliquid boni portendere exiſtimabit? ſed quis cancrum non ſormidabit? Is profectò ſi Mathematicis credimus ſeptimi climatis imperium habet. Verùm quis animos ſyderibus ſubjiciet? nulla profectò niſi noſtra malitia cauſam præbet. Nam in homines carnales & plus carni quam ſpiritui deditos ſydera operari quis dubitet? atqui ſapientem liberum eſſe Plinius in paradoxis exiſtimat, carnales autem, quos ille inſipientes vocat, ſervos. Nullum corpus, nullam aſtrorum impreſſionem calamitatum noſtrarum cauſam exiſtimavero, ſed quam Baptiſta homo doctiſſimus Auſoniæ tribuit, ſiquidem ita ſcribit:

Immemores tanti populus Patréſq; laboris
Neglecto ſupetum cultu: ſpretóq; tonantis
Imperio, Baccho indulgent, Venerique miniſtrant.
Sacra ſetunt auro: numis altaria condunt.
Auro vina bibunt: auro laquearia ſulgent,
Scorta tegunt gemmis: canibus convivia ponunt.
Sordet in exili virtus incognita veſte.
Exuviis inopum culti, ditéſque rapinis
Succeſſu elati: ſuperos acherontáq; rident.
Proptetea hoſtilis rabies inſurgit: & irâ
Corda micant, majora novus fert prælia Mavors.

Verùm ne multis morer, quæ vel vidimus, vel audivimus ſcribere poſteritati curabimus ac veſtræ doctiſſimæ Paternitati deſtinare: nec multis utemur, ſed nudam veritatem paucis aperiemus. Ne tamen & ſuperiora oblivioni tradantur: à ſitu & fortunis Bavariæ exordiemur. Te tamen, qui lecturus es, deprecor, ut hoc opus noſtrum gratè ſuſcipias.

Incipit primus Liber Calamitatum Bavariæ Fratris Angeli Abbatis Formbachenſis.

PARS PRIMA.

BAvariam dictam Bajoariam Æneas ſcribit; ipſos autem Bavaros à Bois originem trahere exiſtimat: Quod ſi ita eſſet, Bojoarii potius eſſent dicendi quam Bajoarii. Unde & Strabonem adducit ita ſcribentem: priſcis temporibus plurimæ Gallorum gentes fluvium incolebant, de Pado loquitur: è quibus ampliſſimi fuerunt Boji, qui & Inſubres & qui olim cum Geſonis, quos etiam Senones vocat, Romanâ potiti ſunt urbe. Hos Romani poſterioribus annis funditus deletos perdiderunt: Bojos verò è finibus ejecerunt. Inde migrantes circumjacentia Iſtro loca cum Thauriſcis habitârunt, bellum aſſiduè contra Dacos audentes. Tradit Æneas Strabonem ſcribere Bojos hercyniâ ſylvâ potitos à Cimbris agmine facto invaſos, rejectos tamen. Multa alia refert Æneas in deſcriptione Bavariæ, quæ utrum vera ſint, aut non, ipſe viderit. Si Bajoarii dici debeut, qui nunc Bavari, alia ratio occurrit: nam

ſi ita eſt à Bais potius originem trahunt, Bajas enim Campaniæ civitatem eſſe exiſtimant ſecus mare Campanum ſitam quam tradunt à Bajo Ulyſſis ſocio illic ſepulto nomen ſumpſiſſe. Verumtamen crediderim hoc vocabulo uſum fuiſſe neminem. Siquidem (ut de aliis taceam) ita ſcribit Conradus:

Sylva prius latè Bavaras ſed ſpatſa per oras
Ante ſub Auſtriacas quam tendat brachia, terras
Obliqua ad Vilſi protendens cornua ripas

Antiquorum de hâc re ſcribentem vidi neminem. Verum cum à Julio Cæſare hæ regiones expugnatæ credantur: facile conjicitur quendam è regibus huic regioni nomen dediſſe, quamvis Annalia non extent. Utcúmque eſt, regio noo admodum læta eſt, nam proprinquiot Boſphoreus currus fertilitatem adimit. Bello tamen & Marti dedita exiſtimatur. Unde & Priſcianus bellatricem vocat, ſcribit etenim ſic:

Hujus ad auſtrales terras Gerræque feroces
Noriciique colunt bellaces Pannoniique.

Quamvis ad Pannonios hoc adjectivum referri poſſit. Sed nihil tefert, nam ad Germaniam attinent omnes. Unde qui motes Bavarorum nôſſe velit, ad Germaniam ſe convertat, ſiquidem non parvam partem occupant, quorum mores ita deſcribit Celtis:

Gens invicta maner, toto notiſſima Mundo
Terta ubi ſe devexa globo demittit in Arcton
Sulis, & Algoris patiens, durique laboris
Ingrata, ignavam vitæ tolerare quietem.
Indigena, haud aliâ ducens primordia gente
Sed cœlo ptoducta ſuo Demogorgonis alvus
Protulerat patulas ubi cuncta ereata ſub anras:
Germanos vocitant Latii: Gtaii ſed adelphos;
(z) Quod fratrum ſoleant inter ſe vivere more (z)
Nomen Nobilibus quod adhuc venerabile noſtris.
Pectotibus ſimiles, ingentes corporis artus
Prodiga cui natura dedit per lactea colla
Candida proceris tollentes corpora membris
Flava coma eſt: Flavent ocull, flavóque colore
Temperie juſtam retinent ſua membra ſtaturam
Vóxque habitum mentis cum geſtu & pectora prodit
Vox quæ nil muliebre ſonat, ſed tota virilis
Martia craſſiloquo teſtatur corda palato.
Commune his ſtudium venari, equitare, vagari
Atque ſuum varias victum quæſiſſe per artes
Vel Bacchum viduis creſcentem jungete palis
Arváque quadrijugo proſcindere pinguia aratro
Nec patrio tepuiſſe ſolo juvenilibus annis
Sed mox doctiloquæ præcepta adiiſſe Minervæ
Vel vaga veliferas duxiſſe per æquora naves
Atque ſuis terris varias adducere merces
Nec cenſere nefas animũ intendiſſe rapinis
Dum fera belligeri meditantur prælia Martis
Atque illum Regũ celſas quæſiſſe per aulas.
Quattuot ad fines, quas Teutonis ora coërcet
Sive per Hercyniæ nemoroſa cacumina ſylvæ
Dentatos proſternere apros: ſylvíſque vagantes
Æripedes cervos: urſóſque agitare feroces
Unguibus accipitres trucibúſque jubere rapinas
Tollere: & evulſas diſpergere in ethera plumas
Hioc animus dubiis audens ſe credere rebus
Nec ſegnis: timidúſque mori, roſeúmque cruorem
Pro patria & charis certans effundere amicis
Atque avidus cædis, ſi qua ulla injuria læſit,
Quique fidem Sancto & conſtanti pectore ſervat
Relligionis amans, ſuperúmque & cultor honeſti
Et veri juſtique tenax, mens conſona labris
Ficta coloratæ ſugiens mendacia linguæ.

Hæc ille. Sed quid de ſulminibus, montibus & collibus dixero. Maximum fluminum omnium conſtat eſſe Danubium, quem & Iſtrum vocitant. Huic originem aſcribunt in jugis Germaniæ, montis Satnobæ: ac per innumeras gentes curſum agere tradunt: verùm ubi Illyricum attigit, ex amnibus acceptis in mare labi. De hoc ita ſcribit Celtis

Solus germanas Iſter ſed deſerit oras,
Lata peregrinis inducens flumina terris
Germano concepta ſolo: quæque Hungarus acri
Barbarus ore bibit, metanaſtáque Teutonus haurit,
Hic ubi nunc pulchro claret Moldaviæ tractu
Septenis tandẽ qua faucibus exit in æquor.

Huic non minorem crediderim, Oenum qui monaſterium noſtrum Formbacenſe alluit, & haud longè à Monaſterio Pataviæ in Iſtrum labitur, ubi & nomen amittit. Hunc ex Alpibus fluere tradunt. Eſt & alius, quem Iſaram vocitant, fluvius utcunque navigabilis, hic urbem Bavariæ nobiliſſimam Landshuet aquæ muro cingit. Qui & ipſe non longè à Patavia in Iſtrum labitur, ac ſuo nomine privatut. Sunt & alii amnes non ignobiles. Verumtamen Romano carent vocabulo. Urbes viſuntur ampliſſimæ quas adeò decorant caſtella: ut propè inexpugnabiles credantur. Earum omnium maximæ ſunt Landshuta, Monacum, Ingelſtadium & Burgkuſa. Primæ tres tribus fratribus Ducibus Bava-

(z) Fratrum quoque gratia rara eſt.

Bavariæ ſedes præbuerunt. Verùm ut à Landshuta exordiar atque à capite, hujus etſi originem reperire non potuerim, tamen ut vidi deſcribam. Exiſtimo tamen eam non multos ſoles præceſſiſſe, nam ex coctis lateribus ædificata, nonnihil juventutis habet. Nec tamen iccircò venuſtate caret. Siquidem cum multi Principes in ea ſedem habuerint: ſine ornamento non reliquerunt. Duo fora habet non injucunda. Ubi & res vænales exponuntur, & milites ſua ſolacia exercent. Rariſſimè vacua ſunt, nam tam equites hinc & inde diſcurrunt, tam pedites choreis operam dant. Non vidi ego nobiliora fora, ſiquidem à porta in portam protenduntur, unde & civibus magnæ ſunt voluptati. Nihil ibi cernitur non curioſum, nihil non jocundum. Si te delectat jocus, habebis in promptu, ſin frugalitas, non deerit. Verùm unam civitatem alterâ priorem tradunt. Nam quæ pars flumini contigua eſt, novæ civitati aſcribitur, altera veteri. Domos habet regiâ magnificentiâ dignas, quarum nonnullæ picturis & ſculpturis decoratæ ſunt. Paucæ in ea ſunt, quæ reprehendi poſſent. Sunt in ea & Templa magnificentiſſima, & quando in duas partes diviſam ſcripſimus, duas habet parochias, quarum poſterior ad S. Martinum eſt, prior ad S. Judocum. Eccleſia S. Martini altitudine adeò præſtat, ut vix ei ſimilem invenire poſſis. Doctor Sacræ Theologiæ in ea declamat. Turrim habet altiſſimam: adeò ut aſſerant eam caſtro æqualem altitudine, latere tamen coctili tota conſtat. Eccleſia S. Judoci tametſi minor ſit: non ramen ignobilis videres & Hoſpitale non injucundum. Aſſunt & duo Monaſteria: unum prædicatoribus fratribus conceſſum, alterum eis, quos Minores vocant. Tertium muro civitatis non eſt concluſum, nam ſuburbia illud proximum habent. In hoc ſepulchra Principum Bavariæ viſuntur. Humatus eſt in eo & Georgius Dux, de cujus fortunis ſcribere cœpimus. Aſpicit & civitatem caſtrum regiâ magnificentiâ dignum, hoc in latere dextro ædificatum civitati nonnihil decoris addit. Siquidem toti civitati viſibile eſt. In hoc magni ſunt inventi theſauri, quos ſuperiores Principes condiderant. Monacum laudent, qui viderunt, non enim mihi videndi occaſio data, qui totum tempus in monaſterio exegi. Domos tamen ajunt eam habere ampliſſimas, ita ut nonnunquam caſtra crederes. in hoc uno comparant eam Viennæ. Traduot eam initium ſumpſiſſe Ottone primo imperante. Verùm pagum fuiſſe usque ad Erneſti tempora, cujus rogatu pagus in urbem mutatus eſt. Duo in hac extare Monaſteria aſſerunt, unum quod Minoribus dicatum eſt, alterum quod Eremitis S. Auguſtini. Hæc tempore Ludovici quarti initium habuêre. Eſt in ea & Eccleſia glorioſæ Virginis Mariæ, nuper (ut ajunt) ab Alberto Duce mirificè dotata. Verùm parum laudis ex hoc conſecutus eſt. hic totam Bavariam ut vaſallus obtinuit: Leones in hac generantur, qui vix inter acheloum amnem & neſſum reperiuntur. De Burckhuſa nihil adhuc compertum habeo, niſi quod caſtrum habeat munitiſſimum, in quo theſauri innumerabiles ſuperiorum Principum aſſerventur. Hîc duodecim Apoſtoli cum Salvatore habentur: Salvator aureus, Apoſtoli argentei dicuntur, magnitudinem virilem habent, verumtamen ex regno Franciæ furatos ajunt. Ingelſtadium Danubius alluit. Nam & ipſa civitates cæteras & nobilitate & fortunis imitari poteſt. Nam etſi cæteræ pulchritudine præſtant hæc ſtudio univerſali. Ludovicus Dux hoc introduxit. Unde & viri emerſêre præſtantiſſimi. Multa alia viſuntur oppida, quæ ignobiliora eſſe nemo eſt, qui ambigat. Sunt in ea & nonnullæ Epiſcopales Eccleſiæ & una Metropolitica; hanc Juvaviam olim nunc Salzeburgam appellant. Hæ Principibus non obtemperant, ſed Epiſcopis. Salzeburgam non vidimus. propinquiorem Pataviam in carmine de Joachimo noſtro deſcripſimus. Verùm quia inter Bavariæ civitates non minima eſt, ſitum annotabimus; Tradunt eam ab llo Filio Priami conditam dum fugeret Græcos. Utrum veritatem dicant, ipſi viderint. Audivi ego me juvene pagum fuiſſe aut villam, ac Paſſaw vocitain. Extare ajuot annalia de his rebus loquentia, utcunque eſt mutato nomine Paſſaw nuncupatam, cum muralibus ſepta eſſet parietibus. Non adſtipulatur his Joachimus noſter homo non indoctus, nam tradit Ilion ante vocitatam. Hujus moou-mentum adducit fluvium, quem Ilis vocitant. Verùm origo ſatis obſcura eſt, ſiquidem Hunnos hiſtorias omnes igni tradidiſſe crediderim. Locum obtinet amœniſſimum: neque enim vulgaris locus eſt, ubi tria concurrunt flumina Germaniæ maxima. non vulgaris locus eſt, ubi duo ſunt caſtra nobiliſſima. Quis enim noo miretur, quod aliud in monte aliud ſub monte cernenti ſe objiciat, nec aſcenſus variatur, ſiquidem ex inferiori ad ſuperius facilis eſt via. Non longè abeſt & Eccleſia quam ad Salvatorem nuocupant: hæc Canonicos habet, quos Chriſtophorus Præſul introduxit, illic oſferetur Tibi Hoſtia, quam Judæi transfixerunt. Videbis illic & cultrum: Lege Joachimi carmen. Aſſunt & duo ſuburbia, non tamen non munita, quod raro in ſuburbiis contingere ſolet, unum fluminum Iltz, à quo & nomen habet, alluit. aliud Ænus. Turres foſſas vallos propugnacula habent ut urbes. Vera civitas cathedrali Eccleſiâ mirificè decoratur, quæ tametſi nondum perfecta ſit, non tamen invenuſta. Tradunt perpetuũ eſſe ædificium, unde quando perfieietur ſoli divinitati cognitum eſſe arbitror, ubi multa ac pœnè iñumera contueri poteris miracula: Tum in ædificiis cellatis, tum in imaginibus & ſculpturis. Imagines quædam vix præ altitudine videri poſſunt. Non queo ſingula percurere, æſtiment, qui viderunt. Quid enim de ædibus Epiſcopi ſcripſerim, quid de capella Virginis nuper à Chriſtophoro Epiſcopo ædificatis, magno ſumptu, non habeo. Vidi ego ea tantâ cum voluptate, ut Crœſi me opes conſpicari crederem, ſunt enim in his ædibus & majori Eccleſiâ Cochleæ mirabili artificio factæ: ſunt gradus teſtudinati, qui columnis ita ſunt inſerti, ut nihil niſi fores vi-

deas. Viſuntur in ædibus promptuaria: viſuntur thalami: viſuntur æſtuaria: viſuntur atria, regiâ magnificentiâ digna. Nihil non decorum cernitur. Fit tranſitus de-juninribus ad antiquiores ædes, ubi totius urbis fortunæ videri queunt. De Domibus civitatis & prætorio potiſſimum quid ſcripſero ? Laudet qui vidit. Sunt in eâ cives potentiſſimi & qui opibus nobilitatem ſuperent. Nam non ad Salzeburgam modo, ſed ad Venetias pro mercibus advehendis acceditur. Sunt eis adjumento tria flumina; nec quartum longè abeſt. Canonici adeo ſuperbas ædes ædificant, ut crederes Comites eſſe & Barones. Curioſitati ſubjecta ſunt omnia. Ædificamus ſic, tanquam æternaliter eſſemus victuri, de futurâ domo parum curamus, aut propè nihil. Expendimus in ſumptuoſa ædificia res pauperum, quibus ſubvenire ſuperfluitate noſtrâ deberemus. Proh ! magna mutatio. Ubi eſt ſuperiorum patrum continentla ? ubi frugalitas ? cuncta in cupiditatem verſa ſunt. Ambitio& avaritia dominantur. Non ſufficiunt duodecim aut viginti beneficia. Cur hoc? quia ſatiari non poteſt. ita enim habes: Ecce abſorbebit fluvium & non mirabitur, & habet fiduciam quod influat Jordanis in os ejus. Ovidius I. Faſtorum:

Tempore crevit amor, qui nunc eſt ſummus, habendi
Vix ultra quo jam progrediatur, habet.
Creverunt & opes, & opum furioſa cupido
Et cum poſſideant plurima, plura petunt.
In prerio pretium nunc eſt: dat cenſus honores
Cenſus amicitias, pauper ubique jacet.

Quid ergò colligis? neſcis te aliquando moriturum, & te illud ſecuturum quod Chriſtus in Evangelio Diviti comminatur. Stulte hâc nocte repetent animam tuam à te, & quæ congregâſti cujus erunt ? Mentior ſi non vidi Canonicum qui monaſterium noſtrum in annuo cenſu exceſſerit, verum anno elapſo debita non evaſerit. Sed revertamur unde digreſſi ſumus, dicamúsque hanc civitatem magnum eſſe emporium. Deponuntur hîc merces Superiorum oppidorum ut tum ad Auſtriam tum ad Pannonias tum ad Boëmiam deferuntur. Videres in eâ multa eſſe artificia, quæ plus curioſitati quam neceſſitati deſerviunt, ſed habet & mundus quod ſuum eſt. Non patitur venus aut ſuperbia quod curioſum non eſt. Vina optima ex Auſtriâ, Stiria, Pannonia ac etiam Bavariâ advehuntur. Nihil deeſt quod ad voluptatem ſummam attinet. Fuerunt & in hâc non minimæ diſſenſiones me juvene, quæ hanc nonnihil oppreſſere. Phedericus oamque Romanorum Imperator quemdam Epiſcopum Heſsler nomine illi miſerat, quem & confirmatum & benedictum dicebant. Verum Canonici alium ex collegio ſuo elegerant; quæ res nonnihil diſcriminis attulit. Nam & in bellum res deducta eſt, civitas námque Heſsler, Canonici ab ipſis electo adhæſerunt; Imperator Heſsler tutatus eſt: Georgius Dux electum. Nam alter Ducis ſcriba fuit. Canonici omnes *Comite de Schaumburg* (a) excepto, Scherdingam fugere. Non tamen defuere qui Heſler ſecuti ſunt. Siquidem illc dc Albm & Georgius Medicinæ artis doctor plebanus ad S. Paulum illi adhæſerunt. qui his ſavebant aut fugere coacti ſunt, aut cuſtodiæ traditi. Quod cæteris omnibus hoc & Joanni Staindl contigit. Caſtra Canooicis, urbs Heſler favebat, unde & certatum eſt. Nam ut ex caſtris domus nonnullæ machinis & bombardis quaſſæ ſunt, ita & caſtra. Viſuntur hactenus monumenta, ſonitus Bombardarum etiam Monaſterium noſtrum attigit. Multa ibidem contigerunt ſcitu digniſſima. Siquidem quidam Bombardarum curator extinctus eſt, & cum ipſe Heſler Civitatem intráſſet, inſidias non evaſit, nam uno ictu domus concuſſa ipſum retrocedere compulit. Itáque eâ viâ quâ veoerar rediit. Bombarda etiam quam Dux Georgius caſtro in ſubſidium miſerat, à civibus capta eſt, ac cum magnâ gratulatione in civitatem introducta. Non quievit diſſenſio niſi Heſler morte ſublato. Siquidem ut erat homo valetudine adverſa actutum ſpiritum in ſupetas miſit auras. Abſtulir illum è medio Divinitas, ne graviora exinde ſequerentur pericula. Non tamen ſic quievit perſecutio, tametſi electus confirmationem aſſecutus ſit. Siquidem Regalibus nonnulli Epiſcopi privati ſunt. Verum Chriſtophorus diu multúmque laboravit pro regalibus impetrandis, non tamen, niſi poſt infinitos labores obtinuit, nec obinde à proſecutione divinarum rerum abſtinuit. Poſtremo Wigilcus in locum ejus ſuffectus beneficio Reginæ Blancæ Mariæ non ſolum charus factus eſt, ſed & regalia haud difficulter impetravit. Hic Wigilæus adhuc præeſt non ſine magno moderamine, hic me benedixit, & in Monaſterio Miſſam celebravit. Adſtiterunt huic Joannes Khaltenmarckter homo non indoctus, tum rector univerſitatis Viennenſis & Watzenſtarſer. Primus Diaconi officium executus eſt, alter Subdiaconi. Accidit autem hoc anno Domini MDI Thomæ Apoſtoli; Nec multo poſt Epiſcopus Synodum à prædeceſſoribus intermiſſam celebrare conatus eſt. Hanc viſitationis Mariæ Incepit MDIII. nonnullas conſtitutiones in ea fecit, quas ad futuram Synodum publicaturum ſe promiſit. Verum Epiſcopus regium jus primo Ratisbonæ, tum deinde Auguſtæ executus eſt. Ratisbonam verò Bavariæ civitatem eſſe nemo ambigit, quæ tametſi Regii ſit juris, ab Alberto tamen quondam aſtu occupata fuerat, unde iratus imperator (nam adhuc vivebat) cives omnes præſcripſit. Quâ de re ſeſe à Dominio Alberti ſubtraxerunt. Eſt propè illam Mooaſterium, quod Pruel vocitant, ubi Albertus noſtri Ordinis Fratres ejecit, & Carthuſienſes introduxit, quod utrum juſtè fecerit, ipſe

(a) Hæc erant delera in autographo & à paulò recentiori manu ſuperſcriptum: *Barone de Storchenvverg.*

ipſe viderit. Verumtamen Abbas cum quatuor fratribus diu Romæ vitam egit & juri operam dedit, ubi etiam vitam finivit. Cauſam ejectionis nos præbere ſolemus quod ne jotam quidem regulæ obſervamus:

Omnia degenerant pejoribus omnia currunt curſibus.

Si etenim vita noſtra priſeis patribus par eſſet, nihil nobis malitia temporum nocumenti præſtare poſſet; Verum & ipſi Principes nos venerarentur & diligerent. Levitates diligimus & vanitates, imo ipſa vitia non deteſtamur, quare neceſſè eſt ut Principes perſequantur nos.

Secundæ Partis Initium.

SEd miſſa iſthæc faciamus. Tranſeamus ad alia Bavariæ miracula. Eſt & in eâ civitas tametſi parva non tamen immunita. Hanc vulgares Scherding vocitant, ad cujus me deſcriptionem compulit caſtrum. Hoc adeo munitum exiſtimo ut vix melius ſit in Bavaria. Non tam munita habet caſtra ut Auſtria. Siquidem ſola monaſteria Bavariæ caſtra vincunt omnia. Cum etenim Mathiam Hungariæ Regem penè omnes civitates ſuſcepiſſent, ſolum Mellicenſe cœnobium in fide Imperatoris manſit; nec auſus fuit Rex, alias fortunatiſſimus illud aggredi.

Scherdingam Ænus eo latere alluit quo occidentem aſpicit: Non longè à Monaſterio noſtro diſtat, nam videri poteſt. Habet domos mediocres & non adeo divites cives ut Patavia. Nonnulli tamen mercaturas exercent & res ex Salisburgio venales advehunt. Sale & vino plurimi ditiores fiunt, ſunt & qui cereviſiæ faciendæ operam dant. Ædem habent Divi Georgii, non admodum injucundam. Parochia ad S. Florianum nuncupatur, quæ civitati proxima eſt & vix decem paſſibus diſtat. Caſtrum in rupe locatum eſt, quod viſui offertur & in ſolo & in ponte. Cum autem tibi intrandum eſt, duos oportet pontes teras, ſiquidem duas foſſas habet, non mediocres, propugnaculis autem, turribus & arcibus nulli cedit. Nonnullas arces Georgius Dux adjecit, quæ nonnihil munitionis habent. Meridiem hæ aſpiciunt. Nam in eâ parte infirmius viſum eſt. Verum & exirum habere dicitur. In medio quadrangula Turris eſt miræ altitudinis in quâ & rei includuntut & atma aſſervantur. Neſcio utrum Cochleam habeat aut non, in æde majori Pataviæ hæ ſunt frequentiſſimæ: has ſuperius Teſtudines vocavimus: utcunque eſt, tantæ eam Turrim ptofunditatis tradunt quantæ & altitudinis. Libera tamen eſt, & liberè ædificata. Adeſt altera quam Dux Heinricus Bombardis depoſuit. Multa alia egregia cerneres ſi contingeret ut intrares. Non nego præſtantiores in hâc regione eſſe civitates, ſed de his ſufficiat. Nunc ad Sylvas accedamus. Harum omnium maxima eſt Harcynia, quæ tametſi magnam Germaniæ partem ſibi vendicet: majorem tamen Bavariæ. Hanc latitudinem habere novem dierum itinere tradit Perottus homo doctiſſimus: oritur ab Helvetiorum & Taurinorum & Nemetum finibus, rectâque fluminis Danubil regione pervenit ad fines Dacorum & Avarorum. Huic ſe flectit ſiniſtrorſus diverſis à flumine regionibus, multarúmque gentium fines proprer magnitudinem attingit. De hâc ita ſcribit Priſcianus interptes Dionyſii;

Saltibus Hercyniis Germania ſubjacet atrox
Hæc tergo ſimilis Taurino dicitur eſſe,
Et paſcit volucres, mirum, ſulgentibus alis:
Queis ducibus noctu cernunrur flexa viarũ.

De hâc & Celtis noſter ita ſcribit:

Sed nemus Hercynium montes & ab alpibus orti
Cum tamis totam ſe diffudere per oram
Sylva ſuis porrecta plagis, nunc vaſta ſub arcton
Inque Eurum Zephyrúmque ſuis cum ſaltibus errans
Explicat immenſos, annoſo robore Lucos.

Vide deſcriptionem Germaniæ. Eſt & alia quæ Neunburgenſi caſtro vicina eſt, quæ tamétſi parva ſit, in multos tamen uſus ligna confert. Hæc niſi fallor in Vilshoven finem nanciſcirur nec itet quatuor dierum in Longitudine excedit. Porro latitudo longè minor eſt. non circuivi omnem tametſi monaſterio noſtro vicinior ſit. Aliam Ænus offert. Hæc à Patavia in Scherdingenſe oppidum portendirur. Hujus major pars Monaſterio ſubeſt, verumtamen venationis jus ad ſolum Principem attinet. Non conceditur monachis ut utantur ferinis carnibus. Multæ aliæ ſunt ignobiliores, prima multas imo innumeras alere traditur feras quæ nobilitati non parvam afferunt voluptatem. Sileo cervos, apros, capreas & damas: ſileo cæteras id genus, ſolos uros, biſontes & alcas laudavero. Non tamen iccirco aliæ Sylvæ ſteriles ſunt, ſed ferarum abundantiſſimæ. Apri tamen frequentiores ſunt & cervi. Lepores & vulpes etiam arva producunt. Tradunt in Neunbutgenſi ſylvâ Lynces eſſe, quarum unam nuper miſer quidam ruſticus in Neuenkirchen Tityræâ interfecit, non tamen ſine miraculo; nam caſu exivit, ac beſtiam in arbore ſedentem conſpicatus viriliter invaſit. Verum qui cuncta poteſt, virtutem tribuit. Siquidem non minus mirum quod quidam Scholaſticus vulpem cauda cepit. At utrumque caſu non viribus contigit. Montes perpaucos in verâ Bavariâ eſſe autumo. Nam Alpes & qui in Styriâ ſunt ad Germaniam attinent. Si tamen aliquos eſſe rimatus fueris, fateor mihi incognitos. Vineas raras eſſe nemo eſt qui ambigit, unde & vinum ſola Regensburga exprimit, & cum hoc ita ſit qualis (b) lacu (b)

(b) laborat ſenſus.

cu prelo & Toteulari opus non habes. Prohibent hanc rem ptoximi Boſphorei currûs Algores. Si tamen offenduntur, acida ſunt & acri ſaporis. Auſtria copioſè adminiſtrat, adeo ut miraculo ſit quod una parva regio tam multos populos alere poſſit. Non enim ſola Bavaria, ſed Boemia, ſed Moravia, ſed Styria, ſed Carinthia vino illius uti ſolet. Credo nullum eſſe adeo naturæ humanæ ptoficuum. Habet autem Bavaria (ſi Æneæ credimus) ad ortum æſtivum proximam Franconiam, ad meridiem alpes ei junguntur: ſolem occidentem Suevi, orientem Boemi & Auſtrales oecupant. Naturâ feroces ſunt Bavari, laboris & doloris haud impatientes. Lycus amnis Suevos à Bavaris ſejungit. Habuit Reges & potentiâ & genere non ignobiles, habuit & dnces in bellicis rebus præſtantiſſimos. Horum tamen nomina multa ex parte è memoriâ hominum lapſa ſunt. Siquidem ut multa in eâ bella ſurrexerunt, ita & Annalia igni tradita credi oportet. Si qua tamen offendnntur, adeo corrupta ſunt ut vix veritatem habeant. Tradunt etiam ante adventum Chriſti Bavaros ſuiſſe & Teutones. Unde & cæſarem cum illis conflixiſſe compertum eſt. Verum tum Noricos appellatos Plinius ſcribit: & Tauriſcos tradunt Cn. Papyrium cum Cymbris Illyricum infeſtantibus in Notico conflixiſſe. Nec non multo interjecto tempore tres gentes fortiſſimæ Cymbri Teutoni & Ambrones Italiam invaſere. Quæ à Mario deletæ ſunt. Lege Oroſium. Hunc me ſcribente non habui. Bavari autem Teutones DLXXX. anno ſub Theodone Duce fidem Chriſti ſuſceperunt, ac à S. Rhudberto Epiſcopo baptizati ſunt. Originem & vitam ducum ſcribere neceſſe foret, ſi modo hiſtoriæ ſuffragarentur: nam ut & de regibus & ducibus eelebris opinio eſt, ita & Hiſtoriarum confuſio nonnihil difficultatis facit. Exordiar tamen adjuvantibus amicis quæ alias gravia forent ad ſcribendum, tum mitacula addam quæ meis temporibus comperta habui. Genealogiam confuſam neceſſe eſt ſcribam. Sed tu lector veniam da imperitiæ. Hæc autem quæ ſequuntur, ſunt nomina ducum. Theodo, eui ſucceſſit alter Theodo, huic Garibaldus: quem regem ſuiſſe tradunt. Illi Thaſſilo primus, huic Theodo Tertius, qui à S. Rhudberto baptizatus traditur. Illi Theodebertus, huic Theodo Quartus, qui S. Cotbinianum Friſingam detulit; Huic Gtimoaldus, huic Hinckwertus: Ei Utilo: hune ajunt Monaſterium Altahenſe nobiliſſimum conſtruxiſſe: nam ei ſimile tota Bavaria non habet. Huic Thaſſilo cum Theodone Filio. Hic moviſſe ſcribitut bellum in Carolum Magnum Imperatorem adjunctis Hunnis. Verum facilimè victus ſuperatúsque in Monaſterium relegatus traditur. Primum tamen petenti pacem non denegavit Carolus. Conſtitutus autem in Monaſterio multa egregia patravit facinora. Vixit etenim religioſè, adeo ut etiam duodecim Monaſteriorũ fundator extiterit. Tradunt nonnulli Carolum ducatum ſibi deſumpſiſſe; utrum tamen præfuerit non ſatis conſtat. Credidetim Auſtriam & Bavariam uno Duce fuiſſe contentas, quod ut facilius eoncedam, Pipini me victoriæ præmonent, nam hunc perhibent multa bella proſperé egiſſe: ae Theodorum ſecundo prælio fudiſſe fugaviſſéque, cui non inferiot Catolus Martellus ejus Filius Saxoniam Friſiam Alemaniámque ſubegit. Quod ſi ita eſt, has regiones omnes in ſuam tedegit poteſtatem. Hujus Filius Pipinus Junior Chilperico Rege ſecotde atque ignavo dejecto, Franciæ regnum obtinuit quod prius adminiſtraverat. Non tamen ideo crediderim quod eas regiones quas prius bello aquiſierat, reliquerit. Carolus ergo cognomento Magnus, ab hoe originem ducens, ducatu potitus eſt, ſiquidem credi oportet quod & Thaſſilo & filius monachi habitum ſuit induti. Verum ſi non rectè ſcribo tu lector conjicito. Nam Bavarorum hiſtorias habere non potui. Fuit autem Carolus homo tei militaris peritiſſimus & noſtræ religionis amantiſſimus. Multa & innumera pro religione bella confecit, multas gentes ſuo ſubjugavit imperio. Nihil prætermiſit quod ad optimum principem attineret. Hine primum Franci habuerunt imperatotem. Nam eum Græcorum imperatores à Saracenis opprimerentur, ita ut ægrè ſe ipſos tuerentut, opémque ferre non poſſent Italiæ, hunc unum Sergius Papa conſtituit, unde & integrè imperavit & poſt obitum inter beatos annumerari meruit. Ab hoc ducum Bavariæ genealogiam deſcribere exordiar; quod ſanè & in Superioribus feciſſem, ſi non confuſus ordo mihi impedimento fuiſſet. Itáque Carolus tres habuiſſe Filios traditur, Carolum, Pipinum Regem & Ludovicum Imperatorem. Quorum Pipinus Bernardum Regem genuit Italiæ, qui ab Imperio deficiens ſuperatus ac capite truncatus eſt. Ludovicus Imperator quatuor reliquit filios: Lotharium Imperatorem, Pipinum Aquitaniæ Regem, Ludovicum Bavariæ Regem & Carolum Calvum natu minorem, quem Lotharius cæteris prætulit omnibus. Lotharius autem tametſi monachi habitum Senex ſumpſerit, tamen tres poſt ſe reliquit filios, Ludovicum Impetatorem, Lotharium ducem Lotharingiæ, Carolum Regem Franciæ, Pipinus verò Pipinum Regem, Carolum Archiepiſcopum Moguntinum; Ludovicus Rex Germaniæ, Ludovicum Regem Franciæ, Carolomannum Regem Bavariæ, Carolum groſſum Imperatorem. Carolus Calvus tametſi veneno perierit, tamen hos reliquit filios: Ludovicum Regem Ftanciæ, Carolum, Carolomannum. Carolomannus Rex Bavariæ Arnulfum Impetatotem, hominem & elationis & voluptatis plenum. Ludovicus Balbus duos Filios poſt ſe teliquit, Carolum & Ludovicum Franciæ Reges, Arnulfus Ludovicum ex unâ Conjuge, verum ex filia Regis Græciæ Arnoldum Ducem Bavariæ & Bernardum Comitem Scheurn & Palatinum Rheni. Arnolfus uxorem habuit Agnetem, Bernardus Beatricem. Arnoldus Ekkardum Comitem de Scheyrn genuit

nuit, Bernardus Ottonem Comitum Palatinum. Quorum primus Arnoldum Comitem de Dachawe & Landſperg: Ottonem Comitem de Scheyrn, Conradum Comitem de Valay: habuit filios Otto Sigefridum Palatinum Rheni: Arnoldus Conradum Ducem Ruſſiæ, Otho Comitem de Scheyrn, Sigefridus Theodericum Epiſcopum Metenſem, Adalberonem Canonicum, Khunegundem uxorem S. Henrici, Henricum Palatinum Reni & Ducem Bavariæ, Conradus Arnoldum Comitem de Dachaw & Conradum Monachum, Eckardus alter Eckardum Comitem de Scheyrn, Arnoldus Othonem Palatinum de Witelſpach: Eckardus Beroardum Comitem de Scheyrn, Otho alter Othonem de Witelſpach, Bernardus Othonem Ducem Bavariæ, qui iterum Othonem, ubi linea veritatem majorem habet quam prior, ſiquidem Ludovicum Palatinum Ducem ſuperioris Bavariæ & Heliſabeth Reginam Hieruſalem, atque Heinricum Ducem Bavariæ inferioris procreavit: Ex Ludovico alter Ludovicus Dux Bavariæ: Rodulphus Palatinus Reni & Ludovicus Imperator originem ſumpsêre. Ex Henrico Otto Rex Hungariæ: Ludovicus Dux Bavariæ: ex Rodulpho alter Rodulphus Palatinua Rheni, Rupertus Palatinus quem rufum nominabant, Adolphus Palatinus. Ex Ludovico Ludovicus Marchio Brandenburgenſis, Albertus Dux, uxor Margaretha: Wilhelmus Comes Hollandiæ: ex Ottone Rege Henricus Dux Bavariæ de Naternberg: ex Stephano Henricus: Otho Dux producti ſunt. Ex Rudolpho Regina Boemiæ: ex Adolpho Rupertus Palatious cognomento Adolf, uxor filia Regis Siciliæ. Ex Ludovico Mainhardus Brandenburgenſis. Ex Stephano Stephanus de Ingelſtat: Phedericus de Landshuta: Joannes de Monaco. Hi totam Bavariam, quam hæreditario jure poſſidebant, in tres diviſerunt partes, ut indicant litteræ, ubi non mediocre juramentum emiſerunt, quod ſi quis ex eis prior mortem obiret, ſingula quæ poſſideret cæteris cederet, quæ res etiam poſteritatem omnem tangebat, verum tamen foemellæ excluſæ, nam his XXXII. Talenta ratione dotis conceſſa ſunt. Ita Albertus Dux Landshutæ legi fecit. Utcunque eſt ex Alberto Joannes electus Leodienſis, qui tamen fertur duxiſſe uxorem, Albertus Dux Straubingen: Wilhelmus Comes Hollandiæ & Selandiæ: Ex Henrico Joannes Dux: Ex Ruperto Rupertus Comes Palatinus Rex Romanorum originem nactus eſt. Ex Stephano Ludovicus de Ingelſtat, qui obiiſſe dicitur A. MCCCCXLVII. Regina Franciæ Heliſabeth: Ex Phederico Magdalena, Henricus de Landshut, quem multa egregia facinora feciſſe tradunt, nam plurima Bella proſperè geſſit, adeò ut etiam urbem Scherdingam obſidione vallaverit, quæ tamen mortuo Ludovico in poteſtatem ejus absque Fetto pervênit. Huic monaſterium noſtrum Formbachenſe in tuitionem traditum eſt, unde & advocatiæ originem manâſſe conſtat. Siquidem libera fuit prorſus advocatiâ ſuperioribus temporibus, adeo ut apud Monachos eſſet electio. Ita privilegia habent. Verumtamen noſtro tempore non habemus advocatos, ſed Dominos. Verum cum Scherding obſideret, Scherdingenſes irruptione factâ totam villam noſtram igni tradiderunt, tribus ſolummodo domibus exceptis. Scribit Æneas illius temporibus jubilæum fuiſſe, eúmque prohibuiſſe, ne ſubditi Romam peterent. Tradebat, timuiſſe ne pecuniâ provincia exhauriretur. Quod ubi fecit eo anno mortuus eſt. MCCCCL. Heliſabeth uxor marchionis. Ex Joanne de Monaco Wilhelmus, uxor Margaretha de Clef: Sophia Regis Bohemiæ Wenceslai uxor: Erneſtus, hujus uxor fuit Heliſabeth. Hunc deceſſiſſe ajunt A. MCCCCXXXVIII. ex Alberto Joanna uxor Alberti Ducis Auſtriæ: alia uxor Joannis Ducis Burgundiæ. Ex Wilhelmo Jacoba comitiſſa proceſſit. Ex Ruperto Rege, Rupertus Federicus Ludovicus Comites Palatini: Joannes Dux Bavariæ de Amberg, Stephanus Dux Bavariæ & Iſtriæ: Otto Dux Bavariæ de Mosbach. Hic habuit uxorem Joannam de Landshuta: Agnes uxor Comitis de Kleff: Margaretha uxor Ducis Lotharingiæ: ex Ludovico quem Barbatum vocitabant, Ludovicus quem gibbo & ſtrumâ deformem Æneas ſcribit; qui etiam tradit ipſum impia contra Patrem bella ſuſcepiſſe, venerandúmque Senem & auctoritate inſignem, & qui quondam regnum Franciæ gubernâſſet, in caſtro muniſſimo obſediſſe: verum ſuperis ultionem tanti ſceleris petentibus prius occubuiſſe Febre, quam Patris animum in ſuam traheret ſententiam. Ferunt nonnulli eum ex filiâ Marchionis Brandenburgenſis Lubricâ genitum, quem cum Pater ſuum non eſſe ſuſpicaretur noctu ad Franciam delatus eſt, ubi cum inter eundum decideret, deformitatem ſtrumoſam nactus eſt. Obiit M CCCC XLV. Ex Henrico Ludovicus Dux homo ſanè præſtantiſſimus & multis virtute comparandus, ſi animi res inſpicis: Si corporis, ſi denique fortunas, neſcio an ſimilem prior Bavaria habuerit. Multa bella confecit, ſemper victor, victus nunquam; magno fuit animo & bonâ fortitudine, ſed nimium amore mulierum ſe oblectavit, unde & multos ſiniſtros habuit Filios. Judæos omnes ita è regione ejecit, ut ne unus quidem remaneret. Bona omnia, quæ habebant, abſtulit, vix veſtimenta derelinquens. Bellum habuit crudeliſſimum cum Marchione Brandeoburgenſi, quem tum acie vicit, tum in fugam vertit. Wolfgangus Comes de Schaumburgk primus caſtra perfregit, quem cæteri ſubſecuti ſunt. Diu anceps pugna fuit, adeo ut multi ex utrâque parte deſiderarentur. Verumtamen ſuperiores facti Bavari Suevos fugientes inſequuntur. Cœpiſſet urbem Dux, ſi milites properare juſſiſſet, adeo Marchio fractus erat, nec diu poſt pacem Imperator compoſuit, tametſi nonnihil adverſaretur, ſiquidem totam in eum regiam accenderat. Ultimo podagrâ laboravit, adeo ut pedem movere non poſ-

ſet, non tamen iccireò jucundâ carere voluit conſuetudine: nam & choreis delectatus eſt & familiaritate juvencularum, cum enim ſie luderent circumſpexit undique & quam cæteris præſtantiorem vidit ad ſe vocavit ac pauliſper pomulis tractatis, intactam dimiſit: Credo eum frigiditate Davidis laborâſſe. Verum tandem & viribus & membris deſtitutus migravit. Ex Wilhelmo Wilhelmus, Adolphus. Ex Erneſto Albertus Dux; cujus uxor Anna de Braunſchweig. Hic (ut ſcribit Æneas) puellam Balnei cuſtodem perditè amavit, adeo ut eam etiam in ſpem matrimonii ſuſceperit. Quam cum pater apud Straubungam in flumen demerſiſſet, diu in mœrore vitam egit. Verum peracto dolore ex domo Braunswicenſi (ut jam meminimus) uxorem duxit. Ex quâ non ignobiles ſuſcepit Filios; cum verò podagrâ vexaretur variis cantibus ac inſtrumentis ac venationibus animum oblectavit. Heliſabeth uxorem Ducis de monte ejus Sororem fuiſſe tradunt. Ex Ludovico Palatino Comite Ludovicus Phedericus Palatini Comites & Rhudbertus Colonienſis Archiepiſcopus. Nonnihil diſſenſionis fuiſſe inter Ludovicum Comitem Palatinum Rheni & Theodericum Moguntinenſis Eccleſiæ pontificem Æneas tradit. Nam & ſæpius ad arma ventum eſt & provinciæ ferro & flam̃a vaſtatæ: Plurimi Theoderico, multi Ludovico ſavebant: tradunt eum quatuor Principes Electores uno prælio viciſſe & in quatuor feneſtras numellis & pedicis colligâſſe; nec dimiſiſſe niſi & civitates traderent & bona nonnulla. Ex his duos fuiſſe Epiſcopos ajunt, unde & eum per Pium Pontificem excommunicatum. Reliquit filium ex relictâ Regis Siciliæ filiâ, parvulum tamen, unde motus Federicus frater ejus conſentientibus terræ optimatibus gubernationem ſuſcepit & ſeſe electorem nuncupavit. Verumtamen cælibem vitam duxit, ne parvulo præjudicium ſaceret. Ex Joanne Chriſtophorus Rex Daciæ: ex Stephano Phedericus Comes de Spanhaym, Ludovicus Comes de Veldens: Rhudbertus Epiſcopus Argentinenſis: Joannes Epiſcopus Monaſterienſis: Ex Ottone Otto Dux de novo foro: Rhudbertus Epiſcopus Ratisbonenſis, Joannes præpoſitus Auguſtenſis: Albertus Epiſcopus Argentinenſis: Ex Ludovico Georgius Dux utriusque Bavariæ. Hic vivente adhuc patre accepit uxorem Hedwigem Regis Poloniæ filiam. Non tamen ſine magnâ pompâ hymenæi habiti ſunt. Siquidem tradunt Phedericum Imperatorem eis nuptiis interfuiſſe. Cuncta quæ voluptati erant adeo abundanter adminiſtrata ſunt, ut Aſſuerum adhuc vivere exiſtimâſſes. Non potuit Landshuta civitas Tnrbam capere omnem. Plateæ & arva repleta ſunt. Nihil hic injucundum fuit, nihil quod eas dehoneſtâſſet. Vina Venus & Ceres etiam humillimo cuique in promptu ſuere, unum tamen illaudabile factum accidit. Nam qui vinum adminiſtrabat ſeſe laqueo occidit. Erat autem Georgius pacis amans, ſtd pecuniæ & theſauri avidiſſimus. Verumtamen juſtus in judicio habitus eſt, clemens in reos, pauperum & religioſarum perſonarum defenſor acerrimus. Venatui nonnihil indulſit & otio, adeo nt ſæpius utiliora intermitteret. Solitudinem amavit plurimum, unde rarus fuit, qui ad eum accedendi copiam haberet. Sæpè paupere veſte & ſordidâ indutus tum urbes intravit, tum uxorem adiit. Parum dilectionis in uxorem habuit, multum in concubinas, unde factum crediderim quod absque virili prole deceſſerit. Tradunt tamen eum habuiſſe filium, cui etiam nomen Georgio fuit, qui ab obſtetrice manibus tractatus caſu corruit & mortuus eſt. Multa incredibilia referuntur, quæ utrum vera ſint aut non haud ſatis conſtat. Dilexit adeo amicas ut eas & currui ſociaret & menſæ. Multa egregia facinora per eum geſta ſunt, tum apud Albam Hungariæ urbem, tum in Gheldern, nam Regem & pecuniis juvit & auxilio. Milites in officio cnntinuit & ad ſpem victoriæ animavit. Pecuniæ etiam & caſtrum Newenburgenſe debellâtunt & Bavaris tradiderunt. Hoc parum à Monaſterio noſtro Formbachenſi diſtat, verum poſteaquam ætate grandis factus eſt, non ſolum cauſas audivit ſed etiam adeo tenax fuit, ut multos ex familiaribus licentiaverit. Conſiliaril parum In eam confidentiæ habuerunt; hnjus rei cauſa fuit ſcriba homo multo aſtu & non vulgari eloquentia. Siquidem neſcio cur hunc die paſcæ ad ſe vocavit & in carcerem conjecit. Caſtra pecunias & alia bona Fiſco ducali adjecit. Tradebant nonnulli quod operam adhibere curaverit ſcriba, quo dnx veneno necaretur. Hujus rei monumenta extare. Verũ his hactenus ſolutus non eſt. Cernens poſtremo ſe absq; virili hærede moriturum filiis Philippi Comitis Palatini provinciam omnem ex Teſtamento reliquit. Quæ res nonnihil mali peperit, ſiquidem hinc multæ & innumeræ diſſenſiones ortum habuêre, quæ tum pauperibus, tum regioni non parvo ſunt detrimento. Multorum Conſilic uſu eſt quos delatio non parum fatigabat. Hi enim eum quoque vallaverant & expugnaverant. Nihil agebat quod illis celatum eſſet, unde etiam contigiſſe arbitror, ut Abbas Leonardus prædeceſſor meus primus ſit viſitatus, tum denuò cuſtodiæ traditus. De quâ re melius in deſcriptione Monaſterii memini me locutum fuiſſe. Verum uxor primum de hâc vitâ migravit, tum & dux ſecutus eſt. Obiit autem A. MDIII. primâ Decembris, ſepnltus in Monaſterio Seldenthall, ut inferius ſcribemus. Ex Alberto, Joannes, Sigismundus, Albertus, Chriſtophorus, qui in itinere transmarino periiſſe traditur anno MCCCCXCIII. homo ſanè ad ſingulare certamen aptiſſimus & multæ humilitatis. Hic Chriſtophorus, de Abenſperg ſe inſequentem & fudit & occidit. Bolſgangus. Ex Ludovico Philippus. Ex Georgio Margaretha & Heliſabeth; quarum prima habitum Prædicatorum aſſumpſit, in quo etiam laudabiliter vivere dicitur, adeo ut ſororibus omnibus unicum ſit exemplar. Se-

cunda

cunda nupſit Rhudberto tum Philippi Comitis Palatini, tum Georgii Ducis ſororis filio. Ex Alberto tres filii nati ſunt: Wilhelmus ſcilicet, Ludovicus & Erneſtus. Tradunt etiam quartum jam ei juveni prodiſſe. Quod utrum verum ſit an non, non ſatis conſtat. Nonnullas ei addunt filias, quarum una nupſit duci Wirtembergenſi. Hic Albertus cum Wolfgango fratre ſuo tota Bavariâ jure feodali potitus eſt. Unde hæc bella & civiles diſcordiæ originem habuêre: ſiquidem hi ratione Feudi, Rhudbertus uxoris, quam hæredem exiſtimat, Bavariam ſibi vendicare nititur. Ego verò ſi modo tractatus de feodis non eſt mendoſus plus Alberto adhæſerim. Siquidem inter feodalia jura & hæreditates alias nonnihil differentiæ eſſe autumo. Utcunque eſt ex Philippo Rhudbertus & alii filii & filiæ nati ſunt. Habuit autem ſororem Georgii Ducis in uxorem. Sed & ipſe Rhudbertus tres ex conjuge ſuſcepit filios, quorum unum veneno necatum tradunt, quo etiam & Rhudbertum extinctum volunt. Hæc eſt illa genealogia Ducum Bavariæ nobiliſſima, quos ex Carolo M. deſcendiſſe conſtat; nam ubi Thaſſilo cum filio monachi habitu indutus eſt, deinceps Carolus Bavariam Ducibus nobilitavit. *Primi Libri finis.*

Secundus Liber incipit:

Prologus.

NUnc quum cooperante divinitatis gratiâ, ſine quâ non modo non movemur ſed ne vivimus quidem, tum ſitum tum ſortunas Bavariæ Ducúmque genealogiam ſtilo mediocri deſcripſimus: ad ea properemus; quæ promiſimus, oportet. Sed quia res non admodum levis eſt, mihi potiſſimum obſecro lecturos ut quod è facili ingenio prodit à nullis Gymnaſiis exercitato, gratè ſuſcipiant. Non reprehendant niſi quod reprehenſione dignum fuerit. Nec tamen dignam prohibeo, ſed velim ut probè fiat. Siquidem non omnia mihi comperta ſunt, unde facile labor, & mendoſum ſcribo. Verumtamen operam adhibebo omnem ne quid falſi intercidat: nam etſi multa dicantur quæ veritatem non habeant, tamen & multa habent: unde quæ veriſimiliora ſunt accipe: nec tamen putes me ſcripturum omnia: Sed tamen notiora. Tu fac ſi me amas, ut depreceris Divinitatem ut mihi inſpiret quid honeſtius fuerit, & tibi utilius.

POſtea quam Dux Georgius in ſiniſtram valetudinem incidit, ita ut de ejus vita ſpes nulla eſſet: quos ſui loco regimini præfecerat univerſos Provinciales convocavit: Et primo quidem literis ſiniſtram valetudinem principis aperiunt, tum verò monent ut ad ſtatutam dietam veniremus, nam hoc nobis proficuum & tuti regioni aſſerebant: nec voluerunt ut reniteremur etiamſi conſtaret principem deceſſiſſe. Itaque cum ad iter nos præpararemus contigit ut Princeps moreretur. Quæ res adhuc nobis in viâ exiſtentibus per curſores nuntiata eſt. Mortuus eſt autem in Ingelſtadio. Corpus non ſine pompâ & lachrymis Landshutam relatum. Comitati ſunt exanime corpus duo Abbates cum mitris. Unus ex Chaishaim alter ex Suito. Sepultus autem eſt in Monaſterio Seldental cum cæteris principibus. Nihil principe dignum ſepulchro additum eſt, quod nihil animæ, ſi benè vixit, nocumenti affert. Conſumptum tradunt levi morte. Nihil furioſum audiviſſe: locutum ad extremam horam usque, ac monuiſſe ut niſi Rhudbertum ſuſciperent neminem. Mortuus eſt ut Chriſtianum decet: nam & confeſſionem fecit & Euchariſtiæ Sacramentum non ſine devotione ſuſcepit. Illo ſic humato communitas affuit omnis. Multi tamen timore Ducis Alberti ſe ſurripuerunt. Ubi autem poſterâ die convenimus de concordiá ſtatuum tractati cœptum. Sciebant homines præſtantiſſimi ſine concordia poſſe fieri nihil. Unde habita concordia ſingula proſperitatem acceptura eſſe. Concordia res augentur & cives: diſcordia populantur. Non tamen livida Dea quieta eſt. Quæ enim Paridem in Helenam ſtimulavit, hæc & pomum jecit, quo ita res Bavariæ deprædantur ut vix à temporibus Julii Cæſaris auditum ſit, verum de his poſtea. Separabantur autem cives & Abbates à Nobilitate; ita ut tres partes fierent. Ubi primo Abbates ſuam intentionem aperiunt, tum & cives. Qui etiam & res & bona omnia Nobilitatis fidei tradiderunt. Nobilitas autem longâ concertatione uſa, vix tandem in unam ſententiam vênit. Affuerunt Oratores Ducis Rhudberti, qui tamen ad ſecundam diem præſtolari juſſi ſunt; ubi ſecunda dies ex Oceani undis progreditur, adeſt Comes Ludovicus & alii Oratores. Quorum Comes inter multa, quæ locutus eſt, etiam adjecit. Nam ajebat Ducem Georgium illius ſemper & voluntatis & intentionis fuiſſe, ut è filiis Comitis Palatini unus ſuccederet: ac iccircò Rhudbertum ad ſe vocâſſe: nam (c) ante ſeptennium in hac intentione eum fuiſſe referebat, verùm quandò migrâſſet: Cuncta quæ vel domi vel foris habebat, neceſſe eſſet ei cedere, quem in filium adoptâſſet, ac legitimum voluiſſet eſſe hæredem. Unde etiam & filiam ei tradidiſſet, non tamen ſine diſpenſatione Papæ, addebat cauſam, quia eum ſibi ſucceſſurum ſperâſſet. Deprecabatur Congregationem, ut & Rhudbertum in verum dominum ſuſciperet, & ei fidelitatis dexteras præſtaret. Dicebat Rhudbertum operam daturum, quo ſingula privilegia & immunitates confirmarentur, & manutenerentur: nihil mutaturum, ſed potius augmentaturum, manſurum ajebat in ducatu & cum ſubditis: ſpe protegendæ ac

(c) ſubaudi: non ſolum vel ſimile quid.

ruendæ provinciæ: non tam cum conſilio & auxilio ſubjectorum, quam Comitis Palatini patris & Electoris & cæterorum. Imn nec corpori nec ſortunis parſurum ajebat: poſtremo petebat reſponſum. Tum Sigismundus Rhorbeck præſtolari eum monebat, quoad deliberatio haberetur, nam rum reſponſum habiturus eſſet. His ita peroratis concilium ſolutũ eſt, ac poſterâ die horâ primâ ad prætorium convocatum, ubi Oratores regii adeſſe debebant. Alterâ itaq; die aderant Hainrirus Comes de Habspurgkh, Schenckh & Leonardus de Hag Decanus Auguſtenſis. Hi obulerunt mandatum regium, quod talem habebat modum. Nam cum primo feodalia jura tam Albertus quam Bolfgangus fratres ſuſcepiſſent, neceſſe erat, ut mandatum regium illis adjumento foret. Conſideraverat enim Rex, quæ concordia prius facta fuerat, & quid tractatus feudorum præſeferret. Unde & confeſtim duobus Ducibus vaſallorum jus conceſſerat. Deinde mandavit, ut in legitimos principes illos duos Duces ſuſciperemus: quod ſi fieret, gratia ſua coram eſſet: ſin minus: proſcriptio. Similes literæ etiam Rhudberto miſſæ ſunt. Ubi mandavit Rex, ut ab impetitione ducatûs deſiſteret, aut ſi aliquid Juris haberet ad ſe accederet. Scribebat juſtam ſe concordiam facturum. Deinde acceſſetunt Oratores Alberti Ducis, quorum præcipuus Doctor Pleininger legere fecit ſingulos articulos in ſcheda, offerebat literas poſt literas. Harum antiquiores concordiam tradebant; fuerunt etiam, quas Sigismundus Rex præbuerat. Legere fecit primum Stephanum Ducem tres poſt ſe reliquiſſe filios: hic totam Bavariam pleno jure poſſediſſe traditur. Quo defuncto tres filii eam in tres partes diviſerunt Bavariam, quod ut verum aſſeveraret, oſtendit quoddam exemplar, ubi manifeſtabatur: quod ſi quis è Ducibus moreretur, nec filios poſt ſe relinqueret, tum tota regio & ſemen virile & nomen ſequeretur. Nulla in eis fœmina jus habet. Secundo eandem concordiam eſſe renovatam inter Ludovicum Ducem & Albertum hujus Alberti patrem: item inter Ludovicum Ducem & Albertum Joannem, Sigismundum, Bolfgangum & Chriſtophorum aſſeveravit. Earum concordiarum Exemplar penes ſe habuit. Accedit tertio loco Cæſaris Sigismundi exemplar quod oſtendebant, ubi credit Cæſar, & qui judicio præſidebant, relictam partem ex morte hæredis Domino feudi cedere. Verumtamen ne diſſenſio oriretur, vel ut primam ex liberalitate diviſionem aliam fecit hanc imperiali autoritate confirmavit. Uſum verò ſucceſſionis aliquamdiu obſervatum legit in nobili domo Bavariæ. Nam nec Ludovicus illum infregit. Hunc patrem dicebat Stephano, centum autem ab ipſo & quinquaginta anni lapſi fuiſſe referuntur. Volebat deinde ne Conventus talis cognitionis obliviſceretur, nullum denique aſſerebat, ſemine, nomine, armis, ſcuta, caſſide priorem Alberto. Hunc etiam quartam adjungere lineam ſanguinis, unde dicebat eum fidos, obedientes ac dextros ſubditos offenſurum, ſimiliter ut verum Principem habituros. Quæ ſingula non ſolùm Dux Albertus ſed & frater ejus memoriâ habiturus eſſet: priſca jura, bonas conſuetudines & privilegia fatebatur ſe defenſurum & approbaturum. Si quid verò minus habuiſſent, redintegrare. Dicebat, quod talitet ſe habiturus ſit, ut Conventui & toti provinciæ non parvæ poſſit eſſe utilitati. Exegit deinde reſponſum. Verumtamen deliberatio ſumpta eſt. Hos ſecuti ſunt Oratores militum Suevorum, qui & ipſi cum literis credentiarum comparuerant. His ubi loquendi copia data eſt, petiverunt, ut Albertus pro vero Principe & ſuſciperetur & ſalutaretur. Ajebant rectitudinem omnem jam lectam eſſe, quod ſi fieret: totus Suevorum Conventus, Principes, Comites, Barones, religioſi equites aurati & Nobilitas, id gratè ſuſciperet, ſin minus ſe ſe ad auxilil munus offerebant. At ubi reſponſum habere voluerunt, deliberario ſuſcepta eſt. Hos ſecuti ſunt Oratores Ducis Wirtenbergenſis, qui & ipſi ſimilem fecêre orationem prioribus. Addiderunt autem, ut gener Ducis Alberti cæteris præſerretur. Ubi etiam altera deliberatio ſumpta eſt. Hæc omnia primâ die audita ſunt. Secunda die Conventus prandium præcedere maluit, verùm quia parum diſtabat, concilium ſolutum eſt: ad horam tamen primam revocati omnes. Itaque conſedentibus omnibus conſultatio habita eſt. Nonnulli Oratores dimittendos putabant, & è Conventu alios eligendos; plurimi aliter ſentiebant. Exiſtimabant ultimi pro ludo accepturos, ſi tam citò dimitterentur: ſatius credebant, ut tribus aut certè quatuor diebus præſtolarentur. Tum, ſi reſponſum non adeſſet, abire poſſent: declinabat autem ſol & jam undis mergebatur: unde diſceſſum eſt. Verùm conſiderantibus nonnullis locum in prætorio nimis eſſe anguſtum: adeò ut tantam multitudinem capere non poſſet: eligendum exiſtimabant refectorium æſtivale ad Prædicatores: ad quod convocati omnes ſequenti die horâ ſeptimâ comparere juſſi ſunt, vix non ſydereis picta flammis in oceanas intraverat undas, cum conſedimus, ac ubi audiendi copia data eſt, lectæ ſunt literæ regiæ, quas miſerat: mandabant hæ, ut obediremus nemini, neminem in Principem & Ducem ſuſciperemus, niſi Albertum & Bolfgangum fratres, horum primum ſororium vocitabat, utroſque autem affines & conſanguineos. Non parentibus tunc pœna indicta eſt, tum gratia adempta. Pœnam aſſerebant centum marchas auri, feudum omne, quod à Rege haberet, auferebant. Harum pœnarum multæ in privilegiis noſtris habentur: neſcio, an locum nanciſcantur noſtro tempore aut non, parum curæ habemus etiam de excommunicatione, adeò malitia excrevit. anathematizantur, proſcribuntur & maledicuntur, qui de bonis noſtris aliquid ſibi vendicant. Nihil tamen curæ adeſt. avaritiam inexplebile malum eſſe nemo negat, hæc nonnunquam optimos homines ſibi conciliat: Nam qui alias divinitatem pectore condunt, hanc venerantur. Hanc rectè Paulus radicem malorum omnium ſcribit.

Quid

Quid enim non conatur avaritia: Regna deſtruit: provincias ſubjicit: civitates ſolo æquat: Domos & vicus deprædatur, at adhuc inſatiabilis eſt. Lectæ ſunt & literæ, quas Rex Duci Georgio viventi miſerat. Ubi reſignationem ab ipſo factam non ſolùm non approbat, ſed prorsùs improbat. Fuerunt autem tales literæ, quas exemplares vocitamus. Non gravabant hæc Ducem Rhudbertum, imò operam ſemper adhibebat, quo poſſet Conventum in ſuam trahere Senrentiam: ſecundo itaque miſit Oratorem Comitem Ludovicum de Lebom, hominem non multæ memoriæ, & qui ſingula ſchedæ commendare ſoleat, qui facta copia audiendi ita cœpit: Quamvis Dux Rhudbertus perceperit Regem mandáſſe: Ducem Albertum literas oſtendiſſe, atque ob hoc vaſalli nomine totam Bavariam in feudum ſuſcepiſſe, non tamen jus acquiſiviſſe; dicebat, Rhudbertum ſpem potiundi feudi habere, ſi modo Regem adiret, eúmque deprecaretur: proximiorem Rhudbertum ajebat eſſe ſanguine: puta ſororis Georgii Filium. Verùm nunc etiam filiam ejus accepiſſe in conjugem, juſtum aſſeverabat, & honeſtati proximum, ſi is exterls anteiret: adducebat jura tam humana quam divina, quæ vix hæc papyrus capere poſſet. Nomine deinde Rhudberti pro exemplaribus ſingularum litterarum ſupplicavit: dicebátque illas parum habere vigoris: imo ſpem ſibi ineſſe quod ſingulas poſſit improbare: tum verò Ducis petitionem dicebat, ut Conventus dextras fidelitatis præberet: non ſine quadam aſſentatione. Nam & bonas conſuetudines, privilegia omnia, priſca Jura & quicquid immunitatis conceſſiſſent ſuperiores principes & conſervaturum & confirmaturum pollicebatur, poſtremo tum breve tum voluntarium voluit habere reſponſum: ubi deliberationem ſummendam decrevit Conventus: etiam eligendos cenſuit, quos exemptos vocitabant. Hi ad trutinandas res electi etiam interdiu noctúque quieti non erant. Verùm priſcis temporibus ajebant XXXII. Electos, nunc verò quia cauſam potiorem exiſtimabant LXIIII. Eligendos conſulebant. Ex nobilitate XXXII. Ex Abbatibus XVI. ex Civibus VIII. ſunt deputati. HI ergò Conclave ingreſſi continuis VIII. diebus cauſas examinabant: nos interea vacare otio & pecunias conſumere curabamus. Si ctumenam interrogavero, quadraginta mihi nummos aureos oſtendet, quos conſumpſi, multi ad centenos venerunt. portæ cuſtodiebantur omnes. Inter vacandum ſubordinatos ſingulis diebus in prætorio congregatos conſpeximus. Unde mora tanro erat diuturnior, quanto otium & adverſa fortuna importunior, penſitabant illi & cauſas omnes ſuſpendebant, & quid cuique reſponſi dandum eſſet nuntiabant, nos voluptati indulgebamus & quieti. Verùm transacto otii tempore iterum ad refectorium fratrum vocati ſumus, ubi lecta fuêre reſponſa tum Regi tum Ducibus mittenda; agebantur hæc, cum paci & quieti conſuleretur: tum diſcordia non defuit: ſed ſuam ſeminabat zizaniam. Siquidem quidam Maroltinger (ut poſteà docebimus) Duci nonnihil adverſabatur Rhudberto. Verùm regiæ litteræ primum, tum cæteræ lectæ ſunt, ſunt & reſponſa reddita. Habuit & Dux Rhudbertus Stewram in poteſtate ſua, quam cum conventus extorquere niteretur, nonnihil diſtulit: ita ut etiam palam diceretur, quod ea in uſus bellicos uti mallet. Oratores etiam deprecabantur nihil inſidiarum pro ſe ferret, quoad res aut judicialiter trutinaretur aut ſine judicio; addebántque nec regimen provinciæ aliquod ſibi deſumeret. Voluerunt omnes, qui dexteras fidelitatis dederant eſſe liberos, quorum magna pars ſcribæ erant. Decentem etiam illi conceſſeront familiarum apparatum, non ſuperfluum. Ita re ex ſententia confecta XVI. tum ex nobilitate tum cæteris electi ſunt, qui Regem adirent, ac cum ipſo de pace & concordia tractarent. Datæ ſunt eis inſtructionis litteræ. His ordinatis, etiam qui regimen exequerentur, ordinati ſunt. Non enim decebat, ut Ducatu vacante Provincia eſſet ſine Rectoribus. Verùm tamen hæc electio diſcordiâ non caruit: nam quidam regimen contemnebant, quidam ſuſcipiebant: noñulli etiam cauſas ingerebant, cur regimen reſpuendum eſſet. Nonnulli contradicebant. Major tamen pars prævaluit, ac ſic electi ſunt XII. apud quos ſumma poteſtas eſſet. Interea Maroltinger quaſdam litteras ſcripſit, quas clam in Conclave projecit, has cum quidam legiſſent ex nobilitate, attulerunt conventui & regentibus Scriptor undique quæſitus eſt, ſed inveniri non potuit. Tum quidam manum agnovit, quod cum regentibus dictum fuiſſet, confeſtim illum accerſiri fecerunt. Interrogatus non negavit. Verùm Maroltinger clam è civitate ſugerat, ac ſe ad Albertum Ducem contulerat. Tum indignati nonnulli eum reum mortis cenſebant. Vix etiam mortem vitâſſet, ſi inventus fuiſſet. Scriptura autem comminabatur eis, qui Ducem Rhudbertum ſuſcepiſſent, ac eos Lenones ac nequiſſimos dicebat. Multa alia in ea continebantur, quæ è memoria lapſa ſunt. Permovit ea ſcriptura Sigiſmundum de Fraunberg Baronem nonnihil acceſsitque publicum conventum communitatis cum nonnullis aliis, quos locumtenentes nominabant, ac proteſtatus eſt ſe nihil aliud egiſſe, niſi quod Dux Georgius mandaverit. Unde ſe & probè feciſſe & probum eſſe teſtabatur. Litteras autem, quibus talia mandabat Dux dicebat manu illius ſcriptas. Quas & exhibuit & legit, ubi cuncta, quæ habebat, Duci Rhudberto tradiderat. Tum de dimittendo conventu quæſtio habita eſt. Verùm antequam dimiſſio fieret, Dux Rhudbertus vocatus eſt, qui cum adveniſſet, oſtenſæ ſunt ei quædam conſtitutiones, quas debeat & obſervare & ſigillo munire. Lectæ autem fuerunt primo, tum traditæ. Hortabantur primo, ne regimini ſe intromitteret, tum deinde ne his, quos Regentes vocabant, in ſuo regimine aliquid impedimenti inferret: inſuper ut ab hoc etiam familiares ſuos coherceret. Demum ne quid vi aut ratione poteſtatis exigeret: multa alia lecta ſunt, quæ nonnihil grata Duci videbantur. Unde ea & ore & manu confirmavit. Tum Rorbeckh tam Prælatos

tum cives minitabantur ſe civitatem aperturos, niſi primores ſeſe objicerent. Nec mora, arma capiuntur & urbi præſidio acceditur. Quare inimici in deſperationem pelluntur. Verumtamen ab impetitione non deſiſtunt: ſed globis igneis & mortariis cives fatigant. Demum tradunt Wlſpeckh acceptis induciis urbem intrâſſe ac civibus pro deditione faciendâ locutum. Verum re infectâ rediſſe, ac ubi ſe imparem copiis perſenſiſſet, minis plenum Burgkhauſen reverſum, ac auctis viribus brevi iterum affuturum minatus eſt. Non hia fracti civium animi, pro ſubſidiis miſerunt ac tum inimicos deriſerunt. At latrones ſpe potiundæ urbis fruſtrati alia loca invaſere, verumtamen paulò remiſſius agebant: tum quoque Albertum Ducem brevi cum magnis copiis venturum ſciebant, tum quoque Philippum Palatinum comitem nonnihil diſcriminis pati, viderunt.

Secunda Pars Libri II.

REx autem nonnihil offenſus erat; tum quod Rhudbertus ſibi vendicare niteretur principatum, tum quod Concordiam ritè factam ſpreverat; unde continuò in jus vocavit: verum maturandum ratus XXIIII. Aprilis diem anni MDIIII. elegit. Mora nempe nonnihil detrimenti præſe ferre videbatur. Tradunt multos affuiſſe præſtantes homines, Comites, Barones quos dicunt, Nobiles, equites auratos, Doctores qui jurisperitiam habebant. Statuto die Bolſgangus cum Alberto aderat. Rhudbertus nequaquam, ſed nec oratorem eò miſerat qui cauſam defenſaret: verumtamen ubi ter per curſorem vocatus eſſet & non compareret, Rex debitá animadverſione in contumacem uſus talem coram omnibus protulit ſententiam. Cum non viderimus propinquiorem Georgio Duci inter agnatos & vaſallos, nec is aliquem reliquerit quam Albertum & Bolſgangum: iccircò eos ut verus feudi Dominus in vaſallos ſuſcepimus dextráſque fidelitatis ab eis præſtari compulimus, & quam juſtas hujus conceſſionis habuimus cauſas & coram exhibitas tradidimus & inveſtituram & Dominium, ac terras omnes Bavaras, reſervato nobis intereſſe noſtro. Quare permoti Comites nonnulli & Barones, dextras fidelitatis principibus dederunt, ac eos ut veros dominos ſalutârunt. His ita peractis Rex & Ducem Rhudbertum, & qui ei ſavent, proſcripſit & bona eorum publicavit. Quæ & Januis Eccleſiarum tam Pataviæ quam alias infigere fecit & regentibus miſit ſententiam (de quibus ſuperius ſcripſimus) Scherdingam, ubi & vos informavit quam Concordiam facere viſus ſit, ac quam operam adhibuerit pro pace facienda. Verum re infectâ compulſum ſe ad patendum ducibus cohortari. Deinde qui regimini præerant, cætum eorum qui in fide remanſerant ad Scherding convocant. Nam non parva multitudo ſe Rudberto tradiderat. At cum congregatus eſſet cætus lectæ fuerunt litteræ primum, tum & ſententia. Sextâ autem Maji Congregatio habita eſt, lectis litteris & mandatis Regiis etiam Ducalia exhibita ſunt. Regia mandabant: ducalia hortabantur. Nec defuêre & oratores: aderat Neydeckher homo præſtantiſſimus, quem Rex eò miſerat. Habuit orationem non minus brevem quam comptam. Hortabatur primo ut juri & ſententiæ Regiæ non contradiceremus, ſed Ducibus, qui jus obtinuerant, obſequeremur: tum ſi reniteremur & proſcriptionē bonorum & damnationē adjecit. Ubi peroravit conventus elegit, qui reſponſum conficerent: nam non erat neceſſe ut omnes adeſſent. Verumtamen in Reſponſo dando nonnihil diſſenſionis aderat: quidam namque mittendos oratores putabant, nonnulli minimè. Ultima ſententia prævaluit. Siquidem confecto reſponſo convocatus Neydegkher, cui & lectum eſt. Orabat autem conventus primum, ut operam daret Rex, quo nutanti Bavariæ ſubveniretur: tum deinde ſpondebat ſe juris ſententiam obſervaturum: quod ſi mora fieret, nonnihil periculi ſecururum dicebat. Tum valedicens orator, receſſit. Verum Chriſtophoro de Fraunberg oratori ducali ſcriptis reſponſum eſt. Siquidem litteras non legerat omnis ſed legentem prævenerat. Nihil tamen ſua legatio habebat, niſi ut Duces atque veros Dominos haberemus, ſe operam daturos promiſerunt quo brevi Regio eis ſubjiceretur ac inimici pellerentur. Ajebat Regio præſidi in Lyns mandatum, ut actutum mille milites in auxilium mitterentur, quos etiam brevì venturos dicebat. Verum non eſſe opus ut tam cito dextræ fidelitatis darentur, ſufficere ſi voluntatem parendi haberet. Huic nihil aliud niſi voluntas conventus bona & placita denuntiata eſt. Verumtamen feſtinandum eſſe arbitrabatur: ne ab inimico occuparetur. His ita peractis nonnihil feſtinandum ratus orator, quia ſama erat inimicos propè Vilshoven conſiſtere. Nam ob hoc etiam Stainhofer properabat, ne civitas caperetur. Ducalis autem orator Straubing pro ſubſidio adducendo iturus erat. Interea nuntius avenit, qui diceret, mille Milites Scherdingam venturos, unde diſceptatio non parva orta eſt. Nonnulli enim inter cives intromittendos exiſtimabant, nonnulli adverſabantur. Sic in medietatem diei deducta eſt diſſenſio: verum inſtantibus regentibus taliter admittendos curabant, ne vel civibus eſſent detrimento vel gravitati. Inſuper volebant, ut ſingula quæque, quæ vel bacho vel cerere conſumerent, pecuniâ redimere non recuſarent. Conceſſerunt tamen cives ut quos hi qui regimini præerant per civitatem eſſent ducturi, ſine tumultu deducerent: ita profecto ut centeni centenos ſequerentur. Poſtremo inter loquendum Joannes Cloſner con-

conſuluit, ur adhuc de Concordiâ tractaretur, & ut hoc ſatius fieri poſſet ſuadebat ut oratores ad Regem mitterentur. Sed quum in itinere tuti non eſſent, primum volebat, ut induciæ, tum apud Duciſſam, tum apud Duces copiarum impetrarentur, quæ res cum non diſplicuiſſet, electi ſunt qui mitterentur, tametſi difficulter: fuerunt autem præpoſitus ad S. Nicolaum Chriſtophorus de Layming, Joannes Cloſner & Jacobus de Fraunhofen. His datæ ſunt inſtructiones in ſcedâ. Tum verò miſſus eſt qui inducias poſtularet. Is cum veniſſet, confeſtim ſeſe oratores itineri dederunt, ubi autem Landshutam venerunt, diu non ſunt intromiſſi. Poſteáquam verò portæ patuerunt, in domo Schwelbelmair hoſpitati ſunt. Nam ſic diſpoſuerat Princeps. Mane facto Dux comitatus Comitibis ac Baronibus, ac etiam Duciſſa ad eos acceſſit, ac auditâ causâ propter quam venerant, de reſponſo cogitavit: erat autem oratio eorum, quia operam daturi eſſent, quatenus pax conficeretur: ſe ideo dicebant etiam Regem acceſſuros, potebántque ur interim ab armis diſcederet. Ubi autem deliberatio habita eſt, dicebat Georgius de Roſenburg, quod exiſtimâſſet Dux, eos icclrcò veniſſe quatenus homagium loco provincialium ſacerent & ſe ſuæ poteſtati contraderent: nec aliud adhuc expectare. Multa alia in hunc modum perorabat. Nec tamen otioſi ſuerunt noſtri, imo ſæpiùs tentabanr utrum amimos mutare poſſenr; verumtamen nihil aliud reſponſi habuerunt, unde inducias poſtulaverunt ad Ducem Albertum eundi, quæ conceſſæ non ſunt. Quare valedicentes Scherdingam reverſi, nihil expedierunt. Nobis etiam Scherdingæ conſtitutis Duciſſa litteras miſir, quæ tametſi ſuſceptæ ſint, nuntius tamen non eſt intromiſſus: ubi ſcripſit pro homagio ſaciendo & dextris fidelitatis dandis. Ubi etiam ſe civitate Neunburga potitam eſſe, ſpemque habere brevi nonnulla alia loca occupandi. Nihil tamen ſuper hoc reſponſi accepit.

Interea cum hæc agerentur, Duces Copiarum Rhudberti non fuerunt otioſi; imo multa loca aut occupaverunt, aut populati ſunt, aut incendio tradiderunt. Primo Ekkenfelden, deinde Pſarkirchen & cætera ſora adjacentia cum villis in ſuam redegerunt poteſtatem, tum caſtrum Landſperg & villam quæ adjacet igni tradiderunt, in hâc nonnulli colonos habuiſſe traduntur, & Abbas in Oſterhoven potiſſimum. Hic ſatebatur ſe non minus in illâ quam XXXII. talenta annui Censûs perdidiſſe. Timor omnes undique invaſerat, adeo ut nonnulli oppida ſpontè traderent, nam hoc eodem tempore etiam Landaw potiti ſunt uno è civibus caſtrum tradente, quam adeo muniverant (ut infra ſcribemus) ut quaſi inexpugnabilis videatur. Tradunt eos omnes ſuccidiſſe arbores, & domos ſingulas, quæ penes urbem habebantur, effregiſſe: ac lignis cœmento & lapidibus in civitate pro operibus faciendis uſos. Cœperunt etiam quoddam caſtrum quod Mos (d) vocitant & ad Baronem de Aichberg pertinebat, verumtamen plus aſtu quam viribus, nam ad eos acceſſerat Rhudmund (e) cui commendatum fuerat, ac eos placare nitebatur. Verum Duces paulatim eum ſecuti ſunt, nec avelli poterant, coad caſtrum cum ipſo intraverunt, ſive potius atrium, quo cum perveniſſent, confeſtim cuncta quæ in eo erane abſtulerunt. Servi qui in eo erant ſeſe pecuniâ redemerunt. Rudmund captus eſt ac in vincula conjectus: qui tamen paulò pòſt elapſus vagabundus diſcurrebat. Caſtrum ipſum igni tradiderunt; ſed & villas, & quicquid adjacet, ignem non evaſit. Tradunt quod Clenodia nonnulla invenerint, quod mirum videbatur Baroni. Nam nihil de his rebus in illo dimiſerat: unde exiſtimabar ea muro fuiſſe à majoribus incluſa. Caſtrum verò dicebant, qui viderant, nonnihil venuſtatis habuiſſe. Comparabant illud Monaſterio noſtro in magnitudine & latitudine, verumtamen in plano ſitum erat: tametſi ſoſſa vortalitiis propugnaculis & vallis non careret. Multa in eo ſe perdidiſſe jactitat Baro, ita ut putet ſummam XXXII. millia nummorum aureorum excedere. Deinde Oſterhofen acceſſerunt, quod ſorum facile erat captu: ſcripſerunr autem primo, ut ſi traderent nihil ſe illis facturos; ſin minùs: populaturos. Vetumtamen conſiderabant, ſe non poſſe reſiſtere, unde voluntati ceſſerunt. Quo facto civitatem Waſſerburgkh tradente uno è civibus in ſuam redegerunt poteſtatem. Hanc conſtat nonnihil munitionis habere: ſiquidem ut contigua eſt Rheno, ita eum ex parte alluit omnino ut quaſi murus videatur. Verumtamen dicebatur eam iterum à Duce Alberto captum, ſed ſama vera non erat; ſiquidem mentiuntur multa, & vix eſt qui veritatem dicat. Huic etenim illi, huic iſti ſavent. Cuncta adulationis plena ſunt: loquimur quod principibus placere videmus. Veri nihil à noſtro procedit ore: laudamus quod laudant, vituperamus quod vituperant, ſacimus quud jubent. Aſpernantur quod nolunt, etiamſi præcepto divino contraria ſint. Vaticinatus eſt ita Paulus: ſcio quod in noviſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa & erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, criminatores, incontinenres, immites, ſine benignitate, proditores, protervi, tumidi, voluptatũ amarores plus quam Dei, habentes ſpeciem quidem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes. Apud Romanos ſcriptores conſuetudo fuit, ut ſuis multam tribuerenr virtutem, cæteris gentibus nullam. Apud illos parva manu multa hominum millia cæſa referuntur apud alios nunquam niſi apud judæos, pro quibus divinitas pugnavit

(d) Mos.
(e) Rotmund.

gnavit. Contigit hoc etiam noſtro tempore. Nam qui Alberto favent virtutem ſupra ſydera extollunt : qui Rhudberto ſuperiorem mentiuntur. Non eſt cujus relationi credere poſſim. Scribo notiora & quæ vel oculis vidi vel à fide dignis audivi. Utcunque eſt, ut Duces audiverunt Adventum Alberti cum non parvis copiis io Landshutam ſeſe recepetunt, quod cur factum ſit non facile conjicio : verumtamen crediderim quia augere copias contenderint. Utcunque eſt, Albertus Monaco egreſſus XII. millia peditum & duo millia equitum ſecum habebat : unde ſola præſentia multis terrori fuit. Tradunt in exercitu ejus ſex principes eſſe : quorum tres etiam copias auxerunt; inſuper per Waſſerburgkh deſcendiſſe Braunaw, nonnulli per Ekkenfelden. Utcunque eſt, Braunaw venit, ſive ut civitatem tueretur, ſive ut in fide confirmaret. Interea Hieronymus Stauffer cum quingentis peditibus Pataviam acceſſit & noctu monaſterium S. Nicolai intrare tentavit : qui cum excluderetur, vi capere voluit: quod ubi præpoſito nuntiatum eſt, aperuit portas & illum cum XVI. militibus intromiſit : Patavienſes autem quædam uſi benignitate cæteros in civitatem deduxerunt, ne graves eſſent Monaſterio, nam alias multa incommoda perpetrâſſent : fuerunt autem homines in malis facinoribus egregil & qui nec ſacerdotes venerarentur, nec virginibus parcerent, multam pecuniam ſecum habebant, quam rapinâ acquiſiverant, hanc Pataviæ in emendis armis expenderant. Verumtamen poſterâ Die Scherding petere decreverant, unde & Doctorem miſerunt qui adventum eorum Scherdingenſibus manifeſtaret; Scherdingenſes autem Conſilio uſi ingreſſum denegaverunt. Imò remandaverunt ſe in illos ut in hoſtes uſuros ſi intrare urbem tentâſſent; Quod ubi audivit Doctor, Monaſterium noſtrum adiit, ac eos intromitti petivit : Ego verò reſtiti veritus ne quid mali oriretur. Is ultra progreditur : cum quantâ manu poſſem intromittere Ducem copiarum interrogans. Cum ſex militibus addidi : Qui his auditis receſſit : Verumtamen prius quam Pataviam veniſſer, retroceſſerant, alia parte Æni Scherding petere decreverant. Hujus cauſa fuerat Stainhofer, qui oe nocerent incolis Neunburgenſibus eos averterat. Nam dixerat in his locis adhuc Rhudberto parere neminem, aliud tamen exiſtimaverant. Verum doctor ſcripſit, ut in Newnburga Ænum tranſiret, veritus ne Bombardis Scherdingæ propellerentur : at illi prius quam nuntius veniret, tranſierant, inter eundum quinque clam ſe ſurripueruot, qui cuidam Fuchſöder nomine, equum & filiam, Stephano duos equos ac duos puerulos abduxerunt. Puerulos in crepuſculo remiſerunt, filiam mane, ſed equos retinuerunt, quos tamen meridie reſtituere coacti ſunt. Vallem Æni ea nocte cuſtodiebant omnes, non tamen ſine incommodo, ſiquidem nonnullis fortunas abſtulerunt. Facto diluculo Ænum tranſiêre & Cham petere ſtatuerunt. Nam fama erat, non exiguum militem Ducem Albertum perdidiſſe. Fregerant illum Boëmi ſuperiores ſacti. Vetum ubi Ænum tranſierunt, nonnihil mali in eundo fecerunt. Nam non villas modo, ſed & fora populati ſunt : fuerunt in Sultzbach, fuerunt in Eholſing, ubi nonnullos colonos ad Grieſſpach abduxêre. Horum quinque vinculis mancipati ſunt, vetumtamen quatuor acturum ſunt liberati. Unus poſt octavum ſolem, multi decem, nonnulli 24. aliqui LXX. aureos nummos reddere coacti ſunt. Nam cum his captivis ad Grieſchpach venerunt milites, ubi cum ſtationem facerent, præfectus ad Abbatem Aſchpacenſem miſit, ut ei duo pecora mitteret : recuſavit Abbas, ſecundo vas vini poſtulavit. Noluit poſtulanti ſatisfacere Abbas. Tertio deinde miſit pro uno ſolo pecore : tum tradunt reſpondiſſe Abbatem, quod illa & Reyſpeckh & militi de Roſenberg aſſervare deberet : Quam ob rem iratus præfectus, primo ſervos ſuos in eum miſit, tum & militem, qui ita prædati ſunt Monaſterium, ut vix indumenta relinquerent. Jumenta omnia cum gregibus abduxerunt, non mapula, non mitra, non biretum eorum evaſit manus, cunctam ſuppellectilem unà cum ſigillis cœperunt. Nihil etiam quod ad uſum fratribus oblatum erat, reliquerunt, vinum, ova, ſagimen & cuncta quæ eſui neceſſaria erant abſtulerunt, ita ut nihil poſtera die habuerint. Miſit Abbas ad Ducem Albertum. Sed res per præfectum immutata eſt : miſit ad ipſum præfectum, ſed nihil profecit : nam centum viginti nummi aurei poſtulati ſunt, quos cum adjuvantibus ſociis reddidiſſet ; jumenta recepit & greges ; cætera militi ceſſerunt ; ſiquidem & ſigillis pro ſolis literis conficiendis conceſſum eſt. Deinde Muinſter acceſſerunt milites, ubi quidam quem Bilhelmum vocitabant vina parti adverſæ reddiderat. Hic clam, ne deprehenderetur, receſſerat, ac meliores fortunas abſtulerat. Verumtamen prius quam advenirent, unus bombardam quamdam in cæmeterio ſuffodere volebat, qui cum ſe præventum videret, de fugâ cogitabat, tum acceſſerunt eum oonnulli qui quærebant ubi plebanus eſſet. At ille reſpondit ſe neſcire : tum mandaverunt ut quæreret. Verum is ſe abſconderat & ab foro loogius receſſerat : unde cum pulsâſſet januam & oon inveniſſet reverſus eſt. Tum milites ſecuribus januas Eccleſiæ aperuerunt : ubi cum inveniſſent quemdam venerandâ canitie ſacerdotem, quæſiverunt an eſſet plebanus : qui ſtupore ſimul & timore perculſus nihil reſpondit. Tum hi lanceam ad cor libraverunt, quærentes ſecundo an eſſet plebanus ; verum non reſpondit verbum. At is qui prior plebanum quæſiverat ſuggeſſit non eſſe plebanum, unde reliquerunt eum, nam alias fortè interemiſſent. Scalâ verò aſcenderunt in quamdam turrim, ac vi patefactis foribus quicquid invenire poterant, abſtulerunt. Invenêrunt autem Theſaurum incomparabilem. Nec ſic quieve-

runt: nam & domos & alia loca ſpolia verunt. Tradunt illos quadraginta currus ſola ſuppellectile implcviſſe; non reliquerunt clavum in pariete, menſas, ſcamna, & alia quæ portare non poterant aut fregerunt aut ſecuribus comminuerunt. Deinde verum plebanum quæſiverunt. Hic latebat in quâdam domo extra forum. Quod cum perſenſiſſet plebanus, per poſticum elapſus quærentes deluſit: ſeceſſit autem in quoddam nemus: nec ſic quieverunt ſed impoſuerunt civibus etiam centum quinqua-
(f) ginta nummos aureos (f). Hoc fecerunt ut ab igne illæſi evaderent, verum Duces copiarum Comitis Palatini eos ſpoliare niſi ſunt, at hi jam Danubium tranſierant. Interea Dux Albertus in Braunaw moram trahebat, ubi cum caſtra moviſſet Scherdingenſes ad ſe vocavit, qui per Ænum delati Brawnaw venerunt. Ab his ergò dextras fidelitatis Dux extorſit, quas taliter præſtiterunt, ut ſi fortior ſuperveniret, abſoluti eſſent. Humanè tamen eos habuit Dux ac multa privilegia conceſſit. Deinde cum aliquamdiu in Brawnaw fuiſſet, Laodaw obſidere ſtatuit. Unde caſtris remotis Pewerbach primo, tum Alderspach delatus eſt, ubi Abbas innumera mala à milite perpeſſus eſt. Sileo effractiones ſepium, conculcationes annonæ, direptiones bonorum, ſolius Monaſterii infortunia commemorabo. Nam cum duas equas Duci dono dediſſet, tres alias miles abſtulit. Septem vaſa vini ebibiſſe tradirur. Oves omnes quas habebat in Monaſterium transtulit. Tum miles effractis foribus monaſterium intravit, ac cunctas interemit, ita amici in inimicos converſi ſunt. Verumtamen paulò pòſt Landaw cum copiis Dux migravit. Interea Duces copiarum Comitis Palatini provocandi (ut exiſtimo) Principis Alberti gratia plurima damna Provinciæ intulere. Quotquot caſtella, quotquot fora capere potuit aut igni tradidit aut ferro delevit. Et Monaſterium eo in ducatu quod ita populatus eſt, ut vix cererem reliquerit; hoc Ror vocitant. Verumtamen cum acceſſiſſent copiæ, ſe ad reſiſtendum paraverant. Nam Bombardis & Tormentis militem agrediebantur. Iratus obinde Georgius de Roſenberg Bombardam majorem ad portam direxit. Hoc vero ictu portam dejecit, adeo ut in duas partes divideretur quo facto Monaſterium intravit ac militi in prædam dedit. At fratres ejus iram placare nitebantur, nam pedibus ejus provoluti, veniam precabantur. Quæ taliter tamen conceſſa eſt, ut ſeptem vini vaſa militi contraderent & ſe ab igne mille ducentis nommis aureis redimerent. Cætera dimiſſa: nec audiendi ſunt qui aliter referuot. Non enim calices abſtulerunt aut ſacra vaſa, ut ſama fuit. Verumtamen non longè proceſſerunt, ubi trecentos nummos aureos ignis extorſit. Multa in eis locis ignis populatus eſt, multa miles. Nulla villa, nullus pagus turus fuit. Cuncta vaſtabantur. Verum Boëmos dicebant etiam propè Cham terram principis intrâſſe, ac multa loca partim vi partim deditione occupâſſe. Nullus eorum ignem evaſit, cuncta ignis abſumpſit. Caſtrum quod Trenbach vocitant, igni traditum. Sed & caſtrum Hag munitiſſimum Albertus Dux capit, quod ſanè igni tradidiſſet, niſi Duces copiarum obſtitiſſent. Nam miſerabantur Sigismundi de Fraunberg conjugem, quæ baronis de Aichberg ſoror fuerat. Hæc ſuppliciter precabatur clementiam. Fortunas tamen abſtulit omnes, vaſtabat loca omnia quæ adjatent ferro & igne. Urbes multas, tam deditione quam aſtu in ſuam redegit poteſtatem. Ingelſtadium Bolſgango fratri contradidit. *Liber ſecundus finit:*

Prologus in Tercium.

Quamvis multas & innumeras Calamitates tota Bavaria ſuſtinuit, ac iccircò in prædam & rapinam principibus omnibus tradita, tamen ſi divinitas, cui ſubſunt omnia, cujus nutu reguntur omnia, cui tam terra quam mare obedit, finem tantis calamitatibus imponeret, brevi reſpiraret. Nam etſi læta non ſit ut Auſtria aut campanus ager, tamen ſuis arvis contentam arbitror. Verum & Auſtria nonnihil detrimenti nanciſceretur ſi tota penè popularetur. Exhibet illa bacchi & nomine qooque cereris munera, hæc & aureos nummos & ceteras res id genus. Sed quid de Atheſi & regione Tyrolis & cæteris quæ Regi parent, dixerim? nonne multum detrimenti paſſuræ ſunt? Quomodo ad illas defereotur annonæ? annona etenim apud illos non parvi pretii eſſe dicitur, ſiquidem cum ſolis montibus & ſylvis plenæ ſunt, facilis non erit frumenti in eis collectio. Sed dices quod ex Auſtriâ, Styriâ, Corinthia ſagmata advehantur? quod etſi non negaverim, pluris tamen ego fecerim quæ in aquis deferunrur. Undis ergo clauſis quis onerabit naves, nam (ut ſuperius ſcripſimus) non uno irrigatur fluvio, ſed pluribus, ita ut penè toti Atheſi adjumento ſit. Occloſis Danubio & Æno quis ſe periculo committet: neque enim ſagmata tuta ſunt, ſiquidem undique inſidiæ collocantur. Itaque Rex multam operam impendere nititur quo pax conficiatur, tam etenim minis quam obſecrationibus utitur. Verum uti moris eſt quorundam qui pacis foedera contemnere ſolent, ille expenſas, hic hæreditatis jus adducit: unde concordia fieri poterit nunquam. Eſt enim humana gens ad cupiditatem animata ac facile concupiſcit, ſi ratione non refrænetur. Nam concupiſcentia oobis cum bellois comunis eſt, ſolâ ratione ſuperiores ſumus. Itaque in Syrtes vella ſuſtollo & ſcopulis imminentibus inſelicia gubernacula aſſumo.

Liber

(f) ad marg. 220. fl.

Liber Tercius.

Landaw itaque à Duce Alberto obſeſſa eſt 21. Junii. Eſt autem urbs nonnihil muralibus ſepta parietibus. Nec ptopugnacula deſunt & fortalitia, imò & foſſam profundam habet & vallos. Duas habet partes, unam altiorem tradunt, alteram humiliorem. Alluit hanc Iſara fluvius qui haud longè à Pataviâ in Danubium labitur. Caſtrum habet non admodum munitum, ubi etiam facilem aſcenſum tradunt qui viderunt. Scio ego hominem qui quamdam ibidem adamavit virginem, cui nec difficilis ad eam noctu fuit ingreſſus. Hæc ex ſolo relatu ſcripſerim. Nam alias compertum habeo nihil: non enim vidi. Verum poſteaquam in poteſtatem Ducum copiarum Comitis Palatini devenit, nonnihil muniri cœpta eſt. Siquidem Georgius de Roſenbergk eques auratus, cui tradita erat, illa uſus eſt ut libuit. Nam ita eam foſſis & vallis tam intus quam extra replevit: ut militi non potuiſſet intus ad eam eſſe acceſſus & quod omnes arbores (ut ſupra ſcripſimus) ſucciderat: facile impedimenta jaciebat: impedimenta autem ipſa noñulli hamos à ſimilitudine hami piſcatorii vocitant. His tum agros & campos, tum foſſam repleverat. Sed nec ſagittæ quæ terræ infiguntur deeſſe dicuntur. Cuncta ſolerti animo curabat. Aggerem inter muros compoſuit, non ſine magna induſtria, ita retulerunt qui ad Albertum confugerunt. Eorum tres referebantur qui etiam dixerunt quod cives traderent civitatem ſi permitterentur. Habuit ſecum Georgius mille milites non exiguæ ſortitudinis. Tentavit autem Dux Albertus primum emiſſo milite: tum & caſtra locavit, quæ tametſi muro ptimum junxiſſet removit tamen: nam à bombardis tutus non erat. Itaque in collem receſſit, ubi tali operâ uſus eſt, ut videri non poſſet: ubi & foſſam fecit & caſtra munivit. Tormenta & bombardas in monticulum deferri mandavit ac murum dejicere tentavit. Turrim autem primum aggreditur, quæ Eccleſiæ imminebat, quia ex hâc plurimum nocumentum ſuſcipiebat. Deinde tradunt eum miſiſſe pro majoribus Bombardis Strawbingam, quarum unam tradunt Khündlin vocari. Hâc caſtrum Erenfeltz dejeciſſe fertur. Suſtinente obſidionem urbe ac nihil minas Alberti timente miles oppugnare inſtituit. Verumtamen à Duce prohibitus eſt. Siquidem veritum ajunt ne militem perdat: inſidiatum enim plenum Georgium conſtat & rei bellicæ expertiſſimum, nam diu ſub Comite Palatino militaverat. Nec otioſum tradunt, imò continuò Bombardis, quos poterat, occidebat: unde multum militem Albertus perdebat. Quamvis & qui cum Georgio militabant nonnihil nocumenti ſuſciperent: nonnulli rapinæ gratiâ civitatem exiverant, qui ab exercitu intercepti aut capti aut interfecti ſunt. Majorem in obſidendis urbibus operam juniores adhibêre quam majores nemo eſt, qui ambigit. Iſti etenim Bombardis uſi non ſunt, ſed aut tormentis aut ariete, his muros urbium effregerunt. Nos his raro utimur. Imo non crediderim aliquem vivere qui arietem viderit. Turres ligneas ædificare conſueverant, quæ ubi muro pares eſſent, aries adhibebatur. Verum ſagittarii & fundibularii opera defendebant; nec tamen ſollicitudo tanta eſſe poterat, quin aliquando pellerentur: noſtri potius à longè opera locant, ac Bombardis muros quatiunt, quæ ſi depoſitæ fuerint ad oppugnationem procedunt. Vetum quum hæc in Landaw agerentur, Dux Rudbertus acie dimicare conſtituerat. Cujus rei dies ad 28. Junii indicta erat. Sic etenim Rudbertus Alberto ſcripſerat. Undè motus Albertus copias augere conſtituit: miſit itaque qui militem è civitatibus adducerent, quare Comes de Helfenſtein & præfectus Griesbacenſis cum electo milite exercitum adierunt. At ex Scherdingo 26. Junii, 50. Equites electi cum aliquò equitatu (g) ſecuti ſunt. Magna fuit inter equites Nobilitas. Siquidem Bernardus de Seybolstorſ homo multa eloquentiâ, & Heraſimus ejus conſanguineus & Georgius Schennckh & Jacobus de Fraunhofen equites aurati aderant. Deinde 29. ejus menſis Comes Wolfgangus de Ortenberg, Bolfgangus Georger cum octoginta tribus equitibus & ducentis peditibus urbem egreſſi ſunt. Verumtamen priusquam ad iter ſe præpararent, inter pedites diſſenſio orta eſt, nam ultra ſtipendium nummum aureum habere volebant. Quod ubi Georger nuntiatum eſt, iratus eſt, ac civitatem juſſit arma capere. Milites autem, qui ſub ejus ſtipendio militabant, ad ſe vocavit: ex civibus autem ſine morâ ducenti in armis fuerunt, quod ubi milites perſenſerunt, mirati confeſtim paruerunt. Habuerunt ſecum plures currus falcatos, quos in caſtra ducere certabant. Habeo in eo comitatu quatuor equos quos mittere oportebat. Nec Rhudbertum otioſum dicebant, nam aſcribebant ei non parvam militum manum, quam vel ex Boëmis vel ſervis provincialibus eo adunaverat, ſunt tamen hi ut plurimum pedites, rari inter eos equites. Equitatum ajunt duo millia non excedere. Tota militia decem millia complectebatur, ita tradidit quidam qui vidit; ubi dies advênit pugnæ Rudbertus exercitum in Dingolfing coegit ac manum conſerere voluit, verumtamen ubi ad caſtra pervenerunt ac ſingula per exploratores didicerunt, qui erant cum Rudberto diſſuaſerunt pugnam. Siquidem caſtra adeo foſsâ & aggere munita erant, ut vix uno loco eſſet acceſſus & ipſe locus Bombardis tuebatur. Unde moti Duces credebant ſe militem ſine cauſa amiſſuros. Tum iratum tradunt Rhudbertum quod inimicum adire non poſſet. Tra-

(g) fortè legendum peditatu.

dunt etiam eum in Amphing confligere voluiſſe : ſed par copiis non erat. Tentatione habitâ Rhudbertus iterum diſceſſit. Non fuit is, ut videbatur , vulgaris princeps , ſed virtute omni conſpicuus ita ut etiam Regi placeret. Albertus prudentiâ & magnanimitate valet , hic comitate & humilitate. Nullum tradunt Alberto ſimilem aſtu , huic affabilitate. Albertus aſtu humiliavit quos leunculos vocitabant & ſuo ſubjecit imperio. Senſêre plures equites aurati virtutem Alberti , adeo ut nonnulli & rēbus & ſortunis privarentur , ſenſère & caſtra quæ excidit, tametſi reædificata ſunt. Uterque Dux mihi nonnihil placet. Ut enim ille probitate , ita hic & prudentiâ & frugalitate ; Alter tamen alterum etiam annis excedit , unde neceſsè eſt & aſtu , nihil in utriſque repreheoſionis habes , verum tamen unum benignitas nimia , Albertum nimia rigiditas reprehenſibilem reddit : ut enim benignitas temperari debet, ita & auſtera rigiditas. Cuncta moderatur diſcretio. Hanc rectè matrem virtutum Hieronymos vocat. Siquidem ut nimia benignitas contemptum parit , ita rigoroſa cruditas horrorem. Plus in principe debet eſſe affectus ut ametur à ſubditis , quam timeatur. Sit terrori malis & qui præcepta vel divina vel humana contemnunt : ſit affabilis & clemens bonis & piis : juſtitiam deſerit qui cum malo & ioobediente ac prorſus protervo probos & pios inſequitur. Qui ob unius hominis delictum totam communitatem proſcribit. Aſſentatores ut venenum & aconita vitet & eos præcipoè qui pios & probos deſerre ſolent : non ſibi plus deſumat Jurisdictionis quam habet , ita ut quos venetari debebat perſequatur. Habent & illi quos imitari ſoleant & revereri. Si inter eos mali inveniuntur (neque enim Angeli ſumus) accuſentur : multa ſpeciem pietatis babent, quæ tamen ab occultâ impietate aliena non ſunt. Non eſſe tutum arbitretur , ut boni malis miſceantur , & illi populentur qui nihil impietatis habent. Itaque pietas & clementia decent principem : ſi tamen diſcretione non careant. Ante omnia exemplar ſit ſuis ſubditis & mala quæ inſectatur primus vitet. Non ſine causâ Ducis nomen habet , ſive principis : Dux enim à Duco & Princeps à primo capite originem nanciſcitur , unde Princeps pro primo à nonnullis arbitratur. Rectè Bolfgangus de Aham , homo non parvâ eloquentiâ Ducem Ludovicum ita allocutus eſt : tu , inquit , Dux ad provinciales tuos attinere dinoſceris , non ipſi ad te. Jure hæreditario obtines principatum : ſed qui eſſes ſi ſubditos non haberes. Sed de hâc re hactenus.

Interea quidam, quos ruſticos vocabant, caſtrum , quod Uttendorff vocant, obſederunt. Tradunt in eâ obſidione ſeptingentos fuiſſe. Hi collecti montem quemdam, quem incolæ Khuchlperg vocitant , inhabitabant , & quamvis tormentis & armis carereot , nihilominus tamen ſeſe Alberto Duci opponebant. Tum Comes de Helſenſtain, qui tum rempublicam in Braunaw adminiſtrabat , militem in eos miſit. Hic irruens in eos partim trucidavit , partim in fugam vertit. Deinde Eccleſiam in Piſcholsdorſ adiit , ubi capto præſidio Eccleſiam ſpoliavit , in quâ multa bona Inventa ſunt, quæ ruſtici in eam contulerant. Tum villam igni tradunt, ex hâc autem delatus ignis etiam Eccleſiam penetravit. Multi è ruſticis in agris & arvis morrui inventi ſunt. Nam ſaucii in his ſe occulere ſtatuerant. Nec ob hoc quidem diſperſi ſunt , ſed eundem montem munierunt. Deinde Fridburg obſederunt , quos (ut Stamhoſer retulit) etiam miſſo milite Comes de Helffenſtein repuliſſet , ſi oon timuiſſet inſidias. Multa bic referebantur de Philippo Comite Palatino , quæ utrum vera fuerint vel oon , haud ſatis conſtat. Crediderim tanti ponderis fuiſſe ut de milite. Nam mentiebantur XXXVIII. Millia Alberto auxilio ventura , conſtat tamen eum nonnulla oppida amiſiſſe , & villas incenſas. Nurnbergenſes autem hâc tempeſtate novum ſorum acri obſidione cinxeraot , oppugnabántque urbem noctu & interdiu, nihil ei quietis relinquentes. Volabant globi & tormenta cum cives magno animo urbem deſenderent. Corruit magna muri pars Bombardis depoſita , ita ut ſcriba ad tradendam urbem cives hortaretur. Quid multis moror : ridebant tormenta , ridebant Nornbergenſes , ipſúmque ſcribam , furcaoe an ſerro mihi non conſtat , occiderunt. Demum eis Boëmi ſubſidio aſſunt , ac Nurmbergenſes ſecedere compelluntur, qui tametſi minitarentur redituros ſe & urbem depoſituros , non tamen oon ſunt permiſſi à Rege. Interea multa quæ vix credibilia erant referebantur, multa populabantur & ſpoliabantur : non Eccleſiæ, non monaſteria latrones effugere poterant. Siquidem & ooſtrum cœnobium ſe populaturos jactitabaot , neſcio quis averterit Chriſtusne an cui ædificatum eſt ? Credebant me Rhudberto ſavere , eoquod de rebus nonnunquam loquerer. Sed eſto fidus fuiſſem : quid cœnobium peccaſſet ? oihil mihi attribuo , puta qui nihil habeo : verum inimica omnis boni cupiditas in nos debachatur : oon enim cuncta cum Petro dimiſimus , retinuimus nihil. Iſtud nihil multis grave eſt , ſiquidem bona noſtra auferre conantur & ſuæ voluptati cootradere. Ita cupiditas vos excœcavit , ut auri ſacra fames ſuperſtat major ab auro. Quicquid habemus , quicquid poſſidemus , oculos impiorum offeodit. Exiſtimant nos ſolis fabis debere eſſe contentos , fortunas ſuæ avaritiæ deputant : & quamvis non inficiar nos parcius vivere debere quam vivimus , oon eſt tameo ipſorum ut nos reprehendant , undique jam conſuetudo eſt , ut faſtidio habeantur cibi groſſiores & delicatiores eligantur. Verumtamen (ut in eos loquar) gloriantur ſe defenſores patriæ & ſacrorum locorum , unde etiam & pecuniis opus habere ſe exiſtimant , cum nec pedem moveant. Sumus odio omnibus , ſumus ſabula omnibus , cuncti ſuam inglu-

viem in nos retorquent, ac ſaturari de noſtris contendunt. Non veneramur Sanctos ſed deprædamur: Verumtamen conſolatur nos David, conſolatur nos Tobias, conſolantur nos innumeri Sancti, quorum omnium præcipuus in quâdam epiſtolâ ita ſcribit: nihil intulimus in hunc mundum: ſed & auferre quid poſſumus? & illud Chriſti: vulpes foveas habent &c. Verum etſi inter cauſam Sanctorum & inter noſtram nonnihil diſtantiæ ſit, cum hi flagellis probati ſint, nos pro demeritis flagellemur, tamen eis commiſſi non ſumus. Non enim judices noſtri ſunt. Siquid perperam egiſſemus Epiſcoporum judicio committendum eſſet. Hi jura imponunt, hos revereri debemus. Verumtamen dormire eos arbitror. Non enim & gregis & Diœceſis curam habent. Quid feciſſet noſter Ambroſius? nonne qui zelum habuit ſed non ſecundum ſcientiam traderet ſathanæ in interitum carnis? imò quod dictu mirabile eſt, Theodoſium non judicavit dignum ut inter clericos locum haberet. Unde collaudavit Theodoſius Imperator omnium Chriſtianiſſimus & fidem & pietatem ſacerdotis adeo, ut inter clericos locum ſibi deſumeret nunquam, trinam inde nactus eſt victoriam. Ita exclamat Claudianus:

O nimium dilecte Deo, tibi militat Ether
Et conjurati veniunt ad claſſica venti.

Noſtri principes non ſolum non dignantur admittere clericos, ſed prorſus excludunt. Aſſentator viliſſimus majorem facultatem habet accedendi principis quam clericus. Abbates omnes, qui dignitate comitibus pares eſſe deberent, locum tenent infimum: imo comites ſcribentes eis ſuperſcriptionem ſibi deſumunt. Neſcio quis tantam curioſitatem in ſeribendo adinvenerit. Credo quod temporum & morum inæqualitas. Superiori ſeculo curioſitas erat nulla. Imo gentiles, multa comitate ſacerdotes, quos lupercos vocabant, venerati ſunt: verumtamen ut Aſtræa terras reliquit, aurea ſæcula, argentea, ærea, ferrea ſecuta ſunt. Legi ego in privilegiis, quæ à Patavienſi Epiſcopo habemus, qualiter Abbates ab Epiſcopis habiti ſint, quantâ eis humanitate coluerint, ita ut mirari non ſuffecerim. Non eos uſos fuiſſe plurali numero ſed ſingulari video, imo quod multo mirabilius exiſtimo, comperi quod fratres eos nominaverit. Neſcio cur à majorum continentiâ diſceſſerimus niſi quia & vitâ diſcrepamus & probitate. Ita nempe habes apud Ovidium I. Metam.

Protinus irrupit venæ pejoris in ævum
Omne nefas: fugere pudor: verúmque fidéſque
In quorum ſubiere locum, fraudéſque dolique
Inſidiæq; & vis & amor ſceleratus habendi.
Vela dabat ventis, nec adhuc bene noverat illos
Navita, quæque diu ſteterant in montibus altis
Fluctibus ignotis inſultavere carinæ.
Comunémq; prius ceu lumina ſolis & auro
Cautus humum longo ſignavit limite Menſor.
Nec tantum ſegetes, alimentáque debita dives
Poſcebatur humus, ſed itum eſt in viſcera terræ
Quaſque recondiderat, ſtygiiſque admoverat umbris
Effodiuntur opes, irritamenta malorum
Jámque nocens ferrum, ferróque nocentius aurum.
Prodierat, prodit bellum quod pugnat utráque
Sanguineáque manu crepitantia concutit arma
Vivitur ex rapto non hoſpes ab hoſpite tutus
Non ſocer à genero: Fratrum quoque gratia rara eſt.
Imminet exitio vir conjugis, illa mariti
Lurida terribiles miſcent aconita Novercæ.
Filius ante diem patrios inquirit in annos:
Victa jacet pietas: & virgo cæde madentes
Ultima cæleſtum terras Aſtræa reliquit.

Sunt autem præcipua quæ inter nos & principes diſcordiam pariunt, & noſtra tempora infeliciora reddunt, avaritia & veneris continuus uſus. Non ſumus contenti, ut amicæ noſtræ noctu nos accederent, habemus eas & interdiu, & quaſi conjuges retinemus. Avaritia autem nos adeo poſſidet, ut vix viginti beneficia noſtræ cupiditati ſatisfaciant, quo fit ut vivamus quaſi ſues, & continuè in luto volvamur: unde ritè nobis & bona auferuntur & fortunæ. O tempora! tempora! quare non actutum labimur, quare non tantas peſtes in Phlegontæas detruditis undas. Sed neceſsè eſt ut & hîc puniamur & in futuro. Convertimini ô Monachi! ô Sacerdotes & dignos fructus facite pœnitentiæ.

Verum (ut ad Superiora revertar) urbs Landaw obſidionem jam diu ſuſtinuerat: cum autem intelligeret ille de Roſenberg pugnam fieri non poſſe: aut quia ſperavit ſibi nihil ſubſidii mitti, de relinquendâ urbe cogitavit. Nam cum videret, Albertum ab oppugnatione non receſſurum ad aſtus ſe convertit. Imminebat autem urbi Albertus adeo, ut magnam partem muri dejecerit, ac etiam turrem majoris Eccleſiæ. Tum mirum dictu, omnes qui in civitate erant tam milites quam cives horâ decimâ noctis nemine ſentiente ſugerunt, quicquid humeris tollere poterant, tulerunt, nihil in eâ reliquerunt niſi quod ad iter conficiendum grave foret: nec tamen iccirco civitatem omnem ſpoliaverunt, imo Theſauri innumeri ſunt inventi. Nam cum adhuc trepidaret miles Alberti, nec propius accedere auderet, à quâdam vetulâ commonitus eſt ut properaret nec timeret: ubi cum acceſſiſſet & neminem videret qui reſiſteret, licenter civitatem intravit. Cives autem & eques auratus illam partem civitatis quæ Danubium aſpicit, igni tradide-

 rant,

rant, Bombardas verò, quas exportare non poterant, feneſtris impoſuere, ubi eum ignis dominari cœpit, omnes ictus ſortes dederunt, adeo ut inimicos adeſſe exiſtimares. Tum miles Alberti civitate potitus ad prædam ſe convertit, adeo ut etiam in muro æs ſcrutatus ſit. Multas eiſtulas muro incluſas invênit, quas prædæ aſſervavit. Culcitras omnes cum cervicalibus pulvillulis & pulvinaribus tomento aut plumis rejectis pro inveniendo ære vacuavit. Tomento leuconico & plumulis urbs tota repleta erat. Capſula remanſit nulla quæ eorum evaſerit manus. Vendita ſunt omnia tam Schardingæ quam Pataviæ. Verumtamen miles à civitatibus non eſt excluſus, ſed ſolæ res, nonnulli qui emerant etiam pecunias invenerunt. Tradunt quamdam fœminam linum emiſſe, in quo decem nummos aureos reperit. Venales efferebantur potiſſimum culcitræ repletæ plumulis & nonnunquam alia lectorum ornamenta, vidiſſes cervicalia, pulvillos, pulvinaria tam vili vænire pretio, ut mirari non ſufficeres. Singula quæ in urbe offendi poterant exercitui diripienda concedebantur. Civitatem autem ſolo æquare Albertus conſtituit, verumtamen non implevit qund cogitaverat. Unde à milite Palatini comitis iterum capta eſt: nam in eâ non dimiſerat qui defendereut. Albertus autem ſemotis caſtris recedere inſtituerat, ubi inter eundum nonnihil inſidiarum perpeſſus eſt: ſiquidem qui pabulabantur in manus latronum inciderunt, nec parvâ manu pabulatum ire tutum erat. *Pars prima finit.*

Dux itaque Albertus ubi Landaw cepit, caſtra removit ac recto itinere Landshuet venit: putabant nonnulli eum Dingolfing invaſurum, ſed neſcio quis diſſuaſerit. Nam per Altorf ad Moſpurckh devênit, ubi profectò caſtra metatus eſt, non tamen in itinere tutus fuit. Siquidem multa à latronibus incommoda patiebatur, ubi propè Landshuet iter fecit: ita ſe habebat, ut tam ex civitate quam caſtro videri poſſet, quod non parum Rhudberto diſplicuit. Verumtamen ne prorſus absque damno eſſet, Rudbertus militem in eum miſit. Mille milites equitatus habuit, duo millia peditatus. Nonnulli tamen minorem numerum militum fuiſſe tradunt, utcunque eſt: equitatus præceſſit, peditatus ſubſecutus eſt, nec tamen Bombardis caruit peditatus, imo tam tormentis quam armis onuſtus fuit: nec tamen palam in hoſtem irruit, ſed ſeſe ſub quâdam orbitâ abſcondit. Hæc inter Altorf & Seildental eſſe dicitur. Ariete autem locato pro Bombardarum globis jaciendis, Ducis præſtolabantur adventum. Fit deinde pugna, & miles militem provocabat, ubi autem ſuperiores facti ſunt qui Alberto ſavebant, illi ex inſidiis prodierunt: miſſis ergò tormentis multi ſauciabantur, ita ut etiam terga dare cogerentur. Nec quieſcebat miles Rudberti, donec qui Alberti partes tuebantur ad caſtra confugerent: dirigebantur autem globi non ab peditatu modo, ſed etiam è caſtro: unde multi deſiderati ſunt. Albertus verò receſſit & inter Moſpurckh & Iſareckh caſtra locavit: verumtamen ne à latronibus impeteretur, tam Altorf quam alias villas igni tradidit. Albertus tamen aliquantis diebus cum exercitu in eis locis moram traxit. Cui res multæ tum è Pataviâ tum ex aliis civitatibus miniſtrabantur; nec latrocinia dimittebantur, nam ubique excurſiones fiebant. Pabula & vitæ neceſſaria non niſi magnâ manu quæri oportebat. Siquidem alias ſingula auferebantur. Rudbertus Dux cum electo equite caſtra Alberti adiit: quod provocandi Ducis gratiâ ſactum crediderim. Verumtamen nemo ex caſtris obviam prodiit, unde factum eſt ut inglorius rediret. Deinde nuntiabatur Boëmos provinciam Marchionis Brandenburgenſis invaſiſſe. Succurrendum itaque erat, unde totus exercitus In eas partes miſſus eſt. Quid autem expediverit poſterius dicemus. Interea Abbas cellæ Principum tertiam partem pecuniarum, quæ Hohenſtat acquiſiverat, extorquere viſus eſt. Tum ruſtici nonnihil reſtiterunt, ita ut etiam Leonardum vi pellerent, quod cum Abbati nuntiatum eſſet militem pro tuendis rebus Eccleſiæ miſit. Deinde concordia inter Abbatem & ruſticos per Joannem de Aichberg compoſita eſt. Verum Wintzerer, qui nuper ex Auſtria venerat prædari ruſticos ſolebat. Invaſit autem eos potiſſimum qui non longè à Burgkhauſen domns habebant. His non ſolum armenta & greges, ſed & alias fortunas abſtulit. Singula Braunaw deducebat. Non deſuerunt qui ea pecuniâ emerent; è quibus unus cum his pecoribus, quæ emerat, Scherdingam venit: Verumtamen Scherdingenſes miſerti pauperum ea intromittere noluerunt. Is timens hinc inde vagebatur: nonnulli deos urabant ut ſpoliaretur. Verumtamen Georgius de Fraunburg acceptis & juvencis & vitulis diſceſſionem ei non negavit, & impetravit. Permoti his qui in Burgkhauſen militabant excurſiones facere meditabantur. Nam propè mænia Brawnaw quinquaginta boves ceperunt, ac ad Burckhauſen deduxerunt, & cum iter facerent, Mauerkirehen forum in ſuam redegerunt poteſtatem: deinde miſerunt legationem ad Tannberger, ut eis aut caſtrum, quod Waſen vocant, traderet, aut dextrâ ſe ſuáque tutaretur. Verum quia is Pataviæ erat, qui illud cuſtodiebant ad eum miſerunt, tum is Scherding ad eos qui regimini præerant acceſſit, conſuluitque quid cum caſtro agendum foret, qui reſpondiſſe narrantur, ut liberet. Quæ reſponſio nonnihil ei diſplicuit, verumtamen valedicens receſſit: utrun autem caſtrum rtadiderit, aut non, non mihi conſtat, exiſtimo tamen quod rtadiderit: nam alia omnia parent. Tentaverant etiam qui Rhudberto militabant Ricd invadere: verumtamen non ſatis copiis fidebant. Unde Burckhauſen redire ſtatuerunt. Villas tamen nonnullas populati ſunt. Interea qui regimini præerant Scherdingæ: viam militi ſiniſtro præcludere volebant, unde & milites & ruſtici in unum coacti ſunt, nam & proficuum reipublicæ credebant,

ſi

ſi ruſticos in Khucheiberg diſpergerent, ſiquidem ſeptingentos in eo monte ſuiſſe tradunt, ordinatis itaque aciebus profecti ſunt; verumtamen ubi parum proceſſerunt, neſcio timore ne an ignavia reverſi ſunt. Dicebat primo Wintzerer homo ſceleſtiſſimus eos facile occupatum iri poſſe. Hoc tempore etiam Landshutæ tumultus excitatus eſt; nam inter milites quos ſervos vocant & inter Boëmos perpetuum ſolet eſſe odium. Hoc Bacchi inſolentia excitaverat, nam is iræ & ſuroris facile Princeps eſſe videtur. Trahit is ex Jove & Semele originem. Ita Poëtæ mentiuntur: tres nonnulli Bacchos ſuiſſe fabulantur: ego plus Ovidium ſequor, hunc etiam inventorem vini tradunt, & in curru ſedere ſolitum, qui à Tigribus & Lyncibus traheretur: cornua ei attribuunt & virgineum caput, coronatum verò hedera & Thyrſis, manu geſtare botryonem, qui his ſignificetur Sextus dicat Pompejus: nam rectè in curru ſedentem Tygres & Lynces trahunt, quia ſpeciem tentatoris teneat propter ſeritatem, undique enim ab ipſo trahimur, & ad potum continuo ſtimulo incitamur: unde profecto fraus, dolus, ira, odium & omne malum oritur. Ita ſcribit Statius.

Et jam pampineos materna ad mœnia currus
Promovet effræne, dextrâ leváque ſequuntur
Lynces & uda mero lambunt retinacula tygres
Poſt exſultantes ſpolia armentaria portant
Seminecésque lupos, ſciſſásque mimallones urſas
Nec Comitatus iners: illic ſunt ira furórq;
Et metus, & virtus & nunquam ſobrius ardor.

Cætera tute rimare. Quid enim efficiat nimia vini immoderatáque potatio ſatis in propatulo eſt: nam ut moderatus vini uſus ingenium acuit ita immoderatus evacuat. Nimio uſu truces, moderato hilares fieri Pompejus ſcribit. Ad eundem ſenſum ita ſcribit ſapiens: exſultatio animæ & corporis vinum moderatè potatum. Siquidem ut cuncta complectar nimio vino virtutes omnes à nobis ſecludimus: continentiam in impudicitiam convertimus: ita ut rectè de ſpumâ maris gigni venus credatur: nec otiosè ſe ingerit calor qui adeo venas occupare ſolet, ut non niſi coitum deſideres, nihil ita & iram & furorem ſtimulare, quaſi hæc duo currum comitentur inertem. Singula hæc in primo calamitatum oſtendit Baptiſta homo doctiſſimus

Mixta Choris juvenum venus illecebroſa repugnat
Virginibus ſacris: morésque irridet honeſtos
It veneri bromius Comes, & ſilenus, & ipſe
Caſtra mimalloniæ vino redolentia Bacchæ
Atque Dionæos furtim per tecta liquores
Jam ſine pampineis Thyris & Lyncibus Evan
Mittit, & occultos accendit in ædibus ignes.

Rectè ſapiens: vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes: & alibi: luxurioſa res vinum & tumultuoſa ebrietas, qui his delectatur non erit ſapiens. Siquidem hæc vitia nonnunquam miſeras atque ignavas mentes, ita exagitant, ut quaſi amentes videantur: nihil cæleſte, nihil ſanctum ab eorum procedit ore. Tota vita in vanis ludis ac immundis blaſphemiis expenditur, non curantur Eccleſiæ, non ſacerdotes, cuncta quæ ſobrietatem ſuadent & pudicitiam oneri ſunt & inertiæ tribuuntur: ita militum animos non ſolum frangi ſed etiam enervari manifeſtum eſt. Ita lites inter eos & homicidia excitantur, quod ut in exercitu Alberti ita etiam Rhudberti contigiſſe narratur. Nec etiam Schardingenſes hâc peſte caruerunt. Siquidem plures in eâ urbe trucidati ſunt. Verumtamen hoc vel maximè ad memoriam hominum deducere mens eſt, quod Landshutæ evenit. Nam quidam caupo vini cujusdam vas non ignobilis abſconditum habuerat. Chara enim erant omnia, nihil prorſus quod aut cybo aut potui conducebat, admittebatur. Vina viginti quatuor nummis vendebantur. Capo, rarior inventu, nihil aderat ſumentorum, ita ſingula loca cuſtodiebantur; greges jam abſumpti erant. Nihil panè vilius. Siquidem frumentum multum ex caſtris adduxerant: vas autem vini quod abſconderat caupo aperuit ac publicè vendidit. Unde & ſervi & Boëmi paſſim vini emendi gratiâ aderant: & cum diutius Bromii operibus uſi eſſent, etiam furorem imitati ſunt; nam tanta inter eos contentio orta eſt, quanta nunquam audita erat. Inde cædes & homicidia ſecuta. Siquidem cum diu contentionibus operam dediſſent, etiam gladios exemerunt. Verumtamen ſervi ſuperiores facti novem ex Boëmis peremerunt, cæteris fugâ ſalutem quærentibus. Corpora in alios milites projecta ſunt, fit obinde concurſus, Dux ipſe magnâ militum manu ſtipatus ad locum tetendit pacis componendæ gratia. Tum Boëmi, qui Monaſterio Seildentali præerant, properè in civitatem intrare conati ſunt, quorum cum nonnulli intraſſent, cæteri prohibiti ſunt, verebatur etenim Dux, quod ſi intromitterentur magnus tumultus fieret. Pugnatum eſt tamen ab eis qui irruperant. Verumtamen & nox diremit pugnam & providentia Ducis. Poſterâ die auctores ſceleris civitate ejecti ſunt, horum ducentos fuiſſe tradunt. Cum autem Albertus caſtra locáſſet: Rudbertus cum electo milite ad ea pervenit. Verumtamen nemo è caſtris ad certamen prodiit; Quæ cauſa extiterit, non ſatis conſtat. Credo tamen & militem & equites cauſam præbuiſſe, ille quidem ne perimeretur, hi quia non aderant. Siquidem Albertus Equeſtrem militem in civitatem ſecum duxerat. Interea res lamentabilis contigit, nam ut prius fortunas monaſteriis miles abſtulit, ita jam etiam perſonas invadere auſus eſt. Siquidem Abbatem ad S. Vitum propè novum forum usque ad effuſionem ſanguinis cecidit. Is námque ad Piburgkh venerat animo Landshut eundi.

Tum

Tum miles, cui dextera ſemper rapinæ avida eſt, Monaſterium populari auſus eſt, ac ubi pecunias ac vina cepit, ad Abbatem contmuò venit, quem cum in Biburgkh offendiſſet, capere tentavit, quod cum perſenſiſſet Abbas in ſacram Eccleſiæ ædem confugit, tum miles eum inſecutus, ac captivum ſecum duxit, ubi quanta mala perpeſſus ſit, ipſe novit. Nam ille pecunias, ille ſortunas extorſit. Siquidem dicebat quod nonnihil pecuniatum haberet, has volebat exhiberi. Ille nihil reſpondit, niſi ut ſratres adiret. Nihil moratus miles ita faciem & ora plagis cecidit, ut ſanguis tum ex ore tum ex naribus largiter efflueret ac pavimentum irrigaret. At cum ad Landshutam veniſſent, accuſaverunt eum quod ſingula quæ haberet ſecum tuliſſet, ac fugere tentaret. Verum non ſolum ex negatiooe ſed etiam reipſa accuſatio falſa fuiſſe deprehenſa eſt. Unde Dux eum ad Monaſterium remiſit, ac omnia, quæ abſtulerant, teſtituit. Verumtamen pecunia quædam intet milites diviſa fuerat, hanc reſtiruere non poterat, qui tanti mali auctot fuetat, capire truncatus eſt. Landaw civitas iterum ab inimicis habitari cœpta eſt. Qui ex eâ excurſiones facientes nonnihil finitimos vexant; Siquidem Geotgio de Fraunburg minantut & nonnullis aliis, nihiltamen adhuc attentárunt. Verum Albertus Dux locum mutare conſtituerat, ac ad alia loca ſecedere. Dicebant autem eum Neunbutgam civitatem obſeſſurum, quod Bohemi prohibuiſſe narrantur. Nam hi regiones Matchionis intraverant, ac noonulla loca occupavetant. Unde ſuccurrendum ratus Albertus, copias Marchionibus tradidit ac vix tria millia virorum ſecum tetinuit: interea ducenti milites Scherdingam venerunt adeo ſectete ut ne ſentiri quidem potuiſſent: verumtamen tubicina eorum adventum civibus indicavit, quos cum Scherdingenſes interrogaſſent cut veniſſent? reſponderunt ſe causâ pecuniæ expendendæ adveniſſe. Plurimi alia confinxerunt motl his Schatdingenſes intromittete voluerunt, qui quum in ſabulo ſpatiatum irent ac meditarentut Monaſterium noſtrum adire, Bombardis tum ex utbe tum ex Neuhaus impetiti Sultzpach petiverunt. Comitatum non incrtem habuerunt, ſiquidem multæ mulieres illos ſequebantur & Lixæ. Hæ tum noctu, tum interdiu exercitui neceſſaria miniſtrare ſolitæ ſunt. Interdiu veſtes, noctu corpora lavant. Caſtitas Romanorum noſtras acies execraretur. Siquidem ubi acies venereæ non ſunt, ibl infitma caſtra exiſtimantur. Infirmus miles noctem cum amicâ ducit inſomnem, ut fortiot hoſtem aggrediatur. Non enervat vires venus, ut Virgilius mentitur, ſed roborat. Sed quid de ſemellis ſub Ironiâ ſcripſerim, cùm Chtiſto Reverentia habeatur nulla: ſiquidem Sactamentum ejus conculcare ſolent. Quamdam capſulam effuſis in Terram reliquiis furati ſunt. Sacrilegia alia quis numerare poteſt: nulla matronis, nulla virginibos teverentia exhibita eſt. Vagati ſunt paſſim & hinc matronas inde virgines oppreſſerunt. Tantum nefas execrati fuiſſent Romani: Nam & in Deos & in veſtales virgines nihil impietatis commiſerunt. Quid inceſtuoſo juveni, qui Lucretiæ vim intuletat, contigerit, ſatis in propatulo eſt. Imo nonnulli Reges procul ab exercitu Romanorum mulieres propulerunt. Sciebant Sapientiſſimi homines uſu venereo juvenrutis animos effoeminari. Ubi autem Sultzpach venerunt legationem Schardingam miſerunt, ac ut intromitterentur ſupplicaverunt. Tum Scherdingenſes conſenſerunt. Spoliaverant autem Colonos in Sultzbach non ſolum gallinis & ſagimine ſed etiam opſoniis. Verumtamen Scherdingenſes eos ad Braunaw mittere decreverant. Nam non multo milire, ſed bono opus ſe habere arbitrabantur. Quãto enim quis milite habundat tanto plus enim neceſſe eſt pecunias cumulet. Sed nec multo milite urbs conſervatur ſed bono & ſollicito: Multitudo & diſſenſiones parit & famem, quid enim plus nocuit Hietoſolymitanæ utbi quam multitudo? ſiquidem inter factioſos continua diſſenſio erat; at nec ſames inanis fuit: nam mulier una etiam coctum filium comediſſe fertur, multos hæc rum ex primotibus tum ex humilioribus conſumpſit. Verum quid diſſenſio operata ſit, ſatis perſpieuum eſt: hæc enim prudentiſſimum quemque necavit, hæc ſapientiſſimom quemque inimicum Reipublicæ judicavit. Senſit hoc Amanus, ſenſerunt & Idumæi, nec tamen Metropoli ſuccurrere poterant. Lege Joſephum: miles autem ubi ad Btaunaw ire tentavit, vix latrones declinavit, nam ſi paulum proceſſiſſet, extemplo in inſidias incidiſſet. Unus tamen ex eis à Ruſticis occiſus interiit. Ubi incolumes Schetdingam venerunt per aliam viam Brawnaw adierunt. Interea nonnulli ex Boëmis auxilio Duci Rhudberto venire conſtituerant: quæ res dum Strawbingen nunciata foret pet ruſticos, præfectus acceptis XXXII. Equitibus & parvo peditatu obviam ire tentavit. Ad augendum verò militem etiam ruſticos ad iret impulit. Impetu autem facto in Boëmos, eos fudit fugavitque. Tradunt & in conflictu & fugâ quinquaginta periiſſe, cæteros diſperſos; nonnulli ſunt capti, ex præſidis militibus unus occiſus eſt, duo vulnerati, qui in Vilshoven delati ſunt recuperandæ valetudinis gratia. Dominantur autem adeo milites qui ſunt in Scherdingen, ut etiam noctu urbem egrediantur, villas omnes populantur; nulla pauperi ſecuritas. Interdiu noctúque in excubiis ſunt. Si ſe ſuaque tutari contendunt, malefaciont: ſin minus, fortunis ſpoliantur. Quis tantum conatum ioſringere potèrit, nemo pauperibus pauperiot eſt. Sed quis etiam urbes ſelices dixetit? nam ut inter ruſticos felix nemo, ita & inter cives. Sileo alias prædationes quæ vel in rebus vel fortunis fiunt. Nam hæ tanto tolerabiliores ſunt, qoanto minus ſanguini appropinquant. Quis crediderit matronas & puellas vim effugere?

Tu-

Tumeſcentes uteri corruptionem indicant : ionumera committuntur adulteria, infinita ſtupra ; quæ caſtior eſt in venerem non vi modo, ſed ſtricto enſe cogitur, multi concumbere nitentibus adjumento ſunt, verumtamen quid tactus, quid oſcula, quid blanda verbula, quid crebræ pugnæ tam in lecto quam alias operentur ſatis in propatulo eſt. Vidi ego quendam de quo dicebatur, quod etiam Telum pararus ad pugnam genubus appoſuerit. Nimirum ſum impudens ſed cogit immanitas ſceleris, nec etiam Bacchus deeſſe ſoler. Siquidem ubi ſenſerit ſe deſpici moechus adhibet Bronchum, adhibet prerioſam cererem, ptomittit pretioſarum retum irritamenta, ut conſenrias ſæpius ſollicitat. Hæc ubi madefacta Deo & igne accenditur & verecundam fronrem deponit, paulatimque cedit, & lubens jam cruciamina ſuſtinet. Quid deinde ſequatur non facile dixerim. Vix enim ſine turpi imo inceſtuoſo facinore elabi ctediderim. Occultum verò ignem nutriens ſacile incendio conſumitur. O neſanda tempora! cut non citò labimur? eur non actutum præterire vultis. Vetumtamen ſcimus hoc contingere propter peccata noſtra : non tamen poenitentiæ lamenta ſuſcipimus : non placamus iram æterni judicis : peccavimus cum patribus noſtris, injuſtè egimus, iniquitatem fecimus, cur non ad inventricem gratiæ accedimus, cujus hodie vigiliam aſſumptionis celebramus; cur eam non deprecamur, ut ipſa pro nobis intercedar. Interea milites Comitis Palatini excurſiones multas faciebant : caſtra nonoulla deficientibus defenſoribus in ſuam redegerunt poteſtatem. Ex quibus unum fuit quod Julpach (h) vocant, adeo munitum ut vix ad illud accedere poſſis. Nam rupes undique circumdar & viam intercludit. Nullum tormentum illi poreſt eſſe terrori. Quod cum cœpiſſenr, & jam Brawnaw expugnâſſent, ſolo æquavete, nam non ſolum tecta, verum etiam muros depoſuerunt. Nihil in eo remanſir quod viſum offenderet, ſic & aliis facere ſtatuerunt, ftumenrum omne quod in Ftidburg invenetunt Burckhauſen tranſtulerunt : ptimus Albanus Cloſner tutabarur, alterum quidam alius : qui tamen antequam obſiderentut Pataviam fugerunt, quod illis nonnihil ſolet eſſe detrimento. Nam putant quod potuiſſent reſiſtere ſi voluiſſenr, & potiſſimum caſtrum Julbach relinquens non parùm peccâſſe exiſtimatur cum ſit munitiſſimum. Hoc aſſerunt aliqui, nonnulli debile putant. In monaſterium Rhamshoven ſubſidia miſſa ſunt ex Braunaw, qui monaſterium aliquamdiu tutati ſunt. Verum miles Comitis Palatini irruptione factâ interfecit ſex, cætetos abduxit. Miſſus eſt alius cum ſubſidio, ſed propetè rediit, unde ſuadebant ut muri ſrangerenrur, verumtamen conſilium hoc eſt omiſſum.

Prologus in Librum Quartum.

NOn poſſum, lector, non admirari cur tanta calamitas, tanta pauperum & pupillorum oppreſſio Regi non ſit cordi; non enim inimici ſolum ſed & amici deprædantut, poterar is extremæ neceſſitati ſuccurrere, ſi maluiſſet. Verumtamen quoniam & Dux Rhudbertus & conjunx ejus mortem obierint & ſpititum in tenues emiſerinr auras, res multo infeliciorem nanciſcitur originem. Vagantur enim hinc inde tum milites Comitis Palatioi, tum noſtri ; ac aut bonis omnibus privant, aut abducunt; non eſt tutus quiſpiam etiam ſi latuerit, extrahuntur è latibulis & jam ad pecunias dandas coguntur, jam manicis & compedibus vinciuntur. Multi fortunas omnes tradunt, ur ſaltem vitam redimant.

Tradunt non tantam calamitatem fuiſſe in Auſtria, etiamſi totum tempus belli numeres, quantum paucis diebus Bavaria perpeſſa eſt. Age Rex Maximiliane jam ſuccurre, jam miſerere pauperum & pupillorum & eos à tantis malis eripe, ut & tibi longa ſila & æternas ſedes deprecari poſſint. Age ſuccurre jam laboranti Bavariæ, ac inimicos ſuos à finibus ejus arce, non te venatui trade, non otio, reliquias tuere. Memorare quantus fructus tam tibi quam tuis exinde creicet.

Liber Quartus.

RUdbertum Ducem ex hoc ſeculo migrâſſe diu creditum non eſt ; nam ſuſpicabamur id confictum, ut animi multitudinis ſollicitarentur. Vera randem fama mihi ex litteris innotuit, ſiquidem ſctibebant Duces copiarum, ut deditionem facerem & dextras fidelitatis offerrem. Scribebant non obſtare quod Dux Rhudbertus mortem nbiſſet. Mortuus eſt autem 26. Auguſti anno 1504. cujus rei materiam ideo ad hunc locum diſtuli, ne ſuperiora perrumperem. Quâ autem morte vitam finierit non ſatis conſtat. Multi eum veneno periſſe autumant, multi diſenteriâ. Verumtamen qui magis veritati appropinquant, diſenteriâ ei cauſam mortis præbuiſſe tradunt. Non defuit qui etiam nonnullos capitali ſententiâ affectos dicant, quod venenum apud eos invenrum ſit ; utcunque tamen eſt : Mortuus eſt. Homo ſanè magnanimus, ac multæ probitatis. Laudis tamen eum cupidum fuiſſe produnt. Liberaliſſimus habitus eſt, adeò ut pecunias quaſi contemneret, nihil in conducendo milite

(h) Uttendorf ſcriptum fuerat, ſed poſtea deletum in autographo.

pecuniarum retinuit. Tales eum aureos nummos Boëmis miſiſſe tradunt, quales vix viſi ſint. Sæpius cum Alberto dimicare volebat, ſed par copiis non erat. Facilis erat ad itam, faciliter placabatur. Non poſſum ſingulas hujus Ducis virtutes percurrere, ſiquidem ſolo viſu intuentium animos in ſe convertebat, diligebatur ab omnibus, & à ruſticis potiſſimum, nec tamen nobilitas ab eo mentem avertebat, niſi quantum proſcriptio compellebat; rebus enim ſpoliati & armis timebat. Quamvis autem omni probitate conſpicuus fuerit, unà tamen te mihi non placuit, quod neptem in conjugium acceperit. Verumtamen diſpenſationem habuiſſe traditur, quæ utrum juſta fuerit aut non, ipſe viderit. Tres ex eâ (ut ſuperius ſcripſimus) ſuſcepit filios, quorum unus ex hâc luce ſubtractus refertur, duobus ſuperſtitibus. Primus nomen habet Otto Hainricus, alter, Philippus. Illo námque ſic mortuo Duces copiarum non quieverunt, nam tum ex Burckhauſn, tum ex Landshuet moventes, Brawnaw obſidere ſtatuerunt; Quametſi (ut ſupra retulimus) aliàs obſederint, non tamen adeo actiter, nam tum recedere coacti ſunt. At poſtquam copias coadunaverunt ex utrâque parte Æni obſeſſa eſt. Tradunt Duces habuiſſe, quatuor millia militum, Bombardas omnes cum tormentis pro mutis quatiendis locaverunt. Obſeſſa autem eſt XVII. kalend. Septembris. Hanc in bello quodam conditam fuiſſe tradunt, nam cum ſingula loca popularentur quidam inimicos timentes eam ædificare cœperunt. Cum vero erecta fuiſſet, ditiores è villâ ruſtici in cives aſſumpti ſunt: ubi nunc turris eſt, caſtrum fuiſſe tradit antiquitas, muralibus ſepta eſt parietibus, vallos habet & foſſam. Caſtrum tradunt in eâ eſſe nullum, propugnacula infirmiora, addunt; cæteris urbibus non æqualia. Cives omnes fidelitate præſtant; nam vix fidem frangunt, niſi compellantur. Ænus hanc eâ parte alluit quâ occidentem aſpicit. Non vidi ego illam. Habet eo in loco pontem ligneum, quem jam igne conſumptum tradunt. Ubi illam ſol meridianus aſpicit nemus videtur adeo lætum & jucundum, ut ducibus nonnihil voluptati ſit. Cervi, hinnuli, capreoli in eo, & cæteræ id genus feræ nutriuntur, ut quaſi armenta paſſim hinc inde vagentur, ſata depaſcunt omnia, adeo ut plurimum ruſtici conquerantur. Inſuper, quod mirum dictu eſt, adeo manſueſcunt, ut hominem non timeant. Mortuo Georgio Duce ruſtici de his ſe vindicare niſi ſunt, nam plurimas occidentes Brawnawenſibus vendiderunt. Non deſunt & piſcinæ & vinaria, multo ac delicato piſce abundantia; in his ſalmones, trutæ, murenæ & timalli aluntur; abundant & capitonibus. Nihil deeſt quod ad voluptatem ſummam ſpectat. In eis locis Georgius Dux ſæpius viſus eſt. Non enim difficilis ex Burckhauſen ad ea deſcenſus eſſe traditur. Habuit autem in pilento concubinas quas uxori prætulerat; has ſecum ducere non verebatur. Ubi autem obſeſſa eſt, Bombardis muros quatere non ceſſaverunt. Bombardæ autem adeo magnæ aderant, ut ſonitus ad Monaſterium noſtrum usque audiretur. Continuis pulſationibus operam dederunt. Verumtamen qui in civitate erant, aggere muros muniverant, ut non facilis eſſet irruptio. Vina autem pro tuendâ civitate Brawnawenſi per aquam ducebantur: hæc in duabus navibus vehebantur. Wierting pervenerant nautæ cum miles Comitis Palatini aderat, & captis navibus vina tum ad Burckhauſen, tum alia loca miſit. Hæc cum quidam nauta ab illis eripere conaretur, graviter cæſus eſt. Interea Scherdingenſes & ſubſidio eſſe Brawnawenſibus, & ruſticos qui aliam partem civitatis cuſtodiebant, pellere nitebantur. Miſerunt itaque qui ruſticos undique coadunarent, unde brevi non exiguus ruſticorum numerus aderat. Tradunt ex Scherdingenſi Dominio, mille quingentos advenìſſe, qui omnes congregati urbem intrare recuſaverunt; nec immeritò quidem, non enim conſtabat ad quem locum mittendi eſſent. Verum ubi intellexerunt quod ad pugnam ineundam vocati eſſent, reſtiterunt. Dicebant enim, quod haberent, quibus ſtipendia largirentur, hos mitterent; ſe non idoneos ad pugnã, unde profectio intermiſſa eſt, cujus vel potiſſimam crediderim cauſam, quia nuntiabatur quod Duces copiarum exercitũ auxerint. Deinde excurſione factâ miles Palatinus Toblhaym ſpoliavit ac cuncta, quæ habebat, abſtulit. Minatus etiã eſt ſe caſtrum incendio traditurum, niſi dextras fidelitatis dediſſet. Sic etiam minabantur ſe valli, quæ rubeo fluvio adjacet, facturos: nobilitati potiſſimum. Cum autem Brawnaw diu obſidionem pateretur, nec ſubſidia mitterentur, de tradendâ urbe cogitavérunt; nam ab ictibus Bombardarum & Mortariorum nemo tutus erat. Graviter his tormentis affligebantur. Ad tradendam autem urbem etiam Comes de Helfenſtain animatus erat. Siquidem & ipſe non parvo fuit in timore. Itaque inſciis militibus urbem tradiderunt VI. kal. Septembris anno Domini 1504. captâ ſic civitate, qui in eâ remanere nollent liberè abire permiſſi ſunt. Unde nonnulli cives, qui fideliores Alberto fuere, Pataviam adierunt; militi autem ab armis diſcedere juſſum. Equitatui quidem Menſis, peditatui quatuordecim dies injuncti ſunt. Ita equitatus Scherdingam, peditatus ad monaſterium noſtrum Formbacenſe migravit. Nam peditatum Scherdingenſes intromittere noluerant, quod nonnihil diſplicuit militibus, nam ſe fideliores fuiſſe equitatu dicebant; traditam urbem illis inſciis. Verumtamen cum ad Monaſterium noſtrum veniſſent, multa incommoda perpetrarunt: vinum cauponi non ſolvebant, quæ ad cibum attinebant, auferebant. Mane tamen cum deficerent victualia Pataviam delati ſunt. Comes autem de Helfenſtain cum equitatu in ſuam regionem receſſit. Verum qui Brawnaw cœperant, murum reparare inſtituerunt; inſuper ne aliquid nocu-

nocumenti adeſſet, quædam caſtra funditus deſtruere conati ſunt, ut ſuperius retuli, (1) primum Julbach (i) deinde Frawnſtein, ubi tamen adhuc ſolummodo tectum abjecerunt. Interea Comes Joannes cum ſexcentis militibus Landshut venit, ac cuncta, quæ extra civitatem erant, aut populatus eſt, aut incendio tradidit: quod ubi duciſſa comperit, continuò ad Duces copiarum miſit, ut ab obſidione Brawnaw diſcederent ac laboranti Landshutæ opem ferrent, unde exiſtimant Brawnaw non fuiſſe captam, ſi tribus horis obſidionem tuliſſet. Fructus autem omnes cum arboribus & vineis Comes Joannes conculcavit; verumtamen actutum receſſit. In Ried miles Palatinus quadringentos nummos aureos pro deditione ſuſcepit. Quos tali conditione oppidani reddiderant, ne bonis & fortunis ſpoliarentur; tum irati Scherdingenſes protinus in eos militem miſerunt, qui popularetur. At ſupplices oppidani vix datis munuſculis impetrârunt, ut ſimilem pecuniam acciperent. Multæ deinde excurſiones tum è Brawnaw, tum Pfarkirchen factæ ſunt, adeo ut iñumeri pauperes ſpoliarentur. Nam poſt obirum Heliſabeth duciſſæ miles liberior non ſolum ruſticos, ſed etiam Eccleſias invaſit. Mortua autem aſſeritur ſeptimo decimo Septembris; mulier ſanè egregia, ac nonnihil cordata, quæ adeo inimicitiæ livore in Albertum exarſit ut quaſi fremeret. Quo autem morbo interierit oon conſtat. Tradunt eam ex teſtamento Regem reliquiſſe tutorem filii ſui ſuperſtitis, qui etiam eum (ut ajunt) habere voluit. Verumtamen miles Huttelaw primum, deinde Charphaym ſpoliavit: nec tamen in hoc contentus quoſdam ruſticos abduxit, ac pecunias ab eis exegit, quorum multi adhuc in cuſtodiis ſunt, multis cuſtodia relaxata. Nihil his qui in cuſtodiis ſunt alimenti darur, nihil potûs; miſerabile dictu vix ad quieſcendum paleæ conceduntur. Eorum autem quadraginta quinque fuiſſe tradunt. His octingenta talenta impoſita. Horum nonnulli vix quotidianum victum habent, nam inter eos & Heſchl fuit, cui viginti talenta ſunt impoſita. Plurima jumenta vel pecora abduxerunt latrones. Adeò ut ex Eholſing, Lietkhing & Aſenhaim quindecim equos abegerunt. Nonnullas etiam villas bonis ſpoliaverunt omnibus. Nonnullas igni tradiderunt: multis pecunias impoſuerunt ut ab igne illæſæ eſſent. Nemo domi remanere audet, qui ære abundat. Nam ia præcipuè inſidias patitur. Unde non ſolum civitates ſed etiam ſylvas adire compelluntur, qui delati ſunt. Fortunas omnes relinquunt ut ſola corpora ſalventur. In Enngertzhaym foribus effractis Eccleſiam intraverunt. Verumtamen Eccleſiæ nihil abſtulerunt, ſed quæ ruſtici ad eam comportaverant noctu quandam domum, quæ ad Reidmayr attinebat, intrare niſi ſunt. Verumtamen obſeratam invenerunt. Unde ne tumultus fieret, unus arborem aſcendit, ac mala excuſſit. Tum ancilla quædam hero indicavit. Qui arrepto gladio & camiſiâ egreditur, hanc temeritatem ulturus. Tum mirum dictu qui pro foribus aſtiterant, rapiunt miſerum ac ſecum ducunt. Multa alia contigerunt quæ magnâ indigerent papyro ſi ſcribere mallem. Verumtamen lector poterit ex his alia rimari. Interea qui in Scherding militabant irritandorum latronum gratiâ Altheim ſpoliaot, ac omnia quæ in eo ſoro offeodunt, auferunt; nihil prorsùs relinquunt, & ne litteras quidem. Miſerabile dictu, ipſos etiam eives, qui potentiores habebantur, abducunt, ac pecunias pro redemptione extorquent. Sed nec in hoc contenti fuerunt: omnia quæ portare non poterant, comminuerunt. Litteris ſigilla confregerunt. Tanta fuit pecorum multitudo ut vix numerari poſſet. Nolunt ut homagium faciamus, ac nos noſtráque redimamus qui rutari deberent, eósque populantur qui facere contendunt. Unde miſeri ubique ſumus, ac (ut ita dixerim) miſeris miſeriores.' Faxit divinitas quo pax fiat, oam alias actum arbitror de totâ Bavaria. Verumtamen quicquid in inferiori contingit, ſuperiori comparari non poteſt. Nam illic adeo igois dominatus eſt, ut nihil prorſus intactum reliquerit. Nobilitas rebus ſpoliata eſt & fortunis omnibus. Monaſteriorum bona vel populata vel incenſa. Proh! cur vivimus, videntes tantam calamitatem? Interea magna cædes inter Boëmos facta eſt, nam quom per Regensburgenſem agrum ad Sultzpach iter facere contendiſſent, ac caſtra locare, à Rege ſunt intercepti. Ubi etenim audivit Rex conatum eorum, prævenire curavit, & quum in morâ periculum videbat, maturandum ratus, ne caſtra foſsâ & vallo munirent. Itaque utcunque copiia congregatis ad locum venit, ac ad certamen Boëmos provocavit. Non aderat rum equitatus inter Boëmos, ſed parum proceſſerat, habebant autem peditatum electum, qui tamen quaruor millia militum non excedebat: verum Rex quingentis militibus numerum ſuperabat. Ubi autem certamen inirum eſt Rex militem ut viriliter ageret hortatus cum paucis in Boëmos irruit. Non enim expectavit quo cupiæ omnes adeſſent, unde actutum à Boëmis fuiſſet occiſus, niſi Dux Braunsvicenſis auxilio fuiſſet ac milites Boëmos averſiſſet. Hæc res etiam Georgium Schenck equitem auratum è medio ſuſtulit. Nam is cum fortiter pugnáſſet ex equo proous cecidit ac pondere armorum preſſus ſurgere non potuit: unde à milite Boëmo lanceâ in inguine percuſſua interiit: verumtamen extremum ſpiritum trahens, uxorem famulo commendavit. Cum autem copiæ omnes affuiſſent, magna cædes facta eſt, multis ex utrâque parte deſideratis. Rex adeò viriliter pugnavit, ut nonnihil laudis etiam apud inimicos conſecutus ſit. Nam multos traditur ſuâ manu peremiſſe. Unde etiam victoriam nactum ac Boëmos in fugam vertiſſe. Quos fugientes Regius miles inſecutus eſt,

Q 2 unde

(i) au Fulbach!

unde non pauci cæſi, multi capti ac Ratisbonam adducti ſunt, quos Rex acceptis dextris incolumes dimiſit. In eo certamine ex utrâque parte mille quingentos deſideratos tradunt, currus omnes cum equis Ratisbonam miles abduxit, quorum tantam ſuiſſe multirudinem autumant, ut vici omnes replerentur. Rex victoriâ potitus in Regensburgam conceſſit. Tradunt in eo certamine etiam Nurnbergenſes Regi opem tuliſſe, unde nonnihil cladis propè civitatem accepiſſe. Nam qui in novo foro Comiti Palatino militabant excurſionem fecêre, ac tredecim villas adeo deprædati ſunt, ut nihil in iis uſui relinquerent. Cuncta quæ invenire poterant abſtulerunt, ac tandem igni tradiderunt: qui adhuc civitatem tutabantur opem deſerre potuiſſent ſuis, ſi non timuiſſent inſidias Marchionis. Vetus námque odium vix ſedari poteſt. Miles autem prædâ onuſtus in urbem reverſus eſt. Multa contingunt quæ vix ſcribi digna ſunt. Latrociniis cuncta repleta ſunt, nemo tutus etiamſi moenia habeat. Nam caſtella partim vi, partim aſtu occupantur. Verum & ipſæ civitates magnas Calamitates patiuntur. Amicorum & inimicorum diſcretio eſt nulla, ſiquidem & cruces nonnunquam occultantur. Interea pagum in Reichersperg deprædatus eſt miles Palatiuus, qui & nonnullos abduxit & nonnullis bona abſtulit. Verumtamen à Monaſterio Bombardis prohibitus eſt. Res etiam miraculoſa contigit non longè à Patavia. Illa tamen à Scherdingenſe milite attentata eſt, non à Palatino, quamvis Palatinus ſit credirus. Siquidem Gaſſenreiter homo multâ pecuniâ abundans, Pataviam verſus è monaſterio S. Nicolai ibat. Quem cum reperiſſent latrones, vinctum ſecum in ſylvam duxerunt. Ubi dicebant præſtolari qui eum ducerent. Verumtamen præpoſitus ad S. Nicolaum miſſis ſervis illum è manibus eorum liberavit ac incolumem reduxit. Hujus captivitatis cauſam talem tradunt. Nam generum apud Wolfgangum Comitem Ortenbergium habuit, qui clanculo ad Palatini milites transfugit: hæc res cum diu ignorata eſſet, tandem in notitiam devenit. Unde exiſtimaverunt Gaſſenreiter delatorem atque iccircò dignum qui pœnas lueret, verum is moenia civitatis aliquamdiu tutamiuis cauſa habuit: nunc verò, quia multos habet qui ei adverſentur, ad Halls ſe contulit ubi adhuc degit; at ego aliam cauſam captivitatis crediderim; nam quia ære abundat & opibus, idcircò multis delator viſus eſt. Non deſunt hujus exempla. Nam ſimile etiam Boëtio contigit quamvis & doctiori & probiori. Minati ſunt iccirco Præpoſito, ac ſe illum ſpoliaturos dicebant; unde non parum timuit, adeo ut etiam res ſuas omnes & pecora ad Pataviam deſtinaverit. Verumtamen hactenus nihil adverſi contigit. Interea non ſolum Rex in congregando milite occupatus erat, ſed & Palatinus miles in munitionibus faciendis: nec tamen diu etiam ab excurſione quievit, ſed paulò poſt etiam caſtrum, quod ad S. Martinum vocitant, invaſit. Hoc ad Trenbeckh attinet, quod etſi uno impetu capere non potuerit, cum & tormentis & Bombardis propulſus eſſet, loca tamen quæ adjacent & villas populatus eſt, ac igne immiſſo ſolo usque æquavit. Qui ignis noctu ab excubitoribus viſus eſt. Tradunt ea loca amoena fuiſſe ac nonnihil jucunda. Cives ubique miſeram ſervitutem nanciſcuntur, adeo ut pauperior eis ſit nemo; miles námque dominatur eorum ac ut libet eis utitur; non ſolum vina ebibit, ſed eos ita opprimere conatur, ut civitates exire non liceat. Nec hoc inter Militem Palatinum utcúmque fit, ſed & noſtrum. Quid patiantur Sherdingenſes, quid Vilshoven non attinet dicere, ſiquidem ut de rebus taceam, & ancillas abducit & puellas, ac eis libidinoſâ procatione utirur; hoc tamen tolerabilius foret, ſi non & in uxores & filias malitia excreſceret: res auſeruntur, rebus ſpoliantur, fortunæ omnes diripiuntur, non tamen veneri parcitur

O Pater omnipotens rerum cui ſumma poteſtas
Contere mavortis divino ſulmine plebem,
Si modo cura hominum, cives tutare ruentes
Tu miſerare tuos inopes, Monachósque precantes.

Mentior ſi non è Patavia viderim ſingulas ancillas abductas. Cur hoc niſi ad opus venereum? venus undique bacchatur & cupido, nec domari ſolent. Qui primus prædam venatur, præſtantior cæteris habetur. Sed quæris an poſſit vænari puella ſine voluntate. Credo equidem fieri non poſſe. At multæ decipiuntur blanditiis & procationibus continuis. Rectè Prudentius: ſæpè inquit luduntur dolis; & alter: caſta eſt quam nemo rogavit. At modo maritus uxorem: mater filiam conſpicit inceſtuoſo opere deturpari. Verumtamen illam felicem dixerim quæ conſenſum non præbet, rara tamen avis eſt, & quæ inventu non ſit facilis.

Pars II. Libri IIII.

NOn poſſum non admirari tantam in rebus mutationem. Sed cur hæc fiat, tute rimare. Nonne in multis offendimus omnes? ſcriptum eſt, patres noſtri peccaverunt & non ſunt, & nos iniquitates eorum portavimus. Expecta parumper & majora videbis. Sileo Comitem de Sunnenberg, Comitem de Pöſing, Bernardum de Seyboltstorff, Wintzerer & nonnullos alios tum equites auratos tum ex Nobilitate captos & Landshuetam ductos: Sileo Monaſterii ad S. Salvatorem nocturnam irruptionem; ſolam captionem caſtri Ortenberg deſcribam: Hæc tum admirabilis, tum repentina ſuit, verumtamen ne priora oblivioni traduntur, paucis utemur:

ſiqui-

ſiquidem Comites & Nobilitas ad Vohburgkh accedere nitebantur, qui inter eundum forum quoddam, quod Gayſenhaim vocitant acceſſerunt, cibi accipiendi gratiâ, quod ubi perſenſerunt latrones Palatini, illis inſidias tendere ſtatuerunt. Acceptis itaque juſto equitatu & peditatu forum circumdederunt, adeo ut nemo effugere poſſet. At tandem intrantes illos offenderunt ac ſecum duxerunt; quibus tandem ad D. Martini feſtum diem ſtatuerunt. Verum ad S. Salvatorem nonnihil ſævitum eſt. Nam latrones Monachos omnes ejecerunt ac cum Sacramento ad agrum ſecedere fecerunt, impoſitis vero ducentis talentis receſſerunt. Hanc pecuniam contra incendium tradi exiſtimant. Hohenzel, Zel in Riedaw & Pirnpach igni tradita ſunt. Nunc ſupereſt ut ad Ortenberg revertamur. Mira ſanè res, ac multis ſæculis prædicanda. Ita enim aſtus valent ut nemo ſe rueri poſſit.

Idibus Octobris Palatini latrones forum quod propè caſtrum eſt intraverunt: quæ res ut prætorem Pegner latebat, nam & rubeas cruces & ornatum Ducis Alberti ſecum ferebant, nemo obinde eos inimicus ſuſpicabatur. Verumtamen hi clanculum caſtrum acceſſerunt; tum unus eorum ita præfectum allocutus eſt: Pegner, inquit, feſtinanter aperi caſtrum. Dominus enim propè eſt. Nominavit neminem: putaverat enim Pegner quia Bolſgangus Comes eſſet, qui reverteretur à populatione Vilshoven, unde & ſine morâ aperuit. Tum Torer primo, deinde Wills intravit, poſtremo cæteri ſecuti ſunt. Verumtamen Toret accepto Pegner crudeliter verberavit, ac vinctum pilenro impoſuit. Tradunt tamen eum evaſiſſe. Potiti caſtro latrones, ſingulos, quos invenerunt, ad dandas dextras compulerunt. Ajunt vix quatuor homines in eo fuiſſe, at qui ceperant vix ſedecim. Verum cum nihil diutius latere poſſit, actutum fama pervolat, ac Comites adit. Fit deinde clamor, fit gemitus, vox una Plangentium accedit. Nemo non dolet infortunium tam probi Comitis. Interea de obſidendo caſtro deſtinatur, ac de occidendis Invaſoribus. Mittuntur nuntii ad Scherding, mittuntur ad alia loca pro coadunando milite, nemo non curat auxilio eſſe Comiti. Habuerat & ſecum Bolſgangus Comes ducentos milites quos pro ſpoliando foro in Sparkirchen congregaverat. Nec interim & latrones ocioſi fuerunt. Sed omnia & ſingula loca ſcrutabantur, nonnulli muro, nonnulli rebus colligendis inhærebant. Multa bona invenerunt, quæ à vicinis hominibus impoſita fuerant. Fidebant enim tum in Comitis probitate, tum in caſtri munitione. At Bombardæ interim & milites adducebantur pro capiendo caſtro. Aderat optimus quisque & qui Comites diligebat. Mittebantur jacula in caſtrum & è caſtro, unde nonnulli etiam deſiderati ſunt. Tum noctu, cum caſtrum undique, qui in excubiis erant, circuirent, latrones clam è caſtro fugere conati, primo in decem locis pulverem jactaverunt, tum verò reliquerunt: ac quæ poterant ſecum aſportârunt, decimâ horâ noctis Hohentanner fumum vidit maximum quem etiam Comiti oſtendit, ac dixit actum eſſe de caſtro. Comes in lachrymas reſolutus eſt. Nec diu poſt ignis undique ſurrexit ac caſtrum adeo populatus eſt, ut nihil intactum reliquerit. Tres tamen Teſtudines unà cum Eccleſia ignis imperium evaſerunt. Poſterâ die caſtrum intraverunt Comes & cæteri, omnia conſumpta viderunt. Vidiſſes laceros lectos, incineratam ſupellectilem jacere in plateâ, & cum capellam intrâſſent, calices, ornatus ſacerdotales & alia ad Miſſam attinentia incorrupta repererunt. Unam tamen crucem argenteam in pavimento jacentem invenerunt. Hanc latronum quiſpiam femorali incluſerat, ac ſic oblitus fuerat. Tradunt in hâc magnam eſſe partem ſanctæ Crucis. Quæ in aliis teſtudinibus inventa ſunt Retelkhofer & alii cuſtodes inter ſe partiuntur. Unde pauperibus relinquitur nihil. Verum milites, quos Comes Bolſgangus ſecum adduxerat, adeo Baccho operam dederunt, ut vix viginti inter eos eſſent qui coronati non forent thyrſis; unde factum eſt, ut in caſtro ſecundò dominarentur ac vitreas feneſtras cum fornace deſtruerent; ignem verò, quem è fornace ſuſceperunt, propugnaculis & ligneis tectis injecerunt, unde in duplici loco ignis ſuſcitatus eſt, verumtamen providentiâ incolarum extinctus eſt, poſtera die milites ad propria ire ſunt juſſi, qui ſeſe ad Ducem Albertum contulerunt. Caſtrum ſic igni traditum. Latrones autem qui in caſtro fuerunt etiam forum ſpoliaverunt, & quicquid deferre poterant abſtulerunt. Allodium (ſic vocito promptuarium in quo frumenta aſſervantur) primâ die igni tradiderunt. Comes Ulricus Neunburgam reverſus, uxori moleſtum attulit nuntium: at Wiſpeckh, ſi (modo fama vera eſt) accepto ſecum non parvo equitatu & peditatu, terram Principis Alberti percurrere ſtatuit, ac omnia quæ invenire poterat aut vaſtavit aut igni tradidit. Ferunt eum ad Munichen usque proceſſiſſe, ac quinquaginta villas combuſſiſſe. Interea Rex non parum incitatus eſt, quod res Bavara in tanto eſſet diſcrimine. Siquidem putaverat Ducem Albertum majorem adhibiturum diligentiam, quo pax brevi conficeretur. Verumtamen is in ſingulis negotiis negligens, exercitum ſine quâvis moleſtiâ per terram Bavaricam traduxit, nam nihil niſi Landaw cepit, cujus tamen cauſam exiſtimant quia noluerit ſuæ regioni eſſe detrimento: quicquid etenim populatus eſſet, quicquid igni tradidiſſet, ſibi eripuiſſet. Utcunque eſt, Rex exercitum tum ex Auſtriâ tum regno non parvum collegit, ac in Bavariam deſcendit, cujus rei non parva fuit expectatio apud eos qui fideles fuerunt. Multi Pataviæ deliteſcebant, multi in aliis locis ſive munitionibus, quorum bona aut ablata aut igni tradita fuerunt. Is itaque aſſumptis etiam copiis, quas Dux Albertus ſecum habuerat, urbem Kopfſtain, quam

Pientzenawer in manus latronum (ut ſupra retulimus) tradiderat, obſedit ac admotis Machinis & Bombardis oppugnare cœpit. Eſt autem Urbs non magna, humilior Scherdinga, caſtrum habet non immunitum ſed imbelle tamen; ſiquidem mons non rupis ſed terræ ſpeciem habet. Ita fertur: propugnacula ac vallos Miles Palatinus ædificavit. Super Ænum hanc tradunt conſtitutam; hanc ad *Intereſſe* ſpectare prodiderunt, qui rem concordiæ tractavetunt. Rex itaque muros urbis Bombardis depoſuit, ac cives ad deditionem coëgit. Qui cum intrâſſet, Boëmos, qui ad Tutamen eo miſſi fuerant, liberos ire permiſit fidelitate præſtitâ. Verumtamen à quibusdam quos ſervos vocant in viâ rebus ſpoliati ſunt, nonnullis interfectis. Quod cum Regi nuntiatum eſſet, iratus juſtâ ultione in eos animadvertit, ſiquidem qui cauſa ſpoliationis fuerant, laqueo vitam finire coëgit, nec tamen crucibus, ſed arboribus, impoſuit. Horum tredecim fuiſſe tradunt. Boëmis autem ablata reſtituta ſunt. Reſtabar autem ſola arx ſive caſtrum quod adhuc caprum non erat, nam qui in præſidio erant, acriter illud defendebant. Legationem autem miſir Rex ad Pientzenawer ut traderet caſtrum & liber abiret. Is quatuodecim dies deliberationem ſumpſit, verumtamen ab ictu Bombardarum non abſtinuit, nam quos poterat, Bombardis interficiebat. Tum Rex iratus, acrius caſtrum obſedit ac Bombardis ac Machinis adeò depoſuit, ut lapis ſuper lapidem vix remanſerit. Capta caſtro Pientzenawer & qui cum eo erant capite privavit. Multis autem mors Pientzenawer dolori fuit, nam hominem tradebant probâ ac irreprehenſibili vitâ, & qui multos haberet amicos. Quo facto Rex urbem præſidio munivir & caſtrum. Captam crediderim XIII. kalend. Novembris aut parum antea. Deinde Rex etiam aliam urbem, quam Traunſtain vocitanr, cepit; ac præſidio munivit. Hanc ſuper Altz ædificatam tradunr, ac nonnihil exiguam; unde deditione potius quam vi occupavir. Facilis enim rimor corda premit, ſi alias res benè geri conſpexerint, omne enim animal ſe ipſum diligit, ac poſtquam ortum eſt, id agir, ut ſe, quam oprimè poſſit, conſervet: cui rei etiam Philoſophi omnes adſtipulantur, tum vel maximè Cicero, qui ita in primo officiorum ſcribit: Principio generi ammantium eſt à naturâ attributum ut ſe vitam corpusque tueatur, declinétque ea quæ ei nocitura videantur, quæque ſint ad vivendum neceſſaria, inquirat & paret; ut paſtum, ut latibula, ur alia ejusdem generis. Commune aurem animantium omnium eſt conjunctionis appetitus procreandi cauſa & cura quædam eorum quæ procreata ſunt. Sed inter hominem & bellam hoc maximè intereſt quod hæc tantum ſenſu movetur, ad id ſolum quod adeſt, quodque præſens eſt ſe accommodat, paulum admodum ſentiens præteritum aut ſuturum; homo autem qui rationis eſt particeps, per quam conſequentia cernit, cauſas rerum videt earúmque progreſſus & quaſi anteceſſiones non ignorat, ſimilitudines comparat, rebúsque præſentibus adjungit arque annectit futuras, facile torius vitæ curſum videt, ad eámque degendam præparar res neceſſarias. Cum itaque prævideant civitates, ſe non reſiſtere poſſe regi, facile ſe tradunt ac ejus Clementiæ commendant. Nec ego crediderim quod diu fidelitarem conſervarent: Si præſidiis non premerentur. Omnes etenim urbes, quas Palatinus miles occupavit, tum præſidio tum munitionibus nonnihil firmitatis habent. Unde nec faciles captu nonnulli tamen è civibus timentes & ſævitiam Regis & tyrannidem Palatini militis clam relictis omnibus urbes derelinquunt. Ita res ſe habent. Pranpach caſtrum quod ad Sigersrorfer attinet, igni traditum eſt. Non autem longè diſtat ab oppido Pfarkirchen. Caſtrum autem fuit adeo ex ligno ædificatum ut lateres putares, nam & ego in hâc exiſtimatione fui & nonnulli alii. Verumtamen tradebant non lateres fuiſſe ſed lignum. Nihil munitionis habuit; nam & muro caruit & vallo, imo etiam foſſa. Jucundum ramen crediderim, cum in amœno loco ſitum eſſet, & ſuper flumen quod rubeum vocanr. Miſerabilis Bavaria innumera patitur; nec tamen finis præſto eſt. Verumtamen nec cæteræ regiones ab incurſionibus tutæ ſunr. Nam ſingulæ vaſtantur. Nihil tamen gravius populatur quam ignis. Videres matronas cum natis loca quæ igni tradita ſunt lachrymabiliter deplorare, ac orbas ſub dio ſedere. Non habent quo vel ſemel vel parvulos veſtiant. Imo quod miſerabilius eſt, cybus deeſt. Nam pecora vel abducta ſunr vel igne conſumpta. O inenarrabilis miſeria, ac miſera calamitas. Nos baccho & cerere pleni miſeriam illorum non miſeramur. Imò quod deteſtabilius eſt, continuo ocio indulgemus. Verumramen partim domibus partim fortunis ſpoliamur. Quod enim Coloni in Wenng dixerint ſatis in propatulo eſt. Nam hi ſecundo tam à Scherdingenſ. & bonis & pecore ſpoliati ſunt. Primo námque in eos irruiſſe militem Palatinum conſtat. Tum deinde Regium, quomodo potuetunt reſiſtere potentiori. Miſeret me tantarum calamitatum, quis eos defendit ut ſe non traderent. Audivi ab eo qui præſens fuit ſparſis crinibus matres cum parvulis ad ſpoliatores dixiſſe: non curaremus quis noſter eſſet dominus, modo haberemus. Abſtulerunt indumenta mulieribus, abſtulerunt pannulos parvulis adeò ut etiam pudenda vidiſſes. Nulla reverentia matronis exhibita eſt, nulla parvulis miſeratio. Deinde januas Eccleſiæ effregerunt, ac quicquid invenerunt abſtulerunr; nihil reliquerunt, niſi quæ ſacra fuerant. Coloni in Turre laritabant, ac direptionem bonorum torvo vultu aſpiciebant, nemo tamen auſus eſt ſe opponere, ſiquidem quinquaginta equites habebant & centum pedires. Vocabant milites Colonos ad ſe ac deridebant. Quis vidit, quis audivit talia? magna quidem hæc ſed ſuperioribus

non

non comparanda: ſuperioribus dico, quia ne villa quidem remanſit, quæ ignem evaſerit. Quam pauperes Coloni ſint, factum, quod narrare intendo, manifeſtabit. Nam (ut etiam ſuperius ſcripſimus) homagium facere non audent, quo fit, ut maximè opprimantur. Ex hoc cætera conjicere poteris. Siquidem cuidam (nomen ſilebo) Latrones Palatini pecora vi abſtulerant; is ad Fürſtenzell Cœnobium attinebat. Colonus fuit mediocriter dives. Tum pecora redempturus Braunaw ſe contulit, ac datis ſeptem aureis nummis reduxit. Verum Comes Wolfgangus de Ortenberg, homo qui pauperes odiſſet, parumper factum celavit, quoad latrones locum relinquerent, tum in Colonum verſus cuncta, quæ habebat, abſtulit, ac ipſum vinctum in carceren conjecit. Nihil autem cauſæ retulit, niſi quia inimicos pecuniâ juvarent. Non credidit is quia & pecora vænire poſſent. Verumtamen crediderim aliam cauſam affuiſſe: ſiquidem obinde ditiorem ſe futurum exiſtimat, Divinitas tamen, quæ pauperibus ſemper ſolatio eſſe ſolet, impunita crimina non relinquet. Accidit deinde ultimâ Octobris, ut Scherdinga urbs incendium pateretur, quod horâ undecimâ noctis ſuſcitatum eſt. Nemo autem novit quam originem habuerit, verumtamen potiures putant quod proprio igne incenſa fuerit. In domo Hirſchvogl, quem pellificem tradunt, originem habuit primum, tum etiam alias domos populatus eſt ignis, non porueruot extinguere incendium cives niſi quasdam domos funditus eruerent. Perſeveravit usque ad horam ſeptimam de manc. Vidi ego à longè laborem & ſudorem civium adeo gravem, ut mirari non ſufficerem. Favillæ flammæ vento ad Neuhaus usque delatæ ſunt, non poteram videre, quæ domus arderent, ſed ut tradebatur, quadraginta duæ ſolo æquatæ ſunt. Nec defuit inter laborandum rurbatio. Nam quidam de eis, quos ſervos vocant mulieres, ab officio arcebat & viros. Siquidem exerto gladio minitabatur eis, qui aquam portabant. Cur autem hoc fecerit, non ſatis conſtat; crediderim tamen, quòd ditior fieri ex rapto deſideraverit. Nonnulli eum delatorem exiſtimantes aſſervari præceperunt, ac in carcerem conjecerunt; plurimi eum Baccho indulſiſſe autumant, ac thyrſis coronatum. Utcúnque eſt, poenam non evaſurus eſt. Non conſtat, utrum jactatus ſit ignis, aut per ſemen (k) primum ſurrexerit. Eâ ipsâ etiam die Wierting igni traditum eſt, cujus cauſam exiſtimant, quia in Brawnaw Dominus Comiti Palatino paret. Sequenti die miles, qui in Scherding militabat, Forum, quod Trufftern vocitant, rebus & fortunis ſpoliavit, nihil relinquitur, quin & rapinis, & incendio deprædetur.

Libri Quinti Prologus.

Multa quidem ac penè incredibilia ſunt, quæ in ſuperioribus Libris poſteritati aperuimus. Verumtamen finem quis novit? Sola Divinitas, quam latet nihil. Si etenim bona fortunæ, ſi bona oaturalia conſideramus, felicior inimicis eſt nemo. Non corpori, non fortunæ, non etiam tempori parcunt. Interdiu noctúque quieti non ſunt, uno noſtros ergo animo ſuperant, ut mirum ſit dictu. Scribo, quod nonnullos irritabit, ac in noſtram provocabit maledicentiam. Veritatem ſilere quis poterit? non aſſentator ſum, non adulator. Scio, qui mecum ſentiant, qui virtutem & animum inimicorum extollant. Si dicis minus probè: facile reſpondeo: noſtros milites ignavos eſſe, & qui egregia npera aggredi non audeant. Verumtamen (ut Stoicis & Tullio placet) quodlibet animal ſeſe maximè tueri ſolet. Unde quicquid nocumenti adeſt, vitat. Itáque non accuſaverim militem, ſed tempus, ſed aſtra, tametſi ſapiens dominari ſoleat aſtris. Age Rex Maximiliane nutanti ſuccurre Bavariæ, protege tibi fidos, & à latronum eripe gladiis. Non te deterreat Militis virtus, non animus: Tu & fortior & potentior. Tu in rebus bellicis multò peritior. Abjice timidam Alberti mentem, Aquilam in inimicos contorque; tibi Vates Claudianus taliter olim cantavit:

O nimium Dilecte Deo, tibi militat Æther,
Et conjurati veniunt ad Claſſica venti.

Qnid igitur moraris, quid otio contabeſcis. Tibi Clerus, tibi Nobilitas, tibi populus omnis occurret: tibi poſteri gratulabuntur, & te ut Numen venerabuntur. Putas te iccircò beatum, quia unam civitatem ſubegiſti; multas adhuc inimicus munitiones habet, quæ & ferro, & tormentis ſunt quatiendæ. Age ergò! famam tuere, quam ſuper nactus es, ne te lingua popularium ùt Albertum laceret; in te enim oculi omnium reſpiciunt, ac tuis ſe committunt armis. Nam alias actum de eis eſſet. Vindica, quos nuper immanitas latronum & carceribus tradidit, & fortunis ſpoliavit.

Liber Quintus.

Burckhauſen itaque urbs non admodum exigua hoc tempore igne conſumpta eſt. Hæc etenim inter urbes Bavariæ, quæ Georgio Duci paruerant, ſecundum locum tenet. Siquidem amœnitate præſtat & pulchritudine. Cujns ſitum ac fortunas deſcriberem, ſi vidiſſem. Verumtamen pauca, quæ à fidelioribus audivi paucis, poſteritati

(k) ita Codex. Haud dubiè meſſe udâ in horrea convectâ.

tati tradidero. Duo latera non brevia habet, quæ adeo pulchris ædificiis decorata ſunt, ut non facile illi ſimilia cerneres. Saltza illam alluit, qui fluvius haud longè ab ipſâ in Ænum labitur. Forum habet ampliſſimum, ad quod cunctæ res venales comportantur. Necquidquam adeſt, quod voluptati non ſit. Suburbia cerneres haud minùs jucunda. Sed quid de caſtro ſcripſerim. Crediderim toto penè orbe vix ſimilem inveniri. Accedenti non caſtrum, ſed oppidum videri ſolet, multæ domus mecanicis artibus dicatæ, intra duos muros cernuntur. Nam habet, niſi fallor, exteriorem murum & interiorem. Arces ibi cerneres ampliſſimas, & Turres eminentes, quæ & propugnaculis & tormentis ſufficienter ſunt munitæ. In hoc Ducisſa quondam habitâſſe traditur: ſiquidem & palatia ampla ſunt, & perjucunda. Cuſtodiebatur autem adeo fideliter ut nemo illam, niſi furtim videre poſſet. Fiebat hoc, non tamen ingenia hominum cogi poterant, inveniunt enim, quo amatæ rei frui queant. Quod in quodam homine nobili maniſeſtiſſimum erat, is quandam adamavit virginem, quam nuper in aulâ procaverat. Qui, quum interdiu noctúque illâ potiri niteretur, ac nullâ ratione poſſet, quaſi amens factus eſt. Siquidem & illa in amore juvenis accenſa erat, adeo ut furtim per feneſtras juvenem alloqueretur. Verumtamen hoc clam fiebat. Nam quis palam aliquid moliretur, cum cuſtodirentur omnia. Nec diu tamen amor quievit, quin furto potiretur nocturno. Nam virgo ſola in cubiculo dormire conſueverat; erat enim & ipſa nobili & ingenuâ indole, quod cùm pateſeciſſet juveni, ille noctu ſeſe abſcondit, ac poſtea quam omnes in lectum ſeſe recepiſſent, ad cameram virginis acceſſit, quæ aperuit, ac ſecum in lectum collocavit. Ubi quanta gaudia habuerint, nemo, qui amori operam dat, ignorat. Siquidem poſt Venerem laſſi non erant. Poſteaquam optatis oſculis non ſemel juvenis potitus eſt, receſſit, virgo autem ad conſueta ſervitia rediit. Tum anus quædam virgineum lectum ſcrutari ſolebat. Huic fortè cuſtodienda tradita fuerat: hæc lectum acceſſit, ac Linteamina lotiatum mittere volebat. Conſpexit undique ac inter videndum quædam veſtigia corruptionis perſenſit. Non enim corruptio latere poterat, quæ veſtimentis adhæſerat. Itaque anus clam Dominam accedit, ac quid contigiſſet, nuntiat. Verita etenim eſt, ne quid mali etiam Dominæ accideret, ſiquidem Dux Georgius ſævior erat, ac Heræ non admodum favebat, plus concubinas, quàm Heram diligebat. Tametſi eſſet mulier nobiliſſima ac pulcherrima, Regalique ex Stirpe progenita. Tum Hera juvenem advocat, ac virginem in uxorem ei tradere nititur. Qui nonnihil turbatus, non quòd virginem accipere cogebatur, quam perditè amabat; ſed quod res ad Heram deducta erat, nihil reſpondere potuit; verumtamen Hera ne timere adhortante, lætior factus, aſſenſit. Sic & Hera & juvenis à periculo liberati ſunt. Nam poſteaquam deſponſata fuit, eam ſecum in caſtrum ſuum duxit, ubi (ut æſtimo) magnâ cum probitate adhuc in vitâ ſunt. Sunt & in eo caſtro, de quo ſcribo, turres (ut ſuperius ſcripſi) in quibus Theſauri Principum aſſervantur. Quos nonnihil Georgius ampliavit. Hos non ex vectigalibus modo, ſed etiam ex Exactione (quam Steuram non latino admodum vocabulo vocant) collegit; qui jam partim militi, partim Præſidibus cedere dicuntur. Crediderim eos nonnihil exhauſtos. Imo & ipſos Apoſtolos diſperſos. Hoc tamen incendium evaſit, nam urbs adeo igne conſumpta eſt, ut ne una domus evaſerit. Utrùm autem proprio vel alieno igne incenſa ſit, non facilè conſtat. Hoc compertum habeo, quod quidam, quem Rieder vocant, pulverem pro bombardis torrere voluerit, & cum nimio igne fornacem repleſſet, calor pulverem ſubintravit ac accendit; qui protinus magno impetu in ſuperiora delatus, civitati exitio fuit. Itaque civitas omnis ſuccenſa eſt, ac adeo arſit, ut & ad Monaſterium noſtrum & Patavium flamma videretur. Nec facile extingui potuit, cùm ventus maximus flam̃as hinc inde jactaret. Accidit hoc IIII. Idus Novembris (1) horâ nonâ noctis. Terminatum autem eſſe traditur incendium ſequenti die horâ ſextâ. Tradunt domos adeo ſibi connexas, ut non facile poſſet fieri ſuccurſus. Cives quæ habebant in domibus ad forum urbis comportabant, quæ igni correpta prorſus abſumpta ſunt. Multa latrones abſtulerunt. Plurimi è civibus, plurimi è pauperibus perierunt. Qui in hoſpitali fuerant, igni conſumpti ſunt omnes. Nam (ut ajunt) effugere non poterant. Multa pecora, multi caballi, multæ bombardæ, multa tormenta igne perierunt. Nam tradunt Duces Exercitûs cuncta, quæ ad obſidionem Scherdingenſis urbis attinerent, coadunâſſe, ac ſequenti die urbem obſidere ſtatuiſſe; eorum verò multa igne conſumpta. Verum quod caſtrum evaſerit, hoc taliter accidiſſe ajunt. Nam & ventus ignem abegit & Coloni. Ventus quidem, quia Meridionalis fuerat, Coloni, quia aquam comportabant, quâ flam̃as extinguerent. Verumtamen multo labore opus erat. Siquidem multæ domus in monte conſtitutæ fuerant, quarum ignis difficillimè abigebatur. Sic urbs omnis innocuas poenas luit. Partem militum tradunt Brawnaw reverſam ac ibidem rapinis operam dare. Sequente nocte Memming ardere viſum eſt. Verumtamen non proprio ſed immiſſo igne periit. Ita totam Bavariam magno eſſe in periculo nemo eſt qui ambigat: urbs autem Burckhauſen Topho ædificata traditur, unde prorſus in pulverem redactam. Tophus etenim, cum ſit lapis non admodum durus, facile igni cedit. Hæc eadem urbs etiam anno MCCCCLXXX. arſiſſe dicitur, ac prorſus etiam

(1) in autogr. erat IIII. *Nonas*, ſed vox nonas deleta & *Idus* ſuperſcriptæ.

etiam in pulverem redacta; ubi etiam cuidam, quem Gateret vocitant, caballus extinctus eſt. Non poterat is tam cito ſubvenire jumento cum in caſtro eſſet. Scrutati ſunt undique domos mercenatii, ac pecunias quæſierunt. Quemdam etiam civem qui ditiot habebatut ad demonſtrandos theſauros cogebant, qui tormentis coactus etiam, quos muto incluſerat, oſtendit. Non multo poſt Rex regionem reliquit ac deſidetatam diu præſentiam in Atheſim transtulit; quæ res utrum ſato contigerit, aut occultiori quodam Conſilio non ſatis conſtat. Quos ſecum habebat milites diſperſi ſunt. Nam alii ad proptia redietunt, alii Comiti Palatino ſe conjunxerunt. Glotiati ſunt tamen inimici quod illum ptopulerint. Utcunque eſt, abſceſſus animos inimicorum ita auxit, ut libetè faciant quidquid velint. Nam ſexto kalendas Decembtis civitatem Brawnaw egreſſi, tum in prato Regii campi, tum quem Mad vocitant ſeſe diffuderunt; ubi ſe & Scherdingenſibus & cætetis videndos præbuetunt. Verum nec ſic quieverunt: Tradunt enim eorum duo millia ſuiſſe qui primo Harkirchen, deinde Juntzingæ, tum Nutich acceſſerunt. In Harkitchen quatuor cives abduxerunt: in Juntzing quandam domum igni tradiderunt, in cæteris aliàs debacchati ſunt. Verum tametſi nonnulla pecora abegerint, reddiderunt tamen omnia. At nullo in loco majoti indignatione uſi ſunt quam in Gtiespach. Siquidem vidente & contemplante Sigismundo Sigershoſet oppidum adeo rebus & fortunis ſpoliârunt ut nihil integtitatis relinquerent. Intraverunt autem primo, & pacati animi eſſe ſeſe oſtendetunt. Verum caupo unum offendens credidit ſervum ptæfecti, irruitque in ipſum quaſi ludens. Quod ubi vidit latro, clamavit ac cætetos adeſſe jubet. Tum caupo inimicos ſentiens fugam iniit, ac ſub quadam ſoſsâ latuit: retulitque clam præfecto ut cogitaret quid facto opus foret. Qui ptotinus bombardas in eos ditigens fugare conatus eſt. Verumtamen lapides & globi in incertum miſſi læſere neminem; at latrones ſingula quæque ſecum tulctunt. Sed & menſas & cætera utenſilia enſibus ſecuerunt, ac honuſti non exiguâ prædâ Pfarkirchen redierunt; verumtamen non diu quieverunt, ſed oppidum hoc omne igni tradiderunt. Siquidem mandabant oppidanis, ut ſeſe ab igne tutarentut: ſin minùs, minabantur ſe incenſuros. Tum oppidani præfecto conatum denuntiant ac conſilium ab eo perquirunt, qui teſpondit: ſi vel unum numiſma tribuerent, continuo ſe ignem oppido immiſſuros, quod audientes adierunt latrones ac conqueruntur de prohibitione ſibi factâ. Tum confeſtim ſurgunt ex inſidiis ac ignem immittunt. Mirabile dictu, oppidum omne in cineres reſolutum eſt. Deinde undique litteris miſſis convocant ſingulos quosque tum Abbates, tum Barones, tum ruſticos ad Burckhawſen ac monent, quò ſe ab igne pecuniâ redimant: quod ſi non fecerint, continuo ſuarum rerum detrimento ſenſuri ſunt; ſimiles & mihi litteræ allatæ ſunt. Interea Duces copiarum Ttaunſtain itcrum teceperunt, quæ ſe Regi dediderat. Verumtamen non ſine labote, ſiquidem ptæſidio munita erat tegio. Deinde bombardas, tormenta & machinas latrones coadunabant. Verumtamen quotſum ſe conatus eorum verteret, ignotabatur. Nam tum ex Butckhawſen, tum Landshuta inſtrumenta pro quatiendis mutis advehebantur. Tum confeſtim nullo ſentiente per Danubium Vilshoven adeunt, ac utbem obſidione cingunt. Eſt autem parva admodum urbs, ſed populoſa, hanc latrones æream vocitare ſolebant, quia ſe tradere neglexerat. Uno latere Iſtrum habet, altero Vilſum; unde & nomen ſortita eſt. Duo parva ſuburbia adjacent, non difficilia captu. Atces & turres pto atcendis Hoſtibus habet; nec propugnacula & ſortalicia deſunt, ſed nupet addita; Eccleſiam in latete habet, at caſtro caret. Obſeſſam tradunt IX. Decembtis; auditi ſunt ſonitus bombatdarum ad Monaſterium noſtrum. Non interdiu noctùque quieti etant: continuos ſonitus edebant. Ttadunt eam furtim obſeſſam, noctùque latrones ad eam acceſſiſſe; quod cum perſenſiſſent cives, ſtatim conatum infringere tentabant. Siquidem otdinatis rebus pet præſides, quos nunc capitaneos vocant, acetrimè ſeſe defendebant. Aderat Sigismundus Schwartzenſtainer & Hetaſimus Schillt, qui & cives & milites in duas partes diviſerunt, nam alios quidem muro, alios igni atcendo deputabant: nam globos igneos latrones in urbem jaciebant, adeò ut paulum abſuerit, quin incenderetur. Verumtamen & providentia civium & nymbi, qui divinitate concedente tum largiter ceciderant, eis fuerunt impedimento. Oppugnabatut actiter urbs adeo ut etiam tormenta & baliſtæ muro applicarentur: ſuburbia etenim jam cepetant: quod cum vidiſſent cives, occultè igni immiſſo ſuccendetunt, unde coacti retroceſſerunt. Interea ſubſidia utbi mittebantur: nam & quidam, quem Algeyr vocitant & Mathæus cum aliquantâ manu intraverunt. Quod latronibus nonnihil diſplicebat, unde & utbem acrius adorti ſunt, & cum murum ex magnâ parte bombardis depoſuiſſent, miſerunt qui vallos ſecaret, quo militi tutior eſſet acceſſus. Qui cum nocte intempeſtâ opus injunctum aggrederetur, lapidibus & muto impetebatur. Verumtamen quia videri non poterat læſus non eſt; unde & ridere jacientes ſolitus, monebat ut lapides ſervarent: dicebat enim, his opus habituros. Muro autem depoſito & vallo ſecato pugna incipitur, quæ magnis animis in horam ptotracta eſt. Siquidem Palatinus latro utbe potiri cupiebat, miles autem Alberti illam defenſare. Tum nonnulli ſcalis muro appoſitis aſcendere conabantur, intet quos etiam Wiſpeckh fuiſſe traditur: quod cum vidiſſent hi, qui in præſidio erant, lapides in eos jaciebant ac è muro derurbabant. Ttadunt quemdam longæ ſtaturæ hominem,

quem Joannem de Ochſenhauſen vocitabant, magnum lapidem, quem vix duo viri levare potuiſſent, corripuiſſe, ac in eos jeciſſe ac in talia verba prorupiſſe: ut quid urbem intrare contenditis? vix nos patiuntur cives. Sic deturbati retroceſſerunt nunquam poſtmodum venturi. Multos in eo prælio occiſos tradunt, multos vulneratos, quos latro in quamdam domum detulit ac immiſſo igne combuſſit. Aderat Hieronymus Stauffer, qui & ipſe ſubſidio urbi miſſus fuerat. Verum latrones minis pleni receſſerunt & inter eundum, prompruarium quod ad Monaſterium Altäenſe attinebat, ubi & frumenta & pecora aſſervare conſueverat, igni tradiderunt. Verum miſerunt primo, ut illud pecuniâ ducentis videlicet aureis nummis redimeret, Abbas daturum illis laqueos reſpondit. Bombardis etiam per Danubium ad Monaſterium lapides jaciebant. Deinde non longè ab oppido Regenſpurgkh Bernardum Stauffer invaſerunt, ac pagos omnes igni tradiderunt. Verum cum adhuc in Vilshoven infauſto Marte dimicarent, quaſdam villas, & oppida ſine muris populati ſunt, ac igne combuſſerunt, è quibus Ortenberg fuit, ubi cum ignis immiſſus eſſet, ducenti milites præſtolabantur quoad ſurgeret. Adjacet huic Eccleſia glorioſæ Virginis, quam cum populati eſſent, unus elevato enſe imaginem de altari dejecit. Ornamenta altarium in Hoffkirchen & res alias in minutas partes ſecuerunt. Fuerunt inter eos & Tartari & Boëmi hæretici. Receſſerunt ab urbe Luciæ. Interea Vilshovenſes videntes ſorum, quod Pleinting vocitant, nonnihil ſibi eſſe impedimento, quia Palatinus miles illic ſtationem ſibi deſumeret, tum etiam quia ex urbe non turus eſſet egreſſus, igne immiſſo, noctu ſuccenderunt, ignis ſurrexit quartâ horâ viceſimæ diei Decembris A. MDIIII. qui tum Pataviæ, tum in Formbach Monaſterio noſtro viſus eſt, adeo magnam reddidit lucem, ut propior crederetur. Multa eo in loco pecora periiſſe conſtat: at nec ſonipes ignem evaſit. Habeo ego capellam, quam Rothof nuncupant, quæ iiſdem diebus populata eſt. Nam res ſuas viciniores pauperes in illam deduxerant, putantes eas tutiores eſſe. Latrones itaque noctu campanatorem adeunt, ac ad aperiendas Eccleſiæ fores compellunt: oſtendentes inſtrumenta ad aperiendum apta ſi recuſaret: Tum campanator timens importunitatem, aperuit: Qui ingreſſi ſeras omnes cum capſulis comminuerunt, ac res omnes ex ipſis ſecum aſportarunt. Verum nec ſacris pepercerunt, imo ſacrarium intrantes camiſias campanatore aperiente abſtulerunt. Dicebant ſanctos his non indigere. Loculos tamen, in quibus indumenta ſacerdotaliâ aſſervabanrur & calices, non tetigerunt. Recedentes ſeptem è pago ruſticos abduxerunt. Interea Rex nonnihil ſuccenſebat, quod Bavaria præda latronibus eſſet Palatinis, unde & jurâſſe perhibent, quod regiones ſuas omnes ad liberandam Bavariam coacturus eſſet. Tum ad Wells iviſſe ac copias, quas mitteret, congregâſſe. Verum quod ſama tulerat, Reinpertus Dux copiarum comprobavit. Nam is eum ſeptingentis equitibus & tribus millibus pedirum in Bavariam aſcendit, & primo quidem in Ried ſtationem fecit, ubi cuncta populatus eſt; nam & pecora abduxit & frumenta, illa quidem hominibus diſtribuens, hæc jumentis. Mauerkirchen adeo populatus eſt, ut nec capſæ integræ remanerent. Offerebanrur claves, ſed miles uſus non eſt, miſſi ſunt, & qui ruſticos, quos in Ränaw congregatos tradebant, humiliarent. Nam ſeſe ad reſiſtendum diſpoſuerunt, ubi centum & quinquaginta deſideratos ajunt, cæteros in fugam verſos, acceſſerunt, Brawnaw & quatuor occiderunt, quos extra urbem invenerunt. Hi Brawnawenſes cum exiſtimarent Regem urbem obſeſſurum, multas ac penè innumeras munitiones fecerunt. Fortalicia & propugnacula in eis locis maximè ædificârunt, ubi facilior eſſet acceſſus. Bombardas majores in Turrim locaverunt, campanas ejicientes. Hinc exiſtimant, ſe Regias machinas facile propulſuros. Aſſeruit ſe Dietericus de Witzleiben vitam in hâc amiſſurum. Cives omnes ad fidelitatem præſtandam compulit, qui jurârunt ſeſe fideliter acturos, tametſi nonnihil eos timor invaſerit. Verum Reinpertus Ænum tranſire conſtituerat, animo Pharkirchen, Eckenfelden & alia loca, quæ Palatino parebant, deprædandi: quod ubi Duces Scherdingenſes audiverunt, equitatum in urbem introduxerunt: peditarus autem ad Obernperg ſeceſſit, ubi cuncta populatus eſt. Verum equitarus, qui Schardingæ urbis tutandæ gratiâ fuerat, partim ad monaſterium noſtrum, partim ad Suben ſecedere compulſus eſt. Tum poſterâ Die, quæ Ilario adſcribitur, equitarus omnis, tam è monaſteriis quam ex urbe receſſit, multa pauperibus in viâ incommoda exhibens. Venit autem in Aſpach (m) ubi peditatum (m) præſtolabarur, nam is felicibus primo navibus Ænum tranſierat, auctis itaque animis ad invadendum oppidum Pfarkirchen properavit miles, *quod ubi vacuum habitatoribus invênit, ſine ſanguine in ſuam poteſtatem recepit, nam cives omnes cum latronibus noctu receſſerant, vacuúmque reliquerant.* (n) quod ſe ultrò tradidit. Milites, (n) qui aderant, quorum ducentos tradunt fuiſſe, ad fidelitatis dextras præſtandas compulſi ſunt, quorum nonnullos etiam Reinpertus ſibi aſſociavit, alios liberè diſcedere permiſit. *Finis Partis primæ, Libri quinti.*

(m) vox *Aſpach* in autographo deleta & aliâ manu ſupra-ſcriptum *Münſter.*
(n) hæc in autographo deleta erant.

Libri quinti Pars II.

Regis mens, antequam Vilshoven urbs obſidione cingeretur concordiæ inter Principes faciendæ nonnihil operæ navaverat. Unde & ad hanc rem tractandam quatuor Principes elegerat: Quorum tamen potiſſimi fuerunt Marchio & Epiſcopus Herbipolenſis. Regem adiit primo Epiſcopus, tum Palatini Duces, à quibus Landshuetam non ſine pompâ deductus eſt. Concordiam autem eam fore exiſtimabant, quam in Aichach factam affirmabant. Hæc etenim loca, quæ trans Danubium ſita ſunr, traditurum credebant. Moti ob hoc barones & aurati equites cum Abbatibus & nobilitate legatum ad Ducem Albertum deſtinaverunt, plurimum orantes ne Palatino traderentur. Quæ res Principem ad congregandam totam communitatem Bavaram compulit. Tria loca ad conveniendum oblata ſunt: verum tutius arbitrati ſunt diætam Patavium transferendam, ubi & nobilitas conſiſteret & Prælati, quam aut ad Straubingam aut Tetkendorff, ad quod & timor inimicorum & ſitus loci nonnihil coegit. Latrones etenim loca omnia ſcrutari non deſiſtunt, ita ut nonnunquam etiam ruſticos abducant, ſic molitori in Hehenfelden contigit & nonnullis aliis, tradunt illos ad Scherenperg excurrere ſoliros & pratum Regium. Ubi etiam offendiſſe traduntur nonnullos qui militi pecunias deferenti auxilio fuerant. Hi etenim ſecuriores timebant neminem eâ potiſſimum ex cauſa, quia via publica nondum veſtigiis mota fuerat. Ar latrones ſubito & ex inſperato in eos irruentes ceperunt, nonnullis occiſis. Verum quod mirabile dictu arbitror, ſolus, qui pecunias habebat, evaſit, velociſſimo tamen equo uſum tradunt, quem etiam nimio impulſu morti tradidit. Reinpertus autem, poſteaquam Pharkirchen in poteſtatem redegit ſuam, Ekkenfelden aggreſſus eſt. Ac primum quidem miſit qui dicerent, an ſe tradere vellent, qui deliberationem usque ad mediam noctem im- (o) petrârunt. Tum Hut (o) cum 60. equitibus & exiguo peditatu ad oppidum tutandum venit. Verum intromiſſus non eſt. Qui auctis copiis reverſus invenit Reimpertum illud recepiſſe, unde ſpe potiundi oppidi fruſtratus, Landshuetam adiit. Interea congregatis communitatis partibus, tum trans Danubium tum citra, diæta incepta eſt. Antonii autem feſtum attigit, tum Sebaſtiani finita. Bernhardinus itaque de Stanff homo non exiguæ Eloquentiæ orator Ducalis talem fecit orationem in ædibus Epiſcopalibus. Verumtamen primum obtulit litteras quas credentiales vocant. Quibus perlectis cœpit eloqui quæ ſibi mandata fuerant. Ac primum quidem referebat, Ducem concordiam nullam ſuſcepturum, quæ & gravis & damno eſſe poſſet. Hujus prorſus voluntatis Ducem referebat. Verumtamen illud crederet ſine voluntate Communitatis & Conſilio ſubditorum fore grave, unde & petitionem ipſius eſſe, ut communitas congregata acturum deſtinaret, cum quâ manu poſſet ei eſſe adjumento. Verumtamen maturandum ratus, qnoniam mora nonnihil detrimenti allatura eſſet, itaque communitate adjuvante inimicos facile propulſurum. Unde poſſet Regionem ſibi & hæreditario jure competentem & juſtâ juris ſententia obtentam obtinere & probam concordiam demorari. Quod ubi longiore ſymate peroravit, juſſus eſt exire. Tum communitas multa ac penè innumera diſſeruit: aliis exiſtimantibus, ut duplicis dominii partes ſegregarentur, ne qui hæreditarias dexteras dederant cæteris jungerentur, aliis, nequaquam ſegregandas ſed Stauffer vocitandum, ut totam Principis Intentionem aperiret. Nam creditum eſt, illum aliam relationem habere. His conſenſêre omnes, tametſi plurimi exiſtimarent eligendos qui cauſam examinarent. Vocato Stauffer Rorbeckh intentionem communitatis aperuit. Qui protinus reſpondit, ſe aliàs commiſſionem habere nullam, nec coram fuiſſe cum Princeps cauſam commendaverit. Verumtamen ſeſe excogitaturum conſilium, quod poſterâ die propalare poſſet. Hortabatur communitatem idem facere. Soluro his Concilio ubi poſterâ die conventus habitus eſt, cantato primum officio de Domina, ut Rhorbeck monuerat, Stauffer in talia prorupit verba. Quamvis, dicebat, non habeam Sereniſſimi Principis mandatum exigendi juvaminis aut poſtulandæ ſubventionis, tamen quia & corpus proprium & res pridem ad liberandas reliquias expoſuir & cum magnis copiis Bavariam intravit, ubi tum multas urbes in fide continuit, tum multas expugnavit, neceſſè eſt, ut ſuo Principi conventus omnis & provincia quem & jus & hæreditaria poſſeſſio conſtituit, obſequatur, & quoad poſſit tueatur. Non poteſt, inquam, inimicis reſiſtere niſi juvetur. Nec tutum arbitror, ut ejectio per conductitium fiat militem aut gregarium. Proprius fidelior eſt in omnibus. Quid enim in Iſareck contigerit, quid In Neuenburg, ſatis ſupérque conſtat. Non potuit Princeps ad invadendum caſtrum & urbem, militem, quem ſecum habebat, compellere. Volebat primum habere ſtipem: quod profectò, ſi propriam manum habuiſſet, non contigiſſet. Nunc itaq; exiſtimo, ſi concordia non fieret, facile in regione Bavara quatuor millia militum collectum iri poſſe. Quibus ſi adderet Dux ſuas copias ſeptem continuo millia tam equitatus quam peditatus emergerent. Quis non crederet, latrones hoc numero facile propulſum iri poſſe. At ſi pecuniæ deeſſe exiſtimantur, perfacile duo millia nummum aureorum me colligere poſſe autumo, ſi ſolutio Theloneis ſervetur & litteræ ob

(o) quis ille?

hoc creditori tradantur. Verum ut de hâc re melior conſultatio fieri poſſet; ſuaſit eligendos quibos examinatio committeretur, quod ubi peroravit, receſſit. Tum ſinguli quique percontati, in ejus ſententiâ remansère, tametſi multi multa addiderint & ſuum quisque gravamen aperuerit. Nonnulli corpus ſolum obtulerunt, res etenim omnes perditas eſſe aſſeruerunt. Electi itaque ſunt ex ſingulis ſtatibus, qui tum reſponſum conficerent, tum cauſam examinarent: erant autem quatuor & viginti: ex prælatis quinque; ex Nobilitate quindecim: ex urbibus quatuor. His hora duodecima deſignata eſt; illis veſperum. Cum iraque conveniſſemus, multa de eis rebus diſputata ſunt. Verumtamen Stauffer homo præſtantiſſimus nonnihil accuſavit (ut pridem) militem gregarium. Unde mittendos aſſerebat nuntios tum ad Ducem Albertum, tum ad Regem, qui communitatis voluntatem aperiret, inſuper & ad Ducem copiarum Regis, ne pauperibus & ruſticis gravis eſſet. Verumtamen ne longior ſim, cuncta quæ conſulta ſunt in litteris, quas litteras informationis vocant, contioebantur, has etenim in latinum traducemus, nam non poſſumus ſingulorum opiniones reſerre: itaque res ſe ita habent. Siquidem invenerant hi potiſſimum qui aderant (nam non magna pars affuerat) ſeſe Principi obſequi debere: ac ut cauſa ipſa requirebat, & ſingulorum ſacultates voluntarios ad auxilium offerebant, verumtamen neceſſe fore credebant, ut ſuperior natio congregaretur, néque enim tutum arbitrabantur, ut aliquid promitterent ſine conſenſu totius provinciæ, præſertim cum multa Nobilitas per ducem copiarum Regis vocata comparere non potuiſſet: nonnulli etiam timore inimicorum ſeſe abſentâſſent, unde conſtaret minimam Bavariæ partem affuiſſe. Verum hujus auxilii conamen in totam communitatem cadere, itaque ſi concordia quæ vel tolerari vel ſuſpici poſſet, fieret nulla, verum prorſus exploderetur tantum ut exactum auxilium majus incrementum haberet, totam regionem pondus premat, oportere; ſiquidem unum corpus eſt nec perſacile ſeparari poteſt. Conſultum obinde exiſtimabant, ut Dux cum ſuperioris Bavariæ nationibus tractaret, ac quid facto opus eſſet, enodaret, & quo pacto ſperarum auxilium fructuoſius foret; dein divini juris contemptores tum per incolas Bavariæ, tum per Regias copias è ſuis finibus expellere poſſet & pacatam reddere regionem, quæ ſuæ ditioni obvenerat, atque juſtam concordiam præſtolari. Secundo loco tota communitas Pataviæ congregata ptopoſuerat & mente conceperat, ut ſi concordia, quam ſperabat futuram, & quam divinitas & Duci & nationihus concedere dignaretur, effectum nanciſceretur: tum oratores omnes aut aliqui ex eis concedente & non adverſante Principe ſeſe ad Regem aut ad ea loca, ubi concordia futura eſſet, transferrent ac de rebus priſcis loquerentur: rebus, inquam, quæ & concordiam & Principum ſuperiorum intentiones declarant, harum multas non ſolum per ſuperiores Principes ſed per ipſum etiam Georgium traditas eſſe conſtat. Verum nec omitterent concordes tractatus inter Regem & Nationem Bavaram factos: ſiquidem, quod dictu miſerabile eſt, & contra Regiam protectionem & tuitionem, qua ſeſe Rex nationi Bavaræ devinxerat: & contra juſtam juris ſententiam, tum contra bonorum proſcriptionem & publicationem nonnihil populationis ſuſtinuimus: Quas res omnes Rex memotiæ commendet, oportet. Verumtamen oratoribus interdictum eſt, ne quid ſine conſilio, conſenſu & voluntate Principis agerent. Credebant poſtremò, communitas inferiur hanc quam diximus comparitionem non ſolum ſibi ſed & Duci proſore. Hoc autem interea Principi oratores manifeſtare non differant, ſiquidem ob hanc rem miſſi ſunt tum ad ipſum, tum ad ſuperiorem Nationem. Tertio loco oratoribus commiſſum fuerat, ut ſe vel ad Cæſarem, vel ad ejus oratores ſine morâ transſerrent, ſi tamen Dux conſentiret & ei non diſpliceret, ad negotia commiſſa pertractanda: verumtamen ſi non poſſent omnes, ſaltem pars ſe ſe itineri committeret, ac ad locum negotio deputatum maturaret. Ac primum ubi credentiales litteræ fuiſſent Cæſareæ Majeſtati redditæ, condignam etiam ſubjectionis promptitudinem decenter offerant, tum deinde non ſine humilitate nationis Bavaræ Georgio Duci olim ſubjectæ negotia Cæſari propalent tanquam vero & ordinario Domino. Non etiam diſſimulando prætereant concordiam ſactam inter Ducem Rhudbertum & ejusdem Nationis oratores pru jure Cæſareo ſubeundo tam Landishutæ, quam aliàs; imo ad memoriam revocent ſingulas quásque litteras, quas vel Cæſar oratoribus vel oratores Cæſari in Aichach tradiderunt: unde Cæſar totam Bavaram Nationem eſſe tutandam & protegendam firmavit. Singula hæc narranda exiſtimabat Natio Bavara; inſuper quali probitate Natio ipſa Bavara Cæſaream Majeſtatem venerata ſit, ita ut non ſolum in principio negotii, verum ubique ſe ſe ſubmiſerit, & ad eam ſingulare habuerit reſugium. Verumtamen his poſthabitis imo á Cæſareo jure ſpreto, nonnihil damni in rebus & ſortunis prædæque pertulerit, ac nec juris ſententiæ nec proſcriptiones Cæſareæ cuiquam fuiſſe adjumento: imo potius ſpretas ac riſui habitas; quare neceſſe eſſe Majeſtas Cæſarea & cauſas allegatas & refugium omne innata pietate ac virtute proſpicere non differat, ſed ſingula quæque menti aſcribat, ac Ducem cui juridice tradita eſt, Nationémque omnem ab immani injuſtáque clade per debitam concordiam liberet. Verumtamen concordiam ipſam tum Duci tum Nationi tolerandam oportet conficiat. Sin adverſa pars prorſus reniteretur ac oblatam ſæpius concordiam aſpernaretur nec admittere vellet: tum Cæſar in contemptores Cæſareæ Majeſtatis crebros; ac eos qui in ſe

ſe pietatis haberent nihil, ut debebit Regio ſceptro ac ſecuri: & ſic oppreſſos liberare, ut tandem ſententia Cæſarea manu teneatur. O quanta tum erit lætitia! clamabimus laudes Maximiliani ac eas in aſtra cogemus: nam etſi peregrinas copias non deſideremus nec habere velimus: tamen & fortunis & corpore auxilio erimus. Inſuper & ipſos Duces, quos nobis & divinitas & juris æquitas conceſſit, ut veros hæredes ſalutabimus. Offerent ſingula oratores, quæ cum audierit Cæſar perfacile commiſcrebitur: contempnentes pœnam debitam ſortientur, & qui damnum paſſi ſunt nihil gravaminis babebunt: imo ſine difficultate requie priſca perfruentur ſi divinitas faxit, non ſolum divinitati gratiæ ſed & Cæſareæ ſublimitati tum à Ducibus tum nationibus debebuntur; quarto loco oratoribus commiſſum eſt, ut Ducem Albertum cum ſuperiore natione comoneſaciant quid promiſerit: ac ſingulas quaſque promiſſiones ad memoriam revocent, ne in decretis dandis aliqua ſegregatio nonnihil offutura fieret; nam hoc plurimum & Principi & communitati profuturum credebant qui electi erant: rum namque & pax & quies non deeſſet. Cum hâc namque Inſtructione Oratores Agnetis ſeſe itineri commiſerunt. Verumtamen præmiſerunt Tabellionem, qui ad cougregandam ſuperiorem nationem adhortaretur Principem. Oratores autem hi ſunt electi: ex Abbatibus Altaenſis ſuperior & inferior, quorum primus Georgius, alter Kilianus nomen habet. Ex Nobilitate Sigismundus de Rorbach, Bolſgangus de Buechberg: Herasmus de Seyboltstorf & alter eques auratus, cujus nomen excidit: è civitatibus & primò ex Straubinga Schmidler & ex Vilshoven Schartinger, qui maturandum rati vehiculis uſi ſunt: nam tum & nix & glacies regionem nonnihil occupaverat. Quid verò expediverint, poſterius ſcribemus.

Cæſareæ autem copiæ ex Ekkenfellden egreſſæ Vilsbiburgk aderunt, non quidem capiendi (ut ipſæ dicunt) oppidi gratia, ſed ſpectatum an eſſet facile captu. Tum ſubito offenderunt duos, quos interrogant, quæ manus in oppido eſſet: qui timentes ajunt, jam facile captum iri poſſe: ſi modo maturarent. Nec mora, per loca quædam ſecretiora irrumpentes offenderunt portas oppidi apertas, ac præſides in circumſpiciendis munitionibus occupatos. Tum ingrediuntur ac ſpoliare nituntur. At quia fores domorum clauſæ fuerant omnes pulſant: verum cives in aperiendis januis ſive foribus negligentes illos abigunt. Tum capitaneus, cui Georgio nomen erat, ignem adhibere jubebat: non quidem ut fieret, ſed ut ad aperiendum cives compelleret. Milites iugenium ſecuti ignem poſticæ immittunt. Nec mora ſurrexit incendium ac oppidum nonnihil oppreſſit, nam quaſi medietatem abſumpſit. Capti ſunt duo Comites, cæteri fugâ dilapſi. Verumtamen Wiſpeckh cum ducentis equitibus Landshutâ egreſſus oppido ſubſidio adeſſe volebat, qui jam denos, jam duodenos promittebat equites quoad pontem transire poſſet. Incipiebat pugna & quidem acriter certabatur, ita ut multi ſauciarentur, nec conſtaret in quam partem inclinaretur victoria. Verumtamen cum diu anceps eſſet certamen, Regius miles ſeu multitudine ſeu animo ſuperior effectus Palatinum in fugam vertit ac perſecutus eſt cum usque in Geiſenhauſen. Capti ſunt ſexaginta viri, multi vulnerati, nonnulli deſiderati. Quærebatur Wiſpeckh tanquam malorum caput, ſed veloci equo uſus evaſit. Nec Regiis militibus victoria ſine ſanguine conceſſa eſt: ſiquidem Dux copiarum, Eques auratus interiit. Hunc nonnihil Rex charum habebat, ſiquidem homo fuerat præſtantiſſimus: Nomen illi fuerat Georgio de Senshaym. Tum Eckkenfelden ſunt reverſi cum gloriâ captivos ſecum ducentes. Vina & cibaria undique afferebantur. Nemo non voluiſſet ut proſperè res gererentur: verumtamen inſidiæ ubique collocabantur, ita ut non admodum tuti eſſent qui res deſcrebant. Tradunt Agnetis LX. milites Semerskirchen noctu veniſſe ac illam Eccleſiam vi aperuiſſe & quicquid oſfenderant diripuiſſe; prohibuerunt autem Colonis, ne campanam pulſarent pro congregandis vicinis, quod ſi fieret, minati ſunt ſe pagum omnem incenſuros. Maturabant tamen nonnihil timentes inſidias, unde nec abſtulerunt omnia, quæ in Eccleſia offenderant. Aderat quidam Colonus qui Regio milici vina advexerat. Hujus & currum & equos accipientes, ac quæ prædati fuerant eis imponentes Brawnaw reverſi ſunt, nonnullos etiam Colonos ſecum ducentes. Ancilla eos (nam eam ſpoliaverant) comitabatur, quæ ſingula quæque redemit. Nec multo poſt qui vina Regio militi advexerant, in latronum inciderunt manus. Habuerunt autem ſecum decem & octo pedites, quorum præſidio ſecuriores eſſent. Latrones autem obſidebant publicas vias, ut vel tranſeuntes ſpoliarent, vel advectionem neceſſariorum prohiberet. Verumtamen vectores ſummo diluculo vectores Rothoſ nihil metuentes adeunt, ac domum reverti nitebantur. Tum ſubitò inſidiæ ſeſe proripientes è latebris maturantes ex improviſo invadunt, ac uno vulnerato & altero ſagittâ confoſſo cæteros capiunt: ac unà cum curribus & equis Brawnaw perducunt. Multam apud eos pecuniam invenerunt, nam ſtipendia ſua ſecum habebant. Verumtamen poſterâ die è vinculis liberè dimiſſi ſuot, ubi ſaueii mortem obierunt, in Scherdiugam pilento delati, ac ſuperſtitibus pecuniæ impoſitæ. Contigit hæc res Pauli converſionis.

Interea latrones carniſprivii noctu Neuenkirchen invadunt ac quatuor ex eis æſtimandos abducuut: verumtamen dum in viâ eſſent, occurrerunt equeſtres latrones, quos cum Regios exiſtimâſſent eſſe milites, ex equis corruerunt ac pedes pugnare voluerunt. Quare duo è vinctis evaſerunt ac ad propria remearunt. Verum quum

 hæc

hæc agerentur , tres ſacerdotes apoplexia ut exiſtimo correpti , ſubitaneâ uno die morte perierunt. Induerant autem ſe Albis ac ad Miſſas celebrandas ſeſe præparaverant. Quod profectò mirum dictu eſt, ſed quis rimabitur judicia divina. Naſcitur homo ad mortem, & in ipſa horâ Nativitatis. Morti appropinquat. Quanto quis annoſior eſt, tanto morti vicinior. Verum & ex Regiis militibus multi occubuerunt ita, ut ſacerdotes quatuor ad deferendum Sacramentum vix ſufficerent. Quæ res tum ex congelato vino, tum alio frigore originem habuit. Rex autem tales calamitates miſeratus copias omnes revocavit. Unde nonnulli Innſpruckh : aliqui ad Auſtriam ſeceſſerunt. Reinpertus autem cum trecentis equitibus Scherdingam venit ac tum domum redire meditabatur. Tradebant inducias quatuordecim diebus inimicis datas, ſi in ea intercalatione pax æquis conditionibus conficeretur : probè : ſin minus, ad dimiſſa arma uterque Dux reverteretur. Ita ferebatur. *Libri quinti finis.*

Libri Sexti Prologus.

Quoniam quidem nulla à Superis nobis pro reatibus noſtris, iraſcentibus pax concedi videtur, inimicis & latronibus ubique circumcurſantibus & loca omnia ſcrutantibus : nihil remedii eſſe arbitror, niſi ut deſperatis rebus omnibus mundi profugiamus: ſiquidem ut olim divinitas Regibus Juda, quod legem deſeruerant, & ſervierant diis gentium, immiſit latrunculos & Syriæ & Babylonis ad percurrendam terram & devaſtandam, ita nunc Bavariæ contingere ſolet. Nam & luxui & petulantiæ ac etiam ebrietati dediti Bavari : Eccleſias & oratoria rarò admodum frequentabant. Quo fit, ut à latrunculis Rheoenſibus & in captivitatem abducantur, & bona eorum diripiantur. Ac crediderim actutum auxilium ſentient divinitate propiciâ: non enim in æternum iraſcetur, nec continebit in ira miſericordias ſuas : ſed aliquando miſerebitur populo ſuo, quem redemit ſanguine ſuo. Verùm tu Bavare effunde jugiter preces tuas, ac Dominum pro remiſſiooc ſuppliciter deprecare.

Liber Sextus.

Latrones autem poſteaquam pacem ſeu inducias acceperant , ac has volubilitas dierum iterum abſtuliſſet : confeſtim civitatem Brawnawen egreſſi : Colooos quoſdam ſecum ducunt. Tum verò in Furſtenzel monaſterium conceſsêre, ac populabundi undique ſe diffuderunt. Quinquaginta autem equites ſecum habebant. Verùm ne monaſterium intrarent, quidam prohibuit, qui fidus erat , nam & portas clauſit & ſepes, qui minati ſunt ſe brevi reverſuros, adduxerúntque quoſdam, qui monaſterio viciniores credebantur. Interea Cæſar pro concordia faciunda Albertum Ducem ad Inſpruckh convocavit : ubi & Fridericus Palatinus Comes Rheni & Oratores tam ſuperioris quam inferioris Bavariæ præſtolabantur. Tradunt, Fridericum nonnihil operam dare, quo proba fiat, qui & Brawnawen & Burgkhauſen in fidem ſuſcepit , ac dextras fidelitatis præſtare compulit. Quod ideo factum tradunt, ne aliquid novi Duces copiarum molirentur. Verùm induciæ ad feſtum usque Georgii protractæ ſunt. Scripſit tamen Albertus Dux præſidibus , ne quid latronibus victus comportaretur : oeve adeundi eos eſſet poteſtas: veritus (ut opinor) inconſtantiam. Nam ſi neceſſaria haberent : difficilior poſſet fieri concordia. Utcunque eſt, & boves & vina partim vi partim inſciis præſidibus advexerunt latrones : tametſi oonnunquam ob eam rem cædes fierent non incruentæ. Nam hac cauſa plures ex Scherdingen ſi peditatu interiſſe conſtat. Scit hoc pilentum, in quo adducti ſunt. Nec tamen crediderim Brawnawenſes latrooes immunes evaſiſſe. Interea in Monaco congregari Barones, noſtris ordinatis, XVI. addiderant. Unde XXIIII. emersêre, qui concordiæ navandæ nonnihil operam dederunt. Ordinati autem his oominibus inſcribebantur: Hainricus de Degernſee, Kilianus inferioris Altæ, Georgius ſuperioris Abbates; Leonardus Præpoſitus in Schefftlern, Joannes Adelman, Bernardinus de Stauff Baro in Ehrenfels : Sigiſmundus do Rorbach regiæ Majeſtatis & Romani regni Præſes in Regenſpurgkh, Bolſgangus de Ahaim in Wildenaw, Joannes de Peffenhauſen in Reichertzhauſen, Heraſm de Seyboltstorf, Bilhelmus de Haslanng in Ried, omnes aurati equites, Joannes de Paulſtorff in Khurn, Hainricus Ebron in Scherneckh, Caſpar de Thor in Eyrespurgkh, Hieronymus de Seyboltstorf in Scheonckenaw, Ambroſius de Freyberg in Camerberg, Udalricus Ramung in Rameckh, Bartholomæus Schrenck in Monaco, Vitus Peringer in Ingelſtadio, Bolſgangus Schmidl in Strawbinga, Bolſgangus Laurentius io Landſperg, Antonius Chardinger in Vilshoven, Georgius Stainhauſ in Reichenhall, Udalricus Vinſternach de Höchſteten cives: hi omnes tum à noſtris tum à Superioribus electi fuerunt. Verumtamen quid in concordia facienda conſulucriot, poſterius dicemus : ſi modo ad nos res perlatæ fuerint, nihil enim adhuc certi habemus; hoc tamen conſtat, quia & milites impoſuerunt & pecunias: milites quidem ad propellendos hoſtes; pecunias verò ad ſtipendia danda : verumtamen ſpoponderunt ſe pecunias omnes reddituros, ſi pax conficeretur: un-

de

de & ſe ſe unicuique literas præſtaturos ſcripsère. Tres Diætæ potiſſimum electæ ſunt: nam Paſchæ prima: ſecunda tertia Dominicâ ſucceſſit, tertia item Trinitatis. Multa obinde conſultabantur: noñulli reddendas exiſtimabant: alii minimè: quare plurimi primam ſolutionem ſecerunt; aliqui nullam. Neſcio, quid ſecurius ſit, nam æraria omnia exhauſta ſunt; nihil pecuniarum relictum eſt. Verùm ſama ferebat, vina à Brawnawenſibus intercepta, qui ea Brawnaw aſportare nitebantur: Tum ſubito Scherdingenſes numero majores in eos irruerunt, ac illis fugatis vina ſecum duxerunt, ac Scherdingam cum triumpho intraverunt. Cœperant autem tres è militibus, qui adhuc captivi detinentur. Hi etenim vas cuſtodiverant. Miſſa relatio eſt ad Principem Albertum: neſcio, quid remandabit. Unum eorum *Wider* vocitant, qui Ortenberg igni tradidit, ut ſupra retulimus. Interea conceſſio facta eſt, ut ubique res deduci poſſent: Quod Scherdingæ publicè per Præconem propalatum eſt. Tum non ſolùm in aquis, ſed & in terta mercimonia ducebantur: Et nunc ad Brawnaw, nunc ad Innſpruckh, nunc Landshuetam vina & vitæ neceſſaria mittebantur, nec quicquam inimicitiarum audiebatur, tametſi nonnunquam occultæ inſidiæ molirentur tranſeuntibus. Unde nonnulli rebus ſpoliebantur & potiſſimum, qui ſolitudinem amabant. Nam quidam Colonus non ſine miraculo pecuniâ ſpoliatus creditur, is enim ubi vidit quendam equo inſidentem ac ſe ſe inſequentem, continuò crumenulam plenam pecuniâ abjecit, quod callidus ille obſervavetat & continuò acceſſit, ac ferro impulit, quo accinctus erat, pecuniámque omnem recedente Colono abſtulit. Multi etiam hoc tempore charos viſitabant, quos inter latrones habitare contigerat. Nulli quicquam moleſtiæ inferebatur; nec multò poſt Joannes de Chloſen ex Stubenberg generum ſuum jam decumbentem aggreſſus pro conſervando Caſtro Haidenburg ſollicitavit. Erat autem gener Georgius Trawnbergius, qui nihil inſidiarum veritus tali conditione conceſſit, ut poſtea quam moreretur totum caſtri jus haberet: verum ubi Georgius convaluit pro frumento Heidenwerg miſit, at Joannes non ſolùm non reddidit, ſed ſervos omnes ſive famulos in fidem recepit: qui parere recusârunt, in carcerem conjecti ſunt. Non etiam à Colonis abſtinuit, ſic fraude generum caſtro ſpoliavit. Sed & Brawnawenſes ſe ſe Alberto Duci tradere ſatagerunt, adhortante eos Plattner cive: verumtamen cum quemdam lanarium ſuſpectum haberent, eum ad Palatinum ſecedere juſſerunt. Is primum Conſiliarius fuerat; tum eſt excluſus. Nec mora Lanarius Burckhauſen adiit, ac civium voluntatem aperuit. Tum continuò miſſi ſunt, qui urbem in fide continerent. Plattner autem Scherdingâ ſeceſſit. Nec diu poſt nobis vigiliam Joannis Baptiſtæ celebrantibus mira & quaſi inaudita tempeſtas è cœlo lapſa eſt. Audivi ego plures, qui meminerunt nunquam. Nam cum veſperæ cantarentur, denſæ nubes & furvæ in cœlo apparuerunt: non potui ego librum horarium legere. Has ſecutus eſt ventus adeò terribilis, ut nonnulla granaria dejecerit: arbores è terris cum radicibus evulſerit. Tum deinde inter fulgura & tonitrua, quæ rariora erant, grando cecidit; quæ adeò graſſata eſt, ut mirum ſit dictu. Nam quæ loca comprehendit, depopulata eſt adeò, ut nihil vel fœni, vel frumenti, vel avenæ reliquerit. Contrivit cuncta ac in pulverem redegit: comprehendit mihi viginti Colonos: ceciderunt autem lapides, ad modum ovi columbæ, coraces & aviculæ deſyderatæ inventæ ſunt in plateis; nec leporibus pepercit & jumentis: nullo in loco gravius debachata eſt quam in Suben Monaſterio, ubi feneſtras vitreas unàcum tectis dejecit: adeò ut frumenrum omne, quod in promptuario erat, nataret: Colonos omnes oppreſſit, & non ſolùm frumenta ſed & jumenta contrivit. Habeo ego nonnullos Colonos, qui non longè à Monaſterio habitant, quos in magnam paupertatem redegit. Non facile dictu eſt, quantæ inundationes hoc anno fiant, quantæ etiam pluviæ cadant. Miſereatur noſtri Divinitas. Verumtamen cuncta probè fiunt, nam quotidie peccatis irritamus eum, qui nos creavit, nec obſequi curamus vocantem.

Interea Cæſar, ut rtadunt, Gheldrenſem tegionem populabatur, non ſine incommodo. Nam irruptione facta Gheldrenſem illum propellere nitebatur: gens eſt, ut ajnnt, fœdifraga, & quæ facile fraudem meditetur: varios ſequitur Duces, quamvis etiam proprium habeat. Tradunt Regem urbe potitum, verùm cum dies Petri & Pauli adeſſet, prope novam civitatem & alia adjacentia loca, tanta tempeſtas orta eſt, ut mirum dictu ſit. Non enim unquam audita eſt. Audita ſunt crebra tonitrua: fulgura & coruſcationes, adeò ut quatuor propè horis campanæ pulſarentur: tum tanta grando cecidit, quanta in illis locis viſa eſt nunquam, nam lapides ad modum magni globi cecidiſſe narrantur: Inventi ſunt duo, qui librâ examinati octo & dimidium talenta habuiſſe dicuntur. Frumentum, vinum & ſingula quæque adeò contrivit, ut nihil ex his utilitatis mortalibus provenire queat: nec tectis & virteis feneſtris pepercit, imò omnia contrivit. Nec tamen ſic aliquid quietis adeſt: cum quaſi ſingulis diebus tonitrua audiantur: ſulgura & igneæ faces videantur. Ita nos ſolet nonnihil terrere divinitas, nos tamen malitiâ excœcati nihil curæ habemus, unde tandem mortui in tartareos ignes truſi tam hîc quam in futuro pœnas luamus. Tradunt Georgium de Loſenſtain ab his, qui bobus caſtrandis operam dant, occiſum, pœnas malitiæ ſuæ debiras accepiſſe. Fuit enim homo audax, & qui multa aggredi tentaret: unde & Hungaros mercatores invaſit. Hunc Landshutæ tradunt Prætoris officium habuiſſe. Sepultum autem in Monaſterio novæ civitatis, quod Ciſtercienſibus dicatum eſt. 1505. Hoc anno milleſimo ſcilicet & quingenteſimo quinto Romæ pluviæ ſuerunt & tam crebræ, ut vix frumentum & triticum colligi poſſent,

poſſent, ac promptuariis committi. Siquidem in noſtro Monaſterio continuis octo diebus laboratum eſt. Ænus excrevit, tametſi nihil mali attulerit, cito etenim in ſuos limites regreſſus nihil damni facere potuit. Accidit eo tempore mirabile factum & memoriâ non indignum: nam ut ſacerdotium contemnitur, ita divinum judicium citò affuturum creditur. Eſt etenim quidam Abbas ex Monaſterio, quod ad ſanctum Salvatorem vocant. Homo meâ opinione non admodum inutilis. Hic in regimen totius Bavariæ aſſumptus cum aliis præfuit, verumtamen pulſus aliquamdiu Pataviæ ſe continuit, ac eo in loco finem rei præſtolari conarus eſt. Is induciis inter Principes compoſitis ſemel ad monaſterium rediit. Quod ubi acceperunt, qui ei adverſabantur, continuò miſerunt, qui eum comprehenderent, quorum unus telo chalibi impoſito ſic fidenter monaſterium intravit. Quem interrogavit Abbas, quid operis haberet, cur intrâſſet? reſpondit ſe nihil operis habere. Verùm cum Abbas etiam extra portam nonnullos videret ſtantes: in cubiculum ſe ſe recepit, ac ſingula ſeris munivit, præſtolaturus rei eventum: quod cum viderent, receſſerunt: ac inſidiis ſe uſuros in eum etiam pace facta proteſtati ſunt. Compulſus Abbas Pataviam rediit. Vix etiam fratrum cavere poteſt inſidias. Ita & Abbati in Altah inferiori contigit: nam is ſemel ex monaſterio receſſerat, ac de rebus monaſterii tractandis diem habebat. Tum continuo fit conſpiratio, ac quatuor ex fratribus Epiſcopum Patavienſem adeunt, accuſant, ac demum redeunt. Tum Epiſcopus ei nuntium mittere volebat ac accuſationis formam. Verùm is cum ſe Pataviam recepiſſet, quæ geſta ſuerant ex Pontificis ore accepit. Ita viſitationem petivit: Accuſaverunt autem tum parcitatem tum auſteritatem & noñulla, quæ nullius ſunt pretii. Deinde viſitatione factâ duo è monaſterio ſuut rejecti, ita ut nunquam reverſuros exiſtimarent. Interea res Bavara apud Regem agitabatur cum Caſimirus Marchionis Brandenburgen: Hungaticum ſolum populatur: ac omnes ſibi occurrentes rebus ſpoliat. Ajunt tamen hoc à militibus fieri ipſo haud quaquam conſentiente. Qui in Bavaria fuerunt pedites Auſtriam primo, deinde Hungariam petere contendunt, verum multis inter eundum ſolent eſſe gravitati propter rapinas: nam nonoullis bona auferunt, multis fortunas: ſpoliaverunt non paucos, cum pecuniis adeo vacui eſſent, ut mirum ſit dictu: quinque ex eis aggreſſi ſunt tres Lanios, ac primo ſe nihil recepturos dicebant, ſed pecunias ſi quas ſecum haberent, reddere volebant: tum parum renitentes ad ſtipitem ligaverunt ac pecuniis teceptis, juramentóque dimiſerunt liberos. Qui Schetdingam petentes, Melmeyſel pro cibo dando adeunt, dicentes ſe pecunias omnes perdidiſſe. Concordia diu agitata Coloniæ tandem finem nacta eſt. Nam ad eum locum & Cæſar & interlocutores transtulerunt. Conſtituit autem Cæſar Principibus nondum adultis Fridericum Ducem Bavariæ in Tutorem. Is cauſam ubique execurus eſt. Siquidem & litteras Cæſareæ Majeſtati dedit & juramento firmavit ſe ſingula obſervarurum. Quud ſanè & Albertus & Bolfgangus Duces ſecerunt: nam & ipſi Cæſareæ Majeſtati ſeſe obſecuturos ſpoponderunt. Verumtamen in propriâ perſona non comparuerunt, ſed hos miſerunt oratores: Ulricum de Weſterſtetten Canonicum Auguſtenſem, Joañem Adelman de Pluemental, Wolfgangum de Ahaim, Sigismundum de Rorbach, Joannem de Paulstorf, Petrum Panngartner Doctorem, Ludovicum de Sennen, Bartholomæum Schrenckh & Vitum Peringer. His tradiderunt litteras quas poteſtativas vocant. In quibus ſe ſcribunt non poſſe venire: verumtamen ſingula Cæſareæ Majeſtati commendant ut latius in litteris continetur. Quare mota Cæſarea Majeſtas concordiam ita fecit Coloniæ.

Secunda Pars Libri ſexti.

CÆſar itaque Maximilianus diutinam Bavariæ populationem miſeratus rum Principum inter ſe contentionem ſuſtollere conatus: principibus Electoribus conſentientibus: etiam Philippo Palatino Rheni talem adorſus eſt ſacere concordiam. Videns namque manutentionem ſententiæ gravem ſore: tum quia difficulter ex ſortalitiis ejici, qui rebus novis ſtudebant, poſſent: tum quia ſine ſanguine tam civium quam militum minimè fieri: maturo uſus Conſilio, & eorum quos prudentiſſimos fuiſſe conſtat ſatis probam videtur conſtituiſſe. Nullam enim Nepotum ſuorum curam habuit, ſed potius juris: unde nonnulli etiam eum accuſant, quod plus parti adverſæ quam juſtæ adhæſerit: verum ego eum & juſtè & probè proceſſiſſe arbitror, non enim perſonas ſed jus inſpicere debuit: neque juſtum arbitrarer, ut parvuli exhæredarentur, qui nihil adhuc vitii tum in Regem tum in Duces commiſerant: primum itaque Cæſar voluit, ut cunctæ inimicitiæ & contrarietates, quæ tum inter partes ipſas, tum earum milites & familiares fuerant, tollerentur, nihilque ſimultatis aut odii poſthac haberetur: imò cunctæ captivitates laxarentur & hoc non modo clam, ſed ne in judicio quidem: ſecundo loco voluit, ut Friderico Duci atque tutori loco pupillorum ſequentes civitates, caſtra & loca cederent non eis ſolum ſed & hæredibus, cum omni dominio, populis & proventibus. Primo urbs & caſtrum Newnbutgenſe cum omni dominio & quicquid ad ipſam attinet. Imo quicquid Danubio adjacet, civitate Ingolſtadienſi excepta. Deinde quicquid Georgius Dux habuit in ſuperiore Bavaria, verumtamen viginti millia nummûm aureorum donatio non excedat. Si tamen ſuperior Bavaria tantam non poſſet ferre ſummam, ex

Infe-

inferiori ſuppleatur, attamen ex hâc parte Danubii aut ex aliis provinciis Ducis Alberti & Wolſgangi & potiſſimum Norkhaw. Excepit tamen eas quæ venditæ ſunt. Verum ſi hæ provinciæ ſive loca non ſufficerent & viginti millia aureorum nummûm haberi non poſſent: Cæſar poteſtatem habet defectum in alio latere Danubii adimplere. Tertio loco addidit viginti millibus adhuc quatuor millia nummûm aureorum. Verumtamen quæ ſint, poſterius declarabitur. Singula hæc hæreditario jure Fridericus Tutor poſſidebit. Quarto loco dedit & habere voluit Cæſar Albertum & Wolſgangum Duces omnia & ſingula loca, civitates, populos quæ Georgius Dux poſt ſe reliquit: verumtamen quæ tradidit Friderico numerare non debes. Quinto loco voluit ut quidquid relictum erat in pecuniis, argenteis vaſis & aureis, Clenodiis, lapidibus precioſis, margaritis & veſtibus, cum omni alia ſupellectile Friderico Tutori cedat in duobus duntaxat Caſtris Burgkhauſen & Landshuet; ita tamen ut calices, veſtes Sacerdotales & quicquid ad ſervitium divinum attinet in capellis dimittat cum eorum ſupellectili juxta ſuam voluntatem. Cæterum quicquid alias in cæteris civitatibus, oppidis & caſtris inventum fuerit aut relictum ſuppellectilis à dato litterarum cedat ei qui ea ſuſcipiet. Bombardæ omnes, res ad ſagittandum aptæ; pulveres & quicquid ad ea attinet ita ut Georgius Dux reliquit diviſionem accipiant, voluit: & unicuique pars ſua contribuatur. De granariis & frumento eadem diviſio teneatur. Verumtamen ſola relicta pars dividenda conceditur. Nam quicquid conſumptum eſt dividi non poteſt. Litterarum autem datæ unamquamque partem ligare ſolent: ne quid immutetur quoad Diviſio ſit facta. Ad expenſas tamen civitatum & caſtrorum quicquid neceſſitas exigit, adhiberi poteſt. Verumtamen fraus omnis & dolus longè abjiciatur. Sexto loco voluit ut quidquid debiti poſt mortem Ducis Georgii partibus adhæſit, à partibus ſolvatur. Septimo loco voluit & edixit, ut nihil adverſus ſubditos ab aliquo attentetur: imo quicquid animadverſionis aut (ut ita dixerim) ſimultatis in eos ortum eſſet torum remittatur: ac ob eam rem nihil cum his agatur: ſed ſingula ponantur. Octavo ſingula debita, quæ non præſecturas, aut officia, aut ſimilia tangunt, & quæ ab Georgio Duce liberè relicta ſunt, tutor ſolvat, quicquid verò Georgius Dux, dum adhuc viveret, accommodaverat, ad Fridericum attinebit. Nono quicquid libellorum à Georgio Duce emanâſſet, ab Alberto & Wolſgango executionem accipiat. Decimo, una pars alteri omnia literarum monimenta unàcum regiſtris aut (ut ita dixerim) cautionibus & aliis rebus ad caſtra, urbes & oppida tradat. Nec aliqua fraus aut tergiverſatio in hac re contingat. Undecimo quicquid Phederico tutori cedit in feodum à Cæſare accipere debet loco pupillorum, niſi nonnulla loca ab aliis conceſſa eſſent & iccirco Cæſari literis ſatisfactum. Duodecimo quilibet è Ducibus ſuos ſubditos, qui ſibi fuerint addicti, à ſuis privilegiis & antiquâ conſuetudioe non dejiciat, ſed quemlibet in ſuo jure manuteneat, imò ſingula confirmet, & antiquæ immunitati reſtituat. Tertiodecimo voluit, ut à dato literarum & inter feſtum D. Michaëlis proximè venturum ſequentes urbes Federico tutori tradantur. Primò caſtrum & urbs Newnburgum, caſtrum Reichertzhoſen, caſtrum & urbs Laubingen, caſtrum & urbs Hochſtat, caſtrum & urbs Gundolfing, caſtrum & urbs Heydeckh, urbs Sultzbach, caſtrum & oppidum Lenngſeld, caſtrum & urbs Vellddorſ, caſtrum & urbs Hemaw, caſtrum & urbs Cholmüntz, & urbs Weyden, deinde ſingula quæque, quæ ad ipſas pertinent, ſive ſint populi ſive dominia cum omni ſupellectili & ſingulis attinentiis nihil prorſus excepit. Quartodecimo voluit, ut Phædericus tutor Alberto & Wolſgango Ducibus, alia omnia & ſingula caſtra, urbes, provincias, populos & cenſus in præfato tempore abhinc videlicet usque Michaëlis reddat: cum omni dominio jure & aliis attinentiis ut Georgius Dux poſt ſe reliquit, & Phædericus adhuc habet ſub poteſtate ſua. Verùm ipſa taxatio ſingulorum cenſuum debet fieri ante feſtum Divi Georgii & finem nanciſci. Taxatio autem incipere debet die, quam Commiſſarii Cæſaris ſtaruent & nominabunt, ne tamen in intercalatione aliquid novi oriatur, & ipſa taxatio viginti quatuor millium nummûm aureorum brevi fieri non poteſt, retinere debet, Phædericus tutor pro pignore ſequentes res cum omnibus, quæ ad eas attinent, tam dominiis quam proventibus: Caſtrum & urbem Waſſerburgk ſecluſo officio reddituario; caſtrum & urbem Traunſtain, caſtrum Nemus cum Ottingenſi foreſtia, caſtrum Troſperg, caſtrum Mermos, caſtrum Marquartſtain, caſtrum Chling cum officio ſuo: & poſteaquam ei ſatisfactum fuerit, prætacta pignora in manus Alberti & Wolſgangi iterum reſignet. Quintodecimo voluit, ut quælibet pars tres ordinet, qui demonſtrarum cenſum taxare non differant, & qui partes inter frumentum & Bombardas ſagittáſque conficiant. His ſe traditurum Cæſar & poteſtatem, & modum ſpopondit, quemadmodum neceſſitas expoſcit & mandati Cæſarei tenor, cui profectò in omnibus obediri oportebit. Si verò ſex concordari non poſſent, ſtatuit eis ſuperiorem, quem delecturus eſſet, & cui parti tandem is adhæſerit, tametſi rem melius reformâſſet, huic absque tergiverſatione omni conſentiri voluit. Retinuit autem Cæſar, ſi in uno aut pluribus articulis error contingeret, vel ſi quid intelligentiam Commiſſariorum tranſcendiſſet: quomodocunq; fieret; nam in his voluit clarificandi aut declarandi habere poteſtatem: nulla tergiverſatio quæri debet: ſed ſingula, ut moderabitur Cæſar, teneri debent. Cum articulorum omnium & ſingulorum executione. Et quia talis inter partes concordia facta eſt & declarata, Cæſar omnem ſuſtulit proſcriptionem imò proſcriptionis aggravationem quomodocunque nominari ſo-

leant. Ordinavit inſuper, & voluit ſcienter & cum quodam literarum tenore, ut ſinguli quique ad ſua bona, quæ ante hanc proſcriptionem habuerant, revèrtantur. Imò voluit, ne ab aliquo prohibeantur accedere. De his autem inrelligit, qui aut Rhudberto aut ejus conjugi, aut poſt mortem eorum capitaneis adhæſerunt; qui etiam non acceperunt ſtipendium à Palatino Philippo, aut ſub ditione ipſius fuerunt. Sextodecimo reſervavit Cæſar intereſſe ſuum propter Jus, quod ſe habere exiſtimat, ut Cæſar poſt obitum Ducis Georgii in Ducatum Provincias, populos & bona. Imò quicquid debiti poſt proſcriptionem emerſit. Quarum rerum declaratio penes Cæſarem adhuc eſt: reſervavit eriam Cæſar, quicquid Partes filiæ Ducis Georgii, quæ adhuc in vita eſt, debent. At vero poſtremo tam Dux Albertus, quam Wolſgangus tum Fœdericus ut tutor & orator ſuorum amicotum Ducum Ottonis Hainrici & Philippi in nomine eorum & loco talem cæſaream dictaminis formam & ejus finalem ſeparationem, ut præmiſſum eſt, voluntariè ſuſceperunt, atque *ſuâ* ducali honore & reverentia firmaverunt: ita ut eandem Cæſaream concluſionem finaliter & actutum exequi ac fideliter ſervare velint nulla tergiverſatione adhibita, imò nullo pacto contraniti: nec concedere eis, qui ſubjecti ſunt aliquid machinationis. Tum ſtatuit ex Cæſareæ majeſtatis poteſtatiſque plenitudine: ut talis ejuſce concluſio finalis partiúmque ſeparatio omnibus in articulis, punctis & cæteris ſuis materiis æternaliter & indefeſsè ſervetur, & continuò partes huic obſequantur. Si verò unà aut aliæ partes huic in uno aut pluribus punctis articuliſve contumaces fuiſſent, illámque juxta ſuam intentionem & ſervare & exequi nollent, quod abſit, condemnavit partem inobedientem, quotiens hoc fieret in una chiliade ſolidi auri. Hanc in cameram ſuam deferri præcepit, & inſolubilirer ſolvi quotiens contigerit. Non tamen iccirco voluit concluſionem eſſe irritam, ſed perpetuæ firmitatis habere robur: oec pars obſequens fruſtrabitur, ſiquidem mediam ſe illi chiliados partem promittit ex camera (o), conſlat autem affuiſſe concluſioni multos homines nobilitate præſtantes & religione: Hermannus Archiepiſcopus Colonienſis Sacri Imperii in Italia Archicancellarius: Jacobus Archiepiſcopus Treverenſis Sacri Imperii in Galicia Archicancellarius: Phædericus Dux Saxoniæ Landgravius in Turingia & Marchio in Meichſen Sacri Romani Imperii Archimareſcalchus: Joachim Marchio Brandenburgenſis Sacri Romani Imperii Archicubicularius, Georgius Epiſcopus Babenbergenſis, Laurenrius Epiſcopus Herbipolenſis, Conradus Epiſcopus Monaſterienſis, Adminiſtrator ſundationis in Oſnabrugk, Joannes Dux Saxoniæ Landgravius Thuringiæ, Hainricus Senior & Haiuricus Juoior & Erricus Duces Brunswicenſes & Luneburgenſes, Hainricus Dux Meckelburgenſis, Guielmus Dux Gulchenſis, & apud Montem, Chriſtophorus Epiſcopus Chiemenſis, Petrus Epiſcopus Tridentinus, Xtophorus Epiſcopus Laybacenſis, Adolphus Comes Naſſawenſis, Dominus Bisbadenſis, Phædericus Comes in Zoler, Philippus Comes in Waldeck, Joannes Comes in Holſtain & Schaunburgkh, Reinhardus Comes in Runeckh, Sigismundus Comes Lupſenſis, Fælix Comes Werdenbergenſis & in Monte ſancto, Chriſtophorus Dominus in Lunberg Sacri Romani Imperii Archimandrita, Leonard9 deFrawenberg Baro inHag, GerlacusBaro in Riſſenburg & Cæſarei Conſiliarii Matthias (p) Lang Adminiſtrator ſundationis Gurckh & Præpoſitus Auguſtenſ. Chriſtophorus de Schrevenſtain Coadjutor fundationis Brixenſis, Paulus de Liechtenſtain Marſcalcus Cæſaris, Cyprianus de Serentein regius Cancellarius, Bolſgangus de Cilhard Decanus Auguſtenſis, Sigismundus Pflueg, Heraſmus Toppler, Wilhelmus de Wolffſtain & Walthau, Wolſgangus de Wolfstal, Herenngus Fries, Heinricus Hayden, Valentinus de Dinckhein, cameræ noſtræ Procurator, Joannes Schairpeckh Doctor Legum, Wilhelmus de Pappenheim Sacri Romani Imperii Marſcalcus & Cæſaris & Sacri Imperii civitatum Argentinæ, Lubeci, Auguſtæ & Franckſordiæ Nuntii & Oratores. Acta ſunt hæc Coloniæ triceſimâ Julii anno Domini 1505. regnorum Cæſaris, Romani 20, & Hungariæ 16. anno.

Non tamen continuò urbes reliquetunt: nec Michaëlis diſceſſio facta eſt. Interea Rex Portugaliæ quasdam naves miſit per marc ad luſtrandas terras; ubi mitum dictu adeò proceſſerunt, ut novam quamdam terram invenirent. Hæc omnihus rebus eſt abundantiſſima: cujus terræ homines nudos aſſerunt, nihil tegumenti habere: verumtamen mulieribus pudenda videri non poſſunt: ubera ex partu groſſiora non fiunt. Carnibus humanis utuntur, quas etiam torrere ſolent, non ſeminant, non metunt, ſed quæ ſpontè naſcuntur, comedunt. Ubi abundant Piper & alia nobis incognita. Cœlum Polum antarcticum aſpicit ſive auſtralem. Noo tamen viſuntur, quæ in boreali: non ibi currus, non urſæ, ſed ſtellæ lucidiſſimæ ut ajunt. undecimâ Auguſti illam invenerunt. In civitate Boëmiæ quam Budweis vocant hoc anno Judæi omnes igni traditi ſunt, nam Chriſtianum quemdam in tantum ſacinus pellexerant, ut Chriſtiani cujusdam filium parvulum illis traderet. Is ad eum acceſſit, & parvulum ſibi dari petivit, proviſurum ſe illum pollicebatur. Non moratus Xtianus Pauper, quia filium volebat magnoperè exaltari, tradidit, & alterius fidei commendavit. Verùm cum neſciret, ad quem locum ducendus eſſet puſillus, cœpit contriſtari, adeò ut etiam primores civitatis adiret. Fit Quæſtio adeò clanculum, ut nemo ſciret, quid rei ageretur. Nec diu poſtmodum res detecta eſt. Mittitur ad Cæſarem ad Regem Boëmiæ pro præſcriptione ad interficiendos Judæos: nihil pecunia-

(o) ſupple relicturum vel ſimile.
(p) lege Matthæus.

niarum non expenditur: & quamvis Reges ſolos potiores voluerint eſſe puniendos, non tamen quieverunt Cives, quoad poteſtatem haberent. Itaque cum dies opportunus adeſſet, clauſerunt portas, ac miſſis militibus omnes Judæos comprehenderunt, in una autem domo omnes congregatos invenerunt, nam & mulieres & parvulos Judæi advocaverant cum eis locuturi. Et cum tormenta adhiberentur, confeſſi ſunt ſe alios tres parvulos interfeciſſe, qui paulò ante perditi fuerant. Nemo eorum ad baptiſmum potuit compelli, omnes in fide permanſerunt ſuâ, unde igni ſunt traditi. Traditor autem Chriſtianus variis cruciatibus interfectus.

Leonardus de Frawnberg Baro Newoburgam caſtrum ſupra Ænum ſitum recipere conatus Agnetis intravit. Verùm quia, qui illud commendatum habuerant, nihil mandati à Duce Alberto acceperant, dilationem usque ad feſtum Matthiæ impetrârunt, unde retrocedere coactus ad Regem iterum per aquas delatus eſt. Nunc autem à Rege poſſidetur, ſicut & quædam alia. Palatini Comitis miles Bavariam relinquere juſſus ad loca conſtituta ſeceſſit. Multa tamen ſecum abſtulit, nihil in duobus caſtris reliquit. Verumtamen vix abſceſſit, abſceſſit autem Lætare anno 1506. A.1506. Miles, qui ſtipendium accepit ad alia loca commigravit. Ferunt Palatinum 31. oppida recepiſſe. Abbas Altæ inferioris clam aufugit, multa ſecum aſportans. Hic finis diſſenſionis fuit, cum Rex ſive Cæſar in Hungaros movet, & terram eorum populatur, cujus cauſam rari cognoſcunt. Exiſtimant tamen eum velle regnum habere, quod utrum verum ſit, non ſatis conſtat. Cum verò quasdam civitates per deditionem in poteſtatem accepiſſet, pax compoſita eſt, & ſic reverſus Viennæ diem agit. Interea Albertus Dux vocatis Provincialibus & ducatum ſolus obtinuit, & legem poſuit, ne deinceps niſi, qui major natu eſſet, ducaret. Hic finis adeſt noſtræ Hiſtoriæ. Obſecro Lectores, ut nihil niſi, quod ſciant, reprehendant. Non rebus omnibus interſui, multa ſolo auditu comperi, multa tumore. Unde ſi quid mendoſum adeſſet, detrahe; méque commendatum habe. Vale inclyte Lector.

ANGELI RUMPLER
ABBATIS FORMBACENSIS
CALAMITATUM BAVARIÆ
LIBER UNUS
Operis incompleti primus.

* * *

Ex Cod. MSC. autographo Bibliothecæ Electoralis Bavaricæ.

Deſcripſit
ANDREAS FELIX OEFELIUS.

INVOCATIO.

COgimur oblatas Bavaræ deſcribere clades
Gentis: & horrendos plectro depromere caſus:
Et cædes miſeras, nudato ſæpius enſe:
Latronum furta & viduatas civibus urbes.
Tu Pater aſpira, cœlum qui ſydere multo
Veſtis, & pronâ volvis vertigine mundum
Arctoósque polos, cœli ſeptemplicis Ethram
Aſtrorúmque globos, miſſos è nubibus ignes
Qui numeris Elementa ligas, qui magna creatis
Virtus, æterno retines in pectore nexus.
Vera Salus hominum, Rector, Sator atque Redemptor
Tu pietate cluis, vatum tu Delphica laurus
Mnemoſynes genitor: parnaſſi gloria montis
Non mihi Phæbæi, non cyrrhes---- orſus
Non vel Mynciadæ curæ eſt dulcedo Maronis
Non dulces cantus Smyrnæ de ſonte fluentes
Caſta chelys ſequitur, ſed quod ſprevêre priores
Carmen amat currens humilis veſtigia vatis
Illius æterni, gelida qui virgine quoodam
Progenitus, ſuperum docuit ſperare labores
Qui patriâ virtute cluit, propriáque: ſed una,
Ante chaos genitus, tempus de virgine ſumpſit
Plenus rite Deus: genitori rite coævus.
O immenſa Dei bonitas, ſummúmque Profundum
Aſpira: carmen muſa quod currit inermi
Dirige: ſurgentes poſſit deſcribere clades
Conatus hominum, raros ex hoſte triumphos.

Invocationis Finis.

Liber Primus incipit:

POſtquam tetra Lues nigris demiſſa tenebris
Innumeros aluit populos, quos Norica Tellus
In Phlegethontæos (juſtum ut) detruſerat ignes
Progenies Stirpis quæ nuper ab Ethere miſſa
Sceptra tenens, ſuperóſque ciens & Numinis aras
Æterni: cui deſervit nunc maximus Orbis
Cælicolæque patres: decima quod regnat in aula
Quæ Rhudberte tuas leges non ſpreverat unquam
At pietare gravis: virtutes crevit In omnes
Juſtitia moderabatur legúmque ſevero
Judicio ſontes Bavaros & frigida corda,
Lege pari juſtos, tum lege premebat iniquos
Fraus, dolus, omne nefas aberat: tum Phaſidos Herbæ:
Gurges avariciæ, finis quam nullus habendi
Temperat: aggeſtis addit quæ vota talentis
Semper hiat, ſemperque timet: ſub faucibus amplis
Auri ſacra fames: ſemper Polyphemus oberrat
Nulla quies, multúſque labor: non frigora curat
Non ſegnes noctes, non curat Tethyos undas
Unguibus aſſiduis venatur livida prædam
Quæ Priami Natum ſævo mucrone peremit.
Omne procul vitium, Terras Aſtræa reviſit
Prona monaſteriis favit, Divíſque Lupercis
Qui Benedicte tuas leges & rura ſequuntur
Magnanimûmque patrum genuit quos Nurſia felix
Stirps pia, ſtirps probitate cluens, ſtirps cœnobiorum.
Inclyta fundâtrix, ſtirps quæ connubia ſpernit
Quæ paphiæ Ludos & olentia gaudia noctis
Proterit, enervans virus per vota cuculli
Cur modo perpetuam laudem virtute perenni
Æternúmque decus: meritos ſacramus honores
Tu Romane Numam: Memphis veneraris Oſirim
Alter pacis amator erat cultórque Deorum
Inclytus: in templis ritus ſacrabat inanes
Conſtituens aras & Divis orgia donans.
Alter fortè bovem ſimulat, magnúmque ſerapin
Induit & vetitos meruit quæſitus Honores.
Cur non laude pari miremur Fata priorum
Quos proba vita decet, virtus & in Ethera tollit
Virtus quod magni de ſemine rite tonantis
Progenitam tradunt: rarò ſed regnat in orbe
Magna Minerva Comes, cultrix rectiſſima juſti
Sobrietáſque adſunt: dominatur nulla voluptas
Quam veneris prolem tetrici ſprevere Catones.
Virtus quæ removet varios in lumine motus
Igne calet forti: nullum fugit uſta laborem
Speque pericla ſubit: ſpe mundi ſpernit honorem
Quod docuêre ſenes: Romanæ gloria linguæ
Si non vana fides, ſuperos imitatur & orat
In ſua vota ciet curis exuta ſolutis
Corporeos habitus & irritamina ſpurca
Materiæ fragilis frugi deducit in uſus.
At poſtquam crevêre nefas & crimina crebra
Gurges avaritiæ, dominandi fœda libido
Tum ſcelerum furiæ quas tetra Megæra per orbem
Deſtinat; impulſus ſenſit mens libera fortes
Et tempeſtates, varios & in aëre motus
Aëre quo rationis inops non utitur omnis
Ut Zephyrus rapidum nonum quóque fertur in Eurum
Horrifer & Boreas & leni depellitur Auſtro.
Pugna fit: & decreſcentis mens cornua Lunæ
Induitur, ſenſúſque hebetis momenta ſequetur.
O curæ! ô Labes! generantur crebra ferarum
Monſtra, nec urgentes ſentit ſub limine Divos
Degenerat ſtirps cana vide: mens libera ſervit
Tot Dominis quot habet turgens methymna racemos.
Si quondam Reges Judæa in gente creatos
Deſtituit genitor poſtquam delubra ſecuti
Et vanos ritus, ſtatuas, gentilia monſtra
Iſimque informem, Lucos, excelſa, vel aras
Cur non Chriſticolas? perimit quos dira libido
Ambitióque frequens, quæ multos trudit in orcum.
Norica Terra perit: ſervit quæ libera quondam,
Orbatur proprio imperio, nunc Principe Dives
Orbatur. Terras fugiens Aſtræa reliquit
O ubi divini, nuper qui creber in orbe
Fontis amor? ſuperum cultus reverentia nulla
Nulla Dei Sobolis: nulla eſt reverentia patris
Nulla loci ſacri: paſſim crevêre nocentes
Et qui blaſphema irritant pia numina voce.
Norica Terra perit: Bavaros premit ignis & enſis
Ah perit: æternam minitatur Fama ruinam
Gens invicta pigram fines protendit in arcton
Boſphoreúmque jugum: gelidum quæ forte Booten
Aſpicit, & rigidi perſentit frigora cæli.
Poſtquam Romanis latus jam paruit orbis
Imperium latum ſuſcepit maximus Iſter
Iſter ab occaſu labens, cui proximus Ænus
Montibus ex altis ſurgens Patavina per arva &
Cœnobii Formbach veteris: tum conditur Iſtro
Iſter ad Arctoos rapidus defertur: & ingens
Efficitur: linquitque tuas Germania terras
Non tamen in pontum nomen deducit iniquum

Euxi-

Euxinum falſo vocitant: contraria Tellus
Labitur in Savum. Meminit nunc Hungarus arces
Hungarus æternum ſervans in pectore nomen.
Julius à magno nomen qui traxit Julo
Perdomuit gentes multa feritate ſuperbas
Non tamen audaci potuit penetrare triumpho
Teutonicas terras nec proxima montis Adulæ
Crede loca: æthereum quamvis victoria cælum
Contulerit: Famámque Ducis vix terminet axis:
At Boji Ambrones Romanas ſæpè cohortes
Atque acies lectas Cymbri fudère feroces
Teutonus ardenti feriens ſe Marte tuetur.
Hoc meminit Tybris, quæ præterlabitur urbem
Et Rhenus, Rhodanúsque atheſis tum maximus Iſter
Si proba fama fuit, ſed res mendoſa frequenter
At cum Romanas Carolus Rex forte ſecuri
Auguſtâ moderaretur, cui nomen in armis
Addiderat Mars æquus: Honos urbisque Remique
Auguſto major: menſem qui rite ſacravit
Juſtitia pietate potens cultórque tonantis
Defenſor patriæ, ſummi qui jura Luperci
Romulidum leges & ſancti vota ſenatus
Enſe tueretur valido: cui ſæpius Hoſtis
Terga dedit fugiens: ſpoliis exutus & armis.
Non Saracena Cohors, non Longobardus inermis
Invictam pepulère manum: non Rhenus & Iſter
Innumeras gentes Romanis legibus addit.
Hic ſolus Bavaras auſus percurrere terras
Pannoniásque ſimul: Scyticas devectus in oras.
O Rex digne polo, Romani gloria ſceptri.
Tu Decus egregium: quo non præſtantior alter
Tu potes æternum mavorte extendere Numen
Dexteritate nites, conſtans, humanus, apertus
Integer es, juſtus, ſapiens, virtutis Alumnus
Aſſiduus. Aſtræa malis compulſa receſſit
Ad ſuperos: Terras & Norica rura peroſa
Nunc iterum terras petiit: nunc aſtra reliquit.
Tu noſtræ Regionis Honos: generoſa propago
Ex te præcipuum nacta eſt, tibi gloria creſcit
Námque ubi Romanæ tempſit parere ſecuri
Taſſilo: Tu Bavaros ſumma pietate ſovebas
Conſpirans etenim atroces ſociaverat Huños.
Hunnos è Scythicâ tradunt regione profectos:
Pannonium tenuere ſolum: Tum prælia miſcet
Gens inimica Deo: multis fit clara triumphis.
Romani ſensère manum: Tum Gallia dives
Taſſilo finitimos haud juſto foedere cogit
Arma parat: Deſiderii miſeratus iniquam
Fortunam Princeps: malè compellente furore
Fœmineo: patrias qui res fore reſtituendas
Contendit: Turbans juſtæ pia ſidera pacis
Fœmineum crudele genus: facit omnia voto
Præcipiti: Ægeas oneravit Tyndaris undas
Bella ciet: pacémque odit caſúsque futuros
Negligit, impellens animos in bella feroces.
Thaſſilo Cæſareas acies victriciáque arma
Inſtructámque manum extimuit: mavortia ſupplex
Scuta jacit: pacémque petit, nigrúmque Cucullum
Induitur, ſanctámque ſequi ſub Tegmine vitam
Cogitur, & ſacram capitis portare coronam
Purpuream ponit veſtem natúsque patérque.
O! pietas o Cana fides per ſingula vota
Mutati mores: dextræ ſic enſibus aptæ
Et quæ ferratas primum fudère cohortes
Incipiunt juga ferre patrũ latúmq; cucullum
Religione pari: pietatis ſigna ſuperſunt
Nunc monumenta manent: fundamina cœnobiorum
Quis numerare poteſt. Vitam canit Auſtria Dives
Et Rurale ſolum, rigidis & Norica nervis
Stirps fundata manet, miris exercita curis
Lumine continuo cœlos & ſidera clamat
Et curat penetrare poli ſeptemplicis Ethram
Donec divinos acie luſtraverit orbes
Et ſedem regni decimus quem terminat axis.
At Carolus natum, Ludovicus nomen habebat
Deſtinat ad Bavaras gentes & Norica regna
Tradidit: ut meminiſſe ſolet præclara vetuſtas
Tum ſtirps grata ſuo jam de genitore coacta
Æternam laudem & cœli numeravit honores
Stirps quæ præclaris rebus, tum Principe pollet
Illuſtri, juſtam ſequitur quæ ſola ſecurim
Pacis amans, rectique tenax, virtutis Alumna
Cæſareos mores retinens: pietatis amatrix
Tempus ad usque meum, cum jámque Georgius acer
Innumeras urbes populos & ſceptra teneret,
Ære potens, nummis, dextra, bellove manuve
Ut genitor Ludovicus erat: qui ſæpius arma
Movit, & invictam maculavit ſanguine dextram,
Marchio virtutem ſenſit: claróſq; triumphos
Miratur fugiens. Princeps exultat in armis
Exutum caſtris cernens, quem Norica tellus
Expubes ſpectanda timet: quem prona juventus
Inſequitur: turba caſtris aciéque vidente
O Ludovice Decus Martis: qui proemia laudis
Quiq; triumphales Lauros ſuſpendis ad aras
Te tua plebs coluit: dicit tibi carmine laudes
Ardua qui ſævi mavortis prælia nunquam
Deſtituis: Pacem ſed nudo Marte requiris
Hinc virtutis honos: Hinc creſcit gloria Princeps.
Sed quis cyprigenæ fraudes blandóſque ſuſurros
Declinare valet, tenſóſque Cupidinis arcus?
Librat in incertum volucrem puer usque ſagittam
Corripit innumeros laſcivi pondere teli.
Scit Paris: Amphitryoniades: proléſque tonantis

 Per-

Perſeus: ſcit pius Æneas, ſcit fortis Achilles
Et Pater ipſe Deûm: toties mutatus in aurum
Nunc mugit: levior cantat nunc inter olores
Nunc cathamithus adeſt molli deluſus amore
Ut vetitos vivax virtus contemnit amores
In ſcelus omne ruit vitium. Nam laxa lupatis
Membra vigent. Libet ſonipes diſcurrit in arvis
Curva ſenectus olet, ſi neſcit frœma juventus
Ut Mars virtutem ſequitur: laſciva Aphrodite
Diſſolvit vires: minuit virtutis honorem
Sola Venus: ſuperos odit & cæleſtia temnit:
Sola pericla ſubit, terrenis dedita rebus
Libertas procul omnis abeſt: animíque voluptas
Et quamvis Mars furta tori laſciva petivit
Virtuti tamen eſt Cypris contraria ſemper.
Cur riſêre Dei? ſuperis hæc fabula nota eſt
Ac patitur laqueos graciles & ſtamina juſta.
Sic Princeps noſter vetitos curabat amores
Atque puellares Choreas & pectora nuda
Sæpius ardenti dextrâ tractavit: & ore
Oſcula libavit, roſeis argentea labris
Miſcet labra frequens; manus improba, pendula torquet
Pomula, quæ nitidos minus extenduntur in orbes.
Taurus erat niveus, quem Majeſtate relicta
Induit omnipotens, & luſit Agenore natam
Sic tœdas faciles nullo cogente fovebat.
Ille ſenectutem Ludus mutabat inermem
Nunc Abiſag cedat: cedat Lucretia quævis
Non caneſcentem ſolvet medicina podagram
Quamvis Romulidæ nunquam novêre quirites.
Otia ſola movent, nimiusBacchúsq; Ceréſque
Cede proſanatrix Bavarûm laſciva Aphrodite
Cede procul peſtis: tetrici juſſere Catones
Pergama peſtis adi: Bavaros manet inclyta virtus
Cede Deo: Princeps vix eſt è millibus unus
Qui tua ſceptra timet: nec enimGeorgius acer
Cui mea plectra favent, quam Phocydis arva canebant
Te cytherea fugit: Temnit conjugia caſta
Fervet adulterio: ſequitur veſtigia Patris
Dehinc atavos, abavos, proavos quos Norica tellus
Progenuit, Regéſque habuit: quibus otia curæ
Et laqueis captare feras & fallere viſco
Plumigeram ſericm --- labor impiger eſſet.
Quamvis egregiam Scythica regione profectam
Sarmaticóque ſolo, Tanais quo labitur unda
Accepit nympham: Regum de ſemine natam
Clara genus: clarus numerabat ſola nepotes
Buda porens meminit: meminit quo Veſtula lapſu
Qui triplicem labens Cracovinam tendit ad urbem
Moenia celſa rigans Regis cui Sarmata paret.
O Dux digne Chely, Bavarûm juſtiſſime rector
Cur proba deſtituis (ſcelus eſt) connubia: námque
Norica tota monet: Bavarus te ſæpe precatur
Sit cytherea procul. Vetitas cur inter amicas
(Proh ſcelus infandum) recubas? Cur deperit hæres?
Et Bavarus ſanguis? clarâ ſtirps Nobilitate
Novit Pilentum ſedem ridentis amicæ.
Cynthia permolles nonnunquam reddit amantes
Conſtantes animos Mavortis ſemine natos
Cynthia ſæpè domat: diſſolvit cynthia mentes
Litvani ſensêre Duces contraria noſtris.
Dives opum premitur, ferro vaſtatur & igni
Norica, quam timuit quondam Romana juventus
Norica Bellaces cogit in prælia vires
Cur natas generas, virtus ingloria nunquam
Fac age mirificam ſervet proba fama querelam
At dicis: qui cœlum & ſydera torquet,
Juſſit ut æternam evadat plebs Norica flammam
Norica quaſſa jacet: ſive hoc Divina ſecuris
Moverit, aut ſceleris quondá contagia noſtri
Sive Ducum terrenus amor, ſeu copia nummi
Sic urbs præda fuit, Solymam quam fortè vocârunt
Magna Palæſtini quondam quæ gloria regni
Et regale decus: nomen quæ fortè tonantis
Sola tenet, ſola incendit quæ thura Sabæa
Votáq; dat Superis, cœli quæ quærit honores
At dirum facinus, Reges rationis egenos
Irritate ſolet dominandi dira cupido:
Gurges avaritiæ & fugienda inſania mentis
Nullus honeſtatis modus & lex nulla tonantis
Sollicitare ſolet: vaniſſima quæq; ſequuntur
Permittit genitor: populantur ditia regna
Nulla Deo, templis non fit Reverentia ſanctis
(ut modo) continuos Fanum ſed parturit ignes
Aurum diripitur: ſpoliantur Numinis aræ.
Hedwigis interea vacuas diſceſſit in auras
Foemina clara quidem, ſed non dilecta marito.
Quis non miretur, noctes Rivalis habebat
Et bona furta Ducis: tum gaudio plena diei
Quamvis rara Dies tamen is veniebat ab Euro
Si quam Nympha habuit: cunctas ſibi vendicat horas
Pellex blanda Duci: Totum quæ pectus amantis
Perdiderat. Viſebat enim nunc cornua lunæ
Nunc & ſolis Equos: duplicis nunc Cypridos Aſtra:
Sic Iras ſic bella Paris: circumſpice Princeps
Nam non una tibi nocturni gaudia furti
Addiderat: crebri ſurgunt ex ignibus ignes.
Sic pecus in pecudem ruit: & laſciva petulco
Se miſcent armenta bovi: ſic currit in arvis
Pannoniis Sonipes: ſic vir gregis ipſe capellam
Inſequitur petulans: ſic ludit Thurcus in armis.
Quo fit, perpetuam videat gens Norica flammam
Furta rapit pellex: quærit nec gaudia conjunx
Numen amans, Superos & caſtæ vota Minervæ

Tum

Tum noctes raræ vivum vertuntur in Ignem
Produxère duas præſtanti corpore nymphas.
Altera cœnobion petiit: connubia parta
Altera non renuit: retrici ut juſſere parentes
Altera ſupremam cælique decemplicis æthrã
Rimatur: liquidum tranſcendens aera mente
Altera non juſto nibir: ſed digna marito
Ar voluere patres: & cui Rhomana ſecuris
Præſto eſt: Chriſti cælo ut numen venerantur adorant.
Altera procumbens diſtinquit numina cæli:
Altera Rhudberti votis Hymeneia jura
Vendicat, & vetitos orbis disquirit honores
Res & opes Bavaras: vel quicquid Norica tellus
Iſara vel rapidus, vel quicquid maximus Iſter
Saltza ſonans, rapidus vel quicquid poſſidet Ænus
Fœmina clara quidem: nimium ſed honoris avara
Atque auri: totam quæ ſpem poſuiſſet in arca
Ære ſonante graves tendebat tendere fiſcos
Inſatiata ſitis, amor immoderatus habendi
Humano obrepit generi: Dum conderet orbem
Omnipotens geoitor, format dum corporis artus
Effigiémque hominis: vitæ & ſpiraeula flatu
Inſpirat proprio, nam tum Pluronia conjux
Mentes infecit nitidas, & corda veneno
Libera diſſolvens, ſpiris involvit anhelis.
O quam dulce malum quod nunc fragmenta caduci
Inter arenarum cumulos ſcrutabitur auri
Nunc furtis gravidos gaudet diſtendere ſaccos
Turpe ſequens lucrum, nunc mixto Sanguine prædam,
Quæritat, immani jugulando pignora ferro.
Hæc metuenda Lues mundo diſcrimina mille
Mille dolos peperit, frandes & prælia mille
Hæc varios aſtus, ſanctum juſtúmque profanans
Juſtáq; Romuli dum ſubvertit Jura Deósque
Inſatiata ſuis. Tu Martem cogis in enſes
Concordes animos dirimis: Diſcordia ſemper
Sollicitar, Pacis negligit quæ fœdera partæ.
Ah ſcelus: ah crimen, tu Chriſti ſancta prophanas
Templa, nec horrendi deterret criminis uſus
Non ſuperos non cana Deûm revereris & ora
Sancta prophetarum: quos Chriſtus mittit in orbem.
Tu potes æternum pretio temerare parentem
Cur veneranda Dei ſoboles, quam virgine purâ
Progenitam conſtar: quam curam rité pericli
Aſſerimus veteris manibus vænivit iniquis!
Nunc age ruricolas Bavaros & Norica luſtra
Linque vaga: & manes pete furvo claudier antro,
Inq; tenebroſo Phlegethontis condere fundo.
Te præſtolatur Rhadamanthus & ignea proles
Cur Bavaros toties nimium temnenda laceſſis?

Parce juventuti pronæ: gentilia monſtra
Perfida Peſtis adi: & reprobat quæ cura tonantis.
Interea Princeps Mortales liquit honores:
Et natale ſolum: vacuas properavit in umbras
Sydereas repetit ſedes: ſtellámque nitentem
Ingreditur: cum Rhudbertus jam quærere terras
Oblatas cœpit: quas Princeps tradidir olim
Ur moolmenta probant & teſtamenta tabellis
Uſus abeſt: legémque dedit: nam Teutonus acer
Sceptrigeros auget prolis melioris honores
Fœmineam pacto tradit cum dote Marito
At Princeps Bavaras cognato tradidir arces
Et prædite ſolum, varias & in rubibus arces
Auratas Turres, & puræ dona Monetæ
Er plenos fiſcos: penuaria plena Lyæo
Non Cereris deſunt: non vanæ forté coronæ
Præbenr caſtra locum: cum verus luditur Hæres
Sed viduata cohors caſus miſerata futuros
Et ſatum crudele nimis proba mente volutat
Proſpicit incertum fortunæ callida finem
Nec cunctata diu moderari ſingula curat
Horrida convexi minitantur ſydera cœli
At ſapiens animus Olaris dominabirur Aſtris
Fata domat, caſus rimatur ſæpè futuros
Prærreriti ratio. Quamvis in prælia vires
Compellat Bavarum coitus Martisq; Jovisq;
Falci ferique ſenis toſti ſub Sydere cancri
Orbáque vulnificis diſſolvat corpora curis
Non tamen interca ponit proba dona Minervæ
Concilium cogit: Martem propellere tentat
Er laceram optatum navim ductura per undas
Ad Littus divina cohors, fraudésq; doloſque
Rhenicolum temnit, quos tum Plutonia conjunx
Tum canis ille Triceps: nodos quos dira Megæra
Texuit: at non phocaico de Murice lanas
Inſeruit: ſed Mæoniæ contempſit Arachnes
Sæva manus, orſúsque leves quos Pallada quondam
Diſtinxiſſe ferunt: quam orditur Aranea Telam.
Omnipotens genitor qui cælum & ſydera torques
Cui mare cui tellus, cui ſervir lucidus aer
Vulcanúsque levis: cui ſervir machioa mundi
Cur Bavaram pateris gentem ſervire relictam?
Nonne vides tacitum proceres exquirere vorum
At nunc Tiſiphone miſcens aconita Trifauci
Virus alit ſcelerum: quod longus detinet uſus
Reſpice magne tonans: proceres populúmque parreſque
Tolle minas ſuperum: pacem concede ſecundam
Fac age Cæſareas compellanr ritè ſecures
Arque Duces nectant concordi glutine binos
Ne laceret mavorte gravi gens impia terras
(ut ſolita eſt) Bavaras: neu Prælia Teutonus acer

Nune

Nunc revocet, quæ ſepoſitus benè denegat uſus.
Aſpira genitor, pietatis vota ſecunda
Ah miſerare tuos: mentémque animúmque profunda
Cæſaream Deitate ſove : ne deſere preſſos
Armis rhenicolum : ſperatam frange ſecurim
Nonne vides quantas patitur gens libera pœnas.
Tu Deitate tuâ ſurgentem contere Martem
Nam juſsêre patres veterē diſquirere pacem
Et ſamam æternam : quam nullus dividit hoſtis
Ingenium Oedipodis poterit convincere Sphynga
Te tribuente Deus ſum̃i qui conditor orbis.
Ergò agite ô Proceres ! pacem disquirite, pacem
Volvite, nam mentem penetrat vis livida nunquam
Quæ pietate nitet, vel quam ſapientia verrit.
Juppiter almus adeſt: cedat Saturnus inermis
Et dirus mavors: averſi ſydera cancri
Rex cogit minitans, cogit præſtantior hæres
Stem̃ata qui longo numerat potiora lapillo
Nunquid avos, proavos, abavos per vota recenſet ?
Cur agite ô moneo: vivat bona ſecula Princeps
Princeps, qui pietatis amans, ſceptríque potentis
Atque aquilæ, arctoum penetrat, quæ viſa Booten
Quippe genus ſum̃i Ludovici Cæſaris audet
In Bavaros duxiſſe Duces & Norica ſceptra.
Huic modo frater erat: Rudolfus nomen habebat,
Qui quoque rhenicolum terras ditione tenebat
Stemmata quo clari ſurgebant Principe ſceptri
Cæſaris Elector : Dapifer, ſic ſama recenſet.
At Bavaras gentes Ludovicus, Norica rura
Et natale ſolum certâ pietate regebat.
Quicquid Danubius : rapidus vel poſſidet Ænus
Ænus qui noſtras fugiens perlabitur oras
Sub ſua jura cier; late dominatur & omnes
Hercyniæ populos ſceptro moderatur & urget,
Cui permiſſa venus, noctis ſolatia juſta
Producunt ſobolem: Stephanus quæ nomen habebat,
Huic conjuncta thoro præſtanti corpore nympha
Ingenuæ ſtirpis virgo, tum nobilitare
Cæſareâ redolens poterat quæ Hymenæia jura
Votáque conjugii poſcenti ferre marito
Gaudia nocturnis præbet ſauſtiſſima furtis
Lucinæ pietas magni quoque cura tonantis.
Tres natos enixa parens deducit in auras
(Ut fama eſt) clari mores habuere parentis
Hos manet æterni cum ſtem̃ate gloria ſceptri
Noricus inde triplex (meminit ſic clara vetuſtas)
Surgit ager : trinas tabulis partitur in oras
Iſara ſupremum, rapidus latus Iſara lævum
Accipit, & ſurgens claras allabitur urbes
Urbes quæ binis Ducibus regalia ſceptra
Et regale bonum: ſum̃úmq; dedêre Ducatum
Qui Zephyrum fluvio præterlabente virentem
Aſpicit, Erneſti ſtudio magnum incrementũ
Accipit: oppidulum fuerat, nunc Nomine major
Quippe domus pulchræ ſummóque palatia faſtu
Surgunt : ampla nitent laquearia turribus altis
Inconcuſſa manet : Munitas obtinet arces
Monacum vocitant: ſapienti Principe clara
Et qui Dianæ nunquam contempſit honores
Ut proba fama refert : imitatus Phocydos undas
Quas vel Mnemnoſyne vel confert maximus uſus
Qui Sophiæ genitor : magni vel Apollinis auctor
Rimatur ſecreta poli : ſum̃úmque tonantis
Audet ad Imperium Divinos tollere viſus :
At quæ vulturno gaudet , quæ ſpectat ad ortum
Urbs prædives opum : fulvam quæ fortè monetam
Et plenas auri rutilantis ſola crumenas
Dinumerare ſolet, præſtanti principe pollet
Phædeticus nomen: gravidis qui caſtra Caniſtris
Sublimi cum prole replet: penuaria ſplendent
Urbs nova, ſed elato ſurgens ſundamina faſtu
Conſtituit: nitidásq; tenet ſub fornice vaſto
Sola domos quas juſta frequens pictura figurat.
Hoc Coi pictoris opus ſi cernere mavis
Pyrgotelis finxère manus: hebetantia viſum
Saxa nitent : ſurgunt amplam fora læta per urbem
Clara juventuti, nutanti clara palæſtræ
Sive voluptates variæ, ſive otia cordi
Spectatum properes: veneris ſi gaudia quæris
Et dulces noctes : Phœbus monumenta relinquet
Nulla deeſt merces : cogit venus aurea crebras
Sive corymbiferi placeant ſibi dona Lyæi
Seu cereris, tunſi ſeu maxima copia farris
Sive ſalis puri : genus id ſeu ſingula quæque
Numen adi veneris: clitellis turget onuſtis.
Ipſa duplex facies, duplicem diſtinguit & ædem.
Structuræ laterem oſtentant, & coctile crebrum
Rari aſſunt lapides : rarúsque tophus , niſi ſorte
Surgat onus conchæ in ſpeciem. Nam ſtructile ſaxum
Urbs alias raró admittit. De rupe reciſum
Nôn aliter ſurgunt Divûm delubra frequenter.
Haud indigna quidem, ſed quæ coluêre priores
Per pia vota duces, magno quæ principe digna :
Urbs nova Martinum, tenet urbs antiqua Judocum
Cœnobiale decus curant : quos ſortè Minores
Nunc fratres vocitant, quos fama ſub æthera transfert

Fam̃a

Fama malum, vires quod ſæpè acquirit eundo
Mobilitate ſua terras atque aëra pulſat.
Declamatores aſſunt: proba religionis
Aut declamandi ratio, quos cogit in aſtra.
Nec Monachæ deſunt: ſed qua perlabitur urbem
Iſara parte habitant: qua fortè ſuburbia crebra
Surgunt, qua tibi præſtatur mirabile viſu
Ut monumenta ducum ſpectes, ſi cura priorum
Ulla tibi eſt: latitant crebris exciſa ſepulchris.
Hìc ego Georgi vidi requieſcere corpus
Quo duce bellorum ſtrepitus& Martia tella
Depoſuit Bavarus: ſcindebat vomere terram
Teutonus, & nullis dextram exercebat in armis.
Ver erat æternum: Saturni ſæcula dexter
Præſtabat Phœbus: produxerat omnia tellus
Sponte ſuâ: ſoliti ſemper frugeſcere campi
Inſidioſa fames aberat: tamen alta jacebat
Paupertas: Codrus quærens ſolatia nulla
Suſcipit, & pietatis hoos vaneſcit in Orbe.
Tertia lata quidem, quam Magnus perluit Iſter
Digna tubis vatum, nobis ſed cognita nunquam
Hanc Ingelſtadium vocitant: præclara Minervæ
Et Sophiæ ſtudiis: nuper Ludovicus in armis
Strenuus addiderat: magna pietate colebat
Hanc Stephanus quondam propria ditione regebat.
Hæc Monumenta dabat Princeps: Nam Norica rura
In partes nunquã ſecuit Prudentia quondam
Si tabulis adhibenda fides. Nunc Martia tellus
Cœpit habere duces trinos ex Ordine claro
Ut ſcripſi: At nati Ludovicus fortè furores
(Proh dirum facinus) ſenſit: cui Stephanus alter
Extiterat genitor: demùm propellitur armis
Egregius Princeps, ſuperóſq; petivit olympos
Proles & æternam maculavit ſanguine famã
Interea genitor mortem miſeratus iniquam
Fortè Senis: ſobolisque oeſas ulturus ab alto
Proſpicit & caſu, disjecit fulmen olympo
Corripit boc juvenem: tum ſpiritus intrat in umbras
Tum properè ſubitam gignit diſcordia litem
Henrico quamvis cedat pars inclyta terræ
Per legale genus: miſcet tamen atra venena
Teſiphone: ſociáſque acies ciet & ſociarum
Agmina mirificæ objectat Plutonia paci,
Unde Sigismundus Regem quem Teutonus acer
Conſtituit, dudum Boema de Gente creatus
Nititur urgentes Bavarûm depellere eaſus
Virtutum ſpecimen Cæſar: cui Magna Diana
Et Charites faviſſe ſolent. Quem Noricus orbis
Ut Numen coluit: magnos cui libat honores
O Cæſar dilecte Deo, Superóque tonanti
Eccleſiæ columen, ſupremi cura Senatus
Tutum præſidium probitati: Maxime Cenſor
Te moderante patrum ſurgit concordia quondam
Eccleſiæque decus: Pietas te Principe nunquam
Deſeritur, juſti verique & pacis amator.
Te duce Romulidum creſcit nunc gloria Cæſar
Schiſmata purgantur: ſpernit pia fœdera nullus
Te moderante duces Martémque & prælia ponunt,
Si meminiſſe placet: lituos & claſſica Cæſar
Nunc transſert cupidæ cogitque in fœdera pacis
Sic tuus Albertus tabulis trutinabat amicis
Singula: Tu fac exertis oramina dextris
Suſcipias: pacis retinebis munera lanctæ
Si tabulæ ſique alma fides, conceſſio ſancta
Nunc habuêre locum: Albertum tu ritè ſoquaris
Quamvis Rhudberti non deſint forte querelæ
Quas ceris movit Princeps Georgius. Olim
(non ſcripſiſſe piget) ſegavit cuncta latenti
Forte dolo: Bavaras dextras qui in funera cogit.
O generoſa cohors, miſerare patresque Deóſque
Et Natos Natáſque tuas: Caſtiſſima quæque
Pectora militibus fiunt quæ præda frequenter
Nonne vides quantas Rhudbertus tradere Ceras
Inſtituit: num Romanæ contraria legi
Jura ciet? Rhenus rapido non conditur Iſtro
Si tabulæ ſique alma fides, conceſſio firma
Teutonicus nunquam poterit diſſolvier uſus
Uſus quem priſci legem poſuiſſe ſolebant.
Ultima quin etiam fuerant moderanda volunras
Si juſtam mavult: Moderatur Regius enſis.
Cur non acceſſit? ſed livor ſingula turbat
Livor edax rerum, cujus metuenda propago
Nigra domus, nigra ſemper caligine fumans
Perſephone genitrix: ſtygiis egreſſa tenebris
Certat in humanum virus detrudere caſum
Dura genus, ſerpens peperit quod lividus olim.
Pallor in ore ſedet: livent rubigine dentes
Recta acies nusquam, ſuffuſa eſt lingua veneno
Riſus abeſt, curas tradunt nec Morphea poſſe
Eripuiſſe ſinu: bilem nec pectora ponunt.
Omnia præcipitat: leges & jura prophanis
Metitur nugis meditatur inania vafra
Cur Princeps Bavatum præſtanti corpore nymphas
Denegat Alberti natis: qui ſanguine claro &
Cæſarea genitrice nitent: quam fudit in auras
Phædericus Clemens, quam Maxmiliane Sororem
Eſſe tuam memorant, ſceptro qui ſydera torques
Seu premat invidiæ livor, ſeu cora Sororis
Georgi antiqunm manet irrevocabile votum.
Conſule præteritos atavos fortémque parentem
Georgi: Albertóque tuo quas tradidit olim

Cede libens terras: vicium eſt dimittere juſtum.
Quin Tabulas revocare nefas, dextráſque pareotum.
At clari ptoceres moderari ſingula malunt
Quam Martis dimiſſa ſequi per claſſica vota.
Otia longa probant: tela aſpernantur & arma
Qui parto nunquam maculârunt Sanguine dextras
Conſtituunt poſſent Bavaris qui dicere leges
Juráque: qui ſontes arcerent: Norica rura
Si tutanda forent: Si pax quærenda viciſſim
Non tamen audaces Rhudbertus deſerit orſus
Sed Bavarum terras (Si fors non læva fuiſſet)
Sperabat gladio Rheno ſociare bicorni.
Qualia tradiderat nuper Fraunbergius heros
Caſtra petit: curáſque ciet: tum ſingula volvit.
At quisnam meminiſſe nequit: non deſuit unus
Alberto fidus ſummi Senatot honeſti
Expers fraudis homo: cui ſunt mala tempora cordi.
(q) Incuſans proceres Rheno qui forte favebant (q)
Pacis amator erat: tectas hic ſortè tabellas
Clam ſubjicit: proceres hinc incuſabat inertes
Caſtra quod addiderant Rheno, latáſque crumenas
Theſauros Bavaros, turres, fulvóſque penates
Argenti varias venas: granaria crebra
Grande penus lato quod non reperitur in orbe
Quas verſant ripæ duplices deriſit arenas
Hioc immane jugum Rhudberti ritè recuſans
Blaſphemat proceres, dictans convitia crebra
Et regimeo multis jamjam lacetabat agreſte
Libertate carens, quærebat Notica ſceptra
Et ſublime decus Bavarûm, ſamámque potentem
Fallaces animi non irritamina curant
Protinus incenſi bilem vix mente recondunt
Non ſecus ac quondam furiens Priameia conjunx
Induit illa feram: creverunt aggere dentes
Sub duplici, ut frendens avidus per dèvia prædam
Quærit aper: ſic fortè ruunt in probra viciſſim
Innumeriſque hominem probris lacerare fugatum
Nituntur, claudúntque fores: injuria mentis
Exacuit nimium, poterit ſi injuria dici
Quod commuoe bonum defendit, & ardua menti
Ingerit. Æternam quærit Reſpublica pacem
Tum coram ſeſe multâ probitate fatentur
Conſpicuos: vitii nil admiſiſſe probârunt.
Improbitas potius Stygiis demiſſa tenebris
Irritare ſolet, qui jam convicia ſcripſit.
Non opus eſt tabulis, probitas ſi ſingula penſat
Suſpendet trutina, calamos & callida probra
Cur autem fugit? Coram reſponſa ſuperſunt
Si probus accedat: dictis jam dicta refellat.
O ubi nunc verum? ſuperas diſceſſit ad auras
Monſtrabunt Tabulæ quicquid Georgius olim
Principe quo Bavari lætos duxere decembres
Mandarit, vacuas quamvis abſceſſit in umbras
Contempſiſſe probum, juſſit ſi talia Princeps
Princeps cui fuerat nunquam contraria dextra
Noſtra fides coluit, coluit quem turba ſuperſtes
Non Saulem ſequimur, ſequimur Davida canorum
Fatidicúmque ſenem, nunc auſcultando ſubimus
Juſtum onus, atque ſalutamus quem legerat Hæres
Hæc illi: cum lecta probat par littera famam
Si mens ſana fuit, novit quod conditor orbis
Quippe reducebant ſublimis Principis orſa
Tum viduata cohors Rhudbertum affatur & orat
Ut meminiſſe velit pacis: vel fortis amoris
Et tecti juſtique ſimul dextræque fidelis
Quam dederat nuper: rebus dum ſortè potiri
Contendit Bavarus: neque enim diſcedete fas eſt
Aſpice dicebat orbatos maxime Princeps
Et proceres miſerare tuos: quos Principis ardor
Deſtituit: vacuas ubi flatum miſit in umbras
Elyſios adiit campos: caro ſuſcipit urnam
Cerne brevem: ſortémque tubam ſonitúmque moratur
Terribilem: qui cuncta movet pomúmque polúmque
Concutit & juſto trepidi ſub judice pallent
Nunc miſerare tuos: latus mitabitur Iſter
Altza Ænúsque ſonans: oblatam ſuſcipe pacem
Et retine dextram: partos mirare regentes
Tum Proceres lectos, ſiquidem commiſſa poteſtas
Et Regimen populi, poterunt qui dicere jura
Qui leges ſtatuunt. Cunctus mirabitur Iſter
Qui Bavaras gentes ſumma ditione tenebunt

Donec

(q) verſus hic ab auctore inductus, verine an falſi metu?

Donec magna Dei ſoboles quæ numine claro
Illuſtrat terras, pacem concedet ubique
Arma cave, nam mox Martem ulrio juſta ſequetur
Pax adeunda tibi: pacis nec fœdera deſunt
Pace decus Bavarum: gliſcit respublica pace
Pax inimica malis: pacem gens Notica quærit
Semper & invictam (juſtum eſt) à ſanguine dextram
Continuit: pacem Princeps venerare frequenter
Bella tibi moderanda forent. Nam pacis alumna
Dextra fuit: Pacem quærit res bellica ſolam
Cur cogis lituos? Bellum tormenta minantur
Bombardæque graves & propugnacula crebra
Exitium Bavaris, urbi populove ſolove
Cur quereris? tua res agitur: concordia Princeps
Eſt ſublime bonum: arctoo delabitur orbe
Hoc Chriſtus docuit, ſecúmque in ſydera vexit
Hoc ſublime bonum patriis è ſedibus auctor
Advexit terris, fidíſque reliquit amicis
Nil habuere truces qui orbem domuêre tyranni
Fraude dolo inſidiis famam qui in Sydera cogunt
Mauſolæa nitent: auro redimita ſepulchra
Spiritus in Stygias miſerè cum truditur undas
O Princeps memorande fatis. Quæ Norica Tellus
Et Rhenus Rhodanúſque ſimul tum maximus Iſter
Excipit, ô pacem concordi fœdere ſerva.
Ira malum: fertur per aperta pericula crebro
Ira urbes populos meritoria templa theatra
Oppidáque innumeras terras, disjecit & arces
Syllanam & Paridis mentem diſcordia fregit
Pellæum juvenem dominandi vana cupido
Decipit. At cujus ſceptrum vix terminat Orbis
Conditur in Tumulo: non latam ſuſcipit urnam
Sic verſat fortuna vices; Sic rector olympi
Colla ſuperborum terit, & vaniſſima quæque
Corripit: ô nimium dominandi vana cupido.
Diſcite Mortales venerari carmine divos
Gloria vana quid eſt? ut fumus in aëra fertur
Cuncta relinquuntur cum Spiritus intrat in aſtra
Tu Princeps moderare tuos: moderare ſeipſum
Sit certus numerus. Tranſcendat Miles in armis
Non certum numerum. Tellus nec Norica leges
Sentiat ulla tuas: Donec concordia juſta
E cœlis veniat, neque enim ſine numine fiet
Imponant proceres leges. Tu jure manebis
Regales tabulas & quicquid Regius enſis
Tradiderit, dextrámque tene: tum ſingula tolle.
Vix hæc cum ſubito Princeps nutúque genúque
Pergenti ſimilis ſuperos teſtatur & urget
Nec tamen à cœpris deſiſtit: Milite caſtra
Munit, & ingenti diſtendens aggere muros
Conſolidat: feſtis nec parcit ſæpe diebus
Hic labor & boreæ non ſenſit nubila crebri.

Addidit in fine Angelus Abbas:

Multis occupationibus irretitus finire non potui. Sed ſi tempus ſe obtulerit ad aliam partem ligabo.

CATALOGUS

EPISCOPORUM

RATISPONENSIUM

In Libros III. diviſus

AUCTORE

LAURENTIO HOCHWARTO

Jurium Doctore & ejusdem Eccleſiæ Presbytero Canonico.

* * *

Nunc primùm

Ex Autographo Auctoris auctiori & emendatiori

Cum alio item Codice collatum edidit

ANDREAS FELIX OEFELIUS.

De Vita & Scriptis LAURENTII HOCHWARTI *Thurſenreutani Bavari Doctoris Theologi & Eccleſiar. Cathedr. Ratisponenſis & Patavienſis Canonici*

Commentatio Prævia

ANDREÆ FELICIS OEFELII.

LAURENTII HOCHWARTI, quod ſcripta hactenus latuerint, obſcurior in præſens memoria fuit, nec niſi nomen viri complexa. Quo æquius me facturum exiſtimo, ſi brevi commentatiuncula eam, quam ipſe Rebus Patriæ circumfudit lucem, in Auctorem reflectere conatus fuero; isque ea ratione non tam noſtro (quod ſentio, quam ſit debile) quam proprio lumine RATISPONENSIBUS ſuis, antiquiſſimis Bojoariæ Civibus, celebratior fiat atque notior, quorum RES præcipuè SACRAS, ab ipſis agnitæ veritatis Chriſtianæ incunabulis, inſigni Commentario ad ſua usque tempora copioſiſſimè deduxit.

Opportunè autem & non ſine quodam ignavæ poſteritatis velut præſenſu accidit, ut vitæ benè geſtæ ſeriem binis ad amicum Epiſtolis ipſe breviter adumbraret, quodque ſuis præſtiterat officium, nec expectabat viciſſim, noviſſimè ipſe præſtaret ſibi.

Latebant dictæ Epiſtolæ cum aliis viri diligentiſſimi lucubrationibus ineditis, donec eorum Indicium Eruditis ſecit locupletiſſimæ *Emmeramenſium Bibliothecæ Catalogus* CELSISSIMI PRINCIPIS non ſolùm juſſu ſed etiam opera (quam raro ſibi ſummunt in minori longè faſtigio Præſules) cum Orbe Litterario commmunicatus. (r)

Nihil ergò potius habui, quam ut ad illius ditiſſimi theſauri Cuſtodem R. P. D. FROBENIUM FORSTERUM Principalis illus Abbatiæ *Priorem*, Muſis & Gratiis notiſſimum nomen, confugerem, & in re litterarum, quibus ille nun-

(r) *P. II. Inter Codd. MSC. Num. CCCLVI. ſignatus p. m. 57.*

nunquam non præſto fuit, auxilium peterem. Facile fuit impetratu à viro humaniſſimo eodémque doctiſſimo, quod ad memoriam Scriptoris meritiſſimi reſtaurandam peti cernebat. Utque eſt officioſâ animi promptitudine, non ſolùm voti compotem illicò fecit, ſed quæ rogaveram manu inſuper ſuâ ex indicato Codice deſcribere non detrectavit, *ne* (ut amiciſſimè cauſabatur) *aliena, caracteribus Hochwarti ſanè difficillimis minus aſſueta, errores ſpargeret*.

Huic igitur Clariſſimo Viro debentur, quæ hic leguntur Epiſtolæ: quibus Auctor HOCHWARTUS potiores vitæ ſuæ, inter pietatis & litterarum officia actæ, Periodos complexus, indolis ſimul iconem ea, quæ inter amicos multorum annorum uſu probatos obtinet, ſtili libertate ingenuitatéque animi expreſſit, quæ ſi intercidiſſent, jejunam valde & exilem parúmque cohærentem diligentiſſimi hujus Hiſtorici Bavarici notitiam habitari eramus. Utraque ad virum illis temporibus non incelebrem JOANNEM HASENBERGIUM *Bohemum*, veterem amicum & comilitonem exarata eſt, quem ego eundem puto, qui Lipſiæ feſcenninis illis ſuis, pro veteri verbo, *riſum fecit*, & *ridiculus fuit*. (s) (s)

EPISTOLA I.

Laurentius Hochwartus Thyrſirutinus (t) *Joanni Haſenbergio* Bohemo ſuo ſalutem. (t)

„ AMicitia conflata frivolis ex rebus ad quamvis aurulam facile difflari; ex
„ ingeniorum verò ſimilitudine contracta, optimè *Haſenbergi*, diuturnior
„ eſſe ſolet. Adeò ut illam nec temporum inter amicos diſſitos diſtantia nec
„ amicitiarum illa corruptrix ἀπροσηγορία labefacere valeat unquam. Hinc
„ auguror, noſtram ex communibus olim ſtudiis natam familiaritatem ſtabi-
„ lem perduraturam. Nam quamvis in annis tribus & viginti jam nos mu-
„ tuo non viderimus, nec alterutrum litteris fermè ſalutaverimus, quod per
„ regiones linguarum commercio diſparatas agentes, alterum alter ignorave-
„ rit: tantum tamen abeſt, ut hinc amicitiæ noſtræ jactura ſit aliqua facta,
„ ut majus inde ſit deſiderium ejus accenſum. Sed Cacadæmon hodie no-
„ vam amoris dirimendi peſtem, quâ facit ex conjunctiſſimis inimiciſſimos,
„ induxit in orbem, Religionis nimirum diſcordiam, in qua te ex meo æſti-
„ mans animo, quamvis apud claudos Bohemos tuos Wicleffitas & Huſſi-
„ tas habitaveris, tamen te juxta Proverbium ſubclaudicare didiciſſe in ani-
„ mum meum nunquam poſſum inducere. Idem opinor & tu de me ſenties,
„ qui licet apud eos agam, qui nuper ſibi religionem mutârint ab Eccleſia
„ devolantes ad ſchiſmata, tamen hi me nunquam habuerunt nec habebunt
„ Rivalem. Id ut tibi perſuadeam vitæ meæ interim actæ curſum, curſim tibi
„ propius ſemel conſtituto recenſere debeo; unde cognoſces eundem eſſe
„ me in Religione qui fuerim olim, nempe Presbyter Canonicus Sanctæ
„ Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ Filius; qualis etiam Deo me con-
„ ſervante moriturus ſum. Talem etiam me mei parentes *Nicolaus Hochwart*
„ & *Walburgis* ejus uxor à Deo precibus impetratum voluerunt. (u) (u)

„ Cum enim ex tredecim liberis maſcula proles nulla ſupereſſet, exo-
„ rarunt Deum, ſi maſculum daret, *Laurentium*, ex amabilis filii recens

T 3 „ tunc

(s) Eodem *Haſenbergio* Præceptore uſus eſt JOANNES JACOBUS FUGGERUS, Bavariæ noſtræ, ſive librorum ſive antiquitatum, Elegantiarúmque Theſauros ſpectes PEIRESCIUS. Docet me hoc nota MS. ipſius Haſenbergii libello cuidam adſcripta, quem Diſcipulo ſuo, anno MDXLIIII. Bruxellæ agens, dono miſerat.

(t) *Thürſenreitt*, quod Bruſchius cent. I. Monaſt Germ §. Waldſaſſen. p. m. 66 b. Edit. Ingolſt. non malè *Thurſonis Novales* reddit in Nariſcis ſitum oppidum non ignobile permutationis jure Monaſterio Waldſaſſenſi paret, de quo l. c. & p. 71. b. plura. Quibus adde quæ Otto Waldſaſſenſis à nobis editus memorat.

(u) *Audiemus de hâc re Hochwvartum alio loco, nimirum L. I. C. XXIII. Catalogi Epiſcopor. Ratisb. diſſerentem, occaſione oppidi, unde Ortum duxit:* Sub hujus Waldſaſſenſis Monaſterii à Churone Epiſcopo conſecrati ditione ſitum eſt oppidum Thyrſirutum, ſic à Thyrſi colono primóque Stolone, ut ſic dicam, vocatum, qui ruta ruſtico radicitus veprerum rutavit & loco habitabili facto locum fecit. Id oppidum mihi *Laurentio Hochwvarto* Patria eſt chariſſima, edito illic ex honeſtis parentibus *Nicolao Hochwvarto* viro Senatorio, & *Walburga* illius conjuge legitima, qui inter quatuordecim liberos, me tandem curdum progenuerunt, adhuc multis liberis gignendis per ætatem non inidonei, niſi peſtilens contagio rapuiſſet utrúmque intra bimeſtre tempus, immaturo ſanè fato. Hoc de Patria mea volui obiter dicere.

„ tunc mortui nomine nominandum, & quantum in ipſis eſſet, non tam ad
„ Stirpem propagandam quam ad augendum cœtum Sacerdotalem educan-
(x) „ dum. Poſt hoc votum ego natus ſum cordus (x). Quem cum parentes Scholis
„ tradidiſſent, nondum Sexenni mihi mortui ſunt ambo intra duos menſes.
„ Ob hoc ingenioſa paupertas extra patriam deinde me ſere provexit (detrivit)
„ in Scholis illis trivialibus, in quibus puer illa prima rudimenta perdi-
„ dici. Adoleſcens autem Lypſiam me contuli, bonarum illic artium &
„ linguarum mediocrem cognitionem mihi parans per ſeptennium, ubi &
„ in magiſtrum artium, ut noſti, ſum promotus & in amicitiam tuam re-
„ ceptus. Qualis illic in religione, etiam tum *Miſnia* jam lutheranizante,
„ fuerim, noviſti probe. Nec mihi mutatus eſt animus hodie.

„ Cæterum ex Lypſico gymnaſio diſcedens apud *Fruximum* in Schola
„ Cathedralis Eccleſiæ ludum aperui plus triennio, illic in Chorepiſcopum
„ (Suffraganeum vocant) promovendus ſi permanere diutius voluiſſem: ſed
„ animus erat Studiis majoribus operam impendere. Quapropter *Ingol-*
„ *ſtadium* petens illic publico ſtipendio bonas litteras profeſſus ſum; & in-
„ terim Theologorum Juriſperitorúmque Lectoria obambulans ea didici
„ quæ poſt uſui poſſent eſſe. Cum autem vocarer ab Abbate meo *Wald-*
„ *ſaſſenſi* VALENTINO in Patriam, Thyrſirutinus parochus futurus, & jam
„ ubique ſacerdotium Papiſticum, ut ſectæ vocant, malè audiret ac etiam
„ contemneretur, ego tam non abhorrui à Sacris, initiandus parentum
„ voti memor, ut etiam temporibus iniquiſſimis Chriſto nomen darem in
„ ſacerdotem ritè ordinatus. Quo nomine ſtatim in patria Parochiali
„ Eccleſiæ Triennio præfui, populo ſatis ob prædicationes acceptus;
„ facile enim tum, quia currebam ſolus, etiam vincebam. Sed
„ quia me Deus uno loco conſiſtere nolebat, Epiſcopo Ratisponenſi vo-
„ lente *Ratisponam* acceſſi, & primum in Parochiali Eccleſia ad *S. Ulri-*
„ *cum* cooperarium Sacrorum egi. Ibi cum Sermones ex Eccleſiæ Doctori-
„ ribus ſedulo collectos, adhibita, mihi à Deo collata & in ſcholis exercitata
„ benè tradendi ratione, ex cancellis pronuntiâſſem, concurſus ad me
„ factus eſt ingens. Quamvis enim in decem Eccleſiis illic prædicatio fie-
„ ret, tamen nec unus prædicatorum inveniebatur qui Evangelio diligen-
„ ter exponendo ſtuduiſſet, ſed omnes erant contenti, ſi poſthabito Evan-
„ gelio quicquid in buccam veniret tamdiu deblaterarent ἀδίδακτοι, dum
„ horologii conſumeretur arenula. Itaque me Saulem inter Prophetas
„ admirabantur, adeo ut poſt menſes quatuor Emmeramicus Abbas *Am-*
„ *broſius* in Proviſorem me ſuæ Parochiæ ad Rupertum adſciſceret. Illic ea
„ ſum uſus modeſtia, ut cum parum authoritatis eſſe in me, ut qui mercena-
„ rius & nondum ſatis cognitus eſſem, à controverſis dogmatibus abſtinu-
„ erim ſere, ſatius ducens ulcus, cui mederi nequeas, etiam nec continge-
„ re quam refricatum exaſperare. Cúmque ſolo Evangelio verbatim expo-
„ nendo vacarem, ædes, ampla licet, adcurrentibus erat arctior, ita ut re-
„ liqui prædicatores hunc populi concurſum, ſui contemptum interpre-
„ tarentur apud ſeſe.

„ Erant tunc Comitia Cæſarea apud Ratisponam anno Domini MDXXXI.
„ & D. *Cochlæus* mihi nondum antea viſus, inſcio me crebro interfuerat:
„ cui cum placuiſſem, adiit me ſemel atque iterum & tertio, agebátque
„ mecum ut *Ratiſpona* relicta ſecum *Dresdam* adirem ad *Georgium* feliciſſi-
„ mæ memoriæ Ducem Saxoniæ functurus officio concionatoris, & pene
„ perſuaſerat, cum ecce tibi Doctor *Matthias Luchs* Cancellarius Aichſtetten-
„ ſis qui & ipſe coryceus auſcultaverat aſſiduus in turba nomine *Gabrielis*
„ Epiſcopi ſui me convenit, & ad Prædicaturam Cathedralis Eccleſiæ illius
„ invitavit. Nec erant illi ſoli qui me conabantur hinc abducere. Ego
„ vero deliberatione cum amicis habita poſtergatis omnibus aliis *Aichſta-*
„ *dium* petere ſtatui; quo ut irem honoratior Reverendiſſimus Dominus
„ Cardinalis *Laurentius Campegius*, qui tunc aderat legatus Romani Pon-
„ tifi-

(x) *Cordus, id eſt, tarde natus. Contigiſſe id circa annum MCCCCXCIII. ex iis conjicio quæ noſter L. III Cap. XXVII. ad annum MDIII. annotavit & quæ videntur puero decenni competere*: Anno Domini MDIII. in crucibus lividi coloris in veſtibus hominibus ſubito comparentibus. Ego verò tum puer *ſectabar cordes paſſim teſtáque lutóque* qui jam harum rerum veluti per ſomnium recordor reminiſcórque.

„ tificis, meíque commendationem ex fama bona ſuorúmque relatione per-
„ ceperat, titulo Magiſtri Theologiæ me condecoravit, quod Prædicaturæ
„ Cathedralium Eccleſiarum fermè titulares Prædicatores expetant. Sed cum
„ *Aichſtadium* audiendus & probandus concederem, Epiſcopus ex ſuis de me
„ certior redditus non audito etiam conditionem obtulit, quam oblatam ac-
„ cepi. Cúmque ibi nondum biennium totum fuiſſem, deſiderium mei cœ-
„ pit apud Ratisponenſes fieri. Adeò ſiquidem Prædicatores ibi defecerant,
„ ut ex mendicantium fratribus Dominicaſter quidam concionem cathedra-
„ lem aliquamdiu præoccuparet. Proinde venerabile *Capitulum Cathedralis*
„ *Eccleſiæ Ratisponenſis* me revocabat ad ſuam Prædicaturam *Cathedralis Eccle-*
„ *ſiæ*, pollicens me ſuo tempore bona gratia inter ſe ſe ad canonicatum re-
„ cipiendum. Igitur ipſe cum apud *Aichſtadium* non doctoribus, quamlibet
„ doctis, ſed ſolis nobilibus in Eccleſia Cathedrali locum eſſe viderem, nec
„ concionatori ſeneſcenti ad requiem poſt laborem foret ullum receptaculum,
„ conditionem lucroſiorem licet, dimiſi, commeatúque petito ægréque ob-
„ tento redii *Ratisponam*. Quo reverſurus ex Itinere *Ingolſtadium* petivi, lau-
„ reámque doctoratus jam olim meritam mihíque repoſitam in jure maximè
„ canonico recepi, quod titulum talem fundatio Prædicaturæ Cathedralis
„ expoſceret, nec mihi ſine aliquo tali titulo pateret ullus ad Canonica-
„ tum aditus.

„ Reverſus itaque *Ratisponam* ardorem illum populi in me non refrigera-
„ tum ſed incenſiorem inveni. Stabat ædes illa ampla populo refertiſſima &
„ velut immobiles ſtatuæ quamlibet longas audiebant ex me conciones, adeò
„ ut me concurſus iſte nonnulla gravaturus eſſet invidia apud quosdam. Ego
„ verò jam factus cordatior opera dedita in illa Dogmata controverſa decla-
„ mabam totóque biduo, puta in feſto omnium Sanctorum & Animarum de
„ interceſſione Sanctorum & de Igne purgatorio in magna populi frequentia
„ dixi. Tunc qui conjurati *Luthero* ſic erant, ut converti nollent, me deſe-
„ ruerunt, muſſitantes mihi ſpe de Præbenda, facta, os benè obſtructum, ne
„ amplius ſincerè prædicarem Evangelium Papiſta papaciſſimus. Temporis
„ progreſſu cum & de abuſibus interim dicerem, modeſtiſſimè tamen, ne ci-
„ ves per ſe ipſos ſanè currentes in Clerum incitarem, quid indoctos illos Sa-
„ cerdotes ex rebus præſentibus immutatum nihil volentes, clam lutheri-
„ zantis nomen audire merui. Ita nunc in hoc ſæculo Prædicatores audito-
„ ribus, pro ſuis affectibus quibuslibet eſſe coguntur quodlibet; Et apud
„ ingratos inire gratiam nullam poſſunt. Porrò quia Anabaptiſtæ in ſuperiori
„ Germania relegati turmatim per Danubium hâc in Ungariam ferebantur,
„ clam ſe in hac urbe civibus ita ſe inſinuârant, ut conventicula apud cu-
„ ſtodes portarum & turrium civitatis haberent clancularia. Quam obrem
„ ego aliquamdiu in Anabaptiſtarum ſcita declamans odioſos eos civibus ita
„ reddidi, ut de Republica Monaſterienſium more occupanda, quod time-
„ batur, remiſerint audaciam. Ad extremum tamen & nonnullos ex confra-
„ tribus meis canonicis offendi: cum enim juſſu Capituli mei latinam ora-
„ tionem in Cæna Domini ſub lavationem pedum cogerer habere, & vix octi-
„ duum haberem ad orationem componendam & ediſcendam, eſſémque meis
„ concionibus peragendis eo tempore plus quam ſatis occupatus, ego ex
„ aliorum ſcriptis reformatoria quædam converrebam, quæ ſecundum illud
„ Petri: *non ſolùm pedes, ſed & manus & caput*, ad Eccleſiæ corpus myſticum
„ accomodans, *Caput* id eſt Papam, *manus* id eſt Cardinales, *pectus* id eſt
„ Epiſcopos, *ventrem* id eſt Monachos, *pedes* id eſt Sacerdotes in Evangelium
„ Pacis currentes lavi, hoc eſt lavandas abuſuum ſordes indicavi. Quâ lava-
„ tione quia non prævideram, ne nimium calidum hoc eſſet, ceu ferventio-
„ ri aquulâ ſe conſperſos indoluerunt quidam. Inter quos Doctor *Joannes*
„ *Dietenhamer* (y) relicta illa oratione, parúmque intellecta, in uno *Curti-* (y)
„ *ſani* verbo ſe perſtrictum putavit. Quem etiam apud ſuæ farinæ homines
„ de me ſuper hoc verbo maligne loquutum non illibenter credo. Sed tu
„ hanc orationem legens judicabis, an benè maléve propterea debeam audire.
„ Equidem ſimultatem confratrum perferens tamen ea mea modeſtia *Ratis-*
„ *ponenſes* in officio continui, quamdiu prædicationis munus obivi. Aſt
„ poſt-

(y) hujus mentio occurrit L. III. Cap. XXVIII. multis memorabilibus rebus fœto. & eod. Lib. Cap. XXX.

„ poſtquam mihi Canonicatum nacto ſucceſſorem conſtituerunt Doctorem „ *Joannem Eckardum*, eo ipſo anno ſibi Ratisponenſes immutaverunt reli- „ gionem ab Eccleſia deſciſcentes ad ſectas. Et ipſe Prædicator *Eckardus* poſt „ alterum annum à nobis ad ipſos pariter defecit, nec hactenus per Do- „ ctorem *Paulum Hirspeckium* huic negotio immortuum reduci potuerunt „ ad cauſas.

„ Ex his, Optime *Haſenbergi*, cognoſces, de me vulgi judicium pra- „ vum. Ex oratione vero cognoſces, qualem reformationem in Eccleſia cum „ multis aliis viris bonis cupiam. In dogmatibus enim, conſcientiâ teſte „ loquor, cum ſectis mihi nec vel in uno articulo convenit. Sed & orbis „ aliquando ex meis *Sermonibus* cognoſcet, qualis fuerim doctor, quum Evan- „ gelium Jeſu Chriſti ex quatuor Evangeliſtis in unum contractum & Ec- „ cleſiaſticorum Interpretationibus illuſtratum, ſicut à me prædicatum fu- „ erat, in lucem fuerit editum. Satis eſt mihi jam, ſi tibi ſignificavero, me „ ex animo priſtino de amicitia nihil imminuiſſe, in Religione me nihil im- „ mutatum eſſe, & Reformationem, qualem Romana & Apoſtolica ſtatu- „ erit Eccleſia cum aliis Sacerdotibus animo libenti perlaturum. Jam au- „ tem longius hunc vitæ meæ curſum interim peractum ſcribere volui, ut „ quod litterarum fuerat miſſitatione neglectum, hac una prolixiore farcia- „ tur epiſtola; quo noſtra deinceps amicitia, quo cœperat modo, perficia- „ tur conſtanter. Eſt enim Amicitia ſtabilium, fœlicitas temperantium. „ Vale. Ex ædibus meis Ratisponæ calendis Juniis anno Domini MDXLVI.

Altera quam exhibemus Epiſtola, toto quatriennio poſt ſcripta intervalli illius acta complectitur ad annum usque Seculi Quinquageſimum deducta.

EPISTOLA II.

Laurentius Hochwartus Thyrſirutinus Joanni Horatio Haſenbergio S. D. P.

„LItteræ tuæ ex *Auguſtanis Comitiis*, Chariſſime mi Domine *Haſenbergi*, „ ad me datæ, tanto mihi jucundiores quanto jam ex longo tempore „ variores fuerunt. Cum enim jam rurſus toto quatriennio nec viſu nec „ litteris amicitiam noſtram refricaveris, quia tamen initia ſtabilia primo „ ſumpſit, eam immortalem fore rectè tu quidem auguraris. Quod itaque „ petis, ut rerum mearum ſtatum ad te perſcribam; id ſicut & antea ita & „ nunc lubens quidem facio, quod ea petitio ſignum ſit non vulgaris ami- „ citiæ, quandoquidem pro tam longè diſſito ſis amico ſollicitus. Igitur „ gliſcente *bello Sociali Germanico*, cum tu in tumultuantem *Bohemiam* „ tuam hinc à nobis diſcederes, in quo Diſcrimine *Ratisponæ* tunc fluctua- „ vimus tute noſti. Nam & Præſidium militum civitati noſtræ impoſitum „ ad prædam Divitiarum hominum, cum Duces ſtipendiorum ſolutionem „ tardarent, tumultuabantur. Sed paucorum rebellantium decapitatione „ tumultus tunc quidem ſedatus eſt. Hoc bellum à me, ut ſcis, deſcri- „ ptum cum per Danubium, ut opinor, hâc tranſieris in Patriam, apud „ me leges integrum & emendabis, ut qui ipſi usque ad finem in Saxonia „ interfueris, ut puto. Annum ſequentem MDXLVII. cum in Saxonia „ cum *Smalkaldenſibus* conjuratis à CAROLO Cæſare depugnaretur, ego le- „ gationibus obeundis conſumpſi; ſemel ad *Fruxinum* ad conventum Epi- „ ſcoporum comprovincialium de *Concilio Tridentino*: deinde ad *Mona- „ chium* ad Ducem Bojoariæ *Wilhelmum*, de decimatione Clero contra im- „ munitatem Eccleſiaſticam indicta. Anno autem MDXLVIII. cum in „ Auguſtanis Comitiis orthodoxis Reformatio Morum, Lutheranis autem „ & declaratio quædam Religionis INTERIM colendæ, eſſet à Cæſare pro- „ poſita & à Statibus Imperii communiter accepta, cum Archiepiſcopi & „ Epiſcopi ad celebrandas ſuas Synodos tum Metropolitanas tum Epiſco- „ pales pro futura viſitatione Cleri gnaviter inſtituenda ſatagerent, quia

tum

„ tum Epiſcopus noſter *Ratiſponenſis* PANCRATIUS diem ſuum obierat, nec
„ differri Synodus poſſet, coacta Synodo noſtra, nomine electi Epiſcopi
„ noſtri GEORGII, ſed nondum confirmati, ego ipſe Præſes & Præſidens fui
„ & omnia quæ in Synodo Diœceſana tractari debebant me diſponente di-
„ ligenter ſunt ad finem deducta, ſicque *Synodus Ratiſponenſis Diœceſis* eſt
„ celebrata; qua finitâ vir Illuſtris WOLFGANGUS *Comes à Salm* Epiſcopus
„ Pataviensis Patronus noſter communis, ſuis me ſollicitavit litteris, ut in
„ Eccleſia Patavienſi Prædicaturæ munus acceptarem in triennium, effe-
„ citque tandem ut in annum unum, nempe MDXLIX. conditionem
„ illam acceperim, condixerim & obiverim. Fuique eo tempore apud
„ ipſum Epiſcopum honeſtiſſimè in menſa habitus, & ultra liberale ſatis ſti-
„ pendium etiam Canonicatu in Eccleſia Cathedrali donatus ibidem; quod
„ ſperarent omnes, fore, ut annis illis carentiæ finitis, ego per opportu-
„ nitatem majorem totus illuc *Ratiſpona* relicta forem demigraturus. Quod
„ num ſit eventurum tempus ipſum docebit.

„ Cæterum cum eo anno *Concilium Provinciale* Salzaburgæ celebrare-
„ tur, & ipſe illuc ab Epiſcopo meo miſſus ſum, Egoque cum Nobili Docto-
„ que Canonico Pataviensi *Joanne à Schönburg* fuimus ipſius Metropolitæ
„ Synodi Promotores, Referendarii & Statutorum Provincialium edendo-
„ rum reviſores, tantoperéque tunc inter nos ambos amicitia coaluit, ut
„ cum *Joannes Schönburgius* (z) ad infulam *Melicenſem* vocaretur, ipſe (z)
„ rejectis omnibus ſuis agnatis & cognatis in mei favorem Canonicatum
„ ſuum Pataviensem reſignaverit.

„ Cum autem deinceps Synodus Provincialis iterum cogeretur eodem
„ anno quo res ipſa cum collimitaneis Provinciis Auſtria Bojariáque tra-
„ ctaretur, tum & ego miſſus iterum interfui dum *Statuta Provincialia* unà
„ cum nuntiis Sereniſſimi Romanorum Regis Archiducis Auſtriæ Ferdinan-
„ di & Illuſtriſſimi Ducis Bojariæ *Wilhelmi* diſcuterentur.

„ Porro annum hunc Jubilæum MDL. jugo ſervitutis excuſſo, rursùs
„ è Patavia Ratiſponam redii jure veluti poſtliminio, hicque in negotiis ca-
„ pitularibus & conſiliis Principis, ut de vicariatu taceam, interim de-
„ teror. Uſurus me Pontifex noſter fuerat etiam ad Pontificalia in Suffra-
„ ganatu ſuo exercenda, niſi hactenus ex cauſis quibusdam refutata con-
„ ditione reſtitiſſem illi, atque nunc magis in hoc ſum occupatus, quo-
„ modo *Laurentius* bonum opus operetur & Theſauros Eccleſiæ diſpergat
„ Pauperibus. Cum enim quod Clerico ſuperet, Pauperum eſſe ſacri Ca-
„ nones doceant, ego meum defraudans genium, quod comparſi miſere,
„ vivens (a) nunc & volens magis aveo pauperibus diſpergere, quam mo- (a)
„ riturus tandem vel invitus relinquere. In tres itaque partes quod teſta-
„ mento meo ſuperfuerit, eſt animus dividere. Unam partem in πτωχοδοχεῖον,
„ in patria meâ pro pauperibus conſtituendum; alteram in ſtipendia Schola-
„ ſtica pro alendis aliquot adoleſcentibus ad ſtudia gymnaſiorum perpetua;
„ Tertiam verò partem pro virginibus aliquot inopibus annuatim elocan-
„ dis, maritandis & dotandis. Atque in his ego pariter tuum expeto con-
„ ſilium, & ſi quid monueris ſalubrius, ipſe reducto calculo tuum lubens
„ ſequar judicium. De bellicis tumultibus quos ſcribis terrâ marique nunc
„ perſtrepere, & nos audivimus: Audivimus etiam de Inquiſitione, quam
„ Carolus Auguſtus contra Lutherizantes in hæreditariis ſuis inferioris Ger-
„ maniæ Provinciis fieri juſſit. Et de quadam cenſurâ audivimus quam Lo-
„ vanienſe ſtudium de Lutheranis & prohibitis libris edidit. Cujus Exem-
„ plum tamen videre malim.

„ Fama eſt apud nos, quod Dux *Meckelburgenſis* in velitatione militari
„ apud Magdeburgum *Comitem Mansfeldenſem Albertum* aliorum rebellium

U caput

(z) *Adjecit ad marg. Hochwvartus*: factus Epiſcopus Gurcenſis anno MDLV. die IX. Januarii.

(a) L. II. C. XVIII. meminit Monumenti Petri de Rymago viri docti & vafri, quo Joannes I. quem tetris coloribus depingit, Miniſtro uſus fuerat, quod ſucceſſores usque adeo neglexerant, ut nec annorum numerum à morte fundatoris marmori quo tegebatur addiderint. *Tantopere aut fidendum eſt Teſtamentariis & poſteris noſtris, ut magis res noſtras quam nos curent videlicet.* Quod illum exemplum haud dubie prudentiorem reddidit.

„ caput, excuſsâ bombarda confecerit. Quod ſcribis *Carolum* Auguſtum
„ de rebus ſuis nunc Commentarios ſuis ipſius manibus conſcribere, ſcire
„ velim Germaniſne etiam & Latinis an ſolis Hiſpanis aut Francigenis eos
„ ſcriberet. Hoc eſt quanam lingua illos ſcriberet. Exhibitores litterarum
„ tuarum me tota die in aulâ Epiſcopali occupatum domi meæ non inve-
„ nerunt, alioquin multa de te tuisque rebus expiſcaturus eram. Sed ex
„ te ipſo tua malim cognoſcere. Vale ſæpiusque reſcribas. Datæ Ratis-
„ ponæ kalendis Octobribus anno MDL.

Hactenus quidem binæ Epiſtolæ; quæ ſequuntur, ex opere à nobis edito collegimus.

An. MDXXXVIII. mortuum JOANNEM III. Epiſcopatûs Ratisponenſis administratorem PHILIPPI Electoris *Palatini* F. pro funere frequenti concione in *depoſitione* quam vocat & juſtis Exequiis bis laudavit, prolixius liberaliúsque
(b) pro more, quam in Hiſtoria. (b)

Idem ſucceſſoris quoque ejus PANCRATII SINTZENHOFERI Electionem eodem anno factam VII. cal. May, concionatoris tum fungens officio promulgavit. Cujus ille Epiſcopi adhortatione res Epiſcoporum Ratisponenſium Scriptis mandare ſuſcepit, mandatásque & ad annum usque MDXLII. deductas poſtea nuncupavit; neſcio tum PANCRATIO & minimè hariolanti ſe magnam nec honorificam valde Hiſtoriæ illius partem aliquando futurum, etſi ipſius nuncupatoris verba illud ipſum cavere debere, fideliter nec pro ſolitâ adulatione ejusmodi Scriptorum, præmonuerant.

Interfuit etiam, jam Canonicus Cathedralis Eccleſiæ adſcitus, à Pancratio haud dubiè, Electioni GEORGII Epiſcopi ex *Mareſcalcis Pappenhemiis* anno MDXLVIII. VIII. Aug. factæ. *Is Georgius* (placet ipſum audire au-
(c) ctorem (c) *antequam confirmaretur Diœceſanam ſynodum ſub nomine capituli Ratisponenſis convocatam, ceu ſede vacante, celebrari fecit, cui ego* LAURENTIUS HOCHWART *licet immeritus, Præſidens electus toto triduo nomine capituli Ratisponenſis & Electi ſui, præſedi: ſtatuta ſynodalia renovavi, reformationem Cleri à Statibus Eccleſiaſticis nuper Auguſtæ acceptatam publicavi cum aliis quæ ad mores & ad ſanam doctrinam in Eccleſia conſervandam tunc temporis facere videbantur.* In quibus omnibus præcipuas fuiſſe partes HOCHWARTI noſtri, quæ ibidem ſequuntur, non obſcurè indicant. *Deinde Georgius Epiſcopus* (pergit noſter) *ultra ſui Epiſcopatûs negotia bis ſynodum Provincialem Saltzburgæ perſonaliter viſitavit, egoque ſemper ut Promotor Concilii interfui.*

Meminit ſynodi poſterioris, nimirum anno MDXLIX. habitæ & *Statuto-*
(d) *rum ſynodalium* ab ERNESTO *Bavaro*, Archiepiſcopo editorum (d) etiam
(e) GEWOLDUS (e) qui LAURENTIUM HOCHWARTUM noſtrum nomine capituli, cum ipſo Epiſcopo ſuo ibidem XVIII. menſis Februarii ſynodo interfuiſſe memorat.

Cæterum quæ tam GEWOLDUS quam recentior rerum Salisburgenſium Scriptor Cl. V. MARCUS HANSIZIUS S. J. de ea re ſcripſerunt, ejusmodi ſunt, ut ſynodorum harum ab anno MDXLVI. usque ad annum MDXLIX. habitarum Hiſtoriam, obſcurent potius quam illuſtrent; cum ille ERNESTO *Salisburgenſi*, hic vero WOLFGANGO *Patavienſi* Epiſcopo laudatiſſimi conatûs meritum tribuat, neglecto interim GUILIELMO IV. Bavariæ Duce, qui utrique non ſolum auctor & hortator ſed interpellator penè moleſtus extitit, ut coacta ſynodo ſi avitam religionem tum nutantem, ſalvam vellent, de emendandis corruptiſſimis Cleri moribus ſtatuerent, miſſis in eam rem & commune Conſilium viris clariſſimis doctiſſimísque VITO TUCHSENHAUSERO Præpoſito *Illmünſterienſi* ac Parocho *Straubingano*, GEORGIO STENGELIO ad D. V. Monachii *Decano* Doctoribus Theologis, & celebri illo ac ſcriptis inclyto CONRADO BRUNNO Cancellario *Landishutano*, quos commiſſa ac poſtulata Principis ſui exponenres, circa duos veluti cardines verſantia eliminandæ Hæreſis & emendandi Cleri, miris & non credendis ambagibus diſtulère, novis indies anfractibus obje-

(b) vid. initium Cap. XXVIII. L. III.
(c) L. III. Cap. XXX.
(d) ult Febr. ejusdem anni.
(e) add. ad Metrop. Salisb. Hundii in Epiſc. Ratisb.

objectis. Poſtremo multis retro citróque actis, quorum ſpiſſa extant volumina, id duntaxat impetrari potuit, ut ſectis alia omnia vi & potentiâ nixa remedia potius quam, quod caput erat, inculpata vita, objicerentur; Religionique remittenti ex intenſis Immunitatum nervis quæreretur præſidium. Quæ ſi cuiquam, veritatem exoſo, duriuſculè à nobis dicta videantur, in promptu erit productis in lucem actis, quam mitiſſime & modeſtiſſimè dicta comprobare. Sed nos ex hoc diverticulo in viam &ad reliqua vita acta Hochwarti noſtri revertimur.

Anno MDLI. ab Epiſcopo GEORGIO, quem graves cauſæ domi retinebant, Orator ad CONCILIUM TRIDENTINUM ablegatus fuit. Succeſſum legationis hujus ipſius verbis damus: *Nomine Epiſcopi Ratisbonenſis ivi cum aliis Tridentum atque in menſem quintum per hyemem illuc perduravi, tempus, ætatem & pecuniam fruſtra conſumens.*

Anno MDLXIII. IV. kal. Januar. Electioni VITI Epiſcopi Ratisbonenſis è FRAUNBERGIORUM præcipuæ apud nos Nobilitatis familia, & poſt ejus maturum obitum, anno MDLXVII. DAVIDIS KOLDERER, VIII. idus Februarii interfuit.

Quousque poſtea vitam annis & laboribus feſſam produxerit, hactenùs inveſtigare non potui, ita ut de poſtremis viri, multis nominibus de Rebus Boicis (niſi ubi affectibus ſubinde in transverſum actus eſt) optime meriti, ampliandum in præſens duxerim Hiſtoriam certe ſuam ad anni usque MDLXIX. decimam nonam Maji deduxit; nec annum ſeculi ſui LXX. exceſſit, quo Inventarium recularum relictarum conſcriptum extat.

Juvat afferre in medium quæ ſæpè laudatus P. FROBENIUS ad me perſcribere dignatus eſt, quod ad HOCHWARTUM noſtrum omnino pertineant: *Perlegi his diebus inventarium omnium bonorum ab Hochwarto relictorum, anno MDLXX. confectum, ubi præter amplam ſuppellectilis & pecuniarum ſummam Catalogus habetur præſtantium librorum, quos penè trecentos numeravi. Bibliotheca ſanè pro illo ævo ſat copioſa. Ex iis vero libris ſicut & ex ſermonibus ejus & commentario in Evangelia patet, virum illum egregium non latinè modo ſed & hebraice & græcè fuiſſe copioſè eruditum.*

Supereſt jam ut & aliorum illuſtrium virorum de HOCHWARTO teſtimonia proferamus: *Laudari quippè à laudato viro* quemadmodum rectè ſentit SYMMACHUS (f) rara eſt merces ingenii. (f)

CASPARUS BRUSCHIUS *Egranus* è *Peiſſerorum* Familia in Bavaria noſtra editis præclaris ingeniis inclyta, Vir ipſe de Antiquitatibus Monaſticis Patriæ, præcipuè Eccleſiæ LAUREACENSIS, quam primus è ſitu & oblivione aſſeruit, meritiſſimus, ita de noſtro ad finem laudatiſſimi juxta ac rariſſimi Opuſculi: (g) (g)

LAURENTIUS HOCHWARTUS *Turſenreutanus ex veteri Nariſcorum provincia natus, Doctor & Patavienſis hujus Ratisbonensſque Eccleſiæ Canonicus, Hiſtoriarum cognitione in primis clarus, qui & ipſe de aliquibus Epiſcopatibus non pauca, & Rerum Mundi ingens Chronicon mira diligentia laboréque immenſo conſarcinavit.*

Alterum Elogiaſten nactus eſt noſter, virum hodie quoque Muſis & iis, quos Muſæ nôrunt, notiſſimum WOLFGANGUM HUNGERUM *Waſſerburgenſem* Bavarum ſcholæ patriæ aſtrum inextinctum, & in eadem ſummi viri VIGLII ZUICHEMI collegam & amicum, qui in celeberrimis ad JOANNIS CUSPINIANI *Cæſares Annotationibus* (h) ita de noſtro: (h)

Laurentius Hochwartus Canonicus Ratisbonenſis & Patavienſis vir tum ſacrarum tum humanarum Literarum benè doctus & veterum Monumentorum avidiſſimus inquiſitor, amicus noſter.

Agnoſcit has laudes, eáſque *veriſſimè prædicari*, calculo quoque ſuo confirmat Rei Diplomaticæ per Germaniam Inſtaurator maximus WIGULÆUS HUNDIUS noſter, in ſua Metropoli Salisburgenſi, Antiquitatum Eccleſiaſticarum non Bavariæ ſolum, ſed Germaniæ promptuario, poſtquam GEWOLDI aucta-

U 2

(f) C. I. Epiſt. Lib. I. ad Patrem.

(g) *De Laureaco Veteri.* Baſileæ per Joan. Oporinum. 1553. in 8. p. m. 284. inter eos quorum opera ſe adjutum gratus memórque profitetur.

(h) p. 117. in not. ad pag. 294. ℣. 38. ubi ejus de duplici Dionyſio Conjecturam profert.

auctaria acceſsêre, inexhauſto. In quo adornando, maximè qua de Ratisponenſi Epiſcopatu agitur ſe Hochwarti præſente opere, *non parum adjutum*
(i) *ingenuè* profitetur. (i)

A qua utinam ingenuitate traxiſſent aliquid, qui HUNDIUM exceperunt nonnulli rerum noſtrarum Scriptores! ſed ii (unum alterúmve ſi excipias, qui ſaltem nominare ſuſtinuit) maluerunt ſcripta ejus quam nomen uſurpare. Genus Scriptorum gloriæ avidum, occupatæ invidum, abolitis nominibus faſtidioſè rapax & *cui nihil in Republica clarum, quod non ab illo reperiri*
(k) *credatur.* (k)

CATALOGUS OPERUM.

I.

Sermones varii, una cum vita ejus ad initium Libri ſcripta. Sæc. XVI.

Extant in Bibliotheca Emeramenſi Cod. MSC. Num. CCCLVI. ſignato. Vita HOCHWARTI, quam memorat Codex, binis illis epiſtolis, quas dedimus, continetur.

II.

Monotheſſaron in quatuor Evangelia.

Extat ibidem in eod. Cod. MSC. toto à manu Auctoris, uti in ſuis ad me amiciſſimis juxta ac literatiſſimis Litteris obſervat R.P. FROBENIUS FORSTERUS. Confer etiam huc, quæ ipſe Auctor, de hoc fœtu ſuo, in Epiſtola priore à nobis edita, ſatis liberaliter cenſet.

III.

De Epiſcopatibus quibusdam collectanea. MSC.

Memorat BRUSCHIUS loco allegato, qui noſtro familiariter utebatur. Collectanea quædam Salisburgenſem Hiſtoriam ſpectantia ipſe memorat ad oram autographi, ubi ſub nomine *Schedarum* ſuarum *Salisburgenſium* veniunt.

IV.

Chronicon ingens Mundi. MSC.

Meminit BRUSCHIUS & hujus Operis, quod num interciderit, extétve juxta cum ignariſſimis ſcio.

V.

Bellum ſociale Smalcaldicum. MSC.

Ejus mentionem facit in Epiſtolis, tum & Libro III. *de Epiſc. Ratisponenſibus* circa finem. Ubi hodie lateat, velim indicare poſſe, multa enim occulta hodie, & anecdota ſine dubio continet, quorum utilis hodie & jucunda notitia. Quæ miror tam diu premi, cum tot inepta & cruda quotidie protrudantur.

VI.

(l) *Hiſtoria Turcarum ad DCCC. annos repetita. MSC.* (l)

Eam ex Catalogis BIBLIOTHECÆ CÆSAREÆ VINDOBONENSIS *Lambecianis* ita recenſet in *Bibliotheca Bibliothecarum Manuſcriptorum Nova T.I. p.579. a* Ingens Galliæ litteratæ gloria BERNARDUS MONTEFALCONIUS, de meis
(m) quoque ſtudiis, dum *Lutetiæ Pariſiorum* virum ſummum ſæpius affari (m) & venerari juveni mihi contingeret, meritiſſimus: *Liber folii forma MS. anno MDXXXII.*

(i) T. II. p. m. 589. edit. Monacenſ. 1680. in fol. in Monaſt. inf. Ratisp.
(k) Tacitus Annal. Lib. XIV. Cap. LII.
(l) Emendanda hoc loco Geſneri Bibliotheca p. m. 535. quæ Hiſtoriam hanc è Catal. Bibl. Viennenſ recenſens ad annos 80. repetitam refert, quo loco manifeſta eſt ſigni numerici omiſſio.
(m) *annis MDCCXXXIII. & XXXIV.*

MDXXXII. continet autem hic Liber optimam & accuratam rerum Turcarum Epitomen duobus libris comprehenſam, quorum in altero gentis Turcicæ originem & progreſſum usque ad Ottomannos hodie regnantes perſequitur; in altero verò Ottomannorum ſeriem usque ad annum N. C. MDXXXII. propagatam deducit. Hæc ibi; ubi minus accuratè *Thyrſirantinus* (n) utì in indice, alias improbi (n) laboris, HOEVARDUS (o) audit. Meminit ipſe HOCHWARTUS hujus Operis (o) L. I. Cap. XIX. Catalogi Epiſcopor. Ratiſpon. ubi locum prolixum repetit deſumptum, ut ait; *Ex eo libro, quem de Regibus Hieroſolymitanis à Davide usque in Carolum & Ferdinandum Divos Cæſares per omnes ſucceſſiones* deſcripſiſſet.

VII.

Ratiſponenſium Epiſcoporum Catalogus Libris III.

Ille ipſe, quem ex Auctoris autographo hìc exhibemus.

Eum primo ad annum usque MDXXXIX. deduxit; eundem poſtea multis auctum acceſſionibus anno MDXLII. PANCRATIO Epiſcopo nuncupavit. Hinc factum, ut multiplicata Catalogi hujus exemplaria MS. ſæpè ulterius non progrediantur. HOCHWARTUS tamen corrigendi augendíque finem non fecit, dum vita fuit, unde etiam Exemplar, quo uſi ſuimus, anno demùm MDLXIX. terminatur.

Fuiſſe tamen præter hoc noſtrum nitidè compactum & Auctoris inſignibus intus foríſque ornatum, aliud præterea velut ſub incude quod quotidie interpolabat, expoliebat augebátque (p) ad quod ſæpè in ora noſtri Codicis re- (p) mittit Lectorem. Suppetebant præterea *Schedæ* non paucæ, è quibus ſupplendum hunc Codicem ſæpius in margine vel ſe vel Amanuenſes admonet, quæ omnes unácum copioſiori autographo in manibus HUNDII primo, poſtea & GEWOLDI fuiſſe notæ variæ ad oram Codicis fidem faciunt. Quæ hodie tamen in BAVARICA, quo utriusque ſupellex litteraria delata fuerat, nusquam apparent.

Uſus præterea ſum Exemplari altero è Bibliotheca mea, quod JOANNIS ECKII, celeberrimi illius Theologiæ Polemicæ promachi fuiſſe comperi, in piperis veſtiario inter olivarum tunicas & togas cordillarum à me reperto. In fine Codex iſte meus notatur à *Joanne Lentz* Ratiſponæ exſcriptus anno MDXLIII. XXVII. Novembris. Caret Nuncupatoria nec niſi ad initia regiminis *Pancratii* Epiſcopi progreditur. Caret igitur non ſolùm auctario, quod à Cap. XXIX. Libri III. ad XXXII. usque perduxit, ſed & multis illis copioſísque annotationibus additionibúsque, quas Apographum continet. Nonnunquam tamen & iſte Codex utilem operam nobis præſtitit, quod ſuis locis indicavimus.

Supereſt ut more noſtro, quibus uſus fuerit in ſcribenda Hiſtoria ſua Præſidiis, breviter indicemus: habet hæc res non parum momenti, ut alias obſervavimus, præcipuè in acie judicii Scriptoris dijudicanda gravésne an reprehenſibiles teſtes adhibuerit, majorémque ſorte (ut ſolet judicio deſtituta eruditio) teſtimoniorum quam teſtium rationem habuerit.

Memoro autem ſola Domeſtica maximéque inedita (tum ſaltem) Monumenta; quod ea propius ad Hiſtoriæ Patriæ fontes indagandos faciant, quos noſter diligenter, uti ſuppetebant, adhibuiſſe percipitur, hinc de ſe Lib. I. Cap. XX. confidenter: *Ego ſedulo magnáque diligentia de Epiſcopis ſcribo, multo labore, quod verum eſt, eruere connisſus ſum.* Sunt autem ferè ſequentia: ACTA *S. Severini* tum adhuc inedita: WOLFGANGI LAZII *fragmenta* quædam, *Catalogus MS. Epiſcoporum Paſſavienſium*, fortè *Schritovini*, AVENTINO uſurpati & HUNDIO, à Cl. verò PEZIO editi: ANNALES *Slavorum & Carentanorum*: AUCTORES *vitæ SS. Ruperti*, *Erhardi & Hydulphi*: *Hiſtoria tranſlationis S. Emmerami*: M. CONRADUS DE MONTE PUELLARUM *de Epiſcopis Ratiſponenſibus*, quem Canonicum Ratiſponenſem fuiſſe, & circa annum Chri-

(n) Geſnerus l. c. obſcurius adhuc *Thysdruntinus.*
(o) *Hovvardum* etiam perperam habet Bibliotheca ſelecta Hiſtorica Cl. Struvii p. m. 485. Cap. XVII. edit. Jenenſ. 1705. in 8.
(p) arctiores ſibi limites ſub initium ſuſcepti Operis præſcripſerat, dum L. I. C. XV. diſſertè profitetur: *ſeſe ſibi non omnium Epiſcoporum omnia geſta ſcribenda ſuſcepiſſe.* Hinc in juſtæ Hiſtoriæ molem ſucreſcenti Operi, arctior modeſtiórque titulus remanſit.

(q) ſti MCCCLXXIII. ſcripſiſſe memorat (q), eúmque non tam ſequitur, quam perſequitur: CATALOGUS *MS. Epiſcoporum Salisburgenſium*, in quo tamen temporum exactiorem rationem deſiderat: LIBER TRADITIONUM *Eccleſiæ Ratisponenſis*, è quo ſubinde diplomata allegat, non rarò & profert. Non ſemper illi liberum fuiſſe ejus uſum ex interpretatione vernacula quorumdam inſtrumentorum conjicio; niſi fortè ſerius, & inter *ſchedas*. Inſpexit ſubinde & CODICEM DIPLOMATICUM EMMERAMENSEM, quem Cl. PEZIUS in lucem protulit: allegat præterea CONSCRIPTIONES *Monaſterii S. Magni*, nec non LIBROS CHORI RATISPONENSIS & CALENDARIUM illud, in quo Epiſcoporum aliorúmque Dies Anniverſarii obitûs ſunt adnotati; quod an idem ſit cum illo, quod ſub nomine JOANNIS GRADII ſemel iterúmque memorat, ignoro. Adducit præterea *Librum*, quem vocat *pervetuſtum, ſcriptum*, è quo incendia urbis collegiſſet.

De fide nunc, de ſtilo & genio ingenióque Scriptoris noſtri pauca addere lubet, odio procul & favore, quo propinquiora veritati.

Stilo utitur HOCHWARTUS inæquali aliquando comptiori quam pro illis diſciplinis, ſemper gravi & maſculo. Vitiorum acerrimus inſectator; etiam in Clero, ut mireris ei AVENTINUM diſplicuiſſe. Dominatui tamen & Principibus ex condicto iniquior, ſæpè Cæſaribus, ferè ſemper Bavaris, quoties aut ad inſtituta revocare, aut obviam ire ad opes graſſantibus, aut diſtribuere æquo jugo communis Patriæ onera in animum inducebant. Hinc impotens illa LEONARDI ECKII immortalis memoriæ Cancellarii Bavarici inſectatio: hinc ipſius WILHELMI IIII. irreverens & parum grata in memoriam Principis, qui commoda Cleri per totam vitam ſuis potiora habuit, Epicriſis: Hinc ſtricturæ illæ contumelioſæ in ALBERTUM V. huic ſoli non *Magnanimum*, ut qui *Clerum Bavaricum* (verba Auctoris damus) *Exactionibus importabilibus* EXENTERASSET, *& ad incitas & ſolum vertendum ferè adegiſſet.* Cum tamen culter ille anatomicus (quando quidem hoc ſchemate ludere placuit) non niſi fungoſas, putridas exuberanteſque carnes expeteret.

Hinc etiam AVENTINO iniquior horum Principum familiari vel Magiſtro, recentibus adhuc ut odiis ita & cauſis; tacito tamen nomine, ſed ita perſpicuè, ac ſi nominâſſet, nec alio facile quam *Sectatoris* nomine allegat. Eſt
(r) tamen, ubi & *doctum* vocat (r), ingenioſa malitia, ne videretur indocti teſtimonio toties uti. Darum haud dubie etiam aliquid ſimultatibus, quas cum *Emmeramenſibus*, utut benè de ſe meritis, exercuit. Hi autem AVENTINUM Boicæ Hiſtoriæ parentem, Principum ſuorum & Patriæ amantiſſimum (& ut Patriæ, ita & veritatis, niſi ubi deceptus ſefellit) hunc, inquam, EMMERAMENSES PATRES, & vivum foverunt & mortuum. Idem de HOCH-
(s) WARTO hodie benemeritiſſimi, ut qui maluerint injurias ejus (s), quam memoriam abolere.

Circa Origines rerum ferè ſemper abſtruſas, more ævi ſui ad fabulas aliquando confugit. Magis ne nihil diceret, quam quod crederet. Quam tamen Scriptoribus licentiam reſecuit hodie judicio ſubacta & rationi Hiſtoria, quæ ſibi turpius ducit fabulis imponere, quam ignorantiam profiteri. Hinc noſter clariſſimi viri & laudibus meis longè majoris CHRISTIANI LUDOVICI
(t) SCHEIDII (t) virgulam cenſoriam non vitavit, quod idem hodie ſit apud tam oculatos & graves Hiſtoricos, arundine longâ vel equo Trojano equitare.

Cæterum HOCHWARTUS noſter, Manes ſuos, quos nonnunquam pati eum contigit, magnis dotibus, ingenuâ libertate ſtili oríſque, incredibili veritatis ſtudio (quotiescunque aras foci non impediebant) placâſſe deprehenditur.

LAUREN-

(q) Lib. I. Cap. IIII.
(r) ut Libro I. C. VII. in vita D. Erhardi. *Auctorem habeo ſatis alioquin doctum, ſed Sectarum Lutheranarum, dum viveret, ſtudioſum.* Et huic tamen Emmeramenſes ſacris avitis munito, Catholico ritu inter ſuos ſepulturæ honorem habuerunt.
(s) Emmeramenſibus non rarò gravem nimis incubare quæſitâ operâ, patet legentibus nec diſſimulavit tandem, modeſtiſſimus vir Cœleſtinus Abbas Mauſolæi D. Emmerami ſolers conditor.
(t) Præfatione in T. I. Originum Guelficarum p. 3. not. c.

Laurentii Hochwarti Epiſcoporum Ratisponenſium Catalogi

LIBER I.

Reverendiſſimo in Chriſto Patri & pientiſſimo Principi & Domino Domino

PANCRATIO A SINTZENHOFE

CATHEDRALIS ECCLESIÆ RATISPONENSIS EPISCOPO
Vigilantiſſimo Domino ſuo Colendiſſimo

LAURENTIUS HOCHWARTUS

Ejusdem Eccleſiæ Presbyter Canonicus corporis & animæ felicitatem optat.

HOrtatu juſsúque tuo, Præſul ampliſſime, Ratisponenſes Epiſcopos tandem in Catalogum quemdam redegi, quibus aptè diggerendis tres libros opplevi. In quorum primo deſcripſimus Epiſcopos advenas, qui aliunde advenientes, in hac urbe per Verbum Domini Chriſtianiſmum plantaverunt.

In ſecundo eos conſcripſimus, qui Sede Epiſcopali apud S. Emeramum, per Bonifacium Martyrem & Utilonem Bajoariæ Ducem conſtituta, novellam fidei Plantationem irrigaverunt, donec vitæ ſuæ functione peractâ apud eandem Eccleſiam S. Emmerami, conquieverunt ſepulti.

In tertio Libro eos denarravimus Epiſcopos, per quos ſede & ſepulturâ ab Eccleſia S. Emmerami, ad maximam illam ædem Epiſcopalem translatis, Deus fidei ſuæ dedit hactenùs incrementum: In hac verò rerum narratione, non ſolum quid Epiſcoporum quilibet egerit, quantum ſcire potuimus, ſed & quid ſub uno quoque Præſule in hac urbe Ratisponenſi ferè ſit geſtum declaravimus.

Quæ omnia Tuæ Reverendiſſimæ Pietati jam offerimus dijudicanda, perquam libenter emendaturi, ſi quid ſecus quam factum oportuit, effutiverimus. Inſunt autem in hoc Catalogo, tum booorum tum malorum Epiſcoporum exempla, quæ cum ſibi velut in ſpeculo Succeſſores deinceps ob oculos habeant poſita, facile poſſint, utris ſe ſimiliores eſſe velint, in ſemetipſis per imitationem exprimere, & erunt qualiacunque geſſerint ipſi, Scriptoribus de ſe impoſterum ſcripturis argumenta.

Igitur qualia quisque de ſe poſt fata prædicari cupir, talia nimirum agat in vita ſua neceſſe eſt, & meritam laudem apud Scriptores & Lectores habebit.

Valeat R. T. P. in multos annos quam fœliciſſimè, méque Sacellanum ſuum commendatum habeat. E Ratispona VIII. kal. Aprilis. Anno à JESU Chriſto nato M.D.XLII.

LIBRI I. CAPUT I.

De Origine Ratisponenſis Civitatis.

RAtisponenſium Epiſcoporum per ſuas ſucceſſiones Caralogum ſcripturus, videor operæ pretium facturus, ſi ejus urbis primum aliquam deſcriptionem exhibuero, ur, ubinam ſuerinr Epiſcopi, qui deſcribentur, ab omnibus liquidò cognoſcatur, ne, ſi quis locorum imperitior, hæc legens nos Utopiæ putet alicujus Epiſcopos commentatos eſſe.

Igitur Ratispona Civitas eſt Imperialis & libera, ut vocatur, ad Danubium, inrer Germaniæ flumina maximum, in dextera illius ripa poſita, eo loci, quo fluvius ille duos Nariſcorum Magnæ Germaniæ populorum navigabiles amnes Nabum & Regenum in ſe recipir. Cujus urbis prima conditio jam inde ab Auguſti Octavii Cæſaris temporibus ante Chriſtum natum cepit, ut ejus primum Nomen indicat. Ita ur inter alias Tuiſconiæ civitates antiquiſſimum ſibi poſſit ortum vendicare, ut puta, quæ à Cl. Tiberio Nerone, poſtea Cæſare, Octavii privigno condita in honorem patris adoptivi Auguſti, Auguſta Tiberii primo ſit omnium vocirata. Quo tempore & aliis urbibus in plerisque partibus orbis, Auguſtarum nomenclatura contigit. Etenim ſolemne tunc erat Regibus amicis atque Populi Ro-

mani

mani ſociis, ut ſinguli in ſuo quique regno, quemadmodum C. Suetonius Tranquillus ſcribit. Cæſareas atque Auguſtas urbes in honorem Auguſti viventis exſtruerent. Et ut de Cæſareis ad noſtrum inſtirurum parum facientibus taceamus, de Auguſtis exempla ponere ſatis erit. In Syria Herodes maximus Samariam à fundamentis excitatam in honorem Auguſti Sebaſten, id eſt Auguſtam nominavit. De Auguſta Trevirorum & de Auguſta Rauricorum oihil dicam. De Druſo Nerone Auguſti filio adoptivo ſcribit Florus, cum is Galliam & Rhætiam ſortitus in Germaniam duxiſſet & validiſſimas gentes, vel ſubegiſſet vel maximorum fluminum Rheni & Danubii ſecluſiſſet objectu, in Tutelam Provinciæ præſidia diſpoſuit ubique, adeò ut per Moſam flumen, per Albim, per Viſurgim, per Rheni ripam quinquaginta amplius caſtella erexerit, in quibus & Magontiacum in Gallia & in Rhætia Auguſtam, quæ prius Vindelica dicebarur, ex nomine Patris Auguſti vocatam, fundâſſe vel inſtaurâſſe ſcribit Otho Fruxinenſis Epiſcopus, Hiſtoriæ ſuæ libro tertiu. Cæterum Druſo in Germania extincto, cum illi frater Cl. Tiberius Nero, ſub quo poſtea Cæſare Chriſtus mundi Salvator paſſus eſt, in provincia ſucceſſiſſet & Triennio continuo totam Germaniam armis perluſtrâſſet, victáſque gentes penè nominibus iocognitas recepiſſet, adeù ut XL. Germanorum dedititiorum millia in Galliam traducta juxta Rheni ripam ſedibus aſſignatis collocârit, Marobodum Marcomannorum Regem oppugnaturus, ut P. Velleius Paterculus, qui ſub illo Magiſter equitum io Germania militavit, libro ſecundo Romanæ Hiſtoriæ perſcripſit, Hyberna ad Danubium, ut illinc commode in Bojohemum Marobodi Regiam tranſiret, præparavit. Cum autem illic ſtationes crebras Germanis Danubium tranſituris opponeret, oppidum excitatum in Patris honorem Auguſtam Tiberii, quæ eſt Auguſta Thunicatium, cognominâſſe creditur. Quæ civitas cum paulò poſt Germania pacata à multis populis frequentaretur, Ratisponæ nomen accepit, ſive Ratisponti, quod rates, quibus homines vehebantur, magnâ illic ſtatione ponerentur, ut Radevicus Fruxinenſis Canonicus libro ſecundo ſcriptum reliquit, & ratibus flumina veluti pootibus jungerentur. Quod nomẽ latinum cum Germani deinceps exactis Romanis ſub Theodone Primo potirenrur, abolitum eſt, & Teutonicè Regenoburgum, id eſt Regenesburg urbs appellata eſt, quod oomen illi durat hodie. Theodo enim primus Auguſtæ Tiberii inſtauratæ nomen mutavit, & Reginoburgum à nomine Reginobergæ uxoris ſuæ Bavarorum Rector appellat; ut quidam autumat. Alioquin Ratisponæ & Regenoburgi nomeoclatura haud obſcurè indicatur, oppidum illud olim alio quam nunc eſt ſita loco poſitum fuiſſe, & ob crebras oppugnationes & expugnationes nomen urbi, utcunque ſitu ſortè mutato, remanſiſſe. Multijugas enim mutationes hæc urbs crebro ſuſtinuit, dum poſt fugatos Romanos Bajoariorum quondam Regum deinde Norici ducarus & totius Bajoariæ Metropolis, Authore Radevico & aliis, fuerit; Nunc autem Imperatori Romano pareat. Plura in hanc rem dici poſſent, ſed qui civitatis hujus res deſcribere nobis non ſumpſimus, ſatis ſit hæc indicâſſe, nempe Auguſtam Thunicatium ſub Auguſto cepiſſe eamque poſtea Tyberinam, Reginonem, Ratisponam & Regenſpurg dictam (u) ut cum Bajoaria fidem Chriſti ſuſciperet ipſa ſit Epiſcopatu condecorata, ut nunc ordine videbimus. (u)

De primo Ratisponenſi Epiſcopo PAULINO.

CAPUT II.

RAtispona ſero fidem accepit Chriſti primus ex advenis eo veniſſe Paulinus Epiſcopus à quibusdam ſcribirur (x) Quid (x) verò illic egerit, quotannis præfuerit, quemve ſucceſſorem reliquerit, obticent, & ne ſine teſte videantur loqui, dicunt id in Hiſtoria S. Severini haberi quæ Ratisponæ invenitur. Cum autem Severini multi, multi itidem Paulini fuerint, nihil diſcernunt, & rem alioqui incertam per ſe, etiam nominibus confundunt, adhæc etiam temporum ratione prorſus involvuotur, ita ut credi vix poſſit Epiſcopum tam maturè Ratisponam veniſſe. Nam aliqui ſcribunt Paulinum hunc Ratisponæ præfuiſſe ſub Simplicio, vel Sulpitio Papa, circiter annum Domini CCCCLXX. alii verò ſcribunt id factum Imperante Zenooe anno Domini CCCCLXXXIIII. quando jam Clodovæus, id eſt Ludovicus Primus Francorum Rex regnabat, quo tempore S. Severinus Ravennatenſis (y) Epiſcopus, ob (y) turbatas res Italiæ in Norico Ripenſi morabatur, Apoſtolicam doctrinam quoquo modo veniſſet, tradens, ut in oppido Pannonico Aſtaris vocato & arce comogenis & Civitate Flavianis atque aliis aliquot locis, ſui memoriam etiam per miracula exhibita reliquit. Qui Odoacro & Pheleto Rugis Regibus eventura Spiritu Prophetico prædixit. Veriſimile eſt ergo, eum qui primus de Epiſcopis Ratisponenſibus aliquid coacervârit, cum legerit Severinum Epiſcopum Rat. Ravennatem in Norico, miro modo oſcitantiâ ductum inconſiderata, quaſi in Noricorum Metropoli Ratiſ. id eſt Ratispona quæ aliquando Norica vocata legitur, Epiſcopus fuerit, codici ſuo inſcripſiſſe, Severinum ex advenis primum Epiſcopum Ratisponenſem fuiſſe. Deinde quod eodem tempore fere Severinus miraculis

(u) Ipſe Hochvvartus in marg. codicis idiographi hoc loco aunotavit: *Hiatoſpolis appellatur in vitâ S. Ramuoldi.*
(x) Lazius in migration. fol. 289.
(y) ita uterque codex: in autographo verò ad oram correxit Auctor: *Favianenſis fortè legendum.*

culis pariter clarus apud Clodovæum Regem Francorum tantopere gratus fuerit, ut in ejus gratiam quotquot haberet, captivos relaxarit, quâ in re jam ante celebris erat Paulinus Epiſcopus Nolanus, id cum ſciret alius lector putavit eundem eſſe Severinum & quod captivorum liberatione celebrior erat, Paulinus quam Severinus, arbitratus eſt fortè ſcriptorem nomine Severini aberrâſſe, ipſeque velut errorem ablaturus, Severini nomine in Paulini transformato, ſcripſit Paulinum ex advenis primum Epiſcopum Ratiſ. ut in vita S. Severini contineatur. Sentiat unusquisque quid velit, conjecturam meam exhibui donec certius aliquid de his ſtatuere poſſim. Nec enim ſcriptum fictum aut pictum de Paulino iſto Ratiſ. Epiſcopo vidi usquam, niſi quod Magiſter Conradus de Monte puellarum Canonicus Ratisponenſis ad Antiquitatem Eccleſiæ Ratisponenſis arguendam ſcripſiſſe dicitur, quod Paulinus à S. Severino Ravennat. Epiſcopo bellatorum tumultu graſſante in Norico Ripenſi cœnobiticam vitam tunc agente, præmonitus, primus Ratisponenſis Eccleſiæ per Gelaſium Papam Præſul ſit effectus, ſub Zenone Imperatore anno Domini CCCCLXXXIIII. Cum autem hanc Severini Hiſtoriam quærerem nec invenirem in rapſodiâ quâdam hoc quo nituntur illi, teſtimonium legi in hæc verba: „ Paulinus quidam ad S. Severinum, famâ „ ejus percurrente, pervenerat, hic in „ conſortio Beati Viri diebus aliquot remo„ ratur, cum redire vellet, audivit ab eo „ Venerabilis Presbyter: Feſtina, quia „ elto dilectionem tuam populorum deſi„ deriis, ut credimus, obluctantem digni„ tas Epiſcopatûs ornabit. Mox eo reme„ ante ad patriam, Sermo in eo prædictus „ impletus. Nam cives Tyburinæ, quæ „ eſt Metropolis Norici, coegit prædi„ ctum virum ſummi ſacerdotii ſuſcipere „ Principatum. Hæc in vita S. Severini Abbatis: „ Quidam de Norico Maximus „ nomine Severinum Servum Dei frequen„ tare ſolitus erat, & cum pro familiari„ tate quam meruerat in Monaſterio S. Viri „ diebus aliquot moraretur, ejus infor„ matur oraculis, patriam ſuam grave re„ pente exitium ſubituram. Qui accep„ tis litteris ad S. Paulinum Tiburinæ Epi„ ſcopum deſignatis remeavit inſtantius. „ Igitur memoratus antiſtes, litterarum te„ nore præſtructus, univerſas Diœceſes „ ſive Caſtella ſcriptis propriis vehemen„ ter admonuit, ut triduano jejunio, quod „ litteræ Viri Dei ſignaverant, exitio ventu„ ræ cladis occurrerent. Quibus juſſa com„ plentibus, terminato jejunio, ecce Ala„ mañorum copioſiſſima multitudo feraliter „ cuncta vaſtavit, caſtella verò nullum ſen„ ſêre periculũ, quæ lorica fidelis jejunii & „ laudanda cordis humilitas, propheticum „ adverſus hoſtium ferociam fidenter ar„ maverat.„ Hæc ex vitâ S. Severini Abbatis quam deſcripſit Paſcaſius Diaconus ad petitionem Eugippii Diſcipuli coætanei S. Severini.

Lazius in fragmento fol. 69. fidem reſuſcitâſſe in Rhætis S. Valentinum, Lucillum & Paulinum; Paulinum autem Liburniæ Metropoli Norica non autem Tiberinæ Metropoli Bajoariæ Aventinus ex Stratio notavit, & omnia exemplaria manuſcripta, quæ legi, habent Tiburnia pro Tiberina Lege etiam Virgilii vitam & quomodo Carentani facti ſunt Chriſtiani.

De S. LUPO *Ratisponenſi Epiſcopo.*

CAPUT III.

Lupus quidam Romanus anno Domini CCCCLXXXIX. ſub Theodone Primo Bavariæ Duce vênit Ratisponam, ubi prædicaturus verbum Dei paſſus eſt Martyrium, Bajoariis nihil contra ſuam priſcam & conſuetam ſuperſtitionem admiſſuris. Ejus rei Teſtimonium hoc unum habeo ab aliis qui ante me ſcripſerunt, ignoratû, quod in Catalogo Epiſcoporum Patavienſium ſic legiſſe me memini, tametſi nunc eum codicem ad manum non habuerim: *Tempore Zenonis Imperatoris Archiepiſcopus Pataviæ Theodorus & Ratisponenſis Lupus, natione Romani ab infidelibus Bavaris caſi ſunt ſub Theodone Bavarorum Duce primo.* Hæc ibi, quæ veriſimiliora videntur (z) quam quæ de Paulino extra teſtimonium fide dignum feruntur. Lego tamen alibi Lupum ſub Theodone primo fuiſſe, ſed id ſub Anaſtaſio Imperatore ut ſit ſynchronus Boethio conſuli. Lazius in migrat. fol. 265. (z)

Add. Hic Lupus Epiſcopus fuit Slavorum Carentanorum presbyter. Lege annales eorum.

De RATHARIO *Epiſcopo.*

CAPUT IIII.

Magiſter ille Conradus, qui ſub Urbano V. Rom. Pontifice & Georgio XI. circiter anno Domini MCCCLXXIII. primus Epiſcopis Ratisponenſibus congerendis ſed parum aptè digerendis ſtuduit, ait Ratharium ex advenis Epiſcopum Ratisponenſi ſedi præfectum anno Domini DCCIIII. (alii DCCVI.) temporibus Joannis Papæ nominis ejus ſexti, ſeu ut alii volunt Conſtantini & Tiberii Imperatoris tertii, ubi rurſum ſibi parum conſtant, ut contraria videatur alienæ Bibliothecæ fides, nempe Pathavinæ ſcribentis in hunc modum: anno Domini DXL. Pathaviæ Archiepiſcopus Gebhardus, Ratisponæ verò Ratharius, nil tamen de illo quod dicam habeo. (a). (a) Afferant alii certiora ſi poſſunt, nec enim quid egerit Ratisponæ ſciri forté poteſt, niſi quod liber de translatione & miraculis S. Emerami narrat Hugebertum Ducem Bavariæ ſub Rathario Epiſcopo quodam adventicio

X poſ-

(z) in altero cod. meo legitur ad latus: *Aventinus dubitat fol.* 256.
(a) Ex cætu S. Ruperti fuit. Aventin.

(b) poſſeſſiones quasdam (b) Eccleſiæ S. Emerami tradidiſſe, quæ ſi vera ſunt, triginta circiter annos præfuiſſe conjectura eſt.

De S. RUPERTO *Epiſcopo.*
CAPUT V.

RUpertus, qui & Robertus ex Illuſtri Francorum Regum Sanguine cretus, hanc urbem Ratisponam & totam Bavariam baptizato Theodone Bavarorum Duce ad fidem Chriſti convertiſſe ſcribitur anno Domini DCXII. ut Irenicus, Nauclerus arque alii quidam annotaverunt, unde in ejus vitâ legirur, quod tempore Hildeberti Regis Francorum ſecundi, anno ſecundo S. Rupertus apud Vangiones hodie Wormatienſes Epiſcopum ſe geſſerit. Poſt ejus obitum qui contigit Hildeberto poſt annos regni ferè viginti, à Duce Berchario (alias Beringero) qui Eccleſias Dei devaſtabat, idem S. Rupertus Virgis cæſus ſummâ injuriâ ejicitur, quem Theodo Gariovaldæ filius Bajoariorum Dux, accerſitum in urbem Rarisponam ingenti gaudio ſuſcepit, ſeque cum ſuis illi in fide inſtructis, baptizandos præbuit. Quod ſi hæc excutiamus accuratius, videbimus ſcripta eſſe de Hildeberto ſecundo, Sigberti apud Francos Chriſtiani Regis filio, & de Theodone Gariovaldæ filio; fuerunt enim Hildeberti & Theodones quam plurimi. Sigebertus autem ille obiit circiter annum Domini 590. 595. ut annotar Hermanous Contractus, quem decennio ferè præcedunt monachi, Abbas Urſpergenſis & Sigebertus Gemblacenſis. Cui Hildebertus cum matre ſuâ Brunichylda ſuccedens per annos ferè XX. io Auſtraſiâ regnavit & mortuus eſt, ejus obitum annotat Hermannus factum anno Domini DCXI. unde ſequenti año qui eſt incarnationis Dominicæ DCXII. conjicio. eum Wormatiæ exactum Ratisponam veniſſe & Theodonem cum ſuis baptizâſſe, cujus rogatu Rupertus ultro citroque ad Danubianos populos per totum Noricum commeans fidem in Jeſum Chriſtum prædicavit, donce populo nuper acquiſito Epiſcopalem ſedem tandem ſtatuerir Salzburgam, quod factum Salzburgenſium Epiſcoporum Catalogus, quantum ad Rarionem temporum artinet, ſatis iodiſtinctè & incertè tradit, ita ut annis viginti citius fuerit Salzburgæ quam Ratisponæ. Sed ſatis ſit nobis noſtra confirmâſſe, aliis ſua defendenda relinquamus.

De S. EMMERAMO *Epiſcopo.*
CAPUT VI.

(c) EMeramus Aquitanus (c) circiter annum Domini DCXLII. Pictavii erat Epiſcopus. Hîc audiens Avares populos inferioris Pannoniæ Chriſtianiſmo nondum inſtructos, Epiſcopatu ſuo repudiato, ad illos in fide Chriſti colluſtrandos perrexit; in itinere vero à Theodone Theſſaloni filio Bavarorum Duce gratanter exceptus eſt Ratisponæ, rogatúsque ut quod nuper in eâ urbe S. Rupertus plantâſſet, ipſe ſalutaris aquâ doctrinæ rigaret, ne plantatum humoris divini verbi inopiâ ſterileſceret areſactum. Exoratus ergò Ratisponæ & per fines Bajoariæ myſteria Chriſti toto triennio prædicat, & veluti rationem rerum benè geſtarum apud Sedem Apoſtolicam redditurus ad Romanam urbem iter arripit, ſed in itinere comprehenſus, innocenter interficitur hâc occaſione. Theodoni Principi Filia fuerat Uta nomine à Segiboto (alias Sigibaldo) quodam decurione equeſtri compreſſa, cujus uterus extuberans cum flagitium proderet apud patrem furibundè ſuccenſenrem culpam vitiatæ caſtitatis in Emmeramum pontificem, commodè tunc abſentem, puella rejicit. Quod audiens Landebertus puellæ frarer, dedecus hoc ulturus pontificem perſequitur & in pago Helſendorfio, non longè à Monaco urbe inter Iſaram & Oenum ſito, apprehenſum & factum nequidquam diffitentem Emeramum membratim diſſecari juſſit. Innocentia Pontificis ſtatim miraculis patefit, nam artus diſſecti disjectique à populis undique ad tam atrox ſpectaculum confluentibus recollecti & naviculæ impoſiti, Iſara flumine in Danubium, deinde Danubio adverſo quinquaginta millia paſſuum Reginoburgum aſcendunt nullo remigante, ſepelliunturque in Sacello D. Georgii, tunc extra urbis mœnia, præſente Theodone Princeipe anno Domini DCLII. Qui Princeps ut cædem Pontificis tam inſontis expiaret aliquo inſigni piaculo, Uram filiam in Italiam relegat, Landobertum profugum facit, qui apud Abares in Pannonia periit exilio, & Cœnobio mox extructo (d) ſepulchrum pontificis includit, (d) cui Monaſterio D. Emmeramus celebre apud poſteros nomen dedit & extat hodie ditiſſimum. De hoc ſancto viro plurâ leget qui volet, nam paſſim ejus vita & Miracula proſtant. Hoc unum adjicere libet, judæos Reginoburgii quondam incolas, hodie verè accolas ne quid ſinceri nobis relinquerent, hunc Sanctum ſibi vendicare aſſerentes per errorem, cum Judæum fuiſſe, & quod adverſo flumine Ratisponam venerit in cauſa fuiſſe סגל תרק, librum legis quem ſecum habuerit, cum quo cum Ratisponam attigerit, Chriſtiaoos quidem corpus ejus rapuiſſe, librum verò Judæis permiſiſſe; hujus ſabulæ probationem nullam habent, niſi quod ajunt Emmerami nomen Hebræum eſſe, id quod עמרם id eſt: Ameram pater Moſi ſubindicat. Hujus fabulæ ſum teſtis auritus, quam ex ipſis audivi, qui eam quaſi rem ſeriam credunt. Sed veritas ipſa manifeſta eſt, alioquin pluribus eam confutarem. Ejus Epitaphium hoc eſt: *Emeramus Pictavienſis Epiſcopus*

(b) in marg. *Curtis Pirchnawanch.*
(c) Novæ civitatis ſuper Ratisponam Epiſcopus dicitur Lazio de Migr fol. 305. *Hochwartus in marg.*
(d) Hoc loco Cl. Gewoldus, cujus in manus Autographum devenerat, annotavit. *Imo longè poſtea monaſterium extructum ſecundum alios.*

ſcopus prædicando Dei verbum venit in Bavariam & ibidem in Helffendorff paſſus eſt pro Chriſto, anno Domini DCLII. & hic tumulatus eſt.

De S. ERHARDO *Epiſcopo.*

CAPUT VII.

ERhardus aliquoties Ratisponenſis Epiſcopus ſcribitur, cum tamen cathedram Epiſcopalem nunquam ibi tenuerit. Unde tamen is rumor provenerit indicandum eſt. S. Erhardus Scoticus genere, Ardakadenſis Epiſcopus cum fratre ſuo Hyldolpho & Albarto, aliiſque multis Epiſcopatu relicto peregrinari (ut hoc hominum genus peregrinationes lubens aggreſſum eſt) voluit, venientéſque Romam, vel Adrianus, vel Leo tertius (nam utérque nominatur à Scriptoribus) Pontifex maximus, duos fratres ad urbem Treverim prædicandi gratiâ deſtinat, Hydul-
(c) phum (e) in Archiepiſcopum Treverenſem inſtituens, cui cum frater Erhardus Comes eſſet & Hydulphus paulò poſt in fata concederet, cum B. Erhardus ſeſe in fratris locum ſufficiendum cerneret, qui nam ante Epiſcopatum & ſua omnia pro Chriſto quærendo reliquerat, aufugit, & Ratisponam petens anno Domini DCCXLII. apud religioſarum fœminarum Ordinis S. Auguſtini cellulam, ubi deinceps ioferius quod vocatur Monaſterium anno Dom. DCCCC. extructum eſt, hoſpitio ſuſceptus fuit. Ubi poſt cœcos illuminatos, paraliticos ſanatos, atque alia virtutum opera in domino obdormivit ſub Pipino Caroli M. Patre. Autorem habeo ſatis alioquin doctum, ſed Sectarum
(f) Lutheranarum dum viveret ſtudioſum (f), qui de Emerami Monaſterio, primo apud Reginoburgium bonarum artium & Sacrarum Litterarum domicilio ita ſcribit: *Ibi*, inquit, *tum litteris inſtituti ſunt Divus Arionardus & D. Hyldolphus frater ejus genere Norici; ille Reginoburgenſium Epiſcopus, hic Treverenſis Archimyſta fuit.* alii omnes non Noricos ſed ex Ibernia Scotos aſſerunt. Plura qui velit legat eorum vitas, nobis ſatis eſt indicaſſe, beatum Erhardum non quidem cathedram Epiſcopalem occupâſſe Reginoburgii, ſed olim Epiſcopum Ardakadenſem peregrinationis occaſione Ratisponam inviſiſſe ac ibi defunctum eſſe.

Add. De Otiliæ Illuminatione illud fieri potuit, ut ab Erhardo primo Abbate Ebershaym Monaſterienſi baptizata fuerit, ut Lazius in migrationibus meminit pag. 493. 494.

De S. ALBARTO *Epiſcopo.*

CAPUT VIII.

ALbartus, vel Albertus (utrumque ſiquidem nomen invenitur) Anglicus natione Caſſelenſis Archiepiſcopus, cum B. Erhardo collega ſuo, aſcitis ſibi fratribus aliis unde viginti perfectionis Evangelicæ ſtudioſis, omnibus relictis peregrinus ſuper terram eſſe volens, in urbem Romanam vênit. Inde cum B. Erhardus in Germaniam pergeret, S. Albartus aſſumptis ſecum ſociis ſeptem Domini ſepulchrum in Hieroſolymis acceſſit, ubi & à ſociis ſuis unum Gillipatricum mortuum amiſit. Regreſſus verò cum Saltzburgâ veniſſet, alium è ſuis comitibus Joannem nomine rebus humanis excedentem ſepelivit: dehinc ſanctum Erhardum conſequi cupiens cum Ratisponam appuliſſet, eum jam defunctum invênit, ad cujus ſepulchrum precatus Deum, ut ſocius B. Erhardo etiam poſt mortem eſſe mereretur exauditus eſt, ita ut VIII. kal. Junii defunctus inventus illi conſepeliretur. Unde maniſeſtum qua Ratisponam venerit occaſione S. Albartus. Aventinus Libro III.

De duobus Epiſcopis incognitis.

CAPUT IX.

IN commentariis illius docti ſectatoris alios duos Epiſcopos Ratisponenſes lego, Velipholchetum puta Victoterpúmque, de primo hæc ſunt verba: *Vitalis*, inquit, *Juvavienſis Epiſcopus vir admodum doctus, Reginoburgenſium verò Veliphelchetus & Divus Emmeramus.* De alterô ſic, cum Paſſionem D. Emmerami ſub Theodone Bajoariorum Duce explicuiſſet proſecuturus Hiſtoriam eorundem Ducum: *Grimoaldus*, inquit, *Dux Bojorum obiit an-* Aventinus
no Chriſti DCXCV. Victoterpus Regino- L. III. fol.
burgenſis Epiſcopus. Theodo Dux (Gri- 581.
moaldi Filius) obiit anno ſeptingenteſimo ſuper Octavum. Hæc ibi. Jam quis fuerit ille Victoterpus, Grimoaldi Ducis Coætaneus nondum ſtatuere mecum potui, niſi fortè ſit Wichbertus ille Anachoreta Ibernicus, qui in Germaniam ſub Juſtiniano Conſtantini filio veniens, Friſonibus prædicavit biennio, ubi cum nihil promoviſſet ad ſuos rediit, fuit autem Epiſcopus Auguſtanus. De Viliphelcheto ſancti Emmerami ſynchrono meam dico conjecturam: hunc enim puto rectè Sacerdotem eſſe Wolflaicum S. Emmerami fidum cooperarium, cui etiam Sanctus ille ſuam Innocentiam tectim credidit, poſt illius obitum tandem detegendam, ut quem veluti ſui loco Epiſcopum Ratisponæ reliquit, ita enim legitur in vita ejusdem Beati Emmerami. *Sed ne pietati providentia deeſſet, & innocentia muta fidem & exemplum culpæ donaret, ſi alieno crimini ſubſternens humeros in offendiculum ſui ſileret, teſtificatæ veritatis & veræ æſtimationis virum Wolflaicum quemdam Presbyterum familiarius aſcivit, cui ſecretum ſuum quatenùs divinâ revelatione noverat, cautiùs expoſuit.* Hæc ibi; jam niſi textus ſit depravatus, ut qui è duabus dictionibus, Wolf

(e) Giſulphum vocat Lazius in migr. p. 494. *Hochvvartus in marg.*
(f) Gevvoldus in marg. *Aventinum notat.* Codex alter quo utimur, per Joannem Lentz Ratisponæ exſcriptus A. 1543. hoc loco ita in margine: *Invehit in Aventinum virum doctiſſimum ac honeſtiſſimæ converſationis.*

Laico Presbytero, unum fecit Wolfiaicum hominem, Wolfiaicus ille videtur à Sectatore illo in Velipholchetum detortus. Ita enim paulò poſt in eo ipſo Commentario dictiones Germanicas explicando ſcribit. Wolf, inquit, *à lupo nomen auſpicatiſſimum Germanis genti bellicoſæ, inde Voliphonem, Bolfgang, diminutivè Bolf & Bolfel lupi inceſſus viáque, fuit hoc nomine Pontifex Reginoburgenſis, celeberrimum Bojorum numen, Voliphoganges latinè.* Hæc ille: Ex quibus videtur ille diminutivum putâſſe nomen Wolfiaicum, & in Velipholchetum latinè coëgiſſe. Porrò ex hoc etiam aliud monendum ſubit, in his Pontificibus adventitiis non ſolùm quod verè Pontifices fuerint alibi, & huc quacunque tandem occaſione venerint, nominatos Epiſcopos, ſed & qui ſolùm Sacerdotes fuerint, Epiſcoporum Nomenclaturâ ob primum religionis plantandæ ſtudium donatos, quod tum Epiſcopi & Presbyteri officium non multum differrent. Videtur enim id de Paulino S. Severini Hiſtoria prorſus innuere, & Decretales Summorum Pontificum Epiſtolæ ad S. Bonifacium ſcriptæ, nunc Presbyterum, nunc Epiſcopum vocant eundem, de quo jam plura dicemus.

Hochwarti add. Lazius in migr. fol. 299. *Ex Monaſterio S. Emmerami docti ac ſancti Epiſcopi proceſſêre, S. Hydolphus Treverenſis & S. Arionardus, quem Erhardum vocant Reginoburgenſis Epiſcopi. Denique Victerbus Reginoburgenſis quoque Antiſtes. Cui legitur S. Bonifacius Anglus Eccleſiarum Germaniæ Reformator Grebolfum ſuffeciſſe, quem alii Geowaldum vocant.*

Ariovoliphon in Bavaria dignitate excellens à Bonifacio excommunicatus. Aventinus L. III. *fortè quia non probavit ritus Pontif.* Eccleſ. Hiſt. Cent. VIII. C. x. fol. 788.

De S. WYNIFRIDO *Epiſcopo*

Caput X.

QUod ſi cuncti, quicunque vel ex itinere Ratiſponam venerint, inter Epiſcopos ejuſdem urbis numerandi forent, non immerito & Wynifridus Anglus Reformator Papalis hujus urbis Epiſcopus haberi fortaſſe poſſet. Siquidem & illum huc inter commigrationes ſuas acceſſiſſe veriſimile eſt. Nam cum is à Gregorio II. Pontifice Romano Legatus in Germaniam miſſus anno Domini DCCXIX. Verbum Dei prædicaret in Francia, in Haſſia, Turingia, Friſia, & ob ſucceſſus fidei fœlices ab eodem Pontifice anno DCCXXIII. in Epiſcopum conſecraretur, adeò ut pro Wynifrido Bonifacius transnominaretur, iterùm Germaniam petens etiam Bojoariorum petivit terras, ſub Hugoberto Bavarorum Duce, prædicationis ſtudium diligenter exercens, ita ut quemdam Schismaticum hæretica pravitate diſtortum nomine Erenwolfium juxta Canonicas Sectiones ejectum execraverit, & populum a perverſa ejus ſectæ Idololatriâ correctum reduxerit, ſed & paulò poſt à Gregorio III. creatus Archiepiſcopus Magontiacus, ab Utilone Hugebertri filio invitatus iterum Bajoariam anno DCCXXVI. petiit, & mulris diebus evangelizans Verbum Dei fideique Sacramenta renovavit, Eccleſiarum deſtructores & populi perverſores abegit, quorum aliqui pridem Epiſcopatûs falſum gradum pertulerant, alii etiam falsò Presbyteratus officium aſſumpſerant. Alii alia fingentes populum ſeduxerant. Unde vir iſte vulgum ab hæretica pravitate & à Sacerdotum fornicatione liberavit. (g) Totam Bavariam in Epiſcopatus & Parochias, ut hodie ferè cernitur, diſtribuit, (h) ita ut veriſimile non ſit, Epiſcopatum in ea urbe inſtituiſſe, quam ipſe præſens non viderit, ſed magis credibile eſt ea in urbe diviſionem Parochiarũ & Epiſcopatuum factam, quæ totius Bavariæ Caput tunc erat, ubi & Dux Utilo præſens eſſe potuit. Cujus conſenſu partitio talis facta eſt. Hæc de primis Epiſcopis, qui aliunde hûc veniſſe traduntur, ſed ſine cathedra & ſucceſſione perpetua fuiſſe, dicta ſint. Sunt etiam, qui velint S. Bonifacium ſub Garibaldo primo Ratisponenſi Epiſcopo Beatum Emmeramum, ut ipſi loquuntur, tranſtuliſſe.

Add. Lazius in Migrationibus L. VII. fol. 301. ſub Utilone Beatus Bonifacius ſecundario in Bojariam venit, ſuóque fungens officio, Mannum novæ civitatis Epiſcopum depoſuit, ob merita diœceſi illius Reginoburgenſi adjecta, in qua Victerbo Antiſtiti ſenio confecto coadjutorem dedit Gibolfum, quem Aventinus Geowaldum appellat. & fol. 298. ſub Taſſilone II. dormierunt apud Laureacum Erchinofrid & Odoacer, apud Juvaviam Vitalis & Anſologus. Reginoburgi Velophologus & B. Haymeramus apud Salonam in Alpibus Rhæticis in Italiam flexis, Conſtantius & Præconius. Et Lib. VII. fol. 299. Denique Victerpus Reginoburgenſis Antiſtes, cui legitur S. Bonifacius Anglus Eccleſiarum Germaniæ Reformator Gibolfum ſuffeciſſe, quem alii Geowaldam vocant.

De

(g) Sacerdotes uxoratos innuit. *Nota MS. Anonymi.*
(h) Apud novam civitatem propè Ratisponam facta eſt hæc Partitio. Lazius de Migr. fol. 290. 291. *Nota MS. Anonymi.*

De primis Epiſcopis Ratiſponenſibus, qui cathedram & ſucceſſionem ritè inchoârunt.

LAURENTII HOCHWARDI

LIBER II.

De vero initio Ratiſponenſis Epiſcopatûs.

CAPUT I.

Hìc nunc firmum fundamentum jaciendum eſt hujus noſtri Ratisponenſis Epiſcopatûs. Sed qui mihi nunc à manibus eſſent Cooperarii nullos habeo. Etenim quicunque ante me ſcripſerunt de his rebus, errores per opinionem ſparſerunt, tantum abeſt, ut hiſtoricam veritatem fuiſſent adepti, proinde ut unus pro multis laborem & multorum Hiſtoriis lucem aliquam afferam, fundum altius rimabor, & primum errores temporum indicabo, deinde veritatem approbabo. Quidam itaque ſcribunt: Anno Domini DCCXXVII. Otilo Dux Noricorum ſe ac ſuos S. Bonifacium Archiepiſcopum Moguntinum viſitare rogavit, qui veniens Ratisponenſi Eccleſiæ ex Præcepro Gregorii II. Pontificis Max. Epiſcopum præficit Gaubaldum, Bojaria ab Hæreticis purgata & in Parochias diviſa Anaſtaſio juniore imperante. Erat autem hæc Hæreſis, quod Sacerdotes uxores ducebant, & Laici unus plures uxores haberet. (i) Sed hæc falſa convincit Hiſtoriarum Lectio. Primo quia Otilo Dux primo regnare cœpit poſt patrem anno Domini DCCXXXVII. Deinde Bajoaria in parochias non ſub Gregorio II. ſed ſub Gregorio III. diviſa eſt, non ſub Anaſtaſio, ſed ſub Leone Imperatore. Hinc cum alii, quæ ſcripta fuerant, citius quam par ſit incœpta vidiſſent, errorem emendaturi, Epiſcopatuum diviſionem factam annotârunt anno Domini DCCXXX. alii XXXV. nec tamen ſcopum attigerunt. Decepit eos, quod acceſſus duos S. Bonifacii diſcernere nequirent, alterúmque pro altero acceperunt. Hoc enim tempore anno ſcilicet Domini DCCXXVIII. Bonifacius primo venit in Bajoariam ad Hugopertum Utilonis patrem, & quamvis Hæreticos aliquot expulerit, non tamen omnes eliminare potuit, multóque minus Epiſcopos legitimos inſtituere aut parochias partiri.

Alii veluti certius aliquid allaturi, inter quos eſt *Hermannus Abbas* de Inſtitutione Monaſterii Altaichenſis, ſic ſcribunt: Monaſterium Altaichen ex Conſilio S. Perminii Metenſis Epiſcopi ab Utilone Duce conſtruitur año Domini DCCXLI. (alii DCCXLV.) Pontificatûs Zachariæ Papæ anno ſexto, &c. ante Epiſcopatuum diviſionem in Bavaria, quæ decimo anno poſt dictam conſtructionem per S. Bonifacium Archiepiſcopum ex Decreto Zachariæ Papæ & Conſenſu Pipini Regis ac Utilonis Ducis facta eſt &c. Hæc illi: *Sed tardè nimium venêre ſubulci.* Si enim Epiſcopatus Bavariæ cepiſſent anno Domini DCCLI. tandem, cum autem Syndpertus ſecundus Epiſcopus Ratisponenſis anno Domini DCCLII. cepit, Ganbaldus à S. Bonifacio primus Epiſcopus factus è cathedra depelleretur, nec enim, ubi ipſe ſederit, habebit, ſi parochiam ſtatim à ſuo principio Syndpertus occupaverit, & certum eſt Bajoariam in parochias Epiſcopales diviſam, non ſub Zacharia Pontifice, ſed ſub illius anteceſſore Gregorio III. Sed opinor, video, quid hos deceperit, quod non rectè æſtimârint Inſtitutionem Epiſcopatuum Germaniæ; Et cum in hac ratione temporum multum interfuit Epiſcopatus Germaniæ, ab Epiſcopatibus Bajoariæ hi eosdem pro eiſdem ſumpſerunt. Verum eſt, quod Bonifacius, cum jam ſub Gregorio III. Bajoariam Epiſcopis replevìſſet, & reliquis demùm Germanis Epiſcopatus conſtituerit ſub Zacharia Pontifice, nimirùm Würzeburgenſem, Eychſtettenſem & Erphordenſem, ut Hiſtoriæ diligenter annotârunt. Sed viſis aliorum erroribus, jam nunc tempus eſt, ut noſtram ſententiam aperiamus, in qua tametſi, quem proſequamur, habemus neminem, tamen veritate duce ad ſcopum nos collimaturos nobis perſuademus, & ne multis immoremur, ſic brevibus rem explicabo. Cum Hugobertus Bojorum Regulus obiiſſet anno Domini DCCXXXVII. Utilo filius ejus, Hyltruda filia Caroli Martelli ſorore Pipini & Carolomanni in matrimonium ducta, Patri in regno Bavariæ ſucceſſit.

Hujus temporibus Abares Hunnorum Reliquiæ Ducis auditâ morte excurrentes, quæcunque Boij infra flumen Anaſum poſſe-

derant,

(i) Sacerdotes uxores publicè habebant, filios procreabant, ſicut alii Chriſtiani, quemadmodum in inſtrumentis donationum, quæ illi Templis, Sacerdotibus & Monachis fecêre. Ubi hæ nominetim cum conjugibus teſtes citentur, & honeſto vocabulo Presbyteriſſæ nuncupantur. Eam conſuetudinem Hilteprandus, qui & Gregorius VII. P. M. magno motu Germaniæ mutare conatus eſt ſub Henrico IIII. Cæſare.

detant, flammâ ferróque vaſtabant, ob quam cladem Dux Utilo Archiepiſcopum Laureacenſem Vivilonem unà cum Monachis & ſacris fœminis ac aliis, qui Laureaco exciti, periculum evaſerant, Bathaviam commigrare jubet, eáque urbs poſthac Laureacenſium Archiepiſcoporum domicilium fuit, ipsique ſunt appellati Pontifices Bathavienſes & Archimyſtæ Laureacenſes. Sic legitur in diplomatibus Arnulphi & Ottonis.

Erat autem hic Vinilo (aliis Vivilo, alius Uvilo, aliis breviter Vilo ſeu Wilo nominatur) à Gregorio II. inſtitutus in Archiepiſcopum Laureacenſem anno Domini DCCXXII. & à Gregorio III. ordinatus deinceps, ubi & XXIII. annis præfuit, & cum bellis & hæreſibus obrutus unus Bojorum populo non poſſet præeſſe, Utilo Dux S. Boniſacium in Germaniam Legatum Pontificis Romani agentem rogavit à Luitprando Longobardo, ut iterùm in Bojariam ſicut ſub ſuo parente fecerat, veniret. Qui dicto Principis audiens iter denuò in Bavariam arripit, quo veniens regione ab hæreſibus uxoratorum ſacerdotum purgata, Bavariæ quatuor Epiſcopatus inſtituit auctoritate Canonica, & Viviloni apud Bathaviam commoranti tres Epiſcopos addens, Joannem quemdam Salzeburgenſem, Atiobertum D. Corbiniani fratrem Fruxini habitare juſſit, Reginoburgio autem, quod Bojorum Caput erat, Gaubaldum præfecit, quam parochiarum diviſionem & Epiſcopatuum inſtitutionem anno circiter Domini DCCXL. factam omninò intelligimus, anno uno prius quam Carolus ille Magnus naſceretur. Nimirum quod cum Bonifacius rem ita à ſe incœptam à Rom. Pontifice corroborari petiviſſet Gregorius III. qui tum Apoſtolicæ Sedi præerat, ita reſcripſit in decretali, quæ incipit: *Doctoris omnium Gentium. Igitur*, inquit, *quia indicâſti perrexiſſe te ad gentem Bajoariorum, & inveniſſe eos extra ordinem Eccleſiaſticum viventes dum Epiſcopos non habebant in Provincia niſi unum nomine Vivilo, quem nos ordinavimus, & quia cum aſſenſu Utilonis eorundem Bajoariorum Ducis, ſeu Optimatum Provinciæ illius, tres alios ordinâſti Epiſcopos, & in quatuor partes provinciam illam diviſiſti, id eſt in quatuor parrochias, ut unusquisque ſuam habeat parochiam, benè & prudenter peregiſti frater, & quod Apoſtolicam præceptionem ex noſtra vice impleviſti, & ſicut præcepimus, ita peregiſti &c. Data* IIII. *Kalend. Novembr. imperante Domino piiſſimo Auguſto Leone Imperii ejus anno viceſimo tertio; ſed & Conſtantino Magno Imperatore ejus filio anno viceſimo indictione octava.*

Cæterùm chronographia ſatis oſtendit annum Imperatoris Leonis III. vigeſimum tertium, eſſe annum Domini circiter DCCXL. ita ut certâ & probatâ fide jam conſtet Epiſcopatum Ratisponenſem ſecundum Canonicam & Apoſtolicam regulam cœpiſſe anno Domini DCCXL. ſub Gaubaldo primo Latino Epiſcopo, nam antea non erant Latini Paſtores, ut quidam ſcribunt. Nolumus tamen adeò pertinaciter inhærere noſtris inventis, quin certiora docentibus reducti calculo ſimus ſuffragaturi. Hoc autem ſundamento jacto nunc ad Epiſcoporum Nomenclaturam accedamus.

Add. Auctoris: Raimundus Marlianus ait: circa tempora Francorum Regis Karolomanni Gregorius ſcripſit Boniſacio tunc Maguntiaco Archiepiſcopo, & Utiloni per id temporis Bajoariæ Duci &c. ut in veteri & authentica ipſius Bonifacii legenda habetur.

De S. GARIBALDO *primo* *Ratisponenſi Epiſcopo.*

CAPUT II.

IGitur B. Garibaldus primus Epiſcoporum Ratisponenſium legitimus à S. Boniſacio Archiepiſcopo Moguntino & Martyre inſtitutus anno Domini DCCXL. (k) Epiſcopatum Ratisponenſem juſſu Gregorii II. cœpit, Sedem verò Epiſcopalem habuit Eccleſiam S. Emmerami, ſicut plerique Epiſcopatus primo in Monaſteriis eſſe cœperunt. Dedit autem illi Eccleſiam S. Emmerami S. Boniſacius conſenſu Bojoariorum Ducis Utilonis, quod ea ſola tunc eſſet Eccleſia, quæ poſſet Epiſcopum alere, nonnihil ditata, populorum ad S. Emmeramum ob miraculorum inuſitatorum famam, concurſu; ſed & Hugobertus Utilonis pater, templo Beatorum Georgii & Emmerami prædiorum certas poſſeſſiones ſub quodam Rathario Pontifice adventitio in Fratrum Monachorum ſuſtentationem tradiderat, inter quas antiquæ litteræ & curtim Pitchinwanch vulgò dictam connumerant, è quibus conſtat S. Emmerami Monaſterium pleno jure ex prima S. Boniſacii inſtitutione & Utilonis Ducis traditione ad Epiſcopalem Sedem Ratisponenſem pertinere, quomodo verò ſit abalienara ſuo loco non ſilebimus. Cæterùm Garibaldus ille communiter Gaubaldus & Goebaldus & Gajabaldus & Gebolfus nominatur, tam inſolenti nomine, ut vix quemquam habeat, cognominem, ego verò in Salzaburgenſium Epiſcoporum Catalogo Gatiobaldum manifeſtè lego vocatum, & doctus ille Sectator quoque Gariòvaldum nuncupat, quod nomen Bajoaribus Ducibus multis commune fuit, & ſcriptura deerrans ex Garibaldo facile Gaubaldum (l), totidem nempe Litterarum ductibus, formavit, nolo tamen de nomine cum quoquam contendere. Illud tamen omittendum non eſt, hunc ſanctum Virum vigilantem gregis ſui ſpeculatorem & ſatis oculatum fuiſſe. Nimirum qui ſibi creditum ovile magna ſollicitudine & fovit & auxit, ac inter cæteras curas, etiam cum conſilio

ſui

(k) alii DCCXIX. & DCCLXXIII.

(l) Lazius Gibolfum vocat in Vienna fol. 55. Aribo Epiſcopus Friſingenſis in vita S. Emmerami Gauuibaldum. Victerbo Epiſcopo fuit ſuffectus juxta Lazium de migr. fol. 299. 300. 301. Alii Gangolfum & Beliboldum ut centur. 8. Cap. x. fol. 787. Eccleſ. Hiſt. *Auctor in nota.*

ſui Cleri, corpus S. Emmerami ſepulchro reſoſſum extulit, & ſacras Martyris Reliquias ſarcophago laminis argenteis & aureis, tum etiam margaritis & pretioſis lapidibus adornato concluſas, populo ſpectandas præbuit, his atque aliis per annos tre-
(m) decim geſtis (m) in Domino feliciter tandem obdormivit, ſepultus in Eccleſia ſua, tum Cathedrali S. Emmerami anno Domini DCCLII. aliàs DCCLVII.

De SYMBERTO *ſecundo Epiſcopo Ratiſponenſi.*

CAPUT III.

Symbertus Sancto Garibaldo ſucceſſit, electus anno Domini ſecundo & quinquageſimo ultra ſeptingenteſimum, ſub Conſtantino Quinto Copronymo illo Imperatore, hic ad augendam religionem animum adjiciens, Eccleſiam S. Emmerami, quæ tum paucorum monachorum erat contubernium, in amplum Monaſterium Epiſcopo dignum
An. 783. cœpit exædificare anno DCCLXXXIII. idque juſſu perniſsúque adhæc etiam nonnullis ſumptibus Caroli Magni, poſtquam is Carolus, ejecto Thaſſilone Duce, Utilonis filio ſibi toties rebelli, Bajoariam Patritius adhuc ſibi ſubjecerat. Fuit enim is Symbertus pacificus homo, & qui Taſſilonem Carolo Regi cum aliis multis fruſtra reconciliàrat, aliquoties adeò, ut de ipſo ſcribat Amoinus in rebus Francorum ad huoc modum: *Taſſilo Dux Bavariæ apud Wormatiam obſides duodecim, qui imperabantur, dedit ſine mora, quos Simpertus Reginenſis Epiſcopus de Bajoaria in cariſiacum Carolo adduxit, inter quos obſides, & filius Taſſilonis Theodo fuerat, quamvis pauld poſt rupto fœdere, Taſsilo rurſus rebellavit, & Carolus ejecto cum filio patre Bajoariam occupatam Geroldo cuidam regendam tradidit.* Per hunc etiam Sympertum Carolus conſtitutiones, quas ad Aquas Grani conſilio habito conſtituerant, in Bajoariam miſit. Porrò Sympertus cum duo de triginta (aliàs ſex & triginta) præſediſſet annos, vitâ functus in Eccleſia S. Emmerami à ſe conſtructa ſepultus eſt. Duravit ejus ſtructura usque ad Fridericum Primum ſatis magnifica, quando quæ aono Domini MCLXVI. totaliter igne conſumpta ſub Alberto Abbate legitur. Ad quam magis Pipinus pater Caroli, quam Carolus ipſe videtur manus adjutrices admoviſſe; ut in ſequentibus ſcribetur Capite V.

De CONSTANTINO *Epiſcopo.*

CAPUT IV.

COnſtantinus quidam, ut obſervârunt aliqui, poſt Symbertum Eccleſiæ Ratiſponenſi præfuit Epiſcopus. Hic tamen in Catalogo Reginoburgenſium Epiſcoporum non ponitur, fortaſſis ob brevitatem temporis ſui regiminis; ſolo etenim anno Præſidem egiſſe ſcribitur, ut inter Symbertum & Adalwinum velut Interrex in interregno videatur ſuiſſe in Electione parùm concordi. Mortuus autem cum Prædeceſſoribus ſuis apud S. Emmeramum ſepultus eſt.

De ADELWINO *tertio Epiſcopo.*

CAPUT V.

ADelwinus Epiſcopus vel Abbas cepit cathedram anno Domini ſeptingenteſimo undenonageſimo, ſub Hyrena cum filio Conſtantino Sexto regnante, qui cum decennium (aliàs xxv. annos) præſediſſet à Regibus Francis, qui Bajoariam occupaveraot perſuaſus, Monaſterio cathedrali ceſſit, Sede Epiſcopali in civitatem translata, in Eccleſiam S. Stephani Protomartyris, quæ etiam hodie extat, in ambitu ut vocant, tam dives ut concionatorem cathedralis Eccleſiæ alat; Quæ verò cauſa fuerit, ut Adelwinus Eccleſiam recens & opibus & extructionibus magnificis ditatam tam facile reliquerit, dici facile non poteſt. Certè Ludovicus Primus Caroli M. filius ſive ſuopte ingenio, ſive à Monachis jam incraſſatis & recalcitrantibus ſubornatus, à patre petiit, ut boc Monaſterium ſibi vendicaret, pater impetrabili petitioni morem gerens Pontificem Romanum ad eximendum Monaſterium incitavit; Qui & ipſe cenſum annuum ſtipulatus, de alieno corio latiora ſecanda lora conceſſit. Hanc rem, ut geſta eſt, ex vetuſtis diplomatibus certam indicabo. Extant enim ejus rei Epiſtolæ, quas adſcribere viſum eſt in rem præſentem:

Carolus gratia Dei Rex Francorum & Longobardorum & Patritius Romanorum.
„ Quidquid enim ob amorem Dei locis San-
„ ctorum venerabilium benevolâ delibera-
„ tione dedimus vel condooamus, hoc no-
„ bis ad æternæ remunerationis præmia
„ capeſſenda proſuturum liquidò eredimus,
„ quaodo hoc procul dubio ad ſalvationem
„ corporis & animæ noſtræ fore creditur,
„ ut hi, qui in laude Dei ſunt, ſine querela
„ perſiſtant, & exinde ſæpius & devotius
„ in noſtra manere memoria. Igitur no-
„ tum ſit omnibus Succeſſoribus noſtris &
„ fidelibus Saoctæ Dei Eccleſiæ præſenti-
„ bus & ſuturis, qualiter nos propter no-
„ men Domini & æternam remuneratio-
„ nem, ſeu pro opportunitate Dilectiſſimi
„ noſtri Ludwici Regis, absque hominum
„ contradictione confirmamus, Eccleſiam
„ Dei liberam eſſe, & in poteſtate Impera-
„ torum ſive Regum usque in ævum perma-
„ nere, quæ eſt conſtructa in honorem Do-
„ mini noſtri Jeſu Chriſti & Matris ejus
„ Mariæ & Principis Apoſtolorum Petri &
„ S. Georgii Martyris & precloſi Dei Mar-
„ tyris Emmerami, atque Pontificis Aqui-
„ taniæ juxta muros civitatis noſtræ Re-
„ gaoiſpurg, ubi venerabile corpus ejus
„ miraculis declarantibus requieſcere com-
„ probatur, & Rectorem ejusdem Cœnobii,
„ ejúsque ſucceſſores unoquoque anno ſep-
„ tem aureos Romam ad altare S. Petri per-
„ ſolvere.

(m) *repoſuit & correxit poſtea in autographo* XXII.

„ ſolvere. Proinde noverit omnis Chriſti
„ noſtrique fidelium univerſitas, etiam
„ quæ à patre meo Pipino Rege & ab an-
„ teceſſoribus meis ubicumque locorum
„ hactenus tradita ſunt & collata, per
„ hanc noſtram auctoritatem perennibus
„ temporibus, eâ videlicet ratione confir-
„ mamus, ut neque Dux neque Epiſcopus
„ ejusdem loci aliquam poteſtatem habeat
„ prænominata bona præfatæ Eccleſiæ au-
„ ferre vel alienare, ſed Rector ejusdem,
„ loci ſuique ſucceſſores habeant poteſta-
„ tem quidquid eis placuerit faciendi ad
„ utilitatem tantummodo monachorum,
„ ſub ſancto Ordine conſiſtentium. Et ut
„ hæc auctoritas firminr habeatur & diu-
„ turnis temporibus Domino auxiliante me-
„ lius conſervetut manu propria ſubter
„ firmavimus & de anulo noſtro ſigillari
„ juſſimus.

Nunc verò & Summi Pontificis Leonis III. Conceſſionem ſubſcribamus:

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.
„ Agnitum eſſe volumus cunctis Chriſtia-
„ næ Religionis fidelibus tam præſentibus
„ quam & futuris, qualiter Chriſtianiſſimus
„ Imperator & Auguſtus nomine Carolus,
„ Deo aſpirante Chriſtum Hæreditatis ſuæ
„ deſiderans fieri poſſeſſorem, quoddam
„ Monaſterium juxta muros Tiburniæ ci-
„ vitatis, quæ à Tiberio Cæſare Auguſto
„ ædificata eſt, quæ mndo vulgò appella-
„ ta eſt Reganeſpurch, quod eſt conſtru-
„ ctum in hnnore S. Mariæ Matris Domi-
„ ni noſtri Jeſu Chriſti, & Principis Apo-
„ ſtolorum Petri, & S. Georgii Martyris,
„ ubi præclariſſimus Martyr & Epiſcopus
„ Pictaviæ corpore requieſcit Emeramus,
„ in noſtram immunitarem ſucceſſorúm-
„ que noſtrorum gratia deſenſinnis trans-
„ fudit, & nos continuo Chriſti & proxi-
„ mi amore gratuitâ mente petitioni ejus
„ piæ annuentes, decrevimus ita fieri, &
„ juſſimus hanc chartam auctoritatis no-
„ ſtræ inde conſcribi, & Epiſcopus ejus-
„ dem civitatis tertius nomine Adalwi-
„ nus juxta Decreta canonum & cum no-
„ ſtrâ auctoritate in præſentiâ piiſſimi Im-
„ peratoris Caroli rectâ ratione in ſyno-
„ dali concilio cum Judicio Epiſcoporum,
„ Clericorum nec non nobilium Laicorum
„ de eodem loco Cathedram Pontificalem
„ mutavit & canonicâ auctoritate in civi-
„ tatem ad Eccleſiam S. Steffani proto-
„ martyris ſtatuit, & ſuæ ſucceſſnrúmque
„ ſuorum proprietati ac poteſtati deinceps
„ in futurum abalienavit. E cnntra au-
„ tem dictus Chriſtianiſſimus Imperator
„ dedit ad illum locum, ubi modo ſedes
„ Epiſcopalis eſt à parte meridiana ipſius
„ monaſterii perticas decempedas XI. CC.
(n) „ (n) & in aliâ parte centum, in longitu-
„ dine CCVII. & Eccleſiam S. Petri &
„ Eccleſiam S. Paoli juxta mutos prædi-
„ ctæ civitatis & Wunnitingen & Egilol-
„ ſesheim, & Eccleſiam juxta Nababurck
„ quæ vncatur Berſaua, & confirmavit
„ Monaſterium pretioſi Dei Martyris Eme-
„ rami in poteſtate Imperatorum ſive Re-
„ gum usque in ævum permanere, &
„ ita confirmavit, ut Abbas & Rector
„ ejusdem cœnobii unoquoque anno ſe-
„ ptem aureos Romam ad Altare S. Petri
„ perſolveret. Hæc mutatio & confirma-
„ tio fuit anno ab incarnatione Domini
„ DCCXCVIII. auctoritatis noſtræ, ita
„ ut ſi quis Imperator aut Rex eandem
„ Eccleſiam tam Sanctam alicui præſtet,
„ Anathema ſit, Congregatio autem Mo-
„ naſterii liberam habeat poteſtatem &
„ electionem Abbatis juxta Decretum S.
„ Benedicti ſine omni contradictione ſub-
„ ſtituendi, & præfatum Monaſterium cum
„ Monachis & omnibus ibidem in præſens
„ collatis vel impoſterum conferendis, in
„ noſtram ſucceſſnrúmque noſtrorum im-
„ munitatem recepimus feliciter, Amen.

Hæc de translatione ſedis Epiſcopalis quæ quacunque cauſa facta ſit, tamen firma rataque nunquam habita eſt, ut quæ Adalwino conſenſum magis extorſerit, qui Carolo hoc jubenti reluctari non potuit, quam qund ſciens & volens hoc Adalwinus ipſe primus maluerit. Unde cum poſt años ſedecim à ſeparatinne illâ factâ geſtiſſet Epiſcopatum, moriens non in ſuâ Cathedrali, ſed in priſcâ illa S. Emerami Eccleſiâ ſepeliri cum ſuis anteceſſoribus vnluit, poſtquam annos ſex & viginti præſediſſet utrobique. Quia verò in ſynodali concilio ſub Præſentia Caroli M. hæc Epiſcopalis ſedis translatin ſacta narratur & jam illud indicare placitum eſt rem geſtam videri anno Domini DCCXCII. quo anno Carolus à Natali Domini per totam æſtatem Ratisponæ commoratus eſt, ob bellum cum Hunnis gerendum, quo tempore & ſynodum Epiſcnporum coegit, in quo Feliciana Hæreſis damnata eſt quam rem Amoinus in geſtis Francorum ita deſcribit Cap. LXXXIII. Orgelli civitas eſt Libro IIII.
in Pyrenæi montis jugo ſita, cujus Epiſcnpus nomine Fœlix natione Hiſpanus ab Heliprando Tolcti Epiſcopo per litteras conſultus, quid de humanitate Salvatoris Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti ſentire deberet, utrum ſecundum id quod homo eſt, proprius an adoptivus Dei filius credendus eſſet ac dicendus, valdè incautè & inconſiderate & contra antiquam Eccleſiarum doctrinam Adoptivum non ſolum pronuntiavit, ſed etiam ſcriptis ad memoratum Epiſcopum libris quantâ potuit pertinacia pravitatem intentionis ſuæ deſendere curavir. Hujus tei cauſâ deductus ad Palatium Regis. Nam is tunc apud Reginum Bajoariæ civitatem (ipſa eſt Ratispona) in quâ hiemaverat, reſidebat, ubi congregato Epiſcopnrum Concilio, & de translatione ſedis Epiſcopalis actum videtur, & rem tantisper prætactam, dum deinceps per Leonem Hadriani ſucceſſorem confirmaretur. Porrò & illud annotandum anno ſequenti, ſcilicet DCCXCIII. eandem Hæreſin Fœlicianam, auctore Urſpergenſi Abbate, in magnâ ſynodo Francofordiæ con-

(n) erat ſupraſcriptum XL. Codex alter habet XI. CC. & in marg. *Pyſanus.*

condemnatam & librum comuni Epiſcoporum Auctoritate contra eum ſcriptum eſſe; & Felicem per Engelbertum ad Hadrianum Pontificem adductum ad Hæreſin abdicandam, quod ideo monui, ſi forte quis malit in hoc Epiſcoporum Conſilio de ſede Epiſcopali transſerenda cum Adalwino Epiſcopo actum eſſe.

De BATHURICHO, *quarto Epiſcopo.*

CAUUT VI.

BAthuricus Fuldenſis monaehus Adalwino ſucceſſit anno Domini DÇCCXIIII. Carolo magno jam amplius in humanis non agente, ſed paulò ante defuncto. Qui Bathuricus Adalwini facto revocaro Eccleſiam S. Emerami rurſum popoſcit & in ditionem ſuam redegit. Quâ de re Richobaldus Abbas & rector ejus Monaſterii, ad Ludovicum primum Caroli Regis ſucceſſorem profectus, impetravit, ut filius à parente immunitatem Monaſterio datam confirmaret, Eugenio Papa ſubſcribente, cui legationi tam anxius immoratus eſt, ut etiam in illa moreretur. Hujus etiam confirmationis Epiſtolam talem legimus:

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei omnipotentis. „Ludovicus divinâ fa-
„ vente gratiâ Rex. Oportet igitur nos qui
„ divinâ ſumus gratiâ quodammodo Cæ-
„ teris Mortalibus ſublimati ejus in omni-
„ bus parere præceptis cujus clementiâ
„ exiſtimus prælati, atque cujus præcelli-
„ mus munere, loca utique ipſius ſibi di-
„ cata ante omnia noſtris rebus ſublima-
„ re atque dilatare. Quando hoc procul
„ dubio ad ſalvationem corporis & animæ
„ noſtræ fore creditur. Idcirco oportet
„ nos ob amorem Domini noſtri Jeſu Chri-
„ ſti & Matris ejus Mariæ invidiam deſtru-
„ ere malignorum ſpirituum & hominum
„ quam nolumus manere quæ eſt in Ra-
„ tisponâ civitate inter Eccleſiam S. Ste-
„ phani Protomartyris, ubi modo ſedes
„ eſt Epiſcopalis, & inter EccleſiamS. Eme-
„ rami pretioſi Martyris juxta muros ejusdē
„ civitatis, ubi cathedra erat Pontificis, us-
„ que dum Pater meus Karolus Magnus
„ anno ab incarnatione Domini DCCXC-
„ VIII. cum auctoritate Leonis Papæ de-
„ ſtruxit & cum conſenſu Adalwini Epi-
„ ſcopi ejusdem civitatis in eivitatem ſta-
„ tuit & confirmavit Eccleſiam pretioſi
„ Martyris Emerami rectâ ratione ad po-
„ teſtatem Imperatorum ſive Regum per-
„ tinere & rectorem ejusdem cœnobii uno-
„ quoque anno Romam perſolvere ſeptem
„ aureos ad Altare S. Petri. Qua propter
„ comperiat omnium fidelium noſtrorum
„ præſentium & futurorum ſolertia, quod
„ nos confirmamus eandem Eccleſiam cum
„ auctoritate Eugenii Papæ absque omni
„ hominum contradictione omni tempore
„ permanere in regimine Imperatorum ſi-
„ ve Regum. Et eundem cenſum ad Ro-
„ mam dare, ea videlicet ratione confir-
„ mamus, ut neque Dux neque Epiſcopus
„ illam poteſtatem habeat intus aut foris,
„ ſed totum quod ad eandem Eccleſiam
„ pertinet in jus & donationem S. Emera-
„ mi Martyris proviſoriúmque ejus tradi-
„ mus atque transfudimus, & per hoc
„ noſtræ auctoritatis præceptum plenius
„ in Dei nomine confirmatum nullo in-
„ quietante, ſed Deo auxiliante ad ſervi-
„ tium S. Mariæ & S. Petri, ſanctique Eme-
„ rami martyris Monachorúmqne ejus,
„ qui ibidem Domino famulantur omni
„ tempore absque ullius contradicentis
„ obſtaculo tradita eſt confirmata perma-
„ neant, & ut hæc auctoritas confirmatio-
„ nis noſtræ firmior habeatur, & per
„ futura tempora melius conſtruetur, cum
„ ſigillo Papæ & de anulo noſtro ſubter
„ juſſimus ſigillari.

His tamen non obſtantibus, Eugenio mox defuncto, Bathuricus Epiſcopus, quod inſcio ſe & minimè conſentiente geſtum erat, ratum habere noluit, & Eccleſiam S. Emmerami ſibi retinuit ejusque bona ſicut voluit adminiſtravit, id quod Ludovicus Pius Rex Bojorum Ludovici Imperatoris Auguſti viventis & Imperantis adhuc filius, ſuis diplomatibus confirmavit, ea quæ latina ad manum non habeo, teutonica hîc ponam.

In den Namen unſers Herrn Jeſu Chriſti Gots des Allmächtigeu, HLudxig aus milde gottlicher Gnade Koenig der Bairn. Wan Wür dy gepet, ſo unſer getrewer an uns legen, gern und williglich zu laſſen, und die ſelbigen in Gottes Namen voltziehen, ſo erfullen wir angeporne königlicher ſitten, guete, machen auch damit unſer lieb getrewen, in unſern dienſt bas muetiger. Deshalben ſol wiſſen die geſchicklikait und früme aller unſer getrewen, iziger und zukunfftiger, das Erchaufrid Diacon unſer caplan, und ſein nechſter freund Bathrich uns fürbracht haben, ein verleibten brief, darin begriffen, wie inen ir lebenlang, zu verdienter Abnutzung Baturich Biſchof zu Rengspurg auff leib verliben hat etlich gueter mit aigen Leuten mit Hutten, Scheirn, Heuſern, Gepeuen, Ackern, Veld, Wismaten, Waiden, Holz, Waſſer, Waſſerlauff, ſo mit aigentumb ſant Haimeram Münſter zugeboren, in den nach geſchriben dorffen ligen, nemblich zu Buchuſa, Ruochinga, Folinchova, auch zu Alinchoba ein hueb, und zu Cailonespach ain hueb. Diſer jezt erzelten Stuck ettliche ſind voran des obgemelten Stifft geweſen, ein tail hat der egemelt Erchanfrid vor etlichen jaren als ſein aigen gueth darzu verſchriben und ubergeben, welicher dan unſer königliche wirde vaſt gepeten hat, das wir ime über ſoliche biſchofliche leibgeding unſer beſtetum gepott verſchuffen, dadurch er und ſein nechſter freund Batrich ir lebenlaug deſter ruwiger und Sicherlicher an meniglichs widerſprechen dye obgemelte ſtuck, inhaben, nutzen und brauchen mochten, ſolchs gepet haben wir angeſehen, und diſer unſer beſtetum ernſtliche mainung in ſchrifft zu verfaſt werden verſchafft, bieten hiemit und

Buchhauſen Rocking Pholkofen Ankofen Kolnpach.

ſchaffen das die mergemelten gueter Erchanfrid und Batrich obgenante ſtuck und gueter ir lebenlang inhaben und beſizen, und kainer was wirden er ſey geiſtlich oder weltlich die an ſolchen zu irren oder engen, ſich vermeſſen wolle, ſonder ſy macht haben ir lebenlang, ſolchs nutzen uud prauchen, nit anderſt dan wie obgeſchriben eſt, und nach ir baider tode, ſollen obgeſeribne ſtuck mit aller zugeborum volentlich in verwaltum und herſtum dem obgenanten Gotzhaus wider haim gen und ſallen, damit aber dis geſcheft unſers gepots und beſtetum deſt veſter gehalten, und den ſelbigen deſter pas von unſern getrewen gelebt werde, haben wir ſolches mit unſers rings auffdruckum hie unden zu beſigeln verſchafft.

Ich Adalbold hab diſen brieſ an ſtat Gauzwolt überleſen und verfertigt geben am 18. *tag des Augſtmons im achtzehenden (das Chriſtus bey uns ſey) Jar, des Kaiſertumbs uuſer lieben Vatters und Herrens Herrn HLudwig des allerdurchleuchtigiſten Romiſchen Kayſers und unſers Reichs im ſechsten, der Römiſchen ſteuer anlegung im neunten Jar. geſchehen zu Reginesburg in der Stat, in unſerm* Pallacio, *in dem namen Gottes mit glüek amen, nach Chriſti*
An. 831. *gepurt* DCCCXXXI.

Tantum verò abeſt ut Baturicho proprietatem monaſterii S. Emerami ſecundum exemptionem Patris Ludovici Auguſti, Filius Ludovicus Rex Pius cognominatus, abſtulerit, ut etiam illi plurima ſuperaddiderit. Siquidem idem ipſe Ludovicus Pius Rex Bojorum anno ſequenti Eccleſiæ S. Emerami tradidit & privilegiis confirmavit, res proprietatis ſuæ quæ erant in Ungaria & Auſtria, nempe locum ubi antiquitus fuit caſtrum quod dicitur Hartungenburg ſitum in Hartungenveld, cum reliquis adjacentiis in circuitu, quarum rerum Termini ſunt ab eo loco ubi Erlſa in Danubium cadit, ſurſum per ripam fluminis ipſius, usque ad locum qui dicitur Ertgoſteg, & ab eodem flumine in orientali parte usque in medium montem, qui apud Slavos Cholonezze vocatur, ubi in duabus arboribus evidentia ſigna monſtrantur. Et ab eodem loco in parte Aquilonis usque in Danubium, & ad meridiem & occidentem per verticem montis, ſicut evidentia arborum ſigna demonſtrant, usque ad ſupradictum locum Ertgoſtegi, has namque res cum mancipiis ibidem commanentibus, cum domibus, ædificiis, terris, cultis & incultis, pratis, ſylvis, aquis, quantumcunque inter prædictos terminos continetur totum & integrum præſatæ Eccleſiæ in perpetuum habendum condonavit, his omnibus adjecit medietatem unius vici, qui vocatur Tullin cum omnibus appendiciis ad ipſum vicum pertinentibus, tam in mancipiis quam in vineis, terris, paſcuis eâ ratione ut ad menſam Monachorum Deo & Sancto Emeramo inibi ſervientium jugiter deſerviant, & nulla perſona potens aut infima ſpiritualis aut ſecularis easdem res in beneficium dare aut accipere præſumat, ſed ſolum ad uſus ipſorum deſerviant ut in vetuſto & Manuſcripto Ratisponenſium Epiſcoporum Catalogo ſcribitur. Ejus donationis diploma ſub Teutona lingua, quod latinum non ſit ad manum, adſcribamus:

In den namen unſers Herrn Jeſu Chriſti Gottes des allmächtigen. HLudwig aus gottlicher Gnaden mildikait Konig der Bairn. So wir durch unſerer mildikayt gabe von den guettern uns von Gott verlihen, den ſteten der Heiligen etwas ubergeben, glauben wir gentzlich ſolchs uns on allen zweiſel zu entphahung des lons ewiger widergeltung nutz zu ſein. Darumb ſey kundt gethan allen der Heiligen Gottes Kirchen und unſern getrewen das wir von unſers lons merung wegen, der Heiligen Reginesburger Kirchen die in den Ehren des Fürſten der zwelffpoten ſand Peter, und des ſeeligiſten Martyrers Chriſti ſand Haymeran, ſo alda leibhafftig begraben raſtet, gepawt, dere in gegenwürtiger zeit der erwirdig man Biſchoff Bathurich aus Gottes würckung (als geſehen wirt werwaltet iſt) verlihen haben etliche gütter, unſers aigentoms mit andern ringweis umbligenden nemlich die gepeut, do vor alter geweſen iſt ein veſte, Herilungoburg gehaiſſen, ſo in der Abern zu latein Avarorum *genant vor zeiten landſchafft ligt und mit ſeinen orten alſo wie hernach beſchriben wirt, angezaigt iſt, erſtlich do das waſſer Erlaſa (jezt Erla in Oeſterreich bey Pechlarn, Ips unnd Melck) in die Thonaw felt, hebt ſich an jetzgenanter Krays und ziecht ſich auffwertz mit ſampt den geſtatten eegenants waſſerflus, bis an das eude Erdgaſtegi genant, weyter ſtreckt ſich ſolchs ſtuck von dem gedachtem waſſerflus Erlaſa, auſ der oſterſeyten bis mitten auf den perg, bey den winden Colomezza genant do dan in zwaien paumen ſichtparliche zaichen angezaigt werden, und von dan, lentt ſich mergedachter fleck auf der Nord ſeyten bis an die Thonaw. Aber gegen Süden und Weſten durch dy Höch des pergs, als ſcheinparliche zeichen der paum anzaigen, bis an das obſeſagt ort, ſo man nent Erdgaſtegi, diſe alſo beſchribene und angezaigte gegent mit den ſchlaven, ſo aldo wonen mit heuſeren, gepewen, grunden, gebauten und ungebauten, wiſmaten, Waiden, Holzen, waſſeren, waſſerleuffen, mit anſtoſſenden trifften, ausgengen und eingengen ſo vil innerhalb vorgeſtimtes zirckels march beſchloſſen wirt, haben wir gar und ganzlich der vorgeſagten Kirchen ewiglich zu Inhaben verlihen, und aus unſer gewalt und rechten, in iren gewalt und herrſchung, durch unſer Mildikayt gütte übergeben, nemlich in der geſtalt, das von dem heutigen tag und zaite nun hinfüran, mit den vorgeſagten güttern und leuten, dy regirer und diener des gemelten ſtuels freyen gewalt und macht iren nutz und fromen zu ſchaffen und ſuderen, wie ſich verlaupt haben, und damit diſer wil unſer mildikait zu ewiger zeyt unvergeweltigt und unzerprochen bey ſeinen kräften pleibe, haben wir ſolches hie unden mit unſer hand beveſtigt, und unterſchrieben auch mit unſers rings anfdruckung zu ſigelen, verſchafft.*

Ich

Ich Adalbolt Diacon, an ſtat Gauswald hab diſen brief uberſchaut und verfertiget. Geben am ſechsten tag des Weinmons im newnzehenden Jar des Kaiſertums, unſers lieben Vatters und Herrens, Herrn HLudwig des allerdurchleuchtigiſten geweichten Romiſchen Kaiſers, unſers Reichs im ſibenden, der kayſerlichen ſteüer anlegung im X. Jar. Geſchehen zu reginesburg in der Stat in Gottes namen das wol geradt, amen. nach
(o) *Chriſti geburt* DCCCXXXII. (o)

Hæc & alia bona quamplurima Bathurichò fecit Epiſcopo Ludovicus Pius; unde cum illius uxor Hemma Regina, Caroli III. cognomento groſſi mater Monaſterium ſuperius B. Mariæ Virginis in urbe Ratiſpona ab eodem Epiſcopo Bathuricho peteret, illud impetratum accepit, dato in vicem permutationis Monaſterio ſuo
(p) Manſoenſi (p) Móxque eadem Regina Monaſterium illud magnificentius excitatum donationibus multis ditavit atque ibidem ſepeliri voluit. Quæ omnia Carolus Craſſus illius Hemmæ Filius confirmavit di-
(q) plomate dato, cujus huc eſt tenor: (q)

„ In nomioe Sanctæ & individuæ Trinitatis. Carolus Divina favente Clementia Imperator Auguſtus. Si membra Chriſti infirmiora ſed abundantiori honore digniſſima debitâ charitate amplectimur & imperialis auctoritatis robore communimus, id nobis & ad temporalis tranquillitatis gratiam & ad æternæ felicitatis gloriam profuturum ſine Hæſitatione confidimus. Proinde omnis fidelium Chriſti tam præſentium quam ſuccedentium noverit Induſtria, qualiter nos monaſterium Beatiſſimæ ſemper Virginis Matris Domini noſtri Jeſu Chriſti Mariæ in civitate Ratiſponenſi, quod dicitur *Obernmünſter*, quod piæ memoriæ genitrix noſtra Hemma Regina à Baturicho Ratiſponenſi Epiſcopo ſolemni ac legitimo concamblo recepit, ubi ipſa corporaliter ſepulta requieſcit in noſtræ emunitatis defenſionem ſuſcepimus, ea videlicet conditione, ut neque nos, neque quisquam Imperator, aut Rex, aut Dux, aut Comes, aut regalis Exactor, ſive ex imperiali ſive ex propria auctoritate quicquam ibi ordinandi aut exigendi habeat poteſtatem. Sorores quidem, Abbatiſſa decedente, aliam, quæ ſuccedat, moribus atque vitâ probabilem unanimiter ac legitimè eligant. Cui electioni ſive ordinationi, noo Imperator, oon Rex, non Epiſcopus, nnn Advocatus, non aliquis hominum in aliquo contradicat, nec difficultatem nec moleſtiam quamlibet inferat. Sanè advocatum nullum habeant, niſi eum, quem Abbatiſſa & ſororum concors diſcretio elegerit, qui etiam advocatus nihil juris, nihil poteſtatis, nihil ſervitii ibi requirere præſumat, niſi quod ei Abbatiſſæ & ſanctimonialium bona voluntas conſtituat. Si quis verò deinceps hanc noſtræ auctoritatis paginam propter ſuam cupiditatem infringere voluerit, omnium illorum criminum, peccatorum, delictorum in extremo & diſtricto examine in præſentia Dei reus exiſtat, pro quorum abſolutione & redemptione piæ memoriæ genitrix noſtra ipſum Monaſterium ordinavit, ditavit atque magnificavit, & tamen malum ſuum ſtudium nihil valeat, ſed usque in finem ſæculi hoc præceptum noſtrum inviolabiliter perſeveret, & ut hæc noſtræ auctoritatis conſtitutio firmiter & certior habeatur, & diligenter obſervetur, manu propria ſubtùs eam firmamus, & bullæ noſtræ impreſſione ſignari juſſimus. Data XIIII. kal. Martii an. Dominicæ Incarnationis DCCCLXXXVI. Indictione VI. anno imperii piiſſimi Imperatoris Caroli, in Italia VI. in Francia V. in Gallia XI. Actum in villa, quæ Rotuile vocatur, in Dei nomine fœliciter Amen. Amalbertus Cancellarius ad vicem Luithardi Archicancellarii recognovi. Data ut ſupra.

In his Litteris manifeſtè ſcribitur, Hemmam Reginam ſepultam apud ſuperius Monaſterium. Hemmeranici Fratres Hiſtoriographorum auctoritate aſſerunt anno Domini DCCCLXXVI. apud ſe ſepultam,
& jam olim refoſſam. (r) Quod ſepul- (r)
chrum quidam putant Utæ Auguſtæ uxoris Arnulphi Imperatoris eſſe.

Porrò Bathuricus his atque aliis Geſtis
(s) cum & Abbas & Epiſcopus in Eccleſia (s)
Sancti Emmerami, ut tum fieri aſſolebat præfuiſſet annos circiter triginta vitam cum morte commutavit, ſepultus in templo D. Emmerami cum Prædeceſſoribus ſuis Epi-
ſcopis. (t) (t)

 De

(o) Hæc conveniunt Pechlarienſi oppido ac tractui qui adhuc ſub ejus Epiſcopatûs ditione manet. *Auctor, ad oram.*

(p) Anno Domini DCCCCXXXI. ſed Menoſeum Clericorum illud templum deinceps ab Epiſcopis Reginoburgenſibus in Paupertatem redactum ſacris D. Benedicti impoſito Magiſtro reddidit Henricus ſanctus Dux Bojorum anno Domini DCCCCXCV. Aventinus L. V. fol. 507. *Hochvvartus in addit.*

(q) Meminit Aventinus L. IIII. annal. Hundius in Metrop. P. II. in Monaſt. Superiore. p. 1. ex parte exhibet, ex integro Hochvvartus; quem & ibidem laudat.

(r) His Hochvvartus in autographo ſubjunxit ſequentia, quæ tamen poſtea expunxit: *Quid ad hanc litem dirimendam dici poſſit, jam non dico ne ad Conſilium non vocatus acceſſiſſe videar.*

(s) *Add. Hochvvarti ad h. l.* Bojohemi ſub Ludovico Rege Bojorum Religionem Chriſtianam ſuſcepere. Quatuordecim gentis Dynaſtæ cum popularibus ſuis aqua ſacrâ luſtrati ſunt, juſſúsque eſt Bathuricus Pontifex Reginoburgenſis Zechos id eſt Bojohemos inſtituere in Chriſtianiſmo Nam Bojohemia, quæ ab occidente & meridie Bojos ſpectat, Bojoariſque finitima eſt, in rebus divinis paruit Epiſcopo Reginoburgenſi, neque ad D. Wolfgangum, cujus conſenſo deinceps proprios habuere Pontifices quos Imperatores noſtri dederunt illis.

(t) Sub hoc Epiſcopo anno Dom. DCCCLXXXVI. fundatum eſt Ratiſponæ ſuperius Monaſterium. *Anonymus in marg. ad h. l.*

De ERCHANFRIDO *quinto Epiſcopo.*

CAPUT VII.

ERchanfridus Bathurico ſucceſſit anno Domini DCCCXLII. regnante Ludovico
(u) (u) Pio Ludovici Imperatoris filio. Sed & hic Epiſcopus non obſtante Ludovici Imperatoris Exemptione, Monaſterium S. Emmerami conſtanter obtinuit, adeò ut poſthac omnes ſui Succeſſores, usque ad S. Wolfgangum illud ipſum Monaſterium ſemper poſſederunt per annos plus quam quinquaginta ſuper centum, conſentientibus ad hoc Regibus ut eſſent ſimul & Abbates & Epiſcopi, nec enim Abbatem ullum
(x) *fere* (x) ab hoc tempore usque ad B. Ramuoldum, quem S. Wolfgangus inſtituit, Monaſterium Emmeramicum habuit, nec inutilis Monaſterio ſuit Erchanfridus, ſiquidem Willehelmum Comitem ex Auſtria prorſus induxit, ut S. Emeramo traderet proprietatem ſuam, quam habuit infra duo flumina Agaſtam & Nasdinam, à locis videlicet ubi ipſa in Danubium fluunt usque ad ea loca, ubi de venis in amnes derivantur, & ita usque in Nortwalt, in hanc partem ſylvæ ſive termini concluſionem cum domibus, ædificiis, villis & reliquis ibidem ſitis, pratis, paſcuis, ſylvis, aquis, cultis & incultis & inſuper quicquid ad Rosdorf poſſederat, ſive in mancipiis, ſive in vineis mobilibus & immobilibus, hæc omnia ad integrum dicto S. Martyri Emeramo legavit. Obiit autem Erchanfridus anno ſuæ
(y) ordinationis decimo (y), apud S. Emmeramum cum ſuis anteceſſoribus contumulatus.

Add. Hochwart. annorum plusquam nonaginta natus. In Libro traditionum ſic legitur de eo: actum ad Rota in Eccleſia anno Dominicæ Incarnationis DCCCLII. Erchanfridus Epiſcopus & Advocatus ejus Guntpertus acceperunt illam traditionem.

In Libro Traditionum legitur quædam Commutatio facta inter Erchanfridum & Abbatem Wettonem v. nonas Octobr. anno Dom. DCCCXIII. Hic Erehanfridus Poſſeſſor Monaſterii Manſeenſis, venit in contentionem cum Luiphrammo Archiepiſcopo Saltzaburgenſi de piſcatione & venatione ad Apirineſeo, de qua tranſactionem ita lego in Libro Traditioois: „ Brevis com-
„ memoratorium de conventione piſcatio-
„ nis & venationis ad Apiriniſeo, quæ fuit
„ facta inter Luiphramum Juvavenſis Ec-
„ cleſiæ Venerabilem Archiepiſeopum, &
„ Erchanfridum Rateſponæ civitatis Epi-
„ ſcopum. Coadunaverunt ſe ambo juxta
„ unius hominis condictionem, cui nomen
„ eſt Heripald, ut ſicut ille veraciſſimè pro-
„ ferret, ita utrique conſentire deberent.
„ Qui interrogatus ſe ab antiquis tempo-
„ rihus recordari reſpondit, quod de Ju-
„ vavienſi ſede per torius anni circulum
„ in ipſo ſupra nominatu lacu una navis
„ fieti deberet ad piſcationem, alia de
„ caſtello ſurſum, tertia de Manniſeo, ex-
„ cepto autumnali tempore, quando pa-
„ tuli piſces, quos vulgò *Labſos* vocant,
„ coire debent, tunc ſolummodo in illo
„ angulari locò, ubi Iſcola fluvius foris
„ emanat, duæ naves ad piſcationem il-
„ lam fieri debeant, ſcilicet de Salzpurc &
„ de Maninſeo. Simili modo in vernali
„ tempore, quando Albuli piſces coeunt,
„ fieri debet. Sed nunc Erchanfredus Epi-
„ ſcopus licentiam dedit, ut tertia navis
„ ibidem ad illam piſcationem fieret. De
„ venatione verò ita ſe coadunaverunt, ut
„ utrisque liceret in iſta parte commove-
„ re, & ſic in antea caceando proſequi.
„ Similiter de altera parte liceret fieri, ea
„ ratione, ut primitus ad notitiam per-
„ veniſſet. Ex utrisque partibus, & tunc
„ communi manu præfatum opus explea-
„ tur. Iſti fuerunt præſentes teſtes: Nort-
„ pereht Comes Arfrid vaſſus dom. Folch-
„ rad, Pazrih, Unolz, Gereat, Ratpot,
„ Wihgoz, Reginhart, Heruprecht, Te-
„ tili, Heripold, Jacob, Fritilo, Ger-
„ pold, Ummili, Gundheri, Waſigrim,
„ Rato, Meginprecht, Adalger, Ilpunc.
„ Item Arfrid, Wizirih, Etti, Ruotprecht,
„ iſti Clerici: Sigeheri, Erchanhoh, Per-
„ achtram, Giſalhart, Ratkoz, Naudrat,
„ & alii multi nobiles Viri atque Clerici.
„ Actum ad Maninſeo año DCCCXLVIIII.
„ Indict. XII. ſub die Conſule XIIII. kal.
Aug. Quomodo autem Aparineſco venit ad Monaſterium Maninſeo ſub Abbate Taucherto, extat exemplum donationis Ludovici Regis in Libro Donationum ſub Ambrichone Epiſcopo. Actum anno Domini DCCCXXVIIII. ad Rantesdorff.

De EMBRICO *ſexto Epiſcopo.*

CAPUT VIII.

EMericus, qui dicitur & Embricho, & Ambricho, ſuſcepit Epiſcopatum anno poſt Chriſtum natum DCCCLII. Ludovico Pio apud Germanos adhuc regnante, ſub Ludovico Secundo Lotharii filio Imperatore. Sub hoc Epiſcopo contigit manes Ludovici Imperatoris errare, unde Ludovico Regi Bojorum parens olim Ludovicus Auguſtus in ſomnis apparens, ut fide dignus Chronographus Sigebertus Gemblacenſis annotavit, eum obteſtatus eſt per nomen Sanctæ Trinitatis, ut eum eriperet de tormentis, quibus detinebatur, ut tandem æternam requiem mereretur habere. Quare Ludovicus in parentem (ut cognominis indicat ratio) Pius ad diverſa monaſteria deſtinatis eleemoſynis filius obnixè patri ſuccurrebat. In his & Monaſterio S. Emmerami plurima (cum jam & Eccleſiam in Tingulvinga hodie Dingelfing, cum mancipiis & pertinentiis ſuis, ut Diplomata vetuſta indicant, tradidiſſet) addidiſſe veriſimile eſt. Occaſionem ergò nacti monachi de Exemptione

Ratoldus ejus Advocatus fuit. *Add. Aut.*

(u) Supra nomen Ludovici manu auctoris legitur in autographo: *aliàs Lothario.*
(x) hanc voculam poſtea adſcripſit auctor cum ſua revideret.
(y) erat ſuperius *aliàs Nono.*

tione à patre ſuo Monaſterio facta, illi ſuggeſſerunt, ut eam confirmaret, ut & parens inde melius haberet. Perſuaſus itaque Ludovicus Rex Exemptionem patris comprobavit confirmato cenſu ſeptem aureorum Nicolao Pontifici Romano, qui tunc Eccleſiæ Romanæ præerat, an verò cum conſenſu Pontificis Embrichonis illud fieret, hæſito, quod ejus confirmationis inſtrumentum non legerim. Hoc ſcio nihil habuiſſe roboris eam exemptionem, quod Ludovico illo pio Rege de medio exeunte, cum illius filius cognominatus Craſſus Imperium arripuiſſet, continuò Embrichoni Epiſcopo monaſterium reſtituit, iterúmque conceſſit, ut in ſubſequentibus * manifeſtè ſum probaturus ex antiquis litteris, in quibus hæc res apertiſſimè continetur. Atqui cum Epiſcopus Emericus annos quatuor & triginta cathedram tenuiſſet, ex humanis exceſſit ſepultus apud ſuam Eccleſiam S. Emmerami.

* Tutone.

Add. Hochwarti: Ludovicus diviſo filiis regno quatuor exercitibus diverſis in locis contra Suatobogum nepotem Raſtizlai, Moravum & Venedos mittit. In his Carolomannus cum Bojis Orientis ab ora Danubium tranſiens Emericum Epiſcopum Reginoburgenſem cum parte copiarum ſtationes & excubias ad claſſem jubet agitare ſedulo, ipſe extremos fines Moravorum ferro flammáque depopulatur. Inter hæc Suatobogus mittit clam exercitum, qui Bojos ad tutandas naves in flumine Danubio relictas, ac non attentiori curâ excubias agentes incautos opprimit, hos ferro ſternit, illos in flumen agit ac mergit, paucos captivos abducit, ſolus Americus cum pauciſſimis elapſus fugâ ſibi conſuluit, éſtque ſervatus, ſex millia Bojorum ibi cæſa referuntur.

Hic Embticho Reginonis urbis Epiſcopus vir humilis, patiens & ſobrius, Arnulfo fidus fuiſſe Cæſari ſcribitur & obiiſſe anno Domini DCCCXCI. quo anno ipſa civitas divinâ ultione ſubito incenſa cum omnibus Machinamentis & Eccleſiis IIII. Idus Auguſti concremata eſt, exceptis Templo S. Emmerami Martyris, & Eccleſiâ Sancti Caſſiani in media urbe conſtituta, quæ ab igne deſenſæ ſunt.

De ASPERTO *Epiſcopo VII.*

CAPUT IX.

ISpertus Monachus ad S. Emeramum, qui & Aſpertus, in Epiſcopum eligitur anno Incarnationis Dominicæ ſexto ſupra octingenteſimum octogeſimúmque, Carolo Craſſo adhuc imperante. Verùm ſedit in Epiſcopatu duntaxat annis quatuor, mortuus autem apud Patres ſuos Epiſcopos ſepelitur in Monaſterio S. Emmerami, maturo fato magno malo dolorique præreptus, puta, ne videret incendium illud famoſum, quo anno ſequenti ſcilicet octingenteſimo nonageſimo primo Ratispona urbs Bajoariæ tota divinitus conflagravit, ut Hermannus Contractus & Urſpergenſis Abbas in chronographiis ſuis annotârunt.

Add. Auctoris: Exceptis S. Emmerami Sanctique Caſſiani Eccleſiis IIII. Idus Auguſti. Aliqui ſcribunt hoc incendium fuiſſe anno Domini MCLII. in die Tiburtii & Valeriani. rectiùs iſta in fine hujus Libri II.

Ambricho Epiſcopus commutationem habuit quamdam cum Ouuardo Presbytero apud Reganespurg coram Engildeone Comite anno Domini DCCCLXXXVIII. Et hic Aſpertus fecit commutationem quamdam cum Erchanbaldo Epiſcopo Eiſtettenſi.

De B. TUTONE *Epiſcopo VIII.*

CAPUT X.

TUto vir ſanctus, Monachus Eccleſiæ S. Emmerami anno Dom. DCCCXCI. ſortitur Epiſcopatum. Hic Arnulpho Regi Bajoariæ fuit à ſecretis, unde ipſum poſteà in Galliam ſequutus, contra Normannos, Lipſana S. Dionyſii *Areopagitæ D. Pauli diſcipuli*. (z) Pariſiis ſublata, ac ad Arnulphum allata ſuis manibus demùm tradita Ratisponæ urbi & Monaſterio S. Emmerami, unà cum aureo Evangeliorum illo Codice precioſiſſimo intulit, ab Arnulpho Imperatore iſtuc deſtinata. Quem Codicem cum deinceps Chuonradus Imperator, qui Ludovico Arnulphi filio ſucceſſit, aufferri juſſiſſet, adhuc Tutone in cathedra ſedente, cum Pontifex diras horribiles in ſervum aufferentem fuiſſet imprecatus illas neutiquam dicitur irritas fuiſſe. Ita ut ille raptor dyſſenteriâ correptus actutum, relicto Codice paulò poſt animam ipſam efflaverit. Lego in quorumdam Annalibus Formoſum Papam ſub hoc Tutone Eccleſiam S. Emmerami anno Dom. DCCCXCVIII. VIII. cal. Octobr. dedicâſſe: ſed quia tempus non omninò conſonat, hærere me facit, præcipuè cum nec de cauſa dedicationis ſatis quoque conſtet. Nam licet ſub Tutone anno Domini DCCCXCI. famoſum illud incendium fuerit, quo tota urbs Ratisponènſis IIII. Idus Auguſti divinitus eſt incinerata (a), tamen flamma duabus Eccleſiis nempe S. Emmerami, ſanctique Caſſiani pepercit; Non abnego tamen Formoſum illum Ratisponam fortaſſis acceſſiſſe, ut qui ſciam ipſum, dum adhuc Portuenſis eſſet Epiſcopus à Joanne Papa, & poſtea dum cathedram Petri prorſus occupâſſet, à Romanis ipſis tantoperè divexatum, ſolum aliquamdiu vertiſſe, adeò ut conſtet illum, Imperatorem Arnulfum ſive per ſe ſe, ſive per litteras Romam evocâſſe, atque Arnulfum ab ipſo Formoſo jam de ſuis inimicis ſatis ulto, Romæ in Imperatorem

Add. Auctoris: Garcharius ejus Advocatus ut in charta complacitationis ſuper Nortlingă haberur. (z)

(a)

(z) *hac verba ſubducta, & repoſita*: Epiſcopi & martyris.
(a) *Add. Aut.* Ungari tamen A. Domini DCCCCIX. cum per totem Bajoariam populationem agerent, Reginoburgium nondum mœnibus cinctum, ſed ab Arnulpho nuper ampliatum exuſſerunt iterùm.

ratorem Benedictione Pontificiâ inunctum.

(b) (b) Cùm Henricus I. Imperator unà cum Arnoldo Bojorum Duce Bojoemiam cum exercitu penetrâſſent, & Spitigneum Ducem ad obſequium & fidem Chriſtianam coëgiſſent anno DCCCCXX. Tuto Reginoburgenſis Epiſcopus, cujus Provincia tunc erat, ibidem Pragæ (Caput eſt gentis) Templum D. Vito dedicat, rogante D. Wenceslao Spitignei filio. Hic Tuto acceptis Hobis XL. cum mancipiis & ædificiis in Auſtria apud flumen Erlaſa à Wihhingo Patavienſi Epiſcopo, in vicem illi dedit ad vitam ſuam utendum Monaſterium Manſeo, cum conſenſu glorioſi Regis Arnulfi, authore hujus complacitationis Luitpaldo Marchione Orientali, ut in Libro Traditionũ LXXXVIIII. Litigavit cum Rihhario Abbate Metamenſe ſuper Parochia Laichling. Actum in Strupinga curte Regia anno Domini DCCCCII. regii verò pueri HLudovici II. Tutonis autem Epiſcopi VIII.

Illius obliviſci non debemus, occaſione captatâ Monachos S. Emmerami, ab Arnolpho tam comi, támque benevolo Imperatore rursùs efflagitâſſe exemptionem, & Arnulphum, qui tantoperè præ cæteris ſui regni locis Metropolim Bajoariæ, Ratisponam dilexerit, ut ejus pomeria proferret, & Monaſterium S. Emerami intra muros urbis *tandem* (c) incluſum, plurimis ornamentis, ut Otto Fruxinenſis Epiſcopus ſcriptum reliquit, multisque donariis auctum adornârit unà cum Pontifice Formoſo coalitam exemptionem reſtituiſſe. Cujus rei tale legitur inſtrumentum, vel ob hiſtoriarum de Carolingorum ſucceſſione cognitionem, huc, ne pereat aſcribendum: „ In
„ nomine Dei, Sanctæ & individuæ Trini-
„ tatis. Arnolphus divinâ ſavente gratiâ
„ Imperator Auguſtus. Si igitur his, quæ
„ ſub obtentu ſacræ Religionis jugiter divi-
„ nis mancipantur Officiis aures ſerenitatis
„ noſtræ benigno favore accommodamus,
„ eorum affectui ſatisſacientes, liquidò
„ credimus eos promptiores in ſuſtentatio-
„ ne noſtri ſacri Imperii & devotiores in
„ orationis conſtantis ſtatu permanere pro
„ nobis atque remuneratore omnium bo-
„ norum divinis nos remunerari proemiis.
„ Quapropter omnium fidelium noſtrorum
„ præſentium ſimul & futurorum cognoſcat
„ induſtria, qualiter nos pro abſolutione
„ divinæ recordationis anteceſſorum no-
„ ſtrorum Auguſtiſſimorum ſcilicet Impera-
„ torum, & pro remedio animæ noſtræ &
„ corporis ſalvatione, & pro remedio fi-
„ lii noſtri Ludovici, atque interventu
„ etiam dilectæ conjugis noſtræ Utæ, volu-
„ mus amplificare & augere civitatem no-
„ ſtram, quæ vocatur Ratiſpona, ob amo-
„ rem ſimul & honorem Patroni noſtri, &
„ precioſi Dei Martyris Emmerami, & ean-
„ dem civitatem totam noviter factam,
„ cum XL. vineis in monte, qui eſt in ripa
„ Danubii juxta eandem civitatem, tradi-
„ mus nullo contradicente, vel inquietan-
„ te pretioſo Martyri Emmeramo, & glo-
„ rioſo ſancto Martyri, cujus nomen in
„ Libro vitæ cœleſtis adſcriprum eſt; Pro-
„ inde omnium ſucceſſorum noſtrorum
„ magnirudo cognoſcat, poſtquam patruus
„ meus Karolus Imperator pro petitio-
„ ne heu tam venerabilis Epiſcopi Em-
„ brichonis prænominatam Eccleſiam pro-
„ ſtravit, nunquam poſtea habuit victo-
„ riam neque corporis & animæ ſanitatem,
„ usque ad finem vitæ ſuæ. Quapropter
„ omnium Sanctæ Dei Eccleſiæ fidelium ſo-
„ lertia cognoſcat, quod nos eundem cen-
„ ſum de prædicto monaſterio, quem Karo-
„ lus Magnus dedit Leoni Papæ, Succeſ-
„ ſoribúsque ejus, & Atavus meus Euge-
„ nio Papæ, & Avus, pius Ludovicus Ni-
„ colao Papæ ad Romam ad altare S. Petri,
„ ſtabilem ſancimus in præſentia Domini
„ & Venerabilis Papæ Formoſi, & eandem
„ Eccleſiam confirmamus in Poteſtate Impe-
„ ratorum ſive Regum ſine ullius malevo-
„ lentis minutiooe usque in ævum perma-
„ nere, & cum ejus benedictione & con-
„ ſecratione & confirmatione ita confirma-
„ mus, ut ſi quis Imperator aut Rex ean-
„ dem Eccleſiam alicui præſtet in maledi-
„ ctiooe S. Mariæ Sanctique Petri Succeſ-
„ ſorúmque ejus & omnium Sanctorum
„ perſiſtat, usque dum eâ traditione reſi-
„ piſcat. Et ut hoc Imperiale Auctorita-
„ tis noſtræ Præceptum firmius habeatur,
„ & imposterum verius credatur, hanc
„ chartam conſcribi juſſimus, cum ſigillo
„ Papæ anulique noſtri impreſſione aſſigna-
„ tam, manu noſtrâ ſubtus roboravimus. „

Cæterùm licet Arnulphus ſedulò confirmârit exemptionem, tamen quia ſine Tutonis Epiſcopi conſenſu facta fuit, irrita fuit; Tutone monaſterium nihilominus aſſervante, qui poſt annos ſex & triginta à ſua ordinatione vitâ functus illic quoque ſepultus eſt, extat ejus ſepulchrum hodie in angulo Templi, poſt tumulum S. Wolfgangi. Sed & Acta Formoſi per Succeſſores ſuos reſciſſa ſunt. Hic Tuto etiam Concilio Triburienſi interfuit, & cum aliis eidem concilio ſubſcripſit Epiſcopis.

Add. Hochwarti: Sub hoc Epiſcopo anno Domini DCCCC. fundatum eſt Ratisponæ Monaſterium inſerius ad promotionem Jutæ, Aviæ S. Henrici, donatum poſtea ab Ottone II. ad preces Adelhaidis matris ſuæ, ut patet ex litteris donationis ejus &c. (d) (d)
Eandem rem confirmavit Henricus Saoctus ut in Diplomate, quod lege in ſchedis. (e) (e)

De

(b) Hanc additionem ab Auctore factam nos è margine in contextum recepimus ſigno ejus moniti.
(c) hæc vocula ab Auctore autographo ſuo ſecundis curis inſerta.
(d) Sequuntur illæ in add. autographo adjectis, ſed cum olim exhibuerit Hundius Metrop. P. II. p. m. 406. eò remittimus Lectorem.
(e) Sæpius ad ſchedas ſuas provocat diligens ille Rerum Ratisponenſium Scriptor Hochvvartus, ſed eas aut alicubi lachrymabili nocte premi oportet, aut omninò nobis periiſſe, quod vix quisquam extiterit, qui vel Nominis Viri meritiſſimi nedum ſupellectilis ejus litterariæ curam habuerit.

De ISINGRINO *Epiſcopo IX.*

CAPUT XI.

ISingrinus vel Iſingrimus Tutoni ſuccedit anno Domini DCCCCXXVI. Henrico I. imperante, qui Iſingrinus non ſine Ducis Arnoldi auxilio videtur Epiſcopatum adeptus. Siquidem Arnoldus Bajoariæ Dux, cum Henrico Aucupi Imperatori, regnum affectans, rebellaret A. Domini DCCCCXX. Henricus exercitu collecto in præſidio Ratiſponæ civitatis Arnoldum obſedit, hunc autem cum virture ſapientiáque ſuâ ad gratiam ſui Henricus inflexiſſet, Arnoldus ita Regi tandem ſubſcripſit, ſi ſibi hoc, quod deceſſores ejus non habuêre, concederet, ſcilicet ut totius Bajoariæ Pontifices ſuæ poteſtati ſubjacerent, unóque defuncto alterum ordinare ſibi liceret, quâ conceſſione illum & Succeſſores ſuos Henricus honoravit. Hic eſt Arnoldus ille, ſuper cujus denotatione S. Hulderico Epiſcopo oſtenſus eſt gladius ſine capulo, qui Rex fruſtra fieri cupiens, invaſor extitit regni & Eccleſiis pro hac ambitione deſtructis, earum redditus militibus ſuis in beneficium conceſſit, Urſpergenſi teſtante. Iſingrinus autem cum xi. annos in Pontificatu duxiſſet, obiit, contumulatus in Eccleſia S. Emerami.

Add. Hochwarti: Arnulphus Dux Bojorum ad Dingolfingum oppidum inferioris Bojariæ In ripa Iſaræ ſitum Concilium Bojorum convocat. Interfuêre quinque Bojariæ Epiſcopi: Hildebertus Juvavenſis, Iſcnogrimus Reginoburgenſis, Gerardus Bathavenſis, Wolframus Fruxinenſis, Nithardus Sabonenſis & Sarolochus & Godobertus Sacerdotes, quos Chorepiſcopos vocant, nūntii Hyldeſridi Aichſtadenſium Epiſcopi. Concilio hoc Arnulphus prædiorum Eccleſiaſticorum, quæ Ungri depopulati fuerant, & ab aliis occupatorum uſusfructus Sacerdotibus & Monachis reſtituit; Templa & ſacras ædes refici juſſit; Sacerdotes ſub arctioris diſciplinæ jugum miſit. Aventinus L. IIII. fol. 487.

De CONRADO *Epiſcopo X.*

CAPUT XII.

COnradus quidam dicitur Iſingrino ſucceſſiſſe præſediſſéque menſibus ſex duntaxat, poſt mortem apud S. Emeramum conditus cum Patribus ſuis. Unde ob brevitatem temporis, in quo ſine rerum geſtarum gloriâ præfuit, à quibusdam loco non dignatur ullo in Epiſcoporum Catalogo.

De GUNTHARIO *Epiſcopo XI.*

CAPUT XIII.

GUntharius Monachus Emeramicus Epiſcopus efficitur anno Domini DCCCCXXXVIII. idque per Ottonem ejus nominis Imperatorem Primum. Etenim cum Imperator Otto, caſu ſic ferente, apud Ratiſponam ageret, commodum Sedes Epiſcopalis eſt evacuata. Imperator autem per inſomnium monitus, ut Epiſcopatum Eccleſiæ Ratisponenſis (Arnoldus enim Dux jam obiêrat, & ejus filii ob rebellionem ducatû jam exciderant) illi daret, qui primus ei die poſtero forſan occurreret. Unde die jam illuceſcente Imperator ad Monaſterium S. Emerami Ordinis S. Benedicti, Monachis ejus rei prorſus ignaris, paucis eum comitantibus accedit, ubi cum hoſtium paulatim pulsâſſet, à Venerabili fratre Genthario, Monaſterii cuſtode pervigili, fuit intromiſſus, quem ſatis intuitum Imperator dimiſit, & oratione primum facta deinde talibus verbis aggreditur: *Quid mihi frater es daturus, ſi ego te in Epiſcopalem honorem provexero?* Guntharius ſubridens: *calceos*, inquit, *meos*. Hoc joco nihil deterritus Otto, hunc cum reliquis fratribus ad electionem Antiſtitis procedentem, patefacto præſentibus omnibus oraculo, cum conſilio cleri & populi de Epiſcopatu Eccleſiæ ipſius inveſtivit. Sicque impletum eſt in eo, quod anteceſſor ſuus ejusdem Ordinis, illi prædixerat, ut ex Hiſtoria Francorum Leopoldus Bebenbergius Cap. XIII. repetit. Non tamen fuit in Epiſcopatu diuturnus, quia tantum triginta præſedit Ebdomadibus, ſepultus in Templo S. Emerami.

Add. Auctoris: Hujus Guntheri *Liber Traditionum* mentionem facit his verbis: *Ex præcepto G. Epiſcopi & Guntheri Epiſcopi, & Præpoſiti ejus Hermani hoc concambium ſervientium factum eſt.* Sed mihi videtur ſcriptura aberrare, quæ Guntherum pro Decano fecit Epiſcopum.

De MICHAELE *Epiſcopo XII.*

CAPUT XIIII.

MIchaël Epiſcopus in Gunthari locum electus eſt anno Dom. DCCCCXXXVIII. Ottone Magno imperante. Hic multis caſibus adverſis fuit exagitatus; Nam ſub illo Ratispona fuit obſeſſa, capta & poſt longam famem ab Henrico recepta, & proximâ nocte penè tota combuſta XVIII. kal. Aug. anno DCCCCLIIII. ut Urſpergenſis copioſius adnotavit. Sed & exemptionis moleſtiâ iterùm pulſatus, Auguſto jam non ſolum Monaſterium ſibi vindicante, ſed & cenſum Romam quotannis mitteodum, augente, ut ex ejusdem diplomate videtur, à nobis in hoc adſcribendo: „ In nomine
„ ſanctæ & individuæ Trinitatis. Otto di-
„ vina favente Clementiâ Imperator Au-
„ guſtus. Si fidelium ac ſervorum Dei no-
„ bis fideliter ac devotè famulantium peti-
„ tiones dum nobis pro ſuis & noſtris utili-
„ tatibus ac neceſſitatibus innotuerint, ad
„ effectum perducimus, non ſolùm ante-
„ ceſſorum noſtrorum Regum atque Impe-
„ ratorum imitando conſuetudinem, verùm
„ etiam ad beatæ & æternæ remuneratio-
„ nis mercedem talia nobis facta profutura
„ liquidò credimus. Quapropter omnium
„ ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium, noſtrorúm-
„ que tam præſentium quam futurorum
„ cognoſcat induſtria, quod Anteceſſor no-

„ ſter

Digitized by Google

„ ſter Karolus Magnus pro æternæ merce-
„ dis augmento quoddam Monaſterium in
„ Ratisponâ civitate , quod eſt conſtru-
„ ctum in honore S. Mariæ Matris Domi-
„ ni & Principis Apoſtolorum Petri & pre-
„ tioſi Dei Martyris Emerami , ubi vene-
„ rabile corpus ejus requieſcit humatum
„ & cum eo corpora & multæ reliquiæ
„ Sanctorum ſunt locatæ , rectâ ratione
„ fideliter in ſuam & ſucceſſorum ſuorum
„ poteſtatem recepit. Proinde ipſe cum
„ Auctoritate Leonis Papæ , filiúsque ejus
„ Ludwicus cum Eugenio Papa , & Pius
„ Ludvicus Rex cum Nicolao Papa & Ar-
„ nolfus Rex cum Formoſo Papa confir-
„ mârunt de prædicto Monaſterio , uno-
„ quoque anno VII. aureos perſolvi ad al-
„ tare S. Petri. Iccireo cunctorum ſan-
„ ctæ Dei Eccleſiæ fidelium præſentis ſi-
„ mul atque futuri maniſeſtetur collegio,
„ quod nos per interventum dulciſſimi
„ fratris noſtri Henrici Ducis Bajoario-
„ rum, eundem locum in ſynodali Con-
„ cilio ante altare Principis Apoſtolorum
„ Petri in præſentiâ Domini & venerabilis
„ Papæ Joannis & in Præſentia Epiſcopo-
„ rum CXVII. confirmamus in Poteſtate
„ Imperatoris ſive Regis usque in ævum
„ permanere, propter improbitatem Epiſco-
„ porum ejusdem civitatis, quia non omnes
„ ſed multi ex eis ſemper inſidioſe contende-
„ bant contra eundem Sanctum locum, pro-
„ pterea volumus amorem & honorem S.
„ Petri de prædicto monaſterio cenſum au-
„ geri, ut rectores ejusdem cœnobii pro de-
„ fenſione & pro libertate ejusdem loci uno
„ quoq; anno offerant Romæ dimidiam li-
„ bram cocti auri ad altare S. Petri. Et ita
„ confirmamus cum auctoritate Papæ & E-
„ piſcoporum qui ſunt: Piſenſis , Anſenſis,
„ Auecenſis, Volterrenſis, Cluſenſis, Feſula-
„ nus, Florentinus, Senenſis, Aretienſis , Su-
„ trienſis , de S. Rufina , Cancenſis , Alben-
„ ſis, Seſſulanus , Terracienſis , Præneſtinus,
„ Tuſculanus , Cajetanus, Fundanus , Be-
„ neventanus , Capuanus , Salernitanus ,
„ Neapolitanus , Malfitanus, Sepontinus ,
„ Aſculanus, Ancerienſis, Narnienſis, Nuce-
„ rienſis, Fulingienſis, Spoletanus, Peruſinus,
„ Firmenſis, Oſtenſis, Anconitanus, Fanenſis,
„ Senegallienſis , Humanus, Piſaurienſis, Ari-
„ minenſis , Præmenſis , Ravennas , Mici-
„ enſis, Regienſis, Parmenſis, Placentinus,
„ Bononienſis, Imulenſis, Faventinus, Forum-
„ polienſis, Bobienſis, Cyſenenſis, Cervienſis,
„ Comaculenſis, Ferrarienſis, Adrienſis, Aqui-
„ legienſis, Tarviſienſis, Cenodenſis , Cremo-
„ nenſis , Novarienſis , Iporeienſis , Aſtenſis,
„ Taurienſis , Aquenſis Bellonenſis , Trige-
„ ſtinus , Tridentinus , Veronenſis , Cuma-
„ nus , Vincentinus , Parentinus, Concor-
„ dienſis , Bidenenſis , Manruanus , Gra-
„ denſis , Mediolanenſis , Vercellenſis, Lau-
„ denſis , Pergamenſis , Papienſis, Albitia-
„ nenſis , Remenſis, Pictavienſis , Turonen-
„ ſis , Pariſienſis, Arelatenſis , Viennenſis ,
„ Lugdunenſis , Genevenſis, Lauſoſamenſis,
„ Moguntinus , Magdaburgenſis , Worma-
„ tienſis, Conſtantienſis, Wirciburgenſis ,
„ Rubilocenſis , Auguſtenſis , Halberſtaten-
„ ſis, Spirenſis, Curienſis, Colonienſis , Leo-
„ dienſis , Trajectenſis, Mindenſis, Hoſen-
„ bruckenſis, Trevirenſis , Metenſis, Cici-
„ enſis , Verdonenſis, Tullenſis , Juvavien-
„ ſis , Batavienſis , Friſingenſis, Brixinenſis ,
„ Bragenſis , Michaël Ratisponenſis , ut ſi
„ quis Imperator aut Rex eandem Eccleſiam
„ tam Sanctam alicui præſtet, ſit anathema
„ Maranatha id eſt perditio in adventu Do-
„ mini , & in eâ maledictione perſiſtat
„ quam ſanctus Formoſus Papa ſuper eum
„ confirmavit, usque dum reſipiſcat, &
„ præfatum Monaſterium cum monachis
„ & omnibus ibidem in præſens collatis ,
„ vel impoſterum conferendis in immu-
„ nitatem Papæ & in noſtram recipimus, &c.
„ ut hæc auctoritas confirmationis noſtræ
„ firmior habeatur, & per futura tempora
„ diligentius. obſervetur , manu propriâ no-
„ ſtrâ eam confirmamus anulique noſtri im-
„ preſſione muniri præcipientes.

E prædictis maniſeſtum eſt Eccleſiam S. Emerami à quinque Romanis Pontificibus Leone, Nicolao, Eugenio , Formoſo & Joanne ejus nominis duodecimo & à totidem Chriſtianiſſimis Imperatoribus Karolo, ejusque filio Ludvico, & Pio Ludvico Rege, Arnulpho & Ottone Magno , præſentibus ad hoc CXVII. Epiſcopis diverſarum eccleſiarum , exemptam & perpetuo jure S. Petri Servitio mancipatam eſſe.

Sed ex tot Epiſcopis duntaxat Adelwinus & Michaël in exemptionem illam conſenſerunt ; quamquam nec hoc ſatis conſtat an ultro an coacti conſenſerint.

Profectò Michaël ſpontè vix aſſenſum præbuit , ut qui legitur tam mordicus hanc Eccleſiam renuiſſe ut ad defendendas res S. Emerami aſcitis ſibi auxiliaribus Viris quam plurimis cum Berchtoldo Marchione Vohburgenſi conflictum magnum habuerit , ubi poſt longam concertationem tandem in id conventum eſt , ut Berchtoldus Comes duodecim Virorum Nobilium Sacramento probaret ſe juſtè de rebus S. Emerami exigere quod petebat ; ubi cum illi viri duodecim ſuper altare S. Emerami falſo pejurâſſent , magnis inſœlicitatibus ſunt adobruti. Siquidem Arnoldus quidam , ejus qui hæc prodidit avus ex patre , eodem momento dextro luxatus brachio, poſt paucos annos in fluvio Nabo , reliquo comitatu ſalvo ſubita morte vitam finivit , cæterorum vero conjuratorum , alius excœcatus , alius ſtrangulatus, alius mente captus , alius paralyſi ſolutus , alius eviſceratus, alius fulminatus , alius incendio ſuæ domûs extinctus , alius mancus & monopthalmicus factus, alius cancri, alius Elephantiæ morbo degravatus , alius Hydropiſi inflatus miſeram vitam miſerâ nece terminârunt. Unde prænominatus Comes Berchtoldus , ejus qui hanc Hiſtoriam primus perſcripſit, avus ex matre , horum malorum author terrificis comminationibus . contactus Beato Emeramo prædium Suburbanum quod dicitur Iſininga donavit.

Ad hæc quantum malorum Monaſterio S. Emerami hæc exemptio dederit , ſuo loco maniſeſtabimus. Michaël autem cum trigin-

triginta præfuiſſet annis vitam cum morte commutavit, ſepultus apud S. Emeramum cum Prædeceſſoribus ſuis. (f)

De S. WOLFGANGO, *Epiſcopo XIII.*

CAPUT XV.

SAnctus Wolſgangus natione Suevus, nobili ſtemate clarus, ut qui ex Paternâ lineâ Comes fuerit ex Pſullingen de Achalm arce apud Reutlingen oppidum ſita quæ fuit Comitum de Achalm, oriundus, ut Nauclerus è Chronicis, ut opinor, Bebenhauſenſibus repetit. Nomen matris ejus Berthruda Comitiſſa de Vcringen (g), quæ ſepulta eſt in Sulzbach ubi domicilium habuit, ut in monaſterio ſcriptum invenitur Adelbachenſi, ubi traditur Wolſgangus filius fuiſſe Comitis de Herring. Natus autem ſcribitur in Wellenburgio Rhetiorum. Lego alicubi WOLFGANGUM à *bono ſucceſſu* dictum per Epentheſin litteræ W. vel F. quaſi *Wolgang*, & veriſimilem facit appellationem vetuſtus libellus membranaceus de ſummis Pontificibus, Romanorum Imperatoribus & Ratisponenſibus Epiſcopis ſub Friderico Barbaroſſa Manuſcriptus, qui penes me nunc habetur, in quo & Wolſgangum & Wolgangum apertiſſimè lego. Sed & Germani alioqui Lupi nomen quaſi fauſtum ſuis nomenclaturis aſcivêre. Sed & Petrus de Natalibus in ſuo Catalogo Sanctorum Wolſgangum ſemper nominat, & horarius Codex noſter (h) eum quoque Wolſgangum nuncupat in vitâ S. Udalrici. Hic ab Ottone I. (error eſt io ejus vita ubi ſecundo Ottoni hæc perperam attribuuntur) ad preces Piligrini Præſulis Bathavienſis (cui in convertendis ad fidem Chriſtianam Ungaris, ita ut quinque millia Ungrorum uno rempore ſacro fonte luſtrarent, cooperator fuit (i)) in Epiſcopatum licet invitus inſtitutus eſt anno Domini DCCCCLXVIII. conſecratus ab Archiepiſcopo Salzburgenſi Friderico anno Dni. DCCCCLXXII. Cum autem videret ubique labaſcentem religionem, ei reſtituendæ curam admovit. Igitur adſcito è Treveris Patruele ſuo Ramuoldo, Præpoſitum eum conſtituit Eccleſiæ S. Emerami, mox & Abbatem fecit, quod ſolus omnia munia non poſſet obire; fuerat quippe priſca conſuetudo in Eccleſia Ratisponenſi, ut qui antiſtites ibi eſſent, eſſent ſimul & Abbates, quorum quidem nomina ob temporalia commoda tenebant, officia verò non item. Timebant enim, ne, ſi Monaſterio præficerent Abbatem, quia a Patre Monaſteril omnia ſunt ſperanda, ſibi coactum minueretur obſequium; ob hoc aliqui licentiam monachis dabant, aliunde ſibi victum veſtitúmque conquirere, quia bonis ipſis, quæ ad annonam eorum pertinebant, ad ſuum abutebantur ſervitium. Eſt etiam alia cauſa pro quâ non ſunt inſtituti Abbates in prænominata Monaſterio. Ex eo quippe tempore quo primum à B. Bonifacio Apoſtolicæ ſedis Vicario juxta decreta canonum ordinabantur Epiſcopi, viciſſim ſibi ſuccedebant in hujus Sedis Epiſcopatu, jam monachi, jam canonici, ita, ut ſi anteceſſor eſſet Canonicus, ſucceſſor eſſet Monachus, & viciſſim huic anteceſſori ſuccederet Canonicus. Epilcopalis verò ſedes erat apud S. Emmeramum, usque ad tempora Caroli M. Principis, qui hanc in civitatem tranſtulit. Hæc & alia cum S. Wolſgango diſplicuiſſent, Monaſterio rurſus Emeramico ſuos permiſit Abbates, Ramuoldus tamen cœnobium hoc Ratisponenſe, ac ſuum Treverenſe deſerere compulſus fuit, ob bellum civile quod erat inter Henricum Ducem Bojariæ ac Berchtoldum Marchionem, atque inter cæteros optimates Principis Ottonis civitatem Ratisponenſem obſidentes, quo ſedato venerabilis ſenex in civitatem Hyatoſpolim reverſus eſt, ut in ejus vitâ ſcribitur.

Monaſteria Virginum duo, ſupetius & inſerius nuncupata, cum à regulari vitâ multum diſceſſiſſent, & reformari detrectâſſent, ipſe tertium S. Pauli vocatum, quod in libru traditionum vocatur Monaſterium Henrici, anno Domini DCCCCXCIIII. extruxit, ſub Regula & Profeſſione S. Benedicti & congregationi Virginum Brigitam S. Henrici Imperatoris Sororem à ſe baptizatam Abbatiſſam præfecit; ad quarum obſervantiam regularem pudote ſuffuſa reliqua Virginum cœnobia ultrò ad imitationem provocata ſunt. Sed hodie tantoperè de via videntur receſſiſſe, ut multi Wolfgangi tribus illis Monaſteriis reformandis ægrè poſſint ſufficere.

De Filia Otokari Regis Tura tradita monialibus Ratisponenſib. Sub hoc Epiſcopo raptaper Filium Udalrici Ducis Bohemiæ vide Crentzium in Vandalia. L. II cap. 35. *Add. Auct.*

Expeditioni Ottonis II. Imperatoris contra Lotharium Regem Francorum interfuiſſe Divum Wolſgangum reperio, primúmque cæteris hæſitantibus fluminis Axonæ vadum inveniſſe ſuperáſſéque flumen, & noſtris animum reddidiſſe, quemadmodum Reginoburgeuſes adhuc prædicant & depingunt.

Pragenſes Sacerdotes de doctrina & vitâ inveſtigavit, & cum nuper fidem Chriſtianam Bojohemia ſub Ratisponenſi Cathedra imbibiſſet, & Epiſcopo videretur indigere, Benedicti VIII. Pontificis Maximi conſenſu, & rogatu Cæſaris ſecundi Ottonis Epiſcopatum illic proprium fieri permiſit. Privilegio ſuis ipſius manibus, ad id conſcripto; ubi ſanctus Adalbertus po-

(f) interfuit pugnæ contra Ungaros apud Auguſtam à S. Ulrico peractæ, in manu vulnus accepit, ægrè evaſit, ope ut ajunt S. Emerami. Avent. L. V. fol. 499. *Add. Auctoris.*

(g) *Veringen ein Stätl auf der Alb, Schlos und Grafſchafft. Da iſt S. Wolfgang ein Graff gewveſt von Veringen, und fuert drei blabe Hersborn in einem guldenen Feld, iſt vor zeiten der Wirtenberg gewveſen, und iſt mit einer Dochter von Wirtenberg Graf Hanſen von Werdenberg verheurath vvorden. Chronica Wirtenbergenſis MSta. Add. Auct.*

(h) *erat ſuperius ſcriptum*: Et liber traditionum.

(i) Avent. L. V. fol. 500. & ſeq.

ſtea à Pruſſis martyrizatus fuit inſtitutus Epiſcopus Primus.

Dedicavit etiam Altare primum S. Joannis Baptiſtæ in Malhartsdorf, quod deinceps Monaſterium Henricus & Erneſtus Comites de Kirchberg germani fratres ſub Primo Abbate Burchardo inſtituerant. Oſtenditur in eodem Monaſterio cultellus quem tum ibi reliquerat.

Hic etiam montem propè Weltenburg incaſtellavit & Eccleſiam S. Mariæ ibidem dedicavit.

Otto Auguſtus in quodam Diplomate apud S. Emeramum refert, Wolfgangum Reginæ Epiſcopum in Avaria inter Erolaſum majorem & minorem & Ibiſum amnes, qui locus longo tempore deſertus fuerat, Colonias Bojotum deduxiſſe; dat his caſtelli conſtruendi muniendique adverſus Ugros poteſtatem. Dat. IIII. Idus Octobris anno DCCCCLXXIX. anno regni Ottonis II. XV. Imperii VIIII. Actum Reginæ.

(k) His atque aliis ſanctè peractis (k), cum XXVI. præſediſſet annos, animam Cœlo reddit, inter Divos relatus, ſepultus in Eccleſiæ S. Emerami multis miraculis clarus, quæ tamen omnia poſthabeo quod non omnium Epiſcoporum omnia geſta mihi ſcribenda ſumpſerim, præſertim quod ejus vita jam ubique ſatis extet.

Obiit autem anno Domini DCCCCXCIIII. ut Herveldenſis Chronographus, qui eo tempore ferè vixit, indicat; unde non vigioti duos ſed viginti ſex annis præfuiſſe comperitur. Ab Hartwico Archiepiſcopo Saltzburgenſi, cum ſuis ſuffraganeis, apud S. Emeramum contumulatus eſt.

De GEBEHARDO *Epiſcopo XIIII.*

CAPUT XVI.

(l) GEbhardus Comes ab Hohenwart (l) S. Wolfgangi ſucceſſor, Epiſcopus factus eſt anno Domini DCCCCXCIIII. ſub Ottone ejus nominis Imperatore tertio.

(m) Hic Gebhardus (m) fundo qui dicitur Pruel à Monaſterio S. Emerami permutatione legitimâ præcedente, recepto, Monaſterium Ordinis S. Benedicti, illic ædificatum anno Domini DCCCCXCVII. inſtituit. Sed ut plerumque cum ipſo Auctore etiam bonæ Inſtitutiones emoriuntur caſſatæ, ita & hoc Monaſterium Pruelenſe, Benedictinis ejectis, Carthuſianis eſt traditum ab Alberto Duce Bavariæ anno Domini MCCCCLXXXIIII. Quod Epiſcopo Gebhardo ſuus ferè præſagivit animus, hinc in ſuæ inſtitutionis inſtrumento tantas diras evomit in remiſſos ſuperattendentes Succeſſores. *Proinde quiſquis es*, inquit, *meus ſucceſſor futurus*, *te precor*, *te efflagito*, *te poſco*, *te peto*, *te admoneo*, *te obteſtor per Spiritum Paraclitum*, *quem in baptiſmo accepiſti*, *in cujus videlicet honore hæc domus ſpecialiter eſt conſecrata*, *ne regularem vitam inibi patiaris deſtitui*, *nec in aliquo minui*, *ſed certus de æterna remuneratione facias augeri*, *& ſemper in melius provehi.* Has adjurationes veriti duo ſucceſſores ſibi cognomines eadem clauſulâ ſua privilegia Pruelenſi Monaſterio conceſſa concluſerunt veluti divinantes futurum, ut irritaretur illa fundatio olim. Gebhardus autẽ fundator anno undetrigeſimo ſui Præſulatûs in fata conceſſit, conditus apud S. Emeramum cum ſuis Prædeceſſoribus. Obiit autem anno Domini MXXIII. ut Hermannus contractus (n) & Urſpergenſis Abbas in ſuis Chronicis adnotârunt. A. 1023. (n)

Hic Gebhardus unà cum Rapotone fratre Damaſia Hochwartóque oriundus Monaſterium Thyrhaupten apud Lycatios Benedictinenſibus dicavit.

Sub hoc Epiſcopo Nordlingum Rhieſæ opidum permutationis jure ab Epiſcopatu Aichſtadiano ad Ratiſponenſem devolutum eſt. Munſterus aliter narrat, quod ſub Tutone factum eſt.

Hic Gebhardus videns quemdam locum in Epiſcopatu Friſingenſi ſitum, Dei Servitio aptum, eundem ſibi dari in concambium poſtulavit, dedit itaque Egilberto Epiſcopo curtile unum de parte Hæreditatis ſuæ intra urbem Radaſponam ſitum, & alia curtilia de Eccleſia, extra civitatem ſita, recepitque ab eodem Egilberto in loco, qui vulgo vocatur *Gruoba*, ubi ſanctus Dei Martyr Haimeranus de hoc ſæculo ad cœlos migravit, jugera quinque, ſibi ſuiſque ſucceſſoribus æternaliter tenenda, poſſidendáque ut habetur in libro traditionum.

De GEBHARDO II. *Epiſcopo XV.*

CAPUT XVII.

GEbhardus ſecundus Canonicus Auguſtenſis, primo ſucceſſit anno Dominicæ Incarnationis MXXIII. Henrico pio imperante & probante, qui Henricus ſub hoc Gebhardo Eccleſiam Beatæ Virginis Mariæ ad veterem Capellam in Collegium Canonicorum ampliatam extulit. Altare priſcum olim à S. Rudperto dedicatum manſit immobile, quod inviolatum uſque hodie monſtratur ſub gratibus. Præfuit autem

(k) Pertæſus arma Civilia Ottonis II. Imp. & Henrici Ducis Bajoarii, ad Alpium Noricarum deſerta ſecedit. Aventin. Lib. V. fol. 503. *Add. Auct.*

(l) cum Fratre Rapotone Damaſia & ab Hohenvvart oriundus. Aventin. L. V. fol. 508. *Add. Auct.*

(m) Hic negotium faceſſebat B. Ramuoldo Abbati S. Emerami ſuper bonis Monaſterii. Vide Lazium de Migrat. gent. fol. 338. 387. *Add. Auct.*

(n) ubi ſic ſcribitur: A. 1023. Ratiſponæ poſt Gebehardum Epiſcopum caſtum virum, & ſingularibus quibuſdam moribus & munditiarum ornatúſque inſueto quodam amore famoſum & in divinis officiis nimis ſtudioſum ab hac Luce ſubtractum Alter item Gebehardus Auguſtenſis Canonicus ſucceſſit. *Add. Auct.*

autem Gebhardus Epiſcopatui XIII. annis. Obiit autem anno Incarnationis Domioicæ milleſimo trigeſimóque ſexto, ſepultus ibidem, ut anteceſſores ſui, apud S. Emmeramum, & illi tertius Gebhardus ſubſtitutus eſt, Auctoribus Hermanno Contracto & Urſpergenſi Chronographis, quos ideò teſtes produco, ne me quis temerè putet à trivialibus Rhapſodis interim diſſentire.

Inter Comites de Hohenwart legitur Gebhardus Epiſcopus Ratisponenſis; nam Erbo Comes ex Adelaide uxore genuit quinque filios: Rapotum, Fridericum, Gebhardum Epiſcopum Ratisponenſem, Erbonem Epiſcopum Moguntinum & Sigmerum, id (o) quod magis de Gebhardo ſecundo quam primo cenſeo intelligendum. Hic Gebhardus (o) in Libro traditionum ſcribitur Sanctæ Radasponenſis Eccleſiæ Metropolitanus.

De GEBHARDO III. *Epiſcopo XVI.*

CAPUT XVIII.

GEbhardus III. in Epiſcopatum venit anno Domini MXXXVI. Chuonrado ſecundo, (p) qui Salicus à gente Salica vocatus eſt(p), imperante & fratrem ſuum Gebhardum hunc è patre Henrico, aliàs Hermanno, Francorum Duce, & matre Adelhaide natum, in Epiſcopatum Ratisponenſem provehente. Quo mortuo, cum illi filius Henricus Imperator ejus nominis Tertius ſucceſſiſſet, Ungarü, quos Imperatur jam multis expeditionibus repreſſerat, denuò rebellant, cum Ovone Rege ſuo, Beronulfus & Machotunus Ratisponenſes divites fratres Nithgeri Fruxinenſis inſolentiſſimi, ſe illi Ovoni Ratisponam prodituros affirmaverant, quando comperti ex litteris ſuis, ſceleris, crucem pertulerunt. Sed Ungari deinceps à rebellione multum deterriti ſunt. Quibus Gebhardus Epiſcopus Henrici, non illius Sancti & ſecundi Imperatoris, ut omnes ante me falsò ſcripſerunt, ſed illius tertil Imperatoris Patruus, qui nuper Campidonenſem Abbatiam beoeficii loco ab Imperatore acceperat, ut gratus eſſet in beneficum, rebellibus obviam ivit & Imperatoris vice, in fugam converſos non parvâ clade affecit; eúmque in Pannoniarum terminis diutius moraretur, cedentibus Hungaris, fines eorum Ingreſſus, inde prædas ingentes abduxit. Sed ipſo diſcedente plurimus Huogarorum exercitus, fines noſtros invadens, magoam partem captivavit, incendit atque vaſtavit, ut ſcribit Hermannus & Urſpergenſis. Sed Gebehardus cum Conrado Duce Bajoariæ & Adelberto Marchione * aliisque quibusdam Epiſcopis & Principibus Bajoariæ Heimburg in Marchia poſitum, reædificant, & magnam Ungarorum copiam ſe invadentem proſternunt, & fugientes inſequuntur; donec cunctis Ungarorum agminibus devictis, relicto ſui terrore, ad caſtra reverterent, Deo gratias agentes.

* Auſtriæ

Sequenti anno magno cum exercitu Imperator Pactum Andreæ Regis Ungarotum, ut per Legatos offerebatur, contemnens Pannonias petiit, Gebehardóque Ratisponenſe Epiſcopo & Welphone Carinthiorum Duce, Brezislaóque Duce Bohemiæ ad ſeptentrionalem Danubii partem per Daciam depopulandam transmiſſis, ipſe devecto è navibus, quanto in equis poterat, commeatu, longo propter fluviotum illuvionem circuitu, per Carentani fines tranſiens, perviúmque regnum invadens, hác & illac Ungarorum exercitu latrocinantium more ſugitante, & nusquam æquo Marte pedem conſerre audente, omnia circumquaque quoad militi ſumptus ſuppetebat, vaſta reddidit; ſed cum laboranti fameſcentique noſtrorum exercitui Hungari redirum pararent intercludere, oppoſitisque per ripas fluminum præmunitas vadosásque paludea copiis ſuis, omnes ſe vel ad deditionem cogere, vel inediâ minitarentur extinguere, milites interriti, hoſtésque per fluvios inſiſtentes, incunctanter transvadantes fugant, quamdámque munitionem firmiſſimam ad Pontem Rabinitzæ fluminis ſtructam, in qua maximam hoſtes fiduciam habebant, quidam ex Burgundionibus, Saxonibus & Polonis milites non ſine ſui periculo, flumine tranſito brevi capiunt expugnatam, & cæſis & disjectis Ungaris viam reliquo pandunt exercitui, quà poſtquam noſtri tutò transmiſerant incenſa, hoſtibus noſtros inſequendi præcluſit oportunitatem; Sicquè redeunte Imperatore, illisque, quos ultra Danubium transmiſerat, rebus proſperè geſtis jam dudum reverſis, Andreas Rex à noſtro Marchione Adelberto pacem poſtulatum miſit, eámque viciſſim præſtitit. Quam cum ſolveret proximo anno, qui eſt Incarnationis Dominicæ MLII. Imperator in Pannoniam iterùm profectus Brezispurgk arcem obſedit.

Interim Leo Papa hujus nominis Nonus, ab Andrea accitus, cum pro pace componenda ioterveniſſet, Imperatorem ab obſidione avocavit, & cum eo Ratisponam conceſſit, & aliquamdiu moram ibi trahens, S. Wolfgangum ejusdem urbis Epiſcopum refoſſum indigitavit, ſimilitérque & S. Erhardum inter Divos retuſit, nec non oſſa S. Dionyſii Martyris, de quibus dlu dubitatum fuerat, num haberentur ibi in æde S. Hemerami, vidit, attrectavit & Apoſtolico Diplomate, quod illic ſervatur, præſente Imperatore Henrico & Gebhardo Epiſcopo Ratisponenſi cum multis aliis Epiſcopis & Cardinalibus, ad hæc etiam Pariſiorum Legatia præſentibus, comprobavit & confirmavit; Eccleſiam quoque S. Emerami nuper incendio vaſtatam reconciliavit, cum Crypta occidentali conſecravit, &, ut legimus, tabulatum in ejusdem Eccleſiæ ſummitate ſuis Sumptibus idem Papa fieri juſſit. Sed & ſacellum Simonis & Judæ Thaddei ſuper fornicem

(o) Auctor in marg. correxit: *imò Primus.*
(p) *vid. Aventin. Lib. IIII. fol.* 313.

(q) nicem capitolio contiguam (q) ſimiliter in eadem urbe conſecravit; Cùmque rebus ex ſententia Ratisponæ peractis iter verſus Norimbergam arriperet, inter eundum à Comitibus de Schwarzaburg, ſuis, ut ajunt, conſanguineis (Fuit enim ipſe Leo Comes de Egisheim in Eliſatiæ partibus claris natalibus oppido Daleburgio patre Hugone Hugonoſæmo, matre Hælica, qui Ophonæmum condiderunt, natus, atque Adalberti Comitis de Calw Avunculus ſecundum Nauclerum) Viehauſen inferius tunc inhabitanti- (r) bus (r) rogatus, ut illis Sacellum quoddam in honorem S. Crucis, quod hodie Pruckdorffen ad Parochiam Sinſingam ſpectans, appellatur, dedicaret: mirum dictu Sanctus Pater Sacellum à longè viſum, ut rogatus fuerat, conſecrat. Cùmque moroſi interpellatores hâc conſecratione longinquâ ſibi putarent os ſubliniri, atque ut præſens Sacellum conſecraret, efflagitarent: Ite, ioquit, & niſi omnia conſectatæ Eccleſiæ indicia inveneritis, veoiam; & præſens iterùm ædiculam veſtram conſecrabo. Sed cum illi ſalva, juxta prædictionem ſancti Viri, comperiſſent omnia, laudantes Deum conquieverunt. Extant ejus eventûs monumenta in diem hodiernum.

Eodem anno & diſcordia inter Gebehardum Ratiſponenſem Præſulem, & Chuonradum Bajoariæ Ducem mota & agitata eſt, adeò ut anno ſequenti, puta MLIII. Imperator ambobus ad Curiam Merſenburgenſem vocatis, cui jam infeſtus erat Conradum incuſatum quorundam Principum judicio Ducatu, quem filio ſuo æquivoco (s) tradidit poſtea, privavit (s), qui cum Imperatorem ulturus, Ungaris inimicis ſe junxiſſet, & Carentani fines, Hengiſtoburgio oppido occupato, invaſiſſet, quibusdam inibi, quas prius habuerat, poſſeſſionibus confiſcandis, ſuis ab Imperatore privatus eſt; Gebhardo Epiſcopo Ratisponenſi Ungaris hoſtibus ſuffragante, ut deſerto Chuonrado illi percuſſo cum Imperatore fœdere, in gratiam reciperentur.

Quo tempore regni tam Primores, quam inſeriores contra Imperatorem magis magisque muſſitantes, jam dudum eum ab inchoatæ Juſtitiæ, Pacis, Pietatis, divini Timoris, multimodæque virtutis tenore, in quo de die in diem debuerat promovere, paulatim ad quæſtum & incuriam quamdam deficere, multùmque ſe ipſo deteriorem fore cauſabantur. Unde cum Imperator anno Domini MLV. contra Normannos in Italiam proficiſceretur, poſt paucos dies Gebhardus Epiſcopus Ratisponenſis, quod Templum D. Hemerami in libertatem excuſſo jugo Pontificio vindicatum, ſibi præreptum eſſet, hoſtis Imperatoris occultè peſſimus, ut ſcribit Urſpergenſis, & Welphus Dux Carinthiorum licentiam repatriandi ab Italia impetraverunt militésque eorum, illis, ut ajunt, ignorantibus contra Imperatorem conjuraverunt. Quo tempore Welſus Dux conjurationis detector, commodum mortuus eſt.

Gebhardus autem anno Domini MLVI. ab Imperatore de conjuratione contra ſe factâ deprehenſus & convictus, primum in arce Vulfilingina propè Danubium, dein in Stoſala (al. Schopula terræ Augienſis) per aliquod tempus ſub cuſtodia tenetur, ſed miſericorditer tractatus exilio tandem remittitur, & ſedi priſtinæ reſtituitur. Unde cum Imperator paulò poſt apud Potſelden in Saxonia moreretur, Gebhardus patruus ejus unà cum Victore Romano Pontifice, & Aquilegienſi Patriarchâ, & aliis innumeris utriusque Ordinis Viris, officio ſuo funus usque Spiram proſecuti ſunt.

Aventinus Lib. V. fol. 842.

Cum autem Gebhardus iſte quatuor & viginti rexiſſet annis, obiit anno Domini MLX. ſepultus in Orangow Monaſterio ſuæ fundationis, cum matre ſua, & Otto illi ſucceſſit, ut Chronicon tam Hermanni Contracti, doctiſſimi filii Wolfferadi Comitis de Veringen, quam Hersveldenſis Monachi teſtatur (t). (t) Et quamquam multa ſiot hoc capite dicta, tamen de S. Dionyſio ob perpetuam rei memoriam certiora ſunt hîc adnotanda. Corpus S. Dionyſii Martyris Beatus Tuto Epiſcopus cum poſt Arnulphi mortem accepiſſet, Gallicas inſidias timens, venerabiles Martyris Reliquias cum exciſis in lateres litteris (u) ne per in- (u) cendium res aboleretur, in murum occidentalem templi concluſit, ſuo tempore revelandas. Commodum verò tunc Reginbardus Abbas neſcio quid exſtructurus, ſub Gebhardo Epiſcopo Ratisp. III. murum dejicit: Lipſana cum exciſis lateribus reperit, hos cum aliis in teſtimonium producit, Pontificem Romanum ad rem confirmandam inducit; lateres verò illi numero tres, etiamnum hodie religioſè conſervantur, quorum primus hanc habet inſcriptionem: *Emeramus Aquitanus & Dionyſius Areopagita hic requieſcunt ſub Arnulpho Imperatore & Odone Rege.* ſcilicet Franciæ, qui per Arnulphum fuerat inſtitutus. In altero ſic

---

(q) *in apographo Ioannis Lentzii in marg. ad h. l. legitur*: Schiltl Capell Trainers A. 1544. hæc capella habitaculum mercimoniorum effecta & translata eſt, *und ain Tuech Laden worden.*

(r) Nam Beatus Rhenanus eum è Comitibus Dagesburgenſibus aſſerit fuiſſe. *Add. Auctoris.*

(s) Conradus enim Parckſtain urbem Epiſcopi (vicus adhuc & arx eſt Nariſcorum proximè Weiden urbem Bajoariæ antiquæ) dolo capit, diripit, incendit. Quod tamen facere abſque juſſu Imperatoris capitale crimen erat. Quam ob rem Cæſar & Papa ex Ungaria Reginoburgium menſe Octobri veniunt, Epiſcopum atque Ducem Bojorum ab armis diſcedere jubent, illisque diem, ubi jure diſceptetur potiùs quam armis, dicunt. Aventinus L. V fol 538. 542.

(t) Henricus autem Quartus, Cæſar, tum Mogontiaci hybernabat, cum Gebhardus III. Epiſcopus Ratisponenſis obiret; unde Cæſar illi Ottonem Babenbergenſem Comitem ſubſtituit. Aventinus Lib. V. fol. 546.

(u) *Lateres hos æri inciſos exhibet* CELSISSIMUS AUCTOR Diſſertationis de Tranſlatione S. Dionyſii &c.

ſic ſcribitur : *Sub Ebulone Abbate Monaſte-*
rii S. Dionyſii, Giſilbertus furatus eſt. In
tertio ſic: *Quinto Nonas Julii furatus eſt,*
hûc vênit pridie Nonas Decembris tempore
Tutonis Epiſcopi.
(x) His viſis (x) Leo Papa in hunc modum
decrevit : „ In Salvatoris noſtri Jesu
„ Chriſti nomine Amen. Leo Epiſcopus
„ ſervus ſervorum Dei kariſſimo Filio in-
„ clyto Regi Francorum ac venerabilibus
„ fratribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, &
„ dilectis in Chriſto filiis Abbatibus, Priori-
„ bus, Præpoſitis & Decanis, universisque
„ tam Subditis quam Prælatis ejusdem
„ regni ſalutem & Apoſtolicam Benedictio-
„ nem. Deus Omnipotens, qui non imme-
„ rito per Prophetam in Sanctis ſuis eſſe mi-
„ rabilis prædicatur, mira quædam inſcru-
„ tabilis conſilii profunditate diſponit, quæ
„ dum conſiderare non ſufficit mens huma-
„ na, ipſa ſuimet infirmitate deficiens, in
„ quendam ſui exceſſum rapi cogitur, &
„ ſtuporem quod ipſi nos nuper experti,
„ & vobis in Chriſto chariſſimis & univer-
„ ſitati fidelium promulgare compellimur,
„ ut & Dei opera pariter admiremur, nam
„ cum per inſtantiam Sereniſſimi Impera-
„ toris Henrici ad partes Germaniæ viſi-
„ tandas ac præcipuè ad urbem, quæ di-
„ citur Ratispona vel Regensburg, evocati
„ eſſemus ad venerabile corpus B. Wolſ-
„ gangi ejusdem urbis Epiſcopi transſeren-
„ dum, hoc ea, qua decuit reverentia &
„ devotione peracto, tui Francorum Rex
„ in Chriſto Fili kariſſime, nos legati, tua
„ tuorúmque omnium vice ſolicitè roga-
„ verunt, quatenus litem, quæ inter vos &
„ urbem prædictam, ſuper ſacroſanctis oſ-
„ ſibus beatiſſimi Dionyſii Areopagitæ fue-
„ rat diutiſſimè ventilata, veritate diſcuſ-
„ ſa dirimere curaremus, vobis quidem
„ eadem apud vos eſſe dicentibus, civibus
„ ac incolis urbis præfatæ aſtruentibus con-
„ traverſo ea per invictiſſimum Arnulphum
„ quondam Imperatorem ad Eccleſiam San-
„ cti Martyris Emmerami eſſe translata, ibi
„ denique deinceps contineri. Quæ qui-
„ dem Eccleſia inibi ſita eſt, atque ab om-
„ ni aliorum ſubjectione ac jurisdictione
„ libera ac exempta, ad jus atque proprie-
„ tatem Beati Petri Apoſtolicæque Sedis
„ immediatè pertinere dinoſcitur, oblatio-
„ ne videlicet Excellentiſſimi Romanorum
„ Imperatoris Caroli Magni ac Poſterorum
„ ipſius, qui eidem hactenus ſucceſſerunt,
„ ſeu imperio ſeu in regno. Id ipſum ni-
„ hilominus venerabilis Abbas Reginbar-
„ dus ac fratres ejusdem Eccleſiæ cum uni-
„ verſitate Ratisponenſi inſtantiſſimè peti-
„ verunt fieri. Nos ergò utriusque partis
„ precibus inclinati, nec volentes ulterius
„ corda fidelium dubii hujus ambiguo cali-
„ gare in fratrum noſtrorum ac plurium
„ Epiſcoporum ac Prælatorum præſentia
„ & conſpectu, ſcripta Arnulphi Auguſti,
„ ordinemque rei diligentiſſimè perlegen-
„ tes, nec eo contenti capſas, thecas, &
„ ſcrinia, in quibus ſacræ reliquiæ condi-
„ tæ dicebantur, ac titulos & Epigramma-
„ ta eorundem oculo-tenus ſolerti exami-
„ natione diſcutiendo nihilque omittendo,
„ quod ad indagationem certitudinis per-
„ tinet, tam Imperialibus quam papalibus
„ Anteceſſorum noſtrorum litteris ſufficien-
„ ter inſtructi, picturis quoque parietum
„ multiplicibus & ſculpturis vetuſtiſſimis
„ exprimentibus indicia veritatis & notas
„ indubitatâ fide comperimus, dicti Docto-
„ ris & Martyris oſſa venerabilia, exceptâ
„ particulâ unica ſimul & minimâ manus
„ dextræ apud memoratum Beati Emerami
„ Martyris Cœnobium integraliter conti-
„ neri, etenim ne teſtimonia hominum,
„ quæ jam diximus, non ſufficerent, divi-
„ na quoque non defuére prodigia & por-
„ tenta, quæ dubium omne penitus abege-
„ runt, quæ nos quoque conſcribi juſſimus
„ diligenter, vobisque transmitti per ve-
„ ſtros Nuntios ac Legatos, nec non apud
„ Eccleſiam prædictam perpetuo conſerva-
„ ri, ut & ad poſteros geſtæ rei notitia de-
„ ducatur, & ulterius litigandi materia
„ penitus conquieſcat, inſuper diſtrictè
„ etiam præcipimus ſtatuentes, ut transla-
„ tionis ipſius veneranda ſolennia tam à
„ fratribus ejusdem Eccleſiæ quam ab uni-
„ verſis urbis jam dictæ, annis ſingulis cum
„ omni jocunditate & gaudio celebretur,
„ totâque tripudiat regio Germanorum
„ tanti Patris atque Patroni adventui non
„ ingrata. Vos autem in Domino dilectiſ-
„ ſimi Filii, Rex Francorum tuique fideles,
„ quamvis invidendi Theutoniæ gaudio vi-
„ damini juſtam quamdam habere mate-
„ riam, ita ut merito putatis de Alleman-
„ norum vobis lætitiâ ſic dolendum, con-
„ ſiderantes tamen & Dei omnipotentis &
„ invicti Martyris ſui, quem ablatum plan-
„ gitis, cunſolationis tandem admittite pla-
„ camentum, penſantes attentius quod nec
„ vobis totus ablatus eſt, quippe qui cha-
„ riſſimos prædicationis ſuæ & paſſionis
„ conſortes Ruſticum & Eleutherium in di-
„ lectionis adhuc & tutelæ pignus & rei
„ certitudinem dereliquit. Nec dolere, ſi
„ Germanos jam viſitare dignatus eſt, vel
„ defunctus, qui vobis adhuc vivus præ-
„ dicavit, & apud vos bonum certamen
„ certavit curſum conſummando, fidem
„ ſervando, triumphum peregit victorio-
„ ſiſſimæ Paſſionis Apoſtolatûs ſui ſuper vos
„ ſigna perficiens tam in vita quam in mor-
„ te. Cur igitur Alemanniam ejus oſſa fo-
„ vere non permittatis in ſolatium & tute-
„ lam, quem vobis Athenæ, ut Chriſto
„ vos lucrifaceret, vivum recipere, audire
„ & transmittere permiſerunt. Accedit ni-
„ hilominus conſolationi & alia ratio &
„ auctoritas, ſcilicet & Excellentia ſubtra-
„ ctoris. Pretioſum quippe theſaurum vos
„ perdidiſſe fatemur, ſed ablatoris attendite
„ dignitatem, ſimúlque Patris & Apoſtoli

(x) Interfuêre Baldingus Archiepiſcopus Juvavenſis, Gotovalda Patriarcha Aqui-
legienſis, Dominicus Venetus, Hunipertus Divæ Ruffinæ, Otogerion Peru-
ſinus, Severus Pragenſis, Gebhardus Aichſtadienſis, Gebhardus Ratisponen-
ſis Epiſcopus. *Add. Auctoris.*

„ veſtri gloriæ congaudete, qui cum vos
„ meritorum & doctrinæ ſuæ gaza ditavit,
„ & reliquiarum ſuarum ſaltem ac oſſium
„ precioſitate locupletaret, Theutonicas
„ etiam Apothecas, tam devotum furem
„ ſui corporis habuit, quam inſignem auro
„ utique & topazio meliorem, qui ſui va-
„ lore ad oſſa ſua ſanctiſſima ſubtrahenda
„ Cæſareum etiam verticem inclinavit, nec
„ Majeſtas imperialis, nec regia Celſitudu
„ pii Furis hic notam aut nomen erubuit
„ in Arnulpho, dummodo beati Corporis
„ opibus vel doli, vel furti, vel ſacrilegii
„ modo ſatiari atque diteſcere mereretur,
„ & qui fures atque ſacrilegos ſolitus erat
„ condemnare, dummodo Macharii Dio-
„ nyſii pretioſo corpore frueretur, fur ipſe
„ hic fieri & ſacrilegus non contempſit.
„ Cujus inſuper fides atque devotio du-
„ bium etiam omne per hoc penitus am-
„ putavit, quod non in ipſa Roma, non in
„ quacunque metropoli, non in urbe cu-
„ jusliber regni vel arce ſibi ſtudebat eli-
„ gere ſepulturam, ſed ſuum ubi ſe Diony-
„ ſium condidiſſe & ſcivit & lætabatur, ſuo
„ ſe ſperans Patrocinio defendendum & re-
„ ſuſcitandum in die oviſſimo cum Beatis.
„ Igitur dilectionem veſtram monemus
„ attentius, & hortamur in Domino, di-
„ ſtrictè quoque præcipientes, quatenus
„ Beatis Ruſtico & Eleutherio piè contenti,
„ non fallentes vosmet ipſos & alios, Bea-
„ tiſſimi Dionyſii Oſſa in urbe Ratispona
„ apud Eccleſiam S. Emerami Martyris &
„ noſcatis & fateamini coruſcare. Da-
„ tum & actum Ratisponæ anno Domini
„ milleſimo quioquageſimo ſecundo, No-
„ nis Octobris.

Hæc de S. Dionyſii translatione proſtant; Originale tamen non vidi. Nunc ad Ottonem tranſeamus Babenbergenſem Canonicum ab Henrico IIII. Gebhardo ſuffectum.

De OTHONE *Epiſcopo XVII.*
CAPUT XIX.

OTto Epiſcopus à Cæſare inſtitutus cœpit præſidere ſecundum Herveldenſem Chronographum anno Domini ſexageſimo ſupra milleſimum Henrico inter Reges Romanos Quarto, ſed inter Imperatores, ejus nominis Tertio Imperante. (y) Quia Scrip-
(y) tores Itali Primum Henricum Aucupem cognominatum, Othonis M. patrem, in Catalogo Imperatorum quandoque non ponunt, & Henricum Pium, vocant Henricum *Primum*, cum tamen ipſemet ſemper ſe appellâſſe inveoiatur Bambergæ, & textus, qui legitur diſt. 63. eos redarguit manifeſtè. *Conſtitutio*, inquit, *primi Henrici & primi Othonis cum Romanis Pontificibus &c.* Illud autem coëgit annotare me Diploma quoddam infra ſcriptum, ne quemquam facerem hæſitare.

Hic Otto cum multis aliis Epiſcopis magno apparatu & comitatu Hieroſolymam profectus, in eo itinere multa perpeſſus eſt à paganis, nam & bellum cum illis initum eſt, ut adnotavimus in eo libro, quem de Regibus Hieroſolymitanis à Davide usque in Carolum & Ferdinandum divos Cæſares, per omnes ſucceſſiooes deſcripſimus, eam Hiſtoriam auditu quàm imitatu jucundiorem hic repetere libet, anno Domini MLXIIII. Sigifridus Mogontiacenſis Archiepiſcopus, Wielhelmus Trajectenſis, Guntharius Babenbergenſis, Otho Ratisponenſis Epiſcopi (Alemannus à ſacris Auguſtæ Fridericus Damaſiæ, Ekardus Schirorum, Ortulfus Hochwartorum Comi-
tes (z)) atque alii quamplurimi tum Epi- (z)
ſcopi tum Nobiles Galliarum columina, autumnali tempore Hieroſolymam orandi voto petunt. Cum autem eorum numerus usque ad ſeptem millia fuiſſet auctus, dum anno Domini MLXV. ſuarum opum magnitudinem gentibus, per quas erant ituri jactantius oſtentareot, extremum ſibi malum, niſi Domini pietas illos paululum reſtituiſſet, accerſiverant. Nam Barbari, qui vicatim ad tam celebres peregrinatores conſpicandos undique concurrebant, peregrinus cultus in admirationem, apparatus autem ingens ad ſpoliorum dulcedinem illiciebat, peragrata itaque Lycia; cum Saraeenorum fines jam intrâſſent, nec jam multum ab oppido, cui Ramulo nomen eſt, abeſſent, proximo Paraſceve ante Paſcha circiter horam diei tertiam, ab Arabicis prædatoribus incurſati ſunt, primi, qui ſalutem armis tutari conabantur, cæſi ſunt, & omnibus rebus expoliati, nudi relicti ſunt in campo, inter quos Wilhelmus Trajectenſis Epiſcopus brachio plagis debilitato, nudus & ſemivivus jacuit, reliqui, qui lentiores erant, ad pugnam lapidibus ejaculatis, quod genus telorum locus ipſe tum miniſtravit, non periculum ſed mortem Imminentem differebant, pedémque pedetentim retrahentes in caſtellum quod poſt ſe viderant, in ipſu itinere mediocriter diſtare, pervenerunt. Capharnaum, hoc eſt vocabuli ſolitudine conjiciebant eſſe. Illuc ingreſſi atrium quoddam, materia humili & ex vetuſtate fragili ſeptum occupant; In cujus medio domus erat cœnaculum habens ſatis editum & ad repugnandum quaſi ex induſtria præparatum, hujus ſuperiora Moguntinus & Bambergenſis Epiſcopi cum ſuis Clericis, ioferiora Otto cum cæteris Epiſcopis ſibi vendicabant. Laici omnes ad vim hoſtilem arcendam & putrem maceriam defendendam diſcurruot impigrè, & primam quidem certaminis procellam, lapidum jactibus propulſavêre. Sed cum Arabes magnum telorum imbrem in eos conjeciſſent, & ipſi plerumque impreſſione in eos facta, clypeos & gladios eorum manibus excuſſiſſent, non ſolum jam maceriam tueri, ſed etiam portis interdum erumpere, & pugnam cominus auderent laceſſere. Quorum impetu dum Arabes nullo jam loco, nulla acie ſuſtinere poſſeot, conſilium tandem

(y) Ex Libro Traditionum videtur cœpiſſe anno 1062. & fratrem habuiſſe Henricum Præfectum (ut arbitror) Ratisponenſem. *Add. Auct.*

(z) Aventinus Lib. V. fol. 553.

dem à tumultuaria congreſſione ad obſidionem parandam vertuntur, ut inediâ laſſitudinéque conficiant, quos ferro non poterat expugnare. Itaque multitudinem, qua ſatis exuberabat, XII. ſiquidem milibus cenſiti ſunt, ita partiti ſunt, ut alii viciſſim aliis ad oppugnationem ſuccederent, nec ullam illis reſpirandi copiam facerer, hoc pacto Chriſtiani totâ paraſceve, toto Sabbatho, usque ad tertiam ferè horam Paſcalis feſti, diu noctúque ſine intermiſſione ſunt expugnati, ut totum triduum cum Jeſu Chriſto excruciati duxerint inſomne, cibi & potus, cum mors illorum oculis obverſaretur, nullum deſiderium erat. Quod ſi magnoperè deſiderâſſent, nihil omnium, quod ſomerent, inopes rerum habebant, cúmque die tertio, jam inedia laboribúsque prorſus exhauſti, ad ultimum periculorum perveniſſent, quod virtutis conatus membra jejunio fracta non ſequerentur, quidam Presbyter exclamavit, perperam illos agere, quod ſpei plus in armis, quam in Deo ponerent, calamitatem, in quam Deo permittente incidiſſent, ſuis viribus propulſando, propterea ſibi placere, deditionem facerent, præcipoè cum incdia triduana jam illos pugnæ reddidiſſet inutiles. Deo facile eſſe, deditis & ſub jogum miſſis, miſericordiâ ſuâ reſpicere, qui ſuos toties in ultima neceſſitate poſitos mirabiliter liberâſſet. Barbaros non illorum vitam, ſed opes appetere, quibus receptis incolumes abire facile paſſuros omnes, placuit conſilium, ſtatimque ab armis ad preces converſi, per interpretem, ut in deditionem acciperentur, orabant, quo audito Dux Arabum citato equo in primos advolat, & ſubmotis cæteris ne admiſſa multitudo prædam paſſim diſtraheret, ipſe XVII. ſuæ gentis honoratiſſimos ſecum adſumens ingreſſus eſt, filio ſuo præſidii cauſa pro ſoribus relicto, ne prædæ avidi poſt ſe, non vocati ſortaſſis irrumperent, cúmque ſcalis admotis in cœnaculum Moguntini & Babenbergenſis Epiſcoporum cum paucis aſcendiſſet, Gunthárius Babenbergenſis, ætate quidem junior, ſed virtute & corporis dignitate ab omnibus prælatus, rogare cœpit Barbarum, ut omnibus, quæ haberent usque ad noviſſimum terunciolum ſublatis, nudos ſe ſineret abire: ille tot congreſſionum clade efferarus & victoriâ ſuperbiens, ait, ſe jam triduo adverſum eos, non ſine grandi exercitûs damno belligerâſſe, ut ſuls conditionibus erga victos ageret, non quas ipſi conſtituiſſent. Ne ergò ſpe falsâ eluderetur, ſe rebus illorum omnibus convaſatis, etiam carnes eorum comeſturum & ſanguinem bibiturum. Nec mora linteum quo more gentis involverat caput expediens, facto vinculo in collum Epiſcopi injecit. Epiſcopus ut erat vir liberalis verecundiæ, gravitatisque admodum maturæ non ferens ignominiam, tanto niſu pugnum illi dedit in faciem, ut unico ictu conſternatum ad pavimentum usque præcipitem daret, vociſeratus, prius eum pœnas daturum pro Impietate, quâ manus impuras in Chriſti ſacerdotem profanus & Idololatra mittere præſumpſiſſet. Irruunt protinus alii Clerici & Laici, & tam huic quam cæteris, qui cænaculum aſcenderant adeo nexibus artis manus à tergo conſtringunt ut rupta cute per ungues ſanguis plerisque profluerer. Perlato autem facti tam audacis indicio ad eos qui in inferiori Domûs parte conſiſtebant, & ipſi Principes Arabum, qui apud ſe erant, itidem nodis illigant, poſthàc omnes laici ſublato in altum clamore, vocatóque in auxilium Chriſto, rurſus arma capeſſunt, maceriam occupant, præſidium, quod circa portas erat, confertâ manu fundunt, fugantque & ſic alacres, ſic innovatis inopino ſucceſſu viribus ubique rem agunt, ut nihil laſſitudinis ex inedia laboréque triduano putares acceſſiſſe, Arabes hanc alacritatem tam ſubito è rebus trepidis & deſperatis ortam admirati, nec aliam hujus novitatis cauſam ſuſpicati, quam quod de principibus ſuis ſumptum ſuiſſet ſupplicium, infeſtiſſimis armis in pugnam ruunt & cuneo facto per arma per viros in caſtra prorumpere parant, & actum de noſtris erat, niſi maturo Conſilio Chriſtiani vinctos eo loco Principes ſtatuerent, ubi vis hoſtium atrociſſima & creberrima nix telorum impluebat, appoſito ſuper eorum capita ſpiculatore, qui ſtrictum manibus gladium tenens, clamabat per Interpretem: ni quieſcerent ab oppugnatione, non armis adverſum eos, ſed principum capitibus dimicaturos. Tum ipſi Principes, quos præter vinculorum acerbitatem, imminens quoque cervicibus gladius vehementer angebat, ejulatu magno ſuos obteſtabantur, ut moderatius agerent, ne certamine prorſus obſtinato Chriſtianos in ſui ſupplicium necémque, cum præciſa foret omnis ſpes veniæ, irritarent. Filius Ducis Arabum periculo patris attonitus, gradu quam concitatiſſimo in ſuorum confertiſſimum gregem ſe dedit, & furentis exercitus impetum, vocéque manúque increpans retinuit, in hoſtésque tela jacere prohibuit, quæ non hoſtes, ut ipſi putarent, ſed ſui Principes propriis rectoribus excepturi forent. Hac occaſione parumper ab armis & incurſionibus vacatio data eſt, nontiúsque venit in Chriſtianorun Caſtra, miſſus ab iis, qui in paraſceve cunctis amiſſis, nudi ſauciique Ramulo usque perrexerat. Is amaritudine metúque confectis mentibus, magnum attulit refrigerium, ſubindicans ducem prædictæ civitatis, paganum licet, divino tamen, ut putabatur, inſtinctu animatum cum ingentibus copiis ad ipſos liberandos adventare; nec latuit Arabes adventantium hoſtium fama, ſtatimque omnes averſis ab aliorum oppugnatione ad ſe ipſos ſalvandos cogitationibus, præcipiti fuga quo quemque ſpes evadendi vocabat, dilabuntur. In eâ trepidatione dum alii ad alia curanda diſcurrerent, unus victorum evaſit, uſus operâ cujusdam Saraceni, quem Ducem habebant itineris Chriſtiani tanto omnium dolore, tanto gemitu ut ab eo cujus indulgentiâ dimiſſus erat,

ægrè

ægrè manus abſtinereot. Nec multò poſt ipſe Dux, ut nuntiatum erat, advênit, pacificéque in atrium Chriſtianis ſuſceptus eſt, omnibus tamen inter ſpem & metum ſuſpenſis, ne fortè non ſublata calamitas, ſed hoſtis tantum mutatus eſſet, & ob rei novitatem non temerè credentibus quod Satanas Satanam ejiceret & paganus paganum ab infeſtando Chriſtiano prohiberet, primo omnium vinctos ſibi præſentari juſſit: Quos cum aſpexiſſet, & quæ facta fuerant audiſſet ordine, maximas Chriſtianis gratias egit pro magnificè rebus geſtis & acerrimis hoſtibus rei publicæ fortiter expugnatis, qui regnum Babylonium jam longo tempore populationibus infeſtâſſent, & magnas plerumque contra ſe inſtructas acies pugna commiſsâ obtriviſſent, traditos eos cuſtodibus Regi Babyloniorum vivos ſervari præcepit; ipſe pecuniâ quanta convenerat, à Chriſtianis acceptâ, ſecum eos Ramilo perduxit. Deinde addito eis expeditorum juvenum præſidio, ne quâ denuo latronum iocurſione periclitarentur, usque Hieroſolymam eos perduci juſſit; nihil deinde diſcriminis in eundo, nihil in redeundo perpeſſi, Lyciam pervenerunt, gratias Deo referentes, quod emenſis tot rerum aſperitatibus vivos & incolumes in portum adduxiſſet. Ex hoc per Chriſtianorum fines reditum facientibus omnia cedebant ex ſententia. Ubi verò perventum eſt in Ungariam, Guntharius Babenbergenſis Epiſcopus, heu! iṁaturâ morte præventus, proſperæ ac lætæ reverſionis lugubrem omnibus exitum fecit. Deceſſit autem x. kal. Auguſti ætate ſatis integra, vir præter morum gratiam & animæ divitias, corporis quoque bonis ornatus apprimè. Natus erat ex primis Palatii, privatis poſſeſſionibus præter Epiſcopatum affluentiſſimus, linguâ promptus & Conſilio, litteris Eruditus, tam divinis quam humanis, tum ſtaturâ & formæ Elegantiâ ac totius corporis integritate, ita cæteris eminens murtalibus, ut in illo Hieroſolymitano itinere ex urbibus & agris, ejus ſpectandi ſtudio confluerent. Unde cum illis in diverſorio plerumque turba petulans propter ipſum moleſtior eſſet, compulſus eſt aliquoties à cæteris Epiſcopis, ut in publicum procederet & obſidentem fores multitudinem ſui ſpectando à cæterorum vexatione avocaret. Ipſe verò nihil hujus felicitatis ſplendore factus inſolens, ita propter Deum hominum gloriam contemnebat, ut infimæ quoque conditionis hominibus popularem ſeſe præberet, & à ſervis ſuis plerumque maximas verborum contumelias inultus acciperet. Celebri Itaque pompa funeris io patriam reportatus & magnis, omnium qui eum noverant, planctibus exceptus, in Babenbergenſi Eccleſiâ, ubi à puero adoleverat, ſepultus eſt. Succeſſit ei io Epiſcopatu, ſed ſimoniacè Herimannus vicedominus Moguntinus, qui in eâdem Hieroſolymitanâ peregrinatione conſtitutus, dum eum invaleſcente ægritudine videret ad exitum urgeri, legationem præmiſit ad neceſſarios ſuos, quibus domi diſcedens ſuæ rei familiaris diſpenſationem delegaverat petens ut ſibi ad Epiſcopatum, quaquâ ratione poſſent, aditum pararent; quod & ſedulò fecerunt in coemptionem ejus argenti & auri inæſtimabili pondere profuſo, eo tempore & Eilbertus Pataviensis Epiſcopus obiit, cui Altman Sacellanus imperatricis ſucceſſit, qui dum ipſo tempore cum cæteris principibus Hieroſolymam abiviſſet, per ioterventum Imperatricis abſens deſignatus eſt Epiſcopus. Sed ut finem hujus Hiſtoriæ faciamus, de tanto peregrinantium cætu, tot occiſi aut vulnerati occubueruot, ut de ſeptem & eo amplius milibus, vix duo milia redierint; io quâ felicitate & Epiſcopus Otho fuit, qui ſanus & valens ipſe quoq; cum aliis revertit, multisque præfuit annis. Sub quibus ſeptem fratres Scotigenæ Ratisponam dicuotur veniſſe, quorum hæc ſunt nomina: Marianus, Machantious, Mur- Lazius Aventin. L.V.
chertachus, Clemens, Gervaſius, Iſaac & Donatus. Huſpitio aotem ſuſcepti ſunt apud *Superius ac* (a) inſerius Monaſterium; (a)
ubi hodie Pſalterium & alii Bibliorum aliqui libri extant, quos Marianus amanuenſis, ut ajunt, Elegans, ſuâ ipſius exaravit manu; ex quibus tempus eorum adventus & incolatus habetur, oam gloſſam Pſalterii ſic auſpicatus eſt: „ Anno Domi-
„ nicæ Incarnationis MLXXIIII. regnan-
„ te quarto Henrico juvene Imperatore,
„ Mathylda Abbatiſſa S. Mariæ & S. Erhar-
„ di Abbatiam regente, decemnovenna-
„ lis Cycli undecimo anno, indictione
„ undecima (b) Marianus Scotus ſeptimo (b)
„ peregrinationis ſuæ anno collegit modi-
„ cas iſtas undas, de Profundo Sanctorum
„ Patrum pelago &c.„ His autem monachis poſtea tradita eſt Eccleſia S. Petri in *Wicben*, ubi Bezelinus (c) civis (c)
Ratisponenſis illis habitationes in Monaſteril modum extruxit, ejus Donatioois Inſtrumentum hodiè penes ipſos extat tale:

„ In nomine ſanctæ & individuæ Tri-
„ nitatis. Henricus divinâ favente Cle-
„ mentia tertius Romanorum Imperator
„ Auguſtus. Omnibus Chriſti fidelibus,
„ tam fururis quam præſentibus notifica-
„ mus ac manenti Memoriæ committi-
„ mus, qualiter tempore Othonis Ratis-
„ ponenſis civitatis Epiſcopi, quidam Sco-
„ tigenæ, pro cruciando corpore, ſal-
„ vandáque anima patrua ſua exulaverant,
„ ac diu orationum loca viſitantes, Ra-
„ tisponam tandem venerant, qui dum li-
„ centiâ prædicti Epiſcopi, aſſenſúque
„ Dominæ Abbatiſſæ Willæ, quæ tuni
„ apud Sanctam Mariam in Monaſteriu
„ ſuperiori præerat, Eccleſiam in Wihen
„ ſancti Petri vulgò dictam ad idem ſupe-
„ rius monaſterium attitulatam, miniſte-
„ rio orationis providendam ſuſciperent,
„ mox

(a) Subducta, ſupra interlinearia ſunt.
(b) erat correctum XII.
(c) Weichs. *Add. Auct.*

„ mox officinas Clauſtri, adjutorio bonorum ædificant, monachicámque vitam inibi celebrant & ab Eleemoſynis fidelium tantum ibi victitant; tandem pro Dei Miſericordiâ conceſſum eſt eis aliquantulum juſtitiæ & utilitatis ad eandem Eccleſiam pertinentis. Deinde ad me Henricum Dei gratiâ tertium Romanorum Imperatorem veniunt & Mundiburdium defenſionis noſtræ expetunt, ego verò petitionibus eorum facile acquiſcens in Mundiburdium defenſionis eos ſuſcepi, & talem libertatem à prædicto Epiſcopo Ottone & ab Abbatiſſa Hazega, quæ tum locum S. Mariæ in ſuperiori monaſterio regebat eis acquiſivi, ut nulla perſona major vel minor in eos aut in bona eorum qualiacunque dominationem habeat, præter me & ſucceſſores meos Reges vel Imperatores, ſed ſecuri maneant absque omni ejectione vel perturbatione, orantes pro ſe & pro ſalute totius Eccleſiæ. Locus tamen ſubjectus ſit ſuperiori Monaſterio, cui adtitulatus eſt, ad defenſionem potius quam ad deſtructionem. Si quis autem huic teſtimonio libertatis contradixerit, ſeu eos monachos peregrinos in aliquo moleſtaverit, CCC. libras Fiſco noſtro perſolvere conſtituo, & ut hæc auctoritas libertatis firma permaneat, hanc chartam inde conſcribi & ſigilli mei impreſſione juſſi inſigniri.

„ Data eſt kal. Februarii anno Dominicæ Incarnationis MLXXXVIII. Iodictione XII. anno verò ordinationis domini Henrici XXXVI. Imperii quidem anno Quinto. Actum Ratiſponæ in Dei nomine feliciter. Amen.

„ Herimannus Cancellarius recognovi. Hujus rei teſtes ſunt Adalbertus Moguntinenſis, Adelgottus Meidenburgenſis Archiepiſcopi, Epiſcopi verò Otto Babenbergenſis, Udalricus Conſtantienſis, Comites quoque Hermannus de Saxonia, Gotfridus de Caloen, Hermannus Marchio, Otto Epiſcopus Ratiſponenſis civitatis, Otto Præfectus ejusdem civitatis, Heinricus Frater ejus, & alii quidam ex civibus ejusdem civitatis, videlicet Matho, Udalricus, Luitwinus, Adalharius, Adalhardus & frater ejus, Auegaſti Hezelinus & filius ejus Ruopertus, Waldewinus, Ekehardus, Wizelinus, Engelbertus, Diethmarus, Engelſcalcus, Otto Comes, Albertus Comes & cætera.

Nota, in originali viſo hi teſtes poſt omnia aſcripti ſunt, alia manu & alio atramento, & ratio temporum convenit teſtes non ſub Henrico tertio ſed quarto fuiſſe; proinde videntur ex Diplomate Henrici IIII. in capite ſequenti producendo, in hoc diplomate etiam tranſcripti.

Hic Otto Ratiſponenſis Epiſcopus in iſto ſchismate Henrico Imperatori contra Gregorium VII. adhæſit, & excommunicationem papalem cum aliis Epiſcopis complicibus perſenſit.

De GEBHARDO IIII. *Ratiſpon. Epiſcopo XVIII.*
CAPUT XX.

GEbhardus ejus nominis quartus de Gozfeshaim frater Gotfridi de Gozeshaim, ut ex libro Traditionum apparet, adhuc adoleſcens in locum Ottonis defuncti conſtituitur Epiſcopus anno à Chriſto Nato Milleſimo undenonageſimo, ut Abbas Urſpergenſis annotavit, Henrico Seniore, inter Reges quarto & inter Imperatores tertio adhuc regnante, hunc aliqui in Cathalogo non ponunt quod ante conſecrationem morte non ſuâ defunctus ſit. Præfuit quidem Epiſcopatui ſeptem annis, ſed tamen ante conſecrationem adeptam apud Pechelaren biothanata morte cecidit. Quâ verò causâ ſit occiſus neſcitur; videri poteſt ob factiones mutuas, quæ tum inter Romanum Pontificem & Henricum Seniorem, & deinde inter Henricos duos Patrem & filium de regno contendentes, erant, tam nequiter factum eſſe, ut non ſolum conſecratio differretur, ſed & vita illi Epiſcopo præriperetur, ob quod tamen extra album rejici non debebat. Sed ita permittunt ſibi cenſuram homines præpoſterâ ave geniti, ut in ordinem redigant, quosquos velint, & Chronicam rationem claudicare faciant, id quod Italis Scriptoribus in Papis & Imperatoribus peculiare eſt, ut non niſi quem ipſi volunt, eximant numero; quin potius ita agant, ut quicunque ritè fuerint Electi in Cathalogum referantur, & quid cauſæ fuerit quod Electus inaugurationem ſolemnem non ſit conſecutus, ediſſerant, ut annorum ratio in proceſſu ſuo ſibi conſtet, quod ſi hic factum eſſet, magnum Chasma CatalogusEpiſcoporumRatiſponenſium non accepiſſet. Nam hic decem ferè deſunt anni, usque ad Harwicum Epiſcopum ejus nominis primum, quod nullus ante me vidit, quicunque de Epiſcopis noſtris ſcripſerunt.

Veriſimile tamen non eſt Epiſcopatum tam diu paſtore legitimo caruiſſe, ſed quia aliquot Epiſcopos pro ſua voluntate nobis è Catalogo ſurripuerunt, cum illis & anni eorum ſublati ſunt, quos voluerunt recuperare cum Othoni jam ſex & triginta jam verò quadraginta ſine authore & ratione dederint, ego qui ſedulo magnâque Diligentiâ de Epiſcopis ſcribo, multo labore, quod verum eſt, eruere connifus ſum; hinc ſequentem Epiſcopum Ulricum, ab omnibus Cathalogographis vel ignoratum, vel ob conſecrationem non adeptum, præteritum hic ex Hiſtoriis aſcribam.

De ULRICO *Epiſcopo XIX.*
CAPUT XXI.

ULricus Ratiſponenſibus Epiſcopus factus eſt poſt Gebhardum IIII. miſerabiliter interemptum, eumque in Epiſcopum eve-

xit Henricus Senior anno Dómini MCV. in diſſenſione quam filius erga patrem exercuit. Nam cum Henricus Junior caſtro Norico (Noriburga eſt) obſeſſo & poſt duos menſes expugnato, Ratisponam Norici Ducatûs Metropolim, exercitu ſoluto, ſe contuliſſet, pater eum è veſtigio ſubſecutus, artibus & auxilio Ratisponenſius filium urbe ſugavit, quâ reſidens Præſulem eidem urbi quemdam Adoleſcentulum Ulricum nomine præfecit & conſtituit, ut tam Otho Fruxinenſis, quam Urſpergenſis Abbas ſcriptum reliquerunt.

At cum paulò poſt Henricus Junior factus eſſet ſuperior civitatem Ratisponenſem ob dati prius fœderis defectum, auſteriori nimirum pacto, ſibi confirmat, Hartwigum virum utique probatum, Catholicum atque nobilem Ulrico abdicato ibidem intronizat. Ita non diu videtur Ulricus in Epiſcopatu ſediſſe, tametſi veriſimile ſit, ipſum occiſo Gebhardo ſtatim ſurrogatum, ſed deſignatum, aliquot annis ad poſſeſſionem realem pervenire in tantâ omnium diſcordia potuiſſe minimè ſicut & aliis Epiſcopis in hoc ſchiſmate contigit. Siquidem Henricum Magdeburgenſis Eccleſiæ dudum deſignatum Archiepiſcopum, ſed ah Henrici Senioris fidelibus ſemper repulſum, Henricus Filius vix tandem conſecrari fecit, & cum eâdem operâ Ruotharuum Moguntinum Archipræſulem jam dudum expulſum, reſtituere vellet, Henricus Pater armatâ manu reſtitit. Quare Junior Henricus Wirciburgam veniens, Erlungum quemdam, quem dudum Finehardo defuncto Præſule Imperator Henricus Senior deſignaverat, expellens, Rupertum ejusdem Eccleſiæ præpoſitum & tam prius quam tunc à clero & populo electum, per prædictum Archiepiſcopum Ruthardum inthronizavit quidem, ſed diſcedente Filio, mox pater ſubſecutus Erlungum Wirceburgenſem, fugato Ruperto, reſtituit, quamquam prædictus Erlungus qui Præſulis ibi nomen uſurpaverat, paulo mox fugiente patre Henrico, concepta ſpe ſtuſtratus, Ruperto cedere coactus, Henrico Regi deditur, & ex hoc inter ſuos ſacellanos æquè fidelis æſtimatur. Quibus etiam diebus Venerabilis Ruothardus Archiepiſcopus poſt annos octo, quibus erat ejectus, ſuæ Cathedræ Moguntinæ demum reſtituitur. In hâc ergò rerum Turbuleotia & Ulricum deſignatum ſed tarde admiſſum & mox repulſum illotum exemplo, non omnino diſſimile verò eſt. Utcunque tamen factum fuerit, vacationis Cathedralis annos illi ſine ullo damno hiſtoriæ poſſumus aſſignare, ne cum aliis errabundi fluctuemus.

Sub hoc & Sigehardus Comes de Scala & Burchauſen à familiâ Principum, Ratisponæ occiſus eſt. Sed eâ Hiſtoriâ tacitâ ad Hartwicum Ulrici ſucceſſorem ſtilum vertamus; illo uoo adjecto quod tradit Otto Fruxinenſis Epiſcopus, ab Eccleſiâ curiæ Imperiali permiſſum eo tempore quo ſub Henrico V. de inveſtiturâ Epiſcopum deciſa fuit inter regnum & Sacerdotium Controverſia electum ullum Epiſcopum ante conſecrandum quam ab ipſius Principis manu regalia per ſcriptum ſuſcipiat, ut veriſimile videatur ob diſſenſionem Imperatorum & Gebhardum & Ulricum conſecrationem adipiſci non potuiſſe. Nam inveſtitura Epiſcoporum tunc in manibus erat Imperatorum.

De HARTWICO *Epiſcopo XX.*

CAPUT XXII.

HArtwicus ejos nominis Primus, vir utiq; probatus Catholicus atque Nobilis, Epiſcopus factus eſt ab Rege Henrico, inque locum abdicati Ulrici, quem Senior Ludovicus Imperator inſtituerat, ſuffectus anno Domini MCV. ſecundum Urſpergenſem Chronographum qui eo tempore vixit & hoc adnotavit. Fuit hic Angeloperti Ducis Carinthiæ filius, fratres habens Ulricum Carinthiorum Ducem, Angelopertum Marchionem Craiburgenſem & Rapotum Comitem Artenpergenſem; Henricum nominat Lazius in Migrat. 212. & 368.

Hic Hartwicus anno ſui Præſulatûs ptimo Monaſterium Prulenſe ab Gebhardo primo ejus nominis Epiſcopo Ratisponenſi nuper cœptum, ut ſcripſimus ſupra, ſed negligentia prælatorum jam ruinoſum factum, iterum reſtauravit & ſub Abbate ejus loci ſeptimo Ruothardo nomine dedicavit.

Eadem tempeſtate Heinricus & Filius ejus Erneſtus à Kirchperg Comites, arcem ſuam Mallersdorf prope Lavatum am- Aventin.
nem ſitam in Templum commutavit. Hart- Lib. VI.
wicus Epiſcopus Ratisponenſis dedicavit fol. 614.
& Benedictinis fratribus ſimul Burchardo Abbate tradidit.


Sub hoc etiam Epiſcopo anno Domini MCVIII. monaſterium Ordinis S. Benedicti Prunveningen appellatum propè Ratisponam cœpit. S. Ottone Babenbergenſi Epiſcopo & Pomeranorum Apoſtolo Fundatore & Conſtructore, ob viſionem quam ibi cœlitus, ſicut olim Jacob Scalas Angelos ſurſum deorſúmque ſetentes, viderat anno priore. Cum verò locus ille Prunfeningen Monaſterii ad Canonicos veteris capellæ pertinet Otto alterius prædii commutatione locum eundem obtiouit, ubi Venerabilis Vir Herminoldus ex Hirſaugienſi Monaſterio aſcitus primus Abbas eſt inſtitutus. Nec multo poſt cum arctior locus ad S. Petrum in Wihen (Weigs) monachos Scotos confluentes, non caperet, ædificatum eſt extra (ſed jam intra) civitatem Ratisponenſem (d), Monaſterium Scotorum quod in honore S. Jacobi conſecravit, Epiſcopus Hartwicus anno Dom.

(d) In agro quodam plano & lato Domini Alberti Nobilis Viri de Miderſil de Montanis partibus qui reſidebat in propriis poſſeſſionibus apud Phrandanhuſen. Aventin. L. VI. fol. 614.

(e) Dom. circiter MCXX. (e) ſub dominio ejus loci primo Abbate, ut hoc ipſum Di-
(f) ploma manifeſtat. (f)

„ In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Henricus divinâ ſavente Clementiâ quartus Romanorum Imperator Auguſtus. Noverit omnium ſanctæ Dei Ecclesiæ fidelium, noſtrorúmque univerſitas præſentium ſimul ac futurorum, quod pro remedio animæ patris noſtri Henrici III. Imperatoris rogatu Scotigenarum nec non ob interventum Principum noſtrorum Alberti Maguntienſis, Adelboldi Magdaburgenſis Archiepiſcoporum & Epiſcoporum videlicet Ottonis Babenbergenſis, Udalrici Conſtantienſis, Comitum quoque Herimanni de Saxonia, Gotfridi de Caloen, Herimanni Marchionis & aliorum noſtrorum fidelium in noſtrum Mundiburdium ſuſcepimus Eccleſiam Ratisponæ quæ jacet ante portam occidentalem quæ Roſelint, alias Ruſelin porta dicitur, quam Otto Ritenburgenſis urbis Præfectus Ratisponæ, & alii quidam ex civibus ejusdem prænominatæ civitatis, videlicet Matho, Udalricus, Ludvinus, Adelhardus & frater ejus Anebaſt, Otto, Henricus, Heſelinus & Filius ſuus Ruobertus, Balduuinus, Eggehardus, Ludwinus, Wizelinus, Lubelbertus, Dietmarus, Engilſcalcus emerunt ab Huno & Filiis ejus Udelrico & Adelwino, & prædio illo quod Monespach nominatur dotavimus, aſſenſu quoque Hartwigii Venerabilis Ratisponenſis Epiſcopi, Friderici Advocati, Ottonis Comitis, Alberti Comitis, Henrici Advocati, Mathonis & aliorum prælarorum ejusdem loci donantes ea ſanctæ Mariæ Matri Domini & ſanctis Apoſtolis Dei Petro & Jacobo, ſicut mos eſt ſanctis tradi, ſine omni contradictione, quatenus in illorum honore Deo ad ſerviendum Eccleſiam ibidem conſtruerent; quod & ita factum eſſe ab omnibus cernitur, eo ſiquidem tenore ut eadem Eccleſia in perpetuum libera permaneat, nec ab aliquâ perſonâ magnâ vel parvâ ibidem Deo famulantes graventur, nec quicquam ſervitii niſi ſoli Deo & ſanctis ejus alicui inde ſolvere cogantur. Si quis autem hanc libertatem infringere tentaverit, XII. libras auri compoſiturus Banno noſtro ſubjacebit, medietatem cameræ noſtræ & medietatem ſupradictæ Eccleſiæ. Quod ut verius credatur & ab omnibus obſervetur Impreſ-
(g) ſione noſtri ſigilli juſſimus inſigniri. (g)

„ Signum
„ Domini
„ Henrici
„ Quarti



Romanorum Imperatoris invictiſſimi.

„ Arnoldus vice Adelberti Archiepiſcopi & Archicancellarii recognovi.

„ Data VII. kal. April. Indictione IIII. anno Dominicæ Incarnationis MCXI. anno ordinationis, Domini Henrici Regis Romanorum XI. Regni autem ejus VI. Imperii vero primo. Actum eſt Goslariæ in Chriſto feliciter Amen.

Cùm verò his atque aliis agendis Hartwicus annum unum ferè & viginti præfuiſſet, V. Nonas Martii, anno MCXXVI. mortuus eſt atque ſepultus apud S. Emmeramum cum ſuis anteceſſoribus; quod quidam negant.

Venit autem is Hartwicus in contentionem cum Ottone Epiſcopo Babenbergenſi ſuper decimationibus quibusdam, quomodo verò lis eadem ſit ſopita extant litteræ in libro traditionum, & in ſchedis. (h) (h)

De CHUNONE *Epiſcopo XXI.*

CAPUT XXIII.

CHuno nominis ejus primus (quem Aventinus L. VI. & Chunradum vocat) Eccleſiæ Ratisponenſi poſtulatur Epiſcopus anno Domini MCXXVI. adhuc imperante juniore Henrico V. hic Cuno fuerat Abbas Sigebergenſis ad quem Rupertus Abbas Tuitienſis libros de Victoriâ verbi Dei ſcripſit.

Sub hujus Cunonis temporibus Gerwicus, homo militaris ac ſtrenuus de familiâ Bolmunrſtain Monaſterium illud prædives Waldſaſſen Ciſtercienſis Ordinis apud Nariſcos fundavit, locum, bona prædiaque monaſterio prædicto impetrans precario, à Domino ſuo Principe Illuſtriſſimo Dietpoldo Marchione Voburgenſi, ejus nominis quarto, qui jam ante Monaſteria duo Reichenbachenſe & Monacho-monaſterium inſtituerat.

Sub hujus Waldſaſſenſis Monaſterii à Chunone Epiſcopo conſecrati ditione ſitum eſt opidum Thyrſtrutum, ſic à Thyrſi Colono primoque Stolone, ut ſic dicam, vocatum, qui Ruto ruſtico radicitus vepretum rutavit & loco habitabili facto nomen dedit.

(e) Al. MCXVI.
(f) nota hoc diploma ſcriptum ſecundum computationem Italorum qui Henricum I. eximunt Imperatorum numero. Ita revera hoc diploma Henricus V. dedit ut ex numero datæ apparet. *Add. Auct.*
(g) lege ſupra Cap XIX.
(h) Schedarum ſuarum ſæpius meminit Hochbardus, cumque iisdem locis Gevvoldus, codicis hujus quondam Poſſeſſor, vocem *Comple* manu ſuâ adſcripſerit, credibile eſt, eas quoque in poteſtate Gevvoldi fuiſſe, & unà cum reliquis ſcriptis ejus majori ex parte poſtea diſtractas.

Id oppidum mihi LAURENTIO HOCHWARTO patria eſt chariſſima, edito illic ex honeſtis parentibus *Nicolao Hochwarto* viro Senatorio & *Walpurga*, illius conjuge legitima, qui inter quatuordecim liberos,
(i) me tandem tordum (i) progenuerunt, adhuc multis liberis gignendis per ætatem non inidonei, niſi peſtilens contagio rapuiſſet utrumque intra bimeſtre tempus, immaturo ſane fato. Hoc de patria mea volui obiter dicere.

Cæterum Chuno poſtquam annos quatuor (alii quinque) Epiſcopatum tenuiſſet, & Eccleſiam Collegiatam S. Joannis Ratisponæ fundâſſet, ut aliqui ſcribunt, exceſſit è vivis, ſepultus in Eccleſiâ S. Emmerami. Quidam illi dat annos Præſulatûs ſex, quod quomodo poſſit fieri, non video, ſi modo diſceſſerit anno Domini MCXXX. (alii MCXXXV.) quod in vetuſtis libris conſtanter lego.

Henricus Superbus Dux Bojorum, Prætorem qui præſidendo juridicundo intentus vice ſua fungeretur, Reginoburgio imponit. Fridericus autem Comes à Pogen ædis Ratisponenſis Advocatus, conſobrinus illius, conjunctis ſibi quibusdam proceribus Bojorum, Prætorem Ducis Reginoburgenſibus datum, interficit. Dolebat honorem & commodum ſuum in urbe diminutum iri, Henricique augeſcere. Mortuo itaque Cunrado, ſive Chunone Ratisponenſi Epiſcopo, cives, ſacerdotes authote Friderico iſto advocato, non expectato adventu Ducis citra ejus conſenſum Henricum Comitem à Wolffraceshauſen Epiſcopum deſignant. Hæc Aventinus Libro VI. fol. 620.

De HENRICO I. *Ratisponenſi Epiſcopo XXII.*

CAPUT XXIIII.

HEnricus ejus nominis *Primus*, ſive Auguſtenſis ſive Babenbergenſis Eccleſiæ (nam utrumque legitur) Diaconus canonicus Chunoni ſucceſſit anno Dom. MCXXX. Lothario II. jam imperante & Innocentio II. cathedram Petri obtinente.

Fuit ſub hoc Epiſcopo tota Bajoaria turbulentiſſima. Nam propter conſanguineos ſuos in bellum graviſſimum etiam Epiſcopatum involvit, & in Henrici Bajoariæ Ducis Noni, qui gener Lotharii Imperatoris ob magnanimitatem & ſtrenuitatem SUPERBI cognomentum tulit, odium venit. Omnia de illo nunc diligentius excutiam.

Fuit hic Henricus Epiſcopus, filius Ottonis (ut ego puto Primi) generoſi Comitis de Wolfrateshuſen, fratrem habens ejusdem nominis Paterni. Scribunt aliqui Rhapſodi hunc Ottonem habuiſſe filias duas, unam nomine Richinzam Lotharii ſecundi Imperatoris conjugem, alteram Mariam nomine δέσποιναν Græciæ factam. Sed non videtur veriſimile Wolfrateshuſenſes tanta perpeſſos eſſe, ſi Cæſarem generum habuiſſent, & Ducem Henricum ſuperbum affinem. *Franciſcus Irenicus* manifeſtè diſſentit, aſſerens Richinzam patre Henrico, & avo Othone Comitibus de Northen prognatam. Sed iis ommiſſis majora dicamus: Fridericus, Barbaroſſa poſtea cognominatus, cum ex ephebis exceſtiſſet militiæ cingulo ſumpto Comitem Nobilem Henricum (cujus Epiſcopus noſter, ut credo, Patruus erat) de Wolfrateshuſen hoſtem denuntians, Bajoariam cum magnam militum copia ingreditur. Norici, & maximè Comites & Nobiles, velut tyrocinium celebraturi, quod tunc Nundinas vocare ſolebant, in prædicti Comitis caſtro ſe recipiunt, ideò ſtrenuiſſimus ſuperveniens adoleſcens, Noricos ante murum ſtantes & armatos ipſum expectantes, non ceu jocando, ſed ceu rem ſeriam agendo viriliter invaſit, & cum diu bellum anceps eſſet, demùm ut hoſtes ſe in arcem reciperent, coëgit. Verſis autem in fugam Noricis, ac ex anguſtia portarum coartatis, Comes quidam Conradus de Dachouve, poſtea factus Croatiæ Dux & Dalmatiæ, qui remanſerat incautè foris, ab hoſtibus capitur; ſicque adoleſcens Fridericus præfatum ducens Comitem ad propria cum victoria de Wolfrateshuſen capta revertitur. Cúmque à multis Friderico ſuaderetur, ut ingentem pecuniarum vim à captivo extorqueret, ipſe ex innata indole pravorum conſilia rejiciens, ipſum liberaliter liberum redire permiſit, manſit autem inter illos ſimultas aſſiduò gliſcens.

Aventinus Lib. VI. fol. 616.

Cæterùm Henricus Superbus Saxoniæ & Bajoariæ Dux, Eccleſiæ Ratisponenſis Advocatus * bellum habebat etiam in Bavaria contra quondam Nobilem Fridericum de Pogen & Windenberg Advocatum Eccleſiæ Ratisponenſis; cujus arcem robuſtiſſimam Falckenſtain obſidione cinxit, & poſt longam obſidionem etiam cœpit. Sequenti æſtate Henricus Dux cum exercitu copioſo fines Friderici Ducis Monoculi, viri Magnifici, Patris Friderici Barbaroſſæ ingreſſus à villa Tuogendorff **, quæ eſt in ripa Danubii, incipiens, & ultra Stouphen *** perveniens, omnia circumquaque in itu & reditu incendio & prædatione vaſtat. Poſt hæc rediens in Bavariam bella plurima peregit; inter alia videlicet contra Epiſcopum Ratisponenſem Henricum Primum unum de Nobiliſſimis Bavariæ, patruum Ottonis Comitis de Wolfrateshuſen, & contra ſupradictum Fridericum Advocatum Ratisponeoſem & dictum Ottonem de Wolfrateshauſen, hi quoque in auxilium ſuum habuerunt Luipoldum Marchionem Orientalem Auſtriæ, qui omnes congregato copioſo exercitu caſtra juxta Iſaram fluvium poſuerunt, ut attentarent Ducem de nnibus illis expellere. Cæterùm Dux acies ordinavit è contrariò, cúmque jamjam pugnam inire deberent, Otto Palatinus de Witilinſpach conſiderans periculum utriusque partis, mediatorem ſe ſe interpoſuit, & partim minis, partim promiſſionibus ſæpedictum advocatum Ftidericum conſobrinum ſuum, & Ottonem

* *Thuemkvogt.*

** Lenzianus *Teckendorff.*

*** *Thenavstauff.*

(i) *Ita geminus Codex autographus & Lenzianus.*

tonem Comitem generum ſuum, ad hoc induxit; ut in poteſtatem Ducis ſe traderent & arcem Wolfrateshuſen, quam Ducis milites obſederant dudum. Dux itaque ipſum Ottonem Comitem cuſtodiæ militum datum abduxit, & caſtrum cum ædificiis incendit. Hic Otto Comes de Wolfratehuſen poſtea cum Lothario & Duce Hentico in Italiam profectus apud Papiam vitâ privatus occubuit.

Poſtmodum quoque & Epiſcopus Ratisponenſis Henricus in gratiam Ducis rediit & Hohenburgenſem comitatum, quem habebat Epiſcopatus Ratisponenſis circa Oenum fluvium, ei conceſſit in beneficium, sicque factum eſt, ut bella quieſcerent in Bavaria pauliſper. Sed Epiſcopus Henricus domi nihil erat quietior. Nam eo tempore contra Innocenrium II. Electione Canonica ſublimatum quidam Petrus Leonis ſedem B. Petri nequiter occupârat, ita ut Innocentius exul ad Imperatorem in Germaniam profectus, ſeptennio permanſerit ibi, donec tandem à Lothario II. Cæſare ſuæ ſedi reſtitueretur.

Hanc occaſionem nacti Monachi S. Emmerami, cenſum conſuetum, de quo ſupta ſatis ſcripſimus, Pontifici Romano negaverunt, eo pacto ſe ſe ab obedientia Romani Pontificis ſubducturi, ſicut olim & Epiſcopi Ratisponenſis jugum per impetratam exemptionem excuſſerant.

Innocentius II. ſacris devotionibus illos onerat, cum verò à capite Jejunii usque in feſtum S. Jacobi pertinaces illi ſemeſtre tempus in excommunicatione perdurarent, velut incorrigibiles Romanus Pontiſex litteris ad Henricum Epiſcopum datis Monaſterium S. Emmerami Epiſcopo Ratisponenſi iterùm ſubdit, & in Jus B. Petri rurſus inſtituit. Unde Epiſcopus jure poſtliminio monaſterium prædictum ſibi vendicaturus, Abbatem Engelfridum deponit, depoſitum cum omnibus Monachis ſuis exigit, Monaſterium cum omnibus bonis ſuis in ſuam ditionem
(k) redigit, & ad votum ſuum adminiſtrat. (k) Contra nobilitares viros Eccleſiaſticam immunitatem acerrimè defendit, cujus exempla cum multa ſcribantur *in Libro Traditionum*, unum duntaxat hic ponam. (l)
(l) Interim Lothatio demortuo Chuonradus III. in Imperium evehitur; Cui cum Henricus ille ſuperbus Dux, Saxoniæ, Brunswigen & Bajoatiæ rebellaret, eo proſcripto, ejúsque parvulo filio Henrico (Leone) neglecto, Ducatum Bavariæ Chuonradus dedit Luipoldo ſuo ex matre Agnete fratri, Marchioni Auſtriæ, Sancti Luitpoldi filio, qui mox omnibus penè Baronibus amore ſeu terrore ad ſe confluentibus, ptimo Ratisponam, cujus Ducatûs tunc Metropolim ac ſedem, ditioni ſuæ ſubdit, ubi jura civilia (anno Domini MCXXXIX. & MCXLII.) diſponens ex Ottonis Palatini Comitis de Witelſpach importunitate ſeditio cooritur. Dux cum ſuis populo circumquaque concurrente corripuit arma (XVIII. cal. Majas, quæ fuit feria ſexta Paſchæ in die SS. Tiburtii & Valeriani) ſuccensisque vicis aliquot urbis, civibus tam atmorum quam incendii metu diſcurrentibus & etiam agros excurrentibus, periculum evadens, urbem penè totam conflagrantem exceſſit; quam ſtatim obſeſſam pecuniæ pactione in deditionem recepit. Ubi deinceps infirmatus & mortuus fratrem ſuum Henricum (Auſtriacum) ſucceſſotem reliquit, qui, ut Ducatum Bajoariæ felicius obtineret à Conrado Cæſare Gertrudem Lotharii Imperatoris filiam, Henrici ſuperbi Ducis ejecti, & jam mortui, uxorem viduam & Henrici (Leonis) pueri, ad quem Ducatus ex hæreditate ſpectabat, totámque Bavariam bellis replevit. In quibus & contra Henricum Epiſcopum Ratisponenſem ob prædia quædam reluctantem, civésque ſuos, & Odoacrum Styrenſem Marchionem graviſſimum bellum agitavit, adeò ut accerſitis Boëmis Epiſcopatum Ratisponenſem Thonaſtauſ occupato vehementer anno Domini MCXLVII. devaſtârit; Verùm cum Chuonradus Rex communem expeditionem in transmarinas partes inſtituiſſet, Dei nutu ſubito hominum animi commutati ſunt, ut non ſolùm ex Romano Imperio, ſed & ex occidentali Francia, Anglia, Pannonia, breviter undecunque, omnibus ad ſummendam in hoſtes Chriſti crucem concurrentibus repentè ſic totus occidens ſiluit, ut non ſolùm bella movere, ſed & arma quemquam in publico ferre, nefas haberetur.

Fuit in eadem expeditione Hieroſolymitana cum multis aliis Epiſcopis & Ducibus etiam Henricus ille noſter Epiſcopus, ſed fruſtra; nam totus ille exercitus, exceptis Principibus & paucis aliis cautioribus, vel inediâ, vel aëris intemperie, vel ciborum inſolentia vel Sarracenorum invaſione, infecto negotio Interierunt, quod ſaſtum regalem ſuorum attritionibus minimè concoquere potuerint expeditionis Principes. Eam Hiſtoriam quia in alio libro affatim deſcripſi, nolo hic fruſtra repetere. Unum hoc afferam, quod in comitatu Regis tunc fuerit vir clariſſimus Fridericus Comes de Pogen, Ratisponenſis Eccleſiæ (de quo ſupra ſcriptum eſt) advocatus; qui in itinere mortuus, ad ſanctam tandem deportatus eſt urbem; & in cæmiterio militum templi, non longè ab antiquo templo Domini ſepultus eſt.

Cæterùm ſub hoc Epiſcopo anno Domini MCXXXV. lapideus ſuper Danubium pons à Duce Henrico & civibus fieri cœpit, quod ob Id adnotavi, ut fabula vulgi rejiciatur, quæ pontem lapideum ceu ab Ethnicis conſtructum admiratur, ita ut etiam docti viri arbitrentur hunc pontem eſſe, quem Trajanus ſupta Danubium ante mille annos fabricârit. Sed Trajanus ille non in Bajoariam, ſed in Daciam eo ponte ſibi viam fecit.

Hunc autem annum MCXXXV. ferven-

(k) calicem quinque marcarum comminuit, privilegia combuſſit, teſtamenta plumbea in ſepulchrali foſsâ Berchtoldi Abbatis mirè reperta liquefecit. Aventin. Lib. V. fol. 620. 621.

(l) *Exemplum, quod afferre in medium voluit Hochvvartus, in neutro Codice noſtro comparet.*

tiſſimum fuiſſe, amnes exſiccatos eſſe &c.
aſcribe ex Aventino L. VI. fol. 623.

Trienniòque poſt, id eſt anno MCXXX-
VIII. agricultura illa Ripenſis intra Regeni
Danubiique confluentiam ædificiis reſtaurari
& ſterni cœpit, & Monaſterium S. Magni
quondam ad Ripas dictum (aliàs *Riparia, in*
(m) *Stetten*) ſuit extructum (m) per venerabi-
lem virum Dominum Gebhardum Ratispo-
nenſis Eccleſiæ Presbyterum Canonicum;
Ad cujus petitionem Rex Chuonradus de
Jeruſalem reverſus, cum apud Ratisponam
de obſidendo Chelhaym oppido curiam age-
ret, cum conſilio fratris ſui ex parte matris,
Henrici, S. Leopoldi filii, qui tunc Duca-
tum Bavariæ occupatum tenebat, ſubur-
bium illud Ratisponenſe Monaſterio S. Magni
largitus eſt. Hanc rem clarius dicam ex
Ottone Friſingenſi Epiſcopo: „ Chuonra-
„ dus, inquit, Bajoariam ingreſſus, apud
„ Ratisponam curiam habuit, poſt hæc
„ Ottone Comite Palatino (Wittelſpachio)
„ ob filiorum exceſſus proſcripto, vicinum
„ ejus caſtrum Chelheim dictum rapido
„ Danubii fluminis ambitu clauſum, obſi-
„ dione cingit, eúmque ad hoc, ut unum
„ filiorum ſuorum obſidem daret, coegit.
Hæc ille. Verùm donatio Gebhardi relata
in litteras ita continetur apud S. Magnum
Ratisponæ: Cognoſcat hoc generatio alte-
„ ra, quod anno milleſimo centeſimo tri-
„ ceſimo octavo incarnati Salvatoris, qui
„ eſt tertius inchoati pontis ſuper Danu-
„ bium, quo etiam Ripenſis agricultura mu-
(n) „ tari cœpit in ædificia, ego Gebhardus (n)
„ peccator ejusdem agri hæreditarius Poſ-
„ ſeſſor pro remedio animæ meæ, paren-
„ tum meorum, fratrum etiam & ſoro-
„ rum, tradidi per manum Salemanni mei
„ Rathonis Nobilis Viri, Obermundesdorff
„ prædium, quod dicitur Sitzenhoven cum
„ omnibus pertinentiis & juſticiis ſuis ſuper
„ altare Sanctæ Trinitatis, quod eſt in titu-
„ lo S. Magni Confeſſoris, teſtes per au-
„ rem tracti more Norico ſunt ingenui viri
„ Hartneit de Turin, Idalbero de Wolfe-
„ lingeshoven, Miniſteriales duo Chuno-
„ nes de Geyſelingen, Eberhardus de Win-
„ zera, Udalricus de Quintanis, Henricus
„ de Annolſtorff, Volemar de Raitenbuoch
„ & plures alii. Traditionis autem ante
„ paucos annos item à me factæ, ſuper idem
„ altare, ſub eadem intentione & com-
„ plectione, de Patrimonio meo, quod di-
„ citur Schneitwege piæ recordationis Ju-
(o) „ dith (o) matre mea tunc nimis ægro-
„ tante, & ut ante obitum ſuum fieret,
„ anxiè deſiderante; illius, inquam, tradi-
„ tionis ſuperſunt teſtes aurium tractibus
„ aſſignati, videlicet duo Leutwini, quo-
„ rum alter niger, alter Liſtmar agnomi-
„ natur, Bernolt Triſtan & Adelhart fra-
„ ter ejus Udalricus de Velden & frater
„ ejus Sighard, Leutwin filius Leſtmari,
„ & iterum. Ego Gebhardus Presbyter
„ indignus ſalvos eſſe volens honores Beati
„ Laurentii M. Sanctique Magni Confeſſo-
„ ris propter multas gratias, per eos exhi-
„ bitas Domini Salvatoris, & nihilominus
„ honorificare cupiens, beatum Andream
„ quem Coapoſtolus ejus Joannes etiam fra-
„ tri ſuo Petro præponit in Evangelio,
„ quémque ejus venerabiles Officiales Am-
„ broſius Baptiſmo, Gregorius affectavit
„ Monachiſmo, acceſſi in feſto ipſius ad
„ aram, in qua principantur ejus reliquiæ,
„ Deóque Deorum & Collegio Sanctorum
„ delegavi, quidquid proprietatis & utili-
„ tatis extra murum præſentis curtis habui,
„ vel ex juſtis incrementis habitum ire po-
„ tui, exceptis mancipiis. Tradidi, inquam,
„ per manum Salemanni mei Lutwini cir-
„ cumpoſitos agros & villam cum ſtatutis
„ & ſtatuendis cenſibus, ſex vineas in mon-
„ te, prata fluminibus proximis adjacen-
„ tia & eorumdem uſus fluminum usque ad
„ medium, & his adjeci Tuitenſe prædium,
„ quod ſitum eſt in pago, qui dicitur Or-
„ ganorum. Suſceperunt hanc traditio-
„ nem Sacerdotes loci cum munimine ban-
„ ni Apoſtolici ſecundum privilegium mi-
„ hi datum Papæ Innocentii, aſtantibus &
„ aliis non ſpernendis de Suevia & Saxonia
„ Clericis; ſed & auribus tracti teſtes fue-
„ runt iſti: Lutwin niger, Arnolt de Bu-
„ ſanebrunnen, Oudalrich de Achirchen,
„ Karolus & frater ejus Chuonrat, Timo
„ de Erpesſortt, Burchart miles Karoli,
„ Adalbrecht miles, Uodalrich de Acha,
„ Teginhart, Gozwin & filius Gozwin.

Cæterùm lego in conſcriptionibus apud
S. Magnum, hunc Gebhardum donatorem
fuiſſe Nobilem & Generoſum Virum, nimi-
rum Comitem de Ramingen. Sed quia in
privilegiis Hartwici II. Epiſcopi, titulus
nobilitatis illi non legitur adſcriptus, du-
bium Lectorem facere poteſt. (p) Ego verò (p)
ad rem redeo, eo quod per privilegia Hært-
wici Epiſcopi paulò poſt inſerenda, ſi quid
ſcrupuli reſtat, abundè ſatis eximetur in-
ferius.

Ad extremum Henricus bellis fractus ac
ſenio, actorum ſuorum juvenilium pœni-
tudine ductus, cucullâ ſumpta Monachum
egit apud S. Emmeramum, cui Monaſterio
& ſuum Abbatem denuò permiſit, cum jam
Fridericus Ænobarbus imperaret, apud quem
non ſegniter ante obitum idem Henricus
unà cum Abbate S. Emmerami Adelberto
jus Eccleſiæ Ratisponenſis de non infeodan-
dis fœmellis tutatus eſt; Cujus rei etiam-
num hodie extat Privilegium Abbati Adal-
berto deinceps petenti & redimenti datum
in hanc formam.

„ In

(m) „ Conradus, Henricus, Gebhardus, fratres Germani Comites de Raning & Ro-
„ tenburg reguli cum Matre Mathylda *Paring* & *Divum Magnum* ad con-
„ fluentes Danubii & Regeni in adverſa Reginoburgii ripa Auguſtinianis
„ Sacerdotibus dedicant. Avent. L. VI. fol. 622.

(n) Lazius de Migrat. fol. 395. totam genealogiam ponit. *Add. Auctoris.*

(o) Lazius nominat Mathildam, qui ex diplomate hoc corrigendus.

(p) Porro Henyng caſtri veſtigia ad Lauarum amnem cernuntur infra Abenſpergam.
Lazius. *Gewoldus ad h. l. Lazii notat malè cum Abenſpergam ad Lavarum*
(Laber) ponere.

„ In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Fridericus divinâ favente Clementiâ Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus. Decet omnes Chriſtianæ fidei amatores religionem diligere & loca venerabilia divino obſequio mancipata congruâ devotione fovere. Eccleſia S. Emmerami largiſſimis Prædeceſſorum noſtrorum privilegiis honorata hanc meruit in ſuis Poſſeſſionibus habere prærogativam, ut beneficia de manu Abbatis ipſius Eccleſiæ largienda, ratione ſucceſſionis nunquam in fœminarum tranſeant poteſtatem. Contigit autem quemdam beneficiatorum & Miniſterialium ejusdem Eccleſiæ Hartwicum de *Danne* noſtro tempore ſine maſculis hæredibus à vita diſcedere, & beneficium quod tenuerat in Abbatis arbitrio remanere. Quod videlicet beneficium defuncti illius filia Margaretha ſui juris eſſe exiſtimans contra memoratum Albertum Abbatem in noſtræ Serenitatis præſentia querimoniam ponit, & jam dictum beneficium ſui juris eſſe aſſeveravit. Quare & nos Henrico Ratisponenſi Epiſcopo & jam dicto Abbate, ante noſtram præſentiam evocatis, coram Principibus exactâ inquiſitione diſcuſſimus, quæ prædictarum partium allegatio rationi inniteretur; ubi tandem ex Principum ſententia Domino favente comperimus, quod Eccleſia Ponrificalis in Ratiſpona & Eccleſia Emmerami, quæ pariter uno & eodem conditionis jure fungi noſcuntur, hæredibus ſœminei ſexûs nunquam beneficium de jure concedere deberent. Quam videlicet ſententiam à vice-domino Udalrico promulgatam, conſentientibus omnibus, qui præſentes erant, Principibus, imperiali auctoritate duximus roborandam. In generali igitur Curia, in purificarione S. Mariæ Ulmæ celebranda, ſæpedictus Abbas ad illius ſententiæ confirmationem privilegium à noſtra Celſitudine impetravit. Notum ſit igitur tam futuris quam præſentibus Chriſti fidelibus, quod nos Eccleſiam S. Emmerami in noſtram protectionem ſuſcepimus, & ſæpedictam ſententiam ex conſenſu multorum Principum promulgatam præſentis ſcripti privilegio confirmavimus, ſtatuentes, ut nullus Regum aut Imperatorum, nec Archiepiſcopus, nec Epiſcopus, nec Abbas, nec Dux, nec Marchio, nec Comes, nec alia major minórve perſona ſententiam illam infringere aut violare præſumat, ſed maneat in perpetuum ei, cui collata eſt, Eccleſiæ omnimodis valitura. Et ut hæc omnia in perpetuum firma ac inconvulſa permaneant, præſentem paginam ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Teſtes, qui Ratisponæ in prolatione ſententiæ præſentes fuerunt, hi ſunt: Henricus Ratisponenſis Epiſcopus, Henricus Præfectus, Otto frater ejus, Otto junior Palatinus, Henricus Comes de Wolferadeshuſen, Erneſt Comes de Hohenburc, Fridericus frater ejus, Conradus Comes de Raninge, & alii quam plures. Qui verò Ulmæ, ubi factum eſt hoc privilegium, præſentes erant, ſunt iſti: Hermañus Conſtantienſis Epiſcopus, Cunradus Auguſtenſis Epiſcopus, Conradus Wormatienſis Epiſcopus, Albertus Tridentinus Epiſcopus, Albertus Elewangenſis Abbas, Welſo Dux Spoletæ, Berchdolfus Dux de Zeringen, Fridericus Dux Suevorum filius Regis Cunradi, Otto Palatinus Comes de Widelineſpach, Berchdolfus Marchio de Vohenburc, Henricus Burckgravius Ratisponenſis, Henricus Comes de Wolferadeshuſen, & alii quam plures. Datum Ulmæ Nonis Februarii Indict. v. anno Dominicæ incarnationis MCLVII. regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore glorioſiſſimo anno regni ejus V. Imperii verò II.

„ Signum „ Domini „ Friderici „ Romanorum Imperatoris „ Auguſti.



Ex Originali tranſſumptum.

„ Ego Reinaldus Cancellarius vice Arnoldi Maguntinæ ſedis Archiepiſcopi & Archicancellarii recognovi.

Mortuus antem eſt Henricus Epiſcopus anno Domini MCLV. poſtquam XXV. præfuiſſet annis, permutatione hujus ſententiæ jam factâ biennio priusquam Adalbertus Abbas deinceps *impetrâret* (q) hoc Privilegium, ſepultúsque apud S. Emmeramum cum ſuis prædeceſſoribus, qui omnes ferè ſepulti ſunt in eodem Monaſterio extra unum Gebhardum III. qui in Oringaw ſepultus eſt, & Gebbardum IIII. qui tumulatus eſt apud Pechalaren, ubi fuerat interemptus. Quod verò non extent illorum hodie ſepulchra omnia, cauſa eſt, quod Eccleſia eadem jugibus incendiis obnoxia, multorum ſepulchra ruinis complanavit. (q)

Lego alicubi quod tempore Henrici Epiſcopi Ratisponenſis Erneſtus Comes de Hohenburc in Norico cis Ænum, tradidit illud caſtrum de Hohenburc in manus Henrici Epiſcopi, & ejus Advocati Friderici Comitis de Bogen & Windberg, quod ſub hoc Henrico geſtum arbitror (r). (r)

Item & illud, quod anno Domini MCXLVII. obſeſſa fuit urbs Ratiſpona in die S. Potentianæ, ab cunctis Principibus Bavariæ, ſed re infecta diſceſſerunt inanes. (s) (s)

Sub hoc Epiſcopo Henrico, Conrado III. Imperatore xv. kal. Martii defuncto, anno Domi-

(q) *Auctor inter lineam repoſuit* redimeret.
(r) *In marg. manu Auctoris*: Comple è ſchedis Lit. D.
(s) *In marg. manu Auctoris*: De hoc Henrico Epiſcopo extat aliud Diploma: Comple è ſchedis Litt. E.

Domini MCLII. urbs Ratisponenſis iterum arſit, & vorax flamma conſumpſit etiam ſex Eccleſias, Sancti Petri Cathedralem, S. Joannis, inferioris Monaſterii, veteris capellæ, S. Pauli & ſuperioris Monaſterii, & quidquid his erat contiguum decimo octavo kalend. Maji, feriâ ſecundâ Ebdomadæ ſanctæ in die Tiburtii & Valeriani. Vid. Aventinum Lib. VI. ſol. 653.

Legi in quodam libro pervetuſto Ratisponam ſæpius arſiſſe, & hos annos præcipuè annotatos, nempe

Anno DCCCXCI. Urbs Ratisponenſis exceptis Sancti Emmerami Sanctique Caſſiani Eccleſiis, IIII. Idus Auguſti divinitus incendio tota conflagrat.

Anno DCCCCVIII. Concrematio Reginæ Civitatis.

Anno DCCCCLIIII. Maxima civitatis Ratisponenſis combuſtio facta, XVIII. kal. Auguſti.

Anno DCCCCLXIII. igne conſumitur Regina civitas.

Anno DCCCCLXIIII. Ratispona iterum incendio miſerè conſummitur.

Anno MII. Ratispona Vulcano conflagratur.

Anno MXX. Ratispona exuritur.

Anno MXLVI. Ratispona maximo igne quaſſatur.

Anno MLIX. XII. kal. Maji. Ratispona exuſta.

Anno MCXXX. Ratispona penè tota per ignem cooſumpta eſt, Feriâ ſextâ Paſchæ.

Anno MCLXVI. Monaſterium S. Eme-rami combuſtum eſt totaliter, & muri collapſi ſunt.

Anno MCLXXVI. igne perierunt Eccleſiæ Cathedralis S. Petri, S. Joannis, Inferioris Monaſterii, veteris capellæ, III. kal. Septembris, in die Sancti Felicis.

Anno MCCLXXIII. Eccleſia Cathedralis S. Petri iterum arſit, atque omnes campanæ liquefactæ fuerunt ab ardore ignis XV. kalend. Aprilis.

Anno MCCLXXXIIII. Eccleſia Sancti Pauli exuſta eſt XIII. kal. Octobris.

Gotfridus Archipresbyter & Canonicus S. Petri, dedit ſancto Petro ad oblationem fratrum vineam ſuam apud Ahedorf pro anima venerabilis Epiſcopi Henrici. Addidit quoque Hartwicus venerabilis Ratisponenſis Eccleſiæ Epiſcopus rogatu prædicti Gotefridi etiam pro anima venerabilis Epiſcopi Henrici, decimationem, quæ eſt in Parrochia Voheburgenſi, præſentibus Wernhero Præpoſito, Pernhardo Decano, Rudigero Cellerario, Dietmaro Parrochiano, Henrico Camerario, Udalrico Magiſtro cæteriſque ſratribus.

De

De Epiſcopis Ratisponenſibus, qui Prioribus ſuccedentes, nec Cathedram nec ſepulturam apud S. Emeramum habuerunt.

LAURENTII HOCHWARTI

Ratiſpon. Eccleſiæ Presbyteri Canonici

(t)

LIBER III. (t)

De HARTWICO *ejus nominis* Secundo *Epiſcopo XXIII.*

CAPUT I.

Lazius in migrat. pag. 368. Aventinus L. VI. fol. 639.

HArtwicus II. Eccleſiæ Salzburgenſis Canonicus, poſt Henricum I. Eccleſiæ Ratisponenſis factus eſt Epiſcopus año Dominicæ Incarnationis MCLV. Friderico I. cognomento Ænobarbo jam impetante.

Quæ ſub illo geſta ſint, dicere non poſſum omnia, quæ verò ad rem pertinent, & quibus rebus Epiſcopus Hartwicus interfuerit, ſileri non debent.

Fridericus Imperator, cum poſt Electionem ad Aquasgrani primum coronatus eſſet, compoſitis rebus in Saxonia Ratisponam tunc Norici Ducatûs Metropolim venit, ubi in feſtivitate Apoſtolorum Petri & Pauli in Monaſterio S. Emerami denuò coronatur, nam major Eccleſia cum vicis aliquot A. MCLII. conflagraverat, ut ſuperius diximus.

„ Authore ad hoc facinus Luipoldo Ba-
„ joariæ Duce, qui malo nodo malum cu-
„ neum quærens, periculum periculo pro-
„ polſare voluit. Sed incendium illud à
„ ſuis factum conſumpſit Eccleſias has ca-
„ thedralem S. Joannis, S. Petri, Inferio-
„ ris Monaſterii, veteris capellæ & S. Pau-
„ li, & quidquid his erat contiguum, quod
„ factum in die SS. Tiburtii & Valeriani
„ XVIII. kal. Maji anoo Dom. MCLII. ſub
„ Henrico Epiſcopo. Aliqui adnotârunt,
„ & addunt Monaſterium S. Emmerami &
„ S. Jacobi tunc incineratum, támque in-
„ gens incendium tunc fuiſſe, ut homines
„ deſperatis rebus in agros excurrerint;
„ quod ſi verum eſt, alia eſt conflagratio
„ hic ab ea, quam Luitpoldus patravit,
„ quæ meo judicio duodecim annos hanc
„ præceſſerit. Sentiat, quod quisque volet.
„ Ego in hac re non ſequor triviales Rhap-
„ ſodos, ſed eos authores, qui eo tempo-
„ re fide digni fuerunt Hiſtorici, & re-
„ bus his geſtis plerumque præſentes ad-
(u) „ fuêre. (o)

Cæterùm cum Duei Luipoldo Henricus (*Auſtrius*) illius frater, illi in Ducatu Bavariæ ſucceſſiſſet, & Henricus alius (*Leo* Henrici (*Superbi*) Norici Ducis, per Conradum Imperatorem dejecti filius, ducatum repoſceret, Fridericus Rex Imperii coronam in Italia aſſecutus, & reverſus apud Ratisponam curtim celebrans, judicio Principum habito Henricum Juniorem (*Leonem*) avunculi ſui filium in Ducatu Bajoariæ reſtituit, & in poſſeſſionem, quam avus & pater illius habuerant, mittit; alterum verò Henricum (*Auſtrium*) patruum ſuum, ex Marchione Auſtriæ Ducem facit, adjectis illi Ducatui bonis aliquot ad Anaſum fluvium propinquis, ut ſic utrique Henrici, Vitricus & Privignus concordarentur.

Impetebatur in eâdem curia & Hartwicus II. Epiſcopus Ratisponenſis, qui nuper per electionem cleri populique & Metropolitani ſui conſecrationem, Pontificatum ejusdem civitatis Ratisponenſis acceperat. Regalia ſiquidem, quæ juxta rationes curiæ, Epiſcoporum nulli antequam de manu principis ſuſcipiantur, licet militi tradere, ipſe hujus rei neſcius impræmeditatè morante adhuc in Italia Principe Friderico, tradiderat. Ob id in cauſam poſitus, dum nec inficiari factum, nec qualitatem facti defendere valet, compoſitionis incurrit noxam. Cæteri quoque qui ab eo ſuſceperant, quique juxta ſuam conditionem & ſortem, plusve minusve conſimili pœna damnantur. Eſt enim Lex curiæ, qua quisquis de ordine principum ſui principis iram incurrens, compoſitionem perſolvere cogitur, centum librarum debitor exiſtat; cæteri minoris Ordinis viri ſive ingenui, ſive liberi, ſive miniſtri, decem. Compoſitione ergò facta receptus eſt Hartwicus Epiſcopus in gratiam Imperatoris (x). (x)

(t) in Apographo Lenziano adjicitur annus MDXXXIX.
(u) hæc omnia diverſo typo hic expreſſa, in autographo, quod ante me eſt, ſunt deleta: cum autem integra contineat Exemplar alterum Lenzianum, non cenſui negligenda.
(x) hæc ex Radevico in vita Friderici I. L. 2. Cap. 28. *Gevvoldus in nota.*

Summa verò Concordiæ inter duos Henricos de Ducatu Bajoariæ contendentes hæc fuit: Henricus Leopoldi Filius, Vitricus Junioris Henrici (nam illius matrem Gertrudem viduam, ut ſic in Ducatum Bajoariæ prorſus irrepetet, duxerat) Ducatum Bajoariæ per ſeptem vexilla reſignavit, quibus minori Henrico Privigno illius traditis, ille viciſſim duobus vexillis Marchiam orientalem, id eſt Auſtriam cum comitatibus ad eam ex antiquo pertinentibus, reddidit. Exinde de eâdem Marchia cum prædictis comitatibus
(y) (y), quos tres dicunt, judicio principum Ducatum fecit Fridericus, adjecto illi de Ducatu Bojoariæ pœnè totâ transdanubianâ regione, quidquid eſt ab Aneſo fluvio ſurſum, usque ad ſylvam Patavienſem, quem Ducatum Auſtriæ non ſolum Henrico Patruo, ſed & uxori illius Theodoræ, quæ Imperatoris Lotharii filiæ mortuæ ſucceſſerat, cum duobus vexillis tradidit. Neve impoſterum ab aliquo ſucceſſorum ſuorum mutari poſſet, aut infringi privilegio dato anno regni ejus V. Imperii vero II. confirmavit. Privilegium ejusdem
Bojoariæ mutilatio. Diviſionis extat, quod Teutonicè jam ſubſcribam propter Nobilium Virorum tunc viventium Memoriam.

In den namen der heiligen und untailparn Dreierainigkait. Friderich aus gotlicher Gnad Romiſcher Kayſer. Dye weil ubertreffentliche kayſerliche Hochhait ſchuldig iſt zu verhueten, damit das jenige ſo nach ſatzung und ordnung der rechten, rechtlich gehandelt wird, on alles widerrueffen krefftig beleibe, und in vergeſſen nit kommen möge. Darum kundt ſey allen unſern getrewen, gegenwertigen und kunfftigen das wir durch wirckung der gnaden, des, ſo den fridt vom himel auffs erdrich dem menſchen geſendt hat, auff den gemainen Reichstag zu Regenspurg, an der geburt der heiligen Jungfrawen Mariæ gehalten, in gegenwertigkait vil geiſtlicher und chriſtlicher Fürſten den langwerigen krieg, irrung und widerwertigkait zwiſchen unſern frewndlichiſten unſers vatters bruedern Henrichen Herzog in Oſterreich, und unſern liebſten oheim Henrichen Herzogen in Sachſen, umb das Herzogtum Bayrn, diſer mas geendet und an ein ort pracht haben, dem Herzogen aus Sachſen, und alſo diſer Herzog in Bairn hat ſich verzigen und uns ubergeben dy marckg Oſterreich, mit allen iren rechten und mit allen iren leben, ſo weylant Marckgraff Leopold hett von dem Hertzogen zu Bairn, damit aber durch diſe that, nit geſchmeleret wurde dy ere unnd ſtandt unſers freuntlichen vorgeſagten unſers vatters brueder, haben wir, durch ratt und rechtsprechen der Fürſten, ſo Lasla der Durchleuchtige Herzog in Behem, das urtail ausſprach, und alle Furſten darein verwilligeten, dy Marck Oſterreich in ein Hertzogthum verwandelt, und das ſelbig Herzogthum verlihen mit allem rechten, vorgeſagtem unſers vatters brueder Henrichen, und ſeiner gar Edeliſten Hausfrawen Theodoræ, beſtetten hiemit in ewig, das ſy unnd ire kinder nach inen, on unterſcheid ſune oder tochter, das gemelt Herzogthum Oeſterreich erblich von dem reich inhaben und beſitzen ſollen, und ſo der vorgenant Herzog zu Oeſterreiche unſers vatters brueder und ſein hausfraw on leibserben abgiengen, haben ſy macht das Herzogtum zu verſchaffen wem ſy wollen, wir ſetzen auch und ordnen das kein perſon klain oder groß in dem Herzogtum Oſterreich ainiegerlay rechtſertigung oder gerichtzwang on des Herzogen verwilligung und zulaſſung, zu üben oder zu treiben ſich vermeſſe und unterſtehe. Weyter iſt der Herzog von Oſterreich von ſeinem Herzogtum kein andern dienſt dem Reich ſchuldig, dan das er auf die Reichstag in Bairn gehalten, erfordert, kome. Er ſol auch in kainer rays hülflich ſein, dan dy ain Kaiſer in Königreich und länder an Oſterreich ſtoſſent, verordnet. Damit aber diſe unſer kayſerliche ſatzung ewigliche bey wirden unzerbrochen bleibe, haben wir diſen gegenwertigen brief, zubeſchreiben und mit unſers ſigel auffdruckung zubezaichnen verſchafft, und darzu genomen tauglich zeugen, ſo mit namen ſindt: Pilegrin Patriarch zu Agla, Eberhart Ertzbiſchoff zu Saltzburg, Otto Biſchoff zu Freiſing, Conrad Biſchoff zu Paſſaw, Eberhart Biſchoff zu Babenberg, Hartman Biſchoff zu Brixen, Hertwic Biſchoff zu Regenspurgk, und der Biſchoff zu Trient, herr Welſo Herzog zu Spolet, Conrad des Keyſers brueder, Friderich König Conradts ſon, Heinrich Herzog in Kernten, Marckgraff Engelbrecht von Iſterreich, Marckgraf Diepolt von Vobenburgk, Herman Pfalzgrave vom Rein, Otto Pfaltzgrafe von Witelspach und ſein bruder Friderich, Gebhard Graf von Sultzpach, Engelprecht Graff von Hall, Gebhard Graff zu Burckhauſen und vil andere mer.

Ich Reinalt Canzler, an ſtat Arnolt Ertzbiſchoffe zu Mentz und Ertzcanzler hab diſen brief verfertiget, do da regiert Herr Friderich Romſcher Kayſer alzeit merer des Reichs im V. Jar ſeines reichs, unnd im andern des Kayſerthums. Geben zu Regenſpurck am XVII. tag des Herbſtmons, in dem vierten jar der kayſerlichen ſteur anlegung im jar nach der Menſchwerdung Chriſti MCLVI. mit glück Amen.

Hæc de diviſione Bajoariæ dicta ſint. Quomodo vero Idem Henricus Junior prædicto Ducatu rurſum ſpoliatus fuerit à Friderico I. deinde dicetur. Jam ad Hertwicum Epiſcopum redeamus.

Hic Monaſterium S. Magni Confeſſoris Ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini in pede pontis Ratisponenſ. à Gebehardo Comite de Raming, Ratisponenſis Eccleſiæ Cathedralis Canonico nuper ædificatum & fundatum, dedicavit anno Domini MCLV. & ordinariâ privilegiavit autoritate, & cum præfuiſſet annis IX. mortuus

(y) inter Lineam correxit Auctor: *Præfecturis.*

tuus eſt anno Domini MCLXIIII. xı. kalend. Septembris, cum præcedenti anno Monaſterium S. Emmerami fuiſſet incendio fœdatum. Sepultus autem eſt in Sacello omnium Sanctotum in ambitu, non longè à Sacello proto-martyris Stephani, quæ prima fuit Eccleſiæ Cathedralis.

Habet hic Epiſcopus lapidem quemdam ſepulchro ſuo ſuperimpoſitum, qui locum ſuæ depoſitionis monſtret, ſed abſque ullâ inſcriptione, quod tunc illa Epitaphiorum in lapides exciſio nondum forſitan erat conſueta. Teſtantur autem ejus ſepulturam illic eſſe, libri chori Ratisponenſis & Calendarium illud in quo Epiſcopo aliorúmque dies anniverſarii obitûs ſunt adnotati. Ejus anniverſarius adnotatus eſt die tertia Martii, die S. Kunigundis.

Privilegia verò quæ conceſſit Eccleſiæ Ripenſi Hartwicus Epiſcopus, ſequuntur, quemadmodum ex originalibus Litteris deſcripſi:

„Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, tam
„ futuris quam præſentibus quod venera-
„ bilis Hertwicus Dei gratiâ, Ratisponen-
„ ſis Eccleſiæ Epiſcopus, petente Dietrico
„ Ripenſi Præpoſito, altare in Monaſterio
„ ejusdem loci in Honore beati Andreæ
„ dedicavit Apoſtoli. Verum Dominus
„ Epiſcopus penuriâ loci illius circumſpe-
„ cta mente perpendens, qualiter hono-
„ rificentiam Beato Andreæ Apoſtolo ibi-
„ dem exhiberet, cum cooventu majoris
„ Eccleſiæ, quem Præpoſitus ad dedica-
„ tionem invitaverat, diligenter inſi-
„ ſtebat. Proinde cum cnmmunicato con-
„ ſilio Decimam propriæ dotis, cum Ba-
„ ptismate & ſepulturâ propriæ villæ, Al-
„ tari B. Andreæ obtulit pro dote, qua-
„ tenus ſepultura propriæ villæ eſſet dos,
„ eſſet Parochia Eccleſiæ Ripariæ, hanc
„ itaque dotem ſuo Privilegio Domino
„ Epiſcopo confirmare volente, Dieteri-
„ cus Præpoſitus Eccleſiæ magis volens
„ providere initialem ſtatum ejusdem loci
„ à primo fundatore; & quæ ſuo tempore
„ geſta fuerant, ſimul expetivit Epiſco-
„ pum privilegiare, præcedentibus igitur
„ cum multitudine viris religioſis, qui
„ ſtatum Eccleſiæ in Ordine ſui cognove-
„ rant, de rebus ante geſtis fidem nobis præ-
„ ſtiterunt, qui videlicet eo tempore quo
„ bonæ recordationis Rex Chuonradus ca-
„ ſtrum Ottonis Palatini Comitis in Chel-
„ heim obſederat, quod idem Rex eodem
„ tempore In propriâ perſona venerit, & Ec-
„ cleſiam Beati Magni intraverit, & prædium
„ illud Ripenſe cum omni ſui attinentia re-
„ gali Proprietati ſubjecerit, & quod Mar-
„ ſchalchus inveſtituram arearum à Colo-
„ nis villæ Ripariæ collectam Regi in quin-
„ quaginta duobus talentis acceperit,
„ & hâc ſumptâ pecunia Rex ad obſidio-
„ nem redierit; Poſtea verò Gebhardus
„ Proviſor Eccleſiæ Ripenſis cum Ducatu
„ duorum Marchionum Dietpoldi vide-
„ licet Marchionis de Vohburgh & Perch-
„ toldi Marchionis de Andehſe, quorum
„ Confeſſor erat, Præſentiam Regis Chun-
„ radi adiit, hoc ab eo expoſtulans qua-
„ tenus intuitu Divinæ remunerationis,
„ prædium in quod manum poteſtativam
„ extenderat Deo & Canonicis regularem
„ vitam ibidem ducentibus largiri digna-
„ retur. Rex igitur ad petitionem tam
„ venerabilis Viri permotus exiſtens, præ-
„ dium quod petebatur, quod eſt ſitum
„ inter duo flumina cum omni ſui atti-
„ nentia, uſum quoque fluminum usque
„ ad medium, coram Principibus Deo &
„ Sanctis ejus, Andreæ ſimul Apoſtolo
„ & Beato Magno Confeſſori contulit pro
„ dote, & Canonicis regularibus, ſicut
„ petivit fidelis Gebhardus, eſt largitus.
„ Verumtamen hâc conditione interpoſita,
„ ut ſi aliquando clerici illi diſtraheren-
„ tur aliquâ violentia, prædictum prædi-
„ um aut rediret ad regalem fiſcum, vel
„ ſi quid ordinaverint illi fratres dignum,
„ permaneat ratum. Unde etiam Advo-
„ catiam ipſius Eccleſiæ peteote tamen
„ Gebhardo, ſuo retiouit Domino; ad
„ recompeoſationem autem talentorum,
„ quæ Rex, ut prædictum eſt, ab inco-
„ lis illis acceperat, hanc gratiam Eccle-
„ ſiæ ſuæ contulit: Nam cum Conſilio
„ fratris ſui H. (id eſt Henrici) Ducis
„ Bavariæ & hujus urbis Præfecti publicam
„ Mercaturam in villâ, ſive civitate Ripa-
„ ria, omni ſeriâ tertia inſtituit, ipſam
„ quoque mercaturam & penſiones & quic-
„ quid ſolvi debet de Mercimoniis in ſo-
„ ris ſtatutis cum judicio civili, præter
„ ſanguiois dampnationem, cuncta Eccle-
„ ſiæ pro uſufructu firmavit Ripariæ, quæ
„ hucusque hodie tenet quietè. Con-
„ ſtituit etiam Rex, quatenus præ-
„ poſitus & fratres Ripenſes metretam
„ de ſemine porri urbis præfecto ſolvant
„ annuatim ob recordatiooem & Teſtimo-
„ nium eorum, quæ per Regem in prædi-
„ cta Eccleſia geſta ſunt. Dominus igi-
„ tur Epiſcopus, ſimul cum choro reli-
„ gioſorum virorum audito teſtimonio &
„ illo approbato, tam illa quæ à Rege
„ Cunrado geſta conſtabat, quam ea quæ
„ ipſe ex ſui gratia in præſentiarum geſſe-
„ rat, ut nulli ea impoſterum adnullare,
„ vel in irritum ducere liceret, auctori-
„ tate & banno Epiſcopali, ſcripto atque
„ ſigillo ſuæ Eccletiæ Ripariæ confirma-
„ vit. Teſtes hujus rei ſunt hy: We-
„ rinherus Præpoſitus, Henricus Decanus,
„ Henricus Schatzulieſe, Rudigerus Cel-
„ lerarius, Bruno de Hœſenacker, Bern-
„ hardus Niger, Merboto, Diethmarus
„ Plebanus, Chadelbohus de Ahuſſen,
„ Chuno de Raitenbuoch, Perchtoldus de
„ Sintzingen, Henricus Frey, Herman-
„ nus Groſſus, Haertwicus dapifer Epi-
„ ſcopi, Diethmarus de Sunechingen, Alt-
„ mannus de Egloffhaim, Chuno de Ho-
„ vedorff, Wallo & Filius ejus, Wallo
„ de Valckeoſtain, Ortliep Chæspitz,
„ Haitvolk in Haid, Lautwin Liſtmar,
„ Fridericus cum ore, Henricus Tugweit-
„ ze, Fridericus Parvus, Utto de penne
„ Chapelle. Ratolus filius Rudigeri, Got-
„ fridus Hircellus & filius ejus Gotfridus,
„ Haertwicus in Porta, Rutlandus de

„ Puchſc, Ludwicus Magiſter Coquinæ.
„ Facta ſunt autem hæc anno ab Incarna-
„ tione Domini MCLVI. In feſtivitate
„ Beati Martini Epiſcopi & confeſſoris.
„ Regnante Domino noſtro Jheſu Chriſto.

Sigilli titulus: ✝ HARTWICUS DEI GRATIA RATISPONENSIS ECCLESIE EPISCOPUS.

Ex originali ego Laurentius Hochbartus hæc deſcripſi.

„ Noverit hoc tam præſens ætas quam
„ ſucceſſiva Poſteriras, quod ego Haert-
„ wicus Dei gratia Ratiſpon. Eccleſiæ E-
„ piſcopus, dum præter ſrequentes meas
„ infirmitates, dum etiam propter aeris
„ temperiem ac loci amœnirarem apud
„ Eccleſiam S. Magni ſæpius requieſcerem,
„ accidit, ut Diethmarus majoris Eccle-
„ ſiæ plebanus, habitum aſſummeret Mo-
„ naſticæ religionis, in Monaſterio Beati
„ Emmerami Martyris. Quo ſacto Ort-
„ winus prædictæ Eccleſiæ Præpoſitus,
„ aſſumptis ſecum duobus venerabilibus
„ viris Alberto videlicet Abbate S. Em-
„ merami, & Gebolſo Abbare Raſtellenſi,
„ in præſentiam ſe noſtram obtulit, mul-
„ timodam Eccleſiæ ſuæ nobis exponens
„ inopiam ac deinde immenſum laborcm
„ in ædificando novum monaſterium, quod
„ quidam fundator ſatis nobiliter inchoa-
„ verat, attamen minus ex aliqua parte
„ perſecerat, nobis etiam de hoc ſuppli-
„ cans, quatenus in levamen ſui laboris, &
„ Eccleſiæ ſuæ ſuſtentationem, aliquod
„ ſtipendium in Eccleſia nobis vacante,
„ dignaremur exhibere; Abbates verò nos
„ tam venerabilis viri petitionem non de-
„ bere fruſtrari, commonentes, quem
„ etiam à Decaniâ io Chiemſee noo par-
„ vis precibus nuper aſſumptum, ſub ſpe
„ bonæ proviſionis in Eccleſia Ripenſi lo-
„ catum, oos Eccleſiæ ſuæ propter ipſum
„ aſſerueruot digne eſſe ſatisſacturos. Nos
„ itaque ad petitionem tantorum virorum
„ Chorum Ratiſponenſem ſimul cum mi-
„ niſterialibus S. Petri in prædictum locum
„ eonvocavimus, exponentes eis pia con-
„ ſideratione quæ audivimus, ut & ipſi
„ recotdarentur Beatæ memoriæ Geb-
„ hardi Presbyteri quondam ipſorum con-
„ fratris, & Concanonici, qua fide &
„ dilcctione eis aſtiterit, qui ob amorem
„ ipſorum, eorum etiam obtinendum ſuf-
„ fragium, Eccleſiam Ripenſem, cum li-
„ bera eſſet, voluntariè fecit eis eſſe
„ cenſualem; his igitur cuoctis præcon-
„ ſideratis, nos mediantibus Abbatibus in
„ unum convenimus, & cum eommuni-
„ cato Conſilio, Eccleſiam in *Saler*, ſub
„ tali cooditione contulimus Eccleſiæ Ri-
„ pariæ, quatenus plebanus majoris Ec-
„ cleſiæ omnium vinearum ejusdem Par-
„ rochiæ, Præpoſitus verò S. Magni om-
„ nium Decimam frugum cum oblatione
„ fidelium poſſideret in perpetuum. His
„ itaque cunctis ſic ordinatis, ut nulli
„ omnino ea impoſterum annullare, vel
„ in irritum ducete liceret, auctoritate
„ & banno Epiſcopali ſcripto ac ſigillo oo-
„ ſtro Eccleſiæ Ripariæ confirmavimus.
„ Teſtes verò hujus rei ſunt hi: Albertus
„ Abbas S. Emmerami, Gebolſus Abbas
„ Caſtellenſis, Wernherus Præpoſitus,
„ Henricus Decanus, Rudiger Cellerarius,
„ Radelhohus de Ahuſen, Brunoo de Hœ-
„ ſinacker, Ulricus Scholaſticus, Chuno
„ de Reittenbuch, Merboro, Perchtolt de
„ Siotzinge, Perchtolt de Claffthinck,
„ Pernhart Niger, Hermannus Groſſus.
„ Capellani verò Epiſcopi Henricus Ab-
„ bas de Munſter, Henricus de Rore, Egi-
„ lolſus, Rapoto, Regil, Ulricus Vice-
„ dominus, Sigehardus de Eberpunt, Ni-
„ zo de Reitenbuch, Hartwicus Dapifer,
„ Dietricus de Hœſinacker, Diethmarus
„ de Sinnichingen, Albertus de Autin-
„ gen, Ulricus de Hohenbere (z), Hart- (z)
„ wicus de Liechtenberc, Ortlieb Chœz-
„ pizze, Ærbo Stultheta, Fridericus par-
„ vus. Facta ſunt autem hæc anno ab In-
„ carnatione Domini MCLXI. Io vigiliâ
„ Apoſtolorum Simonis & Judæ.

De EBERHARDO *Epiſcopo XXIIII.*

CAPUT II.

POſt Hertwicum ſecundū Sedes Epiſcopalis uno vacua fuir anno, an ex electionis diſcordia an verò Imperatore electionem impediente, ignoro. Tandem verò quidam Eberhardus, cognomento Suevus, Auguſtenſis Canonicus Hartwico ſucceſſit anno Dom. MCLXV. Friderico I. Ænobarbo adhuc imperante. Præfuit autem biennio duntaxat. Nam anno Domini MCLXVII. exuit hominem, anno uno prius quam Monaſterium S. Em̄erami totaliter iterum exureretur, adeo ur etiam muri illi à Symperto Ratiſpunenſi Epiſcopo extructi collaberentur. Mortuus eſt autem Eberhardus Epiſcopus non domi ſed Italia belligcrans, ut ex Urſpergenſi Chronico eonjici datur. Cum enim Fridericus Imperator anno Domini MCLXVII. Romam obſideret, & terras inimicorum ſuorum magna auxiliariorum manu devaſtaret, menſe Julio ultio divina ſubſequuta eſt, maxima enim pars exercitus Imperatoris obiit Peſte, in quâ periit primum Rainaldus Epiſcopus Colonienſis illc, qui totius mali hujus, nec non & ſchiſmatis diuturni fuerat incentor, item Gotfridus Spirenſis, Eberhardus Ratiſponenſis, Conradus Auguſtenſis, Daniel Pragenſis, Hermannus Verdonnenſis, Leodienſis, Epiſcopi ac cæteri Principes. Nempe Fridericus de Rotenburg Dux Sueviæ filius Conradi Cæſaris, Welſo Dux Junior, Berengarius Comes de Sultzbach, Henricus Comes Palatinus de Tubingen, cum plurimis aliis regni hujus Majoribus occubuerunt, quorum omnium pœnè oſſa carnibus per Excoctionem conſumptis ad propria reducta ſunt. Translata ſunt aurem oſſa Welphonis Junioris Ducis & in Monaſterio Staingadeno,

à

(z) Lentianus: *Hohenbarck*.

à Patre ſuo Welphone ſeniore adhuc ſupervivente fundato, repoſita ſunt. Hæc de Eberhardo Suevo, quæ ſcriberem, habui. Ejus Anniverſarius dies peragitur die Decembris ſecunda.

Auctor. Add. Anno Domini MCLXXX. Fridericus Barbaroſſa III. kalend. Julii, venit Reginoburgium, quæ urbs tum Bojorum caput & Prætorium Ducum Bavariæ erat, venit, ibique ex conſilii Cæſarei Decreto, poſt abjectum Henricum Saxonem, tertio Idus Julii Ducatum Bojoariæ in fidem tradit Ottoni de Wittelſpach Signifero ſuo. Mox omnes Bojorum proceres & oppida in ejus verba jurare jubet. Cives autem occaſionem nacti ob toties mutatos principes excuſſo jugo Regulorum Bojariæ ſe vindinciis redemptos in libertatem vendicant. Vectigalia tamen & portoria, ſervitutémque hujuſcemodi ſibi non aſſeruêre. Sed eadem adhuc Principes Bojariæ poſſident, partim cives ex parto obtinent. Sic Ratispona civitas Germaniarum potentiſſima, ubi hactenus ſedes Ducum Bojariæ fuerat, etiam nonc prætotia Principis & Epiſcoporum nominantur & oſtenduntur, excuſſo jugo in libertatem ſe vendicavit, urbsque libera & imperialis facta eſt. *Aventinus Libro VI. fol.* 648. 27. *fol.* 654. & *fol.* 724.

De CHUNONE II. *Epiſcopo XXV.*

CAPUT III.

CHuno II. Ratisponenſis Eccleſiæ Canonicus ejusdem Eccleſiæ Præſulatum adeptus eſt VI. Idus Octobris anno Domini MCLXVII. Friderico I. adhuc imperium Romanum gubernante. Fuit hic Chuno Nobilis homo, nempe generoſi Comitis de Valckenſtain Sigboti filius, cujus Chunonis mater fuit Luitgarda; fratres habuit Sigbotum, qui cum uxore ſua Hyldegarda poſteritatem propagavit, & Rupertum Abbatem in Tegernſee, ſororémque unam habuit Fridrunam nomine. Hic Chuno ſcribitur Monaſterium illud locuples in Waldſaſſen, de quo ſupra in Chunone I. ſcripſimus, conſecrâſſe. Quod verò dicitur per occaſionem eò veniſſe, nimirum reverſurus è nuptiis Friderici Ænobarbi cum Adla Dietpoldi Marchionis de Vohburc filia apud Egram civitatem celebratis, tempus convincit errorem eſſe, niſi forte quindecim ferè annis prius quam ſit adeptus Epiſcopatum, Monaſterium illud dedicârit. Quod è Chronographis facile Lector colligere poteſt.

(a) Sub hoc Chunone Ducatus Bavariæ à veris hæredibus (a) ad Comites Palatinos venit: Nam cum Fridericus Imperator nuper aliquam partem Ducatûs Norici, Auſtriaco Ducatui addidiſſet, & poſt hoc Welphoni Seniori ſine hærede filio morituro, cujus Henricus ille Dux Bajoariæ futurus erat legitimus hæres, omnem Ducatum Spoletanum, & hæc atque alia loca: Staingaden, Ambergew, Raitenbuech, Altenmünſter, Füeſſen, Schongaw, Laugingen &c. per emptionem extorſiſſet, Henricus (Leo) ille Bajoariæ Dux, nuper in avi patrisque ſui Ducatum, per Fridericum Imperatorem reſtitutus, tot modis ſe gravatum ſentiens ab Imperatore manifeſtus hoſtis deſcivit, & Epiſcopum Friſingenſem, qui partes Imperatoris fovebat, adortus oppidulum Veringen cum ponte ſuo non procul à Monachio ſitum exuſſit, telonium verò ſalinarium in Monachium ſuum nuper extructum tranſtulit. Unde tanquam læſæ Majeſtatis reus Henricus (Leo) à Friderico Imperatore omnibus ducatibus privatur III. Idus Julii anno Domini MCLXXX.

Noricum Ducatum conceſſit Ottoni Palatino de Witilinſpach, à quo Majores ſui ante annos CCXXXI. ab Imperatore Ottone I. ſubmoti fuerant.

Ducatum verò Saxoniæ Bernhardo de Anhalrt permiſit, à quibus Henricus ubique effugatus in Brunswig usque fugit, à quâ civitate nec ipſe nec ejus progenies expelli potuit, à quo poſtea Comites & mox Duces Brunswigenſes ortum habuerunt.

Fridericus autem Imperator Vetingen cum ſuo telonio ſalinario Epiſcopo Friſingenſi reſtituit, non ſine gravi Teſtimonio Chunonis Epiſcopi noſtri, unde ejus rei litteras hic aſcribere teutonicè volumus, pro ejus rei jucunda memoria: (b) (b)

In den namen der Heiligen und unteilparen Dreyerainikait, Fridrich von Gottes genaden Römiſcher Kayſer, alzeit merer des reichs, was ſachen durch Keyſerlich Majeſtat, geordnet werden, gepurt ſich wol zu verbrieffen, das weder durch verenderung und Lauff der zeit kommen in vergeſſenheit, und weder durch beſer Leut truglich üben verkert werden, umb welches willen, ſollen wiſſen alle des reichs getrewen, gegenwertig und kunfftig, das unſer geliebſter Albrecht Biſchoff zu Freiſing, uns klagent hat fürtragen, wie der Edel man Heinrich von Braunſchweig, Etwo Hertzog in Bairn unnd Saxen, den Marck zu Veringen mit ſampt der pruck, ſo ſein Stifft von langen jaren her ruelich beſeſſen, zerprochen, unnd in den Flecken Munchen *mit gewalt gelegt hab, wie wol wir diſer ſachen wiſſen tragen, dennoch hat er der Biſchoff, ſolches mit ſiben glaubwirdigen zeugen in unſer verhör beibracht, und ſindt eben die, Conrad Ertzbiſchoff zu Saltzpurgk, Chuno Biſchoff zu Regenſpurgk, Berchtold Maregraf zu Iſterreich, Gebhard graff zu Sülzpach, Otho der elter Pfaltzgraf zu Witelſpach und Otto der Junger ſein brueder, Fridrich Burckgraff zu Regenſpurg. Nachfolgent iſt durch die Fürſten unſers hoffs mit umgefragter urtail erkant worden, das Kayſerlich Majeſtat vorgedachten Heinrich fur frevenlich und fur nichtig achten ſoll, darumb nach Innhaltung des rechten, widerrueffen*

(a) *Erat inter lineam ſcriptum*: Saxonibus & Auſtriacis.
(b) *in marg. Gevvoldus annotavit*: Extat Diploma apud Aventinum in ſua Epitome annalium. *Hats Aventin ſelbs verteutſcht. Allegat etiam Gevvoldus b. l.* Excerpa ſua Friſingentia.

rueſſen wir dy verenderung und umblegung des obgemelten Marcks, und ſetzen wider ein zu ſolchem Marck und pruck, den gedachten unſern getrewen Biſchoff zu Freiſing, und ſein Nachkomen, beſtetten das hiemit diſen brief inen und irem Stifft zu ewigen zeiten, weitter auf fleiſſig des vorgenanten Erwürdigen Biſchoffs anhalten und aus Kayſerlicher gutigkait, haben wir zuegelaſſen, und mit gnädiger mainung befeſtigt, das alle gueter, ſo er der Biſchoff durch ſein darlegen hat zampracht, nach ſeinen willen den Kirchen oder andern geiſtlichen Steten oder altären, wie ſy genant ſindt, übergeben muge, und mit der ſelbigen guter renden und ſenden, nach ſeinem gutbeduncken, handlen und verordnen, und damit diſe unſere ſatzung in Ewig ſtet und unzerprochen bleibe, haben wir diſen gegenwärtigen brieff zu gedächtnus der ſachen ſchreiben und mit unſer Majeſtät bullen verfertigen laſſen. Zeugen diſer ſachen: Conrad Ertzbiſchoff zu Saltzburgk, Chuno Biſchoff zu Regenſpurg, Berchtold Marckgraff zu Iſterreich, Otho der elter Pfaltzgraff zu Wittelſpach, Otto der junger ſein brueder, Gebhard Graff von Sultzbach, Friderich Burckgraff zu Regenſpurgk. Weiter ander zeigen, ſo bey diſem handel geweſen ſein. Dietpolt Biſchoff zu Paſſaw, Henrich erwelter Biſchoff zu Chur, Soffedamus Biſchoff zu Mantua, Gotfrid Canzler, Rudolff Notari, Romanus Probſt zu Halberſtat, Henrich Burckgraff zu Regenſpurck, Sigbot Graff von Neubruck, Heinrich von Altorff, Lienhart von Holenſtain, Conrad Purckgraff von Nurenbergk, Fridrich von Truchding, und ſein bruder Albrecht, Amelprecht von Lochauſen, Heinrich Marſchalck von (c) *Papenhaim, Burchard von* Cämer (c) *Azo von* Cämer, *Regel von* Cämer, *Rudolph von Waldeck, Hainrich das Seligkind, Adelbolt von Dornbach, Engelman von Achdorff und ſein brueder Heinrich, Rudolph von Riedt, Hartwit Marſchalck, Bertholt von Reichertzhauſen, Seybolt von Holtzhauſen, Wolfher von Holtzhauſen.*

Ich Gotfrid Keyſerlichen hoffs Cantzler, an ſtat herrn Chriſtian, des Stuels zu Maintz Erzbiſchoff, in Teutſchen Landen Erzcanzler hab diſen brief verfertigt.

Geſchehen nach der Menſchwerdung des Herrn im 1180. *jar, und der Kayſerlichen Steur anlegung im* XIII. *jar, do da regieret herr Fridrich der allerberumpteſt Romiſcher Kayſer, ſeines reichs im* 29. *des Kayſertums im* 26. *jare. Geben zu Regenſpurgk auff dem groſſen reichstag am tag Julii, das glücklich gebe Amen.*

Porro Chuno Epiſcopus poſtquam duo de viginti ferè complèſſet annos in Epiſcopatu hominem exuit anno Domini 1185. III. Idus Junii. ejus Anniverſarius celebratur Nona Junii.

Add. Auctoris: Cæterùm hic Chuono in ſciſmate illo ſacerdotii & Imperii diuturno contra Imperatorem cum Papa ſenſit, quod illi ſatis periculoſum fuit, quam rem alienis verbis ſicut legi, hic ſubindicare vo- Aventin.
lui: anno Domini MCLXVI. apud Wyr- L. VI. fol.
zeburc in Pentecoſte curia celebratur, ubi 643. &
conjuratio fit ab Imperatore & Principibus 645.
præſentibus tam ſæcularis quam Eccleſiaſtici Ordinis, quod Paſcalis ſemper Papa habeatur, & eo mortuo nullus niſi de ſua parte eligatur. Similiter poſt mortem Imperatoris nemo ſibi ſubſtituatur, niſi juraverit ſe eandem partem defenſurum. Solus Albertus Friſingenſis Epiſcopus tunc jurare noluit: Nam Chunradus Moguntinus, jam ut hoſtis præjudicatus fuerat, & eidem Conrado dejecto Chriſtianus ſubſtituitur anno ſequenti. Unde Albertus Friſingenſis has ſimultates videns, tandem coactus juravit obedire Paſcali pro conſcientia quamdiu Imperium partem ejus foveret, & quamdiu regalia habere vellet. Unde anoo MCLXVII. Imperator circa Autumnum Italiam intravit, ibique cooperante Cancellario ſuo Chriſtiano Paſcalem per iterata Sacramenta confirmavit hâc cautelâ juramento appoſita, quod nullus eorum unquam abſolutionem ejus juramenti expeteret, & oblatam nunquam reciperet, & Chriſtianus Chonrado Magonciacenſi cum Alexandro Antipapa manente ſupponitur, & Juvavia jam dudum propter Alexandrum ab Imperatore proſcripta crematur, dubium an hoſtium patratu an proprio caſu, quare Conradus Juvavienſis Epiſcopus cum Rolando Antipapa ſenſit, usque ad obitum ſuum anno MCLXVIII. cui ſurrogatur Henricus (Alii Adalbertus) Regis Bohemiæ filius ex ſorore ſua nepos. Inter hæc noviter electi Epiſcopi, ut conſectationem ſuam à Chriſtiano Moguntino recipiant, ab Imperatore compelluntur. Unde Hartwicus Auguſtenſis Epiſcopus, à Chriſtiano conſecratus Ordines celebrat, & Albertus Friſingenſis poſt obitum Guidonis Papæ quaſi liberatus à Schiſmate ſimilitet fecit. Albanum Epiſcopum Patavienſem electum à ſuis Epiſcopis perturbatum, anno MCLXX. ſpecie tantum in Epiſcopatum reſtituit, effectu minimè; ita inſenſus erat ei, quod à Chriſtiano conſecrari abouit; ob hanc etiam cauſam Chunonem Ratisponenſem electum gtaviter tractavit, & curiam ei de hoc vere usque in proximam Pentecoſten præſignavit, quatuor aut Ordines à Chriſtiano reciperet, aut Epiſcopatum dimitteret. Salzburgenſis tamen Epiſcopus electus ab Ulrico Patriarcha Aquilegienſi invito Imperatore conſecratus eſt.

De GOTFRIDO *Epiſcopo XXVI.*

CAPUT IIII.

SCribuot aliqui poſt Chunonem II. Epiſcopatum Ratisponenſem vacuum fuiſſe per annum, id quod ego credere non poſſum. Siquidem cum Chuno III. Idus Junias exceſ-

(c) notat Gevvoldus in Latino legi *Camerarius*, ſcilicet *Imperatoris*, quod Aventinus malè reddidit *von Kamer*, de gente illorum *de Kamer*, inter Boicas Familias illuſtri perperam accipiens.

exceſſiſſet è vivis, eodem anno ſtatim Gotfridus Cancellarius Imperatoris Friderici in Epiſcopum eligitur XIIII. kalend. Julii anno Domini MCLXXXV. Fridetico Imperatore, ut conjicirur, id jubente. Nam hâc arte & Rainaldum Cancellarium ſuum Colonienſibus in Epiſcopum obtruſerat. Invenimus ergò inter obitum Chunonis & hujus Godefridi ſurrogationem, Hebdomadam duntaxat interfuiſſe. Ita *ſcribimus indocti doctique poëmata paſſim.* Sed opinor, quod illis impoſuerit nempe hoc, quod Godefridus ſtatim altero anno, qui eſt annus MCLXXXVI. reſignavit electionem Ratisponenſibus II. kal. Martii, & quia non toto anno præfuit, Epiſcopatum fortè ſcripſerunt uno anno vacâſſe. Extat hujus Godefridi Chronicon ligatâ ſolutáque oratione ſatis emendatè conſcriptum apud Monaſterium Pruſeningen, in quo libro ita de ſe ſcribit in fine: *Ego*, inquit, *Gotfridus hujus libri Auctor, Capellanus & Notarius fui Regis Conradi Tertii & Friderici Imperatoris Primi, & Heinrici filii ejus, quorum temporibus hæc omnia cis citráque mare per annos XL. ſum perſcrutatus ex omnibus armariis Latinis, Barbaricis, Græcis, Judaicis & Chaldaicis.* hæc ibi. Fuit hic Gotfridus primo Præpoſirus Goslariæ, in numero vigeſimus primus, ut & hoc de illo compertum adjiciamus.

De CHUONRADO II. *Epiſcopo XXVII.*

CAPUT V.

CHuonradus II. de Laichling, Vice-dominus cognominatus Eccleſiæ Ratisponenſis Canonicus, in locum Gotfridi renuntiantis electioni mox eligitur V. Non. Mart. anno Domini MCLXXXVI. Friderico Ænobarbo adhuc imperante; à quo Imperatore Friderico ſequenti anno MCLXXXVII. maximam curiam Ratisponæ celebrante Cuonradus iſte Ratisponenſis electus à venerabili Archiepiſcopo Salzburgenſi Adelberto in Eccleſia S. Petri Pontificali infula decoratus eſt VIII. kal. Martii præſentibus quaruordecim Epiſcopis.

Hic Chuonradus Baſilicam Abbatialem ad S. Emmeramum à Peringero Abbate ſubſtructam, conſecravit, ſicut Inſcriptio ejusdem Baſilicæ in occidentali pariete declarat, his verbis: „ Anno ab Incarnatione „ Domini MCLXXXIX. Indictione XII. „ regnante Friderico I. Imperatore, obtenru Petingeri Abbatis dedicata eſt hæc Baſilica à venerabili hujus ſedis Epiſcopo „ Chuonrado V. kal. Novembris, in honorem S. Trinitatis. S. Michaëlis Archangeli & omnium Angelorum &c.

Qui verò ſcribunt Othonis Sancti Sacellum ad portam Weſten (ſed nuper in Bello Saxonico deſtructum) ab hoc Chuonrado Epiſcopo ſacratam anno Dom. MCLXXXI. ipſo tempore vani coatguuntur. Fuit hic Chuonradus Epiſcopus cum aliis multis in expeditione Syriæ, ad defenſandam terram ſanctam contra Sarracenos, ſed inutiliter, ut ex Urſpergenſi videmus Abbate. „ Anno, inquit, Dominicæ Incarnationis MCXCVII. Hentico Barbaroſſæ filio, Imperatore, procurante Alemanni in terram promiſſam venerunt: Bellicoſi, crudeles, expenſarũ prodigi, rationis expertes, voluntatem pro jure babentes, enſibus invicti, „ in nullis niſi hominibus ſuæ Gentis confidentes, Ducibus ſuis fideliſſimi, & quibus vitam potius quam fidem poſſis auferre, hi cum veniſſent in terram promiſſam, Treugas fregerunt, quas Rex „ Angliæ in receſſu ſuo ſtaruerat, urbem „ Berythum recuperaverunt, Joppen perdiderunt, & cum in obſidione Tetoni caſtelli menſes aliquot detriviſſent, audita „ morte Imperatoris Heinrici receſſerunt. „ Quorum Principes fuerunt iſti: Chuonradus Maguntinus Archiepiſcopus, Chuonradus Cancellarius Imperatoris, Heinricus Dux Saxoniæ, Luipoldus Dux Auſtriæ, Gotfrid Dux Brabantiæ, Hermannus Landgravius Thuringiæ, Wolfherus „ Pataviensis Epiſcopus, Ratisponenſis Epiſcopus Chuonradus, Cicicenſis Epiſcopus, Halberſtattenſis Epiſcopus, Marchio „ Chuonradus, Alberrus Comes, Henricus Calatinus Marſcalcus, & plures alii, „ quos memorare non curo. Hæc ille; cum autem annos duo de viginti præſuiſſet Chuonradus ille nece conceſſit, anno Domini MCCIIII. VIII. kal. Maji in die S. Georgii. Sub finem verò hujus Chuonradi diſcordia inter ipſum & Ludovicum Ducem Bavariæ facta eſt; ſed Dominus Eberhardus Trugſes Archiepiſcopus Saltzburgenſis Chuonrado Epiſcopo Ratisponenſi confœderatus valida manu venit in auxilium, & nemine obſiſtente, dirutæ ſunt aliquot arces & utrinque per totam Bajoatiam Incendia villarum & deprædationes Eccleſiarum factæ ſunt ita ut nec ab altaribus & Sanctorũ reliquiis abſtinerent. Sed poſt multa mala tum data tum accepta duo Epiſcopi cum Duce redierunt in concotdiam, pacéque factâ multi Miniſtrorum Ducis moriuntur. Sed & Epiſcopus ipſe Chuonradus obit. Ejus Anniverſarius ſemper agitur in vigilia S. Georgii. Hæc geſta ſunt ab anno Domini MCC. usque in annum Domini MCCIII. & MCCIV. Tametſi ſint, qui bellum illud quo tota pœne Bajoaria periclitata eſt (d) anno Domini MCXCIII. dicant incœpiſſe, alii anno MCCIII. (d)

De CHUONRADO III. *de Frontenhauſen Epiſcopo XXVIII.*

CAPUT VI.

CHuonrado II. mortuo, eodem anno V. Idus Maji Chuonradus III. Præpoſitus Friſingenſis & Ratisponenſis Eccleſiæ Canonicus ſucceſſit, imperante Philippo Rege Henrici VI. filio, cujus Phillppi ſtarua parva

(d) *Erat in marg. Add. ab Auctore*: Nam Ludovicus Dux, Epiſcopi Teispach capit, exurit & ſolo æquat. Aventinus L. VII. fol. 659.

va viſitur etiamnum hodie ſuper portam Turris mediæ Pontis Ratisponenſis, cum hâc Inſcriptione: PHILIP. REX ROMA.

Fuit hic Chuonradus juſtus & apud omnes gratioſus, adeò ut in Cancellarium fuerit aſcitus. Nam cum anno Domini MCCIII. Chuonradus Herbipolenſis Epiſcopus imperialis aulæ Cancellarius ab illis de Rabinſperg nequiter eſſet interemptus, huic in officio Cancellariatûs ſucceſſit Hartwicus Aichſtettenſis, Frater Comitis de Hirſperg & Tollenſtain, quo tamen paulò poſt ab eo officio pulſo, Epiſcopo Ratisponenſi, Chuonrado illud eſt collatum, & cum eſſet magnæ priſcæque Nobilitatis, nempe Henrici (e) Comitis de Fronthenhauſen Teyſpach & Welſprun Filius unicus ſine hærede, tamen Caſtitate & Religione ſatis commendabilis fuit; Nam Ludovico Bojo divendita hæreditate Frootenhuſiana ſui patrimonii, ſeptem millibus libratum Ratisponenſium Hoſpitale Pauperum cis pontem Danubii extruxit, in Suburbano Ducis Ludovici oppido civitate Riparia dicta, & certis poſſeſſionibus & eleemoſynis extulit & dotavit. Litteræ fundationis hæ ſunt:

„ In nomine ſanctæ & individuæ Tri-
„ nitatis. Conradus Dei gratia Eccleſiæ
„ Ratisponenſis Epiſcopus, omnibus in
„ perpetuum.

„ Ubicunque ab Epiſcopis ad honorem
„ Dei aliqua ordinantur, ne in oblivionem
„ veniant hujusmodi ordinationes, neceſ-
„ ſarium eſt eas Scripturæ teſtimonio con-
„ firmari. Noverint igitur univerſi præ-
„ ſentem paginam inſpecturi, quod nos
„ Hoſpitale S. Joannis noſtræ Civitatis in
„ Pontispede ſitum, ordinamus & eſſe vo-
„ lumus ſemper in poteſtate Dominorum
„ noſtrorum de Choro Canonicorum, ita
„ tamen quod principalem in eo ſemper
„ poteſtatem habeat quilibet ſucceſſor no-
„ ſter Epiſcopus Ratisponenſis.

„ Præcipimus etiam quod ſemper re-
„ ſpectus habeatur diſpenſationis circa idem
„ Hoſpitale ad pauperes, per quatuor Ca-
„ nonicos majoris Eccleſiæ & totidem
„ Laicos. Canonicos: Majorem Præpo-
„ ſitum, majorem Decanum, cuſtodem
„ & majorem Plebanum, quicunque fue-
„ rint pro tempore in iisdem officiis ſubſti-
„ tuti. Laicos verò, ad præſens ibi ordi-
„ namus Dominum Gozwinum juxta por-
„ tam, Ainwicum & Utonem in foco
„ Burgenſes, Hartwardum kaſtenar; &
„ ſi contingat unum eorundem diſcedere,
„ ſeptem reſidui Octavum de communi
„ conſenſu ſibi eligant adjutorem. Sta-
„ tuimus etiam quod idem Hoſpitale à
„ Dominio Canonicorum majoris Eccleſiæ
„ nunquam alienetur ſed ſemper ad eam
„ ſpectet, & paſcantur ibi ſemper ad mi-
„ nus centum Pauperes, exceptis his qui
„ officiis præſuot. Si autem contingat locum
„ in Divitiis augmentari, augmentetur,
„ & numerus Pauperum in eodem loco,
„ juxta Diſcretionem Perſonarum ad quas
„ reſpicit idem locus. Volumus quoque
„ ad habundantem cautelam, ut ipſum Ho-
„ ſpitale pari modo ſit ſub Dominio Ratis-
„ ponenſium Burgenſium, ita ut ſemper
„ dicatur Hoſpitale Ratisponenſium Civi-
„ um, ut ſi quisquam illud alienare vel-
„ let ab Eccleſiâ Ratisponenſi omnes po-
„ teſtatem habeant contradicendi, ut au-
„ tem hæc conſtitutio noſtra firma eſſe
„ debeat nec ab aliquo ſucceſſore noſtro,
„ aliave perſonâ poſſit in irritum revo-
„ cari, præſentem paginam noſtri appen-
„ ſione ſigilli & Chori majoris Eccleſiæ ac
„ civium ſigillis, teſtiúmque ſubſcriptio-
„ ne duximus confirmandam. Teſtes ſunt:
„ Gotſridus major Præpoſitus, Magiſter
„ Rubertus major Decanus, Ulricus de
„ Werde Archidiaconus, Ulricus Vice-
„ dominus, Hermannus Scholaſticus,
„ Gelbhradus, Goswinus juxta portam &
„ Wernto Filius ſuus, Otto de Keve-
„ ring, Luitpoldus Pragare, Gozwinus
„ *bey der Were*, Karulus Grans, Karulus
„ Telonarius, Engelbertus Ruffe, Ha-
„ wardus Caſtenare, Fridericus Cellera-
„ rius, Eberhardus de Schonaiche & alii
„ quam plures. Acta ſunt hæc anno ab
„ Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti.
„ MCCXXVI. Indictione XIII. Ratisponæ.

Deinde arces Teiſpach, Werde & Konigswarten & Altenpewrn Epiſcopatui Ratisponenſi adjecit, Eccleſiámque tum ſuam, tum S. Emmerami ſtrenuè defenſavit Sed & compoſitione ſatis amica duos conventus, nempe S. Jacobi & Superioris Monaſterii ſuper electione & inſtitutione Prioris S. Petri extra mœnia Ratisponenſis urbis ſub hâc formâ concordavit edito privilegio:

„ In nomine ſanctæ & individuæ Tri-
„ nitatis, Amen. Ego Chunradus Dei
„ gratia Ratisponenſis Eccleſiæ Epiſcopus
„ omoibus in Perpetuum.

„ Licet ſæpius inter Dominam Abba-
„ tiſſam & Conventum ſuperioris Mona-
„ ſterii ex unâ parte & ex altetâ inter Ab-
„ batem & Conventum S. Jacobi amica-
„ bilis interceſſerit compoſitio ſuper electi-
„ one ac inſtitutione Prioris S. Petri, & aliis
„ juribus, quæ in eodem Prioratu & ejus per-
„ tinentiis uterq; prædictorũ Conventuum,
„ ſuperioris Monaſterii & Conventus ad Pri-
„ oratum ſe habere contendebaot, tamen
„ nunc noſtris temporibus occaſione cu-
„ jusdam areæ in quâ Lantgravius quon-
„ dam Domicilium ædificaverat, reſuſcita-
„ tæ item lites ſuper eisdem. Nos itaque
„ pro commoditate Eccleſiarum earumdem
„ & ut graves expenſas & labores gravi-
„ ores vitarent, iterum ad amicabilem eos
„ induximus compoſitionem, ioſtaurare
„ cupientes & magis exprimere ſi qua vel
„ omiſſa vel minus in prioribus compo-
„ ſitionibus expreſſa fuerant ſuper eisdem.
„ Cujus formam compoſitionis ſicut eam
„ de Conſilio fratrum ooſtrorum, de bo-
„ na

(e) Conradi, ait Aventinus L. VII. fol. 659. *Add. Auct.*

„ nâ voluntate patrum ordinavimus, ſit
„ ab eisdem confirmata & approbata præ-
„ ſenti paginâ declaramus præſeotium &
„ ſuturorum eam memoriæ commendan-
„ tes, quæ talis eſt: Quando Prioratus
„ S. Petri vacabit Priore, Abbatiſſa Su-
„ perioris Monaſterii veniens ad Abbatem
„ & conventum S. Jacobi, & Deum præ
(f) „ oculis habens petat aliquem Scotum (f)
„ de prædicto conventu, vel de fratribos
„ S. Petri idoneum ſibi dari Priorem &
„ ſi bonus & idoneus eſt quem poſtulave-
„ rit, dandus erit in Priorem Eccleſiæ
„ prænominatæ, ſi verò Abbas & conven-
„ tus S. Jacobi, vel major vel ſanior pars
„ ejusdem, bona fide ac ſana ſecundum
„ Deum conſcieotia, & in ſalute anima-
„ rum ſuarum meliorem & utiliorem inter
„ ſe poterunt Abbatiſſæ demonſtrare,
„ hunc ſibi ſi præſens eſt, demonſtratum
„ vel abſentem denominatum, à primo
„ recedens Abbatiſſa poſtulet, receprurum
„ primo de manibus eiusdem temporalia
„ tanrum, quæ ex beneficio ſuperioris
„ Monaſterii ad Prioratum S. Petri no-
„ ſcunrur perveniſſe, quibus receptis Ab-
„ bas ſolemniter ipſum inveſtiat ſpirituali-
„ bus, & curâ priorarus, ut ex his ad ipſum
„ Abbatem principaliter ſalvo jure noſtro
„ reſpectus habearur. Aream quoque quam
„ olim habuiſſe dicirur Lantgrafius juxta
„ Eccleſiam S. Petri, eandem Eccleſiam ad
„ uſus ſuos quoscunq;, ſive ædificando, ſive
„ prolatando, ſive colendo vel alio modo
„ ex eâ conſequi poterit perpetualiter ha-
„ beat ad cenſum XL. denariorum annua-
„ tim in vigiliâ vel in die S. Emmerami,
„ Abbatiſtæ vel cooventui ſub pœnâ &
„ lege eonſuetudinis civitatis exſolven-
„ dum, ita tamen quod nec Abbatiſſæ,
„ neutrique conventui liceat aream præ-
„ dictam aliquo titulo alienare à ſuâ Eccle-
„ ſia, nec cenſum alicui perſooæ ſingula-
„ ri conſtituere vel obligare, vel vende-
„ re vel ioſeudare, quia ſi hoc continge-
„ ret gravamen Eccleſiæ poſſet oriri & iſta
„ compoſitio perturbari. Statuimus ad
„ hæc, quod ſi ſortè aliquis litem move-
„ rit prædictis fratribus Scotis ſuper ea-
„ dem area, aut eam indebitè uſurpare
„ contenderit, Abbatiſſa quæ tunc pro
„ tempore fuerit, cum ipſis & pro ipſis
„ principaliter in Jodicio deſendendo, ſe in-
„ quietatiooi eorum opponat quantum poſ-
„ ſit, ſicut pro cæteris attinentiis ejusdem
„ Eccleſiæ Monaſtetii Superioris. Hujus
„ rei teſtes ſunt, Clerici: Magiſter Rober-
„ tus Scholaſticus, Berenhardus de Juden-
„ burg Archidiaconus, Ulricus Cuſtos &
„ Vicedominus de Salah, Fredericus ma-
„ jor Plebanus, Magiſter Hermannus,
„ Conradus Mezinger Plcbanus de Parg-
„ ſteteo, Eberhardus Notarius noſter.
„ Laiei: Cunrados de Gebclkoven, Cun-
„ radus de Salah dictus Puller, Henricus
„ apud Capellam, Luipmannus *Hoffmei-*
„ *ſter*, Cumpertus & Hartwicus Officiales
„ ſuperioris Monaſterii, Bertholdus Ho-
„ mullus, Henricus Claudus Eccleſiaſticus
„ S. Petri ad Scotos & alii quam plures.
„ Hanc quoque compoſitionem de conſen-
„ ſu partium omnes ſigillavimus. Acta
„ ſunt hæc anno Domini MCCXVI. In-
„ dictione IIII. datum Ratisponæ III. Idus
„ Octobris, Epiſcopatus noſtri an. XIII. (g). (g)

Sed ſicut in viris coneordandis ſœlix, ita in ſœminis ſtabiliendis parum fœlix repertus eſt; ſiquidem in permutatiooe quadam cum Abbatiſſis, ut ſic loquar, ſuperioria & inferioris Monaſteriorum facta, repulſam tulit, de quâ re tale nunc extat Privilegium Friderici II. Romanorum Imperatoris: „ In nomine ſanctæ & individuæ
„ Trinitatis. Fridericus II. D. G. Rom.
„ Rex &c. Cum ad ſummam inſtantiam di-
„ lecti Principis noſtri Chunradi &c. (h) (h)

Sub hoe etiam Epiſcopo Chuonrado Concilium Provinciale celebravit Eberhardus Archiepiſcopus Saltzburgenſis anno Domini MCCXIX. cui interfuerunt Friſingenſis, Patavienſis, Gurcenſis, & Chiemenſis Epiſcopi; Chuooradus verò Ratispooenſis cum propter ſeditionem ſuæ civitatis intereſſe non poſſet ipſe, Præpoſitum, Decanum & Scholaſticum ſuæ Eccleſiæ pro ſe miſit. In quo Concilio Prælati Monaſteriorum totius Provinciæ abſentes à Domino Metropolitano ſunt excommunicati, quam ſeotentiam Honorius Papa coofirmavit.

Cum verò Chuooradus benè præfuiſſet annos duos & viginti (alii XVII.) VII. Idus Aprilis ſœlici fine quievit anoo Domini MCCXXVI. ex Apulia reverſus, alvo ſoluta. In Sacello D. Catharinæ Maximæ ædis ſepultus. Ejus tumulus duobus lapidibus ſepulchralibus eſt obtectus, quorum alter in quatuor columellas ſaxeas eſt elevatus, oeuter tamen ullam habet inſcriptionem.

Demum invenio etiam illum XXIIII. annis præſediſſe, ſed qui tantum annorum illi dedit, ſortaſsè voluit interregni tempus, ſic explere quod poſt illius obitum fuit, ut capite proximo ſum narraturus.

Hic adjiciendum quod Chonradus ille fratribus Franciſcanis Eceleſiam S. Salvatoris dedit inhabitandam, juxta quam poſtea Alberto comite de Pogen & Ottone Comite Palatino Rheni & Bavariæ Duce, ſuas areas donantibus Monaſterium illud Franciſcanorum erectum eſt, cujus rei ut evidentius ſit teſtimonium Privilegia donatorum adſcribemus, ut tempus harum rerum & alia cognitu non indigna pateſiant.

(f) in Exemplari meo altero, quod Joannes Lentzius A. 1543. exaraverat, ſequentia verba leguntur ad latus: *Nota benè & judica num hoc publica Honeſtati ſit conforme?*

(g) *Addidit Auctor in marg.* aliam Epiſcopi hujus conſtitutionem lege in Shedis meis.

(h) Integrum dudum edidit Hundius in Metrop. inter monumenta Monaſterii infer. Ratiſpon. T. II. p. m. 407. qui & ſeriem litis præmiſit.

„ Cunradus Dei gratia Ratiſponenſis Ec-
„ cleſiæ Epiſcopus. Volentes animarum pro-
„ videre ſaluti vocatos ad nos viros bonos,
„ qui dicuntur Fratres Minores, quorum vita
„ ſanctitatem tedolet & mores honeſtatem,
„ à quibus etiam verbum Dei ſeminatum
„ eò amplius ædificat ad correctiones ho-
„ minum, quanto evidentius hoc ipſum af-
„ firmant eorum actiones quod docere ſo-
„ lent ex injuncto ſibi officio prædicantes,
„ locavimus apud Capellam S. Salvatoris,
„ quæ jure ſundi ſpectare dignoſcitur ad Ec-
„ cleſiam S. Joannis Baptiſtæ; ut ibi divinis
„ vacantes obſequiis, prædicantes etiam
„ fructuoſum Domino præſtent ſamulatum.
„ Ordinavimus autem Monaſterium eotun-
„ dem bonorum fratrum in areâ viciniâ dictæ
„ capellæ & eidem attinente, in Domo ſu-
„ perioribus noſtris ædificata, ubi Wern-
„ hetus Eccleſiæ S. Joannis Canonicus, tunc
„ ejusdem capellæ poſſeſſor legitimus, aliam
„ domum prius ædificaverat, quam Eecleſiæ
„ ptædictæ S. Joannis pro Remedio animæ
„ ſuæ tradiderat, ſub hâc formâ memorandæ
„ Traditionis, videlicet ut eandem Domum
„ quilibet in capellâ ejus Succeſſor ad Opus
„ ſuum de cætero poſſideret, eamque veru-
„ ſtate dilapſam repararet, ſoluturus etiam
„ ex eâ annuatim in Feſto B. Catharinæ V.
„ & M. LX. denarios Canonicis ſuis ſeſtum
„ devotè celebrantibus diſtribuendos; pro
„ cujus Domûs & areæ recompenſatione,
„ nos de Conſilio & bona voluntate capi-
„ ruli noſtri donavimus iisdem Canonicis
„ libram unam denariorum annuatim ſol-
„ vendam de Eccleſia noſtra in Pondorff
„ à ſacerdote qui nune præeſt, & à quoli-
„ bet qui in futurum præerit illi Eccleſiæ,
„ ſive vice & nomine procuratoris aut per-
„ petui vicarii jure, aut etiam legitimi Pa-
„ ſtoris. Nec ulla difficultas obſtet aut di-
„ latio aut præpediens Occaſio, quæ poſſit
„ aut debeat prædictæ pecuniæ ſolutionem
„ ſingulis annis in ſeſto B. Emmerami de
„ cætero retardare aut ejus eventui con-
„ traire. Nec hoe prætermitti debet à
„ Canonicis, quin annua prænominatæ ſo-
„ lennitatis executio, ſicut præordinata
„ fuerat de prioris Domûs penſione ita ſem-
„ per ordinetur de ipſius recompenſatione.
„ Conceſſimus etiam ex gratiâ noſtra ipſis
„ Canonicis ut de cætero ſemper habeant,
„ ad ſupplementum ſuarum præbendarum,
„ dotem ipſius Capellæ, agros quosdam
„ in villa Altha, unde ſolvitur annuatim
„ libra denariorum. Cujus tamen quie-
„ tam poſſeſſionem & antedictæ libræ ſin-
„ gulis annis perceptionem prænominatus
„ W. quamdiu vixerit, habebit, ſed poſt
„ mortem ejus redit ad uſum Univerſitatis.
„ Idem etiam tunc aget Anniverſarium de-
„ poſitionis noſtræ diem, vigiliarum exe-
„ quiis & Miſſarum. Si verò fratres Minores
„ in eodem loco inſtitutos aliquo caſu emer-
„ gente, abire contigerit, capella cum atti-
„ nentiis omnibus ad caput ordinis ejus-
„ dem nihilominus reſpiciet quamdiu dura-
„ bit, ut nihil in ejus Præjudicium otdi-
„ netur, donec totus ceſſaverit, aut illam
„ noluerint habere capellam runc primum
„ capella cum ſuis attinentiis ad Eccleſiam
„ S. Joannis redibit, attamen libra ſemper
„ dabitur Canonicis annuatim in termino
„ ſupra memorato. Ut autem hæc inſti-
„ tutio firma ſemper permaneat, præſen-
„ tem paginam ſcribi fecimus noſtti ſigilli
„ appoſitione firmatam & ſigillo capituli
„ majoris Eccleſiæ Magiſter Rubertus De-
„ canus, Ulricus Vicedominus, Magiſter
„ Hermannus Scolaſticus, Ulricus de Wer-
„ de Archidiaconus, Eberhardus Comes
„ de Abenſperg Archidiaconus, Dietricus
„ de Schonevelt, Ulricus de Talmeizinge,
„ Selpfradus Capellanus, Chuonradus de
„ Veltkirchen, Chuonradus de Taufkir-
„ chen, Magiſter Chuonradus de Kirch-
„ pergk, Alhardus de Hutte, Henricus
„ de Lerchenvelt, Hermannus de Schwin-
„ despach. Actum anno Dominicæ Incar-
„ nationis MCCXXVI. Indictione XIIII.

Hic Chuonradus in Principio ſui Epiſcopatus eum Duce Bajoariæ Ludovico concordavit ſuper Diviſione liberorum Eccleſiæ Ratiſponenſis & Ducis Bajoariæ, prout in litteris Philippi Romanorum Regis & Rudolphi Imperatoris legitur in hâc formâ. Rudolphus Dei gratia &c. (i) (i)

De SYFRIDO *Suevo, Ratiſponenſi Epiſcopo XXIX.*

CAPUT VII.

CHuonrado demortuo, interregnum, ut ſic dicam, fuit annuum, Electoribus Miniſterialibus & Chnto, inter ſe ſe diſſentientibus, minor námque portior chori nnn expectato Cæſare vel Duce, Gotfri- Aventin.
dum Præpoſitum elegit cui Miniſteriales L. VII. fol.
Laici ſubſcribebant, aſſerentes Epiſcopi 654.
electionem in ſuo potius atbitrio, quam in chori ſacultate conſtituta. Hic Gotfridus ſtatim regalia à puero H. Friderici filio Rege accipiens non benè ſe geſſit; obligans plurima & elargiens inutiliter. Quare contra eum major Pars chori & contraria, unàcum Abbate S. Emmerami Perchtoldo Romam adiit, & rebus ab Honorio Papa ante obitum illius, qui fuit in die S. Gertrudis, dijudicatis, Gregorius Nonus
Succeſſot calculum adjecit (k), & Seyfri- (k)
dum Ratiſp. Eccleſiæ Canonicum, qui tum inter alios de capitulo miſſos aderat, Eccleſiæ Maguntinæ cantorem, vitum alioquin continentem & litteratum, in Epiſcopum Ratiſponenſem electum & conſecratum remiſit, anno Domini MCCXXVII. Aliqui addunt unum, Friderico ſecundo imperante. Cui huc Syfridus Imperialis Aulæ Cancellarius, admodum familiaris erat, ut conjicio tum ex illius Epitaphio, poſtea producendo, tum ex Urſpergenſi Monacho, qui in fine chronici ſui ſcribit, poſtquam

(i) erat in marg. *comple ex ſchedis* deficiunt autem hæ litteræ in utroque Codice.
(k) *Auctor in marg.* extant litteræ Friderici ſecundi ſuper hac re in Calendario Joannis Grad, & in ſchedis meis.

quam inter Fridericum II. & Romanum Pontificem Gregorium Nonum ſchiſma (l) fuiſſet obortum (l), Fridericus ſuper iis cauſis inter ſe Papamque diffiniendis, Alemanniæ Principes advocavit, ut veniret in Italiam anno Domini MCCXXIX. Fuerunt autem hi Patriarcha Aquilegienſis, Archiepiſcopus Salzburgenſis Eberhardus, Syfridus Epiſcopus Ratisponenſis, Luitpoldus Dux Auſtriæ & Dux Dalmatiæ & Hiſtriæ, quibus mediatoribus regnum & ſacerdotium in concordiam redierunt & Dominus Imperator ab Excommunicationia vinculo diſſolvitur, atque Hoſpitio menſáque à Domino Papa lætus excipitur. Ne autem diſſenſio talis deinceps è Laicis præſumeretur in Epiſcoporum electionibus, omnis adverſa pars chori ſed Gotfridus electus, Magiſter Hugo, Diethricus de Schonafeld, Ulricus de Werde, Ulricus Scriba, Cunradus Præpoſitus de Pilſtinge, Alhartus de Huite, Albertus Plebanus de S. Paulo, Ulricus de Talmeſſinge & cæteri omnes ab Eccleſiaſticis Beneficiis & chori conſortio ſub pœna excomunicationis ſunt ſequeſtrati, impoſito ſibi potius totius juris ſilentio, quousque ſub periculo ſuarum rerum & perſonarum Romam adeuntes, tertio vix anno reſtitutionem ſub graviſſima pœna meruerunt.

Hujus Syfridi Conſilio Fridericus Imperator Auſtriæ ducatum Regio honore dignatus eſt augere. Syfridus enim Ratisponenſis Epiſcopus primus nominarur in eo Diplomate. Qualem verò ſe erga religionem habuerit hinc judicari poteſt, quod cum eo tempore ordines Divorum Dominici & Franciſci cœpiſſeot, ne ſua civitas novorum ordinum expers eſſet, ipſe Syfridus Dominicanis fratribus cum conſenſu Chuonradi Decani & totius capituli Ratisponenſis Eccleſiam S. Blaſii in eâdem urbe, quæ ad Epiſcopum & Canonicos pleno jure ſpectabat, contulit, anno Domini MCCXXIX. Eſt deinceps ibl factum Mooaſterium ejus Ordinis, nobilibus de Ekmul Drugſeſſen fundatoribus, anno domini MCCXXIX. Hie etiam Conſilio Canonicorum & fratrum Mendicantium ordinavit ſtatuta ſacerdotibus & laicis fratribus & ſororibus pauperibus in Hoſpitali nuper inſtituto famulantibus. Ædem verò Salvatoris Franciſcanis tradidit, cum autem curiæ Imperialls Friderici II. eſſet Cancellarius, aliquod Privilegia ſuæ Eccleſiæ non inutilia à Friderico II. impetravit. Dedit capitulo Ratisponenſi parochiam Saler pro anniverſariu ſuo, ut extant ejus litteræ.

(m) Et cum annos XXIII. (alii XVIII. (m)) aut XXIIII. benè præfuiſſet & præſediſſet, XIIII. Calend. April. in pace dormivit, contumulatus in choro S. Petri, poſt altare maximum, in cujus marmore hoc Leoninum diſtichon exſculptum & ſatis detritum vixque legibile legitur:

„ *Secretis gratum Regalibus, hic Cathedratum*
„ *Syfridum ſtravit Mors, & cinis incineravit.*
Anno Domini MCC....

Ultimi numeri detriti legi non poſſunt.

Invenio in quorundam Adnotationibus Albertum Syfrido ſucceſſorem factum (n) (n) anno Domini MCCXLVII. quare Syfridus non XXIIII. aut XXIII. ut alii, ſed XX. duntaxat annis præfuit, & ſunt cauſæ quæ me movent ut veriſimile putem, citius Albertum Epiſcopum, quam vulgo putatur, ſed ad poſſeſſionem non admiſſum, ut in ſequenti capite cognoſcetur. Sed hic adjiciendum, quod anno Domini MCCXXVII. Henricus Comes de Ortenbergk dum eſſet in caſtro Murach dedit ſororibus S. Benedicti ad Sixtum in ſuburbio Ratisponæ Eccleſiam in Schwartzhoven, eâ conditione ut locus ille, in quo adhuc monſtratur ſacellum S. Sixti, de fructibus & redditibus Eccleſiæ præfatæ debeat conſtrui, hic eſt locus ille in quo nunc monaſterium ſancti Crucis religioſarum Virginum Ordinis S. Dominici. Sed Sacellum S. Sixti in Noſocomium, quod infirmatorium vocant, verſum eſt.

Add. Auctoris: Sub hoc Epiſcopo Ratisponenſes, Comites in Lechsgmund expugnaveruot. Lege Bruſchium in Cæſarea fol. 23.

Idem Epiſcopus dedit Capitulo Ratisponenſi Parochiam Saler pro anniverſario ſuo, ut extant ejus litreræ.

Ludovico Bojorum & Palatinatûs Duce anno MCCXXXI. mortuo, Otto filius Succeſſor Convenrum provincialem indicit in Ratispona, ſed Heinricus Cæſar filius Friderici II. id edicto vetat & civibus mandat, ne Ottonem urbe accipiant. Protinus Otto Bajariam inttat. Cæſar exercitu collecto Ratisponam tutatur. Auguſtus Fridericus filium Cæſarem Legatis ex Italia miſſis ab armis diſcedere juſſit. Unde Otto Dux Bojus iterato Conventum ad Ratisponam cogit. Aventinus L. VII. Leges illic multa de hoc Epiſcopo Syfrido.

Vicarii altaris S. Petri cœperunt anno MCCXXXIX. vide in litteris Capituli Ratisponenſis fol. 25. Duo enim Sacerdotes aſſumpti ſunt ſub una præbenda Canonicali. Deinde ſub Epiſcopo Nicolao tres alii Vicarii aſſumpti ſunt ad novam præbendam canonicalem, unus Sacerdos, qui dimidiatam præbendam habebat, alii duo unus Diaconus, alter Subdiaconus etiam dimidiatam præbendam habebat.

Cc 2 *De*

(l) *Add. in marg. Auctor.* Extant litteræ quibus Gregorius ille Nonus clerum Ratisponenſem contra cives à Pedagiis liberat.

(m) *Add. in marg.* In litteris Syfridi ſuper Decimis in Gravenreut ſcribitur. Datæ Ratisponæ A. Dom. MCCXLVIIII. Nonas Junii, Pontificatûs noſtri A. XVIII.

(n) Sed Epiſcopatum adire non potuit, prohibitus toto Quinquenio à civibus Ratisponenſibus. *Add. Auctoris.*

De ALBERTO I. *Ratisponenſi Epiſcopo XXX.*

CAPUT VIII.

ALbertus Pitogeus ejus nominis *Primus*, oriundus Comes ex Pittengaw, Canonicus Halberſtatenſis Eccleſiæ Ratisponenſi per Legatum Apoſtolicum præficitur Epiſcopus anno Domini MCCXLVII. Friderico II. adhuc invitis omnibus imperante.

Fratrem habuit Bertholdum Epiſcopum Pataviensem.

Hic anno Domini MCCL. Patritios aliquot conſulares Ratisponenſes cœpit, quod Imperatori Friderico II. adhærerent, captósque abduxit in arcem Thunnawſtauff, ſive Thumſtauff, quæ res arguit Syfridum Prædeceſſorem non præfuiſſe annos XXIIII. alioquin hæc captivitas non ſub Alberto, (o) ſed ſub Syfrido facta fuiſſet. (o)

Cæterùm hoc Epiſcopi facinus atrox magoas turbas dedit, & odium civium in Clerum ægrè tandem ſedatum, excitavit, adeò ut eodem anno Friderico II. Eximperatore in excommunicatione mortuo, cum Chunradus Quartus, Friderici filius, jam olim ſub Patre Rex Romanorum, ſemel atque iterùm electus ad Imperium aſpiraret, ſed per Innocentium IV. Pontificem Romæ prohibeteтur, è ſchismate regni ſacerdotiique ſumptâ occaſione, cives, ut Clerus Ratisponenſis multis malis opprimeretur, conjuraverant.

Hanc Hiſtoriam ſatis memorabilem pluribus dicere convenit, ut clarior appareat.

Chuonrado IIII. loco patris exauthorati regnaturiente anno Domini MCCLI. Innocentius IIII. Hugonem tituli S. Sabinæ Cardinalem Presbyterum ad Germanici regni Principes Legatum cum litteris miſit, mandans, ut abjurato Chuonrado Friderici filio Guilielmum Comitem Hollandiæ, Regem electum ſequerentur. Unde permotus irâ Chuonradus, Papæ fautores cum Guilielmo Rege nuper contra ſe electo, crudeli vaſtatiooe perſequitur. Proinde rebus in Sicilia, Apuliáque, ut potuit, compoſitis, cum exercitu io Germaniam revertitur, atque in Bavariam divertens ad Henricum Ducem Bavariæ inferioris, Ottonis Ducis filium, cujus Henrici ſororem Eliſabetham Chuonradus Cæſar uxorem duxerat, ejus auxilium poſtulaturus acceſſit.

Porro Fridericus Eximperator amiſſis quatuor uxoribus paulò ante obitum ſuum de quinto matrimonio diſpoſuerat, qua de re Albertus Saxoniæ Dux pecuniâ inductus, ut fertur, filiam ſuam Ottonis Ducis Brunsvicenſis Ottoni filio prius pactam, ſed per ſponſi mortem non ductam eidem Friderico deſponſavit, eámque Duci Bojoariæ ultro mittendam deſtinavit: Quæ cum in exitu civitatis Ratisponenſis cum Duce Bojoariæ Landishutam eſſet tranſitura Albertus Epiſcopus ipſius urbis, qui nondum ſedem ſuam intrârat, pro eo quod civitas cum Civibus in excommunicatiooe Papæ erat, habita opportunitate currum rebus onuſtum ad deſpoliandum aggreſſus eſt, & cives ita extra muntionem ſuæ urbis provocavit, ut qui eſſent peſſimi blaſphematores Papæ & totius Cleri & quinquennio jam ſuſpenſi & excommunicati, Epiſcopum ſuum excluſerant, igitur transgreſſi ante caſtrum Epiſcopi, Stauff dictum, fuſi ſunt partim, partim capti. Quo infortunio reliqua pars civium permota Chunradum & Bajoariæ Ducem in Lanzhuct agentes adit, de Epiſcopo & Clero Ratisponenſi queritur, generum & ſocium implorantes auxilii gratiâ, qui ſimul contractis tumultuariis copiis, omnia penè que Ratisponenſis Epiſcopii Domino Alberto, Papæ fautori ſuberant, igne ferróque devaſtant (p), deinde Civitatem (p) ipſam civibus conniventibus, &, ut alicubi lego, vocantibus in vigilia Natalis Domini ingreſſi, Henricus Dux Mooaſterium S. Emmetami, Chuonradus Eccleſiam Cathedralem in diverſorium commutavit, ſicque ambæ Eccleſiæ deturpantur, ut etiam equorum eſſent receptacula, ſoláque innocentia pro crimine reputata vexabatur. Conveniuntur deiode Monachi Emmeramici ſuper bonis cujusdam Judæi tincti, quæ nec habebant, nec teceperant, atque ad reſtitutionem impoſſibilem urgebaotur. Verùm cum dare poſtulata minimè poſſent, Dux Henticus extortis à Monachis clavibus, omnem domus & Eccleſiæ ſupellectilem rapuit ac deportari fecit.

Igitur IIII. (alii V.) calend. Januarii intempeſtæ noctis ſilentio Nobilis quidam Chuonradus de Hohenfels, Epiſcopi Ratisponenſis Miniſterialis tanti contra Deum & loca ſacra facti nefarii vicem dolens, & velut alter Phinees blaſphemias in Deum & Deo deditos homines, ulciſci cupiens cum Epiſcopi militibus & ſuis clam ingreſſus Ratisponam, Chuonradum Regem impium & Eccleſiæ hoſtem atque tytannum apud Monaſterium S. Emerami cubantem, occultè ſtatuit interficere. Quod quidam Fridericus nomine de Ewesheim Regi nimium familiaris & fidelis dum intellexerat, percurrens, ut actutum ſe Rex abſconderet, perſuaſit, ipſe verò in lectum, ubi Rex dormire conſueverat, ſe collocans à nobili prædicto cum aliis fermè ſex Regis familiaribus eſt trucidatus; (q) Rex verò mortis periculum (q) evadens, cum mane facto vivus ex cujusdam ſubſellii latebrâ prodiiſſet à populo & civibus, ne ſibi tanti criminis inſidioſa proditio impingeretur, humiliter eſt exoratus. Clerus ergò in crimen & periculum vocatut, Rex tantum ſcelus ulturus Monaſterium S. Emmerami rurſus cum Duce Henrico ſubingreditur, & plurima inibi ædificia ſubvertens, fuoditus demolitur. Unde Monachi obligatis Bibliothecæ pretioſiſ-

(o) *inter lineam poſtea ſcripſit Auctor*: imò quia toto quinquennio fuit Albertus à Poſſeſſione civitatis prohibitus, ante poſſeſſionem urbis facta eſt.

(p) Albertum captivos reddere imperatáque facere cogunt, ejus ſocios multa ſtrage mulctant. *Aventinus L. VII.*

(q) *Auctor in marg.* Cæſi in medio Templi Hemeramici humati oſtenduntur.

tioſiſſimis libris, redimere tyrannidem co-
acti, altare quoddam portatile aureum,
pondo marcarum ſeptem & ſexaginta, quod
à tempore Henrici IIII. extructum usque
ad ea tempora duraverat, diſtrahere com-
pulſi ſunt ad quingentarum librarum mul-
ctam perſolvendam, nec verò ſatiatus Rex
hiſce malis, Monaſterium S. Emerami Pri-
vilegiis omnibus privavit, arque Abbatem
Ulricum, tauquam machinati ſceleris con-
ſcium, vinculis innexum, ſecum captum
abduxit; hoc videns plebs illis tortoribus
(r) ad libertatem procurandam (r) ſe conjun-
xit, & Clerum per totam civitatem impu-
nè perſequitur, adeò ut quidam Clerico-
rum è domibus ſuis pellerentur, rebúsque
ſuis exuerentur, quidam relictis bonis ſo-
lum vertere cogebantur. Erat illis ſugæ
præſidium optimum; qui verò fugere non
poterant, domibus occluſis ad transactio-
nem cogebantur. Quæ mala cum Guiliel-
mus Rex reſciviſſet, contractis undique co-
piis valida manu Ratisponam contendit, in
Chuonradum ducturus, ad hæc & ex Apu-
lia Legati venientes altera die mortem pa-
tris Friderici ſibi nuntiabant. Verùm Chu-
onradus his auditis rumoribns, Monachis
Emmeramicis Privilegiu dato reconciliatis,
fuga ſibi ſalutem quæſivit, & in Apuliam
properans mortuus eſt anno Dom. DCCLII.
Henricus verò Bajoariæ Dux cooperarius
horum malorum non ita diu poſt juſtæ mor-
tis pœnas luit. Forma reconciliationis
Chuonradinæ talis eſt:

„ Conradus divi Auguſti Imperatoris Fri-
„ derici filius, Dei graria Romanorum in
„ Regem electus ſemper Auguſtus & Hæres
„ regni Jeruſalem. Regale faſtigium toties
„ læditur, quoties in defectu Clementiæ
„ reperitur: & quanto benignius compaſ-
„ ſionibus pietatis immergitur, tanto glo-
„ rioſius exaltatur. Clementer igitur la-
„ chrymis & devotis ſupplicationibus
„ quorumdam Monachorum Monaſterii S.
„ Emmerami in Ratispona, in cujus more
„ progenitorum noſtrorum Hoſpitati Ho-
„ ſpitio nefandum Conſilium & deteſtabile
„ Homicidium perſonæ noſtræ, per Alber-
„ tum, qui ſe dicit Ratisponenſem Epiſco-
„ pum & Conradum de Hohenvelss furti-
„ vum & nocturnum aggreſſorem ad ex-
„ cogitatam necem noſtri corporis extitit
„ procuratum, miſericorditer inclinati,
„ miſericordiam potius quam judicium &c.
(s) „ &c. (s)

Hoc modo Monachis cum Rege recon-
ciliatis cœperunt, & clerus cum civibus
inire concordiam, & datis & acceptis utrin-
que compoſitionis litteris in mutuam gra-
tiam redire. Litterarum autem earum,
quasCanonici civibus dederunt, tenor eſt
talis:

„ In nomine Domini Amen. Univerſis
„ Chriſti fidelibus præſentem paginam in-
„ ſpecturis, Henricus Dei gratia Decanus
„ cum univerſitate Capituli majoris Ec-
„ cleſiæ Ratisponenſis ſalutem in Domino.
„ Cum occaſione generalis diſcordiæ inter
„ Sanctum Patrem noſtrum Dominum In-
„ nocenrium ac Fridericum quondam Im-
„ peratorem ſuſcitatæ, membra Eccleſiæ
„ capiti ſuo cohærentia, quæ non decet a
„ capire diſcedere, in multis partibus &
„ maximè per Theutoniam ſolitæ pacis &
„ quietis ſolatio fuerunt orbata, peſtem
„ illam ad inſtar Cancri ſerpentem in his
„ ultimis temporibus usque ad nos, plus
„ quam credi poreſt, contigir derivari:
„ Nam cum venerabilis Pater noſter Alber-
„ tus Ratisponenſis Epiſcopus, quosdam
„ ejusdem civitatis Burgenſes captivâſſet,
„ & in vinculis captivos teneret, Dominus
„ Chnonradus natus quondam Friderici
„ Imperatoris, unà cum Illuſtri Duce Bajo-
„ ariæ & liberis ſuis ad civitatem Ratispo-
„ nenſem manu armata & copioſo exercitu
„ divertentes, Clerum & alios Religioſos
„ Ratisponenſis Civitatis & Diœceſis in per-
„ ſonis & rebus hoſtiliter & graviter offen-
„ derint, adeò quod quidam à domibus
„ eorum & univerſis rebus ejecti, alii ve-
„ rò bonis ſunt ſpoliati, quidam etiam ut
„ perſunas ſalvarent, & id, qnod habe-
„ bant, cum ipſis tranſigere ſint coacti.
„ Et quod non caret ſcrupulo ſocietatis
„ occultæ, qui manifeſto facinori deſinit
„ obviare, & culpam procul dubio habet,
„ qui quod poteſt corrigere, negligit emen-
„ dare, cum ſcriptum ſit, quod non ſo-
„ lum qui faciunt, ſed & qni facientibus
„ conſentiunr, participes judicantur, vide-
„ batur nobis & aliis & non immeritò quod
„ ex conniventia civium Ratisponenſium
„ hæc damna fuiſſent nobis tam atrociter
„ irrogata, unde fugæ ſubſidium eligentes
„ quidam ex nobis, ſe ad alia loca transtu-
„ lerunt, alii verò mediantibus Treugis
„ non ſemel ſed ſæpius interpoſitis in ipſa
„ civitate non ſine metu tamen rerum &
„ corporum ſteterint. Dicti verò Burgen-
„ ſes innocentiam noſtram & reliqui Cleri
„ conſiderantes, qui nullis noſtris exigen-
„ tibus meritis jacturam iſtam pareremur,
„ mœrentes etiam diſſidium unionis noſtræ,
„ cum hæc tam nobis quam ipſis non mo-
„ dicum diſpendium generaret, ſtudiosè
„ tractare cœperunr, qualiter ad concor-
„ diam & unionem nos cum ipſis pariter
„ revocarenr, & fratres noſtros abſentes
„ per litteras ipſorum patentes ad civita-
„ rem Ratisponenſem revocantes, multis
„ ſe circa nos allegationibus excusârunt, &
„ non parvam nobis compaſſionem de
„ damnis & injuriis irrogatis ex parte com-

(r) oppreſſi ergò, & à quibus?

(s) *Exhibet integrum Gevvoldus in add. ad Metrop. Saliſb. Wig. Hundii. P. II. p. m. 264. nec ita indigne prout inſinuat Hochvvartus, cujus me hoc loco pudet, Monachorum gratiam emendicatus eſt imperator Chriſtianiſſimus, ut qui illis etiam dum parceret, facti atrocitatem exprobret, ad finem diplomatis tam memorabilis hac ſequuntur in Cod. meo autographo in margine adſcripta.* Hoc Diploma ob clementiæ exemplum Cæſar Maximilianus ſecum detulit Ænoburgam nuper, aliud novum exemplar ex veteri ad verbum exceptum ſuo Diplomate ſignatum Monachis reddidit. *Aventinus.*

„ munitatis ipſorum ſæpius obtulerunt, al-
„ legantes etiam & firmiter aſſerentes,
„ quod univerſitas ipſorum in damnis nobis
„ illatis culpam aliquam non habeat, pro-
„ pter hoc quod circa tutelam & defen-
„ ſionem noſtram minus ſolliciti & deſi-
„ des aliquantulum extiterunt, obtule-
„ runt inſuper, quod ſi ſingulariter ex ipſis
„ aliqui in perſonis vel rebus univerſos
„ vel ſingulos gravâſſent, de illis amica-
„ biliter nobis ſatisfacerent, vel juſtitiæ
„ complementum exhiberent. Quare poſt
„ varios hinc inde tractatus inter nos ha-
„ bitos ſub iſto tenore cœpimus concorda-
(t) „ re, (t) quod ipſi Burgenſes omnia jura
„ & libertates, quas ab antiquo nos & to-
„ tus Clerus Ratisponenſis civitatis habuit,
„ & eorum anteceſſores ſoliti ſunt, habere
„ reſtituerent, & quod perſonas, res, ho-
„ nores, libertates & jura noſtra ſicut ſe
„ ipſos quantum poſſent, rebus & corpore
„ protegerent ac defenſarent, & ipſi de-
„ fendendo propenſius conſervarent, nos
„ autem omni actioni, quæ nobis contra
„ ipſorum communitatem, occaſione præ-
„ miſſorum damnorum & injuriarum com-
„ petere poterat, renuntiavimus & ipſos
„ reddidimus abſolutos, ſalvo hoc, quod
„ de ſingulis eorum, qui nos in aliquo læ-
„ ſerunt, vel damna intulerunt, amicabi-
„ liter ſatisfaciant, vel juſtitiæ faciant
„ complementum. Promiſimus etiam,
„ quod quandocunque dicti Burgenſes à no-
„ bis requirerent, ſalva tamen obedientiâ
„ noſtrâ & libertate cunſilium & favorem,
„ ipſis melius, quod potuerimus, impende-
„ remus. Ut autem hæc unio noſtra &
„ concordia firma perſeveret, nec à quo-
„ quam poſſit violari, litteras noſtras mu-
„ tuo nobis ad invicem tradidimus ſigillo-
„ rum noſtorum munimine roboratas. Acta
„ ſunt hæc anno Domini MCCLI. data Ra-
„ tisponæ, mediante & approbante fratre
„ Henrico de Ordine Prædicatorum Pœni-
„ tentiario & Nuntio Domini Papæ. III. kal.
„ Aug. Indictione VIII.

Copiæ Litterarum initæ unionis & concordiæ à civibus Ratisponenſibus venerabili Clero ejusdem urbis traditæ.

„ In nomine Domini Amen. Univerſis
„ Chriſti fidelibus hanc paginam inſpectu-
„ ris, Fridericus Magiſter civium, cum
„ Univerſitate Civium Ratisponenſium, ſa-
„ lutem in Domino.

„ Cum occaſione generalis diſcordiæ in-
„ ter ſanctum Patrem noſtrum Dominum
„ Papam Innocentium ac Dominum Fride-
„ ricum quondam Imperatorem ſuſcita-
„ tæ, membra Eccleſiæ capiti ſuo cohæren-
„ tia, quæ non decet à capite diſcedere in
„ multis partibus & maximè per Theuto-
„ niam ſolitæ pacis & quietis ſolatio fue-
(u) „ runt orbata &c. &c. (u)

Hæc autem concordia non fuit diuturna, quia poſt aliquot annos exactionem novam cives Ratisponenſes contra Clerum excogitârunt, ut infra Capite XI. ſum deſcripturus, ne Clericis immunitas Eccleſiaſtica longæva foret.

Cæterùm his turbis ſedatis Epiſcopus Albertus ad reconciliandum Templum prophanatum animum adjecit, & anno Domini MCCLIIII. Indictione II. prid. kalend. Julii dedicatum eſt ab eodem Epiſcopo Altare & Monaſterium S. Petri Cathedralis Eccleſiæ.

Sequenti anno MCCLV. ex cujusdam Sacerdotis collabentis & Hoſtias ſalutiferi Sacramenti effundentis caſu, erectum eſt Sacellum illud in Judenpruck ex largitione fidelium Ratisponæ, quod poſtea ædilibus Chuonrado Hiltprandi & Ulrico de Prunleuten civibus Ratisponenſibus extructum eſt in Monaſtetium, dedicatum ab Epiſcopo prædicto & traditum fratribus Heremitis Ordinis S. Auguſtini.

Porro autem Conradus prædictus civibus cuntra Cleri iṁunitatem conceſſionem aliquam fecerat, id poſtea Wilhelmus Imperator iterùm caſſavit his litteris, quas nos integras vidimus: „ Wilhelmus Dei
„ gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus,
„ omnibus ad quos pervenerit præſens, gra-
„ tiam ſuam & omne bonum. Si qua Jura
„ Epiſcopalia Ratisponenſis Eccleſiæ ſive in
„ civitate ipſa vel extra Conradus natus
„ Domini Friderici quondam Imperatoris
„ per aliquam conceſſionem alienari diſpo-
„ ſuit, hanc per ſententiam decernimus ir-
„ ritam & inanem, ſub obtentu imperialis
„ gratiæ diſtrictæ mandantes, ne quis Epi-
„ ſcopum Ratisponenſem & Eccleſiam ſuam
„ in juribus ſuis impediat, aliquatenus ſeu
„ moleſtet. Datum Brunsvic. XI. calend.
Februar. undecimâ Indictione.

Cum verò Albertus Epiſcopus tredecim annos præfuiſſet, à quibusdam civibus apud Sedem Romanam accuſatus, cum ſe purgare, defenderéque non poſſet, depoſitus, Epiſcopatu ceſſit, Monachus factus in Sittenbergo, cique frater Albertus Ordinis Prædicatorii ſurrogatus eſt. Aventin. L. VII. fol. 700.

His temporibus anno Domini MCCLVI. vel LVIII. Ludovicus Dux Bavariæ Comes Palatinus Rheni ſupradicti Ducis Henrici frater, ulturus Ratisponenſes, qui paucis ante annis avi atque parentis regulorum Bojariæ jugum excuſſerant, & in libertatem ſe vendicaverant, montem Geirſperg oppoſitum Ponti ad lævam Ratisponenſi, invitis civibus incaſtellavit, eámque arcem vocavit Landeskron, ſed acceptâ à civibus pecuniâ eam ſolo æquari permiſit; de qua re ſic lego in illius litteris dunationis cujusdam: Aventin. L. VII. fol. 701.

„ Ludwicus Dei gratiâ Comes Palatinus
„ Rheni Dux Bavariæ univerſis Chriſti fide-
„ libus tam præſentibus quam futuris ad
„ rei memoriam ſempiternam. Hominum
„ labilis memoria, quæ retroacta rationa-
„ biliter

(t) *In Litteris, quas Magiſtratus & Communitas Ratisponenſis Clero dedit, hiſce ex præſcripto Pænitentiarii Pontificii per omnia, geminis hoc loco paulo aliter legitur; nimirum:* quod ipſos Canonicos & Clerum, nec non religioſos cujuscunque ſexûs noſtræ civitatis ad omnia jura & libertates, quas ab Antiquo &c.

(u) Litteræ per omnia, illis quas Clerus tradidit civibus, concordant.

„ biliter ordinata immutare conſuevit, facit, quæ moderniis geruntur temporibus
„ ſcripto perpetuo perennari, hinc eſt, quod
„ cum quasdam poſſeſſiones Eccleſiæ S.
„ Magni ultra Pontem Ratisponenſem occupâſſemus penitus, pro erectione caſtri
„ noſtri Landeskrone, & damna gravia intuliſſemus eidem Eccleſiæ ratione caſtri
„ præfati, quod ad defenſionem terræ noſtræ ac Generalis Pacis intendimus conſervare, nos ipſam Eccleſiam vulentes in
„ omnibus indemnem cuſtodire, imò res
„ ipſorum in remedium animæ noſtræ ae
„ omnium Progenitorum noſtrorum &
„ etiam ſucceſſorum augmentare, oos ſuper hoc pro habita deliberatione matura de conſilio prudentum in recompenſationem dictarum poſſeſſionum ſæpè ſatæ Eccleſiæ curiam noſtram in Steinpergk ſitam, quam jure hæreditario poſſidemus cum omnibus ejus attinentiis, decima ejusdem curiæ, poſſeſſionibus univerſis, cultis & incultis, quæſitis & inquirendis, pratis, ſylvis, paſcuis viis, ſemitis &
(x) „ *ſuagiis* (x), ac aliis, quæ poſſidentur vel
„ quaſi, nec non unam de vineis noſtris ſitis in Reinhuſen, illam videlicet, quæ caſtro noſtro Stauff eſt vicinior contulimus,
„ pleno jure liberè ac quiete perpetuo poſſidendas, reſervato nobis tamen jure advocatiæ ipſarum curiæ & vineæ, quidque in
„ aliis bonis ipſius Eccleſiæ poſſidemus. Ut
„ autem hæc rata permancant in perpetuum
„ & inconvulſa, ne poſſint ab aliquo Hæredum ſucceſſorum ſeu aliorum imposterum
„ retractari præſens privilegium conſcribi
„ ſecimus & ſigilli noſtri munimine cum annotatione teſtium comuniri. Teſtes autem
„ ſunt hi: Albertus Leuzmanous, Hadmarus
(y) „ de Laber, Albero de Pruck &c. (y)

De ALBERTO II. *Ratiſpon. Epiſcopo XXXI.*

CAPUT IX.

ALbertus II. Suevus de Laugingen cognomento Magnus, non corporis quidem proceritate ſed Litterarum Scientiarúmque multijugarum experimento. Nam Pariſiis quondam inſignis habitus eſt Teſtimonio Palmerii docti Viri, ubi & Aquinatis illius Thomæ Præceptor fuit, & poſtea Colonienſis Cœnobii apud Dominicaſtros Lector. Hic Alberto I. dejecto ſuffectus eſt Epiſcopus per Legatum Sedis Apoſtolicæ anno Domini MCCLX. ſub Alexandro IV. Campano Romano Pontifice inrerregno exiſtente. Ego de hoc Alberto multa dicere poſſem, ſed quia non vitas, ſed Hiſtorias Epiſcoporum celebriores mihi deſcribendas ſumpſi, non niſi, quod in Epiſcopatu geſſit, ſcribere volo.

Hic ad Epiſcopatum Ratisponenſem veniens ſtudium conſuetum non intermiſit. Nam in caſtro ſuo Stauff dicitur ingens illud volumen in Lucam Evangeliſtam ſcripſiſſe. Vidi ego ejus volumen illud prolixum, ſuis manibus, ut ferunt, deſcriptum ſatis illegibile apud Prædicatores Ratisponenſes, quod vix credi poſſit ab homine quamlibet otioſo intra unius anni ſpatium exaratum eſſe, ut nihil ageret aliud.

Hic tamen Albertus Oeconomiam cum ſtudio ſuo minimè deſeruit, verúmque fecit, quod Cicero de Thalete ſcribit, & Plinius de Democrito: etiam Philoſophum, ſi ei commodum eſſet, pecuniam facere poſſe. Nam vix inire rationem aliquis poſſit, hominem uno duntaxat anno, quo præfuit, in tanta paupertate, quâ reperit Epiſcopatum, deparcere potuiſſe, ſuum fortaſsè defraudans genium. Nam ego in quodam vetuſto Codice noſtræ Bibliothecæ ſic lego:
„ Sciendum eſt, quod fratre Alberto Ordinis Prædicatorum, qui dictus eſt Magnus, quondam Ratisponenſi Epiſcopo veoiente ſuper Epiſcopatum ſuum Ratisponenſem, tertiâ Feriâ poſt Ramos Palmarum, nec in cellario Epiſcopali unicam invênit guttam potûs, nec in Granario unicum Granum Bladi, & ſimpliciter pro ſe vel equis ſuis paſcendis non invenit quicquam, etiam valens unicum ovum. Item ad culturam vinearum, quæ tunc iminebat, nec ad fimum comparandum, nec ad præbendam finitoribus adminiſtrandam unicum invênit denarium. Attamen ab eodem die, quo Epiſcopatum intravit usque ad ſecundum annum, quo ei Succeſſor fuit ſubſtitutus Eccleſiam ſuam infra ſcriptis debitis exoneravit: „ Videlicet apud Aaron Judæum in centum libris, apud Treunſpergarium in l. tt. In quibusdam obligationibus in Hohenburgk ante montes in LV. Libris. Apud Tyſpach in XX. Libris. Ad Poxauarium apud Wolfhardum in X. Libris. Apud Goſoltragerium in XXIIII. Libris. Apud Dominum Fridericum de Perge in L. Libris. Apud Dominum de Rorbach in XVII. Libris, in Engelhovcheim apud relictam Domini Goſwini in XV. Libris. In quadam Huba ibidem in VII. Libris. Item in alia Huba ibidem in X. Libris, & in cenſu cameræ ibidem in XII. ſolidis. Apud Turrinbart in XIIII. Libris. Apud Hanbergarin in XIII. tt. Apud Præpoſitum in Stauffe in XXIIII. Libris. Apud Dominum Z. in Werde pro XII. ſolidis, & in Carrata vini, quæ tunc valuit V. libras apud Palnaharium in XXV. Libris & dimidiâ. apud Conradum Ergoltangarium in VI. Libris, apud fratres Ab. & H. de Porta in VIIII. Libris, apud Wiſentarium in IX. Libris, apud Orelhaimarium in III. Libris. Apud Eſſenbach in Huba III. Libr. apud Raitenbucharium in V. Libris, pro quibusdam Piſtationibus. Hæc ibi. (z)

Sed

(x) Itaque uterque Cod.
(y) hactenùs uterque Codex noſter.
(z) In Cod. autogr. Gevvoldus ad hunc locum alíís typis expreſſum, adnotavit pro Amanuenſis ſui inſtructione, *non ſcribatur*, nimium ſibi ſumens in alieno ſcripto. Quid enim fiet de Hiſtoria, ſi quilibet in veterum monumentis, ſæculi ſui ſenſum conſulens, quidlibet ſibi permittat? Alii viderint, à me quidem exemplum non erit.

Sed quia vulgus prodigos Nobiles mavult, quam Doctos, pro tempore locóque liberales, malam gratiam huic Alberto retulit. Nam illum *Ligatum Calceum* acclamavit progredientem, quod peronatus Dominicaſtrorum more obambularet, & quia non eſt tanta humilitas quæ Dulcedine gloriæ oon tangatur, bonus ille Pater vulgi cavillum non ferens, Epiſcopatui nuntium remiſit, iterum ad ſuos Colonienſes Dominicanos concedens, ubi & mortuus, annum unum & menſes aliquot duntaxat peragens in Epiſcopatu.

Capitulo dedit Eccleſiam Cham, juxta has litteras.

,, Nos Henricus Præpoſitus, Leo De-
,, canus, cum univerſitate capituli majo-
,, ris Eccleſiæ Ratisponenſis, omnibus in
,, perpetuum. Dilectus & venerabilis Do-
,, minus, ſtater Albertus Epiſcopus no-
,, ſter, nobis à Domino Papâ præfectus in
,, Epiſcopum & Paſtorem ad nos veniens
,, & inveniens Præbendas noſtras modicas
,, & attenuatas ex diverſis litibus & in-
,, curſibus adverſis præteritis, nec ſuffici-
,, entes futuris eventibus propellendis,
,, noſtri miſertus, dedit Capitulo noſtro
,, Eccleſiam *Munſter* ſive *Chamb*, tunc va-
,, cantem pleno jure ad ipſum pertinen-
,, tem in præbendarum noſtrarum ſubſidi-
,, um & augmentum, & nos contulimus
,, eam cuidam conſtatri dicto de Hapu-
,, hul, ad determinatam penſionem. Quo
,, mortuo, vacante adhuc Eccleſia impo-
,, ſuimus ei onus penſionis LX. librarum
,, ſolvendarum annuatim ſpecificatis ter-
,, minis, expreſſis quantum & ad quæ
,, officia diſtribuenda eſſet penſio memo-
,, rata, videlicet à principio anni usque
,, ad finem ſingulis ſextis Feriis una libra,
,, VIII. vero librarum reliquarum quatuor
,, in anniverſario prædicti Domini noſtri
,, fratris Alberti Epiſcopi hujusmodi be-
,, nefici Largitoris; reliquarum verò qua-
,, tuor librarum duæ inventionis S. Stepha-
,, ni Capitulo ad Conſolationem. Ultimæ
,, verò duæ libræ in Anniverſario Alberti
,, quondam Epiſcopi, ſtatris Alberti Præ-
,, deceſſoris, Electus autem à nobis ad
,, eandem Eccleſiam, ſuſcipiet eam ad
,, prædictam penſionem ſolvendam termi-
,, nis prædiſtinctis ſub hac pœna, ut ſi præ-
,, dictorum terminorum aliquo ſolvere ne-
,, glexerit quod debebit, eo ipſo ab officio
,, ſit ſuſpenſus, & ſi infra menſem poſtea
,, non purgaverit moram quod neglexerat
,, pro ſolvendo, Eccleſia vacet ab eo ſine
,, ſpe ac fiducia rehabendi, & ipſe nihil-
,, ominus erit debitor retentorum, & Do-
,, mini habebunt poteſtatem omnes res
,, quas tunc temporis habet, pro eis-
,, dem debitis confiſcandi. Habebit quo-
,, que in Eccleſia continuam reſidentiam,
,, nec petet à reſidentiâ abſolvi à quoquam
,, qui abſolvendi habuerit poteſtatem, &
,, ſi obtinuerit & litteras ſuper eo, nec
,, factum nec litteræ roboris alicujus erunt,
,, ſed Eccleſia vacabit ipſo facto, alteri
,, conferenda. Datum Ratisponæ anno Do-
,, mini MCCLXII. v. kal. Martii. (a) (a)

De hoc qui plura volet ejus libros adeat & aliorum de illo conſcriptiones. Ajunt quidam eum in humanis fuiſſe usque in annum Domini MCCLXXX. ejusque corpore Coloniæ humato, Inteſtina Ratisponam delata. Fides ejus rei ſit penes auctorem, ſicut & hoc, quod aliqui ferunt hunc in Epiſcopali adminiſtratione etiam officium de ſancto Joſeph conſcripſiſſe, & offieium in Feſto Patris ſui Dominici, ſecundum ritum Ordinis in Eccleſiâ Cathedrali dicendum inſtituiſſe. Nam de his chorus noſter nihil habet. De Necromantiâ illius nonniſi Blaterones ridiculi fabulam commenti ſunt, cum virum tam bonum malis artibus ſtuduiſſe non ſit veriſimile, multóque minus credibile.

Scribit Wymfelingus hunc Albertum Epiſcopum veniſſe Argentinam ac in æde S. Petri junioris aram quamdam in honore S. Columbæ V. & M. conſecráſſe manibus ſuis anno Domini MCCLXVIII. Aventinus multa. Libro VII.

De LEONE, *Ratisponenſi Epiſcopo XXXII.*

CAPUT X.

M. Leo cujusdam civis Ratisponenſis Filius Eccleſiæ Ratisponenſis Decanus vit multæ litteraturæ & prudentiæ interregni Romani tempore ſubſtituitur Alberto M. Epiſcopus, an. Domini MCCLXII. Quidam tamen illum ſcribit fuiſſe de Pittgaw.

Sub hoc Leone anno Domini MCCLXXII. aliqui addunt annum unum, Eccleſia Cathedralis S. Petri Ratisponenſis iterum igne cæleſti penitus conflagravit XII. (alii XV.) kal. April. Qui erat dies jovis poſt Miſericordias Domini juxta Aventinum Libro VII. fol. 707. & fol. 725. ita ut etiam campana illa tintinnabula liqueſcerent omnia. Lego hoc incendium fuiſſe anoo Domini MCCLXIII. id eſt anno ſequenti quam Leo foret electus, ſed facilis eſt in ciphris numerorum lapſus; Dum X. unum vel additur vel omittitur. Utcunque ſit, Leo Epiſcopus materia templi ſtruendi comparata reſtituendo delubro operam dedit, atque anno Domini MCCLXXV. in vigilia S. Georgii fundamento templi jacto, primum lapidem conſecravit, Patrooúmque templi mutavit, altare unum conſecravit & Monaſterium recoociliavit, ſi id Albertus primus non fecerit. Fuerat enim hæc olim Eccleſia conſecrata in honorem B. Remigii Epiſcopi & Confeſſoris. Unde Canonici dictæ Ratisponenſis Eccleſiæ confraternitatem habebant cum Canonicis Eccleſiæ Remenſis, ubi S. Remigius præfuit: ſed poſtea tot incendiis devaſtata cum ædificio novo etiam Patronum innovavit ſive commutavit, dedicata

in

(a) *Erat adſcriptum in calce:* libet referre quid de Moneta. Comple è ſchedis Lit. M. *Sed nihil acceſſit, huic ſaltem autographo.*

In honorem S. Trinitatis ac B. Mariæ V. & B. Petri Principis Apoſtolorum, dedicatione primi altaris facta in feſto commemorationis S. Pauli anno Domini MCCLXXVI. Qua die Dedicatio ejusdem Eccleſiæ celebratur hodie.

Porrò cum Epiſcopus Leo, quindecim annis præſediſſet, Deo naturæque conceſſit. Dedit Canonicis decimas majores Parrochialis Eccleſiæ S. Udalrici, pro anniverſario ſuo anno MCCLXIII. ut in litteris habetur.

Hic etiam Leo in Monaſterio S. Emmerami jus ſuum conſervaturus, Ulrico Abbate mortuo Wolfgangum quemdam illis dedit Abbatem, quem cum monachi electo quodam Haimone repudiarent, Haimonem illum cum omnibus ſuis fratribus monachis excommunicavit, atque Haimonem ad reſignandum Abbatiam coëgit, ut tandem Wolfgango Abbati locus fieret.

Sepultus eſt hic Leo in maximo templo ante altare S. Andreæ ſub hoc Epitaphio:

Hac jacet in Tumba Præſul Leo, mente Columba
Nomine reque Leo, ſit datus ipſe Deo.
Anno Domini MCCLXXVII.
Obiit in die Margarethæ.

De HENRICO II. *Ratisponenſi Epiſcopo XXXIII.*

CAPUT XI.

HAinricus II. Mainhardi Comitis de Roteneck filius Archidiaconus & Canonicus Ratisponenſis, ejusdem Eccleſiæ factus eſt Epiſcupus anno Domini MCCLXXVII. Rudolphu Romanorum Rege Imperante.

Hic vendito patrimonio ſuo, comitatu ſcilicet & caſtro Roteneck Ludovico Duci Bajoariæ Eccleſiæ Ratisponenſi, uſuris & debitis oneratæ benefecit & è graviſſimis damnis eripuit, & imprimis templum incendio conſumptum & nuper reædificari cœptum, ſumptuoſo opere quod & materiam ſuperaret anno domini MCCLXXX. perfecit, illúdque multis ornamentis & illis quidem pretioſis donavit. Duas magnas campanas fieri ſecit, unam, quæ dicitur hodie campana Apoſtolorum, alteram quæ nomen habet S. Petri.

Hic etiam cantum choralé rectum in eandem Eccleſiam introduxit; cum enim eò usq; cantus tantum ex uſu, nulla verò arte conſtaret, hic Epiſcopus anno Domini MCCXCV. duos monachos de Hailesprun acceſitos, alios Muſicam Regularem per illos edoceri fecit, ut deinceps arte Muſica, non uſu ſubruſtico & inconſtanti Pſalmodiæ fierent, libros ejusdem cantus & artis ſecundum choti conſuetudinem providendo.

Ad hæc Henricus ille magnis pecuniis coemptam à Ducibus Bajoariæ advocatiam & judicium in Velden, Eberspeunt, Deispach, Frontenhauſen, Ergoltzpach, Eſſeopach, Pilſting & Auting Epiſcopatui Ratisponenſi adjecit.

Obtinuit Privilegium ab Alberto Auſtrio vinum Bladum & *Eſoces* * ex Auſtria Ratisponam devehendi ut in litteris. Item aliud Privilegium à Ducibus Bajoariæ ſuper non occupandis bonis decedentium Clericorum, ut in litteris. Item aliud quod nolit ægre ferre, ſi cenſuras contra ſe fulminatus Clerus Ratisponenſis admiſerit, ut in litteris omnia (b) (b)

* ita Cod.

Sed Spalt abalienavit & cum Epiſcopo Aichſtadienſi permutavit, juxta litteras.

Anno primo dedit Eccleſiam in Dietfurt capitulo ut patet ex litteris.

Hic primus *vinum Latinum* Canonicis certis temporibus præbendum, inſtituit. Cujusmodi congiariis diſtribuendis etiam aliquod Sanctorum ferias in choro Ratisponenſi celebrandas impetravit, ut ex ejus diplomate conſtat. (c)

(c) Hic Henricus Anniverſarium obitûs ſui diem, quatuordecim annos antequam moreretur, inſtituit, & ejusdem celebritati cum candelarum accenſione & nolarum compulſione quotannis factæ præſens interfuit, ſepulchrum ibidem ſibi providit & ſepulchrales induvias in memoriam mortis præparatas ſemper ad Lectiſternii ſui latus ad manum habuit; cumque rexiſſet per quam optime undeviginti annis, tandem VII. calend. Auguſti anno Domini MCCLXXXXVI. fœliciter obdormivit in Domino, ſepultus in choro majoris, veteris tamen Eccleſiæ Ratisponenſis, poſt altare, hoc Diſticho Leonino cohonoratus:

HANC CATHEDRAM REXIT, HEINRICUS QUEM PETRA TEXIT
DE ROTENECK ORTUS COELI PATEAT SIBI PORTUS.
ANNO DOMINI MCCLXXXXVI.

Sub hoc Heinrico multæ mutationes rerum fuerunt. Etenim primo omnium ſorores Eccleſiæ S. Mariæ Magdalenæ, quæ nunc S. Claræ dicitur, Ordinem ſuum B. Mariæ Magdalenæ, qui erat pœnitentium & ideo *Buſſerinæ* dicebantur, commutaverunt, aſſumptâ regulâ S. Claræ, perſuadentibus eos Franciſcanis, ob pœnitentiam mulieris cujusdam, vocatæ *Reuſerlin* ſive *Reusmenin*, ipſo die Dominico *invocavit* anno Domini MCCLXXXVI.

De hinc & cives Ratisponenſes Exactiones contra immunitatem Eccleſiaſticam alicujus petitionis prætextu, ad opus ante muralium & foſſatorum faciendorum cuſtodiæ gratia, excogitantes Clerum perturbârunt, quâ de re omnes Eccleſiæ Ratisponenſes ſimul congregatæ in medium conſultârunt, quomodo novis illis oneri-

(b) Sæpe ad litteras cum provocet Auctor puto eum in animo habuiſſe Codicem Diplomaticum Hiſtoriæ ſuæ ſuccenturiare.

(c) Quod inferit eodem loco Hochwartus, ſed illud ex eodem, haud dubiè, integrum dedit Gewoldus Epiſc. Ratisp. Catal. T. I. Metrop. Salisb. Wigulæi Hundii, ipſius curâ & vigiliis auctiori. p. m. 176.

bus detrectandis par eſſe queant, unáque ſe ſe contra civium exactiones confœderaverunt ejus confœderationis exemplar ad ejus rei memoriam hie ſubjicere placi-
(f) tum eſt. (f)

Quam ſtrenuè verò ſe geſſerint hi procuratores, continetur in aliis litteris, & iterum in aliis. Lege omnia in *Libro* Capituli *rubro* & in kalen. Joannis Krad ſol. 21. 47. & in Schedis.

Anno MCCCIIII. Danubius Reginoburgii verſus Aquilonem, exeſa fluctibus tellure, curſum intendit, aggere ingentis molis ex lapidum cæmentis, tignis & arborum truncis congeſto, ad priſtioum alveum coactus eſt. Aventinus L. vII. ſol. 738.

De CHUONRADO IIII. *Ratisponenſi Epiſcopo XXXIIII.*

CAPUT XII.

CHuonradus ejus nominis Quartus Comes de Luppurck, Præpoſitus Eccleſiæ Ratisponenſis. Ejusdem Eccleſiæ ſtatuitur Epiſcopus in die S. Petri ad Vincula anno Domini MCCLXXXXVI. Adolpho Romanorum Rege regnante. In manſuetudine & pietate Moſi comparatus erat; Hunc cum ſuo tempore anno Dom. MCCLXXXXVII. Civitas Ratisponenſis per Ottonem & Stephanum Bajoariæ Duces impugnaret, & per eosdem prohiberentur ad eam duci victualia, cives Ratisponenſes è contrario oppidum Abbach exuſſe-
Aventin. L. VII. runt. Sed tandem per hunc Epiſcopum Chuonradum cives in gratiam Principum reducti ſunt. Hie dedit Eccleſiæ Ratisponenſi caſtrum Luppurck & cum præſediſſet annos XVII. vII. cal. Januar. obiit, ſepultus in Eccleſiâ Cathedrali juxta aram B. Mariæ Virginis ſub hoc Diſticho Leonino:

Hæc ſervat Foſſa Chunradi Præſulis oſſa,
De Luppurck natus, ſit tibi Chriſte datus.
Anno Domini MCCC. XIII.

Cæterum in feneſtra è regione ſepulchri ejus, ubi donatio ejus pictis vitris eſt inuſta, hæc imaginibus duabus arcem offerentibus ſunt adſcripta verba: „ *Chunradus de Luppurcb: Hailwig Friderici Filia* „*Lantgravii* (de Leichtenberg) ut veriſimile ſit illum Epiſcopi Chunradi, qui propè coloribus expreſſus adſtat, germanum fuiſſe, ut poſtea ex litteris donationis comperi certius, dedit Capitulo Ratisponenſi Eccleſiam in Schneiding, pro anniverſario ſuo inſtituendo, ut in litteris ſol. 54. & Schedis de Judiciis Hoffmarchiis.

„ Conradus Luppurgenſium Nariſco-
„ rum Dinaſta absque hæredibus vitâ de-
„ fungitur, nepos ejus ex fratre Conra-
„ dus Epiſcopus Ratisponenſis Luppobur-
„ gium ærario Pontificali confiſcal. Aven-
„ tinus L. vII ſol. 736.

„ Duces Bajoariæ cum hoc Epiſcopo &
„ ejus Clero concordârunt de judiciis Hoff-
„ marchiarum vide Schedas & Aventi-
„ num L. vII. fol. 743.

De NICOLAO *Ratiſp. Epiſcopo XXXV.*

CAPUT XIII.

NIcolaus Bojohemiæ Regis Cancellarius, Ratisponenſis Eccleſiæ ſtatuitur Epiſcopus anno Domini MCCCXIII. Henrico VII. imperante, habuitque ſtatim conventum S. Emcrami rebellem. Cauſa non omninò ſcribitur apertè, ex circumſtantiis tamen hanc fuiſſe conjicio.

Eodem anno Domini MCCCXIII. Emmerami fratres, mortuo Abbate Henrico Winzerer Baldwinum inconſulto, aut nolente ſorſitan Epiſcopo delegerant in Abbatem, hoc ægrè ſerens Nicolaus Epiſcopus Electioni deſerre nolebat. Unde Monachorum aliqua portio Monaſterio relicto partim in Abbach partim in Abenſperg ad Bernhardum & Ulricum regulos, contra Dominum Nicolaum *rebellantes* (g) ſe re- (g)
ceperunt tantiſper dum per Arbitros re compoſita ſugaces revocarentur.

Cæterum gliſcente ſimultate libertatis & Exemptionis ergo Baldwinus Romanum Pontificem Joannem XXII. appellavit, itinerique accinctus anno MCCCXIX. eum in Avenione tunc conſtitutum adiit, agénsque ſub Vitali Cardinale judice dato contra Epiſcopum ſuum actioni quinquennali immoritur anno Domini MCCCXXIIII.

Joannes Papa Emmeramicorum fratrum poſtulatione & conſenſu, Waldwino Sacellanum ſuum, quem ſecum adduxerat Waldwinus, Albertum de Schmidmülen ſurrogavit, qui confirmatus in Abbatem cauſam illam contra Epiſcopum proſecutus eſt, ſententiamque pro ſe totam accepit anno Domini MCCCXXVI. Monaſterium S. Emmerammi liberum eſſe debere & exemptum; ita tamen ut Epiſcopo Ratisponenſi quotannis exſolveret decem libras Turonenſium parvorum (id numiſmatis Gallici genus eſt) quas hodie decem libris denariorum Ratisponenſium permutat; fuitque Nicolaus Epiſcopus damnatus in Expenſis, quæ ſunt æſtimatæ ad quinque millia aureorum, ſed nihil exſolvit Emmeramicis fratribus in ſinum gaudentibus, quod vel ſententiam ſaltem obtinuerunt. Tanti conſtitit illis exemptio illa rixoſa.

Porro

(f) Exhibet & hoc inſtrumentum Gevvoldus loco ſuperius citato, pag. m. 177. Hochvvartus in fine hæc adjecit.

(g) ægrè concoxit immite verbum Cœleſtinus Abbas in Mauſoleo D. Emmerami Cap. XXXXVII. p. m. 170. Jurium Monaſterii ſui Hyperaſpiſtis acerrimus, Hochvvartumque in his & pluribus aliis Hiſtoriæ ſuæ locis, plus Aulæ quam veritati velificâſſe, non obſcurè prodidit; etſi objici & illi fortaſsè poſſit Petronianum illud: *Et tu cum eſſes Capus, coco coco.*

Porro Nicolaus ille multum utilis fuit Eccleſiæ Ratisponenſi: Nam multa debita ſuorum anteceſſorum diſſolvit, & omnia caſtra munitionéſque à ſuperioribus, potentibus perſonis oppigooratas redemit, ac quamdiu vixit, in poteſtate ſuâ habuit, quæ & moriens plena reliquit ex hoc in illud eructantia.

Hic ingentem campanam honori nominique ſanctæ Dei genitricis Mariæ conſecratam fieri fecit, hoc Monoſticho inſcriptam:

Sanctos collaudo, Tonitrus fugo, funera claudo.

Hic Nicolaus inter Sacerdotii regnique diſſenſionem, ſic ſibi Cleróque ſuo & toti Epiſcopatui providit, quod à proceſſibus, & ſententiis fulminatis ſeu fulminandis in Ludovicum Ducem Bajoariæ tunc Romanorum Regem ex ſpeciali gratiâ Papæ exorati, ſupportatus (ut barbarè loquar) indignationem Principis non incurrerit, quin & Clerum ſuum apud eundem Principem fecerit ſavorabilem, adeo ut Clero per totam Bajoariam conſtituto, omnium rerum immunitatem idem princeps per litteras patentes coocefferit ut ſuo loco adnotabitur.

Hic etiam Nicolaus pro gloriâ Dei amplificanda duobus Heremitis Gotfrido & Alberto, ob humilem eorum Devotionem, nec non inrerceſſionem dilecti ſibi & fidelis Reymarii cujusdam de Prenbergk conceſſit, ut in nemore quodam apud caſtrum Prenbergk in pede montis Schopploch ſibi cellas & oratorium conſtrueret. Hic locus eſt, ubi nunc eſt Abbatia Ordinis S. Bernhardi quæ Cella Mariæ cognominatur. Cum Ratisponenſis Eccleſia, tam propter Canonicorum abſentiam (quorum aliqui in aliis erant Eccleſiis, alii in ſtudio commorantes & nonnulli ſervitio Domini Epiſcopi deputati erant) quam etiam propter puerorum receptionem in Canonicos, importunitate precum Principum ac aliorum potentium, ac Proviſione Romaoi Pontificis, non modicum defectum pateretur in divini cultus lmminutiooe, tribus aſſumptis Vicariis cum conſenſu Nicolai Epiſcopi, de Proventibua unius Præbendæ illis prævidit, ita qood ſacerdos receptus mediam partem omnium proventuum unius præbendæ recipiat, Diaconus verò & Subdiaconus aliam mediam partem dictæ præbendæ recipiant; uti litteris datis anno MCCCXXIII. Dominicæ *Reminiſcere* feriâ ſecunda, datis in Schedis meis habetur.

Atque Nicolaus Bonus Epiſcopus, cum XVII. anoos beoè præfuiſſet apud ſuperius Altaich mortuus ſepelitur; cauſa verò quod peregrè moreretur, hæc narratur: Suo ſub regimine piſtor quidam ob civilem prævaricationem *an ſant Jacobs Hoff* de ponte dejectus, qui vulgo *die beckenspreng* (ſive *die beckenpruck*) dicitur. Hic cum ſpectaculo ridiculo fuiſſet hominibus ſpectantibus, de Palude ſatis udus & uvidus regreſſurus à quodam cive petulantiore, quo magis ludificaretur miſer in paludem retruditur; quod ægrè ferens miſellus, injuriam acceptam muſſat. Evenit haud longo poſt tempore, quod Piſtor ille venerabile Sacramentum Dominici corporis ad ægrotum aliquem deferendum honoris gratiâ concomitaretur, tunc fortè fortunâ offendit civem illum divitem & prius in ſe ſe injurium, apud aulam Epiſcopalem venerabili Sacramento obvio geniculantem. Quid multis? injuriam illam piſtor nondum dccoxerat, irruit io obvium, & trucidatum relinquens in curiam Epiſcopalem velut in aſylum ſecuritatis irrumpit; quod locus ille immunitate ſit ab imperatoribus donatus, ut nemo illuc confugiens violenter abſtrahatur. Hæc immunitas loci nihil juvit hunc Piſtorem, quod cives Ratisponenſes exaſperati, de tam atroci & voluntario homicidio, piſtorem è penetralibus & adytis Epiſcopi violenter extractum, capite plecti mandaverint. Qua de re Nicolaus Epiſcopus ob vim ſibi in aulâ ſuâ privilegiata, quæ omnibus debeat eſſe tutiſſimum aſylum eo confugientibus, factam excandeſcens, oppidum egreſſus eſt, jurejurando proteſtatus, ſe ſe nec vivum nec mortuum Ratisponam reverſurum, ni prius talionem civibus in ſe prævaricantibus redderet. Quid multis? Eventus verba ſequitur. Nam digreſſus paulò poſt apud Mooaſterium ſuperioris Altaich deſungitur, illicque contumulatur in choro ſub hoc Epitaphio:

„Anno Domini MCCCXL. VI. Idus Octo-
„ bris obiit Dominus Nicolaus Ratisponen-
„ ſis Epiſcopus.

Sub hoc Epiſcopo magna fames erat ob frugum caritatem. Tunc enim anno Dom. MCCCXV. Scaphum Siliginis plenum libris denariorum Ratisponenſium cum ſexaginta denariis Ratisponenſibus licitatum fuit.

Sub hoc etiam contigit Epiſcopo civitatis Ratisponenſis perfoſſio. Nam cum Ludovicus Imperator Ratisponenſes ſibi haberet adverſos, nec apertè poſſet expugnare ad dolos converſus cuniculum agere decrevit in civitatem, juſſitque clandeſtinos ſuoa conſpiratores, quos habebat in civitate Ratisponenſi, ut ipſi in Domo Ducum Bavariæ apud S. Egidium è contrario cuniculis actis ad ipſum properareot ſub terra. Sed Deo volente eodem die, quo jam cuniculi fueraot aperiendi & hoſtes in urbem immittendi, deprehenſi ſunt foſſores & in mœoibus ſuſpenſi. De qua re cippus adhuc eſt eo loci muris inſertus ſub hac inciſione:

Anno Domini MCCCXXXVII. *des Erchtags vor Sand Urbans tag, ward das loch gefunden, und zwen darin gefangen, die das loch grueben, und warden des nächſten Erichtags darnach in die Zinnen gehangen.* (g)

Aventin. l. VII. fol. 753.

(g) *In margine autographi hæc legebantur*: Comple hic ex autographo de ſpecula apud S. Emmeramum facta, ex qua Ludovicus Imperator inſignia imperii populo oſtendi juſſit A. MCCCXXIIII.

De FRIDERICO I. *Epiſcopo Ratiſpon. XXXVI.*

CAPUT XIIII.

Nicolao peregrè defuncto, anno Domini MCCCXL. Canonici Ratisponenſes in Electione Epiſcopi diſſenſerunt. Nam Idibus Novembris, hoc eſt in die S. Brictii, ejusdem anni electi ſunt per Capitulum Ratisponenſis Eccleſiæ tres Epiſcopi, nempe Dominus Fridericus, Dominus Henricus de (h) Lapide Decanus Eychſtetenſis, & Hiltpoldus de Hohenbergk (aliàs Hanberg (h)) Præpoſitus Ratisponenſis; ſed duobus excluſis Fridericum Ludovicus Dux Bavariæ & Romanorum Imperator in gratiam parentis, Epiſcopi, bene de ſe meriti, quod Ludovico in gravi ſchiſmate fortiter adhæſerat, invitis aliis in ſedem Ratisponenſem Inſtituit anno Domini MCCCXLI. unde Dominus Hainricus de Lapide Decanus Eychſtetenſis, paulò poſt, ex angore mentis forſitan, obiit, anno Dom. MCCCXLVI.

Fuit autem hic Fridericus Eccleſiæ Ratisponenſis Præpoſitus Burckgravii Norinbergenſis Friderici II. filius, cujus Epiſcopi avus fuit Fridericus Comes de Zollern Burckgravius Norinbergenſis Primus, cujus poſteri deinceps Marchionatum Brandenburgenſem nacti, Electores imperii facti ſunt; fuitque Epiſcopo noſtro inter alios quatuor, frater Bartholdus dictus, Epiſcopus Eychſtetenſis. Habeo tamen Auctorem in Hiſto- (i) riis perquirendis ſagaciſſimum (i), hic appellat eum Henricum Ulrici Comitis de Piburgk filium, ejúsque genealogiam ex vetuſtis litteris ad ducentos annos, ſed Errabundus enarrat. Utcunque ſit: hic Fridericus, peſſimè præfuit, nec niſi maledictis poſt ſe relictis ſui memoriam poſteris ſtatuit, adeoque totum Epiſcopatum exinanivit, diſſipavit, & penitus peſſumdedit: ut etiam capitulum ipſum infrequens factum, ſupra modum attenuaverit annis quatuor & viginti, quibus ſedem Ratispo- (k) nenſem pondus inutile preſſit inutiliter (k), niſi forſitan id laude dignum, quod anno Domini MCCCXLIX. cum in toto mundo peſtis ſæviret, & flagellatorum ſecta in Germania oriretur Fridericus hic Epiſcopus à Clemente VI. Rom. Pont. juſſus proceſſum contra eos cum bona & matura deliberatione & de conſilio Virorum litteratorum inſtituit & proceſſit, ut ea ſecta tandem ceſſaret poſt triennium. Sed & aliud Epiſcopale munus ante ſuum obitum exercuit; nam circiter annum Domini MCCCLVII. aut magis anno MCCCLX. in die SS. Innocentum cum juxta ritum multis adhuc locis durantem, ſcholares pueri cum ſuo Epiſcopo ſpectaculi gratiâ obequitarent, contigit, ut Rudigerus Reich civis Ratisponenſis quendam Magiſtrum Chunradum de Praunaw Canonicum Ratisponenſis Eccleſiæ, pompam illam puerilem cum aliis deducentem, ut erat moris, interimeret in ſubexorta rixa quadam. Unde Fridericus Epiſcopus interdicto dato ſacra omnia concluſit, ob id irati cives Clero ſtatuerunt, ut eorum pueri, nullus ſcholas Eccleſiæ Cathedralis, aut veteris capellæ peteret, idque duravit aliquamdiu. Quo pacto ludus ille dictus Epiſcopatus puerorum, qui magnis ſumptibus de pecuniis ſtatutorum à Canonicis recens initiatis extortis fiebat, ſtatutúmque factum, ut ea pecunia non amplius in ludos inſumeretur, ſed ad ornamenta templi augmentanda in ſacrarium reponeretur.

Anno Domini MCCCLVI. Ratisponæ puer biceps naſcitur, fœminei ſexus, ſepelitur in cæmeterio majoris Eccleſiæ, omnibus videntibus; nam uno tantum capite vivente dum naſceretur, paucis diebus ſupervivere poterat alterum.

Eodem tempore anno Dom. MCCCLX. in die S. Oswaldi Ratisponæ fuit incendium in foro & turris & prætoria conflagrârunt cum duabus campanis juſtæ magnitudinis. Quo tempore Dux Albertus caſtrum in Straubing exſtruxit.

Anno Domini MCCCXLVII. poſt obitum Ludovici Ducis Bavariæ & Romanorum Imper. Carolus IIII. Imp. contra Ludovicum prædictum electus è Bojohemia movens cum ingenti exercitu, magnóque equitatu ingreſſus eſt Bajoariam contra Ludovici filios eámque rapinis & incendiis miſerè devaſtavit, (l) venitque usque in campum (l) Weichs propè Ratisponam, ubi cum moram aliquamdiu faceret, à civibus Ratisponenſibus invitatus, in urbem receptus eſt honorificè. Quod ideò retuli, ut cogitet Lector, num hujus Caroli facinus horrendum Scoticis fratribus de Carolo Magno quaſi civitatem Ratisponam expugnârit olim anſam fingendi per imprudentiam & Hiſtoriarum inſcitiam, omnem Carolum, Magnum putantibus, dederit? Nam de Carolo M. Ex-

(h) *Cod. Lenzianus*, Henberg.

(i) *dignum proinde quem nominaret.*

(k) *Addit Auctor in marg.* Unde amotus ab adminiſtratione fratrem ſuum Bertholdum Epiſcopum Eyſtettenſem Gubernatorem Eccleſiæ Ratisponenſis paſſus eſt. Cujus rei extant litteræ.

(l) Carolus nunciatâ ſibi morte Ludovici Imp. Reginoburgiam occupare voluit; cives, ubi ejus conatus intellexerunt, armis correptis, & vicis catenis ferreis concluſis eundem Satzenhovero Conſule, Henrico Zanthove Sculteto & Gumperto Principe Senatus deducentibus atque tutantibus, ne à plebe inſultante vis in eum fieret, urbe ejiciunt. Ille verò poſt aliquot annos Româ reverſus ad Regenoburgium, Stauff arcem Danubianam cum vico à Friderico Epiſcopo, inſciis canonicis emit, regno Bohemiæ infiſcat. Quinque millia aureum nummum illi mutuo dederat, oppignoratum verò XI. M. dragmatum auri atque XXXVI. aureolis à Friderico Avver de Preuberg redemit, alia caſtella ſe in Bohemia redditurum pollicetur. *Aventinus L. VII. fol. 792. 794.*

M. Expugnatore urbis Ratiſponenſis ob fidem Eccleſiaſticam & tempus & Hiſtoriæ repugnant omnes.

Hic Carolus anno Domini MCCCLIIII.
(m) arce Dunawſtanff coëmpta (m) & aliis artibus pace ſimulatâ, Ratiſponam urbem capere voluit, ſed admiſſus actutum ejectus eſt iterum, per Wilhelmum Zant Scultetum, & Henricum Satzenhover Principem Senatûs, turbis in eum frementibus. Porro in his turbis Epiſcopus Fridericus cum Carolo Rege ſentiebat, qui Carolus aſtutus, ut Bojoariam ſibi ſubjiceret, perſuaſerat Dilapidatori bonorum Epiſcopatûs Burgravio ut pro alia arce, quam illi pollicebatur alicubi in Bojohemia, & ſumma pecuniaria venderet, ſibi arcem & vicum Donau-Stanffe) conſenſit Epiſcopus. Capitulum verò Ratiſponenſe cum Ducibus Bajoariæ ſentiens reluctabatur, & Romano coram Pontifice Epiſcopum accuſabat. Commodum tunc arcem Stauff obtinebat Præſes, Dominus Rüger, cognomento Dives, qui juratus Capitulo & Ducibus Bajoariæ, traditis etiam fidelitatis litteris, ſe eam arcem nemini ſine ipſorum ſcitu & permiſſu traditurum, & moriens commendavit arcem Stauffe Petro de Ecke, qui tunc erat Vice-Dominus Bavariæ inferioris in Strawbing. Sed cum Albertus filius Imperatoris Ludovici, Dux Bavariæ & Gubernator Hollandiæ, hunc Ecker à vice-dominatu amotum ad Hollandiam procurandam mitteret, accidit, ut in itinere caperetur à Duce de Gulch, in captivitate ergò conſtitutus, tradidit caſtrum Stauffe Imperatori Carolo, acceptâ tamen pecuniâ, pro qua fuerat Rugero oppignorata, quam pecuniam attulit hæredibus Divitis Rügeri, nempe uxori ejus viduæ & filiis, an verò cum eorum conſenſu id factum fuerit, neſcitur. Certè Carolus Imperator gratus in Eckerum fuit, quod eum anno Domini MCCCLVII. obſeſſum in Natternperck ab eodem Alberto & ejus fratre Stephano, liberavit. Eodem tempore & eadem ratione Fridericus Auer de Prenbergk habebat fidei ſuæ commiſſum caſtrum Werde, quam fidem conſtanter ſervavit, ut nec Imperatori, nec Epiſcopo traderet illud ſine ſcitu juſsúque Principum Bajoariæ totiúsque Capituli Ratiſponenſis.

Cæterùm Papa ad penſitandam cauſam Legatum miſit Ratiſponam à latere, qui veniens eò, anno Domini MCCCLII. primâ Dominicâ poſt Georgii vocatis Prælatis, Presbyteris & civibus potioribus coëgit eos jurare ſuper Evangelia ad dicendum veritatem. Num illa permutatio inter Epiſcopum & Imperatorem facta foret Epiſcopatui damnoſa lucroſáve? ut depoſitionem horum teſtium ad conſultationem ſummi Pontificis referret. Porrò conſenſus ille Canonicorum cum Duce Bajoariæ effecit, ut Albertus Dux Bajoariæ Patris Ludovici Privilegium Clero per totam Bavariam confirmavit, quod tale eſt: *Wir Albrecht*
(n) &c. (n)

De CONRADO V. *Ratiſpon. Epiſcopo* XXXVII.

CAPUT XV.

FRiderico mortuo, cum ad electionem Canonici deberent accingi, diſcordia illa in electione Friderici ſuborta nondum deſerbuerat, ob id Epiſcopatus quadriennio non habuit Epiſcopum ſed Proviſorem Rabanum Epiſcopum Eyſtatenſem, ut legi in litteris ſigillatis & autenticis apud veterem capellam Ratiſponæ conſervatis, in quibus Rabanus ſe ſcribit Epiſcopum Eyſtadenſem & Proviſorem Eccleſiæ Ratiſponenſis & conſentire in reſignationem Parrochiæ in Hönhaim, datæque ſunt ipſæ litteræ anno Domini MCCCLXVI.

Poſt longum tandem tempus convenerunt in electionem Conradi V. Præpoſiti Ratiſponenſis Eccleſiæ, anno ſcilicet MCCCLXVIII.

Hic Conradus dictus eſt de Haymberg (Henneburgio) confirmatus ab Urbano V. Pontifice, Carolo IIII. imperante. Homo magnæ humilitatis & amans Cleri, Epiſcopatum tamen tantoperè disjectum reſtaurare non potuit, hoc uno ſui memoriam ſecit, quod ſeſtum S. Barbaræ Virginis, anno Domini MCCCLXXVII. in Synodo Ratiſponæ celebrato, inſtituit celebrandum, ad cujus altare & ſepultus eſt in Eccleſia Cathedrali, poſtquam annos XIII. præſediſſet, vita functus anno Domini MCCCLXXXI. Ejus Epitaphium hoc eſt:

„ Anno Domini MCCCLXXXI. obiit
„ Chunradus de Hamberg Epiſcopus Eccle-
„ ſiæ Ratiſponenſis, in vigilia Petri Apo-
„ ſtoli ad vincula. Cujus anima requie-
„ ſcat in pace.

Nunc dicamus, quæ ejús tempore hîc geſta ſunt, & primum hoc, quod legimus, litteris adhuc teſtantibus Carolum IIII. Romanorum Imperatorem anno Dom. MCCCLXV. ab Urbano V. Papa precibus impetrâſſe, quod Eccleſiæ & Epiſcopatus Babenbergenſis, Ratiſponenſis & Miſnenſis, ſubjectæ deinceps eſſe deberent Joanni & ſucceſſoribus ſuis Archiepiſcopo Pragenſi, tanquam Apoſtolicæ Sedis Legato, quod jus Legati ſibi in Ratiſponenſem Diœceſin Archiepiſcopus Saltzburgenſis vindicabat. Litteræ Urbani Papæ datæ ſunt Avenione v.cal. Junii Pontificatûs ſui anno tertio.

Adnotandum etiam, quod ſub hoc Epiſcopo anno Domini circiter MCCCLXX. (aliàs MCCCLXVIII.) Eccleſia S. Joannis ab Epiſcopis Ratiſponenſibus fundata ad ampliandam Eccleſiam Cathedralem eſt deſtructa, & in alio loco, ubi tunc erat taberna, quæ vocabatur vulgò *auf den prettern* venuſtè reædificata. Fuerat enim primo Templum S. Joannis fundatum in area Cathedralis Eccleſiæ, in eo loco, qui hodie medius oſtenditur, inter duas aras deinceps extructas. Una eſt S. Florini, quam fundavit Albertus Stauffer, antequam fieret

(m) Vide Chriſtophorum Hoffmannum Monachum & Aventinum. *Nota Auctoris.*
(n) non extabat in Codice meo autographo.

Epiſcopus: altera verò eſt S. Thomæ è regione verſus meridiem, quam excitavit Bartholomæus Räbinger Canonicus Ratisponenſis ſub Epiſcopo Alberto Stauffer.

Carmelitæ quoque ex æde D. Oswaldi à Conrado Henneburgio Epiſcopo , quod eundem viva & vera Dei Templa extrueret, cohortarentur , pulſi Straubingam migrârunt, ibi Templa condunt, ubi adhuc habitant. Hæc Aventinus L. VII. fol. 797.

Ad hæc anno Domini MCCCLXXI. Peſtilentia ſæviter graſſata eſt Ratisponæ & circa feſtum S. Jacobi vagatus eſt quidam ſpiritus Ratisponæ, quia audiri quidem poterat , videri verò minimè , & verbis intelligibilibus ad omnia reſpondebat interrogata. Quo tempore & Carolus Imperator contra Principes Bajoariæ miſit exercitum Duce Epiſcopo Mindenſe , cognominato Gugelweit, ob amplam cucullam , quâ Prælatorum more amiciebatur , qui ſuccenſis aliquot oppidis rediit anno MCCCLX.

De THEODERICO *Epiſcopo Ratisponenſi XXXVIII.*

CAPUT XVI.

THeodericus Baro de Ahenſperg Ulrici Senioris & Elizabethæ de Gundelfinga ſundatorum Hoſpitalis in Eſſing, filius, Babenbergenſis Eccleſiæ Præpoſitus & Ratisponenſis Eccleſiæ Canonicus, communi conſenſu Ratisponenſis eligitur Epiſcopus anno Domini MCCCLXXXI. Vinceslao Romanis imperante. Hic Theodericus magnificum & potentem ſtatum tenuit , cum familia copioſa & cæteris in rebus, & Eccleſia Ratisponenſis ſub eo lacertos ſuos promoviſſet, niſi fata terris eum virum invidiſſent; Nam paululum ultra triennium præfuit.

Hic primo anno ſubſidium, quod vocant charitativum, à Clero exegit, quâ pecuniâ arcem Thunawſtauff annis duobus & quadraginta abalienatam à Ducibus *Bavariæ*(o) redemit. Similiter & caſtrum in Awting, & villam in Sultzbach, ac caſtrum in Egloſshaim. Cum autem usque in tertium annum Epiſcopatui præfuiſſet , & ſub calend. Novemb. ægrotaret lætaliter, ſumpto Dominici corporis viatico , potiores è Canonicis ad ſe ſecit accerſiri: qui cum non venirent, Nonis Novembris ipſe moritur, ſicque Canonicis omnibus abſentibus, Epiſcopatus bona per alienos diripiuntur. Nam Epiſcopi conſanguinei clenodia & vaſa omnia utenſilia ex auro argentóve confecta ſuſtulerunt, & caſtrum Stauff ab Epiſcopatu per ejus conſanguineos rurſus fuit abalienatum , venitque oppignoratum in ditionem civium Ratisponenſium , ab eis poſſeſſum, donec anno Dom. MCCCCLXXXVI. ut eſt rumor, illud Alberto Duci Bavariæ dono daretur, ut urbem Ratisponenſem in deditionem acciperet , de qua re nonnihil forſitan in Cap. xxvi. ſumus annotaturi. Sepultus eſt poſt altare chori Ratisponenſis , ubi cubat ſine juſtis exequiis usque in hodiernum diem ſub hoc Epitaphio:

„ Anno Domini MCCCLXXXIII.
„ obiit venerabilis Dominus Theodericus Epiſcopus Eccleſiæ Ratisponenſis in vigilia Leonhardi.
„ De Ahenſperg natus, ſit tibi Chriſte datus.

De PAULO *Epiſcopo Ratisp. XXXIX.*

CAPUT XVII.

POſt obitum Theoderici , cum Canonici Ratisponenſes negligerent electionem atque mutuum odium illos tardare faceret, occaſione ſumpta Joannes quidam Præpoſitus Fruxinenſis , ſimultatem hanc ad Romanum Pontificem detulit , ac ut ſibi de Epiſcopatu Ratisponenſi provideret , oravit & exoravit. Interim Canonici Ratisponenſes ad electionem procedentes unanimiter elegerunt Magiſtrum Paulum Decretorum Doctorem , Canonicum Ratispon. & Patavienſis Eccleſiarum , in Epiſcopum Ratisponenſem, qui cum confirmationem peteret, poſt feſtum venit, repulſámque paſſus eſt , obſtante ſibi Joanne illo cum eblandita ſua proviſione. Paulus igitur verecundia ductus Patavium , ubi Canonicus erat , conceſſit, & confirmatione non aſſequuta æger animo moritur circa Feſtum Paſcale; hunc Catalogographi rurſus ob confirmationem non adeptam ſubducunt , & illum ſuppoſititium Joannem præferunt, cum Paulus magis quam Joannes Epiſcopus fuerat habendus. Ego Paulum illum ſuo honore nolui defraudare, eo quod legerim ipſum tam beneficum in Dei cultu provehendo fuiſſe, ut etiam altare ante ſuam electionem in honorem S. Jeronymi fundaverit , quod ſitum eſt ad fontem in auſtrali parte Templi Ratisponenſis , etſi quidam ejus aræ inſtitutorem ferant hujus Præceſſorem Theodericum.

De JOANNE *nominis ejus* Primo *Ratisp. Epiſcopo XL. ſed ſuppoſititio.*

CAPUT XVIII.

JOannes I. Friſingenſis Præpoſitus poſt obitum Pauli electi , ſed non confirmati, Proviſione Papali confirmationem ab Urbano Sexto Pont. Romano, anno Pontificatûs ejus Quinto in civitate Neapolitana conſecutus , ſine electione ulla , nolentibus volentibus Canonicis Ratisponenſibus eidem Eccleſiæ præficitur Epiſcopus, ſed ſubdititius, quod curiali vocabulo dicitur, intruſus. Ita diſcordi capitulo datus Epiſcopus alienus , negligenter Epiſcopales res curavit fuitque per omnia damnoſus & inutilis Eccleſiæ Ratisponenſi , in ſe ſe verò curan-

do

(o) In autogr. meo repoſuit Auctor inter lineam *Bohemia*.

do ſedulus, nam aulicam familiam numeroſam aluit, potentérque vixit ac ſplendidè, ut quod ſuis natalibus deerat, externâ pompâ ſuppleret. Sunt enim, qui hunc Joannem aſſerant filium fuiſſe Stephani Ducis Bavariæ Junioris Ingolſtadiæ morantis; quod ſi verum eſt Nothum ſuiſſe vulgóque conceptum neceſſe eſt; ſiquidem Srephanus ille tertius fuit, qui ex uxore Mediolana Thadæa nomine, unicum duntaxat reliquit legitimum filium, nempe Ludovicum cognomento Barbatum. Nothus igitur ſeu naturalis Moſputger dictus Joannes ille fuit, qui tamen ſuorum conſanguineorum potentiâ fretus occupâſſe dicitur Epiſcopatum Ratisponenſem anno Domini MCCCLXXXIIII. Vincislao Cæſare regente. Unde & prædicto Ludovico fratri ſuo caſtrum Hohenburgk in Norico oppignoravit, & eum ſumptus aulicæ prodigalitatis deficerent caſtrum Heuſleck & oppidum Pechlaren itidem oppignotavit. Cúmque etiam redditus illos ad menſam Epiſcopalem ſpectaotes impignorâſſet, nec haberet, unde diutius convivaretur conſilio in ſpirirualibus Vicarii ſui Petri de Rymago Canonici S. Joannis, Ratisponenſis viri docti vaſtique exactionem Clericorum excogitavit, ſub prætextu conceſſionis curæ animarum quot annis ab Epiſcopo redimendæ, qua ingentem vim pecuniæ corraſit.

Poſthæc ab Abbate S. Emmerami Ulrico ex patte multarum cauſarum, maximè tamen ratione censûs annui propter exemptionem redemptam, octingentos & quinquaginta duos florenos extorſit; adeóque ſe præbuit eidem Abbati difficilem & moroſum, ut eundem cogeret (quaſi ſordetent illi Bavarica Numiſmata) è Thuroois petere monetam in Bulla Exemptionis contentam, tanto conſtitit hactenus exemptio Monaſterii Emmeramici, ut de allata pecunia Gallica etiamnum hodie nummi Thuronenſes extent in eodem Monaſterio. His pecuniis etiam fortiter inſumptis, ut malum conſilium conſultori plerumque peſſimum eſt ex adagio, cauſam quæſivit Petro de Rymago homini pecunioſo, quod illum contra litteras ſecuritatis & libertatis datas captivatum ab officióque Vicariatûs depoſitum, omnibus bonis ſpoliavit.

Sepultus eſt ille Petrus de Rymago in Sacello S. Stephani Protomartyris in ambitu; nam ille miſſam eandem dotavit, ſed tantâ oegligentia Succeſſorum, ut nec annorum numerus in ejus marmore ſit illi poſt obirum completus nec illius anniverſarius in die S. Elizabethæ tenendus, amplius teneatur. Tantoperè fidendum eſt Teſtamentatiis & poſteris noſtris ut magis res noſtras, quam nos curent videlicet. Ego, qui hujus ſacelli ſumptibus in prædicaturâ ſum aliquot anois alitus, ejusdem Petri manibus hoc qualecunque Memnoſynon pro gratitudine ſtatuere volui. Quæ verò bona fecerit Epiſcopus Joannes hæc invenio. Cum amplianda foret Eccleſia Cathedralis, ut ſupra Cap. XV. commeminimus ipſe jaciundo fundamento, primum lapidem poſuit in fundamento turris veteris, in quo latere illius inſignia trium roſarum hodie etiamnum cernuntur in turricula S. Joannis verſus ſeptentrionem.

Tunc fuit à Syfrido Epiſcopo Hierapolytano dedicarum altare ſummum in eadem Eccleſia Cathedrali, ipsáque Dedicatio in Commemoratione S. Pauli inſtituta eſt celebranda, eodem nimirum die, quo & Leo Epiſcopus Templum ceperat reædificare; Deinde anno Domini MCCCCIIII. Synodum otdinariam celebravit, in qua & feſtum S. Elizabethæ viduæ celebrandum decrevit, forſitan, ut in meliorem partem factum interpretemur, ob memoriam Petri Rymagi, qui ſuum anniverſarium, ſed abolitum, eo die deſtinaverat peragendum.

Cætera Joannes Epiſcopus per ſex & viginti annos, quibus Cathedram Epiſcopalem vel preſſit vel oppreſſit, ita vixit, ut Scriptores pudeat de illius vita regiminéque quidquam ſcribere, mortuus eſt autem anno Domini MCCCCVIIII. ipſo die S. Marci Evangeliſtæ, ſepultus in Eccleſia Cathedrali ante altare S. Andreæ Apoſtoli, ſub hoc Epitaphio:

„Anno Domini MCCCCIX. Reverendus in Chriſto Pater & Dominus, Dominus: Joannes Epiſcopus Ratisponenſis obiit in die S. Marci Evangeliſtæ, cujus anima requieſcat in pace.

Hic Joannes Capituli ſui Ratispnnenſis proventus & redditus prædeceſſorum infortunio diminutos augere voluit, datis illis duabus Parrochialibus Eccleſiis ſuæ collationis, nimirum io Mallerſtorf & in Leubolfing, de quibus Canonici viciſſim gratitudinis ergò illi anniverſarium ſuum annuatim poſt feſtum S. Eliſabethæ ex ejus inſtitutione celebrant.

Nunc ad urbis Ratispooenſis negotia aliqua narranda digrediamur: anno Domini MCCCLXXXVIII. Duces Bavariæ & Comites Palatini Rheni contra Ratisponam Caroli IIII. hoſtis olim receptatricem inſurrexerunt, præſertim Wenceslao Rege inutili & civitatibus imperialibus, maximè verò Ratispnnæ contra Principes confœderato, negotia regni negligente; Unde Rupertus Comes Palatinus Rheni, qui poſt dejecto Wenceslao Romanorum Rex eſt factus, Ratisponam obſedit caſtrametatus in monte civitati oppoſito, ut verò Ratisponenſes acrius urgerentur, caſtrum Donaw-Stauff Ratisponenſibus oppignotatum, à Ducibus Friderico de Lantzhuta, Stephano de Ingelſtat Joannis Epiſcopi patre naturali, Joanne de Monaco noſtri Epiſcopi patruo, ejúsque filio Emeſto & Alberto de Strawbing obſidebatur; Ratispooenſes verò contra reluctabantur, habentes ſecum Nobilitares aliquot viros adjutores: inter quos erat & Dominus Joannes Zenger cognominatus Aureus (*der gulden* Zenger aliàs Zenner) ob divitias opinor. Nam hic vir locuples in manu ſua habebat oppidum illud Newburgk cis Danubium & oppidum illud ſuburbanum S. Magni Ratisponenſe, quod vocatur hodie *die Stat am hoff*, oppignotata ſibi XIIII. milibus aureorum, qui Principibus

pibus inviſus, Ratisponenſibus ſe junxerat cum cognatiooe ſui nominis, ut Aventinus L. VII. fol. 801.

Ratisponenſes ergò ne ſuburbium illud fieret receptaculum hoſtibus, ipſi ſubverterunt illud, quod damnum fuit Monaſterio irreparabile, ſed tunc muſſitandum, quod in eo res erat, ut & Monaſterium ipſum ſubverteretur, quod tamen Deus prohibuit, indens aliud ſubverſoribus in mentem. Vicus in Stauff captus quidem eſt & direptus, arx verò minimè, Ratisponæ pugna nulla habita ſed levia quædam prælia geſta: Nam in die S. Brittii, quidam de militibus principum ducenti benè armati & centum ſagittarii ante portam S. Jacobi juxta montem, qui eſt ante Ergle, ubi limes eſt territorii civilis, Purgerperck vocatum laceſſebat obſeſſos. Quare cives ſilenter armati, erumpentes una porta, duce quodam Parciſal Zeoger, cognato ipſius Joannis Zengers, cooflictu inito, hoſtes provocatores tantiſper ſuſtinuetunt, donec per alteram portam manus benè armata, erecto vexillo prorumpens provocatores illos à tergo adorſa ex cis nobiles militares, quos optimos habebant, Duces Bavariæ, triginta ceciderunt, captivârunt autem quadraginta. Exinde reliquis diffugientibus, Ratisponenſes cum triumpho victores redierunt. Proinde per arbitros deinde lis eſt ſopita, his conditionibus ut ſuburbium illud S. Magni & oppidum Newburgk per Ratisponenſes 14000. florenis ab ipſo Zenger redempta, Principibus liberè reſignarentur, quod Ratisponenſes fecerunt, Monaſterio verò S. Magni nihil repenſum eſt pro ſuis damnis acceptis, ſed inſuper malis malum accumulatum, quia poſt aliquot annos ſupranominatus Parciſal, non pro ſuo merito tractatus ab Ratisponenſibus, Teloneo Ratisponenſi pro certa pecuniarum ſum̃a Alberto Duci ad redimendum dato, litem civitati intulit, in qua Monaſterium S. Magni, quamvis ſub Dominio Ratisponenſium tunc non eſſet, multa tulit incommoda. Ex qua lite circumſpectiores deinde ſacti ſunt cives Ratisponenſes in accipiendis litteris ab omnibus ſuis ſtipendiariis; hoc tempore etiam Auctore Matthæo Kauttinger cive Ratisponenſi famigeratiſſimo murus exterior pomerii per circuitum civitatis Ratisponæ à porta S. Pauli usque in occidentalem partem civitatis, totaliter ducitur.

Hic etiam Matthæus vicos quosdam civitatis lutoſos à porta orientali & occidentali, quod impoſſibile putabatur in tam alta palude, lapidibus conſtratos effecit.

Auctor etiam fuit circuitûs Corporis Chriſti multáque alia præclara de hoc viro legi, hic non ſcribenda. Obiit anno VIII. regni Ruperti Regis Romanorum, ſepultus in introitu ſuperioris Monaſterii, ultimus ſuæ cognationis & ſtirpis; quo tempore & multæ familiæ civium claræ defecerunt in civitate Ratisponenſi: Zand, Oberhofer, Haller, Sterner, Veſter, Spitzer, Enickel; ſed & militares ſtirpes tunc ceſſerunt, ut qui dicebantur de Stain, Erenvelſer, Meſſenhauer, Harſchkircher, Weychſer &c.

De ALBERTO III. *Epiſcopo Ratisponenſi XLI.*

CAPUT XIX.

Albertus III. Stauffer vocatus à Stauff de Stauffenberg nobilibus, ut ex inſigniis patet, Canonicus Scholaſticus Ratisponenſis, per capitulum, omnium & ſingulorum Canonicorum uno ore, una voce unanimiter canonicè & concorditer nullo contradicente (ita diuturna mala mutuas ſimultates illos poncre edocuerant) electus anno Domini MCCCCIX. Ruperto Bavaro imperante, quæ electio fuit ab Alexandro V. Rom. Pont. in Coocilio Piſano ritè confirmata. Fuit hic Albertus in primis annis multis moleſtiis exagitatus, tum propter diuturnum ſchiſma Romanæ Eccleſiæ, tum propter inobedientiam Cleri ſuæ diœceſis propter Huſſitanam Doctrinam, tunc pullulantem recalcitrantis. Cum verò paululum rebus compoſitis pacem nactus eſſet, Eccleſiæ Ratisponenſi utiliter præfuit, alienata bona eidem diligenter reducens. Nam primum caſtrum Heuſſeck & oppidum Pechlarn Patavienſis diœceſis, quæ cum omnibus redditibus & cenſibus, juribus & pertinentiis ſuis ad ea ſpectantibus per Anteceſſorem ſuum Joannem, cuidam Reinperto de Walſec pro ſumma pecuniaria magna fuerat impignorata multis annis, integrè redemit multisque laboribus & impenſis factis, ad Eccleſiam Ratisponenſem fideliter reduxit.

Idem Albertus caſtrum io Hohenburgk Norico, quod ſimiliter per ante dictum Joannem Ludovico Duci Bavariæ, ſuo fratri cum omnibus cenſibus & redditibus impignoratum erat, octo milibus aureotum, cum maxima difficultate redemptum impetravit & recuperatum Ratisponenſi reſtituit Eccleſiæ.

Dehinc IIII. libras den. Ratisp. annui cenſûs ad menſam Epiſcopalem pertinentes & ab anteceſſore oppignoratas de manibus Marckardi Stœr redemptas recuperavit reduxitque. Inſuper alia debita multa per anteceſſorem Joannem contracta diſſolvit.

Ad hæc idem Albertus ſepulchretum Canonicotum in ambitu primus cœpit obducere teſtudinato prorſus opere, ejus inſigoia Clypeo exſculpta & in fornice primo collocata teſtantur id hodie. Moribus fuit compoſitis ſed maturis, nihil tamen ad ferocem ſeveritatem detortis, conſuetus omnibus obiter tranſeuntibus capútque ſibi aperientibus, capitis inclinatione reſpondere.

Anno decimo Seſſionis ſuæ, cum jam ex Concilio Conſtantienſi redierat, ſynodum ordinariam celebravit & reformationem Cleri religioſorúmque, In quo publicatis ſtatutis provincialibus Eberhardi Archiepiſcopi Saltzburgenſis, ſtatutum eſt ut per Epiſcopatum Ratisponenſem deinceps ſingulis feriis ſextis ob recordationem Dominicæ paſſionis hora nona pulſaretur tintinnabulum ingens quo audito clerici perora-

rent

rent preces. *Reſpice in me Deus meus &c.* Laici verò *V. Pater noſter & V. Ave Maria &c.* Id quod etiam Eberhardus Archiepiſcopus Saltzburgenſis totum ſuum Archiepiſcopatum mandavit fieri. Ad quosdam abſentes plurimas litteras ſcripſit, quosdam perſonaliter etiam viſitavit, unde contigit anno Domini MCCCCXX. dum Albertus Epiſcopus Monaſteria quædam viſitaret & veniret in Prufenning cauſa viſitationis, ecce quidam monachus Henricus Wiſar, Presbyter, motus animi ſui paſſionibus, dum in melius proficere recuſaret, cunctis aliis ſedentibus & ignorantibus, vocato ad ſe puero ſuo Scolare, ſolus exiit, tabulatúmque Monaſterii aſcendit & ſe ipſum trahens adoleſcentem ſecum in medium chori deorſum præcipitavit, ſicque tali caſu in eodem loco mox expiravit, adoleſcens verò vivens evaſit.

Sequenti anno conduxit quemdam Conradum de Hildesheym presbyterum, Decretorum Licentiatum, Sacellanum S. Georgii ſecus pontem lapideum ut profiteretur in jure Canonico publicè auditoribus in aulâ ſuâ Epiſcopali.

Anno Epiſcopatûs ſui ultimo deordinavit & deſecravit quemdam presbyterum Ulricum Gruensleder, aliàs Gruensfelder, de Vohendres oriundum, ſed Ratiſponæ jam inde à puero educatum, propter Hæreſin Huſſitanam, dicentem Joannem Huſs in Concilio Conſtantienſi illegitimè damnatum. Qui traditus manui ſeculari, judicem, cujus olim Pædagogus fuerat, nactus eſt, qui eum ad rogum deduxit comburendum.

Eodem anno à quodam Decano ſeculari ſuæ diœceſis apud Sedem Apoſtolicam accuſatus & ad perſonaliter comparendum citatus Albertus, per Dominum Henricum Parrochum in Straubing Juris Canonici Doctorem in ea cauſa ad curiam miſſum, ut per procuratorem compareret, impetravit.

Eodem anno fuit bellum inter Duces Bajoariæ, in quo fuit Albertus auxilio Ducibus reliquis contra Ludovicum in Ingelſtat, in quibus turbis Albettus Epiſcopus ægrotus factus, ſumptis Sacrameotis Eccleſiaſticis animam exhalavit VI. Idus Julii, in die ſeptem fratrum, quæ tunc fuit in Feria quinta. Sepultus ante ſacellum S. Florini, quod ante Epiſcopatum ipſe dotaverat, ſub hoc Epitaphio, poſtquam annos XII. benè præfuiſſet.

„ Anno Domini MCCCCXXI. VI. Idus
„ Julii, obiit Dominus Albertus de Stauffe
„ Epiſcopus Ratisponenſis, cujus anima
„ in pace requieſcat ſempiterna. Amen.

Anno Domini MCCCCXVII. bellum fuit inter civitatem Ratisponenſem & Dominum Joannem Stauffer militem, & cives Ratisponenſes obſederunt illius arcem Erenfels in Ebdomada Paſcali, tertióque die cœperunt unà cum Theoderico Stauffer milite, ipſius Joannis Patruo, captúmque duxerunt Ratisponam, ſed pace paulò poſt factâ, arx illi Joanni reddita eſt.

De JOANNE II. *Epiſcopo Ratiſpon. XLII.*

CAPUT XX.

JOannes II. de Streytpergk, vir per omnia Reverendus, Canonicus, Cuſtos, Judéxque Conſiſtorii Eccleſiæ Ratisponenſis eligitur in Epiſcopum Ratisponenſem anno Domini MCCCCXXI. Sigismundo imperante.

Vir benignus, comis & amabilis; adhæſit tamen anteceſſoris ingreſſus veſtigia Principibus Bajoariæ reliquis contra Ducem Ludovicum de Ingelſtat, qui eundem Ducem atrociter impugnabant, uſurpando ſibi illius dominia, donec anno Dom. MCCCCXXII. per Sigismundum Regem & Brandam Legatum Apoſtolicum hæc rixa Ratiſponæ per inducias ſedaretur.

Hic Epiſcopus deſecravit, & ut barbarè loquar, degradavit quemdam Sacerdotem Petrum de Draeſen, pertinaciter defendentē novem articulos Wickleff Hæretici, qui traditus ſeculari brachio, fuit incineratus.

Eodem pacto anno Domini MCCCCXXIII. & Dominus Henricus Ratgebe Sacerdos de Gotha Maguntinenſis Diœceſis in Huſſitatum errores incidens Feriâ ſecundâ poſt *Quaſimodo genit:* in Eccleſia Cathedrali coram Clero & Populo ab officio & ſacerdotali gradu deponitur, & per Dominum Joannem Epiſcopum brachio ſeculari traditus exuritur.

Hic Joannes propter arcem Thunaſtauff multa mala paſſus eſt, cum enim caſtrum illud jure proprietatis ad Epiſcopatum Ratisponenſem pertineret, Ratisponenſes tamen cives propter oppignorationem poſſiderent, Henricus Dux de Landshuet, ad quem ſine medio (fortè propter Dominium terræ) hujus arcis redemptio ſpectabat, Joannem Epiſcopum conveniebat, ut ſibi conſentiret in hujus arcis redemptionem. Cum verò Joannes ille, qui Duci huic à conſiliis erat, & ab illo tractabatur familiariter, videret ſe ſolum huic caſtro redimendo non ſufficere Duci in redemptionem conſenſit. Cum igitur Dux pecuniam illam miſiſſet Ratisponam, cives, qui hanc recuſabant redemptionem, videntes ſe Duci reluctari non poſſe, clanculum adierunt Epiſcopum perſuadentes ei, ſe benevolos præbituros illi, modo ipſe redimat arcem atque hac arte Ducem avertat à redmptione quandoquidem ille pro bono ſui Epiſcopatûs hanc arcem eſſet redemptrus. Huic perſuaſioni obſecutus Epiſcopus, ut hanc redemptionem contra Ducem Henricum poſſet obtinere, Sigismundum Romanotum Regem adiit, à quo benigniter ſuſceptus eſt, & impetratis à Rege Sigismundo ſuper conſenſu litteris ad ſuum ipſius nutum, rediit Epiſcopus ad propria, cum verò Dux videret os ſibi ſublitum, & ipſe pariter multas expenſas inutiliter feciſſet aliàs apud Sigismundum Regem pro conquiſito favore redemptionis arcis Stauff, ſtatuit bello indicto eas impenſas ab Epiſcopo requirere. Unde Epiſcopus, cum poſt conſenſum impetratum à Rege,

pecunia deficeret, nec ſecundum promiſſum civibus Ratisponenſibus factum, caſtrum Stauff poſſet redimere magno diſpendio Ducis iram placavit, datis Duci tribus milibus aureorum, hâc conditone, ut ipſe impoſterum omni juri redemptionis renunciaret, & totum jus redemptionis non in arbitrio Ducis, ſed in arbitrio, voluntate & poteſtate foret Epiſcopatûs Ratisponenſis.

Poſt hoc cum civibus Ratisponenſibus multa habuit Epiſcopus colloquia, de illo jure redimendi, tam ſedulus in hoc negotio, ut ægrotus ad mortem, nec ad exhalandam animam ſibi ſumeret otium, priusquam hoc jus redemptionis litteris & inſtrumentis corroboraretur propter ſuos Succeſſores. In qua re ſapienter egit, ſiquidem Triumviri illi, quibuscum hæc res fuerat tractata, & quorum fidei promiſſionibúsque, dictus Epiſcopus crediderat, non multo tempore ſupervixerunt, ſed acerbâ morte perierunt, quibus omnibus peractis idem Joannes ſumptis Sacramentis Dominicis bona ratione coram fratribus ſuis vitam hanc deſeruit Calend. April. in die Cœnæ anno Domini MCCCCXXVIII. poſtquam ſediſſet in Epiſcopali ſede ſeptem annos, menſes ſeptem dies XXIII. ſepultus in medio Templi Cathedralis ſub tali Epitaphio:

„ Mile quadringentis viginti octo quo-
„ que annis, dum tenet verbigena *, eſt
„ hic ſepultus, Joannes Streitperger di-
„ ctus, Præſul hujus loci, qui gaudia te-
„ neat cœli, hic benè rexit, & omnibus
„ affabilis fuit.

* ita Cod.

Nunc ad alia nos conſeramus: ſub ultimo anno Joannis Epiſcopi anno MCCCCXXVIII. Dominus Georgius de Frawnberg fundavit Monaſterium Ramſaw apud Hohenburgk cis Ænum Ordinis S. Auguſtini Heremitarum, idque cum conſenſu Joannis Epiſcopi, ad quem locus ille ſpectabat. Cæterum hoc Monaſterium ſecundum Teſtamentum & ultimam voluntatem Wilhelmi de Frawenbergk equitis aurati, qui ſepultus eſt apud Kirchdorff Friſingenſis Diœceſis viri inter Bavaros nominatiſſimi, debebat ſub Ordine Carthuſienſium ædificari cis Danubium in loco dicto Olchenhoven (Olnhoſen) non ita procul à Ratispona, quod tamen multis è cauſis fuit irritum factum & prohibitum. Propterea ut pro loco illo Ramſaw nonnihil repenſionis fieret Epiſcopatui Ratisponenſi, fidem dedit ille Georgius Frawenberger ſe prædictum caſtrum Hohenburgk, quod ſibi pro certa ſumma pecuniaria fuerat oppignoratum, poſt obitum ſuum liberè & ſine ulla pecunia perſolvenda Ratisponenſi Eccleſiæ reſtituturum.

Paulò ante anno Dom. MCCCCXXVI. vendidit Dominus Henricus Nothafft miles, Duci Bavariæ Joanni, filio Ruperti Cæſaris, Domum ſuam apud Portam D. Emmerami ſitam pro nongentis florenis in die S. Marthæ.

Anno Domini MCCCCXXII. Sigismundus Rex Romanorum, & Principes Electores de Wickleſiſtis & Huſſitis è Bohemiæ regno exigendis tractaturi Congregationem Principum Ratisponæ cogendam indicunt.

Sub hoc tempore & caſtrum Sarching in territorio Thuemſtauff à Dutrenſtetter cive Ratisponenſi conſtruitur, quo defuncto idem caſtrum ad manus civium Ratisponenſium pervênit, à quibus deinde per quemdam contractum Comendatori S. Egidii Ratisponenſis Ordinis Teuthonicorum eſt addictum.

Anno Domini MCCCCXXVIII. circuitus illi murorum Ratisponæ lateritiis tectis obducti ſunt.

Circa idem tempus ambitus Eccleſiarum Ratisponenſium, Cathedralis, veteris capellæ, S. Auguſtini, Fratrum Minorum, S. Jacobi, S. Magni, & Pruel teſtudinibus concamerati ſunt.

Anno ſequenti, nimirum MCCCCXXIX. ante feſtum Epiphaniorum Eraſmus Satelpoger, qui duxerat filiam Petri Eckar ſupradicti in uxorem ab Henrico Nothafft, qui viduam relictam ejusdem Petri habebat uxorem, propè Paerbing ſecus Ratisponam captivatur, qui poſtea liber à captivitate, Ratisponæ judicialiter judicatur.

Impetitionem autem ſuam ipſe Sattelpoger, quam propter Petrum Eckar memorarum habebat, ipſemet ſeptimus ſuper corpus defuncti vulgariter *über moltingen mund*, ſi vellet, deberet probare, quod & factum eſt. Iſte Petrus Eckar ultimus fuit illius cognominis, & quamvis hujus cognominis adhuc multi ſint, alterius tamen ſunt ſtipitis.

De ERHARDO *Ratisponenſi Epiſcopo XLIII.*

CAPUT XXI.

Poſt obitum Joannis Epiſcopi Capitulum Eccleſiæ Cathedralis ad electionem Epiſcopi poſt exactum paſchale tempus procedens, ritè ſervavit omnem electionis legitimæ formam habitóque ſcrutinio votorum compromiſerunt inter ſe, ut ſi ſorſitan accideret inter eligendum diſparitas votorum & per hoc deſignatorum Epiſcoporum multitudo, tum ſe concorditer & unanimiter conſenſuros in eum, quem numeroſior & ſanior votorum voculatio deſignâſſet; ſic itur ad danda ſuffragia & concordibus ſuffragiis electus eſt Erhardus Satelpoger Presbyter Canonicus Eccleſiæ Ratisponenſis in Epiſcopum Ratisponenſem. Electione verò completa & Clero cum Laicis foris Epiſcopi novi publicationem expectantibus, Dominus Erhardus ipſe, ſicut verè electus in Epiſcopum publicatâ electione promulgatus eſt, atque ante altare maximum perductus, cum cantico illo ſolenni: *Te Deum laudamus*, publicè initiatus eſt.

Incommodum aberat tunc Romæ Præpoſitus & Decanus Ratisponenſis in ſuis, ut opinor, ipſorum cauſis. Dum autem hæc ſolennis inauguratio Pontificis fieret, unus è canonicis Electoribus ſtatim è choro, ſe ſe proripiens Romam diſcurrit. Quod videns alius Presbyter è ſamilia domini Decani, & ipſe mox egreditur rumorem ciens, dum

Deca-

Decanum inter potiora vota electum eſſe in Pontificem, nec ſolum id voce ſed & litteris Romam verſus miſſis populare fecerunt Decani fautores. Quod ipſe Decanus cum in itinere domum verſus comperiſſet, regreſſus eſt feſtinanter Romam, Epiſcopalem tamen dignitatem non eſt adeptus, repugnante ſibi Domino Præpoſito Ratiſponenſi, qui tunc ibidem erat Romæ. Cæterùm recens electus Erhardus nuntium miſit Canonicum quemdam ad Dominum Præpoſitum Ratiſponenſem agentem Romæ, in quem multum ſpei poſuerat, pro ſui confirmatione per illum impetranda, ſed quia fronti nulla fides, fruſtratus eſt bonus Erhardus ſpe ſua, nuntius enim illius repudiatus eſt, jam aliis duobus de Epiſcopatu contendentibus, qui eum apud Dominum Papam detulerunt, quod ipſe Dominus Erhardus eſſet, quem Teutones dicerent *Ein Enck* (p) (quid ſit, non ſatis intelligo, pro Miſantropo (q) tamen ſeu unoculo (r) ſugillatum intelligo) nec erectæ proceræque ſtaturæ, ſed claudicantem eſſe. Cum tamen in veritate ſtaturoſus eſſet, & formæ dignitate multum commendabilis. Sed quia canis jam in Joanne I. ut ſupra Cap. XVIII. retulimus, inteſtina deguſtârat, quod juxta Proverbium nuſquam tutum eſt, Martinus V. Pontifex Romanus illis litigatoribus, nec tibi nec mihi clamantibus, abjectis (ita enim juxta Apologum rana muréque contendentibus aquila ſuperveniens utroſque diſcerptos pacificare ſolet) Conrado de Suſato (Soeſt in Weſtphalia) Theologiæ Doctori, ſuóque inter alios Electori ut indicat Concilii Conſtantienſis Seſſio XLI, de Epiſcopatu Ratiſponenſi providit, qui certis conditionibus Dominum Erhardum perſuaſit, ut ſibi cederet, qui tametſi gravatim cederet, tamen poſtea & ipſemet Romam conceſſit, verum poſt feſtum veniebat, quod eſt miſerrimum. (s)

De CONRADO VI. *Epiſcopo Ratiſpon XLIIII.*

CAPUT XXII.

Conradus VI. de Suſato, Sacræ Theologiæ Magiſter, qui crucem Martino V. Rom. Pont. præferebat, ab eodem Papa Ratiſponenſibus propter aliorum contentionem & ad placendum Bavariæ Ducibus, Epiſcopus eſt datus, vel potius obtruſus, Sigiſmundo imperante.

Hic Erhardo Satelpoger electo canonicè, ut ſibi cederet perſuaſo anno Domini MCCCCXXVIII. Feriâ quartâ ſub feſtum S. Emmerami Ratiſponam venit, habens in comitatu ſuo Joannem Ducem, unà cum fillo Chriſtophoro, qui poſtea factus eſt Rex Daciæ & alios plurimos nobiles, & tam à Clero quam à civibus perquam optimè fuit exceptus, meliorémque ſe præbuit & utiliorem Epiſcopatu, quam Joannes ille primus, qui fuerat eodem pacto ſubintruſus. Nam hic ordinariam ſynodum celebravit anno Domini MCCCCXXXV. pro Cleri reformatione, & præcedenti anno, qui fuit incarnationis Dominicæ MCCCCXXXIIII. Feriâ ſextâ poſt Dominicam appellatam *Miſericordias Domini*, in die SS. Apoſtolorum Philippi & Jacobi, caſtrum Werde ad poſſeſſionem Epiſcopatûs receptum reduxit, poſt multos annos, quam in aliorum manus oppignoratum exulaverat. Fuerat enim hoc caſtrum Werda ad Epiſcopatum Ratiſponenſem ſpectans priſcis temporibus Ducatui Straubingenſi pro XXXV. milibus aureorum impignoratum. Dum igitur idem caſtrum in diviſione Bavariæ (quæ facta eſt anno Domini MCCCCXXIX. Straubingæ) in manus Ducis Wilhelmi perveniſſet, & Henricus Nothafft quondam Vice-Dominus ducatûs ejuſdem, idem caſtrum detineret, Dux Wilhelmus eidem Nothafft pecuniæ ſummam ſibi debitam perſolvit, & dictum caſtrum Werde Epiſcopatui Ratiſponenſi reddidit reſtituítque, liberè dimiſſis capitalis ſummæ X. milibus florenorum ob Dei optimi maximi honorem. Quare prædictus Conradus Epiſcopus vir pacificus, prudens & non ingratus, ob rei perpetuam memoriam & in ſignum gratiarum actionis eidem Duci Wilhelmo diem obitus anniverſarium ſingulis annis in Eccleſia Cathedrali per Canonicos inſtituit peragendum ſub Calendas Majas; cúmque ſic benè præfuiſſet annos novem, obiit in vigilia Penteeoſtes ſepultus in Eccleſia Cathedrali extra chorum ad latus ſeptentrionale inter aras SS. Trinitatis & S. Sebaſtiani ejus marmor hanc habet inſcriptionem: Aventin. L. VII. fol. 823.

„ Anno Domini MCCCCXXXVII. XVI.
„ Cal. Maji obiit Reverendus in Chriſto Pa-
„ ter & Dominus, Dominus Chonradus
„ Epiſcopus Ratiſponenſis, cujus anima
„ requieſcat in pace.

Tandem hunc Conradum lego fuiſſe Judicem fidei in Concilio Baſilienſi, legat, qui volet ſeſſionem quintam illic; qui & anno ſequenti MCCCCXXXIIII. Concilium Diœceſanum celebrari fecit; & alterum Concilium in quartam feriam poſt Octavas Corporis Chriſti indictum celebrare morte præventus, non potuit anno MCCCCXXXVII.

Sub hoc Epiſcopo circiter annum Domini MCCCCXXXIIII. infra Octavam S. Martini nocte Dominicæ diei caſtrum Ayting, quod eſt Epiſcopatus Ratiſponenſis ſitum in territorio Kirchpergk, à quodam dicto N. Hohenfelſer, qui fuit præfectus ibidem & de amotione ſui ſine ſumma pecuniarum ſibi ſolvendarum non contentus, cum adjutorio Joannis Paulſtorffer ex inſperato obtinetur. Exhinc fiunt incendia & prædationes multæ, tandem res ſedantur, & prædicto Hohenfelſer ad ſummam ſibi

(p) Cod. Lenzianus in marg. *Ein Oeck* ſemifatuus Francorum linguâ. Fortè *Göck*.
(q) an à voce germanica *Einewckig*.
(r) Cod. Lenzianus pro *miſantropo* & *unoculo* habet *clando*.
(s) de hoc vid. Hund. in Metrop. & P. I. Stemmatograph. pag. m. 320. in ſtemmate *Satelpogiorum*.

prius obligatam mille floreni perſolvuntur. Ab hoe Paulſtorffer & Sacerdotes peſſimè tractati ſunt, unde cum ſuis complicibus excommunicatus eſt. Quæ res ut planior reddatur exeommunicationem quondam in Authores illos & eorum complices ab Conrado Epiſcopo intentatam ſubjicio.

„ Conradus Dei & Apoſtolicæ Sedis gra-
„ tia Epiſcopus Ratisponenſis venerabilibus
„ in Chriſto Patribus, Dominis Abbatibus,
„ Præpoſiris, Decanis ac dilectis nobis in
„ Chriſto Deeanis ruralibus & Eccleſiarum
„ Parrochialium Rectoribus, Plebanis, Di-
„ vinorum Sociis & corum loca tenentibus,
„ ac Presbyteris ac Clericis aliis quibus-
„ cunque per civitatem & Diœceſin Ratis-
„ ponenſem, ubilibet eonſtitutis, ad quos
„ præſentes pervenerint, & præſerrim in
„ Mentzenbach & in Pettenreut Eccleſia-
„ rum plebanis cum ſubſcriptorum notitia
„ ſalutem in Domino ſempiternam. Dile-
„ ctionibus veſtris magnâ cum cordis ama-
„ ritudine inſinuare cogimur, quod Ste-
„ phanus Lauſſer quondam civis Ratispo-
(t) „ nenſis &e. (t)

Sub hoc Conrado anno Dom. MCCCCXXX. VII. die Februarii, quæ fuit tertia Feria ante Septuageſimam, cives Ratisponenſes ob metum Huſſitarum priori parte Hoſpitalis S. Catharinæ ad pontem lapideum & eadem quidem robuſtiſſima cum aliquot ædibus ſuburbii deſtructis, Pomerium protulerunt, & foſſam illam parte Aquilonali,
(u) ſicut hodie eernitur, circumdederunt. (u)

In menſéque Majo & præcipuè Dominicâ Cantate, quæ fuit XII. kal. Junii & Feriâ ſecunda ſequenti, pruina omnes ferè Bavariæ vincas uberrimè gemmantes corroſit, in multis autem locis & arbores atque ſata. Sed anno ſubſequenti tanta ſuit abundantia vini, ut de ipſa mirarentur omnes. Item Sabbatho poſt feſtum Corporis Chriſti, hoe eſt XV. kal. Julii circa horam veſperorum ſubitá tempeſtate coorta tonitrus ingens ſactus, omnes exterruit, & apicem ſummum turris magnæ in Pede pontis Ratisponenſis dejecit; faſtigium verò ſummum turris, quod dicitur Judicis, in ſuburbio ſuccendit, & in eadem turre ſignum eoncuſſionis reliqſit.

Circa idem tempus Albertus Dux cum certa ſumma pecuniarum teloneum ſalinarium Ratisponæ à Parciſal Zenger redemiſſe ſcribitur. Id ego puto factum ſub Epiſcopo Joanne Primo. Hanc pecuniam extorſerat à Domino de Wirtenberg, qui eum filiam ſuam Alberto præſato ſpoponderat, ſed filia patre inſcio alii matrimonium ſui promiſiſſet, pater fidem ſuam certa mulcta pecuniaria redimere coactus eſt, juxta Aventinum L. VII. fol. 822.

Anno Domini MCCCCXXXIIII. In die Georgii, quæ fuit Sabbati poſt Dominicam Jubilate & etiam ipsâ Dominicâ Cantate, omnia vineta uberrimè germinantia frigus & venrus urens perdidit.

Eodem anno Feriâ tertiâ in die S. Clementis Sigismundo Romanorum Auguſto in Ungaria exiſtente, torneamentum Ratisponæ fuit, cui Joannes & filius Chriſtoferus & Albertus Bavariæ Duces interſuerunt. In quo Dux Albertus Erneſti filius ab aliis vehementer pulſatus eſt propter amicam & amaſiam ſuam Agnetem Bernawerin, quæ poſtea anno MCCCCXXXV. Straubingæ ſubmerſa eſt, quod ob ejus inſanum amorem videretur ad nuptias legitimas tardior. Hæc de Ponte in Danubium præcipitata ex mandato patris Erneſti, unius pedis non ligati beneficio aliquamdiu ſupernatans ad littus pervenit, rauco gemitu vociferata *belfft, belfft!* tortor verò, qui eam præcipitârat, Ducis iram veritus accurrens, oblongo ligno capillis ejus aureis intricato denuò *divertit miſeram, & ſuffocavit* (x), (x)
quod factum ingens diſſidium inter Erneſtum & Albertum filium peperit, quod poſtea multa eum difficultate ſedatum eſt, fundatione unius Sacelli eum Sacerdote miniſtro perpetuo, ſuper ſepultura dictæ Bernawerin in cæmeterio S. Petri Straubingæ.

Albertus ſequenti año MCCCCXXXVI. duxit uxorem Annam filiam Ducis Brunswigenſis circa feſtum S. Leonhardi, ex qua ſobolem pulcherrimam ſuſtulit.

Anno Domini MCCCCXXXII. Huſſitæ ad Concilium Baſilienſe citati cum magna ſecuritate, benevolentia, libertatéqoe ipſis facta eunte cum eis inter alios Conradn Epiſcopo Ratisponenſi in propria perſona ad idem Concilium pervenerunt. Deinde anno MCCCCXXXIII. Epiſcopus Lugdunenſis ex parre Concilii Baſilienſis venit Ratisponam, tractabátque de pace inter Ludwicum & Heinricum Duces Bajoariæ, ſed dum rei finem habere non poſſet idem ipſe Archiepiſcopus eosdem duos Principes ad præfatum Concilium Baſilienſe eitavit. Fuie etiam tunc Ratisponæ Friderieus Marchin Brandenburgenſis cum filio ſuo, vênit etiam eo Joannes Dux Novoſorenſis, filius Ruperti Romanorum Regis unàcum Chriſtophern filio, cum triumpho de Huſſitis habito; ipſe enim cum ducentis equitibus & paucâ ru-

ſtico-

(t) Excommunicationis hujus tenorem integrum dare ſuperſedemus, quod eum Metropolis Salisb. P. I. p. m. 180. in Actis Conradi hujus exhibeat: Datam Ratispouæ penultima die menſis Aprilis anno MCCCCXXIX.

(u) Huſſitarum metu Reginoburgenſes pontem lapideum, qui Bajoariam Bohemiæ conterminam conjungit, foſsâ, muris, propugnaculo, turribus, diruta ædicula & Sacello D. Catharinæ atque ædificiis Xenodochii communiunt, urbem de integro firmant, foſſam purgant, mœnibus utrinque ſubſternunt, muros & turres reficiunt, atque iſto bello maximo apparatu inſtructi, univerſis amiſſis graviter attriti ſunt, & ſicut adhuc rumores jactantur, unde infælicitatis ſuæ initium hauſerunt, ſubinde indies magis & magis paulatim afflicti, & tandem ad ſumam egeſtatem redacti, nunc omnium civitatum Germaniæ, quæ quondam prima fuit, poſtrema eſt, annutante Andrea Molitoris ad S. Magnum. AVENTINUS.

(x) Cod. Lenzianus habet: *demerſit miſeram, & innocentem ſuffocavit.*

ſticorum ſuorum manu plus quam mille quadringentos Huſſitas Bajoariam incurſantes cciderat, ex ſuis vix decem deſideratis. Hujus prælii capitaneus fuit Henricus Pflug, vexillifer autem Wilhelmus Paulſtorffer ſagittâ gravitet vulneratus. Interfuit huic prælio Joannes Zengar, miles ſeptuagenarius, ſtrenuus præliator, & factum eſt gaudium magnum in civitate Ratispona, ita ut etiam feſtivæ gratiarum actiones in Cathedrali Eccleſia Deo de hujusmodi victoria redderentur.

De FRIDERICO II. *Epiſcopo Ratisponenſi XLV.*

CAPUT XXIII.

COntado de Suſato mortuo, antequam Capitulum Ratisponenſe ad electionem Epiſcopi procederet, cum priores Epiſcopi cum Canonicis ſuis rixantes, peſſimè rempublicam adminiſtrarent, conſtituerunt anno Domini MCCCCXXXVII. die XXIII. Maji, inter ſe ſe articulos nonnullos tam ab Epiſcopo futuro quam à Capitulo conſervandos perpetuo; & fuerunt Capitulares Canonici: Fridericus de Parſperg Præpoſitus, Degenhardus Salchinger Decanus, Leonhardus Probſt Senior, Joannes de Ramſperg, Heinricus Streitperger, Conradus Konhoſer, Joannes Franckengriener, Wilhelmus de Sinicheim, Joannes de Parſperg, Fridericus Planckenſelſer, Nicolaus de Kinſperg, Nicolaus de Rädwitz, Conradus Reickershofer, Wolfhardus Ebner, Schranus Staudhaimer, Bebrius Eyber & Jodocus Basler. Cum verò hi articuli Jurati mox per Fridericum de Parſperg Epiſcopum electum &conjurantem fuiſſent revocati, fecerunt eosdem articulos à Nicolao V. Romano Pontifice confirmari anno Domini MCCCCXLVIII. licet ſub Eugenio forent Articuli primum conſtituti. Extant usq; hodie, ſed parum fideliter ſervantur.

Defuncto igitur Conrado Canonici Ratisponenſes ad electionem procedentes Feria VI. Penrecoſtes, elegerunt in Pontificem ſuum Fridericum de Parſperg Licentiatum Decretorum, tunc Præpoſirum Eccleſiæ Ratisponenſis, qui in die commemorationis S. Pauli, quæ tunc erat in die Dominico ab Joanne Archiepiſcopo Saltzburgenſi auctoritate ſacri Concilii Baſilienſis confirmatus eſt anno Domini MCCCCXXXVII. Sigismundo adhuc imperante.

Hic Fridericus anno Dom. MCCCCXL. ſontem utilem & neceſſarium im̃enſæ altitudinis in caſtro Werd fieri ac ſodi juſſit.

Vir animoſus erat, qui benè potenterque ſuæ præſuit Eccleſiæ, quam ranroperè defendit ut etiam Imperatori Friderico III. aliisq; Principibus Eccleſiam ſuam divexantibus objicere ſe non trepidaret; adhæc & civibus Ratisponenſibus reluctabarur, unde cum articulorum juratorum Prævaricaror & Canonicos Ratisponenſes reſurmare conaretur, multiplicatis contentionibus & rixis actum egit, Synodo celebrata feriâ quarta poſt Joannis Baptiſtæ. Cupidus fuit pecuniarum, cujus tamen profectum non ſenſir Eccleſia.

Hic deſecravit Sacerdotem quemdam, tradiditque ſupplicio ſeculari ad crurifragium rotâ Germanorum ſupplicio inferendum anno domini MCCCCXLIII. atrox homicidium perpetrarat hic ſacerdos, ſiquidem ob zelotypiam in concubinam ſuam hic Rivalem ſuum alium ſacerdotem deptchenſum occiderat, caput illius in ſudem ſuſpenderat, viſcera illius eviſcerati in longum ſæpem extenderat, cor autem illius in multas ſectiones diſparſerat. Cum verò Fridericus ille ſedem Epiſcopalem tredecim annis tenuerat vitam cum morte com̃utavit, mortuus anno Dom. MCCCCL. Sepultus in medio Cathedralis Eccleſiæ juxta ſtatuam S. Petri ſub hoc Epitaphio:

„ Anno Domini MCCCCL. ult kal.
„ Martii, obiit Reverendus in Chriſto
„ Pater & Dominus, Dominus Fridericus
„ de Parſperg Epiſcopus Ratisponenſis.

Sub hoc Epiſcopo anno Dom. MCCCCXXXVI. Conradus Ronhover (y) Canonicus & Eccleſiæ Cathedralis ædilis, quem vocant Magiſtrum Fabricæ, campanas ex antiquâ Turri ſecus Epiſcopalem aulam à Joanne I. ædificatam ut admonuimus ſupra, quadrageſimali tempore depoſitas in novam Turrim, in quâ nunc pendet, ſubduci fecit. (y)

Porro cum Fridericus ille morbo diuturno conflictatus & ratione deſtitutus, Theſaurum, Clenodia, Privilegia & res Eccleſiæ ſine ſcitu Capituli in manus laicas & perſonas extraneas commendâſſet, coacti ſonr capitulares Canonici anno Domini MCCCCL. ante electionem futuram articulos illos ſupra memoratos inter Epiſcopum & Capitulum conſtitutos augere ut in bullâ quâdam extant, fuerunt autem Capitulares illi: Criſtannus Stingelhamer Decanus, Leonhardus Brobſt Senior, Joannes de Ramsperg, Heinricus de Streitperg, Joannes Franckengriener, Degenhardus Salchinger, Fridericus de Planckenfels decretorum Doctor, Nicolaus de Rynsperg, Nicolaus de Radwitz Senior, Georgius de Eyb, Henricus de Absperg, Theodericus de Ramsperg, Jacobus Frieshaimer Decretorum Doctor, Jodocus Gäsler, Ulricus Pairsdorffer, Henricus de Parsperg, Nicolaus de Radwitz juniot, Fridericus Pſiantz, Caſpar Schenck, Ulricus Part in Decretis Licenriatus, Georgius de Cameraw & Henricus Lewbing legum doctor. Per hos additionales Articuli priotibus Articulis jurandis adjecti ſunt.

De FRIDERICO III. *Ratiſpon. Epiſcopo XLVI.*

CAPUT XXIIII.

FRidericus Tertius de Planckenfels decretotum doctor, cuſtos Eccleſiæ Ratisponenſis Babenbergenſis, & Friſingenſis, &

(y) Superius diſtinctè *Konhover.*

& ejuſdem Eccleſiæ Ratiſponenſis Canonicus, vir manſuetiſſimus, ſacie pulchra, & procerâ atque heroicâ ſtatura, qui ob morum lenitatem magis regebatur quam regebat, conſtituirur Epiſcopus Eccleſiæ Ratiſponenſis anno Domini MCCCCL. Friderico III. Romanorum Rege regnante.

Confirmatus eſt in Epiſcopatu à Nicolao V. Rom. Pont. Hic fuit Romæ cum Friderico Imperatore in coronatione & benedictione Papali anno Domini MCCCCLII. Dominicâ Lætare. Cumverò ſeptennio præfuiſſet obiit XXIIII. Dic menſis Maji anno Domini MCCCCLVII. ſepultus in medio Cathedralis Eccleſiæ ſub hoc Epitaphio in lapide exciſo:

„ Anno Domini MCCCCLVII. die xxIIII.
„ menſis Maji, Reverendus in Chriſto
„ Pater & Dominus, Dominus Fridericus
„ de Planckenfels Decretorum Doctor
„ obiit Saltzburgæ, hîc ſepultus, cujus
„ anima requieſcat in Pace.

In defuncti locum fuit electus per Capitulum Ratiſponenſis Eccleſiæ, non tamen confirmatus ab omnibus, Henricus de Abſperg Canonicus Ratiſponenſis & Pataviensis Eccleſiarum, ſed in confirmatione petendâ repulſam tulit apud Caliſtum III. (aliàs Pium II.) qui Duci Ruperto de Ratiſponenſi Epiſcopatu providit, & eundem confirmatum electóque Prælatum in Adminiſtratione Ratiſponenſis Eccleſiæ prorſus inſtituit.

Aventinus L. VII. fol. 833. „ Laberbergii ad decimum inſra Abuſinam lapidem prope Lavatum amnem ſubito ſons emanare cæpit. Cives, agricolæ, Equites, Ludovicus Dux, ſtatim advolant, bibunt, lavantur, valetudinarii ſanitatem recuperant. Fridericus de Blanckenfels Epiſcopus Ratiſponenſis Caſparum Schenck vicarium, Conradum Onſorgium Theologum eo profectos ſontem obſtruere jubet. Accedentibus religionis votique cauſa lavantibus potantibus ſacris publico decreto interdicit, nec vulgi tamen inſanam ſuperſtitionem, vulgi leviſſimi, cui vel Ludovicus Dux Landshutenſis patrocinabatur, prohibere potuit, quin cum ejuſdem anni meſſe juges pluviæ ſrumenta afflixiſſent, plebs magis ſuperſtitioſa quam religioſa iram cæleſtem ob violatum ſontem interpretata eſt. Ad hæc monetæ tum pondus imminuerunt Imperator, Sigiſmundus do Volckensdorff Archiepiſcopus Saltzburgenſis & Leonardus de Laming Epiſcopus Paſſavienſis. Septima pars lucrifacta, nigra moneta uti vocant in Albam permutata eſt. In Bajoaria quoque Ludovicus quintam partem argenti æri miſcuit, aſſes quos *Schinderlingos* nuncupabant, maximo paupetum detrimento percuſſit. Igitur in omnium rerum ſumma ſertilitate vilitatéque annonæ, ſame laboratum eſt. Nemo vinum, ſrumentum, panes aliudve hocce ære vendere voluit. Veteres nummi coemti erant à divitibus & ſervabantur, vulgus promiſcuum novos duntaxat poſſidebat & recipere cogebantur, veteris monetæ aſſes cum centum atque quinque pro Drachma auri, qui nummus apud nos aureus, numerabantur. Placuit tandem civibus, imprimis Monacenſibus invitis principibus ſex novos aſſes pro uno veteri permutari; Nec hoc quidem abſque damno pauperum fiebat, quinta parte deſraudabantur. Bohemi tandem, qui apud Ludovicum merebant, conjecto hujusmodi ære, inſpectante Duce, in ignem idque in militari ſtipendio reciperc detrectantes cocgereLudovicum, ut novam monetam aboleret, veterem ſervaret.

De RUPERTO *Ratiſponenſi Epiſcopo XLVII.*

CAPUT XXV

RUpertus de novo foro Filius Ottonis Moſpachii ex Joanna ſorore Ludovici Landshutenſis progenitus, Ottonis cælibis ſrater, Nepos Ruperti Romanorum Regis, Dux Bavariæ & Comes Palatinus Rheni in Epiſcopatum Ratiſponenſem contra electionem Capituli ſactam ſubintruditur à Calixto Papa anno Domini MCCCCLVII. Fridcrico III. imperante. Sed quia non per oſtium, ſed alio in ovile conſcendit, conſecratione minorennis non adepta ſubitariâ correptus infirmitate extra ſedem ſuam deſcenſurus ad Pechlarn, in oppido Auſtriaco Yps nominato, moritur anno Domini MCCCCLXV. poſtquam cathedram adminiſtratoris nominc, annis occupaverat octo. Ejus exanimatum corpus adverſus Danubium ſcaphæ impoſitum Ratiſponam eſt devectum, & in choro ſecus Sacrarium honorificè collocatum ſub hoc Epitaphio:

„ Anno Domini MCCCCLXV. kal.
„ Novembris obiit Reverendus in Chriſto
„ Pater Illuſtris Princeps & Dominus,
„ Dominus Rupertus Comes Palatinus
„ Rheni, Bavariæ Dux ac Adminiſtrator
„ Eccleſiæ Ratiſponenſis, hic ſepultus.

Hic Rupertus, ut invenio, caſtrum Perbing à ſe redemptum Ratiſponenſi Epiſcopatui addidit.

De HENRICO III. *Epiſcopo Ratiſponenſi XLVIII.*

CAPUT XXVI.

HEnricus de Abſperg defuncto Ruperto Duce Bavariæ, itetum á Capitulo Ratiſponenſi in Epiſcopum eligitur.

Fuit hic vir pius, providus, benignus & Cleri ſedulus amator, Præpoſitus & Canonicus Ratiſponenſis & Decanus Pattavienſis Eccleſiarum.

Capitulares in Electione iſtâ anno Domini MCCCCLXV. III. die Novembris, ſub Paulo II. Pontifice Romano, hii fuerunt: Henticus de Absberg Præpoſitus, Nico-

Nicolaus de Kinsperg Decanus, Ulricus Pairsdorffer, Henricus de Parsberg Scolaſticus, Caſpar Schenck in Decretis Licentiatus, Ulricus Part in decreto Licentiatus, Joannes de Planckenſels, Franciſcus Slick, Haupto Marſalck de Pappenheim, Thomas Pirckhaimer utriusque juris Doctor & Cuſtos, Georgius de Preiſing, Conradus Ouſorg in Decretis Licentiatus, Joannes Goldner Decretorum Doctor, Paulus Meck in Decretis Licentiatus, Joannes Fager in Decretis Licentiatus, Joannes Geginger, Rudolphus de Schernberg, Joannes Perckhaimer.

Accepit autem per Paulum II. Papam confirmatus adminiſtrationem Epiſcopatus Ratisponenſis die IIII. Novembris, anno Domini MCCCCLXV. Friderico III. imperante.

Conſecratus eſt in Epiſcopum ipſo die S. Catharinæ per Epiſcopum Friſingenſem.

Hic anno Domini MCCCCLXVI. quemdam Lævinum Wirsperger Hæreſin in Eccleſia Cathedrali præſente ſe, ſuſtraganeóque ſuo & doctoribus atque licentiatis & inſuper populi multitudine frequenti abjurantem ad perpetuos carceres in Hohenburgk Norico condemnavit. Deinde anno Domini MCCCCLXXV. circa feſtum Michaelis iter Romam verſus arripuit & expeditis illic quæ pro ſui Epiſcopatûs utilitate, aliisque Bavariæ Principibus maximè pro Duce Ludovico geſſerat, incolumis domum rediit, anno ſequenti Nono kal. Februarii. ut autem ſedulitatem ſuam in Dei cultum conteſtaretur, Miſſales libros emendatos impreſſoribus ad excudendum commiſit, Presbyterorum inſuper concubinatum edicto gravi, quantum potuit, coercuit

Anno verò Domini MCCCCLXXXVII. in Coadjutorem aſſumpſit Rupertum Comitem Palatinum & Ducem Weſterrichæ, Canonicum Moguntinum, & de cunctis bene meritus, obiit anno Domini MCCCCLXXXXII. ſepultus extra chorum in Latere ſiniſtro, propè aram ſancti Stephani Protomartyris, ubi duos lapides ſuæ memoriæ poſitos habemus ſub hâc inſcriptione:

„Anno Domini MCCCCXCII. VII. kal.
„ Aug. obiit Reverendus in Chriſto Pater &
„ Dominus, Dominus Henricus de Abs-
„ perg Epiſcopus Eccleſiæ Ratisponenſis
„ cujus anima requieſcat in Pace.

In alio Marmore:

„ Sedit in Epiſcopatu annis XXVI.
„ menſes VIII. dies VII. vixit annis LXXXII.
„ Menſes IIII. dies VII.

Hoc Epiſcopo exhortante feſtum Præſentationis Mariæ à choro Ratisponenſi ſuſceptum eſt peragendum cum ſuâ Hiſtoriâ perpetuisque temporibus celebrandum anno Domini MCCCCLXXXI.

Sub hoc Epiſcopo multa facta ſunt Ratisponæ in primis anno Domini MCCCCLXXVI. (z) in die cœnæ Dominicæ cum ciborion incuriâ parochi non fuiſſet clauſum, puer annorum tredecim furatus eſt in Eccleſia S. Ruperti Sacramentum Euchariſtiæ pixideque argentea reſervata, particulas ſex, tot enim fuérant, effudit in cellarium domus è regione curiæ Epiſcopalis verſus Aquilonem, quod die quarto furc manifeſtante repertum per Epiſcopum cum reliquiis, Clero & populi Lampades ferentis multitudine, ad Eccleſiam Parrochialem S. Udalrici delatum eſt, fur verò dilapſus eſt apud Chelhaim deprehenſus fuſtiarium pertulit, virgis cæſus & dimiſſus eſt. Locus vero Sacello coopertus eſt, quod vocatur ad Salvatorem, conſecratum eodem anno III. Non. Novembris. (z)

Anno Domini MCCCCLXXXIII. circa feſtum S. Laurentii (*am Erchtag vor*) fuit ſeditio inter Senatum & communitatem Ratisponenſem, ita quod conſules furorem plebis haud ferentes, ad loca religioſorum latitaturi ſe proriperent, ibique permanſerint, donec ira tumultuantis plebeculæ deſerbuerit; cumque rumor ſpargeretur ob ærarium exhauſtum & cives obæratos Patritios à Cæſare defecturos & urbem ſeque Duci Bavariæ dedituros. Henricus Epiſcopus, ut audivi ex his, qui rebus interſuerunt, conſcenſo capitolio, animo paterno illos adhortatus eſt, ne ob paupertatem Reipublicæ quidquam admitterent, quo ſibi & poſteris aliqua nota inureretur, ſi defectionem à Cæſare meditarentur, ſe patris loco futurum, conſilio, auxilio & pecuniis adjuturum ſeſe quod ſatis ſit, modo permaneant in fide Cæſaris. Illi vero diſſimulatis omnibus reſponderunt, ærarium nunquam fuiſſe locupletius, ne quid alienâ curâ angeretur, ſed domum abiens ageret ſua. Epiſcopus verò confuſus, lachrymabundus digrediens dixit: utinam fruſtra filii pro vobis ſolliciti eſſemus, & abiit; & non longè poſt Senatus Populúsque Ratisponenſis ſe ſuámque urbem, quæ Imperialis erat, Alberto Monacenſi Bavariæ Duci reſignârunt anno Domini MCCCCLXXXVII. Quam cum Georgio Duce Bavariæ præſente anno ſequenti deditam in ſuam ditionem accepit in die S. Sixti, & ſequenti Die quæ fuit S. Afræ cives omnes Alberto dicto fecerunt Homagium.

Propterea Fridericus Imperator irâ commotus in oppido ſuo Lintz Auſtriaco in publico Conſiſtorio cives Ratisponenſes damnavit & aqua & igni interdixit ceu publicos hoſtes regni, & omnibus illos perſequi volentibus liberam facultatem tribuit anno Domini MCCCCXCI. cumque Albertus Dux Imperatori medium digitum oſtenſurus, urbem firmaret & feneſtras latiores in muro faceret obſtrui, Fridericus Imperator ait: *Obſerat quantum velit nos tamen inveniemus, nos intromittentem rimam.* Móxque vicinis regni civitatibus ad arma vocatis, Norimberg ſcilicet, Windes-

(z) *Erat notatum in marg.* Quæ hoc anno contra Judæos Ratisponenſes acta ſint lege in Chriſtofero Monacho & in Streitelii nigro. fol. 171.

deshaim, Rotenburgum Tuberinum, Ulma, Auguſta Viodelicorum, Norlingen, Argentoratum & reliquæ urbes Sueviæ, conjurârunt, ut proximo vere ſub feſtum S. Georgii in Lyci fluminis campo convenientes, Bavariam totam ferro ignéque pervaſtarent, quoad urbem regni Ratisponenſem Albertus redderet. Quod videns Albertus Dux, ne totam Bavariam propter unam urbem alienam perderet, Cæſari ceſſit, & urbem Ratisponam liberè reſignavit, civésque Ratisponenſes à juramento relaxatos, liberos dimiſit, poſtquam ſex annis illis fuiſſet potitus.

Mox igitur anno Domini MCCCCXCII. ipſo die aſcenſionis Fridericus Marchio Brandenburgenſis Comésque de Zolern Ratisponam venerunt, & urbem Ratisponenſem Imperatoris Friderici totiúsque regni nomine receperunt, civibúsque denuò jurare coactis novum Senatum legerunt, poſt feſtum S. Jacobi, exauthoratis antiquis Senatoribus, qui deditionis factæ habebantur Auctores.

Per illud autem tempus, quo Dux Albertus rerum Ratisponenſium potiretur, aut paulò ante Carthuſienſes idem Dux introduxit in Monaſterium Pruel extra mœnia Ratisponenſia ſitum, expulſis illinc Monachis Ordinis S. Benedicti; Quos Carthuſianos injuſtè ſic intruſos Henricus Epiſcopus, quoad viveret, confirmare noluit, ſciens quantâ ſeveritate Gebhardus I. Epiſcopus Ratisponenſis Fundator ejus Monaſterii religionis inſtitutæ turbatores deſoverit.

Anno Domini MCCCCLXXXVII. Reliquiæ ſunt Ratisponæ primo publicitus oſtenſæ.

Anno Dom. MCCCCLXXXVIII. Arx eſt cœpta ædificari Ratisponæ per Albertum Ducem Bajoariæ, & primus lapis ejus arcis poſitus eſt anno ſequenti Feriâ quintâ poſt Exaltationem S. Crucis. Ea arx deinceps diſſipata.

Anno Domini MCCCCXC. xxvi. Maji Rex Maximilianus Auſtriam petiturus urbem Ratisponenſem declinavit, & cum Danubio veheretur intra duos pontes, fecit buccinis & tubis inſtrepere ſuos buccinatores carmen illud maledictionis: *O du armer Judas, was haſt du gethon* &c.

Eodem anno dominus Stauffer ſe dedidit, cum Dux Albertus Köpſering obſideret, & obtineret, atque ad ſolum demoliretur. Fuerat enim tunc bellum Nobilium Leoninorum contra Albertum Ducem, quare Dux hoſtium ſuorum domus & arces fortiter concutiebat. Sic poſt Köpffering demolitum & arcem Ernſels, quod erat ipſorum nobilium Stauffer ad fundamentum deſtruxit; ſic & caſtrum Flugelſperg nobilium de Parſperg & aliis hoſtium ſuorum domibus fecit, donec bellum illud componeretur.

Anno Domini MCCCCLXXIIII. Petrus Niger Ordinis Prædicatorum prædicavit in Aula Epiſcopali Judæis ad conciones illas ire coactis.

Anno Domini MCCCCXCII. poſt feſtum S. Jacobi Ratisponâ regno Romano reſtitutâ cum novus Senatus Ratisponæ lectus eſſet, Senatores illi novi cœperunt exauthoratos Illos veteres Patritios è Senatu motos, & carceribus mancipârunt in vigilia aſſumptionis Mariæ, adſcitóque Bernardino Stauffer Cæſarem adierunt queſturi de veteribus illis Conſulibus, & factum eſt, ut ſequenti anno MCCCCXCIII. quarta die poſt circumciſionem iterùm emanciparentur captivi Senatores, data fide quod cauſam ſuam coram Cæſarea Majeſtate eſſent acturi.

De RUPERTO II. *Ratisponenſi Epiſcopo XLIX.*

CAPUT XXVII.

RUpertus II. Comes Palatinus & Dux Bavariæ & Weſterreich, filius Friderici Palatini de Sponheim, poſt Henricum cœpit Epiſcopatum Ratisponenſem moderari anno Dom. MCCCCXCII. Friderico III. adhuc imperante. Fuerat hic Coadjutor ab Henrico adſumptus anoo Dom. MCCCCLXXXVII. ſollicitatione Georgii & Ottonis Palatinorum Ducúmque Bajoariæ, caſtrúmque Werde cum ſua familia incoluerat hactenus, donec Henricus Epiſcopus excederet è medio.

Hic Rupertus ex Canonico & cantore Moguntinenſi factus eſt Epiſcopus anno Domini MCCCCXCIII. Dominicâ proximâ ante adventum Domini, quæ fuit dies S. Catharinæ, per Reverendiſſimum Patrem & Dominum Fridericum de Zolern Comitem, Epiſcopum Auguſtenſem in Eccleſia Cathedrali Ratisponenſi in Epiſcopum ejusdem urbis eſt conſecratus præſente Abbate S. Emmerami Eraſmo cum octo infulatis Abbatibus aliis & Suffraganeis Ratisponenſi & Eyſtetenſi. Confirmatus ab Innocentio VIII. Rom. Pont.

Sub hoc tempore fuit bellum Leoninum, de quo ſuperius mentionem fecimus, quo bello vel duranre vel finito, & Cleri perſecutio cœpit. Nam anno Dom. MCCCCXCIIII. Dux Albertus jubebat quibusdam Parochis vina de Stauff caſtro ad Mooachium devehere, ídque ſuis Parochorum expenſis. Qui gravati contra immunitatem Eccleſiaſticam Epiſcopum Rupertum querulosi adierunt: Epiſcopus, quod Dux juſſerat, prohibuit, unde Dux ſtomachatus in res Sacerdotum ſuos incitavit, huícque rei curandæ deſtioati ſunt D. Leonardus ab Eck, Wilhelmus Pretſtorffer, Leonardus Spemneſſer, Caſpar Heltrat. Cúmque Parochi rebus ſuis diſpoliarentur, Rupertus Epiſcopus apud Chelhaim interdicto publico ſacra fieri vetuit, donec res per Maximilianum Regem fuerit complanata, interim tamen Sacerdotum res ablata ad centum aureorum millia æſtimata, non reſtituebantur. Hic Epiſcopus pro divino cultu augmentando geminam B. Mariæ Virginis glorioſæ Deiparæ ſolemnitatem inſtituit per ſuam Diœceſim: viſitationem ſimul & conceptionem.

Sed & Carthuſienſes in Monaſterium Pruel ſubintroductos per Albertum Ducem unà cum eorum exemptione ſupradictus Epiſcopus

ſcopus

(a) ſcopus oonfirmavit (a) *Salvis Juribus Epiſcopalibus in exemptione, nec non cenſu octo florenorum annuorum ac anniverſario in recompenſationem.* Eam rem litteris è ſubjectis licet cognoſcere:

„ Nos Petrus Prior, cæteríque diffinitores Capituli Generalis Majoris Carthuſiæ, fatemur & notum facimus univerſis præſentes litteras inſpecturis, quod cum nuper Reverendiſſimus in Chriſto Pater Illuſtriſſimúsque Princeps & Dominus Rupertus, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Ratisponenſis Comes Palatinus Rheni ac Bajoariæ Dux ex una, & Religioſi fratres Prior & Conventus Monaſterii Pruel propè civitatem Ratisponenſem ſiti Ordinis Carthuſienſis partibus ex altera, occaſione jurisdictionis & ſuperioritatis quam jam dictus Epiſcopus in præfatum Monaſterium, antequam dictus Ordo Carthuſienſis in eodem introduceretur, habebat, & adhuc habere contendebat, tam ſuper eisdem quam aliis nonnullis differentiis per medium bonorum virorum in unum conveniſſent, ac juxta mentem ſubinſertárum litterarum à præfato Domino Epiſcopo & ejus venerabili Capitulo emanatarum compoſiti & amicabiliter concordati fuiſſent, & interea Religioſus Pater Prior dicti Monaſterii Pruel ſub ſuo & Conventûs ſui ſigillis litteras reverſales & obligatorias de obſervandis omnibus & ſingulis, quæ in hujusmodi concordia expreſſa fuiſſent pro ſe & ſucceſſoribus ſuis memorato Domino Epiſcopo adſignâſſent, ne à nonnullis verteretur in dubium, ſi litteræ hujusmodi obtinerent roboris firmitatem, cum à nobis tanquam præfati Ordinis Superioribus non emanâſſent, aut ſaltem ſigillo noſtro roboratæ minimè fuiſſent, ad ejusdem ergò compoſitionis ut præmittitur celebratæ corroborationem, útque à Priore & Conventu Monaſterii Pruel antedicti præſentibus & futuris omnia & ſingula in hujusmodi compoſitionis litteris contenta prout eos reſpectivè concernunt, inviolabiliter obſerventur & adimpleantur, & omnia & ſingula prout inter Epiſcopum, Priorem & Conventum, ut præmittitur, ritè & rationabiliter acta ſint, ratificamus & approbamus, ratáque & grata habemus, & nihilominus in ea de novo conſentimus, & per Priorem & Conventum Monaſterii ſæpedicti pro tempore exiſtentes prout eos concernit, perpetuo obſervari & cuſtodiri volumus & demandamus ſtatutis Ordinis, exemptione, confirmatione Apoſtolica, ſuis privilegiis non obſtantibus quibuscunque, littetas verò compoſitionis hujusmodi ad majorem rei declarationem præſentibus de vèrbo ad verbum fecimus inſeri, quarum tenor talis eſt:

„ Nos Rupertus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Ratisponenſis, Comes Palatinus Rheni ac Bavariæ Dux &c. ad futuram rei memoriam, præſentibus litteris innoteſcere volumus univerſis quod ſuperioribus annis à felicis recordationis ſanctiſſimo Domino noſtro Sixto Papa IIII. ex cauſis ſuæ Sanctitati expoſitis (b) Ordine S. Benedicti in Monaſterio Pruel juxta civitatem Ratisponenſem noſtræ Diœceſis ſito, tunc hactenus obſervato, prorſus extincto, ipſúmque Monaſterium Ordini Carthnſienſium & illis fratribus pro eorum domo juxta ſuos ritus & mores perpetuo regendum & gubernandum conceſſo & appropriato intérque Anteceſſorem noſtrum quondam Dominum Henricum Epiſcopum Ratisponenſem ex una & Priorem & fratres dicti Ordinis Carthuſienſis modernos de & ſuper juribus Epiſcopalibus nobis ſeu Epiſcopo pro tempore exiſtente in Monaſterio Pruel jam dicto â tanto tempore, cujus initio ſine contrario memoria non exiſtit, competentibus ſeu debitis & eorum occaſione, partibus ex altera magna Quæſtio ſuborta, illis exemptionem & privilegia Ordinis ſui allegantibus, anteceſſore verò noſtro & nobis exiſtimantibus præſatum tunc Sanctiſſimum Dominum noſtrum Papam Sixtum præter conceſſionem, ipſi Ordini Carthuſienſi, ut præmittitur, factam, nullatenus voluiſſe, nec intentionem ſuæ Sanctitatis fuiſſe Eccleſiæ noſtræ Ratisponenſi in tam veteribus & de jure competentibus juribus præjudicare, ſeu quovis modo per hujusmodi Generales eis conceſſas litteras derogare. Nunc verò precibus Generoſorum ac Nobilium, nec non Venerabilium Virorum partes ſuas in ea cauſa pro amicabili concordia, ſincerè interponentium permoti, de venerabilis Capituli noſtri aſſenſu & voluntate, ad concordiam finalem redacti ſumus, in hunc, qui ſequitur modum, quod præfati Fratres Carthuſienſes, præſentes & futuri, juxta & ſecundum ritus, mores & conſuetudines ac privilegia poſſint & valeant liberè & quietè omnipotenti Deo & Monaſticæ religioni in hoc loco inſervire, absque omni noſtro ac ſucceſſorum noſtrorum & aliorum quoιumcunque impedimento, ſeu quivis eorundem quovis quæſito colore ſeu ingenio, moleſtia, & controverſia. Eo tamen ſalvo, ac nobis & ſucceſſoribus noſtris perpetuò reſervato, quod pro omnibus juribus Epiſcopalibus, quæ nobis quoad jurisdictionem, ſeu alias quomodolibet, ut præmittitur, competebat, quibus nos in præſentiarum prorsùs renuntiamus, in recompenſum illorum præſati fratres Carthuſienſes, ſeu Prior & Conventus eorum in Pruel moderni, eorúmque ſucceſſores perpetuis futuris temporibus nobis & ſucceſſoribus noſtris Ratisponenſibus Epiſcopis omni & quolibet anno, VIII. florenos Rhenenſes, angariatim, qualibet angaria duos perſolvant, absque omni excuſatione ſeu controverſia. Ul-

(a) hæc manu Gevvoldi fortè ex alio apographo inſerta.

(b) Tangit eas Aventinus noſter, & ex eodem Hundius in Metrop.

„ tra illos nobis aut ſucceſſoribus noſtris
„ alias in nonnullo ex debito obligaturi il-
„ lis tamen, præſertim juribus Epiſcopa-
„ libus nobis & ſucceſſoribus noſtris ſalvis
„ & prorsùs reſervaris, quibus etiam per
„ has litteras noſtras minimè derogare ſeu
„ renuntiare intendimus, quæ nobis in ex-
„ emptos & quælibet Monaſteria noſtræ
„ Diœceſis, quoad conſecrationem aut
„ alias de jure, extra præmiſſa, & præſertim
„ quoad in Pruel S. Viti, Allingen S. Mar-
„ tini & Tallmeſſing parrochiales Eccleſias
„ rarione primariorum fructuum, Cathe-
„ dratici & aliorum jurium Epiſcopalium
„ inſtar aliarum parrochialium Eccleſiarum
„ Diœceſis noſtræ, quomodolibet de jure
„ vel conſuetudine competere poſſunt. Præ-
„ terea etiam ipſi Prior & Carthuſienſes in
„ recompenſum ulterioris beneficentiæ ac
„ in grāritudinis vicem pro ſe & ſucceſſo-
„ ribus ſuis ſe obligârunt perpetuis futuris
„ temporibus annuatim anniverſarinm pro
„ nobis & ſucceſſoribus noſtris in Eccleſia
„ dicti Monaſterii Pruel quartâ feriâ poſt
„ Dominicam Lætare in quadrageſima cer-
„ tis ceremoniaiibus & neceſſariis ad hoc
„ adhibitis ſub forma & ritu Ordinis ipſo-
„ rum peragere velle. In quorum omnium
„ & ſinguiorum fidem ac evidens teſtimo-
„ ninm præmiſſorum præſentes noſtras lit-
„ teras exinde fieri, noſtrique ac venera-
„ bilis Capituli noſtri, in vim majoris fir-
„ mitatis & ſubſiſtenriæ præmiſſorum ac
„ per eos ad hoc præſtiti conſenſus juſſi-
„ mus ſigillorum noſtrorum appenſione
„ communiri. Datum & actum die quartâ
„ menſis Junii, anno Domini MCCCC-
„ XCVI.

„ In hujus autem conſenſûs & approba-
„ tionis fidem & evidens teſtimonium præ-
„ ſentes litteras ſigilli noſtri majoris feci-
„ mus appenſione roborari. Actum in Car-
„ thuſia majori xvii. die menſis Maji anno
„ Domini MD. ſedente Capitulo &c.

Cæterum Epiſcopus ille Rupertus in caſtro ſuo Werde gallica ſcabie diu tabefactus, moritur anno Domini MDVII. alteróque die Ratisponam allatus à Clero populóque in Eccleſia S. Petri ſepelitur, præſente Duce Joanne illius ſucceſſore, juxta Sacrarium chori Ratisponenſis, poſtquam annos xv. præſediſſet; Ejus tumbæ inſcriptum eſt hoc Epitaphium:

„ Anno Domini MDVII. die xix. Aprilis
„ obiit Reverendiſſimus in Chriſto Pater
„ ac Dominus, Illuſtriſſimus Princeps &
„ Dominus, Dominus Rupertus hujus Ra-
„ tisponenſis Eccleſiæ Epiſcopus, Comes
„ Palatinus Rheni, Bavariæ Dux & Comes
„ in Sponheim, hic ſepultus, cujus anima
„ in pace requieſcat.

Nec obmittendum illud: hic Epiſcopus Rupertus bellum geſſit anno Dom. MCCCCXCIIII. contra Nobiles N. Pretſchlaiffer & N. Nusperger, à quibus Eccleſia Ratisponenſis accepit damna multa.

Anno Domini MCCCCXCIIII. Nicolaus Walch Ratisponæ crurifragium paſſus eſt, quod homicidio in domo cujusdam Judæi peracto, uxorem & illius filium trucidârat, in die converſionis S. Pauli.

Anno Domini MCCCCXCV. venerunt Regii Commiſſarii Ratisponam, & Senatores majorum & minorum gentium omnes mutârunt.

Anno Domini MCCCCXCVII. Dux Otto de novo Foro venit Ratisponam ad Capitaneum inſtituendum, ſed fruſtra ſicut & ſequenti anno, Dominica ſecunda poſt Epiphaniæ rediit de eadem cauſa, ſed iterum fruſtra.

Eodem anno MCCCCXCVII. Dominus N. Kunsperger Canonicus Ratisponenſis ac Capitaneus Eccleſiæ Romanæ in bello contra Urſinos occiditur. Sequenti anno circa converſionem Pauli molendinum fullonum exuſtum eſt, quod reædificatum ſtetit usque ad annum Domini MDXLVIII. & rurſus conflagravit, reſtitutúmque eſt, quæ reſtitutio duravit usque ad annum Domini MDLV. & denuo arſit unà cum duobus magnis molendinis frumentariis ponti lapideo proximis, xxvi. die Junii mane ſub crepuſculo matutino, ut Capite xxx. annotabitur.

Anno Domini MCCCCXCIX. circa feſtum S. Erhardi Dominus Sigismundus de Rorbach eques auratus à Maximiliano Rom. Rege per Mediatorem Wilhelmum Marſalicum de Pappenheim Ratisponæ Capitaneus deſignatus eſt, & inſtitutus, qui poſtea in Egra civitate obiit.

Anno Domini MDI. exundavit Danubius vehementer cum magno damno accolatum urbis Ratisponenſis.

Anno Domini MDIII. Dux Georgius de Landzhuet obiit ſine maſculo hærede, ob id Ducatus illius ex contractu Majorum ſuorum litteris & ſigillis firmato, ad Duces Bavariæ Monacenſes Albertum & Wolfgangum pertinebat, nec ſolum ex contractu & ſtipulationibus, ſed etiam ex jure feudali Cæſareo, ſed qnia Dux Georgius filiam ſuam Elizabetham, unà cum illius marito Ruperto Philippi Comitis Palatini Rheni filio hæredes (quod ſibi nec jure nec per litteras ſtipulationum licebat) inſtituerat, Rupertus irrito teſtamento niſus Cæſarem Maximilianum cum regni Proceribus irritavit in ſe, & factum eſt bellum illud famoſum, quod Bavaricum appellatur, in quo Bavaria devaſtata eſt & Ducis auxiliatores Boemi quatuor millibus numeroſi, in campis Noricis propè Ratisponam fuſi, fugati cæsique ſunt anno Domini MDIIII. in quo loco non procul à Mentzebach ſacellum humatis eſt erectum in victoriæ Trophæum hâc inſcriptione: „ Pridie Idus Septembris horâ diei
„ quinta anni MDIIII. à Domino Maximi-
„ liano Cæſare intempeſtæ noctis ſpatio
„ paſſuum xxx. milium per devia montium
„ itinera confecto, acerrimo exercitu Boe-
„ mo illico fuſo, fugatóque ac penitus de-
„ leto, Germanis viris inclytis N. & N.
„ pro Romano Imperio ſtrenuè pugnanti-
„ bus, occiſis, Albertus Bavariæ Dux Il-
„ luſtriſſimus hoc Sacelinm & Monumen-
„ tum in æternam rei memoriam dicavit.

Hujus ſtragis portentum proceſſit anno Domini MDIII. in crucibus lividi coloris in veſtibus hominibus ſubito comparentibus.

Ego

Ego verò tum puer ſectabar corvos paſſim teſtáque lutóque, qui jam hatum rerum veluti per ſomnium recordor reminiſcórque.

Anno Domini MDVI. Principes Bavariæ Albertus à Monachio & Fridericus Palatinus tutor propter filios Ruperti Ducis Lantzhuetenſis demortui, diviſerunt Bavariam.

Anno Domini MDVIII. in die Epiphaniæ Domini Georgius Nusperger Canonicus Ratisponenſis à quatuor pellionibus in publico vico pulſatus & læſus, paucos dies ſupervixit, qui capti unum ex eis authorem conteſtati ſunt, qui capite plexus, cæteris libertatem deprecatus eſt, unum ſe facinoris authorem proſeſſus.

De JOANNE III. *Epiſcopo Ratisponenſi L.*

CAPUT XXVIII.

JOannes III. Electoris Philippi filius, Comes Palatinus Rheni, Bavariæ Dux, ex Canonico Patavienſe Ratisponenſis petitur Epiſcopus anno Domini MDVII. circa feſtum Luciæ Virginis & Martyris ſolemniter inthronizatus, nt loquuntur, præſentibus Friſingenſi & Patavienſi Epiſcopis.

Fuerat hactenus cum anteceſſore ſuo in arce Werde in adjutoris locum acceptatus, poſt cujus obitum deinde & in Epiſcopum electus, Adminiſtrator Eccleſiæ Ratisponenſis perpetuus fuit, non tam malus alioqui Princeps, niſi velut Lucullus Romanus inſanis illis ſubſtructionibus Epiſcopatum ſumptuoſior attenuâſſet. Nam quid pro Clero ſibi commiſſo vel egit, vel paſſus eſt, ſuis illis turbulentiſſimis temporibus indicabimus.

Hic anno primo ſuæ adminiſtrationis, qui eſt Dominicæ incarnationis MDVIII. convocationem ſui Cleri per totam Diœceſim habuit in urbe Ratisponenſi, feriâ ſextâ ante Reminiſcere, ut bono auſpicio, quæ ad Clericatum pertinerent, primum diſpiceret; ſed raro homini ſolida ſœlicitas in hoc ſeculo contingit. Nam eodem anno patrem ſuum Philippum Electorem Comitem Palatinum amiſit in Heidelberga.

Anno Domini MDXII. uſuram à ſubditis ſuis omnino prohibuit, edita ſuper hoc conſtitutione ſynodali quam paulò poſt à Leone X. Pontifice Romano confirmatam obtinuit, ut Populus & Clerus ſuus à Judæis uſurariis tutiores eſſent; cujus exemplar adſcribemus: *Exhibuit Bullam hanc Cl. V. Chriſtophorus Gewoldus in add. ad Wigulæi Hundii Metropolin Salsburg. in Epiſcopis Ratisponenſibus, ſub hoc Joanne III. Epiſc. P. I. p. m.* 182.

Hæc de uſura prohibita, ſed de exactione Civium prima per illum caſſata ita reperio: cum anno Domini MDXIIII. Senatus Ratisponenſis Clero quamdam exactionem vellet imponere, & vel minitarentur vel timerentur, id à Maximiliano Impetrâſſe, Illuſtriſſimus Princeps Joannes Adminiſtrator Ratispoenſis in propria perſona Maximilianum Romanorum Regem adiit, conatúmque Ratisponenſium penitus impedivit & caſſavit. Et cum eodem anno à frementibus apud ſe ſe Conſulibus Dominus Joannes Zenger Canonicus Ratisponenſis captus & carceribus mancipatus eſſet, idem Epiſcopus Interdictum Sacrorum poſuit per totam urbem Ratisponenſem, quoad Dominus Zenger liberaretur. Cæterum cum anno Domini MDXIX. Judæi mortuo Rege Rom. Maximiliano è Ratispona propellerentur, & Senatus à Judæis pignora populorum Judæis ad ſœnus oppignorata, ad ſex aureorum millia æſtimata reciperet, nec tantam pecuniæ ſumam à Judæis exactam haberet, grande charitativum ſubſidium ab omnibus totius urbis Ratisponenſis Eccleſiis & Monaſteriis exigere conati ſunt iterum, & ut de cæteris taceam à ſolo Monaſterio S. Emmerami mille nummûm aureorum poſcebant. Clerus ea de re perturbatus, impetratâ ad reſpondendum deliberatione, ſuis amicis conſanguineis & affinibus actutum vocatis cum illis ſuper hac re conſultabat, unàcum ſuo Epiſcopo, & deliberati longo ordine Senatum in Prætorio agentem acceſſerunt, pro quibus omnibus grandævus ſenex & canus, vir Nobilis N. Waltenprunner ita verba fecit, ut Senatus Ratisponenſis Clerum Ratisponenſem contra immunitatem Eccleſiaſticam minimè gravaret, ſed priſcâ libertate gaudentem, intactum relinqueret, quod ſi non faceret, ſe ſuos amicos, propinquos, conſanguineos & affines deſerere non poſſe, verùm illis & conſilium & auxilium præbituros; quæ reſponſio tametſi bilem Senatui conciret, tamen pro tempore diſſimulatâ irâ, reſponderunt ſe non niſi amice cum Clero acturos eſſe. Concione ſoluta Clerus gaudebat, ignarus paulò poſt in luctum hoc gaudium convertendum. Nam anno Domini MDXXV. cum Dominus Adminiſtrator Joannes in ruſticano illo tumultu & bello fratri ſuo Friderico Comiti Palatino auxiliaturus abſens eſſet, occaſione captata, quod de exactione Cleri conceperant, exequi tandem ſtatuerunt. Qua de re die ſecunda menſis Maji univerſum Clerum Ratisponenſem peremptoriè citant ad templum Franciſcanorum poſtridie comparendum; Eapropter Clerus omnis generis, conditionis, ſexûs & ætatis poſtero die S. Crucis in eodem loco, ut juſſus erat, comparuit. Inprimis Reverendus Dominus Petrus Krafft Suffraganeus, & ne titulis inutiliter chartam compleam, Ambroſius Abbas S. Emmerami cum omnibus ſui Conventûs fratribus numero xxv. Abbas S. Jacobi cum fratribus ſuis; Chriſtophorus Welſer Præpoſitus & Caſpar de Gumpenperg Decanus cum omnibus Dominis Canonicis Eccleſiæ Cathedralis (extra unum Melchiorem de Sparneck, qui ſubodoratus quod erat futurum oppidum ante citationem ſtudioſus exiverat) Barbara de Ahaim Abbatiſſa inferioris Monaſterii cum omnibus ſuis Monialibus, Catharina de Rädwitz Abbatiſſa ſuperioris Monaſterii cum omnibus ſuis Monialibus, Anna de Egloffſtaine Abbatiſſa Monaſterii

S. Pauli, Dominus Joannes Dietenhamer Præpoſitus veteris Capellæ cum omni ſuo collegio, D. Petrus Veichtner Præpoſitus S. Joannis cum toto collegio ſuo & Presbyteris apud eos beneficiatis, ut loquuntur; Dominus Commendator S. Leonardi; Prior Prædicatorum cum ſuis fratribus; Prior Heremitatum S. Auguſtini cum ſuis ſratribus; Minnres jam in ſuis ædibus aderant. His omnibus intra ſpem metumque in dextra chori Parte conſiſtentibus, Senatus Ratisponenſis ſevera maturitate ſubingreſſus eſt, quorum hæc ſunt nomina: Urbanus Drunckel Camerarius, Joannes Oſenpeck Judex, Joannes Hirsdorfer, Sigismundus Schwäbel, Fridericus Stuxs, Wolſgangus Steirer, Joannes Weintzirl, Wolfgangus Kitztaler, Joannes Hetzer, Wilhelmus Wielant, Adam Kolner, Georgius Schmidner, Sebaſtianus Paumgartner, Joannes Düner, Ambroſius Amman, Wolfgangus Linpeck & Joannes Reyſolt urbis Notarius. Hos comitabatur Senatus qui vocabatur exterior numero XXIIII. Nomina eorum libens prætereo, ſicut & ſubſequentium, nam hos ſequebantur è populo ſelecti viri XL. His omnibus è regione Cleri in ſiniſtrâ templi parte conſtitutis, Joannes Reyſolt Notarius urbis ſilentio ſacto, patriâ voce longum ſermonem fecit, eo tandem appellens, ut omnes cujuscunque ſtatûs ſive dignitatis Ratisponam inhabitantes Clerici, Monachi ſive Moniales, nemine exempto, tres illos articulos ſe obſervaturos fidem darent: Primus ut de vini vel alterius potûs proventu talliam vulgò rectè dictam *ungelt* dependerent: Secundus ut de rebus omnibus mobilibus vel immobilibus ſive de qualibuscunque intra Ratisponenſis urbis Mœnia ejùsque diſtrictum poſſeſſionibus, Tributum annuum perſolverent. Tertius, ut vigiliarum excubias & reliqua civilia onera, ut cives ſui, ſubire non detrectarent. Hucusque Joannes Reyſolt nomine S. P. Q. Ratisponenſis verba fecit. Quo tacente venerabilis & Nobilis Dominus Caſpar de Gumpenperg, Cathedralis Eccleſiæ Decanus, cui pro Clero reſpondendi munus erat injunctum, breve ad interloquendum cum Clero ſpatium petivit, quo impetrato Prælati, Abbates & Abbatiſſæ, Præpoſiti, Decani, Canonici & de communi Clero Sacellani à præfato Domino de Gumpenberg ſubmoniti, ut, quando multitudinis confuſio, Conſilia magis impedit quam promovet, ex omnibus aliquot eligerent, penes quos eſſet in medium conſultandi jus plenum. Fuerunt igitur ex omnibus ſelecti hi: D. Petrus Kraſt Suffraganeus, Dominus Præpoſitus & Dominus Decanus cum quatuor cathedralis Eccleſiæ Canonicis, D. Abbas Monaſterii S. Emmerami cum quatuor ſui conventûs ſratribus, Abbas S. Jacobi cum Priore S. Petri in Wyhen, extra mœnia Ratisponæ. Domina Abbas inferioris Monaſterii cum quatuor ex ſuis monialibus, Abbatiſſa ſuperioris ibidem cum quatuor ſuis monialibus, Abbatiſſa S. Pauli itidem cum quatuor Monialibus, D. Joannes Dietenhamer cum Seniore Canonico veteris capellæ, Dominus Præpoſitus cum Decano Eccleſiæ S. Joannis, Dominus Commendator Eccleſiæ S. Leonardi, Prior Prædicatorum cum Cunfeſſore Monialium S. Crucis Ratisponenſis, Prior Heremitarum S. Auguſtini cum duobus ſui conventûs Senioribus Guardianus cum vice Guardiano ſratrum Minorum, ex aliis presbyteris communis Cleri quinque. Horum omnium totus numerus fuit XLV. quibus pro Republicâ clericali contra inſolens illud gravamen conſultatio committebatur. Hi conſultores ingreſſi Sacrarium ſuffragia inibant, quisque quid ſibi videbatur conſulentes.

Dominus Præpoſitus Cathedralis Eccleſiæ ſe nihil ajebat habere quam Præpoſituram & hanc ipſam ſibi à ſummo Pontifice collatam, nihil absque hujus conſenſu in hâc parte definire debere, cum venerabilis Clerus omnimoda gaudere debeat immunitate, nec Senatum Ratisponenſem de jure id exigere poſſe, nec venerabilem Clerum id debere ſubire, ſic & Dominus Decanus & Dominus Suffraganeus conſulebat. Abbas S. Emmerami ſuum Monaſterium privilegiis, exemptionibus & immunitatibus à ſummis Pontificibus, nec non Romanorum Regibus & Imperatoribus præditum & privilegiatum aſſerebat, ſine quorum præſcientia, conſenſu & voluntate nil debere præſumere, Poſſeſſiones inſuper & Cenſus annales ſive Proventus ſui Monaſterii in Ducatu Bavariæ conſtitutos, Ducisque Bavariæ Indignationem ſe forſitan incurſurum, ſi jugum illud ſubiret, cui ſententiæ Domini Canonici ſuffragabantur, & in illius ſententiam & Abbatiſſæ omnes pedibus ibant. Abbas S. Jacobi neutiquam ſe dictitabat huc poſtulationi acquieſcere poſſe, cum id grave Romano Pontifici nec non Cæſareæ Majeſtati foret offendiculum, a quibus Monaſterium S. Jacobi privilegiis non paucis fuerit condonatum. Huic aſtipulabantur Dominus Præpoſitus veteris capellæ cum ſeniore ſuo, & Domini Præpoſitus & Decanus S. Johannis unà cum commendatore S. Leonhardi. Priores Ordinum Mendicantium ajebant, ſe nil niſi Saccum quo Sacra comportetur Eleemoſina poſſidere, quæ etiam nb ſectas introductas adeo foret vacua, ut nimia penuria conſtricti, vix vivere poſſint, de ſtipe ergò laborioſe hoſtiatim emendicata, nihil tributi ſe poſſe dependere, cum ægrè victus & veſtitus illismet ipſis ſuppereret. In hunc modum omnibus placuit negativum dare reſponſum præterquam uni ſacerdoti Wolfgango Creutzer qui ſatis intempeſtivè ſuadebat, ut poſtulationi Senatus aſſenſus præberetur, alioquin multos eſſe inter ſacellanos, ſuapte ſponte hâc ipſâ hora conditiones, & onera civium ſubituros. Pro qua ſua importuna dchlateratione à Domino Decano Gumpenperger decenter, ut meruerat, objurgatus conticuit. Cum ergo

erge concluſum fuiſſet ab univerſis de negativo reſponſo dando, conſultores è Sacrario regreſſi locum ſuum repetierunt, factóque ſilentio, Dominus Decanus luculento Sermone pro ſua eloquentia, quod erat juſſus, peroravit, adſerens venerabilem Clerum nequaquam poſſe adſenſum præbere poſtulatis, cum id Clericorum immunitatibus omnibus modis adverſaretur, maximè vero Prælatorum Prælatarúmque exemptionibus. Quod ſi adeo res Ratisponenſium eſſent acciſæ, ſe malle charitativum contribuere ſubſidium, quam inſolito jugo contra Pontificias & Cæſareas Conſtitutiones mancipari. His auditis Senatus cum ſuis deliberaturi refectorium fratrum ingrediebantur ſtatimque regreſſi & in priſtino loco conſtituti Notarium ſuum Joannem Reiſolt jubent illorum conſulta in medium proferre. Hic alta voce, Conſules & reliquos illis adhærentes dicebat non parum mirari, quod poſtulationem ipſarum amicam rationabilem, neceſſariam & omnibus profuturam reputaverimus, cum veterem illam & laudatiſſimam urbem Ratisponam non modica noverimus laborare egeſtate, ſeſe omnino ſibi perſuaſos, nullam in hâc petitione habituros repulſam; Nec Prælatos Prælatáſque nunc hoc tempore de ſuis exemptionibus aliquid præſumere, cum & ipſi ſuper hoc plerisque ſint Privilegiis communiti. Qua propter S. P. Q. Ratisponenſem iterum, iterúmque inſtare, ut poſtulatis aſſentiamus, aliquo alio modo ſe erga nos geſturos & exhibituros quem malint obmittere, invitos enim aliquid gravius in Clerum ſtatuere, dare ſe præterea nobis deliberandi ſpatium usque in craſtinum, ut eadem hora, eoque loci in majori numero reverteremur; videri enim pauciores jam, cum alioqui longe plures viſi fuerimus; ſic concio illa ſoluta eſt, dimiſſi dumum, corpora famelica curârunt; ſed urbem illorum nullus quamlibet negotioſus exire permittebatur toto triduo. Conſultatum ab omnibus quid agerent, vel quid ageretur? Neceſſitas caret feriis, & Poetæ conſilium placebat: ut corpus redimas, ferrum patiaris & ignes. Silent leges inter arma. Fruſtra defenditur immunitas, ubi nil eſt immune ab injuria. Quid prodeſt immunitas litterarum ubi plebs furioſa ablatis omnibus rebus, nec vitæ Clericorum parcet, & cum Privilegiis in ciſta fortiter eſuriendum, & aliquando vita ſatis ingloria, nec ſatis tuta agenda.

Proinde craſtino die quæ fuit IIII. Maji, numeroſior eodem loco & tempore convenit Clerus & intra ſeptum admiſſus & concluſus, arrigentibus aures omnibus, ſilentio facto, Dominus de Gumpenperg in medium conſurgens, ut erat vir facundus: tres illos articulos à S. P. Q. Ratisponenſi petitos, videlicet de vini Proventu collectam ſive Talliam, de cunctis rebus mobilibus immobilibúsque intra Ratisponenſis urbis ditionem contentis tributum, & in vigiliarum excubationibus & cæteris civilibus oneribus conditionem civilem, venerabilem Clerum Ratisponenſem ſubiturum eſſe promittit. His auditis omni rejectâ mora Joannes Reiſolt, jam ante per cives ad hoc inſtructus, verbis blandioribus de conſenſu amicabili toti Clero magnas agit gratias, & addit, unum reſtare quod Senatus exigeret, ut quod per Dominum Decanum jam promiſiſſent id datâ dexterâ ſinguli juramento confirmarent, perinde ac jam cives Ratisponenſes effecti. Hic alius injectus ſcrupulus conſultationem quærebat. Ingreſſi itaque Sacrarium proponebant Prælati Prælatæque Cæſareæ Majeſtati ſe juratos, aliud juramentum ſe præſtare non poſſe, nec Conſules id jure exigere debere nec Clerum præſtare. Cæteri verò ſe Ordinario ſuo fidem dediſſe, & ex hoc rebellionem ſubditorum & contemptum oboriturum, obedientiam tolli, totiusque religionis obſervationem perditum iri cauſabantur, maximè cum de genere juramenti præſtandi non conſtaret quod hactenus immunitatibus Cleri gaudentes de laicorum juramento nihil compertum haberent. Placuit igitur omnibus, ut Dominus Decanus Cathedralis Eccleſiæ ad Senatum in fratrum refectorio conſtitutum iret, ſciſcitatum juramenti jurandi conditionem, ne per imprudentiam aliquid gravius admitterent. Dominus igitur Decanus una cum Abbate S. Jacobi apud Conſules, quod juſſus erat perficiens, Conſules unà cum ſuis regreſſi, per Joannem Reiſolt juramenti genus commune civibus proclamari faciunt, ut ſcilicet juraret Clerus tres illos Articulos ſe cum civibus ſubituros & ſicuti cives & utilitatem Reipublicæ Ratisponenſis promovere, & damna ejusdem Reipublicæ averruncare pro virili conniſuros erectis in hoc tribus digitis ritu jurantium. De hâc re denuò itur in conſilium in Sacrario; nam quibusdam videbatur id grave, putabant enim ad perdendos fures, homicidas & alios malefactores ſe juramentum hoc extendere, & Clerum irregularitatem incurſurum facile, & erectis digitis jurare inconſuetum Clericis eſſe, contemptum & inobedientiam in eorum ſubditis parere. Quapropter Dominum Decanum & Abbatem S. Jacobi iterum emittunt ad Conſules, ſuggerentes illis hujus juramenti formam Clerum præſtare non poſſe, cum non ſolum in Clericalis dignitatis, verum etiam in Monaſticæ Religionis & Ordinis totius ſpiritualis diſpendium vergat; Proinde modeſtius in hâc re agerent, & quod tolerabile foret, Clerum non detrectaturum. Conſules igitur rem, ut erat, penſitantes, omnibus aliis rejectis, per ſuum Notarium Clero teſtabantur ſe non affectare id, per quod vel irregularitas vel aliud ſtatui Clericali indecens vilipendium irrogetur; perinde ſe contentos ſi promiſſa ſe ſervaturos Camerario urbis datâ dexterâ promitterent, idque non ſinguli per ſe ipſos, ſed Prælati quique pro ſe ſibique ſubditis. Audiens Clerus cogitánsque illud illic locum habere: ſic volo ſic jubeo, ſtat pro ratione

voluntas, ne aliud gravius malum reluctaotes accerſerent ſibi per venerabilem Dominum Decanum conſentiunt vel inviti. Acceſſit igitur ſupradictus Urbanus Drunckel Camerarius urbis, dicto Notario comitante, qui omnes Prælatos & Superiores pro ſe & ſuis ſubditis juraturos ſcripto conſignatos habebat, & primum Dominum Petrum Krafft Suffraganeum, manum dantem Iachrymabundum ſuſcipit, deinde Abbatem S. Emmerami & Abbatem S. Jacobi, mox tres Abbatiſſas in fidem ſuſcipit. Poſthoc omnes Præpoſitos & Decanos, poſtremo omnes Priores Mendicantium Ordinis pro ſe ſibique ſubjectis fidem dantes. Sicque recluſis ſeptis poſt ſeptimam diei horam cætus dimittitur, qui ad penates ſuos reverſus Deo gratias egit, qui à gravioribus malis ſe tutarat. Hæc eo pacto geſta
(c) eſſe ab eo, qui interfuit rebus, habeo. (c)

Duravit autem Clerus hâc civilitate preſſus & oneratus osque in annum Domini MDXXVIII. quo circa feſtum S. Bartholomæi jugo moleſtiſſimo excuſſu priſtinæ libertati fuit reſtitutus. Inter alia verò quæ jugum hoc iotolerabile fecerunt, fuit & hoc quod eodem anno civilitatis acceptæ MDXXV. XXVII. menſis Maji, quod fuit ſabbatum poſt Dominicam Aſcenſionis, Conſules omnium Eccleſiarum, omniúmque monaſteriorum clauſorum & non clauſorum etiam Mendicantium & Virginum Veſtalium clenodia perluſtrâruot & ſcripto conſignârunt, quicquid auri vel argenti, vel gemmarum aut ſerici quodque habuit. Quod videns Mauritius Furſt Prior Prædicatorum eodem anno octavâ Julii, direpto Theſaoro ſui Monaſterii ſumptáque in conſortem N. Sintzenhauſerin, Prioriſſa Monaſterii Pettendorff viam Lutheranam ingreſſus eſt, dicens Calicem Domini accipiam, & in nomine diaboli transgrediar muros. His moti Conſules quidquid clenodiorum ſuperfuit XIII. die menſis ejusdem ad ſe ſe receperunt, ne ab aliis reſiduis itidem diriperentur, quod viderent Mendicantibus fratribus inſtabilia eſſe hoſpitia & ubique illos domi eſſe, quocunque volverentur. Unde quarta decima die menſis ejusdem Conſules Ratisponenſes eadem furta præcaventes à Franciſcanis Fratribus omnia clenodia & ornamenta, quibos carere potuerant, accepta Prætorio ſuo ſubintulerunt. Decimâ quinta verò die menſis ejusdem, quæ fuit diviſionis Apoſtolorum pari ratione, ne à malis fratribus dividerentur & diſtraherentur omnia clenodia ab Auguſtinianis fratribos accepta, in ſuam cuſtodiam receperunt providi Conſules urbis Ratisponenſis. Sed jam de libertate recuperata ſtilus aliquid ſcribat. Cum triennio Clerus oneribus civilibus fatigaretur, Deus, qui ſuos non deſerit, in animum Domini Joannis Adminiſtratoris dedit, ut cogitaret quomodo populum ſuum ab hâc Ægyptiaca captivitate educeret. Evenit autem ut Illuſtriſſimus Princeps Fridericus Comes Palatinus Rheni & Bavariæ Dux Adminiſtratoris noſtri frater ad Ferdinandum Regem Boemiæ, tunc agentem Pragæ, pro feudalibus accipiendis iter arriperet; quare dictus Dominus Adminiſtrator eidem fratri ſuo, clam omnibus, dedit in mandatis ut apud Dominum Regem Ferdinandum ſollicitus inſtaret, quo ſua Clementia Clerum Ratisponenſem ſibi devotum ab Senatûs Ratisponenſis oneribus civilibus mancipatum emanciparet, & priſtinis Pontificum Cæſarúmque reſtitueret immunitatibus; Idque Concilii tacitum fuit, donec paulò poſt in menſe Julio duo Principes, Fridericus Domini Adminiſtratoris frater, & Ludovicus Dux Bavariæ de Landshutâ Ratisponam veniret ad Legationem quam Rex Ferdinandus miſerat, ad pecuniam illam contra Turcos repoſitam, eblandiendam, ubi finitis negotiis Dominus Adminiſtrator ceu boous paſtor, coram Legato Regio ſui Cleri immunitatem repoſcere cœpit. Conſules vocati, ſe dicebant jam ad reſpondendum ineptos, ad deliberandum petentes ſpatium; Quo impetrato corona Principum ſoluta eſt, ut autem Adminiſtratoris inſtantiam ſallerent technam hanc inſtruxere Conſules. Vigeſima die menſis Julii omnes Clericos & Clericas peremptoriè rurſus citant in Eccleſiam Franciſcanorum, ut in naſſam iterum cogerentur, ſed ars arte deluſa eſt. Nam id Dominus Adminiſtrator reſciſcens in caſtro ſuo Werde, ubi tunc agebat, omnibus Eccleſiis Collegiatis & Monaſteriis præterquam Mendicantium & Scotorum inhibuit, ne quisquam eo die locove compareret. Manè in die S. Praxedis præter Scotos, Mendicantes & duos commendatores S. Egidii & S. Leonardi comparuit nullus, id quod male habebat S.P.Q. Ratisponenſem. Cum ergò hâc ſpe fruſtrati ſorent, aliud terroris genus excogitârunt. Nam 29. Julii ex ſelectis Conſulibus binos & binos cum ſcriba miſerunt qui domuatim ad ſingularum Eccleſiarum capitula & monaſteriorum conventus euntes interrogârunt num conatûs Domini Adminiſtratoris Ratisponenſis haberent præſcientiam & cognitionē, numque velint Adminiſtratori prorſus adhærere? quid ubilibet fuerit reſponſum ignoro. Dominus Abbas Emmeramicus de his ſciſcitationibus imparatum ad reſpondendum ſe dicens, longius ad deliberandum ſpatium petivit. Illi digreſſi, pro reſponſo nunquam redierunt. Interim Illuſtriſſimus Princeps & Adminiſtrator minimè quievit, ſed apud Regem Ferdinandum pro termino finiendi negotii ſupplicavit, Rex itaque mox Legatum Ratisponam mittendum pollicetur & partibus ad agendum terminum peremptorium ſerias divi Laurentii præfigit; Qua de re ſollicitus Dominus Adminiſtrator interim ſibi omnium ferè Principum, Comitum Palatinorum & Ducum Bavariæ peperit adſiſtentiam. Unde Princeps Illuſtriſſimus, Ludovicus Adminiſtratoris frater quemdam Doctorem Doctum qui ſibi erat à Conſiliis miſit. Princeps Fridericus etiam Adminiſtratoris fra-

ter

(c) Inſignis hic locus de Clero civitate donato, in Apographo Leuziano deſideratur.

ter Mareſcallum ſuum de Schlamestorff cum alio quodam Nobile miſit. Princeps Philippus Epiſcopus Fruxinenſis itidem frater Adminiſtratoris doctorem quemdam unàcum Canonico Friſingenſi miſit: Princeps Otho Heinricus Domini Adminiſtratoris ex fratre Nepos Doctorem Mathiam Alber ad Patrocinium præſtandum deſtinavit; Princeps Monachienſis Wilhelmus, Dux Bavariæ Ulricum Mareſcallum ſuum de Pappenheim transmiſit. Hujus frater Dux Ludovicus Lantzhutenſis Mareſcalicum ſuum Pentzenawer Prothonotariúmque Joannem Weiſſenfelder eo miſit; Sed & alii multi ad adſiſtentiam D. Adminiſtratori præſtandam Ratisponam venerunt, ut venerabilis Cleri cauſa facilius progreſſum ſortiretur. Nec Conſules Ratisponenſes ſocorditer agebant. Sed aliarum urbium Germaniæ ut Norimbergæ, Auguſtæ & Ulmæ conſiliis & conſultoribus ſe ſtipabat. Interim commiſſarii Regii à Sereniſſimo Cæſare Ferdinando miſſi venerunt ad diem S. Laurentii condictum, qui fuerunt Nobiles N. de Starenberg Auſtriacus Baro, unà cum doctore nomine Beato. Alterâ itaq; die poſt Laurentii omnibus congregatis Illuſtriſſimus Princeps Dominus Adminiſtrator Ratisponenſis coram dictis Regiis Commiſſariis Cleri ſui emancipationem & priſtinæ immunitatis reſtitutionem efflagitavit: Conſules verò Ratisponenſes contra, civitatis egeſtatem cauſare reique publicæ dejectionem & annuos proventus non ſuppetere, ea propter Clerum Ratisponenſem nonnihil reipublicæ conſerre debere, & quæ nuper apud Franciſcanos promiſſa ſint, ſervari debere. Dúmque rixis & contentionibus indulgetur rota quindena elapſa eſt. Dominus Adminiſtrator murus aheneus erat, immobilisque ſtabat veluti Marpeſia cautes; Conſules autem ut cauſam minus licitam oppaliarent, vitam Clericorum carpebant, Commiſſarii verò Cleri non vitam ſed cauſam penſitantes, hortabantur cives, ne cauſam Injuſtam defenſare pergerent. Unde Conſules Clericis, Domino Adminiſtratori quidem ſubjectis priſtinam permittebant immunitatem, modo Eccleſiæ, ſive Monaſteria exempta conſuetum jam & promiſſum ſolverent tributum, aliaque ſufferrent civilitatis ooera. Cui Poſtulationi Dominus Adminiſtrator propter illam ante ducentos annos inter ipſos factam confœderationem, de qua ſupra Cap. 11. ſcripſimus aſſentiri noluit ut Cleri pars à ſuo Epiſcopo ſejungeretur. Sed jam exempta Monaſteria parum grata quandóque ſunt Epiſcopo. Poſt multa tandem eo ventum eſt, ut Conſules Ratisponenſes à Clero ſumerent aliquam pecuniæ ſummam annuam, ne de ipſis conqueri poſſent, ceu civitati prorſus inutiles eſſent. Poſcebant igitur Conſules mille nummûm aureorum, ad quam enormem exactionem Dominus Adminiſtrator excanduit, adeo, ut ne in unum quidem Teruncium præſtandum ſe diceret conſenſurum, Regii tamen Commiſſarii Dominum Adminiſtratorem ab hâc pertinaciâ deduxerunt magnis conatibus, ut in minorem ſaltem annuatim præſtandam ſummam conſentiret. Quibus demum conſenſit Adminiſtrator ſi modo ſumma à Clero exigenda ducentorum florenorum non attingeret numerum. Ferunt igitur conclusum eſſe ut univerſus Clerus Ratisponenſis omnium Eccleſiarum & Monaſteriorum junctim quotannis exſolverent Conſulibus Ratisponenſibus ducentos florenos usque ad Revocationem in generali concilio obtinendam. Sicque à juramento & obligatione Conſules Clerum abſolverunt anno Domini MDXXVIII. In menſe Auguſto, Imperante Carolo Auguſto V. Indictione prima

Plura quidem ſecit bonus ille Princeps, ſed è multis hæc pauca prolixius deſcripſi in rei perpetuam memoriam. Vixit adhuc diutius. Nam tandem anno Domini MDXXXVIII. in die S. Blaſii defunctus eſt Ratisponæ, poſtquam annos triginta res Epiſcopatûs Ratisponenſis adminiſtraſſet. Cujus pro funere in depoſitione & deinde in juſtis exequiis recommendando, bis ad populum ſermonem feci. Situs eſt ante Sacrarium, ſecus alios præceſſores ſuos Comites Palatinos, ſed diu Epitaphium non habebat, tantisper dum illi Succeſſor Pancratius Monumentum ſtatueret his verbis: *Anno* (d) (d)

Anno Domini MDVII. feriâ ſecunda poſt Mathæi in die SS. Coſmæ & Damiani capite truncatus eſt Wolfgangus Satzenhover quondam Canonicus Ratisponenſis in Oppido Abenſperg ob nonnullorum deſpoliationem &c. (e) (e)

Eodem anno circa feſtum S. Galli cepit Ratisponæ Conſiſtorium Imperiale denuo, quod fuerat ibidem & anno MDIII.

Anno Domini MDVIII. D. Georgius Nusperger Canonicus cæſus eſt. (f) (f)

Anno Domini MDIX. Sabbato ante Georgii duo Sacerdotes Ratisponæ in ſtratis publicis ad ſpectaculum ſunt collocati, quorum primus Joannes Praun, alter verò Jacobus Zigler quondam Stationarius S. Antonii, deinde perpetuis addicti carceribus. (g) (g)

Anno

(d) Epitaphium ipſum in autographo deſideratur; Exhibet autem Cod Lenzianus, in hunc modum: „ Reverendiſſimus in Chriſto Pater ac Illuſtriſſimus Princeps ac „ Dominus Dominus Joannes Adminiſtrator Eccleſiæ Ratisponenſis, Comes Palatinus Rheni, Bavariæ Dux, qui cum annos ætatis ſuæ XLIX. Menſes VIII. „ dies XXIIII. vixiſſet, ac prædictam Eccleſiam annos XXX. rexiſſet, inevitabili „ naturæ lege obiit anno Domin. MDXXXVIII. die III. Februarii, & pii Succeſ„ ſoris ſui curâ hic ſepultus jacet.

(e) Vid. Hund. Stemmatograph. P. II. in Satzenhoferiana famil. pag. 282.

(f) Hujus non meminit Hundius in ſtemmate Nuspergiano.

(g) *Cod. Lenzian. s addit.* Sed Zieglerus poſt quadriennalem carceris mancipationem, emancipatus eſt carceri, quem ego anno Domini MDXLIII. incolumem vidi.

Anno Domini MDX. qnidam Civis Ratiſponenſis Joannes Sperrer vocatus, quo ſpiritu ductus neſcitur, mulierem ſimulatus, nocturnis temporibus habitu muliebri mentito ſpectrum noctutnum ſe finxit, & terriculamento fuit occurentibus & præcipuè mnlierculis, quas complexas mammis ſuis roboreis, quas pectori ſuo inſerucrat, fermè examinabat, qni deprehenſus habitu ſuo in ædiculam Morionum clathratam, omnibus ſpectandus & deridendus ponitur, poſtero die aqua & igni illi interdicitur, & in exilium agitur.

Excogitârat ille ſchema quoddam, quo ſe jam in altum exporrigebat, jam rurſum contrahebat, ut terrori magis eſſet illud Phantaſma, quare dicebatur *Agnes procera*, adeò formidoloſa res eſt omnibus viſa, ut etiamnnm hodie, ſi qnid meticuloſis obverſatur itinere nocturno, dicatur *Agnetem* illam *proceriorem* rurſus oberrare.

Anno MDXIIII. ſex cives ex civitate Ratiſponenſi capite truncati ſunt, inter quos fuit Wolſgangus Rorizet Architectus ædis ſummæ, III. cal. Junii.

Anno Domini MDXIII. Feriâ ſecundâ poſt quaſi mndo geniti Wolfgangus Leskircher vir ſenatorius ob peculatum penſilis factus eſt Ratiſponæ. (h) Eodem die S. Ambroſii poſt ſexennium (anno MDXIX.) Joannes Schmaller Schultetus urbis & Judex itidem ob peculatum ad laqueum damnatus decapitatus eſt, & ſepultus ad S. Lazarum IIII. Aprilis.

Anno Dom. MDXIX. obeunte Divo Maximiliano, cum eſſet intertegnum, Judæi Ratiſponenſes proſcriptione perpetua ſunt urbe juſſi excedere XXI. Februarii atque intra octiduum omnes exacti ſub Thoma Fuchs Capitaneo. Inhabitârant autem hunc locum ante Chriſtum natum, ut ſuis ipſorum confeſſionibus auditum eſt; ſiquidem cum Judæi, qui Simonem Tridentinum puerum occiderant, faterentur & apud Ratiſponam ſe infanticidio Chriſtiani pueri interfuiſſe, Ratiſponenſes captis Judæis veritatem extorſerunt, adeò, ut illius occiſi pueri oſſicula, ipſimet Judæi reſoſſa civibus attulerunt, unde eos urbe pellere ſtatuerant. Sed ipſi Jndæi Cæſarem Fridericum in Lintza morantem adierunt anno Domini MCCCCLXXVI. & longa præſcriptione jus civitatis illic habuiſſe profeſſi ſunt, nempe annos circiter MDCCC. poſt ſui diſperſionem ſub Ptolomæo Philopatro factam, quando hæc urbs Ingeramsheim dicta ſuit, hoc eſt longe ante extructam Ratiſponam, & quia judaica gens profuſionibus & largitionibus expedit omnia, ſi modo *Baal Schobed* ſit, qui pecuniis ſe corrumpi ſinat, nunquam potuerunt expelli, tametſi populum Ratiſponenſem non modo tonderet, ſed & degluberet. Unde ſub illo interregno, poſt Maximiliani mortem, tandem expulſi ſunt omnes, & eorum Synagoga disjecta eſt io vigilia S. Gregorii, in qua demolienda & dominus Adminiſtrator Ratiſponenſis operam ſuam locavit, & erectum eſt ſacellum ad ſpecioſam Virginem Mariam, æditnis conſtitutis Sigismundo Schwebel, Caſpar Aman; cujus altare in die annuntiationis dedicatum eſt, & circiter Margarethæ fundamentum futuri templi erui cœptum eſt, & nona Septembris primus lapis magna ſolemnitate poſitus eſt, cum hac inſcriptiooe:

D. V. Ŧ. T. S.

„ Quisquis es, noli me tangere, quod
„ cernis, ſanctum eſt. Nam regnante Leone
„ Papa X. & Carolo Auſtr. Archid. Romani
„ Imperii Rege electo, cujus vices Ludo-
„ vicus Palatinus Rheni Elector geſſit in
„ Germ. Illuſtriſſimo Principe Joanne Pala-
„ tino Rheni, Bavariæ Duce Ratiſponenſi
„ Adminiſtratore, ac venerando Sacerdo-
„ tum cœtu præſente, per manus Reve-
„ rendi Patris Domini Domini Petri Hiera-
„ polenſis Epiſcopi, hoc in loco, quo ante-
„ hac blaſphema, uſuraria ac cruenta Ju-
„ dææ fecis Synagoga erat, Thomas Fuchs
„ Eques auratus, Simon Schwebel Came-
„ rarius, Caſpar Amman, S. P. Q. Ratiſpo-
„ nenſis primum hunc lapidem pro æde Ma-
„ riæ Pulchr. fœliciter poni curaverunt an-
„ no MDXVIIII. D. VIIII. men. Septembtis.

In lapide angulari:

„ Jo. D. G. Adminiſtrator Ratiſponenſis
„ Comes Palatinus, Dux Bavariæ.

„ Petrus Krafft Suffraganeus Ratiſpo-
„ nenſis me poſuit.

„ Baldaſs. Hubmair Pacimontanus Theol.
„ Ædis Mariæ Pulcht. primus Sacellanus
„ Elect. SSS.

Fuerant enim olim Ratiſponenſibus moleſti Judæi, quod ſolum locum & habitationem Ratiſponæ occuparent, cætera verò Ducibus Bavariæ ſubjecta ſorent, maximè in criminalibus capite expiandis; ita in diviſiooe Bajoariæ Albertus Dux Straubingenſis Judæos ſortitus erat, poſt hunc Albertus cognomento Caſtus, poſt hunc tandem Joannes illo demortuo cum rurſus Bajoaria inter quatuor Tetrarchas Duces divideretur, nempe Wilhelmum, Erneſtum, Ludwicum & Henricum Judæi Ratiſponenſes obvenerunt Ingolſtadienſi Duci Ludwico, quo à Marchione capto & apud Burckhauſen mortuo & apud Ratenhaslach ſepulto anno MCCCCXLVII. eosdem Judæos Henricus Dux Landishutenſis conſecutus eſt, & poſt hunc hæredes ejus Ludovicus & filius ejus Georgius, poſt Georgii verò mortem Maximilianus Rex Romanorum eosdem Judæos ſub tutelam Imperatorum Romanorum accepit anno Domini MDIIII. In obitu verò Maximiliani Regis, Ratiſponenſes cives omnes Judæos exegerunt urbe ſua, quorum diſcedentium portio una ſnb tutelam Ducum Bavariæ convolârunt in ſuburbium Ratiſponenſe trans pontem lapideum Danubii, nempe familia Moſis Divitis, cujus poſteri nunc ita coaluerunt, & radices iſtic egerunt, ut domum ſupra domum in eodem ſuburbio coëmant, paulò poſt ni proſpectum fuerit,

totum

(h) Liskircherum contra omnia jura in furcam actum aſſerit Cœleſtinus Abb. S. Emmerami in Mauſol. hujus Sancti p. m. 213. ad h. a.

Digitized by Google

totum ſuburbium occupaturi, parva Ducum Bojoariæ laude, quæ ſumpta pecuniâ fœneratitia civibus ſuis Judæos excarnificatores ſuperinduxerant. Atqui Albertus Dux Wilhelmi filius, iſtos illinc tandem expulit.

Sub hoc Epiſcopo novum latrocinandi genus cepit in urbe Ratisponenſi, ſiquidem civis quidam nuncupatus *Hanns Reichart*, opificio feneſtrarius vulgò *Glaſer*, ſicarius & graſſator occultus ſuos duntaxat benefactores & illos quidem nummatiorès occidebat, unumquemque domi ſuæ adorſus. Graſſaturus autem in amicos ſuos bombardulam incendiariam pulvere ſclopum nullum excitante inſtructam & plumbea glande oneratam, ſub veſte ſecum deferebat, quam admiſſus in hoſpitem vel excipientem vel poſt amicam exceptionem deducentem à tergo fortiter exonerabat, excuſſionéque tali proſtrato ſtatim cultro quodam mactatorio, gulam, ne vociferaretur, incidebat, deinde domum ablatis nocturno tempore ſpoliis occludens abibat; hoc modo cum triplex homicidium diverſo tempore neſarius commiſiſſet, nempe duorum Sacerdotum & unius fœmellæ, & multos adhuc ſuæ mactationi deſtinâſſet homines, deprehenſus eſt, triplicique pœnâ confectus: Primo quidem forcipibus ignitis lancinatus, deinde crurifragio contuſus, & ad extremum in palum præpilatum adactus ſublimis computruit anno Domini MDXXXIIII.

Eodem fato deinceps anno Domini MDXLI. in die S. Nicolai domi ſuæ occiſus eſt ab aliquo ſicario Dominus Urbanus Zehnerus Sacerdos, ſceleris tamen Auctor adhuc ignoratus latet, nec ea de re admodum habita eſt quæſtio. Ita quamvis civium Ratisponenſium benevolentia nondum ſit Clerus civitate pulſus, tamen à ſicariis ſectim in dies conciditur, ſicque facti ſumus velut oves occiſionis tota die. Plura poſſent hîc annotari, ſed ſit modus in rebus, modus eſt pulcherrima virtus.

De PANCRATIO I. *Epiſcopo Ratisponenſi LI.*
CAPUT XXIX.

POſt obitum Domini Joannis Adminiſtratoris cum Canonici Cathedralis ædis ad electionem congregarentur, videntes cathedram Ratisponenſem à Principibus Palatinis oppreſſam aliquamdiu jacuiſſe, ad libertatem ſuam vindicandam, unum è corpore ſuo elegerunt, omnibus Principibus & Ducibus præteritis nomine Pancratium Sintzenhover ſtemmatis & nobilitatis pervetuſtæ, Decanum & Cuſtodem Eccleſiæ Ratisponenſis, cujus electionis publicationem ego Laurentius Hochwartus hujus catalogi coacervator, concionatoris officio tum fungens promulgavi VII. cal. Maji anno à Chriſto incarnato MDXXXVIII.

Eſt idem Dominus Pancratius ante confirmationem inſtitutus in Adminiſtrationem rerum Epiſcopalium in die S. Petri ad vincula, quod Romanus Pontifex Paulus III. bellis inter Carolum V. Rom. Imperatorem & Franciſcum Regem Francorum ſopiendis occupatus ægrè poſſet adiri; unde Paulus ille Summus Pontifex, confirmationem petendam in ſex menſes extraxit, interim Adminiſtrationis jurisdictione Electo data. Eſtque confirmatio tandem obtenta anno Domini MDXXXIX. cujus vigore deinceps electus & confirmatus etiam inunctus eſt, & conſecratus Epiſcopus, Dominicâ tertiâ decima poſt octavas Pentecoſtes, quæ fuit Auguſti dies ultima, idque per Reverendum in Chriſto Patrem & Dominum Dominum Hieronymum Epiſcopum Chyemenſem, cui adſtiterunt Chorepiſcopi duo Suffragatores Friſingenſis & Ratisponenſis, cum multis Abbatibus infulatis, cum multis item Legationibus Principum & Ducum Bajoariæ & Palatinorum &c. *Hæc excipiunt in Codice Lenziano, quæ ſuperius ſub Joanne Adminiſtratore ex Autographo de cæde Sacerdotis Udalrici Zehneri anno MDXLI. factâ retulimus, deficitque Apographum illud Lenzianum in verbis*: ſicque facti ſumus velut oves occiſionis totâ die. *Quæ ſequuntur Hochwartus Autographo ſuo, pro re nata poſtmodum adjecit.*

Fuit hic Epiſcopus Pancratius ſtaturæ mediocris, altero pede claudus, ſed mente conſilioque promptus, adeò *ut eligentes Canonici maluerint Epiſcopum, quam Epiſcopatum habere claudum.* Quæ ſpes tamen non perennavit. Siquidem ſtatim ab electione, cum electus in ædibus ſuis, ut moris eſt, expectaret rerum adminiſtrationem ſibi à Romano Pontifice tradendam & confirmandam ſubito in tantam amentiam & furiam prorupit, ut Hippocratis vinculo curaretur; nec curatus deinde ſibi unquam rectè animo vel corpore conſtitit. Hanc veſaniam aliqui proveniſſe ſuſpicabantur ex amatorio ſibi in juventute lubrica propinato. Aliqui divinam ultionem interpretabantur, ut qui muneribus atque pollicitationibus electionem conſtuprâſſet; qui rumor etiam ante electionem in vulgus exierat ferme. Medici melancholiam ei commotam putabant, ob metum electionis ſuæ à Romano Pontifice caſſandæ, quod multis Epiſcopis noſtris electis, ut ſuperius ſæpè commeminimus, evenerat. Habuit tamen poſt adeptam adminiſtrationem intervalla rationis lucida, ut conſecrationem ſui reciperet, & aliquoties in Pontificalibus ſumma feſta Eccleſiæ celebraret, Synodum Prælatorum & Parochorum pro petendo ſubſidio charitativo convocaret, conſultationibus præſideret; ad extremum tamen ita negligens omnium rerum factus, ut nec Conſiliarios nec Officiales neceſſarios conſtitueret, ita obliviosſus, ut, quod manè conſtituerit, veſperi, ſi pars adverſa querula accederet, ſibi quod conſtitutum eſſet, ingratum, diſpliceréque ſæpius diceret; ſæpiúsque quod à Senatu ſuo decretum eſſet optimè, irritaret ultrò. Proinde quod Senatui ſuo pauci aderant, Ignominiam irritandorum decretorum veriti, nihil audebant ſtatuere, ſicque Epiſcopatus diu claudicavit, nec tamen coadjutorem recipere volebat. Tandem verò & linguæ & pedum

uſu deſtitus, ſedebat tacitus quoquo loco collocabatur, nec ſe ipſum movere potuit, mortuus poſt annos decem ſui regiminis, IX. cal. Aug. in vigilia Jacobi Apoſtoli ante mediam noctem, ſepultúsque ad Aram S. Andreæ ſub hoc Epitaphio:

„ Anno Domini MDXLIX. IX. calend.
„ Aug. obiit Reverendiſſimus in Chriſto Pa-
„ ter & Dominus, Dominus Pangratius à
„ Sintzenhoſen Epiſcopus Eccleſiæ Ratis-
„ ponenſis, cujus anima in pace requieſ-
„ cat.

Sub hoc Epiſcopo Pancratio multo plura gravioráque geſta ſunt Ratisponæ, quam ut hic perſcribi queant, Carolus enim V. Imp. Romanorum cum anno MCXLI. denuo comitia Principum convocâſſet Ratisponam, ſed res in alterum annum ampliaretur, ſancivit, ne quisquam intra menſes octodecim quicquam ubilibet in religione mutaret. Quod Edictum ſtatus & civitates Imperii acceptârunt omnes, & illi ſubſcripſerunt, ſed Ratisponenſes cives ante menſes illos exactos, ut fertur, Lutheraniſmum publicitus adſumpſerunt; ſiquidem anno ſequenti MDXLII. Dominicâ XIX. quæ fuit XV. menſis Octobris, accerſito ex Nurembergenſibus Lutherano quopiam, Joanne Forſtero, teutonicam Lutheranorum miſſam in ſacello ſpecioſæ Mariæ cœperunt; ſed cum ipſis deinceps ad cantiones illas non ſufficeret ædes illa, occupaverunt etiam tria mendicantium fratrum Monaſteria, nimirum Franciſcanorum, Dominicaſtrorum & Auguſtinenſium, prohibentes fratribus, ut à ſuis ſacris & ceremoniis vel penitus ceſſarent, vel occluſo templo intra chorum ſuum ſoli ſua perficerent. Franciſcani verò libenter acquieſcentes cucullis abjectis etiam mulieribus ſuis concubinis nupſerunt, Monaſterio ſuo Ratisponenſibus civibus permiſſo. Quo ultio divina continuò ſubſecuta eſt, ut vix uxoribus acceptis horribiliter expiraverint omnes, extra unum, qui Monaſterium ſolus habiturus, confratrisque ſui mortui ſemen ſuſcitaturus, illius relictam duxit uxorem, ſéque reliquis Lutheranici gregis miſcuit Miniſtris, nec Monaſterium usque in annum Domini MDLI. violenter poſſeſſum deſeruit.

Habebant autem tum Ratisponenſes Lutheranizantes in ſacrificos partim Laicos non ordinatos Hieronymum Nopum & Nicolaum Han anno MDXLIII. à Wittenberga huc miſſos, partim Sacerdotes à nobis transfugas & Monachos Apoſtatas, quos ut indignos nomenclarurâ prætereo, nec enim ero memor eorum per labia mea, ut quos & Deus ipſe repulerit, eósque & cæcitate corporali & ſpirituali & aliis morbis mulctaverit contagioſis.

Quod contagium Lutheranicum cum in dies ſerperet latius, ut etiam extra urbem in Bajoaricos homines accurrentes graſſaretur, Bajoariæ Principes Wilhelmus & Ludovicus orthodoxi ſuis ſubditis metuentes, interdixerunt ubique Provincialibus ſuis, ne quisquam eorum vel eques vel pedes Ratisponam ſubingrederetur, quâcunque occaſione vel excuſatione quæſita. Quod interdictum non ſolum civibus Ratisponenſius, ſed & Clero Ratisponenſi maximè fuit oneroſum. Eo ſiquidem prætextu ruricolæ atque alii redditus & pecunias debentes à ſolutione ſe prorſus excuſabant, quod vetitam urbem non auderent petere. Graviter itaque Clerus premebatur intus & foris multo tempore. Epiſcopus verò Pancratius cum malâ valetudine perpetuo laboraret, nec quidquam remedii huic malo poſſet invenire, ne videretur introductam hæreſin præſens approbare, relicta Ratispona conceſſit in arcem ſuam Werdeam, velut in exilium. Tunc furor in Clerum incendebatur Epiſcopum fugiſſe à caulis ſuis & ovibus ſibi maleconſcium, Clerum jam expellendum omnino, ut qui non ſolum Lutheranæ religioni obſtaret, ſed etiam ad rerum vænalium caritatem induceret, cujus gratia etiam Principes Bajoariæ ſuis ingreſſum urbis Ratisponæ prohibuerint. Exinde paulatim Senatus Ratisponenſis ſacella privata præcepit occludi. In quo negotio ſunt aliquot capellæ, ut vocant, in cubilia, pergulas & officinas converſæ, tintinnabula in Bombardas liquefacta. Nec quidquam prætermiſſum, quod ad opprimendam orthodoxam religionem, & ad evehendum Lutheraniſmum faceret, unus atque item alter annus ea re fuit exactus.

Epiſcopus Pancratius, abſens licet, tamen quod poterat, faciebat, Eccleſiarum reſtitutionem petebat, ſed quamvis id Carolus Auguſtus & Ferdinandus Cæſar fieri juſſiſſent, mandatis tamen Cæſareis à Senatu Ratisponenſi non eſt paritum. Quin & Clerus acrius eſt divexatus, adeò ut cum contra Dominos & Prælatos apertè nihil auderent, contra eorum tamen famulos & famulas manus ſuas extenderent. Siquidem duos Prælatorum famulos diverſo tempore, neſcio quibus de cauſis, per carnificem in pompoſum ſpectaculum prœpoſitos primo, deinde & virgis cæſos exegerunt urbe perpetuo illis interdicta. Adhæc in principio anni MDXLV. Sacerdotum famulas extra ullam monitionem, ut decebat, præviam ut à concubinis ſuis monitæ diſcedere poſſent, ex ædibus & ſoro abreptas in carceres detruſerunt. Quarum primæ duæ poſt diutinam afflictionem carceralem & in barathrum tetrum & horrendum ad quæſtiones & torturas abreptæ ſunt. Illic accenſis funalibus duo Quæſtores rerum capitalium ex Senatu aſtabant. Scriba calamos expediebat ad añotanda maleficia mox mox confitenda, duo lictores fœmellam carceribus ſuis exemptam ad gemonias illas ſcalas abducebant carnifex præſens minitabatur ſe manicis pedicisque ſuis extorſurum confeſſionem niſi maturè ſtuprum, & concubinatum fateantur ipſæ. Ibi ſtupidæ mulierculæ cum ſe jam in equuleio diſtendendas imaginabantur, ultrò non tam quod ipſæ fecerant, quam quod iſti factum volebant, fatebantur. Nec tamen iſtis rebus ſatisfit Senatui, ſed poſt expreſſam hanc confeſſionem retruduntur iterum in carcerem miſellæ tenebris & brumali frigore diutius enecandæ, deinde poſt octiduum in clathratum morionum ſpectaculum proponuntur ſuggillandæ publicitus ac deridendæ. Ibi

cum

cum poſt unam & alteram horam ſatis ac ſuper à ſpectatoribus ſunt conſputæ ac à laſcivientibus pueris nivibus injectis perfuſæ, rurſus extractæ traducuntur per urbem & denique portis ejectæ ab urbe & patria ad decem miliaria procul relegantur exilio perpetuo. Aliæ duæ Sacerdotum ſamulæ, ſeparato tamen tempore per omnia ſimiliter ſimul ob concubinatum punitæ, niſi quod carnificem torturas intentantem non viderint, talis ſuit hæc tragica concubinatus expiatio, poſt hæc ſequetur comica: Quinta ſiquidem famula ſacerdotalis, annoſa, ægra & morboſa poſt captivitatem carceris miſericordiam conſecuta ſui traductionem & è Patria ejectionem pretio triginta duorum florenorum redemit. Harum exempla veritæ aliæ, vel ſpontaneo exilio prævenerunt hanc oſtraciſmi improbitatem, vel domi latuerunt veluti mortuæ. Quædam verò perfrictioris frontis metu ſolutæ vagabantur ubique liberrimè, maximè hæ, quibus nullo carnifice opus erat, ad extorquendam concubinatûs confeſſionem nempe, quæ multos peperiſſent liberos, eóſque pleroſque nubiles, ſuæ caſtitatis teſtes videlicet. Verum qui concubini Sacerdotes helluones de Lutheraniſmo ſemper ſuſpecti, ſpem multis fecerant ſe ducturos ſua proſtibula, ſi prius exempla ducturientium vidiſſent ex aliis, iis parſum eſt, ut ſecuræ poſſent vagari. Nullus tamen ex orthodoxis Presbyteris inventus eſt, qui ſuam duxit fornicariam focariámque. Duo tamen Prædicatores ante hanc mulierum excruciationem inventi ſunt, qui ſtipendio largiore corrupti à nobis ad ipſos Lutheranos deſciverunt, & uxores duxerunt. Sic autem Clerus intra ſaxum & ſacrum ſtetit usque ad annum Domini MDXLVI. quo Princeps Bojoariæ Wilhelmus ſolvit edictum illud ſuum prohibitorium, & Carolus V. Imperator ad comitia Ratisponam veniens exactas illas miſeras mulieres Patriæ ſuæ reſtituit. Quid autem eo anno Ratisponæ geſtum ſit, in bello ſociali Germanico copioſè deſcripſimus.

Anno Domini MDXLVII. poſt captum Joannem Fridericum Ducem Saxonicum VII. Idus Maji Pancratius Epiſcopus noſter totus æger, adeoque clinicus à Werdea Ratisponam curandus, à Medicis advehitur, & cum adhuc ſpiraret communi Cleri conſilio & adjuvamine in comitiis Auguſtanis eo anno de Religione & Regalibus ſuis prævaricatis contra Ratisponenſes depoſuit querelam apud Imperatorem & Senatum imperialem, ubi ei aderant unanimiter omnes Eccleſiæ & omnia Monaſteria, ſolus Abbas Emmeramicus Eraſmus, quod hactenus erat inauditum, eum deſeruit ob CCCL. florenos apud ſe depoſitos ab Epiſcopo, quos jam repoſcebat Epiſcopus. Eſt tamen poſterioribus annis ſimultas illa ſedata.

Eodem anno Wilhelmus Dux Bajoariæ tertiam bonorum omnium partem proventuum annuorum exigebat, in expenſas emerſuri alicunde belli, ab omnibus tum Provincialibus tum exteris, quicunque redditus aut poſſeſſiones haberent in Bajoaria, etiam à Clericis & Eccleſiaſticis perſonis contra immunitatem Eccleſiaſticam & Privilegium ſuorum majorum ſuperius exhibitum Capite XIIII. Nos Ratisponenſes Canonici cum Duce rem transactione ſedavimus: Ratisponenſes autem cives ex Privilegiis ſuis reluctantes exactioni, ingens damnum acceperunt.

Anno Domini MDXLVIII. pridie kalend. April. (*am Charfreytag*) nocte concubia igne proprio incinerata eſt officina illa ſullonia (κναφεῖον græcè, teutonicè die Walckmul) ſub ponte lapideo Ratisponenſi, anno quinquageſimo poſt, quam ſub Ruperto II. Epiſcopo Ratisponenſi pariter arſerat, ut ſupra Cap. XXVII. annotavimus, éſtque eodem hoc anno rurſus opere novo reædificata.

Eodem anno pridie Calend. Julias poſt finem comitiorum Auguſtenſium, quibus orthodoxa religio nonnihil eſt reformata Ratisponenſes cives Templum ſpecioſæ Virginis Mariæ, in quo ſuum Lutheraniſmum hactenus exercuerant, ne Liber Cæſaris INTERIM irreperet, occluſerunt, Epiſcopo Pancratio adhuc vivente, cui tamen Eccleſiam occluſam non reſtituerunt, declinantes quidem nonnihil à malo, ſed non facientes bonum, & quamvis Lutheranos ſuos Prædicatores unâ eadémque nocte omnes ablegâſſent, tamen eorum aliqui poſt duos menſes, ſimul recens electo, ſednondum confirmato Epiſcopo Georgio clanculum prorſus irrepſerunt, exſpectantes tantiſper dum poſt unum & alterum annum ad vomitum redeuntes Lutheraniſmum ſuum rurſus acceptârunt, ut in ſequenti capite dicetur. Atqui Pancratius Epiſcopus diuturno morbo afflictus in his turbis animam efflavit XXIIII. Julii, hoc ipſo anno MDXLVIII. ſepultus in ſiniſtra templi parte ingreſſus chori juxta Altare S. Andreæ Apoſtoli ſub hoc Epitaphio:

„Anno Domini MDXLVIII. IX. kalend.
„ Julias obiit Reverendiſſimus in Chriſto
„ Pater & Dominus, Dominus Pancratius à
„ Sintzenhoſen Epiſcopus Eccleſiæ Ratiſpo-
„ nenſis, cujus anima in pace requieſcat.

De GEORGIO I. *Ratisponenſi Epiſcopo LII.*

CAPUT XXX.

POſt obitum Domini Pancratii Epiſcopi demortui Canonici Cathedralis Eccleſiæ Ratisponenſis electionem Epiſcopi maturantes octavâ die menſis Auguſti ejuſdem anni MDXLVIII. unanimiter elegerunt, & electum pronuntiaverunt Dominum Georgium Marſalcum à Pappenheim Canonicum Ratisponenſem & Decanum Eyſtetenſem, fuerunt autem Electores: Wolfgangus à Cloſen Decanus, Wilhelmus Peuſcher Senior, Wilhelmus Preiſinger, Joannes Dietenhamer Doctor, Joannes Parſperger, Georgius Marſchalc à Pappenhaim, Carolus Montang, Joannes Chriſtophorus Parſperger, Laurentius Hochwart Doctor, Chriſtophorus ab Aham. Reliqui ex Collegio omnes abſentes erant. Cæterùm quia electus domum

propriam Ratiſponæ non haberet, poſt octiduum in aulam Epiſcopalem receptus eſt, ſine rerum adminiſtratione tamen rantiſper, dum electionis confirmatio veniret è Roma poſt menſes quinq; ſub NatalemDominicũ; in cujus vigilia ſupradicto año Georgio poſſeſſio realis data eſt in rebus ſpiritualibus & temporalibus, éſtque conſecratus ſolemniter in Epiphania Domini anno Dom. MDL. à Suffraganeo Hildesheimenſi Balthazaro Pſaneman, aſtantibus item duobus Suffraganeis Leonardo Eyſtetenſi & Joanne Ratiſponenſi cum ſex Abbatibus infularis: Metropolitanus & Epiſcopus Chyemenſis in tanta temporum brevitate non potuerunr evocari. Eſt tamen à Metropolitano permiſſio petita quam etiam Summus Pontifex antea permiſerat, ut à quocunque mallet Epiſcopo Catholico ſe conſecrari faceret intra tempus trimeſtre ab adepta confirmatione; quæ cum Romæ facta eſſer v. die Octobris trimeſtre tempus expiraverat fermè prius quam bulla confirmationis Ratiſponam veniret. Quare Reverendum Dominum Eichſtettenſem Epiſcopum Mauritium unà cum ſuo Chorepiſcopo ex proximo advocârat. Sed Dominus Eichſtettenſis ex itinere podagrico morbo correptus domum relatus eſt, inque ſuas vices Vicecancellarium ex Ingolſtadiano Gymnaſio miſerat Dominum Doctorem *Balthazarum Pſanneman* Suffraganeum *Hildesbemenſem*, tunc Parochum ad S. Mauritium Ingolſtadii, & ejus Gym-
(i) naſii Procancellarium. (i)

Is Georgius antequam confirmaretur Diœceſanam Synodum ſub nomine Capituli Ratiſponenſis convocatam, ceu ſede vacante celebrari fecit, cui ego Laurentius Hochwart licet immeritus præſidens electus, toto triduo nomine Capituli Ratiſponenſis & electi ſui præſedi; Statuta ſynodalia renovavi, reformationem Cleri à ſtatibus Eccleſiaſticis nuper Auguſtæ acceptatam publicavi; cum aliis, quæ ad mores & ad ſanam doctrinam in Eccleſia conſervandam tunc temporis facere videbantur.

Conſecratione verò adepta ad Religionem reſtaurandam animum adjecit, & primo Lutheranos & Apoſtatas Sacerdotes & Monachos è palatinatu juniore vocavit, qui joſſu Præfecti Cæſarei apud Nuiburgum agentis Georgii Zorn de Puelach, ad conſtitutum diem XIIII. Januarii venientes Ratiſponam cum in examine, cui & ego interfui, miriter cum illis agcretur, & ur ad unitatem Eccleſiæ redirent bonis ſuaſionibus magis lactarentur quam cogerentur, apud paucos illa bonitas locum invênit. Pollicebatur ſiquidem Epiſcopus uxoratis ſacerdotibus, quod auctoritate Apoſtolica ſuffultus, ſi ſuas uxores, quas ferè corruptas adeoque coactim plerique duxerant, repudiáſſenr, hæreſin in forma juris conſueta abjurâſſent, errorum ſuorum publicam in locis ſibi deputandis execrarionem per revocationem, ut vocant, feciſſent, & palinodiam recantâſſent, & ſuper his omnibus pœnirenriam condignam egiſſenr, diſpenſaturus eſſet cum obedientibus, ut in officio manerent & beneficio: ſed pauci ſunt inventi, qui reſipiſcentiam profirêrentur, majot pars in pervicacia manſit obdurata. Quibus ab officio & beneficio ſuſpenſis per Epiſcopatum Ratiſponenſem adminiſtratio ſacerdotalis eſt inrerdicta.

Deinde cœtum ſuorum Abbatum, Prælatorum, Collegiorum, Decanotum Ruralium rurſus convocavit ad diem XXVII. Januarii, quibus comparentibus proponi fecit tria: Primum, quandoquidem ſibi Metropolitica Synodus ad XVII. Febr. viſitanda foret, ut ipſi ex ſuis ordinibus eligerent, quos ſecum ad Saltzburgam mitterenr in Synodum, vel ſuis Oratoribus illuc mittendis, inter quos & ego nominatus eram, facultatem pro ſe comparendi coram teſtibus & notario conſtituerent: Secundò, ut ſibi jam confirmato & conſecrato Epiſcopo charitativum ſubſidium (*die Infelſteur*) perſolverent; Tertiò, ut in contributiones, quas Cæſati Romanorúmque Regi dare cogerentur, ſibi juxta Auguſtanæ Diætæ promiſſionem, ſubvenirent. Ad primum ita conventum eſt, ut Prælati ſuis ſumptibus Abbatem Welrenburgenſem *Fabianum* (k) (k)
cum Epiſcopo proficiſcendum adjungerent, cæteri nobis Legaris profecturis ad parcendum ſumpribus, ſuas voces & vota permiſerunt. Ad ſecundum, ad ſubſidium charitativum exſolvendum ab omnibus eſt conſenſum. Ad tertium, petitis modo diſſolutionum terminis & dilationibus ab aliis cooſeoſum eſt, ſolum Prælati per Bajoariam conſtituti perlatis inhibitoriis litteris à Wilhelmo Duce Bajoariæ emiſſis, ſe id ſpondere poſſe negârunt; Quod ſi Pontifex Ratiſponenſis inhibitionem illam apud Ducem Bajoariæ caſſatam redderet, ſe libentius Epiſcopo ſuo ordinario, quam Duci exactori contributuros ita diſceſſum eſt, ut pro charitativo ſubſidio perſolvendo termini ſolutionis eſſent Dies Pentecoſtes & Dies Natalis Domini anno MDXLIX. pro contributiooe verò facienda ſupra nominati termini, ſed anno ſequenti MDL.

Cæte-

(i) de eo vid. Valent Rotmari Annal. Acad. Ingolſt. ad A. 1548. P. II. pag. 114. & ſeq. Et Joannis Engerdi Acad. Ingolſt, P. II. p. m. 30. b. utrumque opus ſummæ raritatis.

(k) Fabianus è Monaſt. S. Emmerami Ratiſp. poſtulatur anno MDXXXVIII. Die Lunæ poſt dominic. *Vocem jucunditatis*. De hoc Abbate Weltenburgenſi CXIIII. hæc annotavit inter alia, ejusdem ſucceſſor Mathias Abelin Auguſtanus, Abbas CXXIIII, In Chronographica inſtructione Monaſterii Weltenburgenſis O. S. Benedicti inf. Bavariæ p. 67 libello tantæ raritatis, Straubingæ typis Simonis Galli anno 1643. in 8. excuſi, ut non pauci Hiſtoriæ etiam Patriæ non ignari, dubitârint, an unquam prela reliquerit: ita autem ibi: *Hic Abbas Provincialia Bojaria munera aliquot annis obivit, ac Synodo Metropolitana Salisburgii die XVIII. menſis Februarii anno MDXLIX. celebratæ, cum Epiſcopo Ratiſponenſi Georgio I. Marſcalco à Papenhaim, loco omnium Prælatorum (cui illi ſuas voces & ſuffragia permiſerant, ac ſuis ſumptibus ſuſtentârant) interfuit.*

Cæterùm die xxiv. Januarii anni MDXLIX. pervenerunt Senatores Ratisponenſes ad Epiſcopum Georgium, & indicârunt in animo ſibi eſſe Cæſareo mandato parere, & ſecundum Cæſaris Auguſtæ ſactam religionis declarationem ab omnibus Principibus & regni Statibus acceptatam jam ſua Sacra nunc inſtituere velle. Ad eam rem ſibi Sacerdotibus quibusdam opus eſſe, quibus tota diœceſi ſit nuper ob Lutheranam ſectam interdictum; quare ſe precari, ut illam ſuſpenſionem ab officio & beneficio Lutheranis Sacerdotibus inflictam revocet, ut Illis apud Ratisponenſes ſacris operari liceat, Epiſcopo autem id ſe ſacturum pernegante, Ratisponenſes nihilominus in die Purificationis ejusdem anni recluſo Templo Deiparæ Virginis teutonicam ſuam miſſam cum Adiaphoris reſumpſerunt, miniſtris ad eam rem Monachis Lutheranis, uxoratis Apoſtatis uſi. Deinde Georgius Epiſcopus ultra ſui Epiſcopatûs negotia bis Synodum Provincialem Saltzburgæ perſonaliter viſitavit, egóque ſemper ut promotor concilii interſui; & quia eodem anno Suffraganeus, ut vocatur, Epiſcopus mortem obierat, nec ipſe in locum ejus alium ſuffecerat, ipſemet ordines ſacerdotales inſequentibus temporibus contulit ordinandis; quod jam à longo tempore prorsùs inſuetum erat apud Ratisponam.

Anno Domini MDL. in principio anni obiit Wilhelmus Dux Bajoariæ ſplendidiſſimus ſumptuoſiſſimúsque, antequam ſatis frueretur Decimis Clericalibus ſemel exactis, ab Paulo III. Rom. Pont. in triennium anno ſuperiore impetratis ſub prætextu Gymnaſii Ingolſtadienſis dotandi; cum tamen pecuniam illam per Commiſſarium Dominum Epiſcopum Eyſtetenſem Mauritium ſemel collectam, Doctor Leonhardus ab Eckk ſuaſor illius exactionis contra Clerum immunem alioquin, numero plus quam viginti millium florenorum, ab Ingolſtadiò devexerit Monachium, & moriente Principe actutum intra paucos dies miniſter ſequitur mortuus & ipſe morte ſubitaneâ & improviſa, quo Princeps mortuus & in alio ſeculo haberet, qui ſibi apud tribunal ſummi Judicis, ut ferebant homines, patrocinaretur.

Cæterùm, quia lucri odor bonus eſt ex re qualibet, Dux Albertus Wilhelmi patris ſucceſſor factus nihil deterritus fato patris & ſui Conſiliarii Leonhardi Ekkii, miſit Franciſcum Zoannetum Bononienſem Patritium U. J. Doctorem ex Ingolſtadio Profeſſorem in Italiam ut Julium III. Pauli III. Decimarum illarum conceſſoris tum etiam mortui ſucceſſorem, petens, ut illæ decimæ triennales à Paulo III. conceſſæ non ſolum confirmatentur, ſed & in longè plures annos concederentur, inſuper etiam aliquot Monaſteria ſtudio Ingolſtadiano incorporarentur, ex quibus Lectores & Profeſſores Ingolſtadiani ſtipendia acciperent annua. Sed Julius Papa de decimis reſpondit, ſatis eſſe quod ſemel contra immunitatem Eccleſiaſticam parens ejus Wilbelmus exegerit decimas, ut filius deinceps abſtineat ab illis amplius exigendis. Imo ſummam illam pecuniariam in alium uſum, quam convenerat, converſam reſtituat Ingolſtadiano ſtudio; De incorporatione verò Monaſteriorum ſe cum Epiſcopis Salzburgenſis provinciæ conſulturum, num ex re illorum eſſet in illam incorporationem conſentire. Tantum verò abeſt, ut ſummam illam decimalem Dux reſtituerit, ut etiam cum multo fœnore ſeu lucro eam ſibi reſervârit, nimirùm adactis ſuis Provincialibus ſecularibus & Eccleſiaſticis, ut eam pecuniæ ſummam conſueto cenſu annuatim dato Academiæ Ingolſtadianæ compenſarent.

Eodem anno Georgius Epiſcopus noſter contra Senatum Ratisponenſem diſceptavit coram Imperatore Carolo Auguſtæ comitia celebrante, ſuper gravaminibus ſibi de religione & aliis rebus illatis, quæ lis nonnihil tandem anno ſequenti diſcuſſa eſt, ut Ratisponenſes Cives nulla Eccleſia abuterentur amplius in Parochiam pro ſuo Lutheraniſmo, nec privata cœmiteria alibi inſtituerent, ſed Eccleſias & Monaſteria hactenus uſurpata redderent Epiſcopo, in profanis verò rebus ſententiam Cæſaream deinceps expectarent. Ibi Senatus Ratisponenſis quæſivit ab Epiſcopo, ſi reſtituerent Eccleſiam ſpecioſæ Virginis & ſuos prædicantes, ut vocabant, dimitterent, per quem Parochum, & in qua Eccleſia habituri ſint utriusque ſpeciei communionem ſibi à Cæſarea illa declaratione permiſſam? Epiſcopus reſpondit, indultum ſe habere Epiſtolicum ſecundum quod, ſi ſe conditionibus illic expreſſis ſubmitterent, ſe rem diſpenſaturum & diſpoſiturum omnem, ne aſſuetis & ab utriusque ſpeciei communione diſcedere nolentibus, etiam in hac re quidquam deſit. Sed non audierunt illi, imò reformationem Cleri poſtulabant, ut quod in Sacerdotes ipſos non poſſent, ſaltem in ipſorum famulas iterùm exequerentur.

Sed hoc ſplendidum eorum factum, quod Senatus Ratisponenſes aquæductum induxerunt civitati ſuæ, aquis tam exuberantem, ut ſex puteis ligneis hexagonis partim, partim & octogonis in ſex locis urbis celebrioribus poſitis ſufficeret aqua perpetua complendis. Ex quibus ſinguli putei multis *Luteribus* * privatis in domibus implendis aquas exundant, ita ut etiam ex iis noſter Epiſcopus fontem in aulam ſuam ducendam impetrârit, ſi eo voluiſſet uti.

* ita Cod.

Anno MDLI. Cum Proteſtantes Lutheranorum plerique declarationem Cæſaris de Religione INTERIM appellatam acceptâſſent in fana ſua; ſoli Magdaburgenſes reſtiterunt, novam rebellionis materiam inde quærentes: unde Lutherani Principes reliqui nomine Cæſaris & Romani regni Magdeburgum obſederunt illos ad obedientiam reducturi. At iſti in Adiaphoris excludendis occupati magnoperè recalcitrârunt anno toto. Interea temporis Carolus Imperator apud Romanum Pontificem effecit, ut Concilium Tridentinum reaſſumeretur. Venerunt illuc etiam Germaniæ Epiſcopi & præcipuè tres Electores Ar-

chiepiſcopi, Moguntinenſis, Treverenſis, Colonienſis, cæteri qui legitimas abſentiæ cauſas habebant, per procuratores ſuos tamen comparebant id quod Epiſcopi Saltzburgenſis Provinciæ fermè fecerunt. Siquidem & ego nomine Epiſcopi Ratiſponenſis Georgii orator ivi cum aliis Tridentum atq; in menſem quintum per hyemem illuc perduravi, tempus, ætatem & pecuniam fruſtra conſumens, quod Lutherana factio polliceretur aſſiduo ſuus Theologos mittendos illóſque expectandos & audiendos eſſe. Cum autem Cæſar apud Oenipontem pro tutando generali Conciliu deſidêret, Lutherani Principes aliquot puta Mauritius Dux Saxoniæ Elector & Wilhelmus Lantgravius pro patre captivo Haſſiæ, N. Dux Mackelburgenſis, atque Albertus Marchio Brandenburgenſis, ſolutâ obſidione Magdaburgenſi, coactis militibus (Henrico Francorum Rege pecuniam in Stipendia ſuppeditante clanculum,) in bellum veluti gladiatorium contra Imperatorem & Rom. Regnum proruperunt.

Albertus Dux Bajoariæ ſecundam decimationem Cleri pro gymnaſio Ingolſtadiano contumaciter exegit, ſed & aliam inluper exactionem ſextæ bonorum omnium partis per pruvinciam ſuam paſſim ab omnibus exegit, de tertia etiam decimatione Cleri celeriter exigenda ſolicitus, cum tamen Theologi Lectores Ingolſtadio diſcederent, ob ſtipendiorum ſubtractam, ut ferebatur, exſolutionem. Ita Clerus Bajoaricus tot decimationibus importabilibus exenterabatur ut de relinquendis Parrochiis & ſolo vertendo plerique cogitarent.

Anno itaque MDLII. cum tempore Quadrageſimali gladiatores iſti in Suevia ſe ad conciliabulum ſuum congregâſſent & Auguſtam ex ſpontanea deditione occupâſſent, jamque Ulmam obſeſſam oppugnarent, Henricus Princeps à Plauen nomine Ferdinandi Romanorum Regis venit Ratiſponam & eandem civitatem præſidio militari, ne in manus gladiatorum iſtorum veniret, munitam volebat, ſed cives militem in civitatem recipere nolebant, niſi Epiſcopus permitteret, ut & in ædes Clericales locaretur, & ut ipſis integrum foret Lutheraniſmum exploſum, rurſus in ædes ſuas reducere. Epiſcopus anxius ne videretur hoſtibus urbem prodere, ad utrumque connixit. Senatus itaque Ratiſponenſis XVIII. kal. Maji recluſo repurgatóque templo ſuo Lutheraniſmum publicitus reſumpſerunt, altero die XVII. kal. Maji, milites in ædes noſtras inducti ſunt, quibus & victum & ſtipendium mutui nomine Clerus plerumque perſolvere coactus eſt. Interea temporis gladiatores hoſtes obſeſſam ac necquicquam oppugnatam Ulmam deprædatis tamen & exuſtis agris deſerentes, diviſis exercitibus ad prædas provinciarum vertuntur, nullum certum hoſtem petentes ſed pro hoſtibus habentes apud quoſcunque ſe ſperarent, quod raperent inventuros. Sic Albertus Marchio vicinos ſibi Epiſcopos Bambergenſem & Wirzburgenſem tum pecuniâ tum prædiis male mulctavit. Norinbergam pro veteribus odiis & ſimultatibus obſidebat, atque eorum vicis expilatis incensiſque cives ad Transactionem tandem pepulit. Dumque illic haberet caſtra Buccinatorem ſuum cum literis diffidatoriis, ut vocant, XXII. die Maji miſit Ratiſponam hoſtilia quæque ferri flammæque minitans, niſi deditionem maturarent: Sed civitas à Præſidio militari tutata fuit. Epiſcopus autem Georgius ut ſuos vicos ab incendiis redimeret aurenrum milibus quatuor emunctus eſt, & Clerus atque religioſæ domus Ratiſponæ graviſſima quæque paſſi ſunt, ita ut quidam relictis domibus & rebus ſuis in liberas Legationes abierint. Philippus autem Comes ab Eberſtain, qui Ratiſponæ præſidio militari præerat, excitatis in urbe propugnaculis aliquot novis, ne gladiatores hoſtes foris invenirent quod oppugnationem adjuvaret, ipſe in demoliendis operibus ſedulus fuit, ſic non ſolum ſuburbanos hortos & macerias diſſipavit, ſed etiam Fana Sanctorum, quæ propugnaculorum vice poterant eſſe, dejecit ipſe. Sic Eccleſia S. Petri in *Wiben Sant Peter* vulgo compellata, exciſa eſt, ſed & in civitate ædes S. Albani & ædes alia S. Othonis evulſa eſt, atque ſolo coæquata, cum teſtudinata illa templa, quæ quidem muro contigua forent, bombardis ſuſtinendis & in hoſtes irruentes exonerandis eſſent oppoſitiſſima, quaſi non contra hoſtes ſed contra Deos belligerarent Propugnatores iſti belliſſimi tam petulantes in quosvis, ut etiam Epiſcopus quamlibet amicus excedere civitatem cogeretur. Cæterum Mauritius Saxoniæ Dux cum alterâ exercitûs parte in Suevis agebat, & per Danubium vectus Lyncium ad Ferdinandum Romanorum Regem conceſſit offerens pacem ſi petita prorſus impetraret. Rex de pace regni ſollicitus petitos articulos ad fratrem Oeniponti decumbentem Carolum Imperatorem ſe relaturum promittit, & pactis induciis Mauritio diem ad ferendum reſponſum dicit Bathaviæ, XXVIII. Maji. Sic ambo diſcedunt Lyncio, Rex ad Oenipontum, Mauritius ad exercitum, aſſumptiſque ſecum complicibus ſuis, Heſſo & Meckelburgenſi milites ſuos, inducias nihil moratus in Tyrolem ducit 19. Maji, cluſaque Erenbergenſi præſidio Regio trucidato occupata, confeſtim per Alpes Oenipontum advolat, parumque abfuit quin duos fratres Cæſares Carolum & Ferdinandum conſultantes inter oſcitandum oppreſſiſſet. Verum oppidulo diligenter excuſſo reduxit exercitum, eoque in Suevis relicto ipſe quaſi re bene geſta ad diem conſtitutum XXVIII. Maji Battaviam venit, quo cum & Ferdinandus aliique Principes quidam veniſſent, aliquamdiuque de rebus in medium conſultâſſent, principibus quæcunque voluiſſet extorſit Mauritius. Unde pace nonnulla compoſita Dux Mauritius exercitum ſuum in Hungariam contra Turcas duxit Ferdinando Regi Ungariæ ſuppetias venturus ipſo menſe Auguſto. Albertus

tus

tus autem Marchio Brandenburgenſis huic paci nolens includi ſe cum ſuo exercitu ad Rhenum contulit, ut ſe Francorum Regi Munerario ſuo conjungeret, in itinere Moguntiam, Spiram atque alia loca diripiens. Quare pro defendendis ſuis Carolus Imperator neceſſum habuit & ipſe conſcripto tumultuario exercitu prædonem perſequi, quod fecit ipſo menſe Septembri, revocans ad ſe præſidium, quod erat Ratisponæ. Ita ſexto die Septembris Ratispona militari petulantia liberata eſt. Mortuus eſt etiam ſub hujus anni finem Mauritius Epiſcopus Eychſtettenſis, qui ſe ſe commiſſarium exhibuerat Papalem in exactione decimarum triennalium contra Clerum Bajoaricum in gratiam Ducis Bajoariæ; Electúsque eſt in Epiſcopum Aichſtettenſem Eberhardus ab Hyrnhaim Præpoſitus Saltzburgenſis & Aichſtettenſis. Initio anni MDLIII. Senatus Ratisponenſis Domum *Acialem* * è regione Præpoſituræ Ratisponenſis ad Fabricam Cathedralis Eccleſiæ Ratisponenſis pertinentem diruerunt & lapides avexerunt, ut plateam ampliorem redderent, Canonicis de violentia damnóque fruſtra querulantibus. Mox etiam Epiſcopus Georgius ad eorumdam civium inſtantiam concubinas ablegandas Clericis mandavit, ipſi verò nihili mitiores facti fanum S. Oswaldi duobus dirutis altaribus pro laxiori capacitate ad Lutheranicas prædicationes illic exercendas prophanaverunt ipſoque die Lætare, quæ fuit XII. Martii, novos prædicatores etiam laicos inſtituerunt, quos illis Juſtus Jonas per manus impoſitionem velut Epiſcopus ordinabat, poſt cujus diſceſſum ipſi Nicolaum Gallum ex Magdeburgo revocârunt qui adveniens, quæ Juſtus Jonas conſtituerat, ipſe replebat, adiaphoriſtas & Interimiſtas interimens.

* ita Cod.

Sub finem anni Metropolitanus Salisburgenſis Erneſtus ſuos convocavit Coëpiſcopos Provinciales ad oppidum ſuum Muldorfium. Quapropter Epiſcopus noſter Georgius eò perſonaliter ivit, illicque tractatum eſt cum Duce Bajoariæ Alberto & nuntiis ſive oratoribus Ferdinandi Rom. Regis de reformatione, viſitationéque provinciatim inſtituenda, resque in deliberationem poſita ampliata eſt.

Anno MDLIIII. viſitationem Ferdinandus ab Epiſcopis Saltzburgenſi & Patavienſi, ſuis nimirũ Provinciis vicinis efflagitavit, ſed quia reſignante ſuam Eccleſiam Metropolicam Erneſto, Saltzburgenſe Capitulum Michaelem a Kuenburg in ſuum Archiepiſcopum elegerant, ille ante confirmationem adeptam viſitationem adire neglexit, ſicque eo anno viſitatio poſthabita eſt.

Anno MDLV. Georgius Epiſcopus Ratisponenſis ex commiſſione Sanctiſſimi Domini Papæ electum Saltzburgenſem Michaëlem conſecravit Saltzburgæ in die Epiphaniæ, & Wolfgangus Comes à Salm Epiſcopus Bavienſis ex invitatione Ferdinandi Regis & Archiducis Auſtriæ viſitationem Cleri ad proximum tempus Quadrageſimale aggreſſus, bis in eâ experienda deluſus eſt.

Eodem anno XXVI. Junii manè ſub crepuſculo matutino repentinum incendium incerto igne Ratisponæ ſuſcitatum eſt in molendinis lapideo ponti proximis, quod tam luculentum fuit ut Trojam ardere putares, conflagrarunt ſubito portis clauſis & lentius ad auxilia patentibus molendina frumentaria duo majora; unum ſex rotarum, alterum quatuor rotarum dictum. Tertium molendinum etiam erat trium rotarum, ſed non ad frumenta terenda, verum ad exacuenda poliendáque ferramenta inſtructum, quartum molendinum fullonicum (die Walckmul) quod jam ante toties, ſub Epiſcopis Ruperto II. & Pancratio incineratum fuit, ex vicino incendio & ipſum ardebat, verum per maturata auxilia ab incineratione defenſum eſt. Fuit damnum molarum inæſtimabile, ſed damnum lapidei pontis aliud damnum longe ſuperabat, quod pontis tres fornices ex vicino incendio ita labefactati videbantur, ut lapides ignis ardore dirupti caſum & ruinam minitarentur. Cives tamen & Senatus urbis Ratisponenſis ſtatim ad reparanda molendina convertebatur, pontem deinceps etiam refecturi. Molendinum tamen quatuor rotarum tunc reparatum non eſt usque in annum MDLX.

Julius III. ſummus Pontifex in menſe Aprili Romæ obiit, electúsque eſt in ejus locum Marcellus II. Cardinalis S. Crucis, qui cum vix menſem ſupervixiſſet, eo mortuo electus eſt Paulus IIII.

Anno MDLVI. Comitia fuerant indicta Ratisponam ad menſem Aprilem, quo cum Ferdinandus Rex domi detentus tardius veniret, Albertus gener ejus, Bajoariæ Dux & Romanorum Regis ſubdelegatus Vicarius in menſe Julio Ratisponam veniens propoſuit quatuor Articulos, Imperii ſtatibus conſultandos: primum, de negotio religionis diſſipatæ redintegrando; Secundo, de moneta ad æqualitatem per Germaniam cudenda; Tertium, de pace inter Sacros & prophanos conſtituenda; Quartum de auxiliis contra Thurcas Ferdinando Regi ferendis. Sed propter raritatem Principum & Ferdinandi abſentiam nihil eo anno factum eſt.

Anno MDLVII. Ferdinandus Romanorum Rex venit Ratisponam, cujus præſentia Comitia illa priora revixerunt, adeoque acriter urgebantur, ut ad diem XVI. Martii, quæ jam annum duraverant, ſoluta ſint. In quibus Ferdinandus Rex auxilia contra Turcas impetravit ac Imperio & negotium religionis ad XXIIII. diem menſis Auguſti per colloquium Imperiale Wormatiæ tranſigendum ampliatum eſt.

Philibertus Marchio Badenſis cum Mathylda Bajoarica, Wilhelmi Ducis Bajoariæ filia, Alberti Ducis ſorore, apud S. Emmera-

mera-

meramum Ratiſponæ magna pompa celebravit in menſe Januario nuptias.

Anno MDLVIII. Ferdinandus Imperator bis Ratiſponam pertranſivit, ſemel in die Palmarum cum ex Franckfordiana electione in Auguſtum evectus, Auſtriam ſuam repeteret, iterum In Natali Domini co cum ſub finem Decembris Auguſtana Comitia peteret.

Anno MDLIX. Epiſcopus Ratiſponenſis Georgius ſuam diœceſim, quantulam adhuc per Bojoariam habebat obſequentem, viſitari fecit quod eam viſitationem Provincialem ſuperiori anno Metropolitanus & Patavienſis jam perfecerant. Sed & reformationem Cleri in Comitiis Auguſtanis eodem anno repetitam ipſe Ratiſponæ publicavit.

Anno MDLX. Georgius Epiſcopus Ratiſponenſis homo craſſus & obeſi corporis, cum pedes corporis molem ferre non poſſent, domi ſe intra cubiculum ferè continuit, ut amplius nec ad templum nec ad publicam menſam prodiret. Dumque ſecurius ageret, nec Eccleſiaſtica nec ſecularia magnoperè curans, Lutheranis acceſſio facta; Siquidem Abbas S. Jacobi Eccleſiam Scotorum Parrochialem S. Nicolai illis vendidit, quam Senatus Ratiſponenſis totam ad fundamentum uſque deſtruxit complanatam.

Guardianus Franciſcanus ædificia ſui Monaſterii pleraque demolitus eſt, lapidibus etiam plauſtratim divenditis. Itidem fecit & Prior ad S. Auguſtinum, qui etiam decimas & vineas abiturus abalienavit à ſuo Monaſterio. Sed & Michaël Archiepiſcopus Saltzburgenſis, cum apud Albertum Ducem Bajoariæ in venationibus aliquamdiu egiſſet, ſub hujus anni finem eo ѵ:dedicto ex Geiſenfeld domum reverſurus in itinere periit ex apoplexia. In ejus locum electus eſt Joannes Jacobus Chuno Canonicus Saltzburgenſis & Decanus Brixinenſis, qui in annum ſequentem confirmatus in Dominica eſto mihi conſecratus eſt in Archiepiſcopum Saltzburgenſem.

Anno MDLXI. Epiſcopo Georgio ægrotante nec prohibere valente, cives Ratiſponenſes ſuam ſectam & urbem locupletaturi, quoslibet ob Lutheraniſmum vel ex Archiepiſcopatu Saltzburgenſi vel è Saxonia & Thuringia vel ex Bajoaria relegatus & expulſos in ſuam civitatem Ratiſponam velut in Aſylon refugientes receperunt, inter quos etiam Mathiam Unflatium Irlyricum ſuſceperunt, ut pugnax Gallus rixoſum ſuum reciperet Symmachum.

Anno Domini MDLXII. Georgius Epiſcopus Cleri ſui reformationem tam acrirer exequutus eſt, ut aliquot perſonas etiam in decanali dignitate conſtitutas, vel à dignitate deponeret, vel ad urbem Ratisponenſem ultrò deferendam adigeret. Sed in confratres ſuos tam rigidus exactor fuit, ut debitum 4300. plus minus florinorum, quod ſub Epiſcopis anteceſſoribus à majoribus noſtris contractum & à nobis ejus culpæ exſortibus & inſontibus ante decennium ſibi perſolutum erat, denuò repeteret; vel quod ipſe per ætatem tam labilis memoriæ factus eſſet, vel ex noſtris neminem præſentem ſupereſſe putaret, qui geſtæ rei memor eſſet. Proinde confratres juniores per Capitulum peremptorium abſentes domum revocârunt, è quorum inſtructione didicerunt, omne debitum ſtatim in ipſius Epiſcopi Georgii electione & confirmatione diſſolutum teſtibus tabellis receptarum pecuniarum in Epiſcopali cancellaria etiamnum conſervatis & productis, unde cum illi dici potuiſſet illud Evangelicum: Homo auſterior es, bis ſublaturus, quod nec ſemel poſueris, & bis meſſurus, quod nec ſemel ſeminaveris, tamen Canonici ſui ſicut filii morigeri ſatis habuerunt, oblivioſum Patrem rei jam ſemel transactæ commonuiſſe, petiiſſeque ne amplius actum agere contra filios ſuos obedientiores velit, ſed potius ipſius ſolutionis factæ quietantiam, ut vocant, illis tradere, ut à ſuis Succeſſoribos quietiores ob impetitiooem hujus rei gratiâ forent.

Anno MDLXIII. cum Ratiſponenſes Cives Lutheranos undelibet relegatos & ad ſe lè confluentes in Aſylon recepiſſent, ac illis in Dominica *Lætare* ventus validus tempore prædicationis pomeridianæ Templum S. Oswaldi dejeciſſet, eósque illuc iterùm in Dominica *Quaſimodogeniti*, ad Lutheraniſmum concurrentes ſaxis delapſis effugâſſet, ipſi decima die Maji violenter contra Monachorum voluntatem Monaſterium S. Blaſii Fratrum Ordinis Prædicatorii effringentes, concluſis intra ſepta monachis, ipſam ædem majorem pro ſuis Lutheranicis ſermocinationibus uſurpârunt nolentibus volentibus quibuscunque. Epiſcopus ipſe cum diuturno morbo conflictatus tandem x. die Decembris defunctus eſt, ſepultus in æde Dominica prope Altare S. Andreæ Apoſtoli ſub hoc Epitaphio:

„ Reverendiſs. in Chriſto Eccleſ.
„ Ratisp. Epiſcopus Georgius de
„ Nobiliſſima Familia Marſcal-
„ lorum in Papenhaim, obiit
„ An.MDLXIII. die x. Decembris.
„ Vivat Deo.

De VITO I. *Epiſcopo Ratiſponenſi LIII.*

CAPUT XXXI.

EPiſcopo Georgio feliciter demortuo IV. Idus Decembr. anno Domini MDLXIII. Capitulum Canonicorum Ratiſponenſium eodem menſe IIII. kalend. Januar. pro Electione Epiſcopi diem conſtituunt, ad quem confratres undelibet evocati confluxerunt, numero undecim. Joannes Georgius Welſer Præpoſitus altero die poſt Epiſcopum Georgium mortuus, nullus com-

comparuit. Decanus autem præſens fuit
Daniel Kölderer; Ambroſius Gumpenber-
ger, Senior; Laurentius Hochwart Pres-
byter Canonicus; Chriſtoforus Frönhö-
fer, Vitus à Fraunberg; Joannes à Par-
ſperg; Joannes Eberhardus à Thürhaim,
Stephaous à Paulſtorf, Joannes Georgius
à Sintzenhoff; Georgius Rudolphus à Leu-
beneck per Procuratorem comparuit, &
Joannes à Schwendi. Ex iis unanimiter
congregatis, major & ſanior pars conve-
(l) nit in Dominum Vitum à Fraunberg (l)
olim Præpoſitum Friſingeaſem & Paſſa-
vienſem, Canonicum Saltzburgenſem, Fri-
ſingenſem, Ratisponenſem, Paſſavienſem
& Auguſtenſem. Hic cum ſuos Oratores
Laicos menſe Januario anno MDLXIIII.
Romam miſiſſet cum electionis inſtrumen-
to, confirmationem ægrè potuit indipiſci.
Siquidem umnia, quæ Tridentinum Con-
cilium de Electione Paſtorum nuper decre-
(m) vit (m), hic primus fuit electus, in quem
hæc faba cuderetur. Igitur cum Romanus
Pontifex Pius IIII. Metropolitano Salza-
burgenſi negotium dediſſet, ut novo exa-
mine inſtituto ab Vito electo Ratisponenſi
profeſſionem fidei ſummeret, electus Ra-
tisponenſis XIII. Maji Saltzaburgam profe-
ctus, ibi degit tantiſper, dum confirma-
tio à Roma veniens in Epiſcopum Ratis-
ponenſem ab Joanne Jacobo ipſo Salzabur-
genſi Archiepiſcopo III. Non. Sept. anno
MDLXIIII. conſecraretur aliquot Epiſco-
pis Provincialibus, tunc ibi præſentibus ac
in congregationem convocatis. Peticrant
Anno MCCCCLXXVI. *da beſezt der von Potendorf her Jorg, und her Hainrich von Puechaim Ewerstorff auf der Tuenaw und namen da auffleg, und bechumerten das landt mit groſſen ſchaden in den Oſterfeyrtagen.*

In den ſelbigen jar zu Pfingſten peſezt ain Beheim gennnt der Rubigk von Notalitz den perg bey Grem auf der Tuenaw, und ee er gepaut wardt nach notturfft legten ſich dy landleut darfür und gebunen ſi wider. Der ſelb Rabigk hat groſſen ſchaden im Machlandt und Muchel landt im Pem reich von Hirſſlag und Nataliz volpracht mit menigen zug.

In dem LXXVI. jar Michahelis überzwungen dy Turckhen das ganz Lauental Judenburgk, ſant Veit, Frieſach und triben vil volcks aus dem land, und warn vormalen offt auf der Steirmarch und in Windiſchen lnnden geweſen, und tetten in dem LXXV. jar ain mercklickew niderlng an den Steyriſchen Herrn, Rittern und knechten, des lacht Kayſer Fridrich durch die finger, der was dieweil im Reich, und lag zu veld wider den Herzogen zu Burgundi, das was vor Neiß gelegen ain ganzes jnr, den taidingt der Pabſt dan das Neyß nicht gewunen ward und was gros chrieg um daſſelb Biſtumb zu haben, das alles Kayſer Fridrich zue richt, wan er den Pfaltzgrafiſchen Herzogen des Biſtumbs nicht gunt.

Im LXXVI. jar, verpott K. *Fridrich das man auf der Thuenuw, nichten weder auf noch ab ſolt fueren und ſpert die Tuenaw gnntz, den Herrn zu laid, die auffleg darauf gemacht hetten. In dem jar mueſt man geben vom dreyling ain klepubel dem von Grnvenecker ain gulden zu Trinſtain,* XII. *ſchilling zu Spitz* I. *pfund zu Ewerstorff* XII. *ſchilling zu Yntz oder Stnin, dem Kayſer* VI. *ſchilling, und von aim pfund kneffel* V. *ſchilling zu Ferdingſtain ain gulden ungeriſch, und von aim pfund kneffel drew pfund pfenning, zu Nebaim ain gulden, und von aim pfunt kneffel drew pfund pfenning zu Mensbaim nuch alſo, alles dem von Liechtenſtain, herrn Hainrichen, an dem zweien enden zu dem Newenhaws, dem von Schaunbergk, Graf Wolfgangen auch alſo, dem Oberhaymer zu Valckenſtain auch alſo. Item zu Tirnſtnin von aim pfund kneffel, ain pfund pfenning, und von auder war hinab in das land, gelt was iederman begert au irruug, von ain wolles tuech mncht ſtets* V. *ſchilling, vor ain leines, ain ſchilling, vor ain pachs* VI. *pfenning; von cleineder wert das zehent. Solicher beſwärnng hat das land Oeſterreich nit gedacht, weil die welt geſtanden iſt als bey* K. *Fridrichs zeiten,*

(s) Vid. Sigismundi Maitterlin Chron Sen · Udalricianum, à nobis editum.

ten, und voller dypp rauber und mörder an allen enden. Jederman was herr, in den land, er kam von wanner er wolt.

Anno MCCCCLXXVI. *macht Kayſer Fridrich veld in aim geſatztem frid ſo die Kunig von Ungern, Polan gemacht mit ſampt gemainer landſchafft zu Preſslaw, hintz das er pruchig wardt, und entſagt veld wider dy puntgenoſſen zu Oeſterreich, dy der Kunig von Ungern in ſein ſchutz het, als im Kurfurſten rat des Römiſchen Reichs und im frid zu Preslaw begriffen worden, den er nicht hielt, und macht veld für Graveneck durch Graf Haugen von Wernbergk ober Hauptman und durch Sigmund Eitzinger und ander die im anhiengen wider des bunds gerechtikait, und fueren fur Gravenegk, Wald, Sindingſtain an ſant Mertens tag des ſechs und ſibentzigiſten und lag darſur. In der ſelben zeit peſezt Andre -- von Leippitz Hauptman Sundigſtain den turm auf der Reiden der von vierzehen jar öd was geweſen, und beſezt zu ſant Nickla die kirchen. Dieweil lag man vor den Prentsſtain gegen Sindingſtain über.*

Des jars was ain kalter winter das di Tuenaw gefries, diewail taydingt der Kayſer zu Wien mit den burgern und des Kunigs von Ungern Retn, in des ſchirm ſy ſtunden, wan er ſchraib ſich Kunig zu Pechem und het doch des Reichs nit in, aber vil Herrn und ſtett hiengen im an, du Sleſi Meheren, der ganz Pilsner krais und ander groſs Herrn mer.

Anno Domini MCCCCLXXVII. *nach Weinachten bald legten die Tyrcken dem Chunig von Ungern ain mercklich volck ernider vor Fudro, dy weil er Hochzeit mit des Kunig von Napolis tachter hett, die er im gab wider des Kayſers willen. In der zeit ſtarb der alt von Sternbergk Herr zu Stenngko der vil unrats in dem land Oſterreich ſchueff, in der Neuſtatt.*

Anno eodem *zoch Kunig Mathias von Ungern in das land gen Oeſterreich nach Joannis Baptiſtæ und gewan Trautmanstarff ain notveſt geſlos in vierzehen tagen mit groſſen zeug, und traib Kayſer Fri-*
* hiabat nomen. *drich und den Chunig * von Pechem vor Ewerstorff pey Wienn aus dem veld, für das ſy ſich gelegt hetten, der in bundnus ſtund mit denen Herrn von Oeſterreich mit dem Chunig den der Kunig zu hilff zoch auch das der Kaiſer dem Kunig von Pechem gelihen het das Kunigreich zu Pechem, wider den von Ungern den er es vor verſprochen mit ſampt dem Bapſt Paulo, und im dem nicht hielt, traib der ſelb Mathias den Chaiſer aus dem land fluchtigklich von Wien, Chrembs, Steyr untz gen Gmunden und gewan in bald an Chloſter Newburgk Charmenburgk, Tullis, ſand Veidt und was unter dem pirg iſt Grosmenzestorff, Marchegk, Prnck an der Leyta, und legt ſich für Chrembs und Stain oben und unten fur baid ſtet, und het ain gros heer zu Mautarn und lag von Michahelis untz auf ſant Lucien tag, und lag auch mit aim heer vor Wien, die ſelb zeit alweg da ward zu Steir ain taiding angeſtoſſen, die ward zu Gemunden vollendet durch zwen Legaten von Rom, und ain frid betracht, das der Chunig die ſtet nicht nach notturfften arbaitt, und lag alſo in der taiding ſtil, doch ward der frid zu Gmunden geſloſſen das der Chaiſer den Kunig leihen ſolt ſo bald ergen Oeſterreich chem, und ſolt im dar zu geben hundert tauſend gulden, auf ſolich taiding rawmt er das land, do ward in dem ſelben jar zu Kreimbs von den Landleuten und durch Graf Haugen von Werdenbergk nach geſcheft des Kayſers betracht das iederman im land mueſt das vierzigiſt pfund geben, edel und unedel und die ſtet das ſechzigiſt pfund, damit ſolt man die Soldner zallen. Noch was man den Chunig ſchuldig vierzehen tauſend gulden, da ward ain anſlag gemacht, das ieder im land mueſt darleihen edel und unedel, damit man den Chunig zallen ſolt, das haben in die lanlleut ſelber echriegt bey Kayſer Fridrichs zeiten, da er nu vier jar Kunig und Kaiſer geweſen was, und zu den zeiten zugen dy Turcken mengen zug in dy Windiſch land und gen Kerndten und Krain, darumb ſich der Kaiſer wenig rampf auf ſeinen poſen ſchincken.*

Anno MCCCCLXXIX. *zoch Chunig Mathias von Ungern auf die Steirmarck, und nam ein dy geſlos, ſo dem von Saltzburg zugehorten, der in ſchimf enzulaſſen und ſolt im helffen wider den Chaiſer der ein andern Biſchof gen Salzburg geſezt wolt haben, der ain Erzbiſchofe von Gran was und von den ſelben Biſtumb vil guetter gefurt, und lieh dem Kayſer LI. tauſend gulden auf Steir, Ems, und Seitzenſtain, den ſelben Biſchofen ervordert der Chunig von Ungern an Chaiſer Fridrichen mit ſamb den guet und gewan im darumb ab Rackelspurgk und ander ſtet und geſloſs auf der Steirmarckt und hechriegt das land ſwerlich.*

Monu-

Monumenta quædam Diplomatica huc facientia.

Illuſtriſſimo Principi Domino Alberto Palatino Rheni, Duci ſuperioris & inferioris Bavariæ Amico noſtro dilecto.

MAthias Dei gratiâ Rex Hungariæ, Bohemiæ &c. Illuſtriſſimo Principi Domi-
1480. no Alberto Palatino Rheni, Duci ſuperioris & inferioris Bavariæ, Amico noſtro dilecto ſalutem & paratam complacendi voluntatem. Recordamur ſcripſiſſe prius & amicitiam veſtram de contentione inter nos & Imperialem Majeſtatem habita cum transmiſſione articuli tunc ad rem noſtram attinentis ſufficienter informâſſe nuper dum Imperialis Majeſtas conabatur nobis aliqua imputare. Nunc verò certificati ſumus Cæſaream Majeſtatem novis rurſum criminationibus apud Amicitiam Veſtram & alios Sacri Romani Imperii Principes nos impetere quaſi nos inſcriptionibus mutuis contraveniſſemus, & contra noſtrum feciſſemus honorem, quod nuper oppidum Rackospurgam nulla prorſus diffidatione Majeſtati ſuæ præmiſſa fecimus expugnari; ſuper quo tametſi non dubitemus amicitiam veſtram pro ſua bonitate & prudentia, his, quæ præter æquum nobis imputantur, minimè aſſentire tamen ut de hoc negotio, quod nobis Cæſarea Majeſtas culpæ aſſeribere vult, rectius veriúsque informata noſtram innocentiam ac majeſtatis ſuæ indebitam adverſum nos querellam intelligat, ſcire eam volumus, nihil per nos tale contra ſuam Majeſtatem admiſſum, propter quod Majeſtas ſua de nobis juſtè & merito queri poſſit, vel noſtro honori in aliquo derogare. Námque de nobis queritur nulla diffidatione præmiſſa talia per nos contra ſuam majeſtatem attemptata, reſpondemus nobis non licuiſſe Majeſtatem ſuam diffidare, nam ſi id feciſſemus directè contraveniſſemus inſcriptionibus mutuis, quibus cavetur, ut quandocunque Cæſarea Majeſtas promiſſa ſua de ſolutione nobis debita non compleret, liceret nobis noſtra quocunque modo tequirere cum omni damno & intereſſe ſine ulla initæ pacis & concordiæ offenſione & propter hoc mutua inter nos amicitia diſſolvi non deberet: cum igitur nos frequenter & ſæpius majeſtatem ſuam monuerimus de ſolutione nobis facienda, ipſa verò pertinaciter id facere neglexerit, nos poſt debitum ſolutionis terminum ultra annum & longè amplius majeſtatem ſuam expectantes, quando intelleximus nihil nobis promiſſorum adimpleri, fruſtráque nos verbis teneri, diffidare noluimus, ne primi daremus occaſionem amicitiæ inter nos violandæ, verum denuntiavimus ſæpius per litteras & per nuntium Majeſtati ſuæ, quod nobis oporteret juxta formam inſcriptionis, noſtra quibuſcunque poſſemus modis, requitere, quando intelligeremus Majeſtatem ſuam his, quæ in ipſis inſcriptionibus continentur tanta dilatione præteritâ necdum reſpondere cum effectu, & facere aliud non potuimus, quod ſalvâ inter nos amicitiâ permanente facere nobis licuit quoque, ut noſtra requireremus, quibuſcunque poſſemus modis, prout ſpecialem ſuper hoc in litteris inſcriptionum habuimus articulum, cujus copiam ex ipſis litteris de verbo ad verbum excerptam & præſentibus incluſam pro evidentiori documento miſimus amicitiæ veſtræ, ut eo intellecto cognoſcat nihil eſſe, quod nobis in hac parte Cæſarea Majeſtas juſtè & meritò poſſit imputare, & ſimul ut comperta innocentia noſtra & rectitudine, quâ freti nos nihil Inſcriptioni contrarium fecimus, contrariis aſſertionibus fidem non habeat, quin potius velit contemplatione juſtitiæ noſtræ pro mutua benevolentia honorem noſtrum ab indebita oblocutorum criminatione defenſare. Ex hoc enim liquido judicare poterit amicitia veſtra, quantum nos ſumus alieni à culpa, qui denuntiatione præmiſſâ, ſecundum formam inſcriptionis proceſſimus ad noſtra repetenda. Litteras verò inſcriptionis non nos edidimus, nec Oratores noſtri in eam ſententiam verba addiderunt, ſed ſola Imperialis Majeſtas concepit, & ultrò nobis ac ſpontaneè ad omnia, quæ in ipſis continentur, ſemet ipſam obligavit. Datum Budæ octavâ die menſis Aprilis. Anno Domini milleſimo quadringenteſimo octuageſimo, regnorum noſtrurum Hungariæ &c. anno vigeſimo tertio, Bohemiæ verò undecimo.

Ad Commiſſ. ſpecial.
Domini Regis.

Copia Articuli de Solutione regiæ Majeſtati promiſſa litteris inſcriptionis Cæſareæ Majeſtatis excepti, quarum litterarum datæ ſub anno Domini MCCCCLXXVII. primâ Decembris emanatæ ſunt.

ITem concluſum eſt, quod in illa diæta omnes quatuor Status tam ioferioris quam ſuperioris Auſtriæ ſe Inſcribant & obligent juxta litteras imperiales deſuper ſimiliter datas ad dandum & integræ perſolvendum regiæ Majeſtati ſuper die S. Martini proximè venturo quinquaginta millia florenorum eóſque præſentare in oppido Hamburg ad manus regias vel hominum ſuorum ad hoc deputandorum, & ſimiliter ſuper altero die S. Martini inmediatè ſequenti alia quinquaginta millia florenor: in præfato loco pariter præſentari debebunt ad manus regias vel hominum ſuorum ſine dolo & fraude, cauto, quod ſi dicta ſumma in prædictis terminis non ſolveretur, libera ſit Regia Majeſtas illam quocunque modu requirere

cum

cum omni dampno & intereſſe, ſine ulla initæ pacis & concordiæ offenſione, reliquis omnibus Capitulis & clauſulis ſalvis & in ſuo robore permanentibus.

Sixtus PP. IIII. Dilecto Filio Nobili Viro Alberto de Monaco Duci Bavariæ &c.

DIlecte Fili, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Pto Paſtoralis officii noſtri Debito ſine multis lachrymis & amaritudine 1481. cordis eſſe non potuimus ab ea primum die, quâ per litteras Venerabilis Fratris Epiſcopi Theanenſis Oratoris noſtri, intelleximus: vos Principes, qui partim pet vos, partim per Oratores veſtros Conventui Nurembergenſi interfuiſtis, omiſſo tractatu concordiæ inter catiſſimos Filios noſtros, Fridericum Rom. Imp. ſemper Auguſtum & Mathiam Hungariæ & Boëmiæ Regem Illuſtrem delibetâſſe arma ſumere: Quid enim magis deflendum aut lachrymabile evenite poſſit in præſentiarum, quam cum præter ſpem & deſiderium noſtrum videamus Conventum ipſum per vos pios Religioſóſque Principes fidei catholicæ defendendæ zelo, nobis approbantibus & ſolicitantibus indictum ad effundendum mutuum Chriſtianorum ſanguinem converſum: cúmque ſperaremus propter obitum impiiſſimi Turchorum Tyranni inclytos germanicæ nationis Principes, oblata nobis à Deo tanta & tot votis pétita oportunitate, ut veros Chriſti pugiles decet, non prætermiſſuros talem benè gerendæ rei occaſionem, ac invictiſſimo exetcitu hoſtes perſecuturos: Ecce præter omnium vota, & comune Chriſtianæ Reipublicæ deſiderium, periculum impendet, ne ipſi chariſſimi in Chriſto filii noſtri mutuis hinc & inde cædibus ſe ſe invicem fœdent, & quos Rempublicam Chriſtianam jam penè collabentem, ſortitudine ac ſapientia ſua in priſtinam dignitatem, ſuſis ſpurciſſimis hoſtibus, reſtituturos expectabamus, crudeliſſimo bello cum ſanguinis chriſtiani effuſione invicem (quod abſit) conterentur. Non poſſumus igitur non magnoperè dolere, cum ſpem atque occaſionemglorioſiſſimæ ac Deo acceptiſſimæ victoriæ, eripi quodammodo è manibus videamus. Cum autem nibil fidei Catholicæ, nihil Chriſtianæ RP.æ perniciofius evenire poſſit jam reipsâ experti ſumus: quàm ſi duo iſti Ptincipes mutuis diſcordiis impediti contra fidei hoſtes vacare non poſſint: quippe qui auctotitate, potentia & ſtatu & locorum, quæ utriusque ditionis ſunt oportunitate vel omnium præcipui eſſe poſſunt ad crudeliſſimos hoſtes non tam comprimendos, quam in tanta oportunitate etiam ex Europa depellendos: poſtquam continuis litteris ac oratoribus noſtris, ad utrumque miſſis nihil profecimus hactenus: pro debito paſtoralis officii noſtri, habitis ſuper hoc multis & variis tractatibus, unà cum venerabilibus fratt bus noſtris S. R. E. Cardinalibus, nullum convenientiorem modum, tam ſanctæ & neceſſariæ pacis benè diſponendæ excogitare atque invenire potuimus, cum præſertim alia media omnia fruſtra tentata ſint ante: quam ſi præfati chariſſimi Filii noſtri omnes cauſas & controverſias ſuas ad nos & ſanctam Apoſtolicam Sedem, quæ omnium Mater eſt & Magiſtra, miſſis ad nos oratotibus ſuis concordiæ viâ componendas teferrent, ac interea ab omni via facti deſiſterent. Cum autem Nobilitas tua pro prudentia ſua probè intelligat, quanti ponderis & momenti ſit hoc negotium, utpote cum in eo totius teipublicæ Chriſtianæ ſalus, & fidei conſervandæ mana ex parte ſumma verſetur, eam hortamur, monemus & per viſceta miſericordiæ Dei noſtri Jeſu Chtiſti, ob fidémque in ſacro fonte Baptiſmatis per Nobilitatem tuam ſuſceptam in Domino requirimus & obteſtamur, ut omnia conſilia & cogitatus ſuos ditigat unà nobiſcum ad pacem vel amicahilem compoſitionem inter præſatos cariſſimos Filios noſtros per nos ſanciendam, & pro virili ſua apud utrumque Principem omni efficaciâ pro pace & concordia inſtet, & ad parendum paternis ſuaſionibus noſtris hortetur. Certi etenim ſumus Nobilitati tuæ & clariſſimis Collegis tuis pro ſingulari ſapientia & auctoritate veſtra rogatu maximè noſtro, qui licet immeriti Sedi Apoſtolicæ, cujus eſtis obſervantiſſimi, præſidemus: divinâ etiam gratiâ opitulante, non deſutura nobis adhuc multa optima media ad tam ſanctum & neceſſarium opus benè conducendum. Qua in re Nobilitas tua rem glorioſo Deo, de cujus fide agitur, acceptiſſimam, nobis, qui nihil magis, quam ipſorum pacem expetimus, gratiſſimam & apud Deum hominéſque glorioſam efficiet. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris, die XVIII. Decembris. MCCCCLXXXI. Pontificatûs noſtri anno undecimo.

Dilecto Filio, Nobili Viro Georgio Bavariæ Duci.

INNOCENTIUS PAPA OCTAVUS.

DIlecte Fili Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Quoniam ex fructu teſte Salvatore noſtro agnoſcitur arbor de zelo divini honoris & animarum ſalutis, quem aſſiduè geris, & de tua erga Sedem Apoſtolicam reverentiâ magnam in Domino ſpem concepimus ex his, quæ nuper cum 1485. non mediocri Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium ædificatione noſtrique cordis gaudio ingenti à nobis requiſiviſti, ut verè qualem tuis litteris polliceris nobis appellare te ſanctæ hujus Sedis & noſtrum obedientiſſimum filium non immeritò poſſimus ea ratione, cum advertetimus te in plerisque licet magnis, quoniam Dei honorem concernunt, earum tamen quæ proponuntur comparatione multum exiguis pro juribus curare diverſis modis animas pereuntium de manu Satanæ eripere, ſitque nobis compertum ob multa & naturalia & temporalia bona, quibus te ad laudem & gloriam nominis ſui ditavit altiſſimus te accommodatiſſimum eſſe, in

cujus

cujus manu repoſita ſit magna ſpes pacis & concordiæ inter chariſſimos in Chriſto Filios noſtros Fridericum Romanorum Imperatorem, Matthiam Hungariæ Regem Illuſtrem, ac inter dilectos Filios Nobiles Viros Albertum Marchionem Brandenburgenſem & Otonem Bavariæ Ducem cum propter ſanguinis propinquitatem, qua Nobilitas tua hos omnes diverſis genere & gradibus attingit, tum ex ſitu & regione dominiorum tuorum tum verò ex omnium rerum ingenti copia & maximis theſauris, quibus omnibus tecum & cum pattibus tuis benedixit ac iterum tecum & cum poſteris tuis, ut ſperamus, (t) benedicet omnipotens, lætari ſumus magnoperè viſis petitionibus tuis ac ex tuæ in Deum fidei ac affectus ſinceritate majora concipientes in turbine tantarum rerum paſtorale onus, ad quod immeriti Deo diſponente vocati ſumus ob tuæ devotionis fiduciam ſenſimus maximè ſublevari, ſperamus enim, ſi tu quemadmodum credimus, fore ut cupias, & ad id te in Domino quantum poſſumus, adhortamur, volueris partes utrasque ad Concordiam & pacem hortari, quibus tationibus facile poteris, oſtendetisque eos in tanto periculo patriæ illius & Reipublicæ Chtiſtianæ debere in ſuis controvetſiis Apoſtolicæ Sedis judicium ac amicorum arbitrium non omninò contemnete ipsisque in diſcordia perſeverantibus parti æquiori adhæſurum te policitus fueris non fore quemquam expectaturum, ut te contratiæ parti cum Auctoritate Apoſtolicæ Sedis & juſtitiæ favore, pro bono Chtiſtianæ pacis conjungas, quantum autem exinde bonum & Patriæ illi & toti Eccleſiæ Dei, cujus de univerſali pace tractanda ex hoc principio ordimur, perventurum ſperate poſſimus, ſanguis Chriſtianus à paucis annis ab illis & aliis Principibus Chtiſtianis in Germania, Francia & aliis partibus, maximéque à Turcis eſſuſus, & qui effundi paolò poſt, niſi Dominus providerit, formidatur, ſatis docere poſſent, niſi plurima alia omnibus Nota bona inde proventura & mala evitanda conſpicerentur. Aggredere igitur dilectiſſime Fili, aggredere ſive mandato ſive monitu ſive hortatu ſeu etiam precibus Chriſtianæ pacis initia. Non enim dedignamur pro tam ſancto Opere preces & filiis fundere, pro quo non poſſumus corporeis oculis, quales cuperemus Domino lachrymas afferre. Memento Fili, effuſi ſanguinis & Salvatoris noſtri primum & dein tot miſerabilium perſonarum ejusdem ptetioſo ſanguine redemptarum, proſpice aut potius aſpice imminentem undique Chriſtianis cervicibus fidei hoſtem crudeliſſimum & pariter potentiſſimum, téque magnum à Domino præparatum obicem tantis malis oppone. Nec de ſucceſſu timeas. Dominus enim erit tecum, & noſtra tibi toto corde benédicentis & ſemper ſelicia quæque precantis auctoritas vice illius tui confidimus fore ut ſtrenuè ac ſeliciter milites. Juvabimus etiam te, quibus tebus poterimus monendo, hortando, rogando, denique etiam invitando & feriendo quémque pro meritis & tei exigentia. Tantum aggredere cum Dei benedictione, Sanctorúmque omnium & noſtra divinum hoc mediatoris & pacificatoris officium, quod tibi ex multa fiducia in vim obedientiæ Dei auctoritate imponimus feliciter adimplendum, ut ad majora tandem ac ſortiora Dei munera, ut ſperamus, brachium extendere & gloriam tuam augete poſſis. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris die XXVIII. Septembris MCCCCLXXXV. Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

L. Grifus.

(t) Spes fuit illa caduca, quò enim devenerint theſauri illi ex arce Burckhuſiana ſubtracti illorum & noſtrorum temporum ænigma eſt.

ANONYMI
CHRONICON NORIBERGENSE
ET
LOCORUM VICINORUM
Ab Anno Chriſti MCCCLXI. ad A. MCCCCLXXVI. pertingens.

* * *

Ex apographo V. Cl. HARTMANNI SCHEDELII *Medici & Polyhiſtoris Norici deſcripſit atque edidit*

ANDREAS FELIX OEFELIUS.

Monitum prævium Editoris.

HARTMANNUS SCHEDELIUS Medicus & Polyhiſtor *Noribergenſis*, unus è primis extitit, qui cum TRITEMIO, MUTIANO, CELTE & paucis præterea aliis acceptam ex Italia meliorum litterarum lampada Germanis ſuis feſſus curſor tradere conatus eſt. Cujus fama ſatis hactenus in obſcuro verſata, adeò meritis viri indefeſſi & univerſam quà latè tum patebat litterarum orbitam complexi, non reſpondit, ut ipſi ſoli non exortum litterarum jubar indignêre. Etſi enim edito *Chronico univerſali* nomen ille aliquod conſecutus fuerit, nomen duntaxat innotuit, vita ipſa & merita litteraria latuerunt. Quæ cum magnam partem Hiſtoriæ ſuorum temporum litterariæ complectantur ſingulari commentario, alio loco ex inſtituto à nobis memorabuntur. Suffecerit in præſens HARTMANNUM SCHEDELIUM non ſolùm totam vitam ſed & facultates non leves in colligendis Codicibus manu deſcriptis, & deſcribendis monumentis antiquis inſumpſiſſe; uti ejus rei fidem faciunt tot Codices autographi, qui unà cum copioſiſſima Bibliotheca, ſub ipſa artis typographicæ incunabula colligi cœptâ, in Bavaricam, ignotum quâ fortunâ ALBERTO MAGNANIMO oblatâ, pervenerunt.

Inter eos non minimum locum obtinent, qui Hiſtorici ſunt argumenti, quod genus ſtudii SCHEDELIO præ cæteris arriſiſſe, collecta & deſcripta ab eo tot Chronica ſatis arguunt; ut jam ſilentio tranſmittamus, quæ ipſe proprio marte hoc in genere non indiligenter elucubravit, alio loco prolixius memoranda & ex parte etiam producenda. Porrò ex iis, quæ aliunde accepta illa ſua nitidâ manu quadratóque illorum temporum caractere deſcripſit, præſens hocce NORIBERGENSE CHRONICON nobis non indignum viſum eſt, quod typis exſcriptum publici juris faceremus.

Præterquam enim quod res Reipublicæ illius curatius perſequatur, erant tamen illæ ipſæ perpetuis illis *diffidationibus*, quibus infelix Germania in propria viſcera ſæviebat & principes invicem venalem ſanguinem, venalia odia locabant, ac pro queſtu latrocinabantur, ita cum BOICIS & PALATINIS conjunctæ, ut eodem Chronico non hæ minus quam illæ illuſtrentur; vel melius infamentur, adeò cædibus, incendiis, rapinis, proſcriptionibus omnia fœdata, ut non Principum aut liberorum hominum præclarè geſta ſed gladiatorum, buſtuariorum, latrunculorúmque commiſſiones, & quæ ſunt alia civilis belli monſtra legere te exiſtimes. Quæ tamen ipſa nôſſe plurimum intereſt, ut quibus moribus & vitiis Gentium & Domuum incrementa ſuſſlaminentur, & ex UNIONE & OBSERVANTIA LEGUM Pacis publicæ comoda, diſcamus.

Ane-

Anonymi Chronicon Noribergenſe.

ANno Domini MCCCLXI. in die S. Mathæi feriâ ſextâ ante reminiſcere, Natus fuit Wenzeslaus filius Imperatoris Caroli IIII. Regis Bohemorum Nurembergæ: qui poſtea per datam pecuniam & pollicitationes electus fuit in Regem Romanorum: Hic poſtea accepit Ducis Alberti de Hollandiâ filii Imperatoris Ludovici filiam & Nurembergæ celebravit nuptias in feſto S. Michaëlis.

* Legendū MCCCL-XXXVIII.

Anno Domini MCCCLXX. * obiit præfati Wenceslai uxor: & ipſe Wenceslaus accepit alteram uxorem filiam Ducis Johannis Bavariæ.

Anno Dom. MCCCLXVII. inceptus eſt murus *umb das Burggraven burck, unten gegen der ſtat*, qua de re indignatus Burggravius Fridericus volebat movere bellum contra Nurembergenſes & ſtatuit bello impetere Nurembergam, quando murus perfectus fuit in vigiliâ Divi Nicolai in XI. diebus. Tunc Imperator Carolus ambabus partibus ſtatuit diem ad Franckofordiam Octavâ poſt Epiphaniæ ubi tunc congregati erant Electores Imperii, ſed infecto negotio: altera ſtatuitur dies ab Imperatore Carolo, qui eos concordavit: ſicque Nurembergenſes quinque millia aureorum Ipſi Friderico dederunt, ut mutus maneret, ita tamen ut valvæ portæ ſubmoverentur; ſi tamen timor ingruerer eis, tunc poſſent valvas appendere & portam claudere.

Anno Domini MCCCLXVIII. circa feſtum Paſcæ primum jacta ſunt Semina pro
(u) ſerenda ſylva juxta curtem Lichtenhoff(u).
Et eodem anno ſtratæ ſunt plateæ & tota civitas cum Conſilio communitatis.

Anno Dom. MCCCLXXII. Imperiales Civitates videlicet Ulm, Lindaw, Memmingen, ſancti Galli, Eyſenno, Uberling, Kauſpeiren, Kempten, Lewkirchen, Puchhorn, Rauespurg, Bibrach, quas Imperator rogaverat pro liberatione Nobilis de Helffeſtein, quem Comes de Wirtenberg captum habuit, qui contra comitem in bello proceſſetunt, venientes usque Althaym per duo miliaria ab Ulmâ diſtans, in manè Comes Eberhardus irruit ſuper eos & circa ducentos proſtravit & occidit & circiter ſexcentos captivavit, quos Imperator Carolus in Wűrzburch liberavit.

Anno Dom. MCCCLXXIII. Recepit Imperator Carolus Steuram à civitatibus Imperii.

Anno Dom. MCCCLXXIIII'. menſe Maji Imperator Carolus venit Franckfordiam, & egit cum principibus Electoribus, quos pecuniâ corruperat, ut filium ſuum Wenzeslaum facerent & haberent Regem Romanotum poſt ipſius mortem, vel ſi ipſe cederet Imperio idem fieret, & eſſet Rex Romanorum, quod & factum eſt. Et Electores & alii domini cum certis civitatibus Imperialibus Homagium præſtiterunt, & jurârunt Wenceslao. Quidam verò Homagium præſtare recusârunt, videlicet Ulm, Coſtnitz, Bibrach, Rauenſpurg, Kempten, Kauſpeuren, Lewkirchen, Wangen, Eysnein, Reuthlingen, Rotweil, S. Gallen, Uberling, Puchhorn, Lindaw, Memmingen; quæ ſe invicem confœderaverunt: poſt circa Natale Domini ſe eis ſociavetunt iſti de Eſslingen, & fecerunt dampna plurima in terra comitis de Wirtenberg.

Anno Domini MCCCLXXVI. Carolus Imperator & filius ſuus Wentzeslaus obſedit Ulmam & habuit magnum exercitum, & plures auxilia præſtiterunt ei: ut Dux Rupertus Senior de Bavaria, Epiſcopus Maguntinus, Epiſcopus Herbipolenſis, Bambergenſis, Eyſtetenſis, Comes de Wirtenberg, Burggravius de Nurnbergk, Comes de Werthaym & de Hochenloch Comes: & plures alii comites & barones ac milites. Similiter ex Bohemiâ habuit ſuppetias & quædam civitates, videlicet Nuremberg, Nordling, & plures aliæ civitates: ſed patum profecit, niſi quod regionem circumquaque vaſtaverunt; quod poſtea & ipſi Ulmenſes fecerunt ſuis inimicis. Illâ tempeſtate Dux Fridericus de Bavaria ſe interpoſuit, & Ulmam intravit, cupiens concordare civitates & Imperatoris partes, ſed nihil profecit. Ita Imperatot ſolvit obſidionem feriâ quintâ ante Galli. Poſt hoc Imperator Carolus egit apud Duces Bavariæ Stefanum & Fridericum ut ſibi auxilio fierent contra civitates, quas quottidie vexabant & bella in eos exercebant.

Anno Dom. MCCCLXXVII. Ex civitate Reutlingen exierunt pedites, & abegerunt jumenta de Wirtenberg, quos populus de Wirtenberg inſequitur, & eos comprehendit, ſed Reutlingenſes ſe defendentes victores evaſerunt (x) in quo con- (x)
flictu occubuerunt tres Comites cum multis militibus. Exinde quotidianum bellum inter Comitem de Wirtenberg & civitates exor-

(u) Anonymus quidam in margine adjecit: „ idque ut legi, primo invênit Stromer.

(x) „ Eadem manus, non illiterata illa, quæ ſuperius quædam in margine notaverat, hunc quoque locum in apographo Schedeliano ſequentibus illuſtravit:
„ Caſtrum in monte proximo Reutling: eſt extructum, Acholn vocant: unde viderunt prædam agi, ubi cum junior dux ageret, ſtatim cum cæteris equitibus recipere prædam geſtiebat atque illos impeditos opprimere, verum milites maturantes breviori itinere civitatem ingrediebantur. Quidam verò obviam Equitibus præcedebant, at iſti propter anguſtiam loci ac vineta, cogebantur ab Equis deſcendere & manum conſerere. Interea ſuperveniunt cæteri cives ſuis auxilio, omni genere armorum & cum plurimi, ob longa Galçaria ſe ſe impedirent, potiti ſunt victoriâ.

exortum eſt: quâ tempeſtate nunquam inferiores civitates fuere, nec eis victualia deſecerunt, ſed omnia habundè arridebant. Ubi vero Suevica liga aliquamdiu duràſſet, augmenrum confœderatorum acceperunt. Nam brevi poſt Nordling, Hall, Gemund, Dinckelspuhel, Popfingen, multo poſt tempore Rotenburg & Dux Leupoldus de Auſtriâ cum omni Provincia ſua: in Suevia Comes Rudolffus de Hohenberg & Comes de Heiligenberg; poſt Weiſſenburgenſes & Winshaim.

Anno Dom. MCCCLXXXII. omnes Judæi Norembergæ ſuerunt capti. Quo die in omnibus civitatibus imperii capti fuerunt ditiores Judæi. Hic Nurembergæ ad caſtrum ducti fuerunt; alios verò ducebant in Prætorium in cellaria, & unusquisque ſe ære liberavit exactionatus, ex quorum exactione LXXX. Milia Florenorum Norembergenſibus ceſſerunt & emulſerunt. (y)

Anno Domini MCCCLXXXVI. Nurembergenſes prædictæ ligæ ſociaverunt ſe.

Eodem anno Infraſcriptæ civitates: Zurgk, Lucern, Pern cum Suitenſibus bellum contra Leupoldum de Auſtria moverunt: XIII. Caſtra obtinuerunt. Poſt hoc feriâ ſecundâ poſt Nativitatem Joannis, idem Leupoldus magnum contraxit exercitum una cum adjunctis civitatibus præfatis, juxta civitatem Sanbach ubi ſuccubuit, & interſectus fuit cum multis comitibus, Baronibus & Nobilibus, quorum numero erant cenrum præter reliquum vulgus.

Anno Domini MCCCLXXXVIII. Poſt Jacobi Burgravius Fridericus Senior obſedit Windshaim & habuit ſecum duos filios, Joannem & Fridericum. Cum ipſo ante civitatem fuit Epiſcopus Herbipolenſis & Epiſcopus Babenbergenſis, & Marggravius de Miſna eidem tulit auxilium: & duo Comites de Schwartzburg, Comes Wilhelmus de Caſtel, Comes de Hennenberg, Comes de Reineck. Iſti omnes obſederunt præfatam civitatem per VII. Ebdomadas & quatuor dies, jaculantes in civitatem ignem. Feriâ ſextâ ante Michaelis populus Epiſcopi inſulrum fecit (ſturmet) ſed populus Marggravii non ſe adjunxit.

Illo tempore quo Burggravius Winsham obſedit, Nurenbergenſes eum diffidârunt, propter quod Burggravius ſolvit obſidionem, & civitas Winsham parum damni accepit. Dein feriâ ſextâ ante Martini, civitates Imperiales, Moguntia, Franckfordia, Spira, Wormatia egreſſi habuerunt CCC. Equos, & CCC. Lanceas, & CC. Sagittarios, & venerunt ſuper Ducem Rupertum & Ducem Adolffum, & eo die multa damna eis per incendium intulerunt. In ſero volentes irruere ſuper Comitem Hainricum de Sponheim præmiſerunt exploratores qui non ſunt reverſi. Ipſi longè ab invicem procedentes, in ſtrictâ viâ, veniens Comes Henricus de Spanheim & Dux Adolffus cum quingentis lanceis & totidem armatis irruerunt ſuper eos, quorum trecenti occiſi fuerunt & ducenti capti de potentioribus & de peditibus plures interempti.

Anno Dom. MCCCLXXXVIII. Franckfordenſes cum ducentis militibus tam equitibus quam peditibus egreſſi contra Kronbergk, qui eis cum ſuis adjutoribus occurrunt, & inito certamine Franckſordenſes ſuperiores evaſerunt. Illo tempore Dux Rupertus opem tulit Kronberg & Franckfordenſes ſuccubuerunt & CCCC. capti fuerunt, & L. occiſi.

Anno Domini MCCCLXXXVII. Nurembergenſes, Dux Steffanus & Dux Fridericus de Bavaria ſtatuerunt diem amicabilem compoſitionis ad Monaſterium Rothasloch quo Pilgramus Epiſcopus Saltzburgenſis venire habuit, quo perveniente Dux Steffanus amicabiliter cum præfato Epiſcopo pactabatur & concordabatur. Interim Dux Rupertus ſe collegerat, & Duce Steſſano egreſſo, irruit in Monaſterium & cœpit præſatum Epiſcopum & omnes nobiles, ac alios quos ſecum habuit in ſalvo conducto & pace: quos omnes captivos ad Purckhauſen perduxit, & eos coëgit jurare Friderico Duci Bavariæ, quod omnia caſtra quæ haberent ab Epiſcopo Salzburgenſi reſignarent Duci Friderico. Ubi hoc intellexit Provincia (*Lantſchafft*) ſervarunt prædicta caſtra Epiſcopatui, & nullum alienatum fuit.

Eâ tempeſtate Dux Steffanus & Dux Fridericus in omni ſuo Territorio edixerunt, ut quæcuoque bona ſeu merces civitatum imperialium interciperent (*aufholen*) quia confœderatæ fuerunt. Sic hoc edicto bona Nurembengenſium in civitate prædictorum Ducum, Otting cum aliis retentæ fuêre, & duo capti.

Anno Dom. MCCCLXXXVIII. Dominicâ ante Sebaſtiani congregatæ ſunt apud Auguſtam confœderatæ civitates, & inde Expeditionem fecerunt in terram Bavariorum, quam à Lantzperg usque XII. Miliaria incendiis vaſtaverunt.

Poſt hæc Dux Rupertus Senior Bavariæ egit ut præfati Duces ad Newmarck venerunt, Suevorum autem civitates quatuor ad Nurembergam miſerunt, quo etiam imperiales civitates ſe conferebant. Sic utrinque hinc inde mittebantur legati atque Oratores: Tandem in Ducem Rupertum concordatum & conſenſum eſt, qui cum conſenſu ſeu ſcitu controverſiæ & diſſenſionis arbiter eſſe debeat. Qui laudavit ſeu laudum protulit quod bona in Otting captâ mercatoribus redderentur & reſtituerentur, datis induciis ducibus Bavariæ ſub roboratione & ſubſcriptione (*verſicheren*) & omnes captivi deberent liberè dimitti & taxationes & exactiones, quæ non ſolutæ eſſent, deberent remitti. Sed Bavari duces pactio-

(y) erat adjecta nota ſequens: *Anno Domini MCCLXXXVIII. Judæi Nurembergæ & in Franciâ occiſi fuerunt. Illo Anno Rex Albertus magnam curiam habuit Nurembergæ.*

ctionis & ſubſcriptionis immemores pacem infregerunt, & pacis tempore iterum bona Nurmbergenſium & aliorum in ſuo Territorio ſeu diſtrictu detinuerunt.

Anno Dom. MCCCLXXXVIII. feriâ quartâ ante purificationis Mariæ Nurembergenſes cum apparatu bellico exierunt & obſederunt civitatem Stain, quorum capitaneus tunc fuit Ulricus Reutlinger. In eâ expeditione habuerunt CC. Equites cum Lanceis, & CC. cum baliſtis, III. plauſtra cum armatis aliis, ita quod ad octo millia computabantur. Sed nihil profecerunt, quia populus erat rebellis nec obtemperans propter ingens frigus, in quo perſiſtere non valebat, & plures equi frigore interierunt. Verum ex utrâque parte plures occubuerunt lapidibus & machinis obruti & alias interfecti.

Anno Domini MCCCLXXXVIII. ut ſupra dictum eſt facta concordia per Rupertum Seniorem iterum circa pentecoſten reintegratum fuit bellum, nam Dux Steffanus & Dux Fridericus in campum exeuntes & circumquaque in circuitu civitatis Auguſtæ incendia maxima fecerunt penè omnia igne conſummantes, dein per unum Miliare à Regensburg cum exercitu conſederunt & omnia in circuitu Ratisbonæ vaſtaverunt. Illo tempore Dux Rupertus obſederat civitatem Kaufbeuren cum magno exercitu & eam bombardis & machinis temptabat & lapides prægrandes intus projiciebat. Interim civitates imperiales multum populum congregaverant, quod ubi intellexit Dux obſidionem ſolvit, relinquens tria valla ſeu aggeres ſeu munitiones vulgariter *Polwerck* ante civitatem cum multis inſtrumentis bellicis; quod audiens Dux Fridericus receſſit à civitate & populum ſuum miſit in auxilium & ſuccurſum.

Illo tempore civitates exierunt contra Comitem de Wirtenberg, cujus terram maximè vaſtaverunt, quo tempore Dux Rupertus & Marchio Badenſis diffidârunt civitates imperiales ſeu imperii, & obſederunt civitatem Hailprun; interim ſe collegerat quanto fortius poterat Comes de Wirtenberg, qui coacto & coadunato cum exercitu præfatorum Ducum Ruperti ſcilicet & Marchionis Badenſis ſimul proceſſit contra exercitum civitatum Imperii qui ſuam terram vaſtaverant & in eâ caſtra poſuerant, & Dominicâ die ante Bartholomei civitates, egreſſi ex civitate Weyl dum inſultum facerent in quamdam dotem vulgo Kirchhof, caſu ſupervenit Comes Ulricus de Wirtenberg cum populo præfatorum Ducum quorum XI. C. erant haſtas ferentes, & circa VI. M. peditum. Tunc primum Ulricus prædictus prælium ingreditur, in quo fuit occiſus, & alius de Wirtenberg, & cum eo Comes de Leoſtein, unus quoque baro Dominus de Lichtenbergh & Dominus Joannes de Rechberg: & unus de Gundelfing, & unus de Zolholz. Sicque in primis ſuperiores extiterunt. Sed cum Comes Eberhardus de Wirtenberg retro in cuneo eſſet, populum adhortatus eſt viriliter agere & hoſti non cedere: cujus hortatu ſe defendit & ſuperior efficitur, interfectis CCC. de civitatibus Imperii & CC. captis.

Ea tempeſtate quâ civitatibus Sueviæ & aliis imperialibus adverſante fortuna, non proſpere ſucceſſit, & bello inferiores extiterunt, & plures attemptatæ fuiſſent Dietæ, Rex Wenceslaus & Electores venerunt ad civitatem Egram & civitates imperii, feriâ quarta poſt paſca ad Dietam. Ibidem fuit Epiſcopus Treverenſis & Epiſcopus Colonienſis, Ducis Ruperti Seniuris Conſiliarii, Dux Stephanus, Dux Fridericus de Bavariâ Epiſcopus Saltzburgenſis, Epiſcopus Babenbergenſis, Burggravius Nurembergenſis, Comites de Otting, Comites de Bertheim & plures alii Comites ac militares, & omnes civitates ligæ Suevorũ Francnrum & Rhenorum. Ibi multæ placitationes habitæ ſunt. Tandem Rex Wenceslaus fecit communem pacem (*Lantfrid*) & omnes principes & cæteri Domini Homagium fecerunt, promittentes recedere à confœderatione ſingulari & juraverunt ſervare communem pacem (*Lantfrid*) & deberent eſſe concordati cum omnibus principibus, & Rex Wenzeslaus ſcripſit omnibus civitatibus ut à confœderatione recederent & communem Patriam conſervarent; & ibidem in Egrâ juravit Regensburg, Weiſſenburg, Nuremberga, aliæ civitates; quæ non habuerunt auctoritatem, eis principes dederunt inducias poſt octavas pentecoſtes, quâ die omnes Principes & Domini cæteri Nurembergam venire deberent. Poſt in XIIII. diebus venit in communem Pacem: Nordlingen, *Lantfrid.* Sweinfurt & omnes aliæ civitates. Sed civitates *an den See* nolebant ſe disjungere: ſed manſerunt confœderati, videlicet Koſtnitz, Lindaw, Gallen, Puchhorn, Rauensburg, Uberling, Eyſenay.

Anno Domini MCCCLXXXVIII. Dominicâ quâ feſtum B. Virginis Nativitatis celebrabatur, Nurembergenſes diffidârunt Fridericum Burgravium, & duos ſuos filios Joannem & Fridericum, & ſequenti die videlicet feriâ ſecunda in manè Nurembergenſes egreſſi cum mille Equitibus, & multo populo, plauſtris & carrucis vecti, & aliis peditibus. Illo die obtinuerunt civitatem Langenzem cum multo inſultu, quam exuſſerunt. Plures tamen de ipſis Norembergenſibus Bembardis interierunt, & plures à muro dejecti, quorum tamen nullus interiit. Eodem etiam die plures villæ incenſæ fuerunt.

Eodem die Caſtrum Altenpergk iidem Nurimbergenſes obtinuerunt, quod per unum miliare ſituatum erat, quod per decem annos in ſuâ ditione habuerunt, poſt hoc ipſi Nurembergenſes deſtruxerunt, & ſolo æquârunt, dein feriâ quartâ obtinuerunt caſtrum Schaienbergk quod erat Burggravii. Eâdem feriâ iidem Nurembergenſes exuſſerunt Peirstorff oppidum (*Marck*).

Eodem etiam die exuſtum fuit oppidum Werde contiguum civitati Nuremberg in quo erant multi fullones: Ex eo habuit annua-

nuatim VIII. C florenos. Eo tempore exuſtum ſuit oppidum Newenhoff, pariformiter & in Kadelſpurg multa incendio perierunt à Nurembergenſibus. Simili modo & oppidum Hasloch, in quo etat quidam Nobilis Veſtenberger, exuſtum fuit.

Item ſetiâ ſecundâ ante Katherinæ caſtrum Duſprun maximo inſultu obtinuerunt Nurembergenſes, in quo erant xxx. Equites, qui capti ſuerunt, & unus de Meintal erat capitaneus, *derſelbig was Landrichter*, cujus frater Purckhardus ictu interiit.

Anno Dom. MCCCLXXXVIII. In die S. Battholomæi in ſerò excurrerunt circa CC. cupientes bona acquirere ſeu conſequi & venerunt ante Roſtal, ubi ſupervenerunt familiæ Burggravii de Cadelſpurg & interfecerunt circa xv. & centum ceperunt, reliqui verò fugâ lapſi evaſerunt.

Illo tempore Nurembergenſes tantum ducentos equites habuerunt, haſtas & baliſtas ferentes& centum Sagittarios, qui ad prædictum ſpectabant. Cives verò inter ſe habuerunt centum Equites Haſtas ferentes & centum baliſtatios. Qui verò volebant egredi in Expeditionem, qui non erant SOLDATI & conducti illis dabantur uno die LX. denarii, unde ſactum eſt quod ad mille equites conſciverunt.

Anno Domini MCCCLXXXVIII. in die S. Martini communes civitates conſœderatæ ſtatuerunt expeditionem ſeu procinctum facere ad Franckfordiam ad quam Expeditionem Nurembergenſes debebant opem ſerre, unde CCCC. Haſtas ferentes & baliſtas, ut numerus equitum millenarium confecit & habuerunt plus quam mille quingentos pedites & etiam omnes communes civitates Sueviæ & Franconiæ, qui ante Winshaim debebant congregari in Campum. Omnibus congregatis inventum eſt Noribergenſes plures ſub panetio ſuo habere quam omnes aliæ civitates, ob id alii ſua paneria dimovebant, & ſub panerio imperii & Nurembergenſium gradiebantur; verùm parum profecerunt.

Anno Domini MCCCLXXXIII. ante Viti venit Comes Getloch de Schwartzburgk in Franconiam & optabat habere Epiſcopatum Herbipolenſem, cui ſe oppoſuit de Hesberg Ethardus, cui Herbipolenſes ante homagium præſtiterant, & duravit usque ad Paſcæ & præfatus Comes de Schwartzburc vaſtavit & combuſſit bona civitatis ſeu Herbipolenſium. Tandem de Hesberg ceſſit inductus: ſed Herbipolenſes ſe oppoſuerunt, eo quod Comes de Schwarzburgk vaſtavit, & combuſſiſſet bona civitatis ſeu Herbipolenſium, ut dictum eſt, & quod nolebat omnia eorum jura, quæ ab Epiſcopo Leupoldo de Hohentloch antea habuerant, confirmare & ratificare. Tunc multorum auxilio contendit Herbipolim obſidere, ſed Fridericus Burggravius de Nurembergk pactabatur inter eos, & ſimul concordavit.

Anno Domini MCCCLXXXIIII. circa feſtum purificationis Epiſcopus Herbipolenſis de Schwartzburck diffidavit Herbipolenſes, eo quod nolebant eum habere pro Domino. Tunc Herbipolenſes ſe opponentes & reſiſtentes cum machinis vulgò *pleiden* jaciebant lapides ſuper montem Beatæ Virginis, & multa incommoda fecerunt & dampna. è converſo Epiſcopus de Caſtro globos Bombardorum in civitatem torquebat, & multa damna intulit: & duravit per tres Ebdomadas. Poſt hoc multi nobiles & ingenui venerunt, & vi atque inſultu irruerunt per murum in minorem civitatem Herbipolenſem & occiderunt circa LX. multis captis, & ſic obtinuerunt minorem civitatem. Dein Epiſcopus per decem dies majorem civitatem impugnavit, & tunc pactum ſuit inter eos, quod ex utraque parte duo & duo Domini deberent civitatem per quatuor annos tenere & ſervare, poſt quos deberent Epiſcopo civitatem reſignare.

Anno Domini MCCCLXXXVII. Epiſcopus Herbipolenſis erexit Theolonium, ut quicunque ex provincia & regione ſua eveheret vinum, deberet de uno plauſtro vini unum florenum ſolvere, quod contra omnes principes & alias etiam erat civitates. Erant autem XXI. civitates ipſius Epiſcopii, quæ ſimul ſe unièrant, & conquerebantur, quod hoc eis cederet in incommodum & damnum: & rogabant Epiſcopum deſiſtere, ob hoc quod plures Principes ſibi ſcripſerant, quod nollent ſerre, accidit autem, quod in præfata civitate Herbipoli, erant feriâ ſexta ante Pentecoſten, & placitaverunt cum Epiſcopo de Theolonio, quod Epiſcopus nolebat remittere. Unde in Herbipoli ſuit tumultus & ſeditio populi, & Epiſcopus ad caſtrum fugit, cujus familiares & officiales, qui in civitate erant & adverſabantur, ceperunt, & quosdam Canonicos, qui & ipſi contra eos erant, & omnes Judæos, qui ibi erant, & quemdam civem Eck Fux, quem humo tractum exanimaverunt, & alium Eck nomine Daniel interſecerunt, qui erant familiares Epiſcopo; & ceperunt Comitem de Hohenloh, circa quem multam pecuniam reperierunt, & Comitem de Orlamunde, & tres juniores Canonicos de Schwartzburgk. Illo tempore venit Epiſcopus in caſtrum in monte Beatæ Virginis Mariæ: & circumdedit & obſedit eum civitas Herbipolenſis; quo audito frater ipſius Epiſcopi nomine Guntherus de Schwartzburgk multum populum collegit & Herbipolenſes abegit ac propellit, & caſtrum munivit, & duravit hoc multo tempore usque quo Wenzeslaus Rex de Bohemia veniens, civitates ad Imperium recepit, vulgò *zu Reich*, hoc eſt Herbipolim, Karſtat, Haſſurt, Geroltzhoffen, Newnſtat, Mellerſtat, Konigshoven: quæ quotidie bellabant, auxilium ferebant Epiſcopo, & Domini in Franconia. Et Burggravius cui impignoratum ſuit civitas Kitzing pro XVI. M. florenis, quod bellum Epiſcopi deberet proſequi ſeu exequi & expedire. Ita vel ob id Burggravius Fridericus diffidavit civitates in æſtate anno MCCCLXXXVIII. Et ipſe unà cum Duce Lu-

Ludovico Bavariæ obſedit civitatem Hasfurt per VII. Ebdomadas, tunc exeuntes de civitate ſtatuerunt irruere ſuper Ludovicum, ſed fuit aviſatus, nihilominus plures fuerunt ſui capti. Poſt Nurembergenſes ſe interpoſuerunt, ſi quo modo partes ad Concordiam reducere poſſent, multas attemptantes placitationes. Tandem octo diebus ante omnium Sanctorum ad hoc perventum eſt; quod compromiſſum eſt in ſex, qui fuerunt Burggravius Fridericus, Magiſter Theutonicæ domûs ſeu Ordinis, Conradus de Kirchberg, Jodocus Tetzel, Albertus Ebner, Nuſſer de Schweinfurt, hi debebant pacis formulam ferre. Tempore adveniente, quo ferri debebatur Jodocus Tetzel in peſtilentia ſeriâ quintâ moritur in die omnium Sanctorum, ſicque res infecta extitit, nec ad effectum perducta. Illo tempore unus, qui ex conſulatu Herbipolenſi erat, ſcripſerat Epiſcopo de defectu commeatûs vulgò *Koſt* in civitate, & quomodo vellent quamdam dotem vulgariter *Kirchhoff* circumvallare ſeu circumdare, *ſich da ſpeiſen.* Tunc Epiſcopus nuntiavit omnibus Principibus & magnam habuit congregationem, & illi de conſulatu libenter deſtitiſſent à præſata profectione, ſed communis populus nolebat, & ita coacti ſunt exire, ne in eos irruerent, ſicque Dominica die in manu venerunt ante dotem cum Bombardis, quibus occurrit populus Epiſcopi, & inierunt prælium, & ſuccubuerunt Herbipolenſes, interſectis plus quam nongentis, & pauci de populo Epiſcopi ceciderunt, & multi capti fuerunt: Dein ſtatim ſe dedit civitas Herbipolenſis, poſt hæc quosdam ex captivis, & qui erant ex civitate fecit humo trahi, vulgò *ſchlaiffen* & occidi, qui de antiquiori progenie erant, & qui potentiores erant; hoc factum ferebatur traditione civium eſſe.

Anno Domini MCCCXC. obiit Epiſcopus Ehrardus de Schwartzburgk, qui cum Herbipolenſibus bellavit.

Anno Domini MCCCLXXXX. coacti ſunt Judæi omnia debita remittere: & tunc erant Nurembergæ Dux Fridericus de Bavaria: Epiſcopus Bambergenſis, Epiſcopus Herbipolenſis, Epiſc. Auguſtenſis, Burggravius Nurmbergenſis: Comes de Otting, Comes de Wertheim: Conſiliarii Regis Romanorum de Bohemia & plures alii, qui in unum convenerunt accedente regiæ Majeſtatis auctoritate, ne cuiquam Judæorum, nec capitale (*die hauptſumm*) nec lucrum ſeu uſura vulgò *geſuch* daretur; & coacti ſunt omnia pignora & litteras ſeu Cyrographos reſtituere: Propter iſta Dux Fridericus Bavariæ Regi de ſua provincia ſeu territorio dare, ut ordinatum fuit, deberet, quindecim millia florenorum: & illi de Otting de ſua Provincia ſeu regione & diſtrictu XV. millia florenorum & illi de Rotenburga mille florenos, Sweinfurt CC. florenos, Windsheim C. florenos Nüremberg quatuor millia florenorum. Quicunque hic Norembergæ Judæis centum florenos debebat, de illis cogebatur ipſis Nurembergenſibus dare XXX. cum qua pecunia præſatam ſummam IIII. M. florenorum ſolverent.

Anno Domini MCCCLXXXXII. Argentinenſes bellabant cum Rege Wentzeslao, qui eos citavit ad judicium ſuum, dictum *Hoffgericht*, ſed contemnentes inciderunt in pœnam vulgò *Echt* dictam. Deinde Comes de Wirtenberg & Marggravius de Paden, Epiſcopus Argentinenſis, conſilium ineunt, quod inſinuarent Regi Wenceslao, quod ad eos daret ſua ſcripta, quod omnes Principes imperii, Comites & Barones cæterique Nobiles & quicunque alii, omnium debitorum cenſuum, reddituum, victilitium, exactionum, quæ debebant Argentinenſibus liberi eſſe deberent, & *ledig* & ob hoc vellent Domino Regi eſſe auxilio (*die Stat benottingen*) unde & Rex Wenzeslaus magnum conflavit exercitum, & miſit eundem ante civitatem cum uno milite nomine Parſabo, quo facto ſupradicti Domini juxta omne poſſe ſeu potentiam tulere opem & auxilium, ita quod circa VII. C. haſtas ferentes ante civitatem erant: qui circumquaque omnia vaſtaverunt, & magna dampna intulerunt, nec auſi ſunt exire & explorare exercitum, & permanſerunt in ea regione usque ad S. Michaëlis. Dein ſoluti ſunt & abierunt, ordinantes CCC. haſtas ferentes, qui quottidie eos laceſſebant, emittebant *Soldatos* contra præſatos & ſimul confligebant, (vulgò *ſcharmutzelten*) ita quod ex utraque parte plures ceciderunt. Poſt hoc partes interpoſuerunt Bavarorum Duces, & concordati fuerunt cum Rege & in gratiam Regis redierunt.

Anno Dom. MCCCC. ante Jacobi exuſta fuit Schwartzog ab Inimicis. Eodem anno in die S. Laurentii ſulminatum fuit baptiſterium in Eccleſia S. Laurentii & deſtructum, & unus juvenis infra prædicationem.

Anno MCCCCII. miſerunt Nurembergenſes XXV. Equites & totidem pedites *die fielen in den marck Rauelſpurgk, und ſtieſſen die heuſſer auf, und namen drey männer daraus*, quos Nurembergam deduxerunt, quorum duos dimiſerunt: tertium capite punierunt.

Eodem anno quando pax inter Marchionem & Nurenberg fuit concluſa, & feriâ ſextâ ante viſitationis Mariæ oriente ſole incipi debebat, Marchioniſtæ feriâ quartâ præcedente, multa incendia fecerunt, ſed ſequenti feriâ quintâ Nurembergenſes vicem reddentes plus quam decem villas conflagrârunt: Plech in montanis & Schwant & Schonberg.

Anno Domini MCCCCII. Civitas *zu der Weiden* capta fuit à Landgravio de Lewttenberg, cui prius juraverant, & ſui erant. Hoc factum fuit feriâ ſecundâ in Ebdomada penoſa.

Anno Domini MCCCCVII. ante Jacobi Burggravius multis auxiliariis Dominorum, Principatuum, Provinciarum, Epiſcoporum, Comitum, Baronum, Militum & Nobilium, de Bavaria, Rheno, Miſnia & de noſtris regionibus cum omni poſſe expeditionem fecit, contra Rotenburgenſes; & cepit Hagelhaim

feriâ

feriâ V. poſt Jacobi: poſt hoc Nattenberg, Sabbato. Verum turrim ſervaverunt usque Bartholomæi, dein pax ſtatuta fuit, usque purificationis & inde fuit pax confecta.

Anno Domini MCCCCX. obiit Rex Rupertus in Haydelberga Dominicâ ante Viti. Eodem anno Dux Bavariæ Heinricus cepit cives ſuos in Lantzhuta & quattuor ex eis fecit decapitari & L. præſcripſit, qui erant caupones ſeu hoſpites, & hoc factum fuit in feſto S. Crucis. Antea XL. ceperat, qui erant ex ditioribus, quos exactionavit, & multam pecuniam ab eis accepit.

Anno Domini MCCCCXX. Simonis & Judæ conflagratum ſeu exuſtum fuit caſtrum Marckgravii Nuremberg, per Chriſtoforum Leiminger ex parte Ludovici Ducis de Bavaria.

Anno Domini MCCCCXXII. In vigilia Joannis nativitatis perfecta fuit turris *Glaier Turn*, quidam opinantur *Luges Turn*.

Anno Domini MCCCCXXIIII. Feriâ quarta poſt annuntiationis Beatæ Virginis, alias craſtinâ die S. Benedicti, allatæ ſunt reliquiæ, quæ Pragæ prius erant per Sigismundum Stromer *von der Roſen*, à Sigismundo Rege Romanorum & Ungarorum, de caſtro Plindenburck, Sigismundo Norimbergenſes tanto munere donante.

Anno Domini MCCCCXXVIII. Præceptum fuit omnibus Patribus familias & Matribusfamilias laborare cum Filiis, famulabus & famulis in foſſato vulgò *graben*, & quicunque pro ſe fodere vel *frumare* non voluit aut non potuit, alium pro ſe diſponere cogebatur, aut decem denarios dare tenebatur. Et in illo nemo poterat ſe excuſare & ſubtrahere ſeu ſubripere ſub pœna corporis & bonorum, nec cuiquam parcebatur vel ſupportabatur, nec de conſulibus ſeu quibuscunque aliis ſecularibus.

Eodem anno, in die XI. Millium Virginum ante murale vulgò *Zwinger, umb des Kunigs veſten ward verpracht und zugemaurt*, quartâ horâ ante meridiem.

Eodem anno, Sabatho poſt Simonis & Judæ foſſa munitur in circuitu caſtri quondam Burggravii vulgò: *da hueb man an den graben bey der Brucken vor dem veſten thor.*

Eodem anno infra Galli & Simonis & Judæ reformatum eſt Monaſterium S. Katherinæ.

Anno MCCCCXXX. venerunt Huſſitæ in regiones iſtas, & cœperunt Plawen & Hoff & Pairewt & Aurbach.

Eodem anno quartâ feriâ poſt Nativitatis B. Virginis venit Rex Sigismundus Nurembergam. Sequenti die poſt prædictum feſtum venerunt duo nobiles & militares ad forum in duellum propter unam mulierem, & erant ambo de Kathilonia: cui uni nomen erat Hugo *von Franckreich*, alteri Petro *von Wirſeſen*, & Petrus ſuccubuit. Rex verò Sigismundus receſſit in vigilia omnium Sanctorum.

Anno Domini MCCCCXXXI. iterum rediit Rex Sigismundus Nurembergam feriâ quartâ ante carnisprivium de Suevia, & ad eum venerunt Electores & alii Principes & Domini, & concluſerunt contra Huſſitas ire. Et ad hoc dies ſtatuta fuit feriâ quartá poſt Gregorii in Quadrageſima.

Feriâ quarta Palmarum Rex Sigismundus præſedit judicio in Prætorio inter Ducem Ludovicum de Ingelſtat & Ducem de Lantzhut propter guerras & bella inter ſe & vulnerationem Ludovici Conſtantiæ, quando Dux Heinricus Ludovicum Ducem gladio confodit ſeu confixit: & Heinricus perdidit cauſam & ſuccubuit. At judicatum fuit qûod Dux Henricus deberet ſemel peregrinari ad ſepulchrum Domini aut alius loco ejus ydoneus & Nobilitate tali progenitus; & ad ſanctum Cruorem & ad Aquisgranum, & debebat duas perpetuas miſſas fundare, unam quo in loco incœpta fuit diſcordia, ſcilicet Conſtantiæ, alteram, ubi Ludovicus vellet habere; & hæc omnia deberent fieri infra anni ſpatium.

Anno Domini MCCCCXXX. feriâ ſecunda poſt Mathæi horâ veſperarum conflictus cum Huſſitis committebatur, & Chriſtiani ſuperiores evaſerunt, & factum eſt ante ſylvam Bohemorum juxta Gaismunchen, & interfecerunt MLXXXV.

Anno Domini MCCCCXXXIIII. vel III. Huſſitæ occubuerunt & occiſi ſuerunt circiter XIII. M. *von den Panner herrn und von den von Prag*; quorum capitaneus fuit unus de Plawen & unus de Clenaw, & tantum VI. C. Chriſtianorum ceciderunt. Prælium incœptum fuit Dominicâ ante feſtum corporis Chriſti, & durabat per totam noctem usque in ſequentem diem in quintam horam.

Eodem anno, erat Torneamentum, & illud erat Leonhardi de Ehenhaim, & factum fuit feriâ tertiâ poſt Egidii, in quo Torneamento Dux Joannes & tres juniores Marggravii cum eo de Brandeburg: & Dux Joannes fuit percuſſus, qui cecidit ex ſella & plures alii militares. Et illud Torneamentum erat præſtantiſſimum quod unquam ante fuerat multis temporibus, & poſtea quatuor Torneamenta ſtatuta fuerunt; unum ad Heidelbergam de Illis *von Katzenelpogen*: aliud ad Eſlingen ab uno de Rechberg: tertium ad Ratisponam ab uno de Frawenberger, & ultimum ad Newenſtat an der Ayſch à Marggravio Alberto de Brandenburgk.

Eodem anno, cum eſſet aſperrimum frigus circa feſtum Purificationis, tamen fulmina & fulgura contigerunt.

Anno MCCCCXXXIIII. Norimbergenſes obſederunt caſtrum Kaltenburg quod Bombardis dejecerunt.

Anno Domini MCCCCXXXVII. In die S. Egidii cepit peſtis, & duravit usque ad natale Domini, & in rure plurimum ſæviebat

viebat, & tunc hîc cœmiterium in novo Hoſpitali, ubi eſt ædificata capella & dedicata S. Sepulchro, incœptum fuit, pro ſimplicibus qui in Hoſpitali moriebantur.

Eodem anno obiit Sigismundus, & Dux Albertus ab Ungaris fuit in Regem Ungariæ Electus, qui ſequenti Anno, ſcilicet A. MCCCCXXXVIII. venit Weiſſenburg In Ungaria, & in novo anno fuit coronatus, & ipſa Duciſſa ſimiliter coronata.

Eodem anno MCCCCXXXVIII. ab Electoribus fuit electus in Regem Romanorum & miſſi ſunt Electorum Legati ſeu Conſiliarii ad eum in Wienna ob hujusmodi Electionem, cui ipſe tandem conſenſit, qui XII. Equos & XVI. *par verguldter knopff* (alias *kopff*) unicuique ſuam partem ad Hoſpitium cum buccinis dirigendo prædictis Conſiliariis miſit.

Epiſcopus Herbipolenſis captus fuit in Profeſto ſeu vigiliâ S. Nicolai à Joanne Hirshoren & Wilhelmo de Regperg, juxta Schluſſelfeld quando ad inferiorem Hochſtet equitavit vel contendit, & ductus fuit ad Reichenneck & graviter fuit vulneratus, & ibi detentus fuit usque ad Dominicam ante Gregorii in Quadrageſima, & tunc liberatus fuit, & Dieta fuit Nurembergæ anno MCCCCXXXVIIII.

Anno Domini MCCCCXLVIII. Obiit Margravius Senior de Brandenburg.

Anno Domini MCCCCLVII. Exorta fuit ſeditio in Haydesfeld contra conſules à Popularibus, ob quod Nurembergenſes illuc venerunt & XII. de Popularibus, qui hujus ſeditionis cauſa extiterunt, captivos Nurembergam duxerunt qui in Ebdomadâ palmarum capite plexi ſunt.

Anno Domini MCCCCLXXVII. Dux Burgundiæ bellum habuit contra Suitenſes, qui cum quadringentis magnis Sphæricis lapidibus Bombard. obtinuerunt caſtra ipſius Ducis, vulgò Wagenburck, & omnia ſua Clenodia cum Sede deaurata & cancellariam, plusquam ducenta millia aureorum valentem, ceperunt in caſtris. Et factus eſt conflictus iſte Dominicâ invocavit.

Iterum cum eodem Duce Suitenſes conflixerunt Sabbatho ante Joannis Baptiſtæ & debellârunt eundem Ducem, interfectis plus quam novemdecim millibus Virorum, captis caſtris cum quingentis tentoriis & XI. Equis Equeſtribus * juxta civitatem * ita apogr.
quæ vocatur Loſa, anno prædicto.

Anno Domini MCCCCLXXVII. Dux Burgundiæ Carolus occiſus fuit.

BREVE CHRONICON NORIBERGENSE ET LOCORUM VICINORUM

Ab Anno Chriſti MCXVI. ad Annum MCCCXCVIIII.

Ex Geſtis Temporum collegit

HARTMANNUS SCHEDELIUS

Med. Norib.

Monitum prævium Editoris.

VIſum nobis & hoc *Breve Chronicon* priori velut ſuccenturiare, quod & ipſum pleraque Bavarica contineat; deſcripſit id HARTMANNUS SCHEDELIUS *ex Geſtis temporum*, uti vocat, vel uti nos quidem interpretamur, qui ſtudia viri novimus, ex variis collectaneis vetuſtis, quorum Auctores ſciri deſierunt. Legitur pag. 205. ſpiſſi voluminis BIBLIOTHECÆ BAVARICÆ Num. CCXXII. inter Hiſt. in fol. ſignati, quod præter incunabula quædam rariora typographica, nonnulla inſuper manu Schedelii exarata continet. Solent hæc talia plerumque tenuitate ſua elabi, quod & rarior edendi occaſio, nec ſi quæ tandem offertur, inveniendi facultas: aut ita ſæpè negligi, pro captu nimirum poſſidentium, ut ſæpius pedibus quam manibus terantur, quemadmodum verè deplorat HIERONYMUS PEZIUS (z) de rebus noſtris & ipſe præclarè meritus. Ut itaque gratiam non parvam à poſteris ineant, quotquot parva hæc colligunt, ſine quibus ſæpè magna conſtare non poſſunt.

Breve Chronicon Noribergenſe & Locorum Vicinorum.

ANno Domini MCXXVI. Ebracenſe Monaſterium ſeu cœnobium fundatum & ædificatum fuit.

Anno Domini MCXXVIII. Fontis ſalutis Monaſterium fuit ædificatum.

Anno Domini MCLIII. Ducatus Bohemiæ mutatus fuit in regnum; Et eodem anno Auſtriæ Marchionatus mutatus fuit in ducatum.

Anno Domini MCLXXX. Heinricus Bavariæ Dux judicio Principum ac conſenſu dejectus fuit per Fridericum Imperatorem à ducatu, & in locum ejus fuit ſubrogatus & poſitus Comes Otto de Scheirn.

Anno Domini MCCLXXXII. Dux Ludovicus de Bavaria ab ignoto ſpectantibus ac videntibus omnibus ſuis transfoſſus fuit.

Anno Domini MCCLXXXIX. Filius Ludovici fuit occiſus ſeu perfoſſus lanceâ Nurmbergæ in haſtiludio.

Anno Domini MCCXCVIII. Judei Nurembergæ & in Franconia interfecti. Et eodem anno Rex Albertus magnam curiam habuit Nurembergæ.

Anno Domini MCCXCV. junior Burggravius Nurembergenſis tres filios ſuos dedit ad ordinem Theutonicorum cum caſtro Virnſperg, & fundavit Canonicos in Spalt.

Anno Domini MCCCXXXII. Fridericus Dux Auſtriæ pugnans cum Rege Ludovico in bello ſuccubuit, & captus apud Kornbergk in inferiori Bavaria.

Anno Domini MCCCXXXIII. Incœptum fuit Hoſpitale Nurembergæ & initium habuit.

Anno

(z) Nuncup. ad CAROLUM VI. CÆS. AUG. Script. Rer. Auſtriac. præmiſſâ.

Anno Domini MCCCLXI. natus fuit Wentzeslaus in caſtro hic Nurembergæ in die S. Gerdrudis, qui ſecundo anno ætatis coronatus fuit in Regem Romanorum in die S. Viti, qui cum baptiſaretur egeſtiones miſit in Baptiſterium & aquam benedictam, & cum aqua debebat calefieri, domus cœpit ardere, quæ ſigna futurorum malorum fuerunt.

Eodem anno, quo præfatus Rex Wenceslaus fuit natus, Chorus S. Sebaldi in æſtate cœpit ædificari.

Anno Domini MCCCLXVII. Murus in circuitu caſtri Burggravii Nurembergenſis Friderici, verſus civitatem reſpiciens perfectus fuit in vigilia S. Nicolai, in XL. diebus, de quo lis inter Burggravium Fridericum & Nurmbergenſes exorta fuit.

Anno Domini MCCCLXXVII. fuit peſtis magna, ita quod ſæpius unâ die ducenti & decem mortui ſunt. Eod. anno feriâ quartâ Pentecoſtes conſecrata fuit Eccleſia S. Joannis extra muros civitatis.

Anno Domini MCCCLXXIX. circa feſtum Jacobi iterato peſtis ſævivit.

Anno Domini MCCCLXXXIII. die tertia ante Dionyſii Monaſterium hic Carthuſienſium fuit conſecratum, cujus initium ante triennium cepit.

Anno Domini MCCCLXXXVII. Incepit commune bellum inter civitates & Principes.

Anno eodem in die S. Margarethæ juxta eaſtrum Rex Wenceslaus ſubvertit inſtitas, vulgariter *die krem* & equitavit ad Rotenberg.

Anno Dom. MCCCXCII. major campana ad S. Sebaldum in vigilia Corporis Chriſti benedicta ſeu conſecrata fuit.

Eodem anno tanta nix cecidit, quod homines prohibuit domos exire.

Anno Dom. MCCCXCV. Monaſterium ad Prædicatores fuit recluſum, quod factum fuit in die Michaëlis.

Anno Dom. MCCCXCVI. Rex Hungariæ Sigiſmundus bellum geſſit contra gentiles, ſed gentilis Rex obtinuit campum & circa XXIIII. M. Chriſtianorum occiſi ſunt, & plures capti. Rex verò & Burggravius Nurembergenſis flumine evaſerunt.

Anno Domini MCCCXCVII. incepit bellum inter Epiſcopum & Herbipolenſes.

Eodem anno obiit Prewttinger feriâ III. ante Andreæ, *der Viſierer der das ungelt hie auffpracht*.

Eod. anno eaſtrum Reicheneck fuit deſtructum, Sabbato ante feſtum Mariæ Magdalenæ.

Anno Domini MCCCXCIX. obiit Fridericus Marggravius ſenior feriâ ſecundâ ante converſionem S. Pauli.

BERTHOLDI
ABBATIS S. CRUCIS WERDANI
ORD. S. BENED.
Quomodo Portio vivificæ Crucis Werdeam
pervenerit
HISTORIA.

✲ ✲ ✲

Ex Cod. MS. SCHEDELIANO *Bibliothecæ Bavaricæ*

eruit atque edidit

ANDREAS FELIX OEFELIUS.

Editoris Præfatio.

EN Tibi LECTOR BENEVOLE deperditum & diu fruſtra quæſitum S. CRUCIS *Werdanæ* Monumentum. Quod vetuſtâ manu exaratum, neſcio unde nactus HARTMANNUS SCHEDELIUS inſtructiſſimæ, pro illis temporibus, Bibliothecæ ſuæ intulit. Id ille unà cum aliis Ma-
(a) nuſcriptis ut plurimum Hagiographis (a), volumini cuidam, incunabula typographica continenti, more ſuo circa finem conglutinavit. Quo loco cum inter typis editos, lateret & falleret ignotum, ſagaciſſimos doctiſſimorum Virorum RADERI GRETSERIque oculos feſellit, qui in gratiam HENRICI CANISII *Antiquarum Lectionum* immortale opus molientis, nullos non pluteos Bavaricæ Bibliothecæ, doctis omnibus MAXIMILIANI I. munere & invitamento publico, ultrò patulæ, excuſſerunt. Adeò ſemper in ubere agro etiam poſt meſſem ſpicilegio locus eſt.

Authorem illud agnoſcit BERTHOLDUM, ejusdem Monaſterii, cujus theſaurum deſcripſit poſt THEODORICUM, Abbatem ſecundum, quem ut paulò exactius noſcamus, ipſius Monaſterii origines ex Viro clariſſimo CORBINIANO KHAMMIO *Udalriciano* Monacho HIERARCHIÆ AUGUSTANÆ, la-
(b) borioſo Auctore, breviter repetendæ ſunt. (b)

Monaſterium S. CRUCIS *Werdanum* Ord. *S. Benedicti* intra muros urbis *Donawerdanæ* Peninſulæ (Peninſulam Germani *Werd* appellant) ſitum juxta arcem Mangoldſtein (hodie *Burg* nuncupatum) circa annum MXXIX. à MANGOLDO Comite in *Kiburg*, *Dillingen*, *Wittislingen* & *Mangoldſtein* ſive *Werd*, & TUTTA conjuge ejus pro virginibus Deo dicatis fundatur, IRMENTRUDA Fundatoris ſorore pii cœtûs ſed nullam adhuc dum certam regulam ſecuti, prima antiſtite. Dum anno Domini MXLIX. è *Moguntina Synodo* Romam redeuns & ad *Mangoldum* Comitem *Werdam* divertens LEO IX. Pontifex Maximus Eccleſiam Monaſterii III. Non. Decembr. ipſo *Henrico* Auguſto præſente ſacro ritu initiavit, hoſpitisque *Mangoldi* filiam GUNDERADAM velo donavit, & Parthenoni dehinc ſub D. Benedicti regula victuro, primam
(c) Abbatiſſam præfecit. Bullæ tenorem exhibet Khammius (c). Ea in Bulla

mentio

(a) ſed iia Schedelii manu A. 1473. exaratis.
(b) Hierarch. Auguſtanæ P. III. regulari Partit. I. C. V. Sect. I. n. 1. & ſeqq. p. m. 246
(c) loc. cit. pag. m. 246. & ſeq.

mentio particulæ ligni vitæ, quod BERTHOLDI Hiſtoriæ argumentum facit, ejúsque velut Periochen continet, his verbis: *Ideo filia* (virginem velandam alloquitur) *tui patris ampla in Deum devotio, laudabilem fructum produxit, cum pro portione ſanctæ & vivificæ Crucis in qua Dominus noſter JESUS CHRISTUS ſalus noſtra pependit decenter auro & gemmis ornata, tunc ab Autocratore CPoleos, nomine Romano Argyro, dono data cum ad eum miſſus eſſet ab Imperatore Chuonrado, ut filiam ſuam nuptui traderet ejus filio, fundavit Eccleſiam in Petra* &c.

Quæ porro addit KHAMMIUS de Matrimonio græcanico fruſtrato & relatâ à *Mangoldo* Legato ſacræ Crucis particula, cujus deſcriptionem accuratam ex CAROLO STENGELIO (d) repetit, hîc miſſa facimus, quod plenius hæc omnia perſequatur BERTHOLDI noſtri narratio. (d)

Fuit autem BERTHOLDUS e numero ſex fratrum Monachorum qui tradito deficientibus ſenſim monialibus, Benedictinis Monaſterio, è *San-Blaſiano*, novi coloni vocati fuere; quorum primus Abbas conſtitutus THEODORICUS, ille ipſe ad quem Hiſtoriam hanc perſcripſit BERTHOLDUS. Is THEODORICUS in cujus laudibus prolixus eſt Cl. KHAMMIUS, ab anno MCI. ad annum usque ſeculi illius quinquageſimum quintum præfuiſſe legitur quo medio tempore conditam Hiſtoriam, quam edimus, neceſſe eſt.

Huic poſtea Succeſſor datus hic ipſe BERTHOLDUS. *Erat is etiamnum* (ſunt verba laudati KHAMMII (e)) *de primis ſex San-Blaſianis Patribus, græcè & latinè apprime doctus, proſa & metro Clariſſimus. Inter cætera ingenii ſui Monumenta* (quæ velim enucleatius recenſuiſſe KHAMMIUM, ſi quæ noverat) *triumphalem Chriſti Crucem quam poſt fundatores generoſiſſimos Heros Maximilianus auro & gemmis* (f) *ille verſibus, trium vero Heroum* (g) *corpora in unâ tumba ſub inſigni Mauſoleo condita brevi Epitaphio* (quod refert) *exornavit.* (e) (f) (g)

Quousque regiminis aut vitæ annos produxerit BERTHOLDUS, *Khammius* non meminit. Succeſſoris ejus *Eberhardi* ſeu *Gerhardi* ad annum MCXCIIII. fit mentio. In *Bruſchio* (h) qui Theodoricum A. MCXXXV. & MCLXVI. præfuiſſe ex Chronico Cæſarienſi memorat, poſt hunc Abbatem omnia ad ſeculum usque XV. immenſum hiant. (h)

Cæterum quæ circa ipſam Hiſtoriam Vanno criticâ probè excuſſam obſervari poſſint, aliorum diſcuſſioni relinquimus, contenti eam è tenebris, in quibus tanto tempore delituit, in lucem produxiſſe, nonnihilque ad illuſtrandas Antiquitates illius Monaſterii contuliſſe, cujus mihi rationes multis aliis potiores ſunt, quod in eo gentilis meus MARTINUS OEFELIUS, à THEODORICO Trigeſimus Septimus Abbatialem dignitatem, etſi iniquiſſimis temporibus, fortunis Abbatiæ Gallo-Suedico bello ferè abſumptis, cum laude tamen geſſerit.

(d) in Monaſteriologia. Eundem vide Rer. Auguſtan. P. II. Cap. XXVIII. n. IV. p. m. 137.
(e) l. c. §. 18. p. m. 255.
(f) XII. Cal Maji 1496. coram veneratus, ut ibidem fusè l. c. §. 6. & 7. p. m. 250.
(g) totidem Mangoldorum Comitum: Patris, Filii & Nepotis.
(h) Chronolog. monaſter. Germ. p. m. 403. edit. Sulzbac. 1682. in 4.

Fr. Bertholdi S. Crucis Werdanæ Hiſtoria.

Domino THEODERICO Sanctæ Crucis in Werde Abbati Venerando

BERTHOLDUS FRATER

Obedientiam & Orationes!

POſtquam nuper à veſtra dignitate majori quam parvitatis meæ menſura exigeret caritate dimiſſus abſceſſi, Imperatum à vobis mihi negotium ſæpè numero ipſe mecum pertractans, nulla qua id effectui dare poſſem velut rei dignitas exigit aſtipulante fiducia, præſertim cum & corporis incommoditas & ingenii exiguitas plurimum obſtiterint, non attentare quidem potiſſimum factu fore putavi. Parva enim ingenia magnæ & graves plerumque upprimunt materiæ. Sed quia veſtræ dignitatis imperio non obtemperare quocunque modo, ſcelus credidi, litteris ut à vobis accepi & iogenii mei paupertas dedit ſacultatem, qualiter Portio vivificæ Crucis Chriſti quæ apud vos habetur, partibus noſtis à Græcia allata ſit, ſignificare curavi, his quidem qui calumniandi & ſubſanandi habent uſum & qui ambulant in magnis & in mirabilibus ſuper ſe materiam dicendi proponentes, vos autem qui in virtute Dei cuſtodimini & non in vobis ſed in Cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti gloriam reddentes vitulos labiorum noſtrorum.

Igitur Conradus ex Regni primoribus unus, ſed regno ante per rebellationem adverſus, poſtquam LXXX. quinto loco ab Auguſto, anno Domini MXXV. Regnum ſuſcepit & regnavit xv. años, Filio ſuo regiæ Nobilitatis mulierem matrimonio copulare volens communicato cum ſuis conſilio CPolitanum ad Regem nomine Romanum, ut filiam ſuam ſuo nuptui traderet Filio, mittere decrevit, ſicque factum eſt ut tantæ tamque fidelis agendæ cauſa Legationis Wernherum Strazburgenſis Eccleſiæ Pontificem, Manegoldum quoque de Werde, nuntios deſtinaret. Hic vir jam dictus ſcilicet Manegoldus quantæ dignitatis & rerum opulentia, quæ prima Mortales exiſtimant, ſuo tempore ſuerit, Hætedum ſuorum Nobilitas noſtris nihilominus temporibus manifeſtis declarat indiciis. Fuit etiam magna vis animi & corporis, efficax, ſtrenuus, facundus & ad omnia ſollertiſſimus, hi mores viri, hæc immota ſecta militis.

Servare modum, finémque tenere. Imperatum ſibi tandem iter aggreſſus, ſuæ tantæ tamque laborioſæ haud ignavus proviſor viæ ut ſui potens foret, atque liberiorem ſui gerendi negotii haberet facultatem de publico & familiari ſumptam ærario, ingentem ſecum abduxerat pecuniam, ne forte inopiâ ſaciente in alienam reſpicere cogeretur menſam & dum vita ejus in cogitatione victûs eſſet cauſæ ſuæ minus opis conferre potuiſſet. Verum ut ad id quo tenderant loci perventum eſt, qui eſſent, & quæ cauſa ſubegerit ignotas tentare vias exponentes digno cum honore, ut puta Romanorum Imperatoris nuntii ineundique fœderis nuntium ſerentes ab eo ad quem miſſi fuerant Conſtantinopolitano Rege ſuſcipiuntur. Multum verò temporis ſuper legatione ſuâ illic ſuſpenſi fecerunt Deu pro nobis aliquid melius providente, ut dum illorum fruſtraretur negotium pro Regis filia meliori dote per portionem vivificæ Crucis Chriſti, quæ Græcis aliquandu viſa eſt ſtultitia ab illis per illos ad nos translata partes noſtræ ditarentur.

Interim Manegoldus noſter prudenter ubique ſe gerens non immemor virtutis Paternæ tametſi peregrinus & advena ciborum apparatu multiplici, veſtiúmque culti non modico quaſi regiam oſtentans liberalitatem glorioſè inibi victitabat nihil tamen ad tam ſolemnes actus Regis illius facultatibus uſus quamquam ſæpè multa uffetendo illi largiri voluiſſet. Hinc quoque factum eſt, ut Regi charus & regalis curiæ Miniſtris foret acceptus, in commune prudentiam viri cuncti mirarentur. Rex quoque non ſeditioſæ voluntatis ſententia ſed ut admiratam amplius illius experiretur prudentiam, publicam, & omnibus communem apud forenſem lignorum illi interdici juſſit emptionem, ut dum materiâ ſublatâ uſibus ignis caruiſſet, quânam arte amicæ injuriæ obviare vellet, ſcire potuiſſet. Nec mora Philoſophus noſter indoctus Elementi virtutem, inſequitur naturam rimatur, & in quo duplici ex cauſâ virtutem ampliorem ſore perſenſit in eſcam hoc illi contradidit. Nam nuces comparari præcepit, atque lignorum vice ignem ex his ad uſus neceſſarios fieri præcepit. Verum & præter id quod neceſſitatis ratione fieri oportuit, ut popularium rumore publicatus amplius tanquam foret in re, aurum poſſidere putaretur, pro ſerramentis quibus equorum plerumque pedes munire uſus eſt, auricalcum illorum ad formam ductum ungulis equoruui affigi præcepit, ut mentita materia coloris imaginatione, aurum quod non fuit, eſſe putaretur. In argumentum quoque fidei ne fortè opinantium ſalſata mens verum experiretur, unum ex his de auro fieri atque in ſuo loco ægrè affigi juſſit, ut in motu equi modicâ elevaturâ relictum, facile ubi voluiſſet abjiceretur, ibique repertum dubiæ rei,

verumtamen non ſine ejus damno faceret fidem, quod ſic quoque factum eſt. Sed veniamus ad cauſam: Itaque Palatium Regis callidus explorator ingreſſus eundem Regem mane & veſpere tabula & gemmis & auro, ſicut eſt hodie decenter ornara, benedici conſpexit, religionem illic incluſam oon ignorans. Contra ſpem in ſpem non aurum & gemmas ſed cœleſtem illie invenrum concupivit Theſaurum, illoque omnem petitionem ſuam transtulit, quo ſe præ omnibusGræciæ divitiis non ſine magnæ cultu juſtitiæ, ſi obtineri poſſet, ditari maluiſſet. Cum ergo die quodam familiari Regis pollicitatione, ad aliquid ab eo poſtulandum animus ejus provocaretur, tunc jam petitioni ſuæ, quam pro tabulâ facere dudum ante decreverat, aptum adeſſe tempus exiſtimans, ſatis cauta primum inſinuationis forma benevolentiam ejus ſibi comparans, nt quamquam non volens, quod petebatur, præſtare cogeretur, ac ſic tandem proloquitur: Non contemptûs causâ optime Imperator nihil à te tuorum poſtulare hactenus volui, ſed quia multis à Rege meo divitiis * & nullius opum indigus, non petere ſed magis ad illius honorem diſtribuere mea paratus fui. Verumtamen ne tuæ non pàream dignitati pro re modicâ msjeſtatem tuam interpellare ſi modo te aſſeras mihi quæ rogaverim præſtiturum, decrevi. Nec mora voluntatis ejus Imperator neſcius, quidquid ille poſtulaverit promptiſſima ſe oblaturum continuo ſpondet voluntate, his ille promiſſis animatus tabulam inquit, quâ caput tuum frequenter benedici conſidero, ut pro munere largitas tua mihi tribuat depoſco. At ille inoppinatæ petitionis verbo quaſi jaculo percuſſus obſtupuit & obſtinatius peririoni ejus reluctando nulla hâc ratione fieri poſſe nt Regale & Inveſtitura regni Græcorum, cuiquam daretur aſſeruit. Econtra Manegoldus non inquit te principem tantæ genris tamque imperioſæ poteſtatis decet fallere & quæ diſtinxerunt labia tua, non implere. Sicque petita dare negsntem congruis frangens reſponſis, ægrè tandem tabulam & ſanctæ Crucis portionem illic incluſam obtinuit. Sed ſæpènumero dictus Rex ne tantâ penitus privaretur benedictione, ſimúlque gentis ſuæ ſuper ligni veneratione metuens animadverſionem, ut requiſitus inde verius affirmare potuiſſet, duas ſibi particulas excipiens reſervavit, cæteras illi contradidit, ſiquidem pridem omnes XII. ſuerunt. Itaque vir miræ prudentiæ diu deſideratum tandem adeptus theſaurum, quia ſecum in partibus illis retinere non integrum credidit quomodo cautius ad propria mittere poſſet deliberare cepit, ſiquidem ſcrinium artificio conſueto fieri præcepit, ſed partem illius inferiorem duarum conjunctione tabularum compoſuit, quarum medio cavatura pro quantitate metalli factâ, cæleſtem illic includens theſaurum abſcondit: ſicque naturali vacuitate vaſculi datis ſibi muneribus repleta per ſervos ſuos ad propria transmiſit. Ipſe verò cum aliis ſuæ legationis viris præcipuis illic remanſit. Interim Rex ipſe CPolitanus febre corripirur & ingraveſcente doloris magnitudine paucis interpoſitis diebus expiravit. Continuo enim ut exactori ſoo lignum vitæ ſe ipſum tantâ privans benedictione contradidit, ſententiam mortis accepit. Sed quo id occulto Dei factum ſit judicio excutiendi nihil noſtrâ intereſt. Illo autem defuncto in locum inde mortui alius eligirur, & ſicut legum exigunt jura innovandi regni, & novi Regis confirmandi cauſa regalia omnia perquirunt, non inventa autem ſæpènumero dictâ jam tabula quæ illorum inſigne fuit regalium Manegoldus in cauſam ponitur. Captivus tenetur ac furti reus accuſarur: nam quia ſolus cum ſolo Rege frequentius egiſſe & foribus palatii familiaribus aſſediſſe viſus ab illis fuerat, artiumque ejus non neſcii ſolâ illum ſuſpicione impetunt, ſed non ſalsò opinantes rem tamen penitus ignorabant. At ille conſcius ſibi, ne cui forte notabiliter ſigno ſubjectus deprehendi potuiſſet conſtanter ſe geſſit ac impoſitæ ſibi fraudis malum forti à ſe animo ſubmovit. Illi verò acrius ſuam perſequentes injoriam Res illius familiares in domo perſcrutati ac nuntios quos præmiſerat inſecuti ſunt. Sed cum arte prædicta illuſi nihil ubique ſuorum reperiſſent, & illos ut ceperant, abire permittunt, & injuriarum cum illo agere conquieſcunt. Conſiderans autem qui tunc crearus erat Rex Legationem Manegoldi quam pro filia prædeceſſoris egerat patre defuncto jsm irritam fore, cogitavit ſororem ſuam in illius locum ſubſtiruere, ac perinde Manegoldum & ſuos ampliore quam prius veneratus eſt honore, & ſi ſuæ in hac parte faveret voluntati magnis ſe eum remuneraturum fore donis promittebat. At ille ſuum determinatum eſſe videns negorium, & optatis potitus nihil ſibi ultra in Græcorum facultatibus reſiduum ſore exiſtimans, natale verò ſolum tantum affectans, quo quaſitutiori præſidio Regis illius per ignotas terras ſoveretur ducatu placita ſuper petitione ſua illi dare verba ſatagebat. Interim verò dum de ſe, amplius autem pro eo quem ante ſuos præmiſerat celeſti anxius tenetur theſauro, in viſu noctis dicitur ad eum: Si felici rerum eventu agere & proſpero ad patriam remeare curſu deſideras omnipotenti Deo vove Eccleſiam in villâ partium tuarum quæ dicitur Wenndingin in honorem S. Emmerami cum optatâ ſalure fines tuas attigeris conſtructurum te fore. Exemplar autem hujus Fabricæ ſit tibi capella quam hie cernis Sancti N. quæ transpoſitis partibus ſuis formam crucis conſiderantibus ſe præmonſtrat. Quâ viſione ille ſtupefactus, ſed de laboris ſui periculo relevatus prædicto Strasburgenſi Epiſcopo Wernhero Comiti ſuo quod viderat, inſinuare curavit. Epiſcopus autem relatæ ſibi viſioni non credens, levitatem verò fidei illius

* ſubaudi donatus &c.

in

in hac parte irridens volgari illi jocandi ſermone reſpondit ita dicens : Si, inquit, cum te hæc vidiſſe contigit, ſedem galli tenuiſſes, inhoneſtæ ruinæ proximus fuiſſes. Nocte verò inſecutâ cum ſe Manegoldus ſopori dediſſet, audivit vocem iterato de Eccleſiæ conſtructione ut prius ſe ammonentem, & ut verba ſe aſtruere non dubitaret in argumentum fidei, hoc quoque illi inſerebat, quo me vera tibi dicere non ambigas, ſcito eum, qui te pridem irriſit Epiſcopum, tertiâ die moriturum. Ille verò de ruina Comitis ſui amplius ſtupefactus, quamquam triſtem de ipſius interitu nuntium ſerret, maluit tamen eum præmonuiſſe quam inopinatæ cladi improvisè ſubjacere. Unde quod viderat modeſtius illi inſinuabat, Epiſcopus autem ſomniorum phantaſiis non ſe facilè illudi poſſe affirmans febre corripitur ac die tertia, ut ſibi prædictum fuerat, expiravit. Igitur Manegoldus de ſe tam certo in Epiſcopo conſtante præſagio factus ſecurior, votum unde præmonitus fuit pro itineris ſui proſperitate Deo vovere non diſtulit, ac ſic magnis à Rege illo honoratus muneribus à Græcia cum ſuis diſcedens nuntios, quos cum ſancta Cruce præmiſerat alacriter proſecutus, Patriæ ſuæ cum pace reſtitutus eſt. Decebat enim, ut qui lignum ſalutis & pacis tantâ devotione ferebat pacem & proſperitatem haberet, nec illi ſoret Sathan aut occurſus malus, qui id detulit, in quo Dominus noſter Jeſus Chriſtus Principatus & Poteſtates tenebrarum harum devicit, qui vivit & regnat per omnia ſecula ſeculorum amen.

ANO-

ANONYMI ALTAHENSIS BREVE CHRONICON BAVARIÆ

Ab Anno Chriſti DXIIII. ad A. DCCCCXCVIII.

* * *

Ex Schedis SCHEDELIANIS *edidit*

ANDREAS FELIX OEFELIUS.

Monitum prævium Editoris.

ET hocce breviculum Antiquitatis Boicæ ſcidium HARTMANNO SCHEDELIO debemus, in cujus ære jam olim eſſe cœpimus; Is inſtituta per vicina Monaſteria Bavariæ ex *Amberga*, ubi praxin clinicam exercebat, excurſione litterariâ, illud in *Altahenſi* Monaſterio, quod *inferius* vocamus, ad oram veteris Codicis *Ottonis Friſingenſis* ab Anonymo Monacho *Altahenſi* allitum repperit, &, ut nihil negligit utilis curioſitas, in adverſaria ſua retulit, unde & nos deprompſimus

Floriferis ut apes in ſaltibus omnia libant. * * Lucret.

Subjicimus mox aliud, antiquitates quasdam Monaſticas Patriæ continens ab anno Chriſti DCCCCLXVII. ad annum usque MCCXLII. pertingens, & ipſum è Codice vetuſto alicubi à Schedelio excerptum (i). Velim virum alias diligentiſſimum fodinas indicâſſe, unde has pretioſioris metalli lamellas eruerit. Sed non ferebat temporum illorum naſus, quod noſter deſiderat atque requirit. (i)

Adjecimus & tertium Monumentum Chronicum, quod ab anno Chriſti MCLVI. ad ſeculi decimi quarti octavum ſupra ſexageſimum protenditur, & ipſum ex ſchedis Schedelianis. Cuperem & de hujus Auctore propiora Lectores docere poſſe, ſed hactenùs fruſtra fui. In medio palma eſt; peritiores experiantur, doctiores, addam etiam, feliciores.

Anonymi Altahenſis breve Chronicon Bavariæ.

ANno Domini DXIIII. Theodo Dux Bajoariæ obiit, cui ſucceſſit Filius ejus Theodo.

Anno Domini DLXXX. S. Ruodpertus Wormatiæ claruit Epiſcopus, unde poſtea depulſus Bajoariam petit, & Theodonem Ducem baptiſavit.

Anno Domini DLXXXXIII. Otharius Rex Longobardorum Theodolindam filiam Gerwaldi Regis Bajoariorum duxit uxorem.

Anno Dom. DCLXX. regnat Theodebertus Dux in Bavaria.

Anno Domini DCCXLI. Monaſterium Altaha ab Udilone Duce Bajoarico ex Conſilio S. Pirminii conſtruitur, in honorem S. Mauritii & Sociorum ejus.

Anno Domini DCCCLI. Lupicinus Archiepiſcopus S.Hermetem ad Saltzburch attulit.

Anno Domini MCCCLVIIII. Adelwinus Archiepiſcopus corpora SS.Chryſanti & Zoariæ Saltzburch attulit.

Eo tempore Karolomannus in loco Bajoariæ, Odingas dicto, ſepelitur, relinquens filium Arnolfum.

Anno Domini DCCCCLIIII. Heinricus Dux Bavariæ frater Ottonis Regis Heroldum Archiepiſcopum Saltzburgenſem cepit, & oculis mutilavit.

Anno Dom. DCCCCXCVIII. Gebhardus Ratisponenſis Eccleſiæ Epiſcopus conſtruxit Monaſterium in Prule & dedicavit tempore S. Heinrici Imperatoris, tunc Ducis Bavariæ.

(i) Extat in Bav. Cod. MSC. Chart. in 4. num. CCCCLXXII. ſignat. pag. 213. à manu Schedelii.

BREVE
CHRONICON MONASTICUM
BAVARIÆ

Ab A. C. DCCCCLXVII. ad A. C. MCCXLII.

* * *

Ex Cod. vetuſto excerpſit

HARTMANNUS SCHEDELIUS.

ANno Domini DCCCCLXVII. Joannes Papa indulget Bolezlao Duci Boëmiæ, fratrueli S. Wenzeslai Martyris, ut in Pragenſi Civitate ordinetur Sedes Epiſcopalis. Ordinatur itaque conſenſu & juſſu Ottonis Imperatoris Primi Ditmarus Saxo in Pragenſem Epiſcopum à Wilhelmo Archiepiſcopo Maguntino.

Anno Domini DCCCCXCVI. S. Adalbertus martyrizatus eſt. Eodem anno Bruno, nepos Ottonis Regis factus eſt Papa & dictus Gregorius Quintus, prædictum Ottonem in Aſcenſione Domini, quæ tum fuit XII. kal. Junii, conſecrat in Imperatorem.

Anno Domini MI. Heinricus patre Hezilone natione Noricus, ejusdémque gentis Dux ab omnibus regni primoribus electus. Huic in Ducatu Bavariæ ſuccedit Heinricus, qui & Hezel dictus eſt, Patruelis ejusdem Imperatoris, qui Eccleſiam Oſterhovenſem fundavit, & patrimoniorum ſuorum copiosâ liberalitate magnificavit, quo mortuo ſine hæredibus inſtitutiools & propoſiti ſibi hæredem Imperatorem dereliquit.

Anno MXXIX. Bruno Auguſtenſis Epiſcopus obiit, & in Baſilica S. Mauritii Martyris ibidem à ſe conſtrui cœptâ, ſed minimè perfectâ ſepultus eſt.

Anno Chriſti MXXXVI. Eberhardus II. Ratisponenſis Epiſcopus XVII. kal. Aprilis obiit, cui ſucceſſit Gebhardus frater Chunradi Imperatoris.

Anno Domini MLXXII. Gebhardus Archiepiſcopus Saltzpurgenſis, Curzenſem fecit Epiſcopatum pridie Nonas Maji.

Anno Domini MLXXV. Hermannus Babenbergenſis Epiſcopus ob hæreſim Simoniacam auctoritate Hiltprandi Papæ deponitur, cui Rubertus ab Heinrico IIII. ſubrogatur. Monaſterium Admuntenſe fundatur.

Anno Domini MLXXX. Welfo Dux Bavariæ Auguſtam invadit & incendit.

Anno Domini MC. Ordo Ciſtercienſis incipit.

Anno Domini MCXIX. cepit Ordo Præmonſtratenſis io Laudunenſi Diœceſi, ſub Patre Norberto, qui fuit Colonienſis.

Anno MCXXVII. Canonici ſeculares in Eccleſia Oſterhoven transmutati ſunt in Ordinem Præmonſtratenſem.

Anno Domini MCXXXV. conſtructum & dedicatum eſt Monaſterium in Reicheobach.

Anno Domioi MCXLVI. Mooaſterium in Aspach conſtruitur.

Anno Domini MCCXLII. Albertus ultimus Comes de Pogen obiit XVIII. kal. Februarii.

BREVE

BREVE
CHRONICON BAVARIÆ

Ab Anno Chriſti MCLVI. ad A. C. MCCCLXVIII.

* * *

Ex Apographo Hartmanni Schedelii

Med. Noriberg.

TEmporibus Friderici I. Imperatoris Ducis Suevorum fratris Conradi Regis Filius primo in Germania optima pax fuit, deinde Heinrico Duci Saxoniæ, filio Heinrici Ducis Bauariæ à Conrado anteceſſore ſuo ejecti à Bajoaria, conſilio & rogatu Principum, Ducatum paternum reſtituit Noricorum: Et Heinricum patruum ſuum Marchionem Auſtriæ, tunc Ducem Bavariæ ab eodem ducatu removit: Et quia ejusdem Marchionis magna nobilitas & multa exigebat honeſtas, ut nomen Ducis non perderet: Imperator de voluntate & conſenſu Principum in civitate Ratisponæ habita anno MCLVI. Marchionatum Auſtriæ à Jurisdictione Ducis Bavariæ eximendo, & quosdam ei comitatus de Bavaria adjungendo convertit in Docatum judiciariam poteſtatem Priocipi Auſtriæ ab Anaſo usque ad ſylvam propè Pataviam, quæ dicitur *Rotenſala* protendendo. Nam hucusque quatuor Marchiones Auſtriæ, Stiriæ & Yſtriæ Chambenſis, qui dicitur de Vohburg evocati ad celebrationem curiæ Ducis Bauariæ veniebant: ſicut hodie Epiſcopi & Comites ipſius terræ facere tenentur. Sic igitur ille Henricus factus eſt primus Dux Auſtriæ.

Anno Domini MCLXXVII. Heinricus Dux Auſtriæ obiit, & Leupoldus Dux filius ejus ſuccedit.

Anoo Domini MCLXXXIX. Imperator à terra & mari movit expeditionem adversùs Soldanom, quem Rex Græciæ Yſachar primo miſſis Legatis Nurembergk jurante ſe honorificè excepturum & ſecurum ei tranſitum præbiturum, ſed eo poſtea Græciam intrante, pollicita non ſervavit, quem Imperator iterato præſtito Sacrameoto denuò de pace & concordia ac ſecuro tranſitu eum compulit, acceptis ab eo electis obſidibus.

Anno Domini MCCVIII. Philippus Rex cum Papa reconciliatus Bambergæ ab Ottone Palatino de Wittenpach occiditur.

Anno Domini MCCIX. Otto filius Ducis Heinrici de Brunswick in Regem eligitur, & ab Innocentio Papa conſecratur. Otto Palatinus Comes occiditur pro homicidio commiſſo in Philippum.

Anno Dom. MCCXVIII. Ludovicus Dux oppidum in Straubingen conſtruere cepit.

Anno Domini MCCXXIIII. Landaw conſtruitur à Ludovico Duce Bavariæ.

Anno Dom. MCCXXV. Imperator cum Filia Joannis Regis Hieroſolymitani nuptias in Apulia celebravit, ex qua genuit Conradum poſtea Regem. Et Heinricus filius ejus Rex declaratus, duxit filiam Lupoldi Ducis Auſtriæ Margaretham, cum qua præſentibus Principibus regni, nuptias celebravit apud Nuremberg, ubi propter frequentiam populi circiter XL. perſonæ, inter quas quidam Prælati, Monachi, Clerici erant, cum aliis oppreſſi occubuerunt.

Anno Domini MCCXXVI. Monaſterium Monialium Ciſtercienſis Ordinis à Ludmilla Duciſſa in Landzhut conſtruitur.

Anno Domini MCCLI. caſtrum in Teiſpach à Ludovico Duce nocte per inſidias in parte captum & in alia parte obſeſſum deſtruitur.

Otto Dux caſtrum & oppidum Dingelving conſtruere cepit.

Anno Domini MCCLVI. Ludovicus Comes Palatinus Rheni Dominam Mariam uxorem ſuam, ſororem Hainrici Ducis Brabantiæ ſuſpectam habens de adulterio tuoc in Suevico Werd morantem xv. kal. Februar. præcepit decollari. Ipſo menſe Bernhardus Dux Carinthiæ obiit, cui Ulricus filius ejus ſuccedit.

Wilhelmus Rex eodem menſe in Friſia cum exercitu exeuns à Friſonibus eſt occiſus.

Anno Domini MCCCL. exorta fuit ſeditio Nurmbergæ infra meridiem & veſperas, & Mechanici expulerunt de civitate honeſtiores, vulgò *die Erbern*, & communitas obtinuit regimen & civitatem habuit in ſua poteſtate, & urbis regimen arripuerunt, nec non facultatem: ut autem iteratò civitas daretur poteotioribus, *den Erbern* coacta fuit civitas ut daret Regi Carolo xxx. millia talentorum Hallenſium: & tunc de communitate plures fuerint occiſi, alii capite plexi: multis interdicta fuit civitas & perpetuò relegati. Talis ſeditio ac tumultus cootigit feriâ quartâ ante Penteceſten.

Anno Domini MCCCLXVIII. ſtratæ plateæ & civitas cum conſilio comunitatis.

HISTORIA
Fr. COLMANNI
MONACHI ÆGIDIANI
ORD. S. BENED.

De ortu Monaſterii S. AEGIDII Noribergenſis per Scotos, eorúmque reformatione & fine. Nec non ejusdem Monaſterii rebus poſt reformationem monaſticam ad annum usque MDIIII. geſtis

Accedit Epiſtola Fr. MARTINI Emmeramenſis Monachi ad Auctorem.

* * *

Ex apographo HARTMANNI SCHEDELII *deſcripſit atque edidit*

ANDREAS FELIX OEFELIUS.

Monitum prævium Editoris.

MOnaſterii ÆGIDIANI Scotorum apud *Noribergenſes* Hiſtoriam, diu alta caligine preſſam obiter CRUSIUS, MUTIUS, NAUCLERUS, FELIX FABER ULMENSIS & ſi qui ſunt alii; perſunctoriè & hiulcè BRUSCHIUS tra-
(k) ctavit, deperdita olim monumenta cauſatus. (k) Singulari verò ſtudio res monaſterii illuſtravit JOANNIS MULNERI *annalibus Noribergenſibus* adjutus Clariſſimus Vir & de re Germanorum litterariâ univerſa meritiſſimus ADAMUS
(l) FRIDERICUS GLAFÆUS in eruditiſſimo *de Sigillis Specimine* (l), quo in loco occaſione Sigilli, hujus Monaſterii, quod ſibi deſcribendum ſumpſerat, uberem Monaſterii ipſius notitiam ſuppeditat, ita ut nihil jam præter ipſos fontes deſiderari potuerit. Eos nos ex geminâ hujus Monaſterii Chronicâ nunc aperimus: COLMANNI ejusdem *Conventualis*, & HARTMANNI SCHEDELII de quo ſeorſim.

COLMANNI Hiſtoriam ex ejusdem SCHEDELII, Noribergenſis Philologi ſolertiſſimi apographo deſcripſimus. Inſunt COLMANNI Hiſtoriæ nonnulla de primis illis RATISPONENSIBUS SCOTIS (unde & Colonia *Scotorum Noribergenſium* ducta eſt) quæ aliquas ſaltem lucis ſtricturas in opaciſſimas eorum res mittere videntur. Cubant autem pleræque alta nocte ſepultæ, quod pauca eorum Monumenta evaſerint eaque ipſa ſabulis & commentis inquinatiſſima & ſupra monaſticam credulitatem aut piè menriendi impudentiam longè projecta. Cujus rei ſpecimen dare *Conſecrati S. Petri Ratispo-*
(m) *nenſis Hiſtoriam & Primorum Scotorum Ratisponenſium geſta* (m) poteram, ex officinâ illâ profecta, ſi tanti eſſet nugas tam inſipidas & aniles ſeriis ſcriptis & genuinis inſerere. Et ſuere tamen, etiam ex iis qui ſibi naſutiores,

(k) Chronol. monaſterior. Germ. Cent. I. p. m. 168. edit. Solisbacenſ. in 4.
(l) In ſpecimine Decadem Sigillorum complexo Lipſiæ 1749. in 4. P. III unum Sigillum Germanicum explicante, p. m. 79 & ſeq.
(m) è cod. MS. chart. in Bavaricâ qui olim Andreæ Presbyteri Ratisponenſis fuit, de quo fortè alio loco ſtudioſè. Idem eſt è quo Andreæ prædicti Diarium Sexennale promſimus.

res, nobis Simis, videntur; quos non puduit ex illo muſtaceo laureolam petere. Usque adeo omnibus lactucis, labia ſua ſuppetunt!

Cæterum quæ Monaſterii fata poſt mutatum religionis cultum fuerint, memorati Auctores affatim præbent. Nos anecdotis noſtris, ſcriptoribus duntaxat lucem; non ſcriptis dare, fundamentis non ſtructuræ operam conferre contendimus.

Poſtremo hoc quoque monendum duximus illuſtres Fratres PEZIOS alterius Hiſtoriæ Ægydiani monaſterii à ſe in BIBLIOTHECA BAVARICA curſim obſervatæ meminiſſe, & adeo exordium ejusdem repetere (n) quod neque cum (n) Colmanni, neque cum Schedelii, quod mox dabimus Chronico, ullo modo convenit. Aut igitur ſubtractam interea temporis, cum aliis multis, oportuit Hiſtoriam illam fuiſſe, aut errorem properantibus, ut fit, obrepſiſſe; usque adeo tertii cujusdam *Chronici Ægidiani* nullum hodiè in BAVARICA, at quam diligenter & quam crebro à me excuſsâ, veſtigium remanet. Adjecimus in fine Fr. MARTINI EMMERAMENSIS, eruditi (ut tempora erant) Monachi, ad auctorem Epiſtolam, in alio ejusdem *Schedelii* codice (o) MS. (o) repertam, velut in guſtum ſtudii Hiſtorici illius ævi & quod ad *Colmannum* noſtrum propius pertinere viſa eſſet.

Fr. Colmanni Monachi Ægidiani Hiſtoria Monaſterii ſui.

FRagllis hominum memoria diverſis ſæpè perturbata negoriis infinitæ rerum univerſitati non ſufficiens, ac ſuæ infirmitati conſulere cupiens, ſano providit eonſilio illis quæ firmiori memoriæ commendanda ſunt, ſcripturæ beneficio ſuccurrere. Sicut enim humanam excedit comprehenſionem arenas maris vel cœli ſtellas univerſaliter enumerare: Sic & humanæ transgreditur facultatem naturæ, illa etiam quæ ſcire convenit absque ſcripturarum adminiculo tenaci memoriæ commendare. Hac itaque conſideratione nec non attento, quod dum in Monaſteriis præteritarum rerum geſta conſcribuntur, poſteritati venturæ fructuosè conſulitur, ea quæ circa reformationem Monaſterii S. Ægidii in Oppido Nurenberg facta ſunt, rudi hîc ſunt ſtilo exarata, parumper aliquibus de fundatione dicti Mooaſterii præmiſſis ac commemoratis.

Tradente nempe hiſtoriâ cognovimus quod ſanctus Marianus cum duobus ſociia ſuis Joanne videlicet & Candido temporibus Heinrici Imperatoris Senioris de finibus Hyberniæ ad Beatum Ottonem Bambergenſem Epiſcopum venerunt. Qui cum eodem Epiſcopo anno uno permanſiſſent in habitu clericali, ſummæ abſtinentiæ deditì vigiliis & Orationibus jura mooaſticæ vitæ obſervabant. Quos cum Beatus Otto Epiſcopus præfatus antelatæ Religionis eosdem viros cœleſtibus mandatis inhiare conſpiceret, humiliter & devoté exhortatus eſt, quatenus colla ſuavi jugo Chriſti ſubderent, ac præcipuæ religionis monaſticum ſuſciperent habitum. Cujus conſilio facillimè conſenſum præbentes ab Abbate S. Michaëlis in Monte Monachorum præfatum habitum ſuſceperunt, & ibidem in quâdam cella, quam eis locaverat circa montis ejusdem radicem, Deo ſtrenuè ſervierunt.

Sed dum præfati fratres non immemores incœptæ peregrinationis limina Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli viſitare deſiderarent, habitâ benedictione & licentiâ præfati Abbatis Ratisponam proſpero itinere pervenerunt, ibique à Reverenda matre peregrinorum Abbatiſſa ſuperioris Monaſterii Hemma nomine devotè ſunt recepti. Et ibidem vigiliis, orationibus, jejuniis Deo jugitur famulantibus, tandem per Revelationem ſancto Mariano innotuit, quod ad ſanctum Petrum extra muros ad Auſtralem partem diem judicii expectare deberet. Qua re præfata Abbatiſſa eandem Eccleſiam & locum cellulæ Beato Mariano, ſuisque ſucceſſoribus, rogatu & prece pii Imperatoris Heinrici Majoris ſive Senioris, qui imperavit ab anno MLVII. usque ad annum Domini MCVII. annos ſcilicet quioquaginta, in ævum contradidit & ad tempora junioris Heinrici Imperatoris filii ſui, qui imperavit annis XX. in eodem loco ſeptem Abbates ejusdem ſancti Mariani digni ſucceſſores de eadem gente Borealis Hyberniæ finibus ſurrexerunt. Dein multiplicatis in eodem loco Beati Patris Mariani fratribus, tam arto & tam ſtricto, utpote anguſtiantibus hine inde aliarum Eccleſiarum agris locum ibidem idoneum cellulæ, ſpatioſa Clauſtri ædificia in anteriora ſecundum multitudinem ſe extendere nequibant, ideo Conſilio amicorum habito cum licentiâ Domini Papæ Calixti II. qui præfuit Eccleſiæ anno Domini MCXVII. & Hainrici junioris præfati Imperatoris

(n) Iſagoge T. I. anecdot. præmiſſâ. §. 40. pag. XXIII.
(o) Num. CCCCXIIII. in 4. ſign.

contemporanei ſui à Comite quodam Friderico pro xxx. libris Ratisponenſibus extra muros Ratisponenſis urbis aream unam ad occidentem ementes ibidem in honore S. Jacobi Apoſtoli & S. Gertrudis Virginis monaſterium conſtruxerunt. Tunc favente Dei gratia creſcente fratrum multiplici numero, ſama benigniſſima clauſtri ejusdem, non tantum per Bavariam, verum etiam usque ad Franconiam ſe extenderat.

Quapropter Herbipolenſis Eccleſiæ Epiſcopus Emrico nomine, locum cellæ & agros ſufficientes uſibus fratrum in ſuburbio Herbipolenſi Dei & S. Kiliani cognatione hilari devotione Scotis conceſſit. Ad quem locum regendum cum aliquibus fratribus virum ſanctum Machatium lege divinâ ac liberalium artium celeberrimum Abbas Chriſtannus Scotorum Ratisponæ, in Abbatem direxit. Qui quantæ abſtinentiæ cæterarumque virtutum amator extiterit causâ brevitatis pertranſeo. Cui conſummato feliciter vitæ curſu ſuæ, ſucceſſit venerabilis nomine Gregorius qui poſt paucos annos feliciter obdormivit. His patribus defunctis virum plenum gratiâ & virtute eorundem Ratisponenſium Priorem nomine Carum in Abbatem elegerunt, qui vineta ac virgulta plurima in eodem loco utiliter plantavit, ædificia clauſtri prudentiſſimè erexit. Quem poſt paucos annos Rex Conradus tertius frater Hermanni Ducis Suevorum ac Regina Gertrudis in capellanum ſumentes Eccleſiam B. Egidii in Nuremberg eidem & ſequacibus ejus in ævum intuitu æternæ retributionis contulerunt, quatenus ibi tunc gens Scotorum pro ſtatu Imperii ac pro incolumitate Regum Excelſi rogarent clementiam. Hic Conradus tantum Rex fuit & ad Imperium non aſcendit, & quindecim annis regnavit videlicet ab anno Domini MCXXXVIII. usque ad annum Domini MCLII. ſepultus in Eccleſiâ Bambergenſi. Fundator hic etiam Monaſterii Ebracenſis, in Franconiâ Ordinis Ciſtercienſis extitit, ubi & Gertrudis, quæ fuit filia Comitis de Sulzpach, uxor ipſius requieſcit. Hic unàcum Ludwico Rege Franciæ ultra mare paſſagium fecit. Cui ſucceſſit Fridericus I. Filius Hermanni Ducis Sueviæ, Nepos Conradi & imperavit annis XXXVII. ſcilicet ab anno Domini MCLII. usque ad annum Domini MCLXXXIX. Sed ut ad intentum redeam, cumque Beatus Pater Carus feliciter curſum vitæ ſuæ conſummâſſet, in eodem loco eſt tumulatus, in quo diem judicii ſecurus expectat, quam Eccleſiam regendam poſt ipſum Carum Prior Declanus ejusdem Regis & Reginæ, nec non ſucceſſoris eorum Friderici præfati Imperatoris capellanus exiſtens, vir providus & in rebus gerendis & agendis conſultiſſimus è Fundamento Eccleſiam ſpecioſam de quadris ſic naturaliter rubricatis lapidibus, miſericordiâ Dei favente, in quâ ipſe tanquam Miles emeritus requieſcit, licet multis ſibi invidentibus ac contradicentibus conſtruxit. Qui Pater Dei fretus auxilio, in eâdem Eccleſiâ monachorum religioſorum honeſtum colligens conventum, atque ad ſubſidia ejusdem ſexaginta aratra vel paulò plus à fidelibus circumjacentibus, obſtante & renuente Bambergenſi Epiſcopo ferventi caritate non ſine magnâ hominum admiratione collegit, qui tamen Declanus licet præfatis patribus impar extiterit noſtro tamen fuit vir utilis ævo.

Dierum autem creſcente malitiâ ac multiformis hoſtis impietate graſſante qui ſuorum perverſitate conaruum ſemper impedire nititur vias tectas, ibique periculoſius nequitiæ ſuæ venena diffundere ſatagit, ubi ſe magis exiſtimat obfuturum ſuadente ac faciente ipſius verſutia ſtatus ejusdem Monaſterii dietim pluribus viſus fuit deordinationibus ſubjacere, adeo quod ab omni regularis vitæ obſervantia penitus deſtitutus contra ſanctorum Patrum inſtituta diverſis vitiis & abuſionibus multipliciter fuerit depravatus prout in ſequentibus lucidius apparebit. Memoria hominum non capit, ymo à centum annis & ultra usque ad annum Domini MCCCCXVIII. Monaſterium S. Egidii tempore Concilii Conſtantienſis omni regulari vitâ deſtitutum fuit, ut Abbates interdum ſine conventu fuerint, ut nec horæ Canonicæ perſolvebantur, ad tantámque deſolationem devenerint, ut vix veſtigium regularis loci comprehendi poterat. Ex loco capitulari capellam confecerunt ad quam viri & mulieres intrabant. Infirmitorium habitaculum ſæcularium ſacerdotum fuit, omnia ædificia ruinam patiebantur, Redditus & proventus omnes abalienati, nec clauſtralis clauſura obſervabatur, ſed convivia etiam pro mulieribus ibi fiebant, ut proverbium fieret, uxor amiſſa in monaſterio Scotorum quæri debet. Vinum vendebatur ut in Taberna. Fratres Prædicatores Nurnbergæ ſub obſervantiâ vivere cæperunt, ut deinceps omnis querela adversùs Scotos mota fuit, qua occaſione motus Dominus Albertus * de Wertheim Epiſcopus Babenbergenſis per viros egregios monitionem Abbati fecit ut vitam emendarent, qui anno Domini MCCCCXI. aut XII. cum conſenſu Abbatis talem fecerunt ordinationem, primò ut circumſpecti viri deputarentur Proviſores, qui redditus Monaſterii acciperent, & omnibus in Monaſterio victum & amictum darent, & ædificia conſervarent, & Epiſcopo ac Abbati Rationem facerent. Per quos ad tempus in temporalibus melius ſe oſtendit: ſecundò quod propter defectum Perſonarum Scoticæ nationis octo religioſos de aliis monaſteriis Ordinis S. Benedicti aſſumerent, aut * ſeculares. Cum fratres habere non poſſent ſeculares aſſumebant. Tertiò ut Abbas Expenſis Monaſterii ad Scotiam & Hyberniam mitteret pro perſonis habendis. Adducti fuerunt tres indocti juvenes pauco tempore ibi manentes. Sacerdotes in conviviis Scoticè vivere cœperunt, commeſſationibus nocturnis ut ad divina celebranda inepti reddebantur, ut mendicantes officium noſtrum ſupple-

verunt.

* erat in marg. Lampertus al.

* puto legendum potius, non ſeculares.

verunt. Quare iterato querelæ proborum virorum ad Dominum Albertum Epiſcopum Bambergenſem devenerunt, quod major deformatio & ſtatus ejus decoloratio ſecuta fuiſſet. Miſit ergò ſecundo ſuos oratores Dominum Hermannum Comitem de Henneberg, Canonicum Bambergenſem, Joannem Habundi Theologiæ & juris Doctorem poſt Archiepiſcopum Rigenſem, Joannem Aurach doctorem, Priorem Carthuſienſiom, Præpoſitum in Neinkirchen cum Decano Bambergenſi & aliis, qui invenerunt Monaſterium in utroque ſtatu miſerabiliter collapſum. Decreverunt pro inceptione reformationis ut deinceps ſex religioſi ſacerdotes Ordinis S. Benedicti & tres novitii inhabitarent. Miſſum fuit ad Caſtellum & Reichenbach &c. qui denegabant ob malam famam Scotorum, tandem de Monaſterio novi Montis propè Fuldam tres fratres miſſi, quibus per Epiſcopum & Dominum Hermannum coadjutorem ſuum & Abbatem Mauritium conceſſa erat poteſtas reformandi in ſingulis, è quibus frater Bertholdus factus Prior. Iterato tamen Abbas ad Scotiam pro fratribus regularibus ſcripſit.

Quatuor de Hyberniâ venientes ſe illis de Fuldâ junxerunt, dicentes ſe propter abſtinentiam non ad veniſſe ſed propter Habundantiam & propter liberam voluntatem vivendi oti nuntius narravit. Unus Joannes tertiâ die cum maledictionibus recedens; alter Thadæus per duos menſes manſit; Tertius Donaldus ad Monaſterium Caſtellenſe pro Informatione obſervantiæ miſſus, ad S. Egidium reverſus librum & ſigillum Abbatis ſubtrahens, litteras licentiæ faciens, tertia die in Itinere mortuus fuit. Quartus Cormanus nomine ſine obſervantiâ usque ad mortem Mauritii permanſit, reverſus poſtea ad Scotiam ſtatim morte finivit. Sic per quinquennium Fuldenſes pro reformatione ibi manſerunt, in magnis periculis moleſtati à cæteris. Abbas cum ſuis Convivia frequentabat, cæteri divina perſolvebant. Admonitus per Superiores ut reformationi obtemperaret, fretus Conſiliis Abbatum Ratisponenſis & Herbipolenſis cœpit invocare brachium ſeculare contra Dominum Epiſcopum Bambergenſem. Conſules Nurenbergenſes & dictos reformatores accerſierunt (p) Dominum Joannem Burgravium Nurenbergenſem, fratrem quondam Friderici Marchionis & omnes ſubjacentes ut eos defenderent, obtulerúntque ſibi librum vulgariter Salbuch dictum, quod poſt obitum ſuum Fridericus frater ejus de caſtro Blaſſenburck reſtituit per Magiſtrum Seſſelman. Idem Marchio commioationes plures Epiſcopo & Nurnbergenſibus ſcripſit. Nurenbergenſes excuſantes ſe, eis non decere reformationem, Epiſcopus id ageret. Epiſcopus primo attonitus Marchioni tandem reſpondit ut bona temporalia Mooaſterii defenſaret, de ſpiritualibus, quæ ad eum ſpectarent, ſe noo intrómittere deberet. His viſis fratres de Fuldâ, cum per aliquot annos, ſine fructu laborarent, perſecutiones paſſi, certi recenſerunt.

Tertio igitur dictus Epiſcopus Albertus viſitatores cum plenâ poteſtate miſit anoo Domini MCCCCXVI. de Menſe Marcii, Antonium de Rotenhan Decanum, poſt Epiſcopum, Fridericum de Auffeſs Canonicum & Scholaſticum, poſtmodum Epiſcopum, M. Heynungum Woltenhagen ſacræ Theologiæ Profeſſorem, M. Heinricum Horlacher vicarium, Præpoſitum io Newenkirchen, Henricum Priorem Carthuſiæ Nurembergenſis, & Magiſtros Albertum & Joannem Plebanos Eccleſiarum S. Sebaldi & S. Laurentii, qui viderunt Monaſterium miſerabiliter collapſum. Conſiderantes vocationem fratrum de Hyberniâ invalidam, ſuaſerunt ut debitam obſervantiam reciperent, qui omnia contraria machinantes licet fermè omnia impignorata eſſent. Ideo de conſenſu Epiſcopi & Coadjutoris Hermanni de Henneberg Capitulum ordinârunt, ad gloriam Dei omnipotentia, B. Mariæ V. S. Egidii ipſius Monaſterii Patroni, ac B. Benedicti ac totius curiæ civium ſupernorum & incrementum obſervantiæ regularis, Divinique cultûs augmentum ut Prior de alio Monaſterio reformato reciperetur, & alii ſecundum facultatem Monaſterii. Ita quod perpetuis temporibus ibi eſſe deberent, Abbas & Conventus Ordinis S. Benedicti regulariter viventes, cujuscunque forent nationis, & ſi Scoti ita regulariter vivere vellent, ſi idooei eſſent, reciperentur. Hanc ordinationem Abbates, Nurembergenſis, Ratisponenſis & Herbipolenſis ad Regem Sigismundum injuſtè factam nunciarunt, ut Epiſcopo ſcriberet, ut deſiſteret. Is miſſo Præpoſito Herbipolenſi & Canonico Bambergenſi Ottone de Miltz ad Regem, qui de causâ informatus id remiſit ad Deſtinationem Sacri Concilii Conſtantienſis ut ibi diffinitum ratum efficeretur.

Anno ergo Dom. MCCCCXVI. v. kal. Decembris Apoſtolicâ Sede vacante SS. Generalis Synodus Conſtantienſis, ordinavit Provinciale Capitulum Abbatum in Provincia Maguntinenſi & Dioceſi Bambergenſi conſiſtentium, ut celebraretur in civitate Conſtantienſi. Ideo pridie kalendas Martii anno Domini MCCCCXVII. in Monaſterio Petri Domus comparuerunt ultra pontem civitatis Conſtantienſis.

In propria perſona venit Abbas Mauritius S. Egidii. Io eo Capitulo plurima ſalobria Statuta pro reformatione edita ſunt, & viſitatores deputati Abbates de Caſtello & Montis Monachorum extra muros Bambergenſes. In eodem Capitulo diffinitum eſt in forma: „ Item volumus & ordinamus, „ quod nullus Monachorum antiquitus in„ ſtitutus, ſi ad hoc ſufficiant facultates, „ vel ſi non, tot quot commodè contentari „ poterunt, teneantur. (q) Nec prætextu „ excuſationis, privilegii, ſeu conſuetudinis,

(p) laborat ſenſus niſi inſeratur *ante*.
(q) ita cod. ſed rerum ratio alium ſenſum requirit.

„ nis, quæ potius dicenda eſt corruptela, „ quibus dicunt ſe nullum niſi Nobilem re„ cipere debere, defendere ſe valeant ali„ quomodo, maximè ſi non habeantur no„ biles intrare volentes monaſterium præ„ dictum, ſi tamen reperiantur cæteris pa„ ribus, præferantur. & ſequitur: „ Et „ idem volumus in Monaſteriis Scotorum „ ſimiliter obſervari.

His articulis præfati tres Abbates Scotorum oppoſuerunt prædictas litteras Friderici Marchionis Braodenburgenſis, & Joannis Burggravii Noribergeoſis coacti tum ſunt ſub obedientia Capituli manere. Ideo Abbas Ratisponenſis receſſit duobus Abbatibus Nurnbergenſi & Herbipolenſi ſe Capitulo ſubjacentibus.

Præterea Mauritius volens obedire ſtatutis, cum de Scotia fratres habere non poſſet, nuntios ad Conventum Monaſterii Mariæ in Reichenbach pro fratribus reformatis miſit, precibus ejus devicti anno Domini MCCCCXVIII. feriâ quartâ poſt Dominicam invocavit ucto perſunas miſerunt, quos gratioſè ſuſcepit. Iidem fratres pauca invenerunt bona mobilia alienata, poſſeſſiones venditas, ortum qui choro cuntiguus fuerat, civi, nomine Petro Haller pro pecunia impignoratum, Mitram Domini Abbatis & baculum paſtoralem ſimiliter. Venientibus præſcriptis Viſitatoribus vi. Non. Maji ſolenniter recepit ad profeſſionem Abbas cum fratre Cormaco, de dictis reformatoribus Georium Moringer de Nappurga & fratrem Conradum Palwein de Ratispona. Primum conſtituit in Priorem, ſecundum in Subpriorem, quibus auditis Epiſcopus gaviſus claves cum ſigillo Conveotûs remiſit, ordinavitque ut habitum ſeu cucullas, prius ab ante clauſas, aperirent. Remanſerant autem ſolùm duo libri in Bibliotheca, Novum Teſtameotum & Gloſa ſuper regulam S. Benedicti, in choro graduale pro Scolaribus cum antifonarin in ſacriſtia tria Miſſalia, ornamenta pauca & veſtimenta tempore proceſſionum à Prædicatoribus mutuò receperunt.

Anno Dumini MCCCCXVIII. die xxiii. menſis Septembris dictus Mauritius naturæ debitum ſolvens diem clauſit extremum. Fratres Conveotuales: Georgius Prior, Conradus Supprior & frater Cormacus per formam ſcrutinii duo elegerunt tertium, ſcilicet Dominum Georgium, quæ electio confirmata per Albertum Epiſcopum Bambergenſem, & proximâ Dominicâ poſt feſtum S. Michaëlis munus benedictionis accepit. Is dictus Moringer oriundus de Nappurga primum Sacerdos ſecularis fuit, dein in Reichenbach mooachus, tandem & prædictæ reformationis Director extitit. Querelas tamen ad Regem Sigiſmundum cæteri Abbates Scotorum fecerunt; per conſulatum tamen Norimbergeoſem informatus de Reformatione & mutatione perſonarum Rex, ſingula laudabat; ſcribens Epiſcopo, ut dictum Abbatem recommiſſum haberet, & Dominum Joannem Burggravium ab injuriis, quas dicto Monaſterio inferebat, coercuit: ac omnia privilegia ac indulta ut prius confirmavit. Etiam Monaſterio dedit imaginem argenteam & totam deauratam cum particula notabili mandibulæ S. Lonii.

Prædicti itaque fratres cum reperiſſent Monaſterium deſolatum, auxilio civium iteratò erexerunt, de officinis regularibus invenerunt partem refectorii & dormitorii cum paucis cellis, partem coquinæ regularis, quæ per Conradum Cingel ſeniorem Proviſorem Monaſterii facta fuerant. Is pro reformatione per xxx. annos maximos labores ſubiit, qui anno Domini MCCCCXLVII. feria ſecunda poſt Katarinæ in oppido Sultzbach carnis depoſitâ ſarcinâ ad Dominum, ut ſperamus, evolavit.

De Structuris Monaſterii.

Anno Domini MCCCCXVIII. facta eſt fornax refectorii cum ſuis teſtudinibus pro 50. florenis. Dein anno ſequenti domus converſorum in medio curiæ. Anno XX. inchoata eſt ſtructura ambitus à latere meridiano circa refectorium usque ad infirmeriam, cum multa tamen penuriâ & paupertate, & ampliatum refectorium in loco.

Anno Domini MCCCCXXI. ædificatum & prolongatum dormitorium fratrum, ac granaria eo tempore & infirmaria cum novo carcere. Eodem anno factæ teſtudines ante chorum, ubi eſt chorus ſcolarium.

Anno Domini MCCCCXXII. factum eſt horologium majus in turri cum ſuo indice pro xxx. florenis, absque campaoa. Dein anno ſequenti reliqua latera ambitus cum capella quatuor doctorum & libraria & tranſitus ſubterraneus de ambitu ad ſacriſtiam.

Anuo MCCCCXXV. conſtructa eſt domus Abbatialis à fundamento, cum capitulari loco & ſcola ſcolarium. Dein anno XXVIII. cella cum promptuario, ubi poſt fuit Capitulum fratrum.

Anno Domini MCCCCXXIX. Feriâ V. ante feſtum circumciſionis Domini Venerabilis Pater Dominus Georius Abbas primus Reformator dies cupiens hujus vitæ conceſſos in majore deducere otio, liberè ac voluntariè reſignavit Abbatiæ, volens ad ſuæ dilectæ matris redire gremium uode emiſſus fuerat, videlicet ad Monaſterium Reichenbach, quod tamen opere nequivit, Dumino omnium Gubernatore ita diſponente.

Cui ſucceſſit Venerabilis Pater Dominus Heinricus de Gulpen Decretorum Doctur ejusdem Mooaſterii Monachus profeſſus hic in jure canonico in ſtudio generali longè legit, dein Vicarius Epiſcopi Herbipolenſis & Cooſiliarius Principum, prælegit ſuo creditori devotum impendere famulatum. Factus Abbas coram Deo & hominibus benè ſe geſſit in reformatione, bona temporalia & ſpiritualia fövens ut in utroque augmentum ſentiret.

Anno eodem prolongatus eſt chorus per duas teſtudines versùs Orientem cum oovis feneſtris & ſcallis decoratus. & major tabula pretioſa pro ſummo altari per quendam fratrem tunc Novitium, nomine Heinricum

ricum de Weiſſenburg poſtmodum Abbatem in Monaſterio S. Crucis in Werdea, fuit comparata.

Anno MCCCCXXXIII. factus eſt Porticus cum valvis Eccleſiæ cum ſuis laminis & clauſuris. In qua porticu frequenter conſuevit haberi Judicium Provinciale Burggraviatûs Nurmbergenſis.

Anno Domini MCCCCXXXV. XI. kal. Septembris, Id eſt ipſo die Sanctorum Timothei & Simphoriani Martyrum, Reverendus in Chriſto Pater & Dominus Heinricus Abbas invincibili potentiâ creatoris carnis deponens ſarcinam ſpiritum exhalavit, non modicam Principibus & Prælatis pleriſque aliis de ſua morte relinquens mœſtitiam. Sepultus in medio chori, ubi quondam ſummum altare erat.

Anno eodem die ultimâ menſis Auguſti rurſum venerabilis Pater Dominus Georius, qui prius Abbatiâ propter Deum ceſſerat, à toto Conventu eligitur & feriâ ſecundâ ante Nativitatis Mariæ in aula Epiſcopali Bambergæ à Domino Antonio Epiſcopo munus confirmationis aſſequitur.

Anno MCCCCLIIII. inceptus eſt murus in orto ad latus meridianum, & poſt longas altercationes vicinorum pro utilitate monaſterii completus.

Anno MCCCCLVIII. factum eſt novum Balneum cum cameris.

Anno Domini MCCCCLXV. Dominicâ proximâ poſt feſtum Dionyſii, quæ fuit XIII. menſis Octobris, obiit Reverendus Dominus Georius Moringer Abbas longâ fractus ægritudine infirmitatum diverſarum, plenúsque dierum. Nam Nonagenarium, ut putabatur, tranſcenderat annum. Hic erat unus de primis fratribus à Monaſterio Reichenbacenſi pro reformatione hujus monaſterii miſſus, venerabili præditus ſimplicitate rerum mundanarum, quæ Dei ſervitio competebant, ferventius ſtuduit diu noctúque adimplere. Annis triginta novem & menſibus quattuor Abbatiæ regimen tenuit. Sepultus in medio chori in loco ubi ejus Epitaphium de auricalco fabricatum cernitur pro XXVII. florenis factum.

Anno Domini MCCCCLXV. Sabatho ante feſtum Simonis & Judæ, quæ fuit XXVI. Octobris canonicâ celebratâ electione concorditer electus fuit venerabilis Pater Sebaldus Helmaſperger de Nuremberga, artium Magiſter, tunc Prioria fungens officio, quod annis decem & octo continuis vel amplius laborioſè rexerat, die ac nocte in utroque ſtatu temporali & ſpiritali, ſenioris & grandævi Patris ſui anteceſſoris ſuſtentans & ſupportans imbecillitatem, dein proximâ die ante Leonardi à Georio de Schaunberg Epiſcopo Bambergenſi in curia ſua Epiſcopali confirmatus ac Dominicâ ante Katarinæ per Leonardum Pulhemium Decretorum Doctorem Suffraganeum Euſtetenſem ſolemniter eſt benedictus.

Tandem poſt multos labores, tam tempore Prioratûs, quam Abbatiæ habitos, nec non graves infirmitates, quas ab initio Prælaturæ continuè ſuſtinuit, diem clauſit extremum anno Domini MCCCCLXXIII. VII. kal. April. fuit devotus vir ac in diſciplina regulari conſervandâ multum ſollicitus, nedum pro noſtro Monaſterio, verum etiam in generali Capitulo apud Patres Ordinis in magno pretio tentus fuit. Sepultus ante altare Corporis Chriſti, in Eccleſia Monaſterii cum imagine & Epitaphio.

Anno Domini MCCCCLXXIII. ultima menſis Martii, quæ fuit pridie kalendas Aprilis factâ electione nominatus & electus eſt venerabilis Pater & Dominus Johannes Seſsler, tunc prædicatoris fungens officio, quod & per quamplures annos expedivit non ſine magnis laboribus & fatigiis, propter carentiam librorum ad tale officium neceſſariorum, qui etiam in principio regiminis Abbatis Sebaldi Prædeceſſoris ſui ad quinque annos officium Prioratûs diligenter rexit. Et demum pro Abbate ad fauces Alpium vocatus, inaniter tamen deluſus rediit, & alterâ vice ad Monaſterium Ottenbeurn legatione notabili pro reformatione poſtulatus, ubi tam Abbas quam Conventus, ipſum ſolum in Monaſterio deferendo, auffugerunt, ſic iterum deceptus rediit. Obiit autem idem Dominus Joannes Seſler de Karlſtadt anno Dom. MCCCCLXXVII. VI. Non. Octobris pluribus laboribus fatigatus & demum paraliſi tactus ad cœleſtia prius Sacramentis optima cum ratione perceptis migravit.

Anno Domini MCCCCLXXVII. In ejus locum ſucceſſit per electionem D. Joannis Rottenecker de Nurenberga VI. ydus Octobris, qui prius per octo annos vel plus cum duobus ſuis anteceſſoribus videlicet Dominis Sebaldo Helmſperger & Joanne Seſsler, non ſine labore officium Prioris Conventualis pro poſſe expedivit. In Abbatia exterius domum circa coquinam ædificans, maximam campanam in turri poſuit, Bibliothecam exilem prius, poſt de novo conſtruens copioſâ multitudine librorum ornans. Magnam quoque domum in curia propè balneum fieri fecit ex toto & turrim abbatialem novo firmamento firmans, ornatiſſimam capellam in Abbatia cum omni decore redolere faciens, & plura prædia monaſterio adjiciens, LXIII. ætatis anno poſt percepta Sacramenta in die Dedicationis Eccleſiæ in meridie diem clauſit extremum, in fine chori ſepultus.

Anno Domini MCCCCCIIII. die XVII. Octobris electus fuit in ejus locum Prædicator Wolfgangus Summer de Monaco, qui prius ad XII. annos in Monaſterio vitam devotam geſſit.

Fr. MARTINI
MONACHI EMMERAMENSIS
EPISTOLA.

Religioſo ac Devoto Patri Colmanno Profeſſo Monaſterii S. Egidii Nurembergæ ſcribenti Cronicas Fautori ſuo ſincerè colend. Fr. Martinus Cuſtos Eccleſiæ S. Emmerammi Ratispon.

IN Jeſu Salvatore orationes cum ſinceto caritatis amore honorabilis ac religioſe Pater. Scribitis primo quo tempore obſervantia Medlicenſis initium ſumpſerit? Reſpondeo breviter quod Albertus Dux Auſtriæ gener Sigismundi Imperatoris Romanorum pater Ladislai Regis &c. reformatores vocavit de ſpecu & ſublacu Monaſterii S. Benedicti, qui præfatum Monaſterium reformárunt.

Dein ſcribitis de obſervantiæ initio Caſtellenſis? Reſpondeo: quod Rupertus Palatinus Rex Romanorum reformatores vocavit de quodam Monaſterio in Bohemia ſito, & eosdem ad Monaſterium Caſtellenſe locavit.

De Aurelia Virgine Reſpondeo: quod eadem virgo ad Monaſterium noſtrum venit exul volens declinare contubernium viri &c. quam Abbas noſtri Monaſterii in ſpiritu cognovit atque vocavit & ei cellulam propè monaſterium unàcum capella ædificavit, & habitum religionis tradidit; ibidem jejuniis & orationibus vacans LII. annis vixit, exin migravit ad Dominum anno Dom. 1027.

De Alexandro legi ſuperficialiter quod fuerit de Ordine noſtro, etiam legi quod fuerit de Ordine Minorum de loco non conſtat.

De Hilderico Rege Francorum nihil conſtat.

De S. Ruperto legitur quod fuerit natus de Regio ſemine Regum Francorum, quod primò fuit Epiſcopus Wormacenſis & ab infidelibus ibidem ejectus, deinde à Theodone Duce Bavatorum vocatus & per eum ad Saltzburgum locatus, una cum Sorore ſuâ S. Gerdrude, cui ibidem in monte vulgariter Nunnenberg monaſterium conſtruxit Ordinis noſtri. An autem ipſe fuerit de Ordine noſtro piè credi poteſt: quia antiqui Patres & verbi Dei Prædicatores frequenter recipiebantur ex Monaſteriis electi & probati viri.

De S. Emmeramo an fuerit de Ordine S. Benedicti, ignoro: ſed, duos Comites Ordinis Monaſtici unà cum aliis clericis ſecum adduxit, & populum Bavatorum in fide confortavit, dein Martyrio coronatur anno Domini 652.

De Cirillo & Methodio nil conſtat mihi.

De SS. Pataviæ quieſcentibus, nihil mihi conſtat cujus Ordinis fuerint. Idem enim Epiſcopatus translatus fuit de Lauriaco versùs Ens propter incurſum Huonorum per Otilonem Ducem Bavariæ tempore Pipini Regis Francorum ad Pataviam, quæ ob hoc reſtaurata eſt: apud Lauriacum enim ante erat ſedes Archikathedralis per Philippum Primum Chriſtianorum Imperatorem erecta, & illuc multi ſancti viri ab eo locati de Aquilegia & aliis locis; quorum unus fuit S. Maximilianus, ac S. Valeotinus, ac S. Conſtantinus & alii plures; qui extiterunt verbi Dei Prædicatores in ſuperiori & inferiori Pannonia ac Bavaria. Dein poſt aliqua tempora S. Severinus monachus ibidem multa mira éxercuit. Sed S. Luccius Rex Britanniæ nmoibus Mundialibus à ſe rejectis omnes prædictos prævenit. Ipſe enim magnam Partem Bavariæ & Rhetiæ ac circa Alpes populum ab ydololatria convertit anno Domini CLXXVIII. & ſepultus eſt in Rhætiâ Curienſi, an autem ſit Martyrio coronatus ignoto, ſed ad Pannoniam non deſcendit. Sanctus verò Emmeramus ob hoc ſedem ſuam reliquit, ut populum Hunnorum converteret, ſed prohibitus fuit à Theodone Duce Bavarorum; Sanctus etiam Wolf. ob hoc Monaſterium reliquit, ut eundem populum converteret: Sed eo fruſtra ibidem laborante revocatum eſt à Piligrino Epiſcopo Patavienſi.

De S. Corbiniano reſpondeo quod Bavariæ prædicaverit tempore Pipini Regis Francorum, populum ibidem in fidem confortando.

Sanctúsque Bonifacius Maguntinenſis Epiſcopus Bavariam in Parochias diviſit auctoritate Zachariæ Papæ, quia antea non erant legitimi Epiſcopi in Bavaria niſi Saltzburgæ & Laureaci, & ſanctum Corbinjanum Friſingam locavit, S. Gaubaldum Ratisponam, S. Willibaldum Eyſtavium, ſanctum Burckhardum Herbipolim, ſanctum Virgilium Saltzburgam.

Erfordiæ voluit etiam inſtituere ſedem Epiſcopalem, ſed Papa Zacharias noluit conſentire.

S. Erhardus etiam iisdem temporibus claruit qui fuit genere Hybernicus & Epiſcopus Ardinacenſis, reliquit ergo ſedem ſuam alio ſubrogato: venit ad S. Hindolſum

Digitized by Google

ſum Treverenſem Epiſcopum, quem invenit in partibus Voſegi pro amore Domini Heremiſantem, qui ibidem conſtruxerunt XIIII. Monaſteria, ille VII. & ille VII. Deinde vênit Ratisponam cauſa prædicandi verbum Dei, & eo ibidem cœleſtibus intento revelatum eſt ſibi per viſum ut S. Othiliam filiam Ducis Erichonis in partibus Rheni fluminis à nativitate cœcam illuminaret.

Dein reverſus Ratisponam migravit ad Dominum, an autem fuerit de Ordine aliquo ex legendâ non habetur, ſed piè credi poteſt ex cauſâ ſupradicta.

(r) De Cronicâ Gigantum non conſtat (r) de Hiſtoriis verò quæ apud nos habentur nihil conſtat, niſi de Origine & fundatione Monaſterii noſtri quando ſedes Epiſcopalis apud nos erat: ſed ipſe Carolus M. Concilio Synodali celebrato mutavit ſedem & transtulit intra muros civitatis ad locum ubi jam eſt. Et poſſeſſionis diſtribuit unicuique Eccleſiarum. Quia Monaſterium fuit olim extra muros, & per Arnolfum Imperatorem cinctum muro civitatis, & Monaſterium erat in commenda Epiſcopotum Ratisponenſium usque ad tempora ſancti Wolfgangi qui fuit de Ordine S. Benedicti, & ſemper eligebatur unus ex Canonicis in Epiſcopum, dein poſt obitum unus ex monachis. Sed S. Wolfgango hoc diſplicuit quia ex hoc multa contraria religioni ſequebantur, & dixit: nimis laborioſum eſt Epiſcopo præeſſe Clero & Populo, & ſatis oneroſum eſt Abbati præeſſe monachis, ideo jubetur ex regula onera ſua diſpartire inter fratres.

Apud Scotos ad S. Jacobum habetur quædam Chronica (s) tractans de quodam (s)
bello geſto Ratisponæ, ſed nihil certi ſcribere poſſum, quia in multis videtur Apocrypha & contraria in multis legendis Sanctorum quibus major fides adhibenda eſt quam Chronicis.

Ecce frater mi, quamvis inſufficientem me judicem veſtris reſpondere ſcriptis poſtpoſitâ tamen excuſatione veſtræ volui parere juſſioni ùt Dilectionis judicium erga veſtram caritatem demonſtrarem me habere. Valete & pro me & omnibus nobis rogo orate. In feſto S. Simonis & Judæ anno MCCCCXC.

(r) P. II. Catalogi Bibl. Emmeramenſis, quæ Codd. MSC. continet p. m. 54 213. memoratur Cronica collecta per Fr. Hermannum cognomine Yygas (Sigas) Ord. Minor usque ad Clementem VI. an de hâc inaudiit?

(s) hæc ipſa eſt cujus in Monito præcedente, ut ſubleſtæ fidei meminimus, & mali nominis.

HARTMANNI SCHEDELII

Med. & Philologi Noribergenſis

CHRONICON

Monaſterii S. ÆGIDII, Scotorum Norib.

Accedunt

I.

Litteræ Fundationis Miſſæ perpetuæ ad S. Ægidium, Eliſabethæ Auguſtæ Alberti I. Rom. Imp. Aug. conjugis de anno MCCCVIII.

II.

Anonymi Hiſtoria de notabili Particula S. Crucis, ad S. Ægidium Norib. de anno MCCCLXX.

* * *

Omnia ex Autographo Auctoris

deſcripſit atque edidit

ANDREAS FELIX OEFELIUS.

Monitum prævium.

COlmanni *Chronicon* proximè excipit SCHEDELIANUM, quod ex tribus exemplaribus Auctoris non ſine magno labore ob lituras inductas deſcripſimus. Primum Codex MS. exhibet in folio totus à manu SCHEDELII, qui & quædam SIGISMUNDI MEISTERLIN autographa continet; ſed illud minus copioſum. Uberius exemplar præbet Cod. MSC. chartaceus num. CCCLXXII. inter Codd. MSC. Bibliothecæ Bavaricæ ſignatus, quo potiſſimum uſi fuimus. Tertiò denique adhibuimus ſchedas quasdam *Schedelianas*, in quas primas Chronici lineas temerè projecerat Auctor, quibus tamen nonnihil adjuti fuimus.

Propondii loco *Litteras* ELISABETHÆ *Auguſtæ*, & *Hiſtoriam Particulæ S. Crucis* adjecimus, quod utrumque monumentum ad res Monaſterii Ægidiani complendas omninò pertinere viſum ſit.

Chronicon

Chronicon Monaſterii S. Ægidii Noribergenſis Hartmanni Schedelii Med. & Polyhiſtoris Noribergenſis.

CONradus Suevorum Dux, qui paulò ante defuncto Lothario in Romanorum Regem declaratus, ducendæ in Aſiam expeditionis munus aſſumpſit, cum Ediſſæ direptiooem & Chriſtianorum cladem & ignominiam infauſtus nuntius ad Latinos nuntiâſſet, noſtrorum animos in novæ expeditionis congregandæ ardorem inflammavit: Copiis igitur ex Germania non magis quam Galliis fretus ingenti multitudine, quam æternæ vitæ ſpes accepto ſalutaris crucis ſigno traxit. Erat eâ tempeſtate in Galliis vir religioſiſſimus ſanctiſſimúsque Bernardus Claravallenſis Abbas, qui pro ſuo in Deum religionémque Chriſtianam ardore maximo tantam eſſe nomini Chriſtiano inuſtam ignominiæ notam, indigniſſimè tulit. Is Principes, Prælatos, Nobiles & Populos Galliarum penè ſingulos adiens, ioeundam eſſe expeditionem vexilla crucis in Barbaros proferenda concionabundus clamabat.

Ante vero oovæ expeditionis congregandæ ardorem, cum diruta eſſet Norimberga per Heinricum Imperatorem, inclytus Rex reſtaurationem prius perfecit, & Monaſterium S. Egidii Norembergæ ædificare ordinavit, anno regiminis ſui tertio, Incarnationis Domini MCXL. cujus Eccleſia demum io decem annis completa fuit. In quo loco hi devoti patres primam plantatiooem novæ fundationis rexerunt:

Primi Abbates S. Egidii.

KARUS.

Karus primus Abbas Monaſterii diſcipulus B. Mariani Abbatis Scotorum Ratiſponæ, qui plurima cœnobia erexit. Is ſecutus veſtigia ſui Præceptoris vita laudabili ac virtuoſa collectione fratrum hunc locum in bona congregatione primo rexit.

DEDANUS.

Dedanus Abbas huic primo Abbati in regimine ſucceſſit, qui juxta ſacellum D. Martini Eccleſiam in modum crucis ampliavit, ac alia facta laude digna perfecit.

Hibernia ac Scotia inſulæ finitimæ juxta Britanniam inſulam. Hibernia parvo à Britannis disjuncta freto, partim libera Scotorum amicitiâ ſocietatéque gaudet, partim Anglicano paret Imperio. Scotia inſulæ, in quo eſt Anglia, ſuprema portio eſt, io aquilonem verſa fluminibus haud magnis & monte quodam ab Anglia diſcreta. Sylveſtres Scoti in habitu, lingua ac victu moribúsque paterna veſtigia ſequuntur. ab Anglicis cæteri moribus edocti ſe non in melius mutaverunt: cæteras nationes deſpiciunt, ſuas conſuetudines extollunt, pacem non diligunt fertilitatem habentes. Hæ tamen inſulæ pluribus ſanctis Viris ornatæ fuerunt, claruerunt in eis hi ſancti Epiſcopi S. Edanus, S. Senanus, S. Barrus. De Scotiâ & viris claris ex eâ inſula ortis.

Abbates Beati: S. Brandanus mille Monachorum Pater, S. Columbanus ac virgines glorioſæ S. Luathrenna: Itha: Attracta &c. Germaniáque Superior his Sanctis è Scotia gaudet: Herbipolis S. Kiliano cum Sociis ac Burckhardo: Ratiſpona Erhardo &c. Quorum ſanctitate moti Reges ac Principes loca religioſorum Monachis apta Hybernicis ac Scotis, ornâruot.

Abbates S. ÆGIDII Nurembergæ de Genere Scotorum & Hybernicorum.

MAURITIUS ABBAS.

Iſte glorioſus Pater Mauritius Abbas novæ Congregationis, non longo tempore fuit poſt primam fundationem. Is mortem obiit die VII. menſis Februarii.

DEDANUS.

Dedanus Abbas hujus Congregationis, à quo fratres habueruur dimidium talentum, de inſtita inferiori, deceſſit ſeptimâ die Januarii.

GELASIUS.

Gelaſius Abbas ſimili modo ordinavit pro conſolatione fratrum dimidium talentum. Poſt exitum ſuum habuit de iſto Mundo VIII. die Januarii.

THOMAS.

Thomas Abbas ejuſdem Congregationis ſecutus veſtigia præcedentium dedit dimidium talentum. Obiit prima die Februarii.

HEINRICUS.

Heinricus Abbas hujus loci, viam univerſæ carnis ingreſſus eſt XX. die Martii.

MARTINUS.

Abbas S. Egidii Martinus in Nurenberg, in ſuo anniverſario XX. die Martii fratribus dimidium Talentum ordinavit de Inſtita inferiori, cum pœnâ maledictionis Dei quicunque abſtulerit.

STEPHANUS.

Stephanus Abbas præfatæ congregationis dies clauſit extremos XXX. die Maji.

MALACHIAS.

Pius Pater Malachias Abbas S. Egidii in Nurenberg, ipſo die S. Georgii XXIII. die Aprilis finem vitæ habuit.

Jacobus.

Jacobus Abbas S. Egidii, qui in ſuo anniverſario diſpoſuit LX. denarios de arcâ novi ruſtici in Betzendorff. Obiit die XXIIII. Menſis Aprilis anno Domini MCCCVIII.

Donaldus. I.

Iſte venerabilis Pater Donaldus, primus, in Nurnberg Abbas, morte præventus IIII. ydus Aprilis: appoſitus eſt patribus X. die Aprilis anno Domini MCCCXL.

Trinotus.

Trinotus Abbas Scotorum ſcripta ſuper domum in Foro fœni Nurembergæ dedit. Anno Domini MCCCXXI.

Gregorius.

Gregorii Abbatis extant litteræ Poſſeſſionis in Utenhoff, anno Domini MCCCLI.

Alanus.

Alanus Abbas de quodam prato propè Ronhoven de VI. libris per litteras teſtimonium exhibuit anno Domini MCCCLVI. in die Scholaſticæ.

Fimianus.

Fimianus pater Scotorum dedit litteras anno Domini MCCCLXXI. qui obiit VII. die Januarii.

Wilhelmus.

Hujus Wilhelmi Abbatis S. Egidii patent litteræ ſuper vico Wetzendorff anno Domini MCCCLXXXII.

Donaldus. II.

Scripta hujus Abbatis Donaldi II. clarent ſuper bonis in Eſpach anno Domini MCCCLXXXXIIII.

Ymarus.

Ymari Abbatis Scotorum litteræ habentur de annis Domini MCCCXCV.

Philippus.

Iſte Philippus Offycayn Abbas Nurmbergenſis vitam cum morte commutavit XII. cal. Octobr. anno Domini MCCCCIIII. cujus animæ per ſuam miſericordiam ut Deus proſpiceret ſua per ſcripta petendo reliquit.

Ab eo tempore usque ad ultimum Abbatem Scotorum pauci fuerunt Abbates. Eorum nomina ignota fuerunt, ſicuti aliorum, cum eorum memoria cum litteris antiquis & privilegiis ablata extitit.

Mauritius.

Ultimus Abbas de genere Scotorum ad S. Egidium Nurmbergæ. Providus vir Mauritius Scotus, cernens inſignem locum bonis ſingulis diminutum, ac cœnobium in locis & perſonis deſolatum, cum Prædicatores Nurmbergæ ſe modeſtiæ ſingulari ſubdiderunt; Epiſcopus Lambertus de Wertheim ac Senatus Nurembergenſis loci emendationem optârunt. Quam ob rem Abbas omni conatu ex Scotia fratres advocans in quibus refriguit charitas, auxilióque Joannis Burggravii hunc locum in pace regere cupiens, cum omnia incaſſum cederent, adducti Patres de Reichenbach qui cælicâ vitâ in religione augmentum fecerunt, tandem auctoritatem Concilii Conſtantienſis confirmati principium laudabile peregerunt.

Dein anno Domini MCCCCXVIII. die XXIIII. Menſis Septembris, idem Abbas Mauritius debitum naturæ ſolvens, cæteris Prælaturam reliquit.

De fine Scotorum ac novâ Reformatione.

Hi Abbates de genere Hybernicorum & Scotorum per ſucceſſionem & alii quorum nomina & geſta incognita ſunt Monaſterium S. Egidii Nurmbergæ longo tempore gubernârunt. De quibus ob malitiam temporis alia non clarent quam ea quæ ex vetertimo libro eorum ac litteris datis exarata ſunt. In Primordio enim cum hi Patres docti tum vitæ ſanctimoniâ redundantes virtutibus ac religioſâ converſatione obnoxii fuerunt, in ædificiis prædiis ac cenſibus cum omni decore augmentum ſenſerunt. Tandem liberiori vitâ ac illaudabili uſi, diſſolutio varia ſecuta, in ſingulis diminutionem habuerunt: magnam igitur agitationem paſſi: ne dum bona cœnobii pro decore, verum & libros, in quibus geſta eorum Patrum (præter pauca parum utilia) de Monaſterio amoverunt. Qua occaſione motus integerrimus Epiſcopus Bambergenſis, cum inclyto Senatu Nurembergenſi anno Domini MCCCCXIIII. (t) hos fratres ineptos amovit, & præſcriptum locum (t) reformatione ſancta per patres veri Ordinis S. Benedicti religione inſignes & virtutibus excultos extollere curavit. Ad quod confirmandum Auctoritates ſummorum Pontificum ac Imperatorum ſtabilitatem Ordini dederunt. A quo tempore Dei munere, ſubſcripti Patres Abbates S. Egidii hunc inſignem locum cum ſumma religione ac amore divino ac concordiâ fratrum cum augmento temporalium in pace rexerunt ut poſt pauxillum temporis ditior monachis frequentior potentiórque ſolito factus videtur.

(t) alia cod. MS. Schedeliano num. CCCCLXXVI. ſignato, quo Bohemica Hiſtoria illuſtratur, in fine extra viam addidit Schedelius: *Anno Dom. MCCCCXVII. Wienna in Monaſterio Scotorum & Nuremberga ad S. Egidium Scoti ejiciuntur & Alemanni inſtituuntur.*

Abba-

Abbates inſignes S. Egidii Nurembergæ poſt devotam Reformationem.

FReti igitur auctoritate Superiorum pii patres miſſi: novi coloni poſt obitum Mauritii Abbatis novam Electionem celebrârunt, habito ſcrutinio: Electus fuit Georius Moringer ex Reicbenbach deſtinatus: Prior: confirmatus per Albertum Epiſcopum Babenbergenſem, & quamquam plerique reſiſtere attemptarunt, Rex tamen Romanorum Sigismundus per Senatum Nurembergenſem in mutatione cœnobii edoctus, ſingula pro rato habuit, auxit atque confirmavit: adverſariis ſilentium impoſuit ac privilegia confirmavit & imagine ſacra argentea cum mandibula ſancti Lonii monaſterium decoravit.

Georgius Moringer *de Napurck.*

Georius Moringer de Napurga ex Reichenbach miſſus Prior hujus loci, Vir devotus, ſtaturæ brevis, homo non expeditæ linguæ: plus opere quam verbis devotionem augens: primus Reformator exiſtens, in Abbatem primum conſecratus, cernens loca defectuoſa, animum ad ædificandum ac reformandum appoſuit: ambitum cum prolongatione dormitorii ac domo Abbariali ac promptuario, pluribùsque aliis ſtructuris ornavit, videns doctiorem in Monaſterio ex humilitate pro commodo Monaſterii fortiſſimo animo Abbatiæ ceſſit.

Heinricus de Gulpen Decretorum Doctor.

Heinricus de Gulpen Decretorum Doctor hujus loci Profeſſus in Abbatem ſecundum electus A. MCCCCXXIX. Is in Gymnaſiis legendo juri pontificio operam dedit. In Concilio quoque Conſtantienſi claruit. Vicarius deinde Epiſcopi Herbipolenſis, hunc locum elegit, factus Abbas, notus Principibus ac Nobilibus, cœnobium bonis plurimis auxit. Vir miræ humilitatis, in divinis Scripturis ac ſecularibus doctus, quædam ſcripta in diſtinctiones Decreti, cum paſſione Domini edidit. Poſt plura igitur egregia Geſta & compoſita anno Domini MCCCCXXXV. ex hac vita migravit, ut ab exilio quodam in cœleſtem Patriam videretur procul dubio rediturus. Sepultus in medio chori.

Georius Moringer.

Anno ſaluris MCCCCXXXV. ultima die menſis Auguſti poſt obitum præclari Abbatis, iterato electus fuit prædictus primus Abbas in tertium Abbatem, à Domino Epiſcopo Antonio Babenbergenſi, ſecundo confirmatus, qui animum præcipuum ad reverentiam Dei iterato peregit: ad hortum tamen murum & Balneum perfecit. Hic pientiſſimus pater tandem hunc conſummatiſſimæ vitæ finem nactus vir omni laude cumulatiſſimus ad annum fermè nonageſimum accedens, abſterſis humanis ſordibus & omni terreſtri cœno purgatus, corporis vinculis ſolutus anno MCCCCLXV. die XIII. Octobris, ſpirirus eſt ad aſtra evectus, in urbe omnibus præconiis celebratus, in choro dignè ſepultus.

Sebaldus Helmasperger.

Sebaldus Helmaſperger Noribergenſis, artium liberalium Magiſter cum in Prioratu Abbati antiquo longis temporibus adjumento fuit. Anno Domini MCCCCLXV. poſt obitum ſancti & pii Patris concordi animo in Abbatem quartum poſt reformationem electus. Is ſummam juſtitiam coluit: Pro norma obſervantiæ regularis admodum diligentiam appoſuit, nedum apud ſuos, verum & apud Parres Capitulares in communi Capitulo, ut ab eis columna Ordinis merito diceretur. Homo tamen corpulentus & gravis corpore poſt longos labores cum articulari morbo torqueretur, poſtremo ex more Chriſtiano omnibus ritè peractis, quum de rebus divinis indefeſsè loqueretur placidâ morte extremum emiſit ſpiritum anno MCCCCLXXIII. (u) kal. April. & ſepultus ante chorum propè aram Corporis Chriſti, quem locum in vita pro requie elegit, ſperans ad cœleſte domicilium ſe emiſſurum, ubi animæ cum Angelis felices habitant ſedes & divinâ ſimul gloria & dignitate fruuntur.

Joannes de Karlstat.

Joannes Sesler de Karlſtat natione Francus, poſtquam Sebaldus Abbas fato functus eſt, in Abbatem quintum poſt reformationem ordinatur. Iſte admodum benignus pater ante adeptam dignitatem in divinis Scripturis eruditus, divini verbi concionator ad populum celeberrimus in Monaſterio extitit. Cum ex Prioratûs officio in Abbatem ad Alpium fauces, dein ad Monaſterium Ottenbeuren poſtulatus ſemper nolente fortuna rediit, ut demum in loco ubi ſemel ſparſit fructum & præmium acciperet. Electus igitur in Abbatem Nurembergæ in omni humilitate Prælaturæ præfuit. Qui poſt pleraque optimè geſta paraliſi correptus die ſecundâ Octobris anno Domini MCCCCLXXVII. abruptis vinculis reliquit humana, eadem ſanctitate quâ præcipuè vixit, qui & divino conceſſu abüt ad felicium choros à corporis cuſtodia elapſus animus. Sepultus in choro Eccleſiæ ubi exuviæ corporis in judiciis ſuper-

(u) Iuvêni ſchedam, unde liquet, Schedelium Chronicon usque paulò poſt hujus electionem primò produxiſſe, ſucceſſu verò temporis reliqua adjeciſſe.

perſperabunt, quum in Calce Seculorum exultabit Domino humiliata Mortalitas.

Joannes Rotenecker.

Joannes Rotenecker, ex cive Nurembergenſi nominatiſſimo ortus, à teneris annis litteris deditus. Hic cum primum exceſſit è pueris ad Liptzenſe Gymnaſium mittitur, ubi liberalium artium doctus evaſit. Ne à rerum divinarum contemplatione ad quam totâ mente ferebatur humana curâ aliquando diſtraheretur, S. Benedicti Religioni initiandum ſe tradidit. In ea Prioris officium geſſit & poſt obitum Abbatis anno MCCCCLXXVII. die decimâ Octobris in Abbatem ſextum ſuffectus. Ad comodum Cœnobii deinde in utroque ſtatu animum ſubjiciens Monaſterium ſtructuris amplis ornavit: prædiis auxit: clenodiis campanis, aliisque præclaris, ac tandem inſigni Bibliotheca cum libris variarum ſcientiarum decoravit. Et cum Mortalitas ſæva hunc locum ydoneis ac piis patribus orbavit, perſonis aptiſſimis, ſumma diligentiâ qui cultui divino præeſſe poſſent, auxit atque in optima tranquillitate benigoè rexit. (x) Sed anno MDIIII. Re- (x)
demptionis noſtræ, correptus eſt lentâ febre quæ propter ſenium atque gracilitatem in humores & viſcera graſſata eſt, ut nullum non medicamentorum genus adhibitum contempſerit, eumque omnino naturæ ſatisfacere intra tertium decimum diem coegerit. Fuit autem obitum ejus ſexta die Octobris. Sepultus in fine chori ſub lapide Abbatum.

Wolfgangus Sumer.

Wolfgangus Sumer ex Monaco oriundus, in locum prioris Abbatis electus, poſtea in die Simonis & Judæ à Suffraganeo Babenbergenſi in choro S. Egidii conſecratus. Qui prius officium Subprioris & Prædicatoris in Monaſterio geſſit. Anno Domini MDIIII. Is poſtea aureâ cruce ſatis magnâ decoravit reliquias, & in curiâ novam ſtructuram, Domum cum ſtubis & habitationibus præfulgidis fabrefecit.

I.

Litteræ Eliſabethæ Carinthiacæ, Auguſtæ, Alberti I. Rom. Imp. Aug. conjugis, quibus Miſſam perpetuam à ſe in ſacello D. Virginis Monaſt. S. Ægidii Noribergæ fundatam dotat.

Wir Elsbeth von Gots genadū Romiſche Kungein zu allermengklichs gegenwärtiger und kunfftiger offenleicher kuntſchafft begern wür ze kumen, daz wir die hernach geſchribn gut, das iſt dye wyſe die gelegen iſt an der ſtat dye nemt Altach hinder dem Siechhuſe zu ſant Johañs des Ewangeliſten, und auch die Schūt (vel *ain Seld*, vel *hofſtat*) *garten und wyſe gelegen in dem dorff zu Wetzendorff bey Nurenberg, mit allen den das dar zu gehort, es ſy gebuen oder ungebuen, beſucht und unbeſucht, dye wir gekaufft haben ze rechtem redlichem kauff umb fünff fünffzig pfund Hl. zu erzney und nutz unſerer ſele und aller unſer vordern, dye haben wir geben und gebens auch mit urkund diß brieffs, mit friem willen der cappelle der Erwirdigen Junckfrawen Marie dye gelegen iſt an dem Cloſter zu ſant Gülgen, der Scotten, zw Nurenberg, alſo das dye geiſtlichen mann der Abbt und das Convent, dez vorgenant Cloſters inne haben und nieſſen ſullen, als ir aygen gut und mit allen iren nutzen ewicleichen nieſſen, doch mit ſollicher beſcheidenheit als hernach geſchriben iſt: das ain yeglicher Prelat des Chloſters oder Convent bruder der in der ſelben cappell wochner iſt, darzu gebunden ſey an abgang täglichen zu gedächtnuß der Mutter Gotz, das ampt der meſſe in der ſelben cappelln von dem ſelben wöchner mit andacht begangen werden, doch ausgenomen den dryen groſſen Hochzeitlichen tagen unſers herrn und aller heyligen tag, zu den ſelben zeiten begeren wir die ſelbn cappellen mit aygen ampten began. Wär aber, da Gott vor ſey, das von verſaumnüß wegen des Wöchners dyeſelben meß würden verſämt oder under wegen gelaſſen, ſo ſol derſelb wochner dez Weins und der Speis an ſein, dez der Convent nüßt deſſelben tags als er die meß verſämet het von gehorſam wegen dez Abbts oder dez Priols, und ſol auch kain genad dar über geſchehen, in kainerlay weiſe, ſunderlich ſul er geſpeiſet werden ainfeltikleichen mit waſſer und mit prot. Geben ze Nürenberg* Anno Domini MCCC Octavo. (y) (y)

(x) hæc poſtea ſucceſſu temporis autographo ſuo adjecit Auctor Hartmannus Schedelius.

(y) ex cod. cod. Schedeliano in 4.

Hiſto-

II.

Hiſtoria de Notabili Particula S. Crucis, ad S. Egidium Nurembergæ.

ALs der Durchleuchtegeſt Furſt und Herr Herr Wentzlawe Romiſcher und Bohemiſcher Chunig &c. zu Nuremberg bey herren Nicklauſen Muffel auff ſant Egidien hoff zu Herberg gelegen iſt, alſo begeret derſelbig Chunig Wentzlawe auff ein tage an Frawen Barbara Kolerin, des genanten Nicklauſen Muffels, eliche hausfrawen, das ſie yem das haubt tzwiege: darzu ſy willig was. Darnach ſaget der Chunig: libe Wirtin yeder arbaiter iſt ſeines lons würdig: und was begeret ir, das wir euch zu loue geben, ſagt ſy mit erſamen worten, ſy begeret nichtz. Do wolt der Kunig ie das ſy vodert, und was ſy vodret, das wolt er ir geben. Alſo ſagt ſy, das er yer eyn bedencken gebe mit yrem hawswirt Niclaſen Muffel zu unterreden, uud alſo nach dem bedencken batt ſy den Chunig umb einem bewerten ſpan von dem Heiligen Crewtz, do het ſy groß liebe zw. Alſo ſagt der Chunig er wolt ir vil lieber ein groſſere gabe von gelt geben, dan das Heilig Crewtz das er an ſeinem Hals truge, das het ym ſein Vatter Kayſer Carl geben, und wer gar lang von ſeinen Eltern den Kunigen zu Behem und dem haws zu Lutzenberg herkumen, doch ſo ſchickt er nach einem Prieſter und eim Goldſchmid, und ließ da Chertzen anzunden und kniten nider, und theten das Chreutzlen das da gulden was, darin der Span dan lag von ſeinem Hals, und brachen das auff, und tetten den Span heraus, und ſchickten nach gluenden kolen in die kuchen; und die bracht man in eym ſilbren waſſerpeck: und alſo leget der Prueſter den Span in dy gluenden kolen, alſo ſprang der Span des Heiligen Creutz, das vil leuth ſachen, krefftiglich heraus, aus dem Fewr eym Ritter auff ſeinem mantel. Als ſy dan umb das Chrewtz knieten. Der Ryetter hieß herr Criſtan von Blumeratz, was gar ein mächtiger frumer, gottſorchtiger man und des Kunig Hoffmeyſter. Und alſo nach dem ſagt der Kunig dem Prieſter in bohemiſcher ſprach, Er ſolt im ein wenig von dem Span geben, und der Span lag auf einem newen weiſſen leynen tuech, und da nam der Prieſter ein meſſer, und ſach den Heiligen Span an, und gedacht ein wenig nach des Kunigs gepot darvon zu nemen, und indem als er das meſſer noch einer ſpann hoch ob dem Heiligen Span hett. Do ſpilt ſich der Heilige Span gantz gleich von einander. Do erſchrack der Prieſter, und ſach den Kunig an. Do ſagt der Kunig, libe Wirtin wir wellen euch recht peichten, wir haben dem Prieſter in gehaym in behamiſch geſagt, er ſol euch ein klein teil davon geben. Alſo ſecht ir das groß wunder Gottes, der Span iſt aus dem Fewr geſprungen, und nun alſo an alle menſchliche hilff ſo gar gleich von eynander gangen, das kain menſch ſechen kan welchs teil groſſer ſey. Alſo wil recht Gott der Herr, das das Heilig Crewtz von euch geert ſul werden, mer dan von uns: darumb ſo nemet welchs teyl ir wellet. Alſo wendet der Prieſter mit dem meſſer die zwey ſtuck umb: und kunde niematz anderſt geſehen, dan das gleich von einander geteilt werun: und alſo nam ſy uud ir hawswirt das eyn ſtuck gar mit groſſen freuden, und alſo gab ir der Kunig darzu XXX. Schock Bohemiſcher groß, das geſchah umb oſtern als man zalt nach Chriſti geburt MCCC und LXX. jar, daraus machten ſy ain ſilbren Creutz darin daſſelbig Heilig Crewtz noch iſt.

UDALRICI ONSORGII

Veteris Capellæ Ratiſp. Canonici

CHRONICON BAVARIÆ

A Temporibus PHOCÆ Imp. Aug.

ad A. C. MCCCCXXII.

* * *

Ex Autographo Auctoris deſcripſit

atque edidit

ANDREAS FELIX OEFELIUS.

Monitum prævium Editoris.

UDALRICUS ONSORGIUS veteris Capellæ (quam vocant) Ratiſponæ Canonicus, quod hodie noſci incipiat, ſuæ ipſius diligentiæ unicè debet, cujus modo remunerationem longè maximam capit, ſi quid eſt à morte in memoria Poſterorum vivere. Extat in Bibliotheca Bavarica Codex chartaceus, ſpiſſus valdè, in quem omnia congeſſit, quæ vel proprio marte elucubravit, ſeu verius compilavit; vel aliunde accepta, in privatos uſus deſcripſit, ſed eâ ductuum & caracterum obſcuritate, tanquam interdicta aliis omnibus legendi facultate, non niſi ſe Lectorem eſſet habiturus. Eum igitur Codicem ordine recenſere, eſt omnem, quæ supereſt Auctoris & laborum ejus notitiam in medium proferre; cum nemo, mihi quidem, hactenus lectus ſit, qui Udalrici noſtri, vel nati meminiſſet, etſi eâ
(z) familiâ orti, cujus, utpote apud Auguſtanos & Ratiſponenſes (z) Patritiæ, non pauca, apud illos præcipuè, Monumenta ſuperſunt.

Codex chartaceus eſt in *folio*, nullo, quod mireris, certo adhuc numero ſignatus, & ſeorſim in abdito quodam Bibliothecæ Bavaricæ ſcrinio unà cum aliis nonnullis à me repertus. in fronte legitur ab alia manu:

Anno Domini MCCCCLXXXV. venerabilis vir Dominus Udalricus Onſarg imperialis Collegii glorioſiſſimæ ſemper Virginis Mariæ veteris Capellæ Ratiſp. Canonicus donavit hunc librum ad Bibliothecam ibidem.

Sequitur contentorum Elenchus in hunc modum: *Incipit Prologus in compilationem librorum Hiſtorialium totius Biblie ab Adam uſque ad Chriſtum à Fratre* JOANNE *de* UTINO *Ordinis Minorum dyoceſis Aglegienſis.* Operis initium: *Reverendiſſimo in Chriſto Patri & Domino Domino Gerdrando Dei gratia ſanctæ Sedis Aquilegis Patriarchæ digniſſimo frater Joannes de Utino Ordinis Fratrum Minorum &c.* in fine Capitis I. legitur: *hanc chartam manu propria in civitate Utini Aquilegienſis dyoceſis anno Domini MCCCXLIIII. de menſe Januarii cum ejus ſignris conſcripſi.* ad oram verò: *inceptum ſecunda die Septembris horâ meridiei anno MCCCCLIIII. in civitate Ratiſponenſi per Dn. Ulricum Onſorg.*

JOANNIS de UTINO Opus, excipiunt CATALOGI, *Pontificum* quidem, à D. Petro ad Clementem VI. & *Imperatorum* à Julio Cæſare ad Henricum Lucemburgium, ab ipſo UDALRICO ONSORGIO è variis compilati, è quibus etiam

(z) Sic in Rapſodiis genealogicis MSC. Tomo ſignato in 4. Joannis Liebii Bambergenſis Archivorum Boicorum cuſtodis doctiſſimi ſimul & diligentiſſimi pag. m. 234. b. inter excerpta quædam Ratiſponenſia Mentio fit ad annum MCCCCLXX. CONRADI ONSORG *Decani.*

etiam excerpta damus. Abſolvit, uti ipſe ad calcem annotavit, *in die S. Jeronymi Presbyteri anno Domini MCCCCLIIII.* Proximè ſequitur *brevis continentia omnium librorum Biblie.* Hæc excipit *de Patriarchatu & Metropolitanis & eorum Suffraganeis Terræ ſanctæ volumen*, ad cujus finem leguntur hæc verba: *Chriſtophorus Presbyter MCCCCXVII. in Monte Syon.*

Volumen hoc ordine ſequitur CHRONICON BAVARIÆ, ipſius ONSORGII Opus, quod hîc typis exſcriptum damus. *Chronicon* excipit ſcriptum aſceticum ſub hoc rubro: *Prologus in Evangelium ex quatuor unum.* incipit: *Sacroſanctæ Generali Synodo Baſileenſi in Spiritu ſancto legitimè congregato, univerſalem Eccleſiam repræſentanti Fr.Hermannus de Zoeſt de Monaſterio Profeſſus Monaſterii campi ſanctæ Mariæ Ciſtercienſis Ordinis, reverentiam debitam cum obedientia humili & devota &c.* hæc ſequitur: *Brevis vita Chriſti per* EBERHARDUM *Priorem in Zwibeltin.* Hanc vitam Chriſti ſequuntur in Codice: *Capitula Evangelii ſub compendioſis metris*, ad quorum finem ita ONSORGIUS:

In nomine Jeſu finivit hunc librum Dominus Ulricus Onſorg Altariſta Altaris S. Briccij veteris capellæ, bonum & utilem veteris & novi Teſtamenti ſibi ſervandum. Sub anno Domini Nativitatis MCCCCLVI. in vigilia S. Laurentii. Illo die venerunt Ambaſiatæ Imperatoris Friderici, duo milites, ad Principes Almanniæ ad incitandum eos venire contra Thorcos ſeu Paganos, qui in Ungaria potenter exiſtunt, & Legatus Papæ Joannes Cardinalis S. Angeli de Wodo id eſt Ofen plures miſſivas ſeu mandata miſit pridie ad omnes Chriſtianos & ſpecialiter ad crucis ſignatos, ſimiliter Gubernator Ungariæ, à quibus nos Dominus noſter Jeſus Chriſtus liberet & defendat, qui vivit & regnat in ſecula ſeculorum Amen.

Item in vigilia B. Mariæ Magdalenæ anno MCCCCLVI. in Ungaria civitate Krichiſch Weiſſenburg pugna facta cum Paganis ſeu Thorcis & interfecti ſunt centum millia, Chriſtianorum verò quindecim millia.

Sequitur eodem in Codice *Compilatio ſuper Dominicas auctore* CONRADO VEIT *Plebano, ſeu Sermones Dominicales.* Incipiunt: *Quoniam exempla plus movent quam verba* &c.

Ponè ſequitur in Codice noſtro: *Hiſtoria de tribus Regibus.* Incipit: *Reverendiſſ. in Chriſto Patri ac Domino Florencio de Weneldawe, divinâ Providentia Monaſterienſis Eccleſiæ Epiſcopo digniſſimo. Cum venerandorum trium Magorum &c.* in fine adſcripſit ONSORGIUS: *Finitum anno Dom. MCCCCXL. in Octava S. Laurentii per me Ulricum Onſorg.*

Ejusdem opera eſt tractatus proximè ſubſequens, ſeu *de Paſſione Domini* LIBER, qui incipit: *O Deus! vidiſti Domine afflictionem populi tui.* in fine: *in vaſe luteo mellicum poculum valeant invenire. Amen. Explicit Tractatus, qui intitulatur de paſſione*, DOMINI ONSORG.

Hunc excipiunt ejusdem argumenti *fragmenta*, hæc verò *Collectanea ex Fortalitio;* inde ſic dictum *Speculum Eccleſiæ*, quod incipit: *Fratres Honorio ſalutem. cum proximè in noſtro Conventu reſideres, & verbum Patribus ſecundum datam tibi ſapientiam faceres &c.*

Hæc omnia excipit *Regiſtrum Biblicum*, ad cujus finem habentur ſequentia: *Explicit Regiſtrum Biblicum ſecundum ordinem Alphabeti per manus Domini Ulrici Onſorg Plebani in Rewſing, cui Dominus Deus dignetur concedere poſt laborem requiem æternam Amen. Anno Domini MCCCCLVII. ultima die menſis Marcij.*

Hæc pauca de Auctore, de Opere ipſo, quod addamus, nil occurrit, niſi ex fimetis his Ennianis nonnihil ſubinde pretioſioris metalli erui, *aliter enim*, ut Petroniano illo utar, *hi ludi non conſtant.*

Ad finem Chronicæ nonnulla Excerpta adjecimus, è plurimis pauca, quæ Res Boicas reſpicientia ex ejus Catalogis ſupra memoratis collegimus.

Udalrici Onſorg Canonici veteris Capellæ Ratisp. Chronicon Bavariæ.

TEmporibus Mauritii & Phocæ viguerunt ſancti Columbanus, Gallus & Magnus prædicantes Chriſtum apud Conſtantiam vel Podamicum vulgariter Podemſee, & febricitante Columbano tranſivit ad Italiam omiſſis apud Podemſee Gallo & Magno, & venit Columbanus ad Agilolfum Regem Longobardorum & Theodolinda Regina, quæ fuit Filia Garibaldi Regis Bavarorum, benignè ſuſcepit, Sic Duxiſſa Bavariæ Theolinda deſponſata eſt Regi prædicto Longobardorum. Anno XII. poſtquam obiit Albinus Rex Longobardorum miſit Imperator Mauritius L. millia ſolidorum Hildeberto Regi Francorum, ut de Italia expelleret Longobardos. Ideò congregati Longobardi venerunt in civitatem Hildeberti & pacem cum eo ſecerunt, unde Imperator iratus repetiit pecuniam ab Hildeberto Rege Francorum, ſed Rex nullum reſponſum dedit. Poſtea verò miſit Authari Rex Longobardorum ad Garibaldum Regem Bavarorum, ubi diu antea fuerunt Reges, Duces Bavariæ.

Tempore Heraclii Dux Bavariæ nomine Theodo à B. Ruperto Baptiſma ſuſcepit. Nam à temporibus Julii Primi Cæſaris usque ad hunc Theodonem quinque tantum Duces Bavariæ ſcilicet Boamundus & frater ejus Ingranus, Adelgetus Secundus, & Theodo Tertius, Garibaldus Quartus, Thaſſilo Quintus, poſt quos ſecutus eſt Theodo Sextus & Chriſtiannus factus regnavit annis LIII. Iſte Archiepiſcopatum Saltzburgenſem fundavit. Eodem tempore S. Lupus Archiepiſcopus Seoonenſis, Rupertus Saltzburgenſis, Sumpertus Colonienſis, Yſidorus Hiſpalenſis, Gallus & Magnus in Alemania. Nunc redimus ad deſponſationem Reginæ Bavariæ ipſi Regi Longobardo-
(a) rum (a). Sic factum eſt: miſit enim Rex Longobardorum pro Theodelinda ad Garibaldum, qui Legatos piè ſuſcepit & promiſit filiam, quod audiens Authari Rex Longobardorum gaviſus, recepit paucos & unum fideliſſimum, quem pro Domino tenuit, cupiens videre Theodelindam & perrexit in Bavariam cum feſtinatione, & cum ſtetiſſet ante Gariwaldum Regem Bavariæ dixit Authari ad Regem: Dominus meus Rex Longobardorum pro iſta cauſa me miſit, ut videam filiam veſtram Dominam meam, & qualis ſit forma ejus, qui ſtatim annuit & miſit eam videre. Autharis petiit, ut de ſua manu daret bibere ipſis, quod factum; & virgo primo dedit Seniori, poſtea Authari, ipſi ignota quod eſſet, Rex ipſe poſt reddit calicem nemine vidente digito eam tetigit, & manum ſuam per faciem ejus duxit, quæ verecundans matri indicat: quæ dixit, ſi Rex & ſponſus tuus non eſſet, nullo modo præſumpſiſſet: ſed taceamus, ne pater audiat, quia dignus eſt te habere uxorem, erat enim pulcherrimus juvenis, poſtea reverſus eſt in patriam ſuam: cum propè veniſſet Ytaliam, ſtetit ſuper equum ſuum & ſecurim, quam habebat in manu in arborem impegit dicens: taliter ferire ſolet Authari, & ſivit ſecurim in arbore. Poſt aliquod tempus turbatus eſt Rex Garibaldus Bavarus propter adventum Francorum & Theodolindam filiam ejus cum fratre ejus Gundealdo miſit ad Ytaliam, audiente Authari Rege cum magno gaudio perrexit in campum Sardis ſuper Veronam & eam cum gaudio ſuſcepit. Item erat quidam Dux nomine Agiolphus, cui dixit: Pulchra iſta
mulier, interim illam tuêre (b) ut uxor (b)
tua fiat. Quare poſtquam regnavit Authari annis ſex apud Ticinum veneno mortuus eſt; & poſtea Theodelinda duxit ipſum Ducem Agiolphum habitis conſiliis ſapientum & factus eſt Rex apud Mediolanum, & in regno confirmatur. His diebus B. Gregorius Papa Dialogum ſcripſit, eúmque Theodelindæ Reginæ pro munere miſit, quæ ſciebat omnia ratione exactiſſima, ipſa Regem ad Catholicam fidem duxit, & omnes Longobardos & multas poſſeſſiones Eccleſiis dedit. Hoc tempore ordinatus eſt Rex Thaſſilo in Bavaria à Hildeberto Rege Francorum, qui ſtatim ivit cum magno exercitu in terram Sclavorum, victoriam habens magnam prædam deportavit. Reginam pacificat Romanorum cum Rege in die Gervaſii & Prothaſii, ideò inſtituit Papa Gregorius in officio: loquitur Dominus pacem. Regnavit 20. annis Agiolphus, &
moriturus miſit Theodolindam cum filio (c) (c)
Anno DCXII. Heraclius cœpit regnare, qui ſanctam Crucem Hieroſolymam duxit, & Regem Coſroam Perſarum interfecit. Hujus temporibus ſimiliter Magnus, Columbanus, Gallus in Alemannia claruerunt, & Machmet cum Sergio, Heraclius Ydropicus factus, mortuus eſt.

Tempore Pipini Regis Francorum & Filii ſui Karoli Magni Erhardus Epiſcopus
Ardinacenſis (d) & Albertus Archiepiſco- (d)
pus Caſtilenſis claruerunt & ambo Ratisponam venerunt & multa bona opera exercuerunt tempore Papæ Zachariæ: DCCXXXV.

His temporibus erant duo Fratres Noricorum Id eſt Bavarorum Duces Albertus & Ockarius, qui fundaverunt Tegernſee, ſed anno eodem Otilo fundavit inferius Altach; & ſanctus Quirinus ductus ad Tegrinſe per Otkarium, ſecum fuit Taſſilo Filius Otilonis. tempore Caroli Magni qui ſimul multas inimicitias habuerunt, tandem pacificati.

Deni-

(a) Ex Paulo Diacono de rebus Longob. L. III. Cap. XIIII.
(b) ambigua lectio; ex Paulo Diacono ſupplenda.
(c) hiant tria verba.
(d) Raderus Vol. I. pag. 56.

Denique in Choto Monaſterii verſus ſubſcripti leguntur :

Thaſſilo Dux Bavariæ
Fundator hujus Eccleſiæ
Sex ſtruxit in Bavaria
Thaſſilo Dux Monaſteria
Weltenpurg, Chremsmunſter
Lorch Wetzelprun Pſaffenmünſter
Thaſſilo Dux ptimum
Poſtea Rex, ſed Monachus ad Imum.

Anno DCCXCII. In Synodo Ratisponæ reprobatur Hæreſis Feliciana.

Not. triplex translatio Imperii: Prima de Græcis in Francos quæ facta eſt per Leonis Papæ manus, qui Carolum Magnum in Imperatotem coronavit *Anno Domini DCCCI.* Secunda translatio eſt de Francia in Ytaliam quæ facta eſt per manus Gregorii Papæ qui Berengatium Imperatorem fecit. Tertia fuit de Francis in Germanos tempore Joannis Papæ XII. qui Ottonem Primum fecit Imperatorem.

Anno Domini DCCCI. Karolus Magnus Pipini Filius cœpit regnare, natione Theutonicus natus in Ingelmheim quod à Maguntia duas leucas diſtat. Verſus:

Natus in Ingelheim cui Bertha ſit Ungara Mater.

Primo tempore erat Albroinus qui ipſum docuit & ſtudium de Roma Pariſius transtulit. Karolos à Saracenis terram ſanctam recuperat & teliquias pars Crucis ſudarium Chtiſti, camiſiam Virginis Mariæ btachium Symeonis duxit ad Aquas, qui ad numerum litterarum in Alphabeto cœnobia fundavit, & cum Provinciam Bavariæ obtineret, venatione in ſylva in nocte viſum ſibi fuit per unum Heremitam ubi jam monaſterium eſt in Metem fundavit
(e) exin hoc monaſterinm (e).

Hic etiam ampliavit Eccleſias Trevirenſem, Colonienſem, Maguntinenſem & Saltzputgenſem. Hic cum ſeneſceret Ludwicum filium ſuum Aquitaniæ Regem Conſilio cunctorum Hæredem Impetii conſtituit, tandem pleureſi pulſatus v. kal. Febr. deceſſit ætatis ſuæ LXXII.

Anno DCCCXIIII. Batuticus Eccleſiæ Ratisponenſi præficitur, ab eo Hemma mater Karoli Imperatoris Obermunſtet legitimo Concambio recepit. Neſcitur tamen certè cujus Karoli matet, ptimi, ſecundi, vel tertii.

Anno Domini DCCCXV. Ludwicus filius Karoli Magni cœpit regnare, qui habuit duos fratres unum qui Teutoniam, alinm qui Hiſpaniam tegebat, & ambos ſuperavit. Hic Ludwicus tres filios habuit Lotharium, Pipinum & Ludovicum; Lotharium Cæſarem fecit cui Italiam regendam commiſit, Pipinum Aquitaniæ Regem fecit, Ludwicum Bavatis & Germanis Regem fecit & Ptincipem. Hic Ludwicus XIIII. Duces Bohemiorum baptizari fecit.

Item tunc floruit Rabanus Abbas Fuldenſis poſtea Maguntinenſis Epiſcopus, Poëta magnus & Theologus.

Item oſſa ſancti Viti transferuntur in Corbiam Saxoniæ Monaſterium & exinde huc venit Impetium: & ſanctus Matcus ad Venetias.

Item in Territorio Tullenſi virgo XII. annotum communicatut in die Paſchæ à ſacerdote & poſtea ab omni cibo & potu abſtinuit per Triennium.

Item in Gallia ante Solſtitium æſtivale magnâ tempeſtate exorta cum grandine fragmentum glaciei cecidit cujus latitudo ſex pedum & longitudo xv. ſpiſſitudo duorum.

Item Concilium in Aquisgrano ubi multa de Statutis Clericorum & Religioſorum utilitet ſunt tractata.

Item Clerici Cingulà auro texta & alia ornamenta ſecularium depoſuerunt.

Item Dietolphum Epiſcopum Aurelianenſem accuſatum in Andegavi Imperator cuſtodiæ mancipat. Ille Epiſcopus ſicut in die Palmarum proceſſio habebatur ante carcerem præſente imperatore apertâ feneſtrâ & facto ſilentio cantavit ympnum *gloria laus* quem ipſe dictaverat in captivitate, unde ipſum Imperator abſolvit.

Anno DCCCL. Lothatius factus Imperator prius filius Ludovici Impetatotis, tandem filio ſuo Ludwico miſit imperium & ipſe Monachus factus eſt.

Hujus Filius Katolus junior per tres dies vexatus à dœmone quod contra Patrem pro imperio tentaverat.

Hujus tempore in Brixa * Ytaliæ tres dies & noctes ſanguis pluit, & in Patrochia Maguncia malignus ſpiritus parietes domorum concutiebat tanquam cum malleis, diſcordiam ſeminando & loquendo, & ubi intravit exuritur domus: ſacerdotes otando & aquam benedictam contra eum projiciendo ipſe denuò cum lapidibus jactabat. (f) (f)

* ita cod.

Item Rex Bulgarorum ad fidem converſus cum gente ſuâ.

Item in Gallia Locuſtæ apparuerunt ſex alas & ſex pedes habentes & duos dentes lapide duriores, ſcilicet volantes una die pet quatuot milliaria, herbas & arbores devaſtabant usque ad mare Britannicum, ubi ex vento ſubmerſæ ſunt. Unde aet corruptus, peſtilentia magna ſecuta eſt: ferè tertia pars hominum periit.

Anno DCCCLXXII. Comitatus Flandriæ exortum habuit; Karoli *ſecundo.* Hujus tempore *contra* Papam Joannem XIII. Synodus celebrata eſt in Conſtantinopoli CCCLXXXIII. Epiſcoporum: item conſtitutio facta de adorandis imaginibus Chriſti & Sanctorum.

(e) Laborat ſenſus, in marg. *ibidem eum invenerit.* An viſum hoc voluit ut ubi Eremitam inveniret, ibi cœnobium ſtrueret? De monaſt. Metenſi vid. Hundium in Metropoli. P. II p. m 346. & addit Gevvoldi, qui de antiquiſſimo hoc Monaſterio à Seculo Nono, vigente, pauca admodum, præter catalogum Abbatum, ſatis eum exactum, in medium attulêre.

(f) *Lycoſthenes ad A. 874. refert.*

A. DCCCLXXV. Karolus qui dicitur junior, Rex Alemanniæ filius Ludwici Regis Germaniæ, qui fuit nepos Karoli Magni cœpit regnare. Hic Galliam & Germaniam pacificè poſſedit : à Joanne Papa coronatur. Hic habult duos fratres, Ludwicum qui tenuit Aſccofranciam & Karlomannum qui tenuit Bavariam & dicebatur Rex Bavariæ. Ejus Filius Arnolphus poſtea tenuit Monarchiam. Hic Karolus à Principibus ejectus eſt. Tempore illo Rex Normanniæ baptizatus eſt propter prælium à Germanis ſibi factum.

A. DCCCLXXXVIII. Arnolphus cœpit regnare, qui maximum prælium commiſit contra Normannos & Danos peſſimos paganos, & occidit duos Reges paganorum & ſigna Regia XVI. ablata in Bavariam duxit: ubi civitatem Ratisponenſem multum dilexit, & Monaſterium S. Emmerami cum muro ampliavit, & multas poſſeſſiones dedit & ſecum duxit oſſa S. Dionyſii ad Ratisponam, & librum Evangeliorum cum gemmis tradidit. Hic ſepultus eſt in Choro S. Emmerami.

A. DCCCCI. Ludwicus filius Arnolphi cœpit regnare, qui tertius eſt : ad coronam imperii non pervenit. Nam ipſe fuit *finis* imperii quod Eccleſiam non fovebat : fuit Finis quantum ad poſteritatem Karoli & inde facta eſt ſecunda translatio de Francis in Ytalicos per Romanos & Sergium Papam III. quidam horum tum in Ytalia, quidam autem in Alemania imperabant usque ad Ottonem Primum. Hic Ludwicus moritur & in medio Chori Emmerami Ratisp. ſepeliter. Hujus pater, Conradi, qui poſtea regnavit in Alemania, fratrem Alberti Comitis occidit. Fuit Adelbertus filius Sororis Henrici qui poſtea regnavit, quæ dicta Babam à qua Mons Babenberg nominatur.

Poſtea Adelbertus in Bamberg decollatur per conſilium Epiſcopi Maguntinenſis, unde ipſe à dœmooe in puteum Ethnæ præcipltatur & vox in aëre : ſic peccata loes ſicque tuendo tues. Hujus tempore S. Wenzeslaus in Bohemia viguit Chriſtianus.

A. DCCCCXIII. Conradus Filius Conradi regnavit. Hujus temporibus Principes erant, Arnolſus io Bavaria, Burchardos in Swevia, Eberhardus Comes in Francia, Giſibertus Dux in Lotharingia. Henricus in Saxonia & Thuringla. Arnolphos --- * coactus fugit ad Ungaros cum uxore & filiis, & ibidem manſit usque ad mortem Conradi.

* puto leg. a *Rege.*

A. DCCCCXXI. Henricus genere Saxo, qui prius dictus eſt filius Ottonis Ducis, cœpit regnare: uxorem habuit Machildam ſanctam ex qua genuit Ottonem Magnum & Henricum ducem Bavariæ: Illo tempore Dux Arnolfus ab Ungaria rediit in Bavariam qui honorificè ſuſceptus eſt, quare Rex Henricus Ratisponam obſedit, qui videns ſe non poſſe defendere ſe Regi Henrico tradidit & ſibi Rex omnes Pontifices in Electionem tradidit. Hic Arnolfus Dux Bavariæ tempore S. Udalrici multa mala Eccleſiis ſecit.

His temporibus Eberhardus Comes & frater ejus Adelpero io caſtro Eberſperg Monaſterium fundaverunt. Et Eberhardus Geiſenvelt de volontate uxoris Alhaidis.

A. DCCCCXXXVII. Otto prius filius Henrici Regis regnare in Alemania cœpit: hujus regni anno XIX. Hungari totam Bavariam vaſtant, civitatem Auguſtam tempore ſancti Ulrici obſident: Otto Rex pugnavit cum ipſis & eos vicit, ubl Dux Conradus & Dyepoldus frater S. Ulrici occiſi ſunt : Reges autem Uogariæ tres in Ratispona ſuſpenſi ſunt.

A. DCCCCXXXVIII. Tempore Lotharii Regis ſol factus eſt ſicut ſanguis, unde poſtea cædes magna ſecuta eſt & ſemel in Majo magna nix & glacies ſupervenit & in Ytalia fames. Otto intrans Ytaliam pro corona Berengarium Regem Ytaliæ captivat & in Bavariam cum uxore nomine Willa in Bamberg miſit, ubi mortuus eſt.

Hic fit tertia translatio Imperii de Ytalia in Teutonicos.

Circa hæc tempora in Vaſconia fuit mulier ab umbilico ſurſum diviſa doo pectora & duo capita habens, una comedente vel bibente vel dormiente, altera neutrum faciebat. Vixerunt longo tempore nec uno tempore mortui ſunt.

A. DCCCCLXII. Otto primus incepit regnare & primus Rex Alemannorum obſedit Romam propter depoſitionem Joannis Papæ, quousque ſibi tradiderunt Benedictum Papam & reduxit Leonem Papam & Leone reducto ad ſedem rediit in Alemaniam, ducens ſecum Benedictum Papam qui & In Exilio mortuus eſt. Hic Otto Eccleſiam S. Mauritii in Maidpurg ſundavit & ibidem ſepultus.

Hujus tempore S. Wenzeslaus à fratre in Bohemia occiditur propter quod Otto duodecim annis Bohemiam impugnans totam devaſtat.

A. DCCCCLXXII. Circa Mortem hujus Ottonis S. Wolfgangus Ratisponenſis Eccleſiæ Epiſcopus præficitur. Hic fundavit Monaſterium S. Pauli, Inſtituens ibi Sanctimoniales Ordinis S. Benedicti. Hic in Bohemia provincia quæ tunc ſub Ratisponenſis Eccleſiæ parochiâ extitit, novitet vana ydola abjecerat rogatu Ottonis.

A. DCCCCLXXV. Otto ſecundus, Ottonis M. Filius regnare cœpit & à Benedicto Papa coronatur. Hic apud --- Eccleſiæ S. Petri coovivium fecit & ſcitè armigeros poſuit & omnes ibidem qui pacem violaverant decollavit, poſtea à Barbaris tactus Romæ veneno, ibidem moritur, ſepultus in Eccleſia S. Petri. Etiam Rufus dicitur.

A. DCCCCLXXVIIII. Tertius Otto cœpit regnare, Filius ſecundi Ottonis & puer erat diu & à Gregorio coronatus. Hic monaſterium inferioris Altach Conſilio ſanctl Wolfgangi Ratisponenſis & Pilgrini Patavienſis Epiſcoporum reformavit.

Hic Comitem quemdam decollavit propter uxorem ſuam Imperatricem, quæ eun-

dem

dem Comitem forte diffamat quod non voluit eam cognoſcere. Hic poſtea veritate inventa uxorem imperatricem vivam concremat, & quatuor caſtra viduæ dedit.

A. MI. Henricus Dux Bavariæ in Imperatorem eſt electus (multi dicunt quod ſcripſerit ſe Henricum ſecundum Imperatorem) à Benedicto Papa coronatus. Hic Henricus Stephano Regi Ungariæ adhuc gentili Sororem ſuam Giſillam in uxorem dedit, & Regem cum totâ gente ad fidem convertit, qui Stephanus Miraculis claruit propter ejus ſanctitatem. Hujus Henrici uxor fuit ſancta Kunigundis: ambo virgines permanſerunt & in Bamberga miraculis requieſcunt. Hic in Ratiſpona veterem capellam ampliavit in venerabile collegium Canonicorum. In hâc Eccleſia permanſit cappellula ſub gradu quæ ampliata in latitudine non plus habebat quam longitudinem altaris, quod permanſit immobile. Hæc cappellula fuit prima Eccleſia in Bavaria unde & nomen vetus cappella accepit.

Hujus tempore floruit Rupertus Rex Franciæ qui ſequentiam ſancti Spiritûs compoſuit, & in feſtis Sanctorum Chorum regebat, ubi cappa ſericâ indutus.

Hujus tempore Wilkinus Epiſcopus Maguntinenſis, cujus pater currus faciebat, qui in oratorio ſuo rotas ſuſpendit & ſcripſit: Wilkinus *gedenck wan du kumen biſt.* Clavem hujus cameræ ſolus ſervabat, ideo rota in vexillo eſt depicta.

A. MLII. Per inſtanriam Imperatoris Henrici Leo IX. Papa venit ad Ratiſponam ad transferendum corpus S. Wolfgangi; nec non S. Erhardi Ardinacenſis Epiſcopi transtulit: & de dubio ſancti Corporis S. Dionyſii inter Pariſios & Ratiſponenſes determinavit. Hic Papa in Maguntia habito concilio cum xxxxii. Epiſcopis ſtatuit Clerum non ſequi aves & canes in venatione & ſervare jejunium quatuor temporum.

A. MLVII. regnare cœpit Henricus III. vel IIII. adhuc puer. Hujus temporibus multa mala monaſteriis & Clericis & juris & religionis perturbatio. Unde Gregórius VII. ipſum excommunicat, propter quod omnes Principes ſubjectionem ipſius renuntiant, ſed ſe humiliavit in Roma coram Papa qui ipſum abſolvit & pœnam impoſuit. Non ſervans promiſſa iterum excommunicatur & Rudolfus eligitur in Principem, cui Papa miſit coronam cum verſu

Petra dedit Petro, Petrus Diadema Rudolfo.

Sed Henricus cum Epiſcopis alium Papam ſibi fecit, unde bellum invicem habuerunt Henricus & Rudolfus: & ipſe Rudolfus cecidit & exinde Henricus cum Papa ſuo Clemente Romam venit, & ab eodem die Paſchæ coronam accepit, ſed à Guiſcardo expulſus & Gregorius reſtitutus.

Hujus tempore Henrici cometa viſa eſt per totum orbem: diu apparuit. Viſi ſunt vermiculi igniti in multitudine circumlati pene miliarium, in latitudine duo, denſitas erat ut ſolem tegeret: Peſtilentia magna facta eſt hominum & pecudum. Item viſus eſt ſplendor volans per aërem ab oriente in occidentem: item Nubes Sanguineæ ſurgentes. Item Presbiter Suggerus vidit in aëre duos Equites concurrentes: unus crucem ferebat & alium vincere videbat. Item mulier duobus annis imprægnata fudit infantulum ſtatim loquentem, item infantulum per omnia bimembrem, alterum verò capite bino. Item agnellus binis capitibus: Item nonnullis crucis ſignaculum ſibi vel in frontibus vel in veſtibus vel alio loco corporis divinitus impreſſum occurrebat: his ſignis omnis creatura in creatorem ſuum ſe convertit: & exinde cum maximâ multitudine tranſierunt in terram ſanctam per Germaniam & Bavariam ad recuperandum ſepulchrum Domini & exigendum baptizari Judæos.

Mortuo Henrico ſuccedit filius ſuus qui ſe Romanæ Eccleſiæ ſubjecit & quos pater Epiſcopos expulerat, ipſe reſtituit: Dein pater & filius congregati circa flumen Renus, videntibus autem militibus ex utráque parte magnum prælium, ſimul concordarunt. Dein filius Henricus firmato fœdere cum civitate Ratiſponenſi, Hartwicum in Epiſcopum Ratiſponenſem præfecerat, depoſito Ulrico quem pater conſtituerat, & poſt in Maguntia ex congregatione totius regni Teutonicorum ſecundo eligitur Henricus in Regem & ab Apoſtolicis legatis qui ibi fuerant per impoſitionem manûs confirmatur.

A. MLXXVII. Haizha comitiſſa felicis recordationis, Filia Regis Arragoniæ nupta Hermanno Comiti de Caſtel, ſed non ab eo cognita, ſine liberis, copulata eſt Comiti Ottoni de Scheyrn cum quo habuit tres filios; Mortuo Ottone ipſa fundat Monaſterium Viſchpachow.

A. MCVII. Bertoldus Comes de Purgek & Otto junior Comes de Scheyrn qui caſtrum habuerunt Glaneck, nunc verò Uſenhofen renunciaverunt, ibidem Monaſterium S. Petri conſtruxerunt.

A. MCXXIIII. Dux Otto Bavariæ & Agnes uxor ejus rogaverunt omnibus * qui habuerunt partem in caſtro Scheyrn, ut Beatæ Mariæ reſignarent, quod eorum negligentia totum erat deſolatum, quare factum eſt ut Dux caput monaſticæ religionis ſtatuit. * in cod.

Item Bruno de civitate * oriundus Inſtituit Ordinem Carthuſienſium: verſus: * Colonienſis.

Anno Milleno quartóque ſi bene penſes
Ac Octogeno ſunt orti Carthuſienſes
His ortum tribuit Excellens Bruno Magiſter
Conſul hic inde fuit Papæ, peritúsque Miniſter
Hinc Heremum petiit divino Pneumate flante
Et populos adiit Calabrorum ubi vixit ut ante
Junctis námque ſibi ſociis, Terreſtria ſprevit.
Et tumulatus ibi ſummâ cum pace quievit.

A.

Anno MLXXXV. Nortpertus Epiſcopus Curicenſis fundat Collegium ſecularium de octo Canonicis in ipſa Eccleſia ſua Haybach, quod poſtea deſolarur per Nobiles de Sevelr, ſed per Ludwicum Imperatorem reformatur.

Illis temporibus Monaſterium Dietramſſel fundatut à quodam Sacerdote dicto Dyetramo. Anshelmus Abbas claruit in Anglia.

Anno Domini MCVII. Henricus IIII. cœpit regnare, hic patrem ſuum vinctum usque ad mortem teouit, ideò ſine hærede fuit. Hic Henricus curiam in Ratispooa celebrat, ad quam poſtea venit Epiſcopus Otto Bambergenſis. Hic tentorium extra civitatem fecit circa arbores nucum in loco amœno, & in nocte vidit Angelos in ſcala aſcendentes & deſcendentes, cujus cauſa Idem Monaſterium Pruvening vocatum fundavit: & quia locus ille pertinebat ad veterem capellam alia prædia pro eo loco ipſis dedit, & ſtatuit Erminoldum de Hirſaugia Abbatem juſtum & ſeverum, ut in cronicis habetur.

Anno Domini MCXVIII. Diepoldus Marchio in Vohburg peritione matris ſuæ Leukardis & uxoris ſuæ Alhaidis Monaſterium in Reichnbach in honore Mariæ fundavit, quia Leukarde infirmatâ apparuit beata Virgo, ei dicens, ut Monaſterium in Reichenbach ei offerret, & fundaret Monaſterium Ordinis S. Benedicti Monachis, vocans eos de caſtello, unde nata fuit. Hujus Marchionis filia fuit Reueza Duciſſa Bohemiæ, quæ Monaſterium in Clademia fecit, & in Reichenbach ſepulta eſt, ubi tranſivit. Idem Marchio dedir Waltſachſem aream, in qua conſtructum eſt Monaſterium, & de ſylva quantum ipſi fratres per unam diem in circuitu perluſtrarent, ipſe eſt Fundator eorum.

Circa ea tempora in Laudinenſi dioceſi ſub Patre Noberto, qui fuir Colonienſis, Præmonſtrati Otdo incepit: *verſus*:

Anno milleno centeno bis quoque deno
Sub Patre Noberto Præmonſtrati viget Ordo.

Hoc tempore militia in Jeruſalem Templariorum incœpit.

Terræ motus in toto mundo multas urbes ſubruit.

Item in parochia Legionenſi porcellum edidit habentem faciem hominis.

Item in die Paſchæ Monachus extra Romam, tum ſecum cogitans de ſepulchro, vidit cingulum ſuum inſolutum anre ſe, Interea audiens vocem:

Sic potuit Chriſtus, elauſo prodire ſepulchro.

Item in Treveris ſanctus Mathias inventus eſt tempore ſamis, quæ ceſſavit.

Item Hugo de S. Victore Pariſius claruit. * — * hiant hic aliqua.

Circa hæc tempora Monaſterium ſuperioris Altach initiatur, & ſub Honorio II. Papa libertati traditur à Friderico Ratisponenſis Eccleſiæ Advocato, cum conſenſu Contoralis ſuæ & Alberti Comitis de Windeberg & uxoris ſuæ & filiorum ſuorum, ſcilicet Pertoldi & Alberti per modum - - - - ad quorum hæreditatem pertinebat.

Anno Domini MCXXVII. cœpit regnare Lntharius III. hic porcuter conſtituit Ducem Apuliæ & in Siciliam Comitem Raymoncm.

Hoc tempore magna ſiccitas aquarum in Francia, ignis per rimas terram ſubintravit, & nemo porerat extinquere, & maxima fames ſequebatur. Iſto tempore Ordo S. Johannis Hoſpitalis in Jeruſalem incœpit.

Anno Domini MCXXX. vivente S. Bernhardo fundatum eſt clauſtrum Cæſarienſe vulgò Keiſerheim per Heinricum Comitem de Lechgemunde & Volradum filium ſuum.

Anno Domini MCXXXVIII. Conradus ſecundus frater Friderici Ducis Suevorum & Henrici Ducis Bavariæ, cœpit tegnare, & ſanctus Bernhardus in Franckfurt ipſum cum cruce ſignat, cum multis Principibus de Anglia & Flandria, & Ludovicus Rex Franciæ intravit Terram ſanctam: ſed Græci calcem farinæ miſcentes magnum fecerunt detrimenrum exercitui, & multa bella geſſerunt. Hujus tempore moritur armiger Joannes Karoli Magni, qui vixit annis *CCCLXI.*

Anno MCXXXVIII. Monaſterium S. Magni in ſuburbio Ratisponenſi cœpit ædificare Canonicus Ratisponenſis Gebehardus; ad cujus petitionem prædictus Conradus, qui obſedit Kelhaim cum conſenſu Fratris ſui Henrici Ducis Bavariæ prourbium Ratisponæ Monaſterio S. Magni largitus eſt. *Verſus*:

Pons fieri cœpit Domini dum añus incepit
Mille cenrenos tria decem ſemiq; denos.

A. MCLI. Decretum à Gratiano Monacho compoſirum.

A. MCXLII. Albertus Comes de Pogen fundat Monaſterium in Windberg & ſepultus ibidem cum ſucceſſoribus ſuis videlicet Hartwico & Pertoldo filiis ſuis. Hic Pertoldus habuit filium Albertum, qui vicit civitatem Spoletanam in Tuſcia, & tranſtulit duo corpora ſancti Sabini Epiſcopi & S. Serenæ viduæ. Idem Albertus genuit tres Filios: Lupoldum, Pertoldum & Albertum ultimum.

A. Domini MCLII. Ratispona magno incendio conſumpta, etiam multa Monaſteria. (g) (g)

A. Do-

(g) In aſſere Codicis hujus hæc adſcripta, quæ commodè huc facere videntur: *Primo conſtat de Epiſcopo Ratisponenſi tempore Gelaſii Papa A. C. CCCCLXXX. S. Paulinus & circa Danubium primo fuit capella pro Eccleſia Cathedrali. Sed poſtea A. MCLII omnes Eccleſiæ igne perierunt Ratisponæ in die S. Tyburtii & Valeriani. A. MCCLXXIII. iterum Cathedralis combuſta & campanæ omnes liquefactæ. Nunc autem verſus Auſtrum inchoata eſt cum magna ſolempnitate cottidianis fidelium elemoſynis, & fuit olim conſecrata in honorem S. Remigii & in confraternitate habebatur, ſed poſtea mutato Patrono in honorem S. Virginis Mariæ & B. Petri fuit conſecrata.*

A. Domini MCLIII. Fridericus primus Barba ruffa, Filius Friderici Ducis Sueviæ frater Conradi Regis in Franckfurt eligitur, in Roma ab Adriano Papa corooatur. Hujus tempore quatuor ſcisma oriuntur. Huic Imperator Soldanus miſit vas plenum Balſamo, quod projecit in terram, ut omnes aſtantes aliquid haberent. Hujus tempore tres lunæ in cœlo ſunt viſæ & poſtea tres ſoles, ſignificantes diſcordiam Cardinalium in electiooe Papæ & Principum, in electione Imperatoris.

Item terræ motus quo civitas Antiochena cecidit & Damaſcus, Cathinenſis civitas penitus everſa eſt, & fames valida.

Eodem anno capta eſt Jheruſalem à Soldano & ejus exercitu.

Teutonici in Roma ab hora nona usque ad veſperam, nec unquam tot Romani ſunt occiſi. * (* ita cod.)

Hic Fridericus in Terram ſanctam per Franciam intravit pro pœna à Papa data, & poſt multas victorias in parvo flumine Armeniæ balneare volens, cunctis videntibus eſt ſubmerſus, in Tyro ſepultus; & filius obiit in obſidione Ptolomaidis: quaſi omnes nobiles obieruot.

Joachim vixit, qui multa ſcripſit de venturo judicio & ſuper Apocalypſin.

A. MCLVI. Ducatus Bohemiæ mutatur in regnum per Fridericum Imperatorem, & Ladislaus Dux Bohemorum in Regem conſtituitur.

A. MCLVII. Marchionem Henricum Auſtriæ, Ducem Bavariæ ab eodem ducatu removit Imperator, ut Duces Bavariæ minus deinceps contra imperium ſuperbire valerent. Imperator de voluntate Principum in curia Ratisponæ habita Marchionatum Auſtriæ à jurisdictione Ducis Bavariæ eximendo, & quosdam ei comitatus de Bavaria adjungendo convertit in ducatum.

A. MCLVIII. Vilſa fluvius in Ensdorf ſiccum iter præbuit.

A. MCLXIII. Muri altiſſimi Mediolani per Imperatorem fuoditus deſtruuntur, & Reynoldus Archiepiſcopus trium Magorum corpora Coloniam transportat, quæ per Helenam Conſtantinopoli fuerunt à Theodoſio Mediolanum. - - - -

A. MCLXIIII. Beatus Eberhardus prius Monachus poſtea Epiſcopus Saltzpurgenſis ceſſit humanis.

A. MCLXVI. ordinantur Canonici regulares in Saltzpurg.

A. MCLXXX. Marchionatus Stiriæ mutatur in ducatum. Eodem anno Dux Henricus Bavariæ & Saxoniæ à Friderico Imperatore per ſententias Principum deponitur, & Otto Comes de Schyra Dux Bavariæ conſtituitur: Idem Otto genuit duos filios Ludwicum & Henricum: Ludwicus duxit uxorem Mariam Duciſſam Brabantiæ, eâ mortuâ duxit Annam filiam Ducis Poloniæ, ex qua genuit Ludwicum egregiæ indolis virum, mortuâ Anna Rex Rudolfus filiam ſuam Metildim ſibi tradidit in uxorem, ex qua genuit Rudolphum & Ludowicum, qui poſtea regnum Romanorum eſt adeptus.

A. MCLXXXVI. Soldanus Rex Babyloniæ, Syriæ, Egypti, Perſarum deſtruxit Jeruſalem, & multos Chriſtianos occidit.

A. MCXC. Henricus V. Friderici Filius imperare cœpit vel regnare. In Erfordia ſeptem Comites in Cloacam ceciderunt, & mortui ſuot.

Hujus tempore tempeſtas maxima & lapides ceciderunt ad quantitatem ovorum quadranguli & omnia deſtruxerunt: corvi & plures aves in hac tempeſtate volantes viſi ſunt carbones vivos in roſtro portare & domos incendere. Hic totam Apuliam obtinuit, Regem captivum duxit in Alemanniam. Hic contra Romanam Eccleſiam tyrannidem exercuit; Papa quoque Innocentius ipſum excommunicavit cum ſuis, veneno interiit in Spira, & quidam Sanctus in mane iovenit in manu ſua hos verſus:

Rex tuit, & regnum capiens Rex alter habebit:
Ille potens medio cadet hic & utroque carebit:
Surgit ab occiduo Rex, ut Leo regna tenebit
Et poſt hunc non tres & regnis ordo ſilebit.

Hugwicus Ferrarienſis Epiſcopus floruit.

A. MCC- duo minus: Henrico mortuo diſſenſio erat inter Electores, una pars elegit Ottonem de Brunswich filium Henrici Ducis Bavariæ & Saxoniæ: altera Phillppum fratrem Henrici ſuperius dicti. Denique Philippus Dux Suevorum XI. annis *, & à Palatino in Bamberg occiditur, & poſtea familiares ſui Palatinum occiderunt. (* ita Cod.)

A. MCC. Gertrudis Regina Hungariæ occiſa eſt. Hæc fuit Mater ſanctæ Elizabeth & Belæ, qui fuit Rex Hungariæ, quæ genuit Elizabeth Duciſſam Bavariæ. Sic orta eſt occiſio Gertrudis: in Imperiis S. Elizabeth in Oven cum Lantgravio de Thuringia venit Bertholdus Patriarcha Aquilegienſis: vidit unam Comitiſſam Hungaricam, quam vi oppreſſit, & cum maritus ſuſpicabatur, quod Regina Gertrudis conſenſerit, ipſam ſuſpendit, & omnes contracti in membris fuerunt. De mane familiaribus intrantibus omnes muti inventi ſunt præter unum, qui totum negotium confitebatur. Poſtea fuit canonizata.

A. MCC. Magiſter Alexander Monachus Ordinis S. Benedicti doctrinale Pariſius compoſuit volens ſcribere curiculum. * (* ita Cod.)

A. MCCIII. Conradus Friſingenſis Eccleſiæ Præpoſitus eligitur in Epiſcopum Ratisponenſem, qui Comes erat de Frontenhauſen filius Henrici. Ejusdem comitatum vendit pro ſeptem millibus librarum: Hoſpitium Pauperum fecit in ponte Danubii caſtrum Diſpach, Wert, Kungswart & alia Epiſcopatui tradit: & Monaſterium S. Emmerani in multis defendit. Obiit anno MCCXXVI. (h) Hic Conradus determinavit electionem Prioris S. Petri extra muros inter Abbatiſſam & Conventum ſuperioris Monaſterii & Abbatem & Conventum S. Jacobi. (h)

(h) Laurentium Hochvvartum hoc noſtro Chronico uſum eſſe ex iis apparet, quæ in ejus Conrado III. Epiſc. Ratisp. leguntur.

A. MCCX. Caſtrum Abach Dux Ludovicus ædificat.

A. MCCVIII. Otto cœpit regnare per Papam Innocentium III. hoſtis factus ptoptet ſpoliationem ſuam. Papa ergò eum depoſuit, & Fridericum Filium Henrici Imperatoris adverſarium ſuſcitat, qui contra Ottonem triumphat.

A. MCCXVI. Fridericus II. Quinti Henrici Filius imperat, quem Papa Innocentius IIII. in Lugdunenſi Concilio depoſuit propter infeſtationes Eccleſiarum. Clericos & Eccleſias ſpoliavit, Cardinales ſubmerſit proptet depoſitionem, & quia infidelis fuit dicens: tres ſeduxerunt totum mundum, Moyſes Judæos, Jeſus Chriſtianos, Machmet Sarracenos. Veneno extinctus eſt Fridericus in Apulia, propter quod dicitur ipſum redire & perditus fuiſſe. His temporibus confirmantur Ordines Prædicatorum & Minorum. *Verſus:*

Bis ſex centenus decimus ſextus fuit annus
Tunc ſub Dominico cœpit, qui prædicat Ordo

Epitaphium Ftiderici II.

Si probitas ſenſus virtus quoque gloria cenſus
Nobilitas orti poſſent reſiſtere morti
Non eſſet extinctus Fridericus, qui jacet intus
Alta Palatia ſumma quoque gloria mundi
Non valuère mihi tollere poſſe mori.

Tempore Fridetici Imperatoris & Fernandi Regis in Toletos Yſpaniæ quidam Judæus invênit in rupe librum quaſi ſolia lignea habentem. Tribus linguis ſcriptus Hebreâ, Græcâ, Latinâ & loquebatur de triplici mundo & auxilio & de Chriſto nato ex Virgine, & erat ſcriptum, quod tempore Fernandi Regis deceret inveniri eum, unde baptizatus cum omni familia ſua.

A. MCCXLI. Albertus ultimus Comes de Pogen obiit: Hic ad Terram ſanctam volens transfretare in obſequium crucifixi, dedit Eccleſiæ ſuperioris Altach tertiam partem fori in Pogen cum omnibus attinentiis & jure Forenſi.

A. MCCXLIIII. Electores elegerunt Lantgravium Thuringiæ in Regem Romanorum, qui Comes Regem Filium Friderici Imperatoris cum ſuo exercitu apud Frankſurt ignominiosè fugat: & ipſe Henricus eodem anno obiit ſine hærede.

His temporibus gens Tartarorum, Ungariam & Poloniam intraverunt. Eo in bello frater Regis Ungariæ Dux Colomanus in Panonia Dux Sleſiæ occiditur, reliquum vulgus, quos invenire potuerunt, occiderunt. & poſtea ſupervenit ſames, quod mulieres parvulos comederent & unum montem pro farina.

Item in Burgundia à montibus quinque millia hominum ſuffocantur, nam unus mons per plura loca tranſiens villas obruit.

A. MCCL. Schiſma erat in electione inter duos Reges. Electi Richardus Comes
* Alfonſus Cornubiæ & Aufulſus * Rex Hyſpaniæ; duravit usque MCCLXXII. & ambo veneno per Carolum Regem Siciliæ perierunt.

A. MCCLI. Frater Bertholdus natione Ratisponenſis, Ordinis Minorum prædicare cœpit, & dicitur ſæpius confluxiſſe ad prædicationem ſuam centum millia hominum obiit A. MCCLXXII. Luciæ.

A. MCCLV. Ludwicus & Henricus dividunt Bavariam, filii Ottonis: Ludovicus, qui ſuit major, ceſſit in Palatinum & ſuperiorem Bavariam Monacum, Henrico Bavaria inferior, Lantzhut ceſſit &c. Eodem anno Dux Otto pater eorum, qui fuit Comes in Scheirn, & Conradus Rex moritur.

Eodem anno Dux Ludwicus Bavariæ & Palatinus in Swobiswerd uxorem ſuam Mariam ſororem Ducis Brabantiæ decàpitat: pro Emenda Ludwicus Monaſterium in Furſtenfeld fundat.

A. MCCLX. Rex Ungariæ & Rex Bohemiæ bellum habuerunt, & Rex Bohemiæ victoriam habuit, & Ungariam intravit, Rex Ungariæ pacem obtinet per minotem Fratrem.

A. MCCLXIIII. Cometa apparuit --- ab Oriente ſurgens cum magno fulgore usque ad medium: verſus occidentem comam lucidam protrahebat; plus quam per tres menſes duravit: ipſa appatente Papa Urbanus cœpit infirmari, eadem nocte ſicut Papa moriebatur, cometa diſparuit. Demum in tertio anno ex Affrica magna multitudo Sarracenorum intravit Hiſpaniam, & magnam ſtragem in Chriſtianos fecerunt, ſed Hiſpani triumphârunt.

A. MCCLXX. Ludwicus Rex Fraociæ chriſtianiſſimus intravit Terram ſanctam per mare, cum filiis ſuis duobus, adjuncto Rege Navarræ, & multis Prælatis. Filius unus in via mortuus, quia una infirmitas ibidem viguit. Sed Rex Karolus Siciliæ cum magno exercitu ſupervênit: tandem concordârunt Sarraceni & Chriſtiani, quod Sarraceni deberent reſtituere ablata Eccleſiis: & quicunque vult baptizari, debet baptizari, & expenſas dare Chriſtianis domi *, & eſſe * ita Cod.
tributario Siciliæ Regis.

A. MCCLXXIII. jam diu vacante Imperio mandat Papa Electoribus, ut providerent, qui electionem dederunt Duci Bavariæ, qui elegit Rudolfum Comitem de Habſpurck Alemannum, qui occidit Regem Bohemiæ Othokarum, qui ptius deſtruxit Regenſtauff & Nitnaw.

A. MCCLXXII. Summum * Ratispo- * ſubaud. Templum.
nenſe exuritur. Hujus tempore ducenti homines v. kal. Julii in ponte ſuper Muslam corizantes, omnes ſunt ſubmerſi.

Item Nigromanticus qui dixit ſe Fridericum Imperatorem Rex Rudolphus combuſſit.

Item Comes de Mosburg moritut, & comitatus ad Duces Bavariæ devolvitur.

A. MCCLXXVII. Henricus Comes de Roteneck Ratisponenſi præficitur. Epiſcopus hic poſt combuſtionem Eccleſiam Ratisponenſem ſumptuosè reædificavit, multa ornamenta dedit. Hic caſtrum Rotneck Duci Ludovico Bavariæ cum ſuis pertinentiis vendidit & Eccleſiam Ratisponenſem

multis

multis debitis & uſuris infectam liberavit, & advocatiam in Velden Eberſpewnt, Teyſpach, Frontenhauſen, Ergoltzpach, Eſſenbach, Pilſtin, Erlingen ab omnibus Ducibus Bavariæ multa pecunia comparavit. Item fecit fieri duas campanas: quarum prima dicitur Apoſtolorum altera Petri, item per duos Monachos de Halsprun doceri fecit Muſicam in ſua Eccleſia cantu uſuali. Sepultus retro ſummum altare: verſus in Epitaphio:

Hanc cathedram rexit Henricus quem Petra texit,
De Roteneck ortus, cœli pateat ſibi portus.

A. MCCLXXXV. Albertus de Hals meruit à Rudolfo Rege nomine Comitis inſigniri.

Item in Paterach occiderunt Judæi Chriſtianum nomine Wernherum, qui ſignis dicitur claruiſſe. Simile fuit in Monaco.

A. MCCLXXXVI. Dominicâ quadrageſimæ ſorores Ratisponæ apud Claram, mutârunt Ordinem ſanctæ Magdalenæ, & hortantibus Fratribus Minoribus Ordinem ſanctæ Claræ receperunt. Item Muldorf civitas à Duce Henrico reſtiruta eſt Epiſcopo Saltzpurgenſi, quam priore anno expugnaverat.

Tonitrua in die Stephani Nativitatis Domini facta ſunt.

Item Ludowicus Ducis Ludovici Bavariæ filius in Haſtiludio Nürnbergæ interiit à Barone de Hochenloch.

A. MCCXC. Henricus Dux Bavariæ frater Ludwici bono fine apud Burckhauſen obiit relinquens tres filios: Ottonem Ludwicum & Stephanum. hyems calidiſſima fuit. Rex Rudolphus obiit in diviſione Apoſtolorum, ſepultus Spiræ. Item in dioceſi Wormatienſi anſer duo capita habens fuit, & anſer alius quatuor pedum. Item in dioceſi Conſtanticnſi in Schwandach mulier dicitur peperiſſe leonem.

A. MCCXCII. Adolfus Comes de Naſſaw in Franckfurt in Regem eligitur, & ſeptimo anno à Duce Auſtriæ Alberto & Maguntinenſi Epiſcopo in bello occiſus eſt.

A. MCCXCIIII. Dux Ludwicus Bavariæ obiit, in Fürſtenfeld ſepultus, relinquens duos filios, Rudolphum & Ludovicum, qui poſt factus Imperator. Terræmotus factus in Turonenſi civitate in meridie in octava Auguſti, qui Eccleſiam & caſtrum evertebat. His temporibus audientes ruſtici & vulgariter populi ſacrum Corpus Chriſti per Judæos fidei inimicos in Franconia in ſuis latibulis proſanari, uno animo & eadem Inſpiratione moti per ſe nullo angariante undique conveniunt in præcipuis opidis primo quidem in Herbipoli, Nurnberg, Rotenburg usque in Amberg in caſtris & villis Judæi cæde & incendio coguntur interire. Rex Albertus Judæos vindicat & reſtituit.

A. MCCXCVI. Conradus Comes de Luppurck Præpoſitus, Ratiſponenſi Eccleſiæ præficitur Epiſcopus. Hic caſtrum Luppurck dedit Eccleſiæ Ratiſponenſi, ſepultus coram altari S. Andreæ.

A. MCCLXXXXVIIII. Albertus Dux Auſtriæ primogenitus Rudolphi Regis cœpit regnare, Papa noluit eum coronare, quia monoculus erat, poſtea autem ipſum confirmat propter invaſionem Regis Franciæ, cum de columna contra Papam fuit. Hic Albertus intravit Bohemiam cum magna multitudine & in deletione inopinata mortuus eſt.

A. MCCCV. Rex Bohemiæ Wenzelaus devotus moritur, cui ſucceſſit Wenzelaus Frater ſuus, qui anno primo regni ſui occiditur: unde Rex, Albertus Rudolphum filium ſuum Ducem Auſtriæ in Regem Bohemiæ confirmat, qui in primo anno intoxicatus & mortuus. His temporibus Otto Dux Bavariæ à Baronibus Ungariæ per ſolempnes nuntios vocatus in civitate juxta Budam in Regem ſolempniter eſt coronatus reſiſtente ſibi Rege Alberto Romanorum & Rege Siciliæ filio ſororis ſuæ ad propria eſt reverſus.

A. MCCCXV. Ludwicus Filius Ludwici Ducis Bavariæ regnare cœpit. Illo tempore Electores diviſi erant: una pars elegit Ludwicum de Bavaria, cujus frater erat Rudolphus Comes Palatinus Rheni; alia pars Fridericum Ducem Auſtriæ filium Alberti Regis quondam Romanorum, unde invicem perſequentes incendiis & ſpoliis donec *Anno MCCXXII.* Fridericus Dux Auſtriæ cum fratre ſuo Henrico copioſa multitudine intravit Bavariam, cui Ludovicus cum paucis occurrit inter Muldorf & Otting *pey der veben wiſen*, bello inito Fridericus occubuit, multi Auſtriaci occiſi maximè Ungari & Turci *, & Fridericus cum fratre & mille trecentis captivatur & ductus in Trawsnitz prope Nappurgam, & dixit Fridericus, *es haiſt wol Trawsnitz, ich het dez nit getrawt datz ich doher ſol gefangen werden.* Et Ludovicus dedit uni, qui dictus Weygel, erat vice dominus, quia bellicoſus non nobilis. Sed primo fuit ductus Fridericus in Ratisponam in domum Gumprecht, qui Gumbrecht magnam ſummam Ludovico mutuaverat; Dum ſic Fridericus in captivitate multis incantationibus ab uxore ſua perpeſſus eſt multa mala, & ideo multæ cruces factæ ſunt in feneſtris, prout adhuc videtur in Trawsnitz. Tandem concordari, Ludwicus juſſit Fridericum liberè ſicut petiit ipſe redire ad Auſtriam, & quod nunquam populus deber Auſtralis contra Duces Bavariæ laborare pro Imperio.

* ita Cod. ſatis inepte

Item Ludovicus ſolus regnavit in tota Alemania. Poſtquam intravit ad Romam, ab omnibus proclamatus dignus eſſe Imperio præter ſolum Papam Joannem XXII. unde Ludwicus alium Papam ſublimavit Nicolaum quintum qui ipſum coronavit. Et Joannes Papa contrarius fuit Ludwico, quod nemo ſcivit latinum & cancellarius ſuus Hangenor multa mala comiſit in litteris --- quod cancellarius debebat ſcripſiſſe pro gratia ad Papam facienda Imperatori

ratori, tunc ſcripſit ipſum Papam Beſtiam à mari aſcendentem & plurima alia, unde Ludovicus ruerit in Excommunicationem. Moriente cancellario manifeſtavit has falſitates - - - - qui dixit tu es in pœnis æternis: imperator puniat ergo te prout meruiſti, & nihil ſibi in infirmitate ſuâ voluit facere: poſtea gratiam obtinuit à Papa & ipſum in Roma coronavit. Sed deficiente ſibi ſumptus ut rediret in Bavariam maximè anxiatur. Quidam monachus affuit: ſi vis habere ſumptus voveas locum Ampherang & veniet quidam Comes cui debes roborare litteras ſuas & dabit tibi quodcunque petieris. Imperator ignoravit locum Ampferang & vovit Beatæ Virgioi, & ibidem monaſteriom facere prout factum eſt, & ecce venit quidam Comes qui tantum dedit quantum petiit, & ſuper hoc imperatrici L.ª milia etiam dedit Florenorum & ad cancellariam duo millia. Monachos dicitur Richardus * Imperator autem voluit centum millia & unde venit Ytalicorum proverbium: Bavari cum centum Millibus. Ampherang fuit umbroſa ſylva & in eá latrones ubi jam monaſterium Etal. Primus Abbas de Reichenbach Fridericus Henricus venator.

* nihil hic de Angelo duparente.

Hic Ludovicus habuit lites cum civitate Ratispona, tandem foderunt ſub terrâ & foramen eſt ioventum feriâ tertia ante Urbani & duo in foramine captivi qui ſunt ſuſpenſi inter mœnia. Hic Ludwicus fundavit ante regnum monaſterium Aoguſtinenſium in Monaco. * Etiam fundavit clauſtrum in Wundespach de Ordine S. Wilhelmi locavit fratres prope Furſtenburg. Hic Ludwicus & Pater ejus Ludwicus fundarunt Monaſterium io Pettendorff, hujus regni anno primo erat fames qua una Schaffa Siliginis ſolvebat x. tt. denar. Ratispon. & LX denar.

* imo Frater ejus Rudolphus.

A. MCCCXX. Fridericus Dux Auſtriæ iterum revenit in Bavariam cum magno exercitu usque Muldorſ, obviat ſibi Ludwicus Imperator, ſed nobiles Ludwici corrupti per Auſtrales confusè fugam dederunt. Fridericus & Auſtrales ſequentes usque ad Ratisponam omnia incendio devaſtârunt, ſed nullum poterant caſtrum obtinere. Cum venirent usqoe ad Ratisponam petierunt à civibus Ratisponenſibus ut darent copiam per tranſeundi usque ad Rhenum per informationem Gumprech non fecerunt ideo multa mala eis intuleruot omnia circa Ratisponam devaſtando.

A.MCCCXXXI. facta eſt diſſenſio inter Principes inferioris Bavariæ per Henricum Seniorem qui habebat filiam Joannis Regis Bohemiæ in uxorem, & per Ottonem fratrem ejus & Henricum Minorem Patruum eorum. Et juniores auxilium imperatoris invocabant qui venit, & Rex Bohemiæ vênit cum Henrico Seniore ad Ratisponam, & in concordia principatus eorum diviſerunt, ubi Henrico Seniori ceſſit Landshut, Strawbing, Scharding, Pfarkirch & alia adjacentia: & Fratri Ottoni ceſſit Burchhaus, Otting, Traunſtain, Hall & alia adjacentia usque Salzburg & ad montana. Henrico juniori patruo prædictorum ceſſit Dingelfio, Landaw, Vilshofen, Deckendorf, Cham, Pogen, Kelhaim & plurima adjacentia. Facta eſt diviſio anno Chriſti circa feſtum Bartholomæi.

MCCCXXXII. in die cioerum cœpit Henricus ſenior Dux fratrem Ottonem & patruum Henricum impugnare usque ad feſtum Joannis Baptiſtæ invicem litigantes magna incendia & rapinis deſtruxerunt *. Juniores videntes ſe non poſſe reſiſtere ſeniori invocant Ludwicum in partem qui eis ſubvênit & Straubingam obſedit feriâ poſt Udalrici manſit in obſidione usque Bartholomæi, ſupervenit Rex Bohemiæ & concordaverunt ſimul. Imperator conſtituit Henricum ſeniorem totius Alemanniæ ſed Reoenſes fecerunt cum Imperatore quod ipſe revocavit iſtam conſtitutionem, unde Henricus confusè de Rheno rediit, & ad Papam ſocer ſuus Rex Bohemiæ in Avenionem venit & querelas de eo contra imperatorem fecit Papæ Joanni XXII. & promiſit Papæ Imperatorem vivum vel mortuum præſentare. Quo audito Imperator intravit inferiorem cum magno Exercitu & caſtra metatus eſt in Landaw juxta fiuvium Yſaram, ſi propter aquas potuiſſet verſus Bohemiam transmiſiſſet & dum habuit penuriam victualium ſupervênit Rex Bohemiæ & Dux Henricus ex oppoſito Imperatoris locum dedit, & venit verſus Pataviam ubi multa incendia & ſpolia fecit & Rex Bohemiæ ſe circa Papam quod non dedit Imperatorem prout promiſit Papæ. Eodem tempore Fratres Minorum Franciſcus * Wilhelmus Ocka à quo dyalectici Ockaniſtæ, viri litterati, gratiam Apoſtolici non habentes venerunt ad Imperatorem Ludwicum in Monacum & appellationem contra Papam formaverunt, cum quibus in Franckſort appellavit Imperator contra Papam, & dicebant ſolum eſſe à Deo in temporalibus ſicut Papam in ſpiritualibus, & Papam oullam habere io temporalibus * ſic Prædicatores in Germania excommunicârunt Imperatorem, & per plures annos fuit excommuoicatus & in Ratisponâ, Landshut incepit excommunicatio contra Imperatorem. Tunc Imperator venit cum quodam Satrapa de Deck in Landzhut cum incenſis faculis ad prædicatores aut publice officiarent & ceſſarent de excommunicatione aut ipſe eos incendere velit. Quia mortuus erat Henricus ſenior & filius ejus Johannes & Imperator in Landzhut fuit factus hæres & hoc fecit prædicatores ut timore ignis obedirent Imperatori & illi de Deck: Prædicatores autem Ratisponæ dum quaſi viginti annis divina clauſis jaouis celebrâſſent & circa Papam nullam gratiam haberent, dixerunt quod quidam Epiſcopus abſolviſſet eos & diſpensâſſet cum eis, quod manente celebrarent controverſia Minorum & Prædicatorum. Fuit quidam Prædicator, ſenſit hæreſim & Minores ipſum defenderunt &

* ita cod.

* ita cod.

* ſupple Poteſtatem.

exin-

exinde Prædicatores erant contra eos, quæ cauſa poſtea ad Apoſtolicum devoluta eſt.

A. MCCCXXXVIII. Orta eſt fama de Judæis, quod Sacramentum Corporis Chriſti ſpinis usque ad effuſionem transfixiſſent & exinde erat circa feſtum congregatio pauperum & in omnibus civitatibus & villis præter Ratisponam & Viennam ſunt occiſi, & nemo poterat eis reſiſtere, quod creditur divinitus fuiſſe factum: *verſus*:

Annis millenis ter denis & octo trecenis
Judaicus populus tunc temporis eſt trucidatus.

alius:

Anno Milleno tria CCC quater XXXX. quoque nono.
Sunt interfecti Judæi die Benedicti.

A. MCCCXXXVIII. circa feſtum Affræ venerunt innumerabiles locuſtæ ab oriente in Bavariam ſenas habentes alas ſex pedes, duos dentes lapidibus duriores *Hurnaw Snabel*, die volârunt quatuor milliaribus, omnia devaſtantes in mari ſubmerſi ſunt, poſt duos annos Caſſiodoli vulgariter Karpſen ab Ungaria in Danubio venerunt, qui ubique circa Danubium vendebantur pro denario quaſi immundi eſſent.

A. MCCCXLI. Primâ die Menſis Martii ingreſſus eſt Saturnus primum punctum capricorni & tunc iniciabatur peſtilentia
* hiant aliquot verba. magna in toto mundo - - - * quod homines maxime ſe ad devotionem & ad Deum diſpoſuerunt, confitentes, Sacramenta percipientes, unde Deus eos emendavit. Fuit puella annorum XII. hâc peſte proſtrata dum ad extrema veniſſet, pulchra ejus facies cœperat fieri & jubilans in cœlum inſpiciens: cui Pater, ô filia quomodo vales. Reſpondit, benè Pater: quid ſic cœlum conſpicis? at illa: non videtis cœlum apertum. Illi non viderunt & interrogaverunt eam, quomodo vides cœlum. Reſpondit video cœlum apertum & innumerabilia lumina & animas Sanctorum à terris in cœlum aſcendere utriusque ætatis, & dico adhuc unum: Ego hâc nocte moriar & tu mater tertiâ die ſequêris, & aliis ſeptem præſentibus unicuique diem ſui exitûs prophetat. Pater timidus dixit: quid de Fratre tuo Monacho? reſpondit, ipſe morietur iſto menſe. Pater, quid de me? dixit: adhuc non morieris, poſt paululum jubilans mortua eſt & quæ locuta fuerat,
(i) fuerunt impleta. (i)

A. MCCCXLIII. Abbas & conventus in Superiori Altach ad mille libras denarior: Ratispon. expoſuerunt ut Danubium fodiendo à clauſtro meatum pararent exin multi redditus ab iis receſſerunt.

His temporibus orta eſt Guerra inter Philippum Regem Franciæ & Eduardum Regem Angliæ quod domus Franciæ ab antiquo habuit in Vaſconia ſupra mare multas civitates, & Anglici dicunt ipſis attinere. Incepit lis hæc Clementis Papæ tempore ſexti. Ibi imperator Ludwicus Regi Angliæ auxilium dedit, Joannes Rex Bohemiæ ex adverſo, qui tamen cœcus fuit, licèt ferè Francorum recuperâſſet exercitum in fine cum ſuis militibus proſternitur. Rex Angliæ poſt tantam victoriam usque ad portas Pariſius militat. Hic Rex Johannes de Bohemia filius fuit Comitis de Lutzelberg, Henricus dictus & Imperator & pater Caroli Imperatoris. Hic tempore Joannis fuit in comitatu Ludwici tunc Electi Regis & poſtea Imperator ipſum auxiliando dum de Friderico Auſtriæ in Vechwiſen triumphavit.

A. MCCCXLVII. Ludwicus Imperator obüt in die Criſanti & ſociorum, ſepultus in Monaco in Eccleſia Beatæ Mariæ. Duciſſa de Auſtria ſibi bibere dedit, &
mortuus eſt. Hic Ludwicus *viſit* * plures * ita cod.
hæredes - - - - (k) terrarum ſenior filius (k)
ſuus Ludwicus Marchio Brandenburgenſis, Dux Bavariæ & Carinthiæ Comes Tyrolis, advocatus Aquilegiorum, Brixinenſ. & Trident. hic vir erat bellicoſus & largus & diviſit terras inter Fratres. Stephanus frater ejus ex parte Patris & Matris, poſſedit Lantzhutam & terram verſus Saltzburg. Alii fratres quorum mater natione de Holandia unus Albertus poſſedit Strawbingam & inferiorem Bavariam: alter Wilhelmus poſſedit Holandiam, Selandiam, Hengoviam cujus gubernator Albertus erat, quia furibundus ex intoxicatione quâdam: item alter frater nomine Ludwicus cognomine Romanus quia Romæ natus, unà cum juvene fratre dicto Ottone pro hæreditate receperunt Marchionatum Branburgenſem, quem frater ſenior ipſis reſignavit & ſibi ſuperiorem Bavariam & Carinthiam retinuit ſpontè pro hæreditate: ab his provinciis Bavariæ ſuperioris & inferioris jam cum numeratur anno Domini MCCCCXXI. ducantes deſcenderunt hoc modo: Stephanus qui poſſedit Landzhutam genuit filios tres Stephanum, Fridericum, & Johannem horum ſagacior Fridericus nam cum provinciam dividerent hæreditatem Fridericus faciens tres partes, Principatum in Landzhut fecit eminentiorem cæteris quem ſibi retinuit promittens æquivalentiam facere aliis in pecuniæ ſumma quod fecit quamdiu vixit. Poſt mortem multa mala venerunt. Stephanus poſſedit Ingelſtat, vir bonus, diligens mulieres; Joannes poſſedit Monacum. Fridericus & Stephanus duxerunt duas ſorores filias Mediolanenſis; & Fridericus genuit Henricum
jam mortuum (l) Divitem & Elizabeth uxo- (l)
rem Friderici Margrafii Branburgenſ. qui & Purgravius Nurnbergenſis. Stephanus genuit Ludwicum in Ingelſtat magnum Tyrannum, qui & Theſaurum de Francia portat, & Elizabeth uxorem Karoli Regis Franciæ. Joannes autem duxit uxorem de

 Gourcia

(i) meminit Adelzreuterus ex Chron. MSto an iſto? P. II. L. IIII. §. 31. pag. 78. ſeq. ad A. 1348 & ad eundem annum Andreas Ratisb. ſatis prolixè.
(k) hiant duo verba excɩſa.
(l) nota tempus collectæ hujus Hiſtoriæ obiit Henricus A. 1450. 30. Julii

(m) Goutcia de quâ genuit Erneſtum (m) & Wilhelmum in Monaco & Sophiam uxorem Wenceslai quondam Regis Romanorum & Bohemiæ.

Principes inferiores ſeilicet in Strawbing deſcenderunt à Ludwieo Imperatore. Sic Albertus Filius Ludwici Imperatoris duxit Margaretam filiam Ducis Ludwici Poloniæ de Brigâ, qui genuit tres filios Wilhelmum, qui tenuit Holandiam & mortuus eſt, tantum unam filiam habens; & Albertum qui tenuit Strawbing, mortuus ſine liberis, non duxit uxorem, ſepulrus in Strawbing in monaſterio Carmelitarum: Joannem Electum Leodienſis Epiſcopatûs, qui mortuo fratre Wilhelmo reſignavit & tenuit Principatum in Strawbing quem regnavit per Vicedominum ipſe verò in Holandiâ remanſir.

Nota: Rudolfus Palatinus frater Ludwici Imperatoris ex Metildi filiâ Adolphi Regis Romanorum genuit tres filios Rudolphum, Rupertum & Adolfum. Rudolfus & Rupertus Ruffus nuncupati deceſſerunt ſine liberis; Adolfus genuit Rupertum ante mortem fratrum ſuorum. Iſte Rupertus vulgò Adolfus nuncuparus genuit Ruperrum vulgo Clem nuncuparum, poſtea Rex Romanorum.

A. MCCCXLVI. Rex Carolus Bohemiæ laboravit circa Papam ut Ludwicus Imperio privaretur, unde multa exinde ſunt ſecuta, attamen Ludwicus per totam Germaniam dominabatur. Hic Carolus nepos Henrici Imperatoris mortuo Ludwico intravit Bavariam incendio devaſtando usque ad Weichs propè Ratisponam & à civibus Ratisponenſ. honorifiè acceptus. Hic plurima fundat Monaſteria in Bohemia, erexit ſtudium in Pragâ, & Wiennæ à Duce Auſtriæ Rudolſo ſtudium erigitur: Illis temporibus fuerunt quaſi ducenti in Societare dicentes ſe eſſe pœnitentes & ſtatuerunt unum Magiſtrum laicum qui totam deberet habere auctoritatem & portabant rubeas cruces & velabant facies & in cemiteriis flagellabant ſe, duravit ad Triennium taudem Papa Clemens VI. proceſſivit eos & Fridericus ſimiliter Epiſcopus Ratisponenſis, quousque ceſſabant.

A. MCCCLIII. Carolus Romæ in Imperatorem coronarur, qui eallide venit Ratisponam inopinate & circa omnes portas habens multitudinem & Ratispon. conſulibus exeuntibus in prætorio & venit armata manu prætorium prope, videntes cives clauſerunt prætorium & ſtatim Satzenhofer Magiſter civium venit cum turbâ armata ex parte una, & Zand ſcultetus ex parte alrera, concluduntur catenæ pet vicos ut nullus pateret Exercitui locus, & videns imperaror, turbæ petivit cedere temptando à Gumperto, cujus domus erat juncta Prætorio, ut eum in domum ſuam ſuſciperet, quod etiam cum favore faciens imperator deſcendit in domum, dum autem plures armatos intus videret, dixit: quid hic ſumus acturi, compulſus quoque ſicut intravit per diverſas portas, oppnrtuit eum exire per unam portam verſus orientem turbis in eum frementibus.

A. MCCCLVI. Terræmotus magnus factus eſt in tota Alemannia, & in aliis terris, ut Baſilea quaſi tota deſtructa & plurima caſtra ibidem.

A. MCCCLVII. Dux Albertus Filius Ludovici Imperatoris gubernator Holandiæ &c. cum fratre ſuo Ottone obſedit caſtrum Noterberg, quibus Miles Petrus Eckar reſiſtentiam ſecit & amici ipſius invocabatt auxilium Caroli Imperaroris Romanorum Bohemi, qui venit iu Stauff cum ſuis per Danubium, qui corrupit nobiles Ducum Bavariæ & exercitum Ducum vicit, & quia Principes ſortiores erant, ideò nobiles ipſorum, qui corrupti erant, interceperunt & placitârunt, quod prædictus miles aſſignaret caſtrum provincialibus, quod ſtatim idem miles mortuus eſt. Poſt hæc tres Reges Paganorum de Lituonia poſcebant ſe baptizari ab Imperatore, quibus Imperator occurrit cum duobus Ducibus Bavariæ gaudentes, videntes autem Pagani gloriam Romanorum mentiti ſunt, & fugam inierunt. At illi eos inſequentes multos occideruut. Poſtea in die innocentum Reich civis Ratisponenſis occidit Magiſtrum Conradum de Pernonia Canonicum Ratisponenſem cum equitaret cum ſuo Epiſcopo parvorum. Unde Fridericus Epiſcopus interdictum poſuit, & ceſſat ludus ille

A. MCCCLX. Albertus Dux Hilkerſperg obſedit & obtinuit. Eodem tempore in die Oswaldi factum eſt incendium Ratisponæ in foro & combuſta eſt Eccleſia. Eodem tempore Dux Albertus conſtruxit caſtrum Strawbingen.

A. MCCCLXI. Ludwicus ſenior filius Ludwici Imperatoris dictus Margravius obiit, relinquens filium Maynhardum, qui erat Comes Tyrolis, juvenis, quem gubernant & Abſperg & de Laber, & juvenem Fridericum filium Stephani Ducis de Landzhut, qui obſederunt caſtrum Cottigwerd, & Dux Stephanus pater prædichi Friderici uitirur defendere, unde filius Fridericus ex Conſilio ſuorum verſus eſt in Ingelſtat, Pater inſequitur eum, neminem læſit. Exinde placitum eſt, quod dictus Maynhatdus motari deberet in Monaco & regi Conſilio ſuorum patruorum, in Tyroli poſtea moritur. Uxor verò ipſius ſoror Rudolfi Ducis Auſtriæ quam unâ cum matre Ducis Maynhardi eandem terram Duci Auſtriæ ſubjugaverunt. De quo magna gwerra erat exinde inter Duces Bavariæ & Auſtriæ. Illis temporibus erat excelleus frigus à nativitate Domini usque poſt mediam quadrageſimam.

A. MCCCLXIIII. Duces Bavariæ obſiderunt Muldorff, quod Epiſcopus Salzburgenſis adhærebat Rudolpno Duci Auſtriæ, qui Dux Rudolphus congregatu exercitu venit in Bavariam, unde Principes

Bava-

(m) ab ipſu auctore ad h. l. in calce adjecta hæc verba: Erneſtus genuit Albertum, qui duxit uxorem de Braunsvveick & genuit Joannem, Sigismundum Albertum & Chriſtophorum & Wolfgangum. Joannes mortuus ſine Hæredibus.

Bavariæ occurrerunt Ducibus Auſtriæ, qui non expectârunt eos, & fugam dederunt.

A. MCCCLXV. Imperator Carolus obtinuit in Avenione à Papa, quod Ecclefias Bambergenſem, Ratisponenſem & Miſnenſem Urbanus V. ſubjicere deberet Archi-epiſcopo Pragenſi.

A. MCCCLXVII. xvi. kal. April. aqua excrevit, quod tranſiit ad altare chori S. Magni.

Eodem anno Albertus Stainhauff civis & Præpoſirus Dominorum Auguſtenſis Eccleſiæ in Strawbing accedente aſſenſu Alberti Ducis Filii Ludwici Imperatoris in area ſua dictæ civitatis Strawbing fundat clauſtrum Fratrum Carmelitarum. Hujus Alberri Filius Albertus in choro eſt ſepultus.

A. MCCCLXVIII. Urbanus Papa vidit Carolum Imperatorem & ambo ſimul congregati contra Comitem Mediolanenſem, eo quod Princeps Papam pro nihilo habebat, in vanum laborârunt Imperatore cum Papa Romam tranſeunte, & poſtea Bnhemiam reverſus, poſtea Papa iterum transeunte Avenionem obiit.

A. MCCCLXXI. peſtilentia fortiſſimè ſævivit Ratisponæ; eo tempore erat lis inter Carolum & Ducum * Bavariæ, verum Imperatur miſit Epiſcopum Mindenſis Eccleſiæ cum exercitu in Bavariam, qui multa incendia fecit, & dicebatur vulgò *Gugelweit* & Chriſtiani ſupponebant capita palliis, Hebrei ſupraponebant autem palliis, & jam omnino non eſt in uſu & multi ſeniores adhuc fecerunt.

* ita Cod.

A. MCCCLXXI. circa feſtum Jacobi apparuit in Ratispona quidam ſpirirus, qui videri non poterat ſed audiri per verba intelligibilia, interrogatus inter alia de peſtilentia, quæ regnabat, noluit reſpondere, ſed dixit: quid interrogatis cum Deus matri ſuæ noluit omnia ſua ſecreta revelare. Aliâ vice iterum interrogatus ab his, qui ei familiares fuerunt, dixit: Ho! non videtls ſuperbiam & avaritiam hujus mnndi, quæ Deus impunita non vult habere: interrogatus de lite inter Duces Bavariæ & Carolum pro Marchionaru Branburgenſi dixit: Duces Bavariæ obtinere, & multa alia prædixit, & ſemel multis videntibus lac in olla levâſſe & effudiſſe, ſed ipſum non viderunt. Quâdam vice in domo ubi verſabatur in die jejunii ſociæ fecerunt piſtellas in armaria ponentes, & dum de ſero unus eorum * inrravit, videns quod clauſa armaria & piſtellæ in canna tecti poſitas * cœpit ſubſannare & vituperare ei, dicens ſic: Diabolo non eſſe credendum: nec ipſum eſſe timendum, quo audito ſpiritus mox ſuper naſum eum percuſſit, quod ſanguis omnibus videntibus effluebat: interrogatus, cur fecerit, dixit: quia me vituperavit, & mihl non credidit: nolebat aliter appellari quam *Lies Herrel.* Quidam Sacerdos devotus *Lies Herrel* dictus Erneſtus dixit: porrige mihi manum tuam, reſpondit, non faciam: cui ille: quare non facis? reſpondit: nimis horribile tibi eſſet, non poſſes ſuſtinere. Quædam virgo ſibi multum familiaris quæſivit, cur præ aliis ad domum ſuam veniſſet? dixit: feci hoc cauſa tui, quia ſi non veniſſem, & te præmonuiſſem, talis (quem nominavit) te imprægnâſſet, & tu puerum occidiſſes poſt confuſionem, ex quo multa mala incurriſſes. Quâdam vice interrogatus tacuit, tandem: dic nobis angelus es ru? reſpondit: Non; a Dœmon es tu? reſpondit: non; Quid ergò es tu? reſpondit: nuntius de Angelo ſum.

* ita Cod.

* ita Cod.

MCCCLXXIII. Marchionatus Brandenburgenſis à Ducibus Bavariæ venditur.

MCCCLXXVIII. Karolus Imperator moritur in vigilia Andreæ relinquens tres filios Wenzeslaum, qui ei ſucceſſit in regno Romanorum & Bohemiæ, Sigismundum Regem Hungariæ, & poſtea Regem Romanorum, & Joannem Ducem Gorliciæ; obilt ſine hæredibus.

Eod. anno Wenzeslaus per ordinationem factam à Carolo per munera ab Electoribus eſt electus. Tantum Rex fuit, non Imperator, ferus & horridus hic erat. Sobrius ſubtili ingenio & benè regnans: poſtquam bibit, nihil curavit. Hic canem habuit, in quemcunque incitavit, invaſit eum, & mordebat, nullo audente defendere. Etiam ut incuteret aliis terrorem ſemper in latere habuit tortorem, quem vocavit compatrem, eo quod ſibi parvulum de fonte levavit; & à ſuis deferebatur pellis, quemcunque deſignabat, ſuper pellem in aëre jactabatur. Hic cocum ſuum juſſit aſſare, quod non tempeſtivè paravit cibum, quem cocus non habuit dare. Hic Doctorem Theologiæ * ſubmerſit. Hic cum civitates Imperii multa incommoda haberent, fecerunt cum Rege Ligam & Ratisponenſes & Saltzpurgenſes cum maximo periculo urgerentur, invaſuros eorum ſuſpicati ſunt provincias, quod portas eorum poſtea poſſent turbari, impugnabant Ligam, Rex verò, ut ipſis ſubvênit, concitabatur ingens guerra inter Provincias Alemaniæ & civitates. Et Rupertus Palatinus Rheni, in monte oppoſito Ratisponæ caſtra metatur caſtrum Stauffa duobus Friderico de Lanzhut, Stephano de Ingelſtat ejúsque filio Ludwico, Joanne de Monaco ejúsque filio Erneſto, Alberto de Strawbing nec non prædicto Ruperto obſidente.

* hæc videntur ſpectare D. Joannem Nepomucenū.

A. MCCCLXXXVIII. forum ibidem obtinuit ſed non caſtrum, prourbium Ratisponæ à Ratisponenſibus ſubvertitur. Dein in eodem anno in die S. Briccii in campo ante portam Jacobi circiter montem Burgerbergk conflictus erat & Ratisponenſes obtinent victoriam. Poſtea communis illa guerra per placitationes ſopitur. Illo tempote *der gulde Zenger* per impignorariunem XIIII. Millium florenorum tenet prourbium Ratisponenſe & Neuburg ſecus Danubium, hic junxit ſe Ratisponæ & in placitatione oportuit Zenger liberè reſignare, & XIIII. Millia florenorum Ratisponenſes perſolverunt ipſi Zengär, ſed poſtea dictus Zennger videlicet Parzeval incepit lites, quare Ratisponenſes & Monaſterium S. Magni

gni magna dampna percepit, exinde cives cautiſſimi facti ſunt in accipiendis literis ab omnibus ſuis ſtipendiariis. Hic Wenceslaus, quia inutilis erat, deponitur, & Rupertus eligitur in locum; nihilominus ſemper Wenceslaus ſcripſit ſe Regem Romanorum.

A. MCCCLXXI. Theodericus de Abenſperg Ratisponæ in Epiſcopum eligitur & ab Urbano VI. confirmatur, & ille recepit Steuram & Stauff redemit, & Leonhardi moritur & retro altare ſepelitur. Caſtrum Stauff alienatur & omnia bona Epiſcopalis curiæ amici ſui aufferebant, unde exſequiæ ejus usque nunc noo ſunt. peractæ.

A. MCCCLXXXIIII. Johannes Epiſcopus Ratisponenſis primum lapidem poſuit in ſundatione Turris Cathedralis Eccleſiæ verſus ſeptentrionem ſub quo cœpit exactio Clericorum in conceſſione curæ animarum, & ille qui invênit exactionem captivatur & deponitur ab Epiſcopo Johanne, dictus Petrus Reymago. Hic Epiſcopus anno MCCCCIIII. celebravit Synodum, & altare in Eccleſia in choro conſecratur ab Seyfrido Epiſcopo Jerapolitano, & dedicatio debet celebrari in commemoratione S. Pauli. Hic inſtituit celebrare feſtum ſanctæ Elizabet; ſepultus ante altare S. Andreæ in ſummo.

A. MCCCC. Rupertus dictus Herczog Clem cœpit regnare, juſtus & manſuetus, tempore Bonifacii Papæ noni, in octava Auguſtini intravit Ratisponam ubi cum cantu ſalutatur & cum reliquiis ſuſcipitur & intravit Italiam pro Benedictione imperiali ſed impeditus à Duce Mediolanenſi cum magno detrimento ad propria eſt reverſus.

Eodem anno in occidente apparuit ---- & ſemper dirigit radios ſuos ad illam partem cui minatur. Eodem anno magiſter Petrus profeſſus in caſtello poſtea in Reichenpach transtulit Boecium de conſolatione Philoſophiæ de latino in vulgare. Feria --- Eclypſis ſolis: proximè poſt Viti, magna aqua quæ tranſiit ad ambitum S. Magni.

A. MCCCCVIIII. Adhuc regnante Wenceslao deſolátum eſt ſtudium in Pragâ, quia Bohemi ut cives fuerunt protervi, volentes ſe in argutiis aliis nationibus præferre, venerunt in viam erroneam prout ſuos docuit quondam Wiclef ſuis dictus --- & obtinuerunt à Wenzeslao, quod ipſi ſoli Bohemi æquivalerent in voce aliis tribus nationibus, & quidam ſceleſtus Hieronymus & Joannes Huſs Baccalaureus in Theologia occultè attraxerunt ipſum Regem & Reginam, unde aliæ nationes receſſerunt, & Margravius recolligit eos & in Leubitz ſtudium erigit.

A. MCCCCVIII. Feriâ quartâ Paſchæ factum eſt Torneamentum in Ratisponâ præſentibus Stephano, Henrico Ducibus Bavariæ hujus, Stephani Ludovicus filius tunc temporis regebat regnum Franciæ quia Rex non erat compos rationis. Prædictus Henricus filius quondam Friderici qui fuit Frater dicti Stephani Ducis in Ingelſtadt eodem anno adhuc juvenis circa feſtum Bartholomæi invitat cives in Landzhuet in caſtrum ſuum. Cives omnes captivat cogens minis plures alios ex civitate ſibi dare captivos & plus quam 40. depecuoiavit; propter id in ſecundo anno caſtrum obſederunt ſed fruſtra receſſerunt & exinde Dux plures miſerabiliter dampnavit & alios in exilium miſit.

A. MCCCCIX. Albertus Stauffer Epiſcopus Ratisponenſis præficitur. Hic caſtrum io Hohenburg in Norico à Duce Ludovico de Ingelſtat pro VIII. Millibus florenor. tedemit.

A. MCCCCX. Rex Rupertus moritur in Oppenhaim & ſepelitur Heidelbergæ & ſequeoti anno ejus uxor. Hic reliquit quatuor filios Ludwicum, Joannem, Stephanum & Ottonem. Nota: Galiaz Comes Mediolanenſis factus eſt Dux per Wenzeslaum Regem Bohemorum & Romanorum, & factus Dux Lombardiæ & Comes Paviæ acceptis aureis; & eo quod Rupertus Rex Romanorum non voluit ipſi Galeaz roborare literas Ducatûs, ſibi reſtitit quod non potuit intrare pto Imperio.

Temporibus Caroli IIII. Nurnbergenſes volentes ſupremum locum in domo Teutonicorum in Venetia uſurpare miſerunt Ratisponenſes tantam pecuniam ad Veneciam, qui unà vice pto ---- aureis tanta mercati ſunt quanta civitas Nurnbergenſis per curriculum anni; hoc conſules Veneciæ videntes ſtatuerunt Ratisponenſes in aotiquo loco conſervari. Dein iterum Nurbergenſes impulſant Wenzeslaum Regem Romanorum pro loco Venetiæ, ubi Putrich Franc. ſ. & Matheus Rantinger Ratisp. à Duce & conſulibus obtinuerunt ſupremum locum perpetuis temporibus, unde bullam Ratisponam portaverunt. Iſte Rantinger civis Ratisponenſis auctor fuit Proceſſionis Corporis Chriſti & exterioris muri in foſſa à porta S. Pauli usque in occidentalem partem civitatis totaliter deduceretur: ipſe auctot multarum plateарum fieri pavimenrum. Anno VIII. Ruperti Regis obiit Rantinger, ſepultus in introitu ſuperioris Monaſterii cujus omnes genealogiæ defecerunt ſimiliter illorum civium Zand, Oberhover, Hallar, Sternar, Veslar, Spitzar, Enikchel.

Anno MCCCCX. deſuncto Ruperto Electores elegeruot duos. Pars Jodocum Marchionem Moraviæ; alia Pars Sigismundum Regem Ungariæ patruum Jodoci. Qui Sigismundus fuit frater Wenceslai Regis Bohemiæ adhuc eo vivente. Statim moritur Jodocus Sigismundus obtinet regnum, à Papa confirmatur. Hic expertus plurium linguarum & cum Venecianis grandem gwerram habuit.

A. MCCCCXV. Joannes Papa XXVIII. die Menſis Maji à Papatu ejicitur.

A.

A. MCCCCXI. Ludwicus Dux Bavariæ de Ingelſtat ab Henrico avunculo ſuo in civitate Conſtantiâ letaliter figitur.

Eod. anno Jodocus Marchio Branburgenſis moritur & ad Sigismundum devolvitur & Moravia ad Regem Bohemiæ Wenzeslaum.

A. MCCCCXIII. Per Wenceslaum Regem Neapolitanum Roma miſerabilem caſum patitur & Papa Joannes ab Urbe fugatur. Eodem anno Dux Ludwicus de Ingelſtat ex ordinatione Ducis Burgundiæ Pariſiis à carnificibus detentus fuit, ſed à Delphino liberatur.

Eodem anno Papa Joannes in nocte in habitu diſſimulato cum favore Friderici Ducis Auſtriæ à Concilio receſſit. Ipſe Sigismundus Deo largiente ad Concilium manu extentâ reduxit: Ducem Auſtriæ proſcribit Rex ſed poſtea reconciliatus eſt ei. Item Johannem Papam poſt Concilium Ludwico Palatino Reni tradidit ad cuſtodiendum ſecurè, & ipſe Palatinus advocatus erat Concilii. Item Gregorius XII. per procuratorem ſuum legitimum omni juri quod prætendebat in Papatu ipſe ſpontè ceſſit. Sed Benedictus XIII. recuſat unde Sigismundus ipſum ad Arragoniam ſecutus cum graviſſimo labore ad eum venit & invenit cum maximâ infirmitate, ſed ipſe ſecretò receſſit. Tunc Sigismundus in Conſtantia ipſum Benedictum citari fecerat, non comparens canonicè dampnatur & de Papatu ejicitur; & reductis tres obedientiis in unum, ad electionem proceditur per LXXIII. Cardinales habentes auctoritatem totius Concilii & Oddonem de Columna diaconum Cardinalem in Papam concorditer elegerunt. Unde ipſe Martinus mutato nomine voluit appellari. Poſt hoc duravit Concilium A. MCCCCXVIII. 22. die menſis Aprilis; & hæc ſancta Conſtantienſis Synodus ſalvâ correctione ſapientum undecima univerſalis computari poterit.

Item Wiennæ ad Scotos & Nurnbergæ ad S. Ægidium Scoti ejiciuntur & Alemanni inſtituuntur.

Item Ratisponenſes caſtrum Ernfels Ipſius Stauffer obſident in Ebdomade Paſchæ & die tertiâ obtinent. Factâ pace redditum eſt ei.

A. MCCCCXVIII. Per Martinum Papam Concilium Conſtantienſe ſolvitur XXII. die Menſis Aprilis & ipſe circa feſtum Urbani verſus Italiam proficiſcitur.

A. MCCCCXVIII. Rex Wenzeslaus Bohemiæ moritur ſine Hæredibus & ad Sigismundum devolvitur & ſtatim Hæretici in Bohemia cœperunt Eccleſias deſolari.

A. MCCCCXX. Praga obſidetur, & idem ter factum. Item Staffa ſiliginis pro LX. ß & XL. ß & tres ciphos vini pro I. ß Hoc tempore Rex Angliæ ſubjecit ſibi regnum Franciæ & Ludovicus filius Ruperti Regis Palatinus juvit Regi Angliæ.

A. MCCCCXXI. Bavaria per Principes ſuos rapinis & incendiis vaſtatur & Electores ad Bohemiam ad extirpandum Hæreticos obſident Satz nihil proficientes. Eodem tempore 40. Judæi per totam Auſtriam cremati ſunt à Duce Alberto propter irteverentiam Dominico corpori illatam.

A. MCCCCXXI. XV kal. Aug. feriâ ſextâ poſt Allexi Johannes Streitperger Eccleſiæ Ratispooenſis Epiſcopus eligitur.

A. MCCCCXXII. In Nurnberga fuit congregatio Ducum Bavariæ unà cum Sigismundo Rege Romanorum & idem Legatus Branda Apoſtolicæ ſedis legatus vexillum Crucis in Eccleſia S. Sebaldi tradidit ipſi Regi Romanorum ad Huſſitarum in regno ſuo Bohemiæ deletionem, qui ſtatim dedit vexillum Marchioni Friderico & fecit eum Capitaneum.

EXCERPTA BOICA
EX
UDALRICI ONSORGII
Canonici veteris Capellæ Ratisponenſis
CATALOGO PONTIFICUM ROM.

Anno DLXXXII. Hildebertus Rex Francorum & Rupertus Epiſcopus Wormacienſis ejectus ab infidelibus venit Bavariam, ubi Theodonem Ducem tempore Heraclii Imperatoris baptizavit in Ratispona, qui poſtea ſedem Saltzpurgenſem fundavit.

A. DCCXXXV. Sub hoc Papa (Zacharia) diſtributio Epiſcopatuum de conſenſu Pipini Regis in Wirzburg ſanctum Burchardum, in Eyſtet Willibaldum Epiſcopos ordinavit.

In Adriano) hic duxit Carolum Magnum contra Lombardos, qui cœpit deſiderium Regem cum uxore, & duxit in Franciam, quia infeſtabat Eccleſiam &c. in urbe Roma Synodus per Adrianum præſente Karolo & CLIII. Epiſcopis, ubi Carolo datum eſt jus eligendi Epiſcopos, & ab eo recipere inveſtituras: & tunc ceſſat regnum Lombardorum.

In Leone) hic reſtitit Romanis propter Imperatorem - - - - unde quidam contra eum moventes populum in proceſſione in Letania majore captus excœcatus linguâ præciſa: ſed Deus omnia reddidit & pergens ad Karolum, quem invitavit ad Romam, quare factum eſt, ut Karolus Imperator fieret: poſt paucos dies de adverſariis Papæ quæſitum & decollationi adjudicati. Leo interceſſit & conceſſa eſt eis libertas. Quidam dicunt, quod de majoribus CCC. decollati ſunt. Per hunc Leonem translatio Imperii facta eſt de Græcis ad Reges Francorum & deinde ad Germanos A. DCCXCVI.

In Adriano) venit Lotharius Rex filius Lotharii, qui excommunicatus fuit à Papa Nicolao propter adulterium, Romam, ut ſe excuſaret poſt oſtenſionem ſuæ innocentiæ percepit Corpus Chriſti, & omnes rei infra annum moriebantur. Rex in via Placentiæ obiit.

Formosus à Joanne Papa degradatus, ſed à Martino II. reſtitutus & poſtea electus in Papam venit Ratisponam, & Monaſterium S. Emmerami dedicavit. Dein Stephanus Papa præcepit omnes ordinationes ab ipſo factas irritas & inannes. Sed tamen corpus ejus in Eccleſiam S. Petri ex mari à piſcatoribus delatum; imagines Sanctorum ad ſe inclinantur.

Albericus potens in urbe obtinuit filio ſuo Octaviano papatum qui lubricus & malus & Otto Imperator præſens de papatu deſtituit, & Leo eligitur, & Benedictus à populo, qui poſtea per Imperatorem ad Saxoniam ducitur, & Leo reſtituitur. Hic Leo duos Antipapas habuit Joannes depoſitus à Diabolo percuſſus moritur, Benedictus relegatur in Saxooiam, & in carcere ſtrangulatur.

Joannes CXXXIII. à Romanis in exilium mittitur, ſed per Ottonem Imperatorem reſtituitur, & multos ſuſpendit, & multos in Saxoniam duxit. Tunc Hatto Epiſcopus Maguntinus à muribus devoratur, quod tempore famis pauperes in horreo concremavit. A. DCCCCLXII. ſanctus Epiſcopus Ratisponenſis Wolfgangus præficitur, & multa bona Ratisponæ fecit, prout in aliis patet.

Gregorius CXXXXII. ex parte Ottonis Tertii Imperatoris ſibi in favorem electus, prius dictus Bruno. Sed conſul Creſcentius Romæ Johannem intruſit, Otto veniens Creſceotium decollat, Papam excœeat, & eum de Capitolio præcipitat. Ideò nullus Papa ſolet Capitolium aſcendere.

Clemens CLIII. Teutonicus Epiſcopus Bambergenſis in Papam electus Henricum Regem & Agnetem imperiali Benedictione ſublimavit.

Leo CLV. & IX. nomine Epiſcopus Tullenſis erat & electus in Papam. Hic anno MLII. per inſtantiam Henrici Imperatoris ad Ratisponam vênit ad transferendum corpora S. Wolfgangi & S. Erhardi & determinavit litem inter Ratisponenſes & Pariſienſes propter ſanctum Dionyſium habitam & Maguntiæ cum Imperatore & XLII. Epiſcopis concilium celebravit, ſtatuens ne clerici canes vel aves in venatione ſequerentur, & negotia ſæcularia non exerceant, nullus fiat Monachus, niſi legitima ætate & ſpontanea: item quatuor tempora cum jejunio obſerventur. Hic Leo dedit pallium Epiſcopo Bambergenſi, quo ter in anno uti poteſt, ſcilicet Paſche, Petri & Dionyſii. Et S. Zenon in Romam eſt translatus.

Victor CLVI. Epiſcopus Eyſtetenſis in Papam eligitur, & tempore Heinrici in Florentia concilium celebrat, ubi plures Epiſcopos depoſuit propter ſymoniam & fornicationem, & veniens in Galliam ab Heinrico Imperatore glorioſè ſuſcipitur. Hic in Canone non valens calicem levare, rogat populum orare proſtratum; tunc Subdiaconus à Dæmone vexatus publicè fatebatur ſe miſiſſe venenum in calicem, idcò Papa calicem in altari perpetuò clauſit.

Anno

Anno Domini MLXII. Otto Ratiſponenſi Eccleſiæ præficitur Epiſcopus. Septem fratres de natione Scotorum, ſcilicet Marianus, Machantonis, Murchertachus, Clemens, Gervaſius, Yſaac, Donatus venerunt Ratiſponam & quemdam mortuum Zandolphum nuper Ratiſponæ in patibulo ſuſpenſum precibus ſuis reſuſcitaverunt, & in loco ubi nunc eſt Prioratus ſancti Petri extra muros inhabitare cœperunt. Sed multi dicunt eos fuiſſe tempore Karoli M. relinquo Chronicis. Sed tamen inveni, quod Henricus Imperator ſcribit: tempore Ottonis Ratiſponenſis Epiſcopi certi Scotigenæ patriâ ſuâ ſe exuerant, & Ratiſponam venerunt, qui ex conſenſu dicti Epiſcopi & Abbatiſſæ Willæ ſuperioris Monaſterii, Eccleſiam in Wihen ſancti Petri miniſterio orationis providendam ſuſciperent, mox ibi ædificant Monachicam vitam ibi celebrant, & tantum ab elemoſynis victitant: tandem eſt eis conceſſum ad eandem utilitas pertinens, dein ad me Heinricum Dei gratia Imperatorem veniunt, & Mundiburdium defenſionis expetunt, quibus conſenſi ut nulla perſona in eos ſeu eorum rebus dominationem haberet, ſed locus ſit ſubjectus ſuperiori Monaſterio & Abbatiſſæ Hazigæ A. MLXXXVIII. actum Ratiſponæ.

In Urbano) *de Expedit. Godefridi in Terram ſanctam:* Nam & Welfo Dux Bavariæ -- iter arripiens in Cypro obiit, cujus oſſa ad Altendorf tranſlata, cæteri per Regem Græcorum Imperatore Alexio & Sarraceno interfecti: Et Epiſcopus Salzpurgenſis Tiemo martyrio eſt coronatus. Hic Welfo fundator fuit Steyngadem Altorf, quod nunc Wyngarten vocatur, Altomunſter, Reytenbuch.

Anno MCX. Prül reædificatur per Epiſcopum Ratiſponenſem Hartwicum: & anno MCXX. conſecratum eſt Monaſterium S. Jacobi Ratiſponæ à venerabili Hartwico.

Kalixtus CLXVI. nom. II. Heinricus Imperator ipſi Papæ inveſtituras Epiſcoporum & Prælatorum liberè reſignat, concedens omnibus Eccleſiis fieri canonicam electionem. A. MCXVIII. Monaſterium Pewberg fundatur ab Ottone Deſtro. (n)

Innocentius CLXVIII. Lotharium Regem Franciæ in Imperatorem coronat.

A. MCXXXI. omnes Epiſcopi Ratiſponenſes apud S. Emmeramum ſepulti præter duos Hartwicum & Gebehardum.

Eugenius CLXXI. nom. III. fuit diſcipulus S. Bernhardi. Hic canonizat Henricum Imperatorem, dum autem quidam Cardinalis ſe opponit, viſum perdidit, ſed pœnitens & factum promovens illuminatus eſt. Hujus temporibus floruit in Alemania Hiltigardis Abbatiſſa.

A. MCCIII. Lanntzhuta conſtruitur.

A. MCCVIII. Bertoldus Comes de Pogen obiit: eodem anno Straubinga nova conſtruitur.

A. MCCX. Caſtrum Abach Dux Ludovicus ædificat.

Honorius CLXXXI. nom. III. Hic in Baſilica S. Petri Fridericum Regem Siciliæ in Imperatorem coronat, poſt adverſarius Eccleſiæ factus anathemizatur, & omnes Barones ab ejus fidelitate abſolvit.

Anno Domini MCCXX. Landaw conſtruitur.

Gregorius CLXXXII. nom. IX. Hic, cum ab Imperatore, qui ex magna parte patrimonium Eccleſiæ occupaverat, in urbe obſidetur, videns penè omnes Romanos corruptos per pecuniam, excipiens capita Apoſtolorum & proceſſionem à Laterano usque ad S. Petrum faciens, animos Romanorum revocavit, ut penè omnes contra Imperatorem cruce ſignarentur. Audiens hoc Imperator retro ceſſit.

A. MCCXXXI. Ludwicus Dux Bavariæ apud Kelhaim præſente Familiâ ſuâ ab ignoto interficitur.

A. MCCXXXVII. Henricus Comes de Ortenbergk, dum eſſet in caſtro Murach, dedit fratribus S. Benedicti in ſuburbano Ratiſpon. Eccleſiam in Swarczenhofen, eâ conditione, ut locus ille, in quo adhuc veneratur capella S. Sixti, de fructibus & redditibus Eccleſiæ præfatæ debeat conſtrui. Hic eſt locus, in quo modo eſt monaſterium S.Crucis, ubi jam eſt Conventus dominarum prædicator:

A. MCCXLI. Eclypſis ſolis in octava Michaëlis inter nonam & veſperam ut claræ ſtellæ viderentur. Eodem anno Conradus Rex duxit Filiam Ottonis Ducis Bavariæ, quæ poſtea poſt mortem viri duxit Meinhardum Comitem Tyrolienſem, cum quo habuit filiam Elizabeth, quam duxit Albertus Dux Auſtriæ poſtea Rex Romanorum.

A. MCCLVI. oſſa S. Willibaldi de tumulo ſunt levata in Eyſtet.

A. MCCLX. Albertus Magnus Lector Colonienſis Ordinis Prædicatorum Ratiſponenſis Eccleſiæ Epiſcopus præficitur. Rexit uno tantum anno, & reſignavit propter populi vanitatem.

Clemens CLXXXVII. nomine IIII. primum uxorem & liberos habens, mortuis liberis & uxore Podienſis Epiſcopus præficitur, poſtea Papa maximus & devotus, qui prædixit Conradum filium Regis Frid. fratr. Conr. tanquam fumum tranſiturum. quod factum eſt. Conradus poſt fugam captus & decolatus eſt.

Gregorius CLXXXVIII. nomine X. hic celebrat Lugduni concilium pro utilitate Terræ ſanctæ, in quo Græcorum & Tartarorum ſolempnes nuntii interfuerunt, Græci ad unitatem Eccleſiæ redire permittentes in ſignum, cujus Spiritum ſanctum à Patre & filio præcedere confeſſi ſunt, Nuntii Tartarorum infra concilium baptizati ſunt, & erant quingenti Epiſcopi, LX. Abbates & alii Prælati circa mille. In hoc concilio ordines mendicantium ſunt verè omnes caſſati & Eccleſiarum Decimæ ad Terræ ſanctæ ſub-

(n) ita Cod. in litt. fundat. apud Hundium *de caſtro Tring* legitur.

ſubſidium per ſex annos deputatæ. Penſa quomodo hic concurrunt decimum, decima, decimum & Papa voluit quod ordo Ciſtercienſis de ſex annis quibus danda erat decima pro LXXX. milibus marcarum convènit annis ſingulis, unde omni anno in Fürſtenvelt quatuor marcas dederunt.

A. MCCCXIII. Dominus Nicolaus Regis Bohemiæ Cancellarius Ratisponenſi Eccleſiæ Epiſcopus præficitur, hic maxima debita quæ anteceſſor contraxerat, integraliter perſolvit & omnia caſtra, Muniţiones quæ anteceſſor potentibus perſonis obligaverat redemit & quamdiu vixit in ſuâ habuit poteſtate. Hic inter regni & ſedis Apoſtolicæ diſſenſio erat, unde ipſo & Clero ſuo providit cum Papa ut indignationem Cæſatis non incurreret. Hic conceſſit duobus Heremitis Gotfredo & Alberto per interceſſionem ſibi dilecti Reymari de Prenberg ut in pede montis Schophloch cellam duorum vel trium & aliorum poſſint conſtruere oratorium & eſt locus jam Ordinis Benedicti *unſer Frawen Zell.* Hic exemptionem S. Emmerami non ferens citatus eſt ab Abbate Baldvino ad Avionem ubi mortuus Abbas. Papa Johannes XXII. Albertum ſubſtituit & Monaſterium S. Emmerami eſſe liberum & exemptum, Epiſcopo tamen Ratisponenſi annis ſingulis miniſtrari xxx. lib. Turon. parvorum. Hic fecit campanam magnam vocatam *unſer Frawen Glocken*, cujus ſuperſcriptio: Sanctos collaudo, tonitrus fugo funera claudo. Et factum eſt in Ratispona per ſaltum gradus vocatut Peckenſpreng, quidam piſtor punitus eſt, & eo egrediente quidam civis per inſolentiam piſtorem retruſit in paludem quod ægre tulit piſtot, cive non advertente, tandem Corpus Chriſti portatur ad infirmum & circa curiam Epiſcopi geniculavit civis piſtor ſic eum occidit & in curiam auffugit, conſulatus ipſum extraxerunt & decapitaverunt. Unde Epiſcopus Nicolaus commotus egrediebatur civitatem firmat ſe nunquam vel vivum vel mortuum Ratisponam ingreſſurum, quousque de hujusmodi violenta fractione libertatis debita ſententia redderentur. Sic extra civitatem moritur & in ſuperiori Altach ſepelitur, & poſtea nullus eſt in illo gradu punitus piſtorum.

Joannes CC. nomine XXII. ſed Imperator Ludowicus dedit Nicolaum V. ſed iſte Nicolaus erat captus in carcere extinctus, aliqui dicunt quod voluntariè Avenionem venit.

A. MCCCXXXVII. inventum eſt Corpus Dominicum in Tekkendorff, quod martirizaverunt ibidem Judæi quoque cremati ſunt poſt annum.

A. MCCCLI. Fridericus Natione Burggravius de Nurnberg, Ratisponenſis Eccleſiæ Epiſcopus præficitur. Qui valde deſtruxit & depauperavit & capitulum attenuavit.

Anno MCCCXLVIII. in converſione S. Pauli horâ veſperarum factus eſt terræ motus magnus qui in diverſis partibus diverſas evertit civitates, monaſteria, caſtra; præcipuè in Villach. Montes in Carinthia jungebantur quod aquis non patebat exitus, & quaſi ad decem milliaria ſecundum longitudinem concluſerant terram & populum: Et terra aperiebatur & ſuſcipiebat homines usque ad cingulum, & quidam moriebantur quidam ſalvabantur & duravit ad octo dies. Eodem anno MCCCXLVIII. ſævire cœpit in Bavaria & Bohemia & Auſtria magna peſtis (o), & (o) per annos multos jam hic jam hic multa habitacula evacuat; inde Clemens VI Miſſam cujus introitus eſt Recordare Domine propter peſtem inſtituit celebrate.

Anno MCCCLXVIII. Comes de Haymberg Eccleſiæ Ratisponenſi præficitur, poſt ab Urbano Papa confirmatur, hic dilexit Clerum & feſtum S. Barbaræ inſtituit. Hujus tempore Eccleſia S. Johannis Canonicorum Secularium à prædeceſſoribus ſuis fundata propter ampliationem Eccleſiæ majorem & diſrupta eſt & in loco ubi erat Taberna & dicebatur *auf den pretern* honeſtè teædificata fuit primum fundata in arca cathedralis Eccleſiæ ubi jam altare S. Florini, quod Albertus Stauffer fundat & aliud S. Thomæ ex oppoſito versùs meridiem quod fundat Rabiczer.

A. MCCCLXXXI. Theodericus de Abenſperg Epiſcopus Ratisponenſis præficitur. Hic caſtrum Stauff redemit. Eo mortuo amici omnia clenodia deprædarunt & caſtrum Stauff alienârunt, unde exequiæ ejus usque nunc non ſunt peractæ.

A. MCCCLXXXIIII. Joannes Epiſcopus Ratisponenſis rexit potenter & poſuit primum lapidem in fundamento turris cathedtalis verſus ſeptentrionem conſtruendæ. Subhoc exceſſit exactio Clericorum in conceſſione curæ animarum & fuit tum quidam qui ſibi conſuluit ut etiam theſaurizaret. Poſtea Epiſcopus captivat & omnibus bonis ſuis exauctoratut pro juſto judicio, ut qui aliorum exactionem invenit, poſt ipſe exactionis pondus portaret, nomen ejus Petrus Reymago fuit. Tamen laudatur propter ſolicitudinem. Kathetralis novæ Eccleſiæ altare in ſummo conſecratum à Seyfrido Suffraganeo Epiſcopo Hierapolitano & dedicatio ſit in commemorationem ſancti Pauli. Hic inſtituit feſtum Elizabeth. Sepultus ante altare S. Andreæ.

Anno MCCCXCII. dedit (Bonifacius) Ducibus Bavariæ Stephano Friderico & Joanni fratribus à Dominica tertiâ quadrageſimæ usque ad octavum S. Jacobi Apoſtoli majoris incluſivè gratiam anni Jubilæi in oppido Monacenſi in quo loco Corpus Chriſti miraculosè eſt inventum pars coronæ ſpineæ ejus capiti impoſitæ & de

ligno

(o) *Add.* ut ſequitur de Ludovico Imperatore.

lignn ſanctæ Crucis & plures reliquiæ. Illo tempore media pars civitatis in Straubing à fulmine accenſa periit; verſus:

M.Ter centeno dabit & ter nonaque geno
Viti perfecto, Strawbing perit igne moleſto.

Fuit unus in Strawbing Vetz cognominatus, habuit is domum ſuam magnam propè turrim in medio civitatis verſus Auſtrum tegulis ligneis tectam. Dum ignis eſſet poſuit imaginem S. Petri, quam ſemper imaginem in Reverentia habuit dicens, ſancte Petre quia ſemper tibi ſervivi, obſecro ut domum meam cuſtodias, quod ſi non feceris tu unàcum domo comburêris; & hæc ſola domus in medio ignis permanſit.

A. MCCCXCVI. factum eſt paſſagium contra Paganos, ubi Dux Burgundiæ cum magnâ multitudine tranſivit per Bavariam quem ſequebatur Dux Rupertus filius Ruperti Comitis Palatini Reni & Ducis Bavariæ poſtea Rex Romanorum, ſed malè habuerunt: Dux Joannes captivatur cum multis & multi ſubjugantur. Ex quibus Dux Bavariæ cum magnâ penuriâ revertitur & Ambergæ moritur & ibidem ſepelirur. Dux Burgundiæ - - - poſt ſolutus in Burgundiam revertitur & à Delphino occiditur. Cauſam hujus perditionis dicebant eſſe peccatum Francorum propter lubricam & inordinatam vitam cum terras noſtras pertranſirent; alii quia Ungaris ſe præferebant: alii quia Ungari cum Sigismundo fugerunt: ſed cum ſola Cruce, Chriſto Duce, unus ſugat Millia.

A. MCCCCX. Albertus Stauff Epiſcopus Ratisponenſi Eccleſiæ præficitur & omnes ipſi veneranter caput inclinant: Eccleſiæ multum utilis, caſtrum Hohenburg in Norico à Duce Ludwico in Ingelſtat tempore Conſtantienſis Concilii multis laboribus pro octo millibus florenorum redemit. Synodus ejus: ſtatuit pulſare omni ſextâ ſeria campanam magnam in memoriam expirationis Chriſti, ſicut & Saltzburgenſes mandant ut poſt Deus Deus meus reſpicere quinquies Oratio Dominica & ave Maria ab omnibus diceretur, ordinat ut Conradus de Hiſdesheim Licentiatus Decretorum legeret in jure canonico in aula Epiſcopali; & factum eſt pontificatus ejus XI. hic degradat poſt dominicam quaſi modo Ulricum Gruensleder plebanum de Vohendras propter Hæreſim Huſſitarum contra Concilium Conſtantienſe, impugnabat dicens Joannem Huſs non legitimè condemnatum tradit ipſum Curiæ ſeculari qui ſtatim à judice ducitur ad comburendum, cujus pædagogus fuerat. Et erat guerra magna in Bavaria & idem Epiſcopus contra Ludwicum in Ingelſtat fuit. Schisma his temporibus per particulares Eccleſias in Alemania: quia Rupertus Rex Bavariæ fuit cum Gregorio. Alexander Papa cui major pars Chriſtianorum adhæſit & Rex infra annum rebus excedunt & Alexandro ſuccedit Joannes XXIII. & Ruperto Sigismundus & Filii Ruperti Ludwicus, Joannes, Stephanus &c. ſtant etiam cum Gregorio. Unde omnis ſub eorum dominio compellitur ut ſit ſub Gregorio. Tunc quidam à Gregorio venit Ambergam celebrans ibidem Pontificalia unde magnum detrimentum erat Ratisponenſibus & cæteris & durat hucusque.

Martinus nom. V. in Concilio Conſtantienſi eſt electus qui fecit gratiam in abſolutione Simoniacorum ab excommunicatione quando denunciatus non fuit. Item Balthaſar de Caſſa qui fuit Papa Joannes XXIII. quem tenuit Palatinus in cuſtodia, abſolvit; qui vênit Florentiam ad Martinum Papam.

Item Brandam Cardinalem in Germaniam ad prædicandam Crucem contra Huſſitas miſit; ſed heu exilem exitum habuit.

Anno MCCCCXXII. fit congregatio Principum Nurnbergæ octavâ Auguſti, Brandis Legatus Papæ ibidem vexillum dedit Regi.

HARTMANNI SCHEDELII
OPUSCULUM HISTORICUM
De Ortu ac laudabili Progreſſu Conventûs Fratrum Ordinis Prædicatorum Noribergæ.

* * *

Ex Autographo Auctoris deſcripſit

atque edidit

ANDREAS FELIX OEFELIUS.

Monitum prævium Editoris.

ET hanc Schedelii lucubratiunculam præcedentibus adjicere viſum eſt; cum quod Argumenti ſimilitudo invitaret, tum etiam quod celeberrimi Ordinis res in Meridionali Germaniæ noſtræ parte ita lateant ignotæ, ut jam non modeſtia ſed negligentia videri poſſit. Adeò nullum neque Landishutana neque Ratisponenſis (ut jam de noſtris dicam) Divi Dominici Familia, tot jam ſeculis, inter nos agens Monumentum Hiſtoricum protulit, quo vel ſui ipſius vel Patriæ memoriæ conſuluiſſet. Non defuère tamen & illis (quibus totus ille Ordo abundat) præclara Pietatis & Doctrinæ Exempla, quæ merebantur Poſteris commendari: non ſautores & benefici, quorum largitiones & munificentia hoc grati memorísque animi ſignum exigebant. Neque credibile eſt, Patriâ tot viciſſitudinibus ſæpè (ut ſunt res humanæ) jactatâ ſecuros & otioſos ſpectatores nihil in commentaria Domeſtica retuliſſe, quod Poſteros juvet, quam multæ eæque quondam florentiſſimæ ſamiliæ & in ipſos etiam beneficentiſſimæ, cineres ipſis ſuos in utraque urbe crediderunt, quarum jam ipſa ſepulcra emori incipiunt. Utinam prodeat aliquis hâc meâ amicâ expoſtulatione excitatus iſtis ex oſſibus ultor, qui res diu dilatas ex maximo receſſu, majore etiam impetu edat! Exemplum à Schedelio ſumant (quod illi dare oportuit) qui homo Medicus, & domeſticis rei familiaris curis diſtrictus, invênit horas in illa occupatiſſima vita, quas rebus Monaſterii Prædicatorum, urbis natalis ſuæ, illuſtrandis impenderet, eo ſucceſſu ut hodie ſcriptum ſuperſit, Monaſterium non ſuperſit, usque adeò quidquid litteris creditur, in vado eſt.

Hart-

Hartmanni Schedelii de Conventu Prædicatorum Norib. Opuſculum.

CEleberrimus ac frugiferus in Eccleſia Dei ſanctùsque Ordo Fratrum Prædicatorum, veluti clariſſimum, ſplendidum ac novum ſidus divinitùs affulſit. A Beatiſſimo Dominico Hiſpano, viro in omni ſanctitate & doctrina probato, ortum habens: Sub Regula D. Auguſtini Epiſcopi Hipponenſis ab eo ſummâ frugalitate inſtitutus. Cujus initium fuit ſub Innocentio III. Summo Pontifice cum Romanam Eccleſiam gubernaret, piè religioséque exordium habuit, qui poſtea à caligine hujus vitæ decedens, ab Honorio III. Papa ejus Succeſſore anno Domini MCCXVI. ſtabilitatem confirmationémque ſumpſit, cum Fridericus II. Rom. Rex potentiſſimus magnificentiſſime ac ſeveriſſime Imperium Romanum forti manu tenuit.

Principium, fundationémque novam Congregatio ac Conventus Ordinis Prædicatorum Nurenbergæ habuit anno ſalutis MCCLXXI. ejúsque Baſilica egregia in honore Dei Genitricis ſummæ perpetuæque Virginis Mariæ conſecrata fuit, cum Gregorius X. Papa Romæ præſideret, Rudolfúsque Comes de Habsburg Romani Imperii habenas gubernaret.

Dum idem Conventus Nurembergenſis ex negligentia aliquorum per ſemitam non rectam à prima ordinatione iret, magis regularem reformationem ſuſcepit juxta primariam inſtitutionem primi Conditoris Ordinis Fratrum Prædicatorum Sancti Dominici: qui eos in humilitate caſtitate ac vera paupertate ſine redditibus & cenſibus vivere præordinavit.

Huic obſervationi adjumento fuit, initiúmque dedit præclariſſimus ac doctiſſimus Generalis Magiſter Ordinis Raymundus de Capua, vir omni eruditione ac ſanctitate præcipuus Inſtaurator hujus loci anno Domini MCCCXCVI. qui poſtea dies ſuos clauſit extremos Nurembergæ ante aram hujus Baſilicæ in choro humatus, non ſine opinione ſanctitatis clarus, cum Innocentius VII. Apoſtolicus ſummus Romanam Eccleſiam illuſtraret: ac Wenceslaus Bohemorum ac Romanorum Rex Imperium rexit, ab eóque tempore auxilio maximi ac glorioſi Dei, meritisque Divæ Genitricis Mariæ in neceſſariis pro fratrum devotione hucusque ſine defectu vitam cælibem deduxerunt.

Deinde cum inſignis Conventus Nurenbergenſis in numero perſonarum devotarum, in regulari vita cum omni virtute & doctrina floreret, cætera Monaſteria, nedum in eorum Provincia, verum etiam exteras Provincias ad obſervantiam bonam reduxerunt; emiſſis Fratribus idoneis, in Sacra Religione fervidis, qui tàm piè ac ſtrenuè vixerunt, ut nonnulli miraculis claruiſſe dicantur, qui ſubſcriptos Conventus nunc florentes reformârunt, & ad debitam ordinationem eorum auxilio cum gratia optimi ac benigniſſimi Dei induxerunt.

Reformati ſunt igitur ex iſto Conventu Nurembergenſi, hi Conventus egregii:

Colonienſis:
Wiennenſis
Lipczenſis
Erfordenſis
Magdeburgenſis
Hallenſis
Ulmenſis
Ratisponenſis
Baſilienſis
Cremenſis
Eyſtetenſis
Bambergenſis
Lantzhutenſis
Columbarienſis,

qui effluxis temporibus hunc Conventum ad bonam vitam reformavit; ſucceſſu temporis cum à vera Religione defecerat, ab iſto Conventu iterato ad Religionis obſervantiam reductum, ut perverſo ordine filia matrem edoceret.

Wurmatienſis:
Pforzhamenſis
Bozonenſis
Wympinenſis
Stutgardienſis

è novo fundationem, cum bona regulari vita ortum ſumpſit.

Conventiones ſolennes Fratrum Ordinis Prædicatorum & Capitula celebrata in iſto Conventu Nurembergenſi.

Capitulum Provinciale cum ſingulari devotione actum Nurembergæ anno Domini MCCCXVI.

Iterato Capitulum Provinciale perpetratum Nurembergæ anno MCCCLXI.

Tertio Capitulum Provinciale in iſto Conventu celebratum fuit anno Domini MCCCXCIII.

Capitulum Generale cum duobus Provincialibus Capitulis, magna frequentia doctiſſimorum Patrum, ſolemni ritu peractum fuit in iſto inſigni Conventu anno Salutis MCCCL.

Demum Capitulum Provinciale cum optimâ ordinatione ac Reverentia celebratum cum omni ornatu Dominicâ Cantate anno Domini MCCCCLXXXVI.

Anno

Anoo Domini MCCCXCIX. Obiit religioſus pater, frater Raymundus de Capua ſacræ Theologiæ Profeſſor Ordinis, generalis Magiſter XXIII. Reformator primus obſervantiæ regularis. Cui Beata Virgo Scolam dedit, fuitque confeſſor S. Catharinæ de Senis. Sepultus Nurmbergæ aote ſummum altare.

Anno Domini MCCCCXXXVIII. Obiit venerabilis Pater, Fr. Joannes Nyder ſacræ Theologiæ Profeſſor & generalis Vicarius Provinciæ Theuthoniæ; qui reliquit ſcripta ſuper libros ſententiarum. Extitit enim compoſitor plurium librorum & tractatuum.

Anno Domini MCCCCXLIII. obiit Fr. Joannes Part ſacræ Theologiæ Profeſſor ac Prior domûs hujus.

Anno Domini MCCCC --- Obiit Fr. Stephanus S. Theol. Baccalaureus Prior domûs hujus.

Anno Domini MCCCC -- Obiit Fr. Petrus Kirchſchlag de Provincia Auſtriæ, vir eruditiſſimus ac declamator egregius, hujus monaſterii Prior inſignis, qui primo hunc ambitum hiſtoriis atque Picturis variis decoravit, & Fr. Joanoes Henlein hujus loci Prior Anno MDVII. iterato com additionibus renovari & ornari fecit pro oblectatione legentium.

Anno Domini MCCCCCV. in die D. Hieronymi cum atra peſtis in monaſterio Prædicatorum ſeptem fratres abſtulit, obiit ex peſte Frater Joannes Schedel ejusdem loci Profeſſus & ſacerdos, ſepultus in ambitu.

Admonitio brevis ad Poſteros.

Perpendite tandem Fratres Dilectiſſimi atque animadvertite quomodo Patres veſtri præcedentes in omni probitate ac ſanctimonia vitæ ſuos dies peregerunt ſine cenſu ac redditibus in paupertate viventes, ut cœleſtem patriam ingreſſi nunc felici atque inmortali vitâ fruantur. Permaoete igitur ſtabiles in eâ Religione quam confeſſi eſtis: non vos ſeducant deceptoriia artibus ficta & ſimulata verba, quæ non ad purificationem ſed ad perditionem proficiunt animarum; operantes quod bonum eſt ad omoes, & piis ſtudiis & religioſis animis aderit miſericordia Dei: Diligite charitatem ſine quâ nulla virtus enitere poteſt, aureisque litteris in cor veſtrum inſigite cooditoris veſtri S. Dominici Teſtamentum ultimámque voluntatem, qui ſuos Poſteros hoc docuit: Fratres chariſſimi, vobis tanquam filiis jure hæreditario relinquo: Caritatem habete, humilitatem ſervate, paupertatem voluntariam poſſidete, exſpectantes poſtremo Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum qui reformabit Corpus noſtræ humilitatis conforme fieri Corpori gloriæ ſuæ, qui cum Patre & Spiritu Sancto manet in ſecula ſeculorum Amen.



CHRO-

CHRONICON SCHLIERSEENSE

SEU

BREVIS HISTORIA

De Ortu, Fundatione, Benefactoribus & prædiis

Antiquiſſimæ Eccleſiæ collegiatæ Schlierſeenſis

Anonymo ejusdem Eccleſiæ Canonico

Auctore

Anno Chriſti MCCCLXXVIII. conſcripta.

* * *

Ex Cod. chart. MS. coætaneo deſcripſit

atque edidit

ANDREAS FELIX OEFELIUS.

Monitum prævium Editoris.

SCHLIERSEE, inter *Oenum* & *Mangualtum* flumina ad radices Alpium in veteri comitatu *Waldecenſi* ſitum, AVENTINO lacus *Sylurnus* jam inde à Seculo VIII. Monachos in vaſta illa ſolitudine aluit; nec aluit ſolum, verum & produxit; ſiquidem Monaſterium à quinque Fratribus Nobilibus *de communi hæreditate ſua ſive parentum ſuorum* eo in loco erectum fuiſſe litteræ teſtantur, quas AVENTINUS memoravit (p), HUNDIUS in *Metropoli* ex *magno Libro Traditionum Friſingenſ.* integras protulit; GEWOLDUS poſtea circa nomina propria paulò immutatas repetiit. Datæ eæ ſunt ipſis quinque Fratribus (q), teſtium loco ſubſcriptis XII. cal. Febr. in Monaſterio Schlierſee, Anno XXXII. Thaſſilonis. Hunc in annum Chriſti DCCLX. incidere HUNDIUS exputavit, MEICHELPECKIUS verò eruditis argumentis ad annum DCCLXXIX. produxit. Nam quod apud GEWOLDUM legitur MCCCXLIII. ſphalma eſt quod quisque reverentia tanti viri, in Codice ſuo tacitus corrigat.

Hos Fundatores è WALDECENSIUM DOMINORUM, in quorum comitatu hæc acta, familiâ fuiſſe, ſuſpicatur HUNDIUS, policem ei premente Cl. V. AGNELLO CANDLERO in laudatiſſimo Opere ARNULPHI *malè* MALI *cognominati*. In cujus *Sectione VI.* Monaſteriorum Bavariæ ſub ARNULHO Duce exiſtentium Catalogum texit ad Numerum usque LIII. excurrentem, & in SCHLIERSEENSIS quoque origines curatè inquirit.

(p) Annal. Bojor. Lib. III. fol. 303.

(q) Si tamen quinque & non potius tres fuêre. Ita enim verba litterarum fundationis apud HUNDIUM & CAROLUM MEICHELPECKIUM Hiſtoricum Friſingenſem magni nominis, Hiſt. Friſing. T. I. P. I. p. m. 79. *Ego itaque in Dei nomine Adalunc ſimul cum fratribus noſtris Hiltipalt* SEU *Kerpalt*, *nec non & Antonii* SIVE *Otakir* &c. quo loco adverbium disjunctivum *ſive*, ſynonyma videtur vel certè cognomina *Hiltipald* & *Kerpalt*, nec non *Antonii* & *Otakir* indicere. GEWOLDUS, juxta cum noſtro Chronico, dum idem Inſtrumentum repetit *Adalungum*, *Hiltipaldum*, *Gervvaldum*, *Anthenum*, *Otachrum* ad Romanum nomen inflectit, & juxta cum prioribus quinque nominat.

Conjiciendi occaſionem præbet viris acri judicio præditis, rei ſitæ locus, & jus advocatiæ conſtanter penes WALDECCIOS hærens, plurimáque beneficentiæ eorum erga SCHLIERSEENSEM *Eccleſiam* Monnmenta. Primum Monaſterium in WESTENHOFEN vico hodie *Schlierſeenſi* proximo ex Cod. Membranaceo quadringentorum ferè annorum conficit vir laudatiſſimus mihíque ſtudiíſque meis, dum viveret, amiciſſimus AGNELLUS hunc à REVERENDISSIMO DOMINO *Collegiatæ Monacenſis* (in quam Schlierſeenſis ſucceſſu temporis coaluit) DECANO, ſingulari benignitate acceptum, diligenter deſcripſerat AGNELLUS, rerum Boicarum, quos meditabatur, Scriptoribus inſerendum; ſed idem poſtea non ſemel amarè mihi conqueſtus eſt, apographum ſibi illud ſuum, inſcio & inadvertenti à parum amica manu, neſcio quâ, denuo ſubtractum fuiſſe.

Strages magna facta eſt à Ludovico Duce de Bavaria in Geng & exercitus Marchionis de Brandenburg pro magna parte interiit & reliqui in fugam converſi.

Anno MCCCCLXVIII.

Inchoata eſt Eccleſia ad B. Virginem in Monaco.

Anno MCCCCLXX.

Dux Chriſtofferus de Monaco captus fuit in balneo à fratre ſuo Duce Alberto & tentus in captivitate duobus annis cum dimidio.

Anno MCCCCLXXXV.

Dux Georgius Bavariæ collegit exercitum & obſedit civitatem Norling, fines ejus devaſtando rapinis & incendiis & projecit ſagittam magnam in turrim civitatis, ſtatim in pacem redierunt. Eodem anno Dux Albertus de Monaco ſubjugavit ſibi Landſperg civitatem & caſtrum.

Anno MCCCCLXXXVII.

Dux Georgius redemit Burgaw.

AnnoMCCCCXCII.

Venit liga Suevorum *auf das Lechfeld* contta Ducem Albertum, & coactus fuit reſtituere Ratisbonam.

Anno MCCCCXCIII.

Burgaw iterum ſe redemit de manu Ducis Georgii. Eodem annu *iſt ein gros ſchieſſen geweſen zu Landshut mit püchſen und mit armbruſten.*

Anno MDIIII.

Ortum eſt bellum magnum inter Ducem Albertum & Rupertum Palatinum pro ducatu Ducis Georgii, ſed in concordiam rediere & cedit Palatino ſuperior pars Bavariæ videlicet Neuburg, Lawing, Gundelfing, Höchſtett, cum eorum attinentiis Calmüntz, Lengenfeld. Eodem anno Dux Rupertus, cum uxore Elizabeth Filiâ Ducis Georgii obierunt, utinam non veneno intoxicati ut fertur, Landshutæ.

Anno MDVIII.

Obiit Dux Albertus de Monaco, & ſequenti Palatinus Philippus.

Anno MDXV.

Combuſta eſt civitas Reichenhall, perierunt per ignem pius quam ducenti homines.

Anno MDXVI.

Jeronymus Stauffer de Erenfels Magiſter curiæ ſereniſſimi Principis Wilhelmi Ducis Bavariæ captus eſt Ingolſtadii in diæta & capite truncatus eſt ob ſceleratiſſimam malitiam ſuam quam exercuit contra Principes diſcordiam inter eos ſeminando, unde mors ambotum Principum fuiſſet ſecuta, & plura nefaria commiſit.

Eodem anno maxima inundatio aquarum fuit circa feſtum Jacobi in Bavariâ, Auſtria & in omnibus partibus per totam Almaniam, qualis non fuit in ducentis annis.

Anno MDXVIII.

Deſponſata eſt Duci Ludovico Bavariæ Filia Regis Portugaliæ & non celebravit nuptias ſed obiit eodem anno.

Eodem anno factus eſt adminiſtrator Eccleſiæ Patavienſis Seteniſſimus Princeps Erneſtus Dux Bavariæ.

Eodem anoo intravit Illuſtriſſimus Princeps Dux Bavariæ ducatum Sueviæ, Ducis de Wirtenberg pötenter invaſit circiter cum XL M. pugnatorum, & vi obtinuit omnes munitiones, civitates, caſtra, & Dux ibidem in fugam converſus.

HART-

HARTMANNI SCHEDELII
HISTORIA
RERUM MEMORABILIUM
Ab Anno MCCCCXXXIX. ad Annum MCCCCLX. geſtarum.

Res LUDOVICI Divitis, Bavariæ Ducis,
in primis illuſtrans.

* * *

Ex Autographo Auctoris deſcripſit
atque edidit

ANDREAS FELIX OEFELIUS.

Monitum prævium Editoris.

INter reliqua Diligentiæ *Schedelianæ* in exſcribendis Codicibus MS. ſpecimina, Codicem poſſidet ab ejus manu, BAVARICA, chartac. in 4. num. CCCXXXVIII. ſignatum, qui ANDREÆ *Ratisponenſis Chronicon Bavariæ* continet, & mihi hallucinanti in recenſione Codicum MS. Andreæ elapſus eſt *. Ad finem Chronici Schedelius Rerum temporibus ſuis geſtarum Hiſtoriam addidit, ſuopte marte elaboratam, quam omnino dignam habuimus, quæ è ſitu & pulvere protracta BOICARUM RERUM SCRIPTORES augeret ornarétque, quod in ea, præter alia multa, res bello geſtæ LUDOVICI *Divitis* præcipua quadam curâ illuſtrarentur. Adjecimus præterea ad annum MCCCCLVIII. JOANNIS MAGENSREITTERI Equitis Bavari, qui Ludovici Ducis ſigna eo in bello ſecutus fuerat, breve ſcriptum, militari ſtilo & incompto exaratum quo credas lubentius.

* pag. 10.

Latent in privatis Illuſtrium Familiarum ſcriniis tabulariíſque (ut de publicis jam nihil dicam) quam plurima ejusmodi Monumenta, quæ in lucem protracta non minus ipſis familiis, ad quas pertinent, quam communi Patriæ totíque Bojorum genti, maximum afferant & Ornamentum & Præſidium, & hæc ipſa tamen neglecta & ignavis ſordidíſque ſcribis commiſſa, ſoricibus & tineis pabulum præſtant, aut ut novæ chartæ locus fiat, ad bractearios chartulariósque quin & ad voluſianos uſus, ignaris & ſecuris dominis, damnantur. Quæ quidem in Majorum memoriam impia planè barbaries, ab iis invecta eſt, qui vafro conſilio præterita abolere ſtudent, ut præſentia ſuo arbitrio liberius diſponant, à nulla antiquitate redarguendi.

Hart-

Hartmanni Schedelii Chronicon ab Anno Chriſti MCCCCXXXIX. ad Annum MCCCCLX.

ANno Domini MCCCCXXXIX. Chriſtianiſſimus atque pius Rex Romanorum circa feſtum Simonis & Judæ in proprio regno Ungariæ obiit, ſepultus in Alba Regali. Nonnulli ſamant eum veneno interiiſſe ab Ungaris &c. & reliquit poſt ſe filium unicum Ladislaum.

Anno Domini MCCCCXXXX.

(h) Idem Electores, qui Albertum prænominatum (h) elegerunt in Regem Romanorum, & ut aliqui dicunt pretio corrupti in jejunio Franckfordiæ concorditer elegerunt Fridericum Ducem Auſtriæ, Styriæ &c. avunculum prædicti Alberti, quando adhuc in ætate juvenili conſtitutus eſſet.

Anno Domini MCCCCXXXXIIII. & XXXXV.

Venit quidam exercitus magnus de Francia, qui dicebantur vulgariter *die arme Göcken*. Iſti devaſtârunt omnia oppida civitates & villas circumquaque in Alſatia: & circa Argentinam & Baſileam, multos quoque Suitenſes circa Baſileam interfecerunt, iſti etiam multas mulieres honeſtas oppreſſerunt, & virgines deflorârunt, & multa & innumerabilia mala his territoriis intulerunt: & Dux & Princeps eorum fuit Delphinus Filius Regis Franciæ, qui à quibusdam dicebatur conductus ad iſtas terras à Rege Friderico, qui tunc inimicus erat Switenſium, ut ipſe Delphinus eos expugnaret. Tandem devaſtatâ Alſatiâ redierunt ad terram ſuam, licet multi eorum fuerunt interfecti ab incolis terræ illius.

A. Domini MCCCCXLVII.

Nicolaus V. natione Genuenſis poſt obitum Eugenii, qui antea nominabatur Gabriel electus in Papam adhuc vivente Felice Papâ V. His temporibus ſciſma magnum fuit in Eccleſia Dei, ita quod Concilium Baſilienſe cum multis Archiepiſcopis & Epiſcopis & univerſitatibus & Principibus & Regibus tenuit Felicem pro Papa: plures verò per Alemaniam & Italiam & per alias regiones tenuerunt Nicolaum & ſuum anteceſſorem Eugenium.

A. Domini MCCCCXLVIII.

Sciſma, quod fuit in Eccleſia Dei, ſedatum eſt per quendam Cardinalem Legatum ad partes Alemaniæ, nomine Joannes Carvial Cardinalis S. Angeli, & Felix Papa V. propter concordiam ſuæ unionis ſe ipſum depoſuit, & à Papatu receſſit, & ſub obedientia Nicolai Papæ manſit usque ad obitum ipſius: & Nicolaus tentus fuit ab omnibus Chriſti Fidelibus generalis Papa Romanæ Eccleſiæ.

A. Domini MCCCCXLIX.

Obiit Ludovicus Comes Palatinus Rheni Filius Ludovici, Filii Ruperti Regis. Is reliquit Filium nomine Philippum.

Item eodem anno poſt feſtum SS. Apoſtolorum Petri & Pauli immediatè orta fuit lis & guerra gravis inter Albertum Marchionem Brandenburgenſem &c. & ſuorum adjutorum ex una parte, & inter Nurmbergenſes & alias civitates imperiales parte ex altera: Quapropter Albertus Margravius Brandeburgenſis cum magno & expedito exercitu venit ad confines Nurmbergenſium, & omnia oppida, caſtella, villas & civitatem Greſenberg, circumquaque circumjacentia devaſtavit & concuſſit igne. Inſuper & ipſum oppidum Heideck una fortalitio ſive caſtro ſuo cum magno exercitu obſedit & expugnavit: poſt hoc Dominicâ ante Mariæ Magdalenæ immediatè fuit obſeſſum à prædicto Alberto caſtrum fortè & benè munitum Lichtenaw & ab eo expugnatum.

Item poſt feſtum Michaëlis receſſerunt Nurmbergenſes de obſidione cujusdam oppidi nomine Czen cum magno timore, & antequam venerunt ad Nurmbergam, inſiliit in eos marchio & multos pedeſtres interfecit, alii ſubmerſi fuerunt in aqua nomine Peguncia, cæteri vulnerati & captivi ducti ad Schwobach & alias hinc inde civitates. Nurmbergenſes quoque multa ac maxima dampna dicto Principi ac aliis Principibus intulerunt. Nam multa caſtra & opida & aliquas civitates devaſtârunt & excuſſerunt. Fuit eo tempore magna inopia vini, dabatur una menſura vini acerbi ac auſteri pro 4. groſſis. Hæc diſcordia & guerra plus quam per annum duravit, ac tandem multis diebus ac dietis habitis pacificata fuit per Ludovicum filium Heinrici Ducis Bavariæ & Nurenbergenſes ſummam plurium millium florenorum dederunt Marchioni pro oppido Heydeck & Liechtenaw ſimiliter pro damno illato.

A. Domini MCCCCL.

Sub Nicolao Papa V. poſt annos XXXIII. fuit annus Jubileus Romæ per annum integrum.

Item eodem anno L. in die Abdon & Sennes obiit Heinricus Dux Bavariæ habens divitias multas auri & argenti incluſas in turri caſtri Purckhauſen, quas filius ſuus Ludvicus largifluè poſtmodum expoſuit.

(h) reſpicit locum Andreæ Ratisp. A. MCCCCXXXVIII.

Anno MCCCCLI.

Remiſſio plenaria ſicut tempore anni Jubilæi largiebatur per univerſum orbem ad ſingulas Eccleſias Cathedrales per quemdam Legatum & Cardinalem Nicolaum de Cuza, qui fuit Epiſcopus Brixienſis & Cardinalis tituli S. Petri ad vincula.

Eo anno Bernhardinus à Papa Nicolao fuit canonizatus.

Anno MCCCCLII.

Fridericus Rex Romanorum poſt feſtum S. Katarinæ cum magno comitatu intravit Italiam, habens ſecum Fratrem ſuum Ducem Albertum & Ladislaum Regem Bohemiæ & Ungariæ, qui erat ſub cuſtodia prædicti Regis Friderici, & erat Ladislaus tunc Juvenis XIIII. annorum. Fridericus verò Rex Romanorum coronatus fuit à Papa Nicolao V. in die Lætare cum corona imperiali in Eccleſia S. Petri Romæ. Fuitque ſibi deſponſata eo tempore per Papam Filia Regis Portugaliæ & in eo loco nuptias ſolemnes cum ea celebravit. Poſtquam verò Fridericus Imperator venit de Roma ad civitatem ſuam Neuenſtat, ubi erat ſolium regni ſui obſederunt eum Viennenſes unàcum Baronibus, Comitibus & militibus Auſtriæ, quare Imperator compulſus dedit cis Ladislaum Regem Bohemiæ, qui erat Dominus eorum & filius Alberti defuncti.

Item eodem anno venit ad partes Alemanniæ quidam frater religioſus de Ordine Minorum nomine Joañes de Capiſtrano natione Italicus cum multis fratribus ejusdem Ordinis de obſervantia. Hic per omnem terram Theutonicorum prædicando diſcurrit habens auctoritatem prædicandi ubique à prædicto Nicolao Papa, fecitque quædam prodigia apud infirmos. Idem prædicavit in Vienna, & ibidem inſtituit Fratres Minorum ſub obſervantia ad S. Tiboldum extra muros Viennæ.

Item idem Capiſtranus inſtituit eundem Ordinem in Amberg, ubi prius nullum clauſtrum fuit.

Idem juſſit & præcepit, ubicunque prædicavit, comburere omnes aleas & chartas unàcum taxillis, unde in civitate Ratiſponenſi & Nurenbergenſi, ubi tunc prædicavit, magna multitudo alearum, chartarum & taxillorum fuit combuſta, ſic fieri fecit in plerisque locis.

Anno MCCCCLIII.

Turci obtinuerunt terram & civitatem CPolin & magnam ibidem multitudinem Chriſtianorum interfecerunt & præcipuè ipſum Imperatorem Græciæ, & omnes Eccleſias deſolârunt, & reliquias Sanctorum pedibus conculcaverunt facientes ex Eccleſiis ſtabula equorum & lupanaria, & tandem eandem civitatem ſuo Domino ſubjugârunt, & circa CPolin circumquaque multas civitates devaſtârunt usque ad fines Hungariæ.

Fuit autem id factum ſub Friderico Imperatore tertio & ſub Nicolao Papa V. videlicet quod regia civitas CPolis caput totius Eccleſiæ orientalis diu obſeſſa tandem capta à Saracenis & ab Imperatore Turcorum in grave præjudicium & ludibrium totius Chriſtianitatis. Hic namque magna mulitudo virorum religioſorum virginumque & aliorum Chriſtianorum miſerabiliter occiſa occubuerunt, & Sanctorum reliquias cum locis ſacratis irreligiosè & inhumanitus execrata & deſolata.

Anno MCCCCLIIII.

Omnes civitates in Pruſſia exceptis tribus à dominio Dominorum de domo Theutonicorum receſſerunt, & Regem Poloniæ pro Domino receperunt, & multos Dominos de eadem domo interfecerunt, alios verò ſubmerſerunt. Quaptopter Domini de domo Theutonicorum compulſi parvum exercitum prout ſacere potarant, collegerunt. Nam undique à prædicto Rege Poloniæ fuerunt obſeſſi, itaque magnus ſive copioſus exercitus non potuit eos accedere ſine periculo, attamen exercitum Regis Poloniæ viriliter aggredientes plures interfecerunt, & alios captivârunt, reliquos verò in fugam converterunt, & omnia vaſa aurea & argentea unà cum ſigillo proprio Regis Poloniæ arripuerunt, & Rex Poloniæ habitu mutato vix evaſit. Aderant etiam Clenodia Regis Roloniæ cum litteris & Immunitatibus, quas habuit ſuper terram Pruſſiæ ſibi datis ab incolis & habitatoribus terræ illius.

Anno MCCCCLV.

Feriâ tertiâ Paſcæ Calixtus III. antea vocatus Valentinus de Vacca Cardinalis tituli quatuor coronatorum concorditer electus eſt in Papam. Hic fuit oriundus ex Cathelonia & amicus Regis Atragoniæ, homo octuagenarius dum fuit electus in Papam ſedit annis tribus & menſibus ferè quinque, fuit autem prius Epiſcopus Valentinus.

Item eodem anno venit ad partes Alemanniæ quidam Legatus miſſus à Sede Apoſtolica, Cardinalis TT. S. Angeli nomine Joannes Carvial unà cum alio ſubdelegato Archiepiſcopo Daciæ Henrico Kalteneiſen cognomine: qui fuit Ordinis Prædicatorum & Doctor Sacræ Theologiæ, prædicantes crucem contra Turcos, qui diu ante CPolin cum cæteris civitatibus devaſtârunt, ac caſtrum fortè in Hungariæ finibus cognomine Krichiſchen Weiſſenburg obſederunt ac expugnare voluerunt. Quare propter prædicationem eorum plures pauperes, ſcilicet ſutores, ſartores, textores, balneatores, piſtores, ſtudentes, presbyteri ac cæteri religioſi & alii pauperes moti crucem acceperunt. Deſcendentes in magna multitudine in Danubio & in cæteris fluminibus usque ad Hungariam in oppidum quod dicitur Futaw per diſtantiam quinque miliarium à Krichiſchen Weiſſenburg ac in cætera oppida & civitates Ungariæ: ubi per totam æſtatem & autumpnum

vixerunt absque capitaneo expeditivo, in magna paupertate & inopia, non habentes hoſpitia neque victualia ſed jaccutes in limo & fœno ſicut porci nihil boni facientes contra Turcos, imò nec aliquem Turcum viderunt. Nam Turci, ut infra dicetur, à prædicto caſtro non multis diebus transactis ſcandalo receſſerunt &c. & hoc totum evenit iſtis cruce ſignatis ex infidelitate Ungarorum, qui eos inhoneſtè tractaverunt, & vilipenderunt, ac in faciem maledixerunt, dicentes: quis Diabolus vos venire fecit ad terram noſtram, vel qua de cauſa adveniſtis, quis vos invitavit. Inſuper immiſcebant calcem in farinam piſtantes inde panes, quos qui comedebant, diverſas iufirmitates incidebant, quotum multi in diverſis civitatibus, villis & oppidis hinc inde in Ungaria, Auſtria & Bavaria mortui ſunt; ita quod inter centum vix decem vel XX. ſani permanſerunt, & mortem evaſerunt. Superveniente verò hyeme Rex Ladislaus deſcendit de Wienna ad regnum Ungariæ in civitatem Futaw ad conſtituendum unum gubernatorem ipſius regni, præcedens ei gubernator Humgamſch cognomine, non longè ante feſtum S. Jacobi obiit ſubitaneâ morte, eo quod non fideliter egit circa cruce ſignatos, qui in oppido Krichiſchen Weiſſenburg à Turcis fuerunt interfecti. Et ibi Ladislaus Rex Hungariæ, conjuratione factâ cum Comitibus, Baronibus & cæteris Dominis regni Ungariæ contra Turcos deſcendit cum eis & cruce ſignatis ad ſupradictum oppidum Krichiſchen Weiſſenburg, quod novirer fuit obſeſſum à Turcis. Ibi perverſi & infideles Ungari eandem conjurationem ibi factam in Futaw ſuper imaginem crucifixi fregerunt, & infideliter contra eum egerunt, ac quemdam Principem ac Dominum ſive Comitem Ulricum de Czila amicum carnalem ac ſupremum capitaneum prædicti Regis Ladislai interfecerunt, ac caput ipſius miſerabiliter amputârunt, & hunc ſpecialiter interfecir Hunigamſch ſuſupradicti antiqui Hunigamſch Filius. Inſuper Principem & Ducem Ottonem juniorem de Bavaria, cum aliis Comitibus, Baronibus, militibus & Dominis nec non nobilibus prædicti Regis Ladislai captivârunt, ſpoliaverunt, & miſerabiliter vulneraverunt. Ipſum verò Regem Ladislaum quaſi captivum in prædicto caſtro & in aliis civitatibus & ſpecialiter in Buda tenuerunt. Ex quotum Præcepto Rex Ladislaus licentiavit omnes cruce ſignatos, ut redirent ad terras eorum, in quorum receſſu Ungari perverſi, & filii canum multa mala ipſis intulerunt, aliquos ſpnliaverunt, alios vulneraverunt. Reliquos interfecerunt, ut ſupradictum eſt. Sed tamen hoc benè poſtmodum fuit vindicatum in eis, ut patebit. Et ſic ad nihilum redactum fuit paſſagium & omninò annulatum.

A. Domini MCCCCLVI.

Regnante Rege Ladislao in Ungaria &c. ſub Friderico III. Rom. Imp. venit ad fines Ungariæ Turcorum Imperator cum magno & expeditivo exercitu & multis inſtrumentis bellicis, quæ receperat in CPoli ac aliis civitatibus Græciæ ad obſidendum oppidum ſupradictum Griechiſchen Weiſſenburg, forte & munitum & feriâ ſecundâ nec non & tertia ante diem S. Mariæ Magdalenæ obtinuit civitatem prædicti caſtri, in qua multos Chriſtianos cruce ſignatos & ſpecialiter quam plures de Cracovia ſtudentes interfecit. Dein feriâ quartâ ante prædictum feſtum Mariæ Magdalenæ aggreſſus fuit cum ſuo exercitu ipſum caſtrum, de quo ex ſuis multi fuerunt vulnerati, quam plures interfecti & ipſe tandem cum cæteris ſcandaloſè fugam iniit, relinquens poſt ſe omnia bona ſua & omnia inſtrumenta bellica, Bambardas, pixides &c. ex cujus ſpolio valdè ditati fuerunt Ungari.

Item eodem anno LVI. poſt receſſum cruce ſignatorum de Ungaria obiit Fr. Joannes de Capiſtrano prædicator egregius Ordinis Minorum, diſcipulus S. Bernhardini, ſepultus in quodam Monaſterio ſui Ordinis in Ungaria non longè diſtans ab oppido Futaw: qui etiam obſeſſus fuit in caſtro Kriechiſchen Weiſſenburg à Turcis: ex cujus confortatione ſive meritis, Chriſtiani in prædicto caſtro, ut fama fertur, contra Turcas obtinuerunt victoriam. Nam idem Joannes de Capiſtrano ſtetit in feneſtra cujusdam turris benè munitæ cum aggreſſum fuit ipſum caſtrum à Turcis habens ymaginem crucifixi erectam in manibus ſuis clamando & invocando fortiter Deum ut auxilium divinum ſuis præberet contra exercitum Turcorum, quod & Deus miſericorditer ſuis fecit, ut jam immediatè ſupra dictum fuit.

A. Domini MCCCCLVII.

Feriâ ſecundâ poſt Reminiſcere XIII. potiores de Comitibus, Baronibus & Dominis regni Ungariæ, intcr quos etiam fuit Epiſcopus Paradinenſis inſimul unam conjurationem fecerunt ſigillis ipſorum propriis benè roboratam contra proprium Dominum Ladislaum Regem Ungariæ tunc in Buda exiſtentem ut eum captivum præſentarent Imperatori Turcorum, vel ut eum alias interficerent, & quod unus ex eis ſcilicet Wardaſilaſslaus Hunigamſch Gubernator regni Ungariæ pro tunc mediante auxilio Turcorum, ſibi uſurparet regnum. Ideò diverſos modos excogitabant, quomodo in ſecreto & ſurtive poſſent cum deducere & furari absque tumultu populi, & ne à ſuis ſubditis & infidelibus impedirentur, & ut propoſitum eorum ſtatim progreſſum haberet duas naves magnas benè munitas, cum inſtrumentis bellicis, viris armatis & cum cæteris ad hoc neceſſariis præparaverunt. Sed Deo aliter diſponente conjuratio iſta publicata & manifeſtata fuit ipſi Regi Ladislao per unum ex iſtis XIII. cognomine Hisgra Comes & Bohemus, qui ſemper fidelis & intimus Conſiliarius fuit ipſius Regis: & licet interſuerit huic conjurationi, tamen invitus, eo quod ab aliis Hungaris vocatus fuit ad eorum conſilium, quod ſi renuiſſet vivus non receſſiſſet ab eis, ſed promiſit ſe huic conjurationi velle

adhætere. Faciebat autem hoc ideo ut mortem evaderet temporalem, & ſuum poſſet aviſare Regem, ne in manus eorum incideret. Etiam hæc conjuratio contra Regem noo fuit roborata ſigillo ſuo proprio, eo quod illud penes ſe non habuit, ſed dicebat ſe pro illo nuncium mittere & poſt cum illo conjurationem munire, & medio tempore dum nuntius fuit miſſus pro ſigillo aviſavit Regem. Quod audiens Rex ſe & caſtrum ſuum in quo pro tunc morabatur bene cum viris armatis armavit advocans iſtos XIII. ad ſe ut loqueretur & tractaret cum eis de negotio regni ſui quibus venientibus omoes illos captos cepit: Wardaſilaslaum verò Gubernatorem regni Ungariæ alio nomine Humgamſch Principaliorem in hâc conjuratione, qui Principem & Comitem Ulricum de Czila amicum ipſius Regis perſonaliter interfecit in caſtro Kriechiſchenweiſſenburg juſſit immediatè decollari, quem mox ſuus proprius ſervus, qui fuit ſtabularius ipſius & magiſter equorum miſerabiliter & cum tormento decollavit, & cum eo etiam decollati fuerunt duo de famulis ſuis qui huic interfectiooem ſcilicet Comitis de Czila interfuerunt. Alii verò demum poſt feriâ ſextâ fuerunt ſententiati & decollati. Epiſcopum verò Baradinenſem tradidit in manus ſui Metropolitani juxta condignum puniendum, Marhiam verò fratrem ipſius Humganiſch ad perpetuos incluſit carceres, qui poſt hoc vix anno elapſo, electus fuit in Regem Uogariæ, ut poſtea dicetur.

Item eodem anno LVII. poſt feſtum S. Michaelis Rex Ladislaus intravit Bohemiam & civitatem capitalem ipſius regni videlicet Pragam, & ex eadem civitate miſit ambaſiatores ſuos qui fuerunt potiores de regnis ſuis ad Regem Franciæ ut inde educerent Filiam Regis Franciæ quæ ſibi fuit deſponſata in uxorem; ut in Praga cum eâ nuptias celebraret ſolemnes; quibus euntibus, antequam venirent ad Franciam & ea educeretur, idem probus ac juvenis Rex Ladislaus vix decem & octo annorum natus intoxicatus fuit in quadam potione per ſuum gubernatorem regni Bohemiæ nomioe Jerſigko, procurante hoc Rockezana, qui tunc fuit peſſimus Hæreticorum in Praga qui timuit exterminationem ſui & ſuorum complicum. Obiit autem idem Rex Ladislaus poſt feſtum S. Martini ſepultus in Pragâ in Monaſterio S. Wenzeslai: & ſic regnum Bohemiæ propriis caruit & regibus & hæredibus, quia iſte fuit ultimus de genere Caroli IIII. & Filius Alberti Regis Bohemiæ & Ungariæ nec non Ducis Auſtriæ.

Anno Domini MCCCCLVIII.

Dominicâ ante aſcenſionis Domini quæ dicitur Dominica rogationum Jörſicko dominator regni Bohemiæ &, ut fertur, intoxicator ſupradicti Regis Ladislai coronatus fuit in Regem Bohemiæ à duobus Epiſcopis Ungariæ illuc miſſis, à Rege Ungariæ electo ſed nondum coronato nomine Mathias Hunigamſch, qui captus fuit à Rege Ladislao, ſed poſt mortem ipſius liberatus & liber miſſus per prædictum Jorſigk gubernatorem Bohemiæ, qui Jörſigko licet eſſet vilis genere & non multæ nobilitatis ſicut cæteri Barones regni Bohemiæ, tamen per Dominium & Potentiam Barones Bohemiæ ad hoc coegit ut eum eligerent in Regem Bohemiæ. Et in ipſa coronatione confirmatus ac unitus Eccleſiæ quia de ſecta Huſſitarum fuit, quam abjuravit ad ſancta Dei Evangelia in ipſa coronatione, ſed alia die perjurus factus, intravit Eccleſiam Huſſitarum & Rockazanæ ut prius. Et ideo non eſt fides in Bohemo juxta commune proverbium. Hic improbus Rex Jorſigko multa mala intulit Chriſtianis probis in regno ſuo expellens eos de Praga & de cæteris civitatibus.

Item eodem anno LVIII. XIII. kal. Septembris ſcilicet XIX. die menſis Septembris Pius II. antea vocatus Eneas & Epiſcopus Senenſis, concorditer electus in Papam. Hic fuit natus de Senis, & antea Secretarius Friderici III. Imperatoris, ſummúſque Poeta.

Item anno eodem Ludovicus Dux Bavariæ Filius Hainrici Ducis Bavariæ congregavit magnum Exercitum Bavarorum, Bohemorum, Auſtralium & aliorum, contra Epiſcopum Eyſtetenſem & Marchionem Albertum de Brandeburg, & tempore quadrageſimali obſedit civitatem Eyſtet, quam etiam expugnâſſet, ſi concordia non eſſet ſubſecuta. Nam Epiſcopus Eyſtetenſis nomine Joannes de Aych unàcum Canonicis inierunt concordiam cum Ludovico antedicto, ideo receſſit ab obſidione multis Bohemis interfectis. Dein obſedit Landeck & caſtrum Stauff non multum diſtans à Haydeck quæ deſtructa & exuſta fuerunt per eum. Deinde obſedit oppidum Rott & non longè caſtra metatus fuit in quodam Monticulo juxta ripam qui cognominatur Rot: habens in exercitu ſuo Vicedominum Comitis Palatini de Amberg: & Ducem Ottonem de Bavaria Juniorem: nec non duos Epiſcopos Bambergenſem & Herbipolenſem cum populo copioſo. Inde ſupervenit Albertus Marchio Brandeburgenſis cum exercitu non parvo caſtráque ſua poſuit ad aquam fluvialem nomine Radnitz, in quodam monte parvo habens ſecum Wilhelmum Ducem Saxoniæ cum exercitu magno cum baronibus & comitibus. Expectârunt ambo ad prælium, nullus tamen voluit incipere, licet unus alium provocaret & irritaret per ſuos ſtipendiarios qui nonnunquam inierunt bellum, & plures interfecti, alii vulnerati, alii capti. Et unus Comes de Sueviâ cum Marchione à quodam Nobili captus ut duceretur ad caſtra Ducis Ludvici, ſupervenerunt Bohemi, & ob arma pretioſa quo indutus fuerat, tenitente nobili, interfecerunt, auferentes arma.

Fuerunt autem præſcripti Principes tempore longo caſtra metati in ipſo loco nil boni agentes, ſolum pauperes ſpolian-

tes

tes atque occidentes. Tandem Wilhelmus Dux Turingiæ volens recedere àMarchione Alberto, quod ſenticns Albertus concordiam iniit cum Duce Ludwico & ſuis adjutoribus, tali formâ ut ipſe eſſet primus cum ſuis qui recederet de caſtris & de campo, & ut redderet certa privilegia Ludwico ab Imperatore (Friderico) tertio impetrata ad Provinciam ſuam, & ut reciperet Feuda ab Epiſcopo Herbipolenſi ut Burggravius Nurembergenſis. Dein reddidit Duci litteras Privilegiorum in Nurnberga (quæ) in Prætorio in conſpectu ſuo ſciſſæ fuerunt ac à Nobilibus laceratæ. Quod audiens Imperator valdè ægrè tulit læſionem Majeſtatis, quod per Ludvicum Ducem perpetratum fuit absque requiſitione Cæſaris, quam ob rem Imperator noluit hanc concordiam eſſe ratam factam Nurnbergæ, ideo hæc pax non duravit per annum.

Anno Domini MCCCCLIX.

Scripſit ac mandavit Imperator civitatibus Imperialibus ut aſſiſtentiam facerent Alberto Marchioni nomine ſui contra Ducem Ludwicum, & ut Albertum Marchionem haberent pro capitaneo qui cum ipſis vindicaret læſionem Majeſtatis Imperialis, & quamvis civitates Imperiales hoc mandatum diu diſtulerunt, tandem aſſenſum præbuerunt præter quam Nuremberga quæ ex privilegio nulli adhærentiam fecit: Quod audiens Dux Bavariæ Ludvicus conflavit exercitum magnum ex Bajoriis, Bohemis & Auſtralibus qui propriè nominabantur fratres; *die brüeder*, & caſtra metatus circa caſtrum Marchionis nomine Tau, non longè diſtans à Nurnberga ad tria quaſi Miliaria. Videns autem præfectus caſtri ſe non poſſe reſiſtere, deliberavit exire de nocte cum ſuis. Recepit ergò pulveres bombardarum & pixidarum ſpargens hinc inde in caſtro ad ſcamna & ſubſtus, ſimiliter ad lectos ac alia loca exiens de nocte. Bohemi verò neminem audientes intrârunt cum luminibus quærentes divitiam & alia pretioſa uti ſemper facere conſueverunt, tandem unus ex eis improvisè incendit pulveres: ignis igitur exardeſcens caſtrum penitus conſumpſit cum Bohemis, ut pauci evaſerint. Deinde plura caſtra obſedit Nobilium Marchionis, expugnans etiam oppidum Erlang: poſt hoc obſedit oppidum *Neunſtat an der Ayſch*, ibique per totam æſtatem caſtra metatus. Tandem videntes iſti in civitate non poſſe reſiſtere, ſe ſe dederunt, deditque eis Præfectum & capitaneum Militem Nobilem Martinum Satelpogen ut deſenderet oppidum. Cives verò oppidi poſt paucos dies iterato Marchioni civitatem dederunt. Is intrans cepit Militem prædictum cum nobilibus in eo exiſtentibus.

Deinde Dux Ludvicus obſedit caſtrum Hohneck propè Winshaim quod expugnavit, dein Kamerſtain propè Schwobach ab eo exuſtum. Dein fuit exuſtum oppidum Winspach & plures villæ combuſtæ, & civitas Offenheim fuit tradita ipſi Comiti Palatino, qui ſuâ aſtutia allexit cives ut ſe darent ſub gratia, nec longe duravit; capitaneus enim ejus opidi illud Marchioni iterato dedit.

Exercitus autem Bohemorum cum Vicedomino Palatini Comitis de Amberga & Ottonis Ducis Bavariæ & Ludvici Ducis Bavariæ & Epiſcoporum prædictorum obſederunt opidum Neuenſtad, prope Rewhenkumeln: & fuit ab eis expugnatum, & exuſtum, dein Weiſſenſtadt, quæ fuit de nocte tradita à quodam balneatore, dein ſpoliata atque exuſta. Dein ſimili modo oppidum Kreuſen, dein ultimo fuit obſeſſa civitas Wunſidel, qui fortiter ſe deffendentes diverſa offendicula corporis extra mittentes, à quibus aliqui læſi, aliqui interfecti fuerunt præſertim Bohemi & Egrenſes, qui eis fuerunt infeſti, & mortui plures ad Egram ducti, nonnulli ibi fugam cum ſcandalo inierunt.

Marchio verò Brandenburgenſis cum civitatibus Imperialibus, poſt aliquod tempus cum eſſet Dux Ludwicus in Bohemia cum rege Bohemorum, obſedit caſtrum Gräspach quod penitus deſtruxit. Dein opidum Manheim quod fuit exuſtum, dein obſedit oppidum Gundelfing, & fuiſſet expugnatum ab eo & à civitatibus Imperialibus: ſed Dux Ludwicus vênit cum exercitu in Laubing & volens defendere civitatem; quod iſti audientes dederunt fugam cum ſuis caſtris in civitates Imperiales. Poſt hoc civitates Imperiales locâruot caſtra ſua non remotè ab oppido Gingen in quodam monte ſuper quamdam ripam: ſupervenit Dux Ludovicus cum ſuo exercitu & antequam pertranſiret ripam creans milites qui dicebantur *Wagenritter*. Tandem & ipſe Miles effectus cum gaudio magno atque clamoribus pertranſeuntes ripam cum impetu ſorti invadentes caſtra adverſariorum: Quod videntes civitates Imperiales inierunt fugam relinquentes Banerium & vexillum Imperiale, quod fuit ductum in Burckhauſen, aliqui fuerunt capti, aliqui interfecti: plures ceciderunt per rupes de monte in ripam, & fuerunt ſubmerſi. Marchio verò cum paucis evaſit. Tandem facta concordia inter Marchionem fuit cum civitatibus Imperialibus & Ducem Ludvicum per Regem Bohemiæ ſub tali cooditione, ut omnia caſtra & oppida ab ambobus accepta quodlibet ſuo Domioo reſtituatur. (i) (i)

(i) Viſum hic velut ſuo loco breve monumentum inſerere hiſtoricum, quod in quodem vetuſto volumine à me repertum, auctorem agnoſcit JOANNEM MAGENSREITTERUM Nobilem Bavarum, qui illud propria manu in *Libro Salico* prædiorum ſuorum conſignaverat, unde Anonymus Voluminis illius de variis rebus ad Hiſtoriam Bavaricam pertinentibus collector, deſcripſiſſe monet. Fuit autem *Magensreitterorum* Equeſtris Ordinis Familia, jam inde ab A. 1374. in Bavaria non incelebris, quam à MAGNO REUTER,

Item anno eodem orta eſt indignatio magna inter Papam Pium II. & Epiſcopum Maguntinenſem qui fuit Comes de Eiſenburg, cum enim eum depoſuit, Comitem de Nazzaw in Epiſcopum Maguntinenſem inſtituit, quam ob rem inter eos magna bella orta ſunt. Comes de Eiſenburg adjutorem habuit Fridericum Comitem Palatinum. Comes de Nazzaw Epiſcopum Metenſem, Marchionem de Baden & Comitem de Wirtenberg: nec non Ludvicum Ducem nigrum appellatum Filium Ducis Stephani de Rheno. Iſti devaſtârunt provinciam Comitis Palatini rapinis & incendiis cum copioſo exercitu; Ideo Comes Palatinus commiſſo cum eis bello victotia potitus cepit Epiſcopum Metenſem, Marchionem de Paden & Comitem de Wirtenberg qui graviter vulneratus, in Heidelberg ducti fuerunt & poſt longa tempora grandi pecunia liberati. Fama fuit prædictum Epiſcopum ptimum in bello ceſſiſſe, alia enim ordinatione factâ fuiſſent victotiâ potiti.

Anno Domini MCCCCLX.

Civitas Maguntina, quæ in tali facto confœderata Epiſcopo antiquo de Eiſenberg, tradita fuit ptoditorie ab aliquibus civibus de nocte ipſi Duci Ludvico nigto qui expulſis civibus & ſpoliatis, eam dedit Epiſcopo noviter electo de Nazzaw. Tandem illi duo Epiſcopi concordati in campo, ut iſte de Nazzaw, quem Papa inſtituit, eſſet Epiſcopus Maguntinenſis: Comes verò de Eiſenburg portionem Epiſcopatus cum civitatibus & caſtris ſuis ad vitam ſervare debetet.

viro manu ſtrenuo illorum temporum, nomen nactam conjicit *Wigulaus Hundius Parte III.* eâque inedita *Stemmatographia Bavaria* p. 232. codicis mei, ubi de eadem non pauca congeſſit, etſi *Henrici*, cujus Monumentum hic damus, mentionem nullam faciat. Ita autem illud:

Item in den ſelben Krieg am montag vor Sant Maria Magdalena tag haben wir dem Römſchen Reich und Marggraf Albrechten von Brandenburg, als einen Hauptman des Romiſchen Reichs die Wagenburg vergangen, auf den Perg geſtürmbt und mit der Hilf des allmächtigen Gott angewungen. Da bin ich Hanns Magensreitter mit und beygeweſen, und unſer liebe Frau was auf den tag die loſung und Bayrland das geſchray. Gott walt ſein.

Item auch mer iſt zemercken das des vechtens Obriſt Hauptleut geweſen ſein, herr Wernher von Sinaw, und Herr Jan der Holupp. Got walt ſein.

Item iſt auch zemercken das daſelb enhalb Gaſſenberg und des waſſers auf der Loe da man hielt, und den zeug ſchicket zum vechten daſelbs war zu Ritter geſchlagen mein genediger herr Hertzog Ludwig loblicher gedachtnus und vil guetter Leuth, daſelbs war ich Hanns Magensreitter auch zu Ritter geſchlagen, mit ſamt den anderen gueten leuthen, und ich was der newnt, der nach meinen gnädigen Herrn zu Ritter geſchlagen, ich hab ſein aber nit wagen wollen, und herrn Thoman der Preiſinger, die zeit Pfleger zu Crantsperg, der ſchlueg meinen gnädigen Herrn zu Ritter und vil gutter Leut und mich auch. Got walt ſein.

Item wir waren mit aſchenlaub bezaichnet und die ſeind mit pirckenlaub, und ich was in meines gnädigen Herrn hauffen geſchickt, in das ander gelid zu nechſt bey im hinder im. Got walt ſein.

Ab alia manu, æquè vetuſta adſcriptum: *In diſem veldzuge, wie man die wagenburg ſturmen wollen, iſt ain Herzog Ludwigiſcher hinzugerennt, und die feint angeredt: Lieber was zeiht ir euch, und ewer junges leben, das ir ench alſo feindlich wolt laſſen ſchlagen't gebt euch doch &c. darauf ainer in der Wagenburg geantwurttet: ja ain D---- wollen wir dir geben. Dagegen der bairiſch geredt: Schweig du ſpöttiger Frahat, der D---- mues noch heut für mein Herrn komen. Die bayriſchen Reutter und Knecht haben dazumal geſchryen:*

Wer hewt nit wol ſcheuſſen kan
Der iſt meinen Herrn ain unnütz man.

MONU-

MONUMENTA REICHENBACENSIA

ORD. S. BENEDICTI

MONASTERII,

Videlicet

I.

ANONYMI *Monachi Reichenbacenſis* CHRONICON REICHENBACENSE ab ortu Monaſterii MCXVIII. ad annum Chriſti MCCCCXVII. ex autographo *Hartmanni Schedelii.*

II.

ACTA ELECTIONIS LAZARI *Abbatis Reichenbacenſis* ex autographo *Andreæ Presbyteri Ratisponenſis.*

III.

EXCERPTA DIPLOMATICA REICHENBACENSIA ab anno Chriſti MCCXXXVIII. ad A. usque MDLVI. pertingentia. · Ex *Repertorio* MS. Diplomatico Monaſteriorum Palatinatûs ſuperioris VALENTINI SCHWAIGHAUSERI JC.

IV.

EXCERPTORUM DIPLOMATICORUM REICHENBACENSIUM *Mantiſſa*, ex STEPHANI FREY *Indiculo* Tabularii Ambergenſis MS.

* * *

Omnia nunc primum edita opera & ſtudio

ANDREÆ FELICIS OEFELII.

Accedit

MICHAELIS KAZBEGII *Abbatis Reichenbacenſis* CATALOGUS ABBATUM *Monaſterii ſui* à Viro Cl. GASPARE BRUSCHIO carmine redditus.

IN

IN MONUMENTA REICHENBACENSIA
Editoris Præfatio.

EJus Bavariæ, quæ Septentrionem ſpectat, & hodie Palatinatûs ſuperioris recentiori nomine venit, antiquitates, quod eis facem criticam non prætulerint HUNDIUS & GEWOLDUS aliíque Bojorum Hiſtorici, aut interciderunt penitus, aut ſi quæ ſuperſunt alta caligine premuntur; ſopitis ingeniis & longo ſitu obſoletis, immemoribúsque ex eadem gente SPANHEMIOS quondam, SALMUTHOS, SCIOPPIOSque eruditionis omnigenæ prodigia prodiiſſe. Sed nec Boici nominis originiſque communiſque Patriæ, quæ hominum mentibus poſtrema omnium evellitur, memoria remanet. Usque adeò mutata Dominia, ſacráque interrupta, priſtina omnia eximunt gentibus, aliámque à priori mentem induunt, maximè ſi nec ſtudiis acuantur, nec revocatis in memoriam majorum geſtis ad priſtinam gloriam incendantur. Quod ut ex parte facerem pro tenuitate mea in id accubuus & aſſiduus fui, Monumentáque Hiſtorica quotquot nanciſci potui, tineis blattíſque, híſque omnibus multo magis exitioſis ſcribis ſubtracta, collegi, ut de his quoque Bojis meis, civicam mererer; dum veniant alii, qui uberiora proferant & me (quo opto) multis paraſangis poſt ſe relinquant. Neque enim quidquam contingere optabilius bono civi poteſt, quam in exornanda illuſtrandáque Patria à quam plurimis vinci. Sed ut propius jam ad inſtitutum accedamus de *Monumentis* hiſce *Reichenbacenſibus* quædam præmonenda ſunt. Concernunt ea antiquum hujus nominis Ordinis *S. Benedicti* Monaſterium in *Palatinatu ſuperiori* ſitum, & eosdem, quos *Waldſaſſenſe* (cujus *Chronicon* dedimus) Fundatores agnoſcens.

Ex his, quod primo loco occurrit, CHRONICON eſt, *Anonymi Monachi Reichenbacenſis*, qui ſibi Hiſtoriam Monaſterii ſui deſcribendam ſumpſit, laborémque ſuum ad annum MCCCCXVII. produxit, réſque illius breviter ſuccinctéque complexus eſt, nihil odio nihil gratiæ, ut videtur, tribuens, & quem ob veritatis ſtudium & ingenuitatem ſtili teſtem non recuſes. Illud HARTMANNUS SCHEDELIUS *Amberga*, qua in urbe per aliquot tempus Praxi Clinicæ operam navabat, ad vicina non rarò Monaſteria excurrens REICHENBACI deſcripſit, more ſibi conſueto, ut dum corporis medicinam Monachis faceret, animi ipſe in Bibliothecis ipſorum acciperet. Extat Codex ille MS. Schedelianus in *Bavarica* Num. CCCLI. ſignatus, & ab Illuſtribus Fratribus
(k) PEZIIS olim indicatus. (k)

Chronicon proximè excipit INSTRUMENTUM *Electionis Lazari Abbatis Reichenbacenſis* A. MCCCCXVII. erectum. Illud ceu formulam electionis compromiſſoriæ adverſariis ſuis (è quibus & *Diarium ſexennale* protulimus) inſeruit ANDREAS PRESBYTER RATISPONENSIS, unde nos acceptum pro typo tranſcripſimus.

Sequuntur EXCERPTA *Diplomatica Reichenbacenſia*, quæ ex *Repertorio* Diplomatum Monaſticorum Palatinatûs ſuperioris deprompſimus. Auctor *Repertorii* hujus (ut vocat) VALENTINUS SCHWAIGHAUSERUS fuit, Juriſconſultus & cauſarum Patronus Ambergenſis, qui Opus hocce Anno Domini MDCLXIII. pluribus Voluminibus collegit, quorum tamen non niſi primum videre & uſurpare mihi contigit, reliquis, ut audio, in tabulario Ambergenſi, unde & hoc deprompum, ſepoſitis. Complectitur illud Excerpta diplomatica, præter *Reichenbacenſis*, Monaſteriorum ſequentium: *Enſdorfenſis* DCXVIII; *Gnadenbergenſis* CCCCLIX; *Michelfeldenſis* DCCCLXV; Et *Seligenpfortenſis* CCCCLXXIII.

Ex *Reichenbacenſibus*, quorum non niſi CXIX. refert SCHWAIGHAUSERUS, memorabiliora duntaxat excerpſimus, quibus vel res Monaſterii, Abbatum-

(k) In Iſagog. in Anecdot.

batúmque ſeries, vel Nobilitatis Hiſtoria vel denique Topographia regionis illuſtraretur.

His Mantiſſæ loco adjecimus EXCERPTA pauca ex STEPHANI FREY *regiſtratoris* (quem vocant) ſeu Chartophylacis *Ambergenſis* INDICULO MS. TABULARII AMBERGENSIS, quod vir ille anno MDLXX. magna diligentia in Ordinem diggeſſit atque deſcripſit: nonnihil & ipſa ad Res Reichenbacenſes collatura.

Poſtremo loco MICHAELIS KAZPEGII Abbatis *Reichenbacenſis Catalogum Prædeceſſorum ſuorum* à CASPARE BRUSCHIO Carmine redditum, recudi fecimus, quod ille ob ſummam raritatem, vel cum ipſis manuſcriptis codicibus certare poſſit. Operæ pretium fuerit tam de libello ipſo quam de Auctore quædam commemorare, quod maxima ſint viri illius in Hiſtoriam Monaſticam merita, etiam Bavariæ, quæ ante HUNDIUM GEWOLDUMQUE ferè tota penes ipſum ſtetet.

Notior autem Eruditis BRUSCHIUS quam ut digito noſtro monſtrari opus habeat. *Cui* enim *non dictus Hylas*! ſed illud animadverſione non indignum fuerit, virum indefeſſum, doctum etiam etſi paulò magis credulum, ſed cujus tota vita illuſtrandis antiquitatibus Epiſcopatuum & Monaſteriorum Germaniæ inſumpta fuit, poſt ipſius cruentam & pudendam auctoribus mortem, ab iis maximè vapulâſſe, à quibus minimè oportuit, quorum res, focos, aras, juráque toties ſtilo propugnavit, & inertiæ ipſorum ignaviæque induſtriâ ſuâ & labore proſpexit; quo in labore, longo & arduo, ſi quando in vitia ipſorum paulò acrius invectus eſt, plurimum tamen hâc in re infra graves pióſque ex ipſo Monaſtico Ordine viros fuit, quorum zelus in diſciplinæ diſſolutionem multo vehementius incaluit; cujus rei ex ANGELO RUMPLERO Abbate *Formbacenſi* Argumenta non levia protulimus. Quibus tamen propterea nemo dicam ſcripſit, nec in eorum memoriam junctis umbonibus, ut in boni BRUSCHII, itum eſt. Sed eum veritas vindicabit, cui bonorum fama cordi eſt. Nos ad libellum ipſum convertimur. Prodiit ille anno MDLIIII. Typis, niſi oculi nos fallunt non adeo in his rudes, *Oporinianis*, nomen enim loci non adjicitur. Sed conſtat BRUSCHIUM illo & ſuperiori anno, *Baſileæ* ex OPORINI munificentiâ vixiſſe, etſi ipſe minimè in re lautâ verſaretur. Sed aluit tamen pauper Pauperem quem Epulonum illa adeps immeritum deſtituerat. Libello * titulum ſequentem præfixit: ΟΔΟΠΟΡΙΚΟΝ [in 8.] *Gaſparis Bruſchii P. L. Pfreumbdenſe Topographiis, Hiſtoriis & antiquitatibus refertum, Elegiaco carmine ſcriptum, & integra verſuum Chiliade abſolutum. Cui acceſſerunt alia inſuper minutiora Poematia.*

Totum illud nuncupavit MICHAELI KAZBEGIO Abbati *Reichenbacenſi*, cujus catalogum Abbatum in verſus miſerat libello huic inſertum. Eum Moecenatem ſuum vocat quod Jovem Xenium aliquamdiu expertus fuiſſet. *Iter Pfreimbdenſe* proximè excipit modo memoratus Catalogus, ab ipſo BRUSCHIO, illa ſua ſcitula etſi tremula manu ſubinde (juxta ac reliqua) emendatus. Uſi enim ſumus illo ipſo Exemplari quod Auctor JOANNI JACOBO FUGGERO dono obtulerat & ſequentem in modum in fronte inſcripſerat: *Illuſtri Generoſo ac Magnifico Viro Ampliſſimóque Domino Domino* JOANNI JACOBO FUGGARO *Weiſſenbornii & Kirchbergæ Domino &c. Mæcenati ſuo DDD. has Equeſtres* (1) *nugas ſuas Bruſchius humillime ſe ſe commendans.* Mereretur (1) autem omnino *iter* illud *Pfreimbdenſe* recudi ob multa quæ continet memoratu digna ejus regionis, cujus perfunctoria ſatis à ſcriptoribus Patriæ, ratio eſt habita; niſi conſtitutum nobis Anecdota mera in dias luminis auras proferre; in aures identidem inſuſurrante Coo Sene: *Vita brevis, Occaſio præceps.*

---

(1) Alludens ad Maximiliani Cæſ. Equeſtrem, ut ille jocari ſolebat, Latinitatem.

I.

Anonymi Monachi Reichenbacenſis Chronicon Monaſterii ſui.

ANno Domini MCXVIII. regnante Hainrico IIII. Imp. & Hertwico Ratisponenſi Epiſcopo, Dieboldus Marchio de Vohburg * petitionem matris ſuæ Leuchardis, & uxoris ſuæ Alhaidis cœpit conſtruere Monaſterium in Reichenbach, in honore Beatæ Mariæ Dei Genitricis & omnium Sanctorum. Et hæc fuit cauſa fundationis ejusdem loci: prædicta enim Leuchardis cum quadam vice infirmaretur, apparuit ei beata Virgo dormienti, ſignificans, quod ſuæ eſſet voluntatis, quod ſibi à Marchione Diepoldo mons in Reichenpach offerretur, & fundaretur ibidem in ſuo honore Monaſterium ſervorum Dei, à quibus Deus ibidem jugiter laudaretur; dans eidem Leuchardi pro ſigno: quod poſtquam evigilaret à ſomno, in quo hæc viderat, ſtatim ſe ab infirmitate ſanatam ſentiret. Quod & factum eſt. Itaque quod nullius infirmitatis moleſtiam ſicut antea pertuliſſet, tandem precibus, quibus potuit, inſtetit ſuo filio Marchioni, ut locus in Reichenbach Deo & beatæ Mariæ & omnibus Sanctis manciparetur. Et cum jam duabus vicibus conſenſum filii impetrâſſet, & fundamentum ponere cœpiſſet, cœpit ei reſiſtere Marchio, quia volebat civitatem & caſtrum in prænominato loco poſuiſſe. Tunc ipſa Leuchardis mittens manum ad ſortia, obtinuit per ordinem judiciorum coram Imperatore prædicto; quare ipſe Marchio filius ejus tunc plenarlè conſenſit: & cum diligentia & devotione cœpit eſſe Auctor, & conſtruxit, & largè ditavit locum prædiis, miniſterialibus & mancipiis pro poſſe ſuo, & Monachos Ordinis S. Benedicti inſtituit, vocans de Monaſterio caſtello, unde nata fuit mater ſua Leuchardis prædicta, quosdam Fratres, inter quos fuit Witigo primus Abbas hujus loci, & Erchengerus carnalis frater ejus. Poſtea Marchio prædictus ſtuduit munire locum privilegiis Romani Pont. Domini Calixti, miſitque miniſterialem ſuum Gotfridum de Werd ad Sedem Apoſtolicam unà cum Erchengero Abbate, qui tunc Wittigoni mortuo ſucceſſerat; ſubjiciens ipſi Romanæ Eccleſiæ jus proprietatis & advocatiæ, obtentis libertatibus de creando novo Abbare & eligendo advocato ſive mutando, & de libera ſepultura ac ordinandis Clericis aliisque viribus, quibus gaudet idem Monaſterium Apoſtolicæ Sedis patrocinio com̃unitum. Idem faciens apud Imperatorem prædictum, qui eandem Eccleſiam ſuſcepit in protectionem regiæ majeſtatis, muniens eam regalibus inſtrumentis.

* repone ad

Anno Domini MCXIX. XII. kal. Novembris obiit Abbas Wittigo: cui prædictus Erckengerus ſucceſſit.

Anno Domini MCXXVII. VII. kal. Aprilis, obiit Alhaidis Marchioniſſa uxor Diepoldi. Domina Reuza ductrix Bohemiæ filia Marchionis, quæ conſtruxit Monaſterium Chladrima tranſitum faciens in Reuchenbach, periclitabatur in puerperio. Et vocatis ad ſe Erchengero Abbate & Fratribus ſenioribus teſtabatur Monaſterio Aſpach ſuperius & inferius, & ſylvam ibidem, & obiit & ſepulta eſt in Capitulo cum parvulo, quem genuerat, apud parentes ſuos, qui ibidem cum aliis ſuis liberis ſunt ſepulti.

Anno autem Domini MCXXXIII. Diepoldus Marchio dedit Monachis Ciſtercienſis Ordinis in Waldſachſen aream, in qua conſtructum eſt Monaſterium eorum, & de ſylva quantum fratres ipſi per unam diem poterant in circuitu perluſtrare. Unde & ipſe eſt fundator eorum. Deinde Diepoldus Marchio fecit ſe Monachum in Reichenpach, & in ſancto habitu monachali anno Domini MCXLVI. VI. Idus Aprilis obiit. Erchengerus verò vir honeſtus Abbas, & ut teſtantur privilegia, vir ſecundum cor Fundatoris præfuit annis LVII. & obiit anno Domini MCLXXVI. cui Reginpoto Abbas ſucceſſit, cujus temporibus anno Dominl MCLXXXI. clauſtrum in Reuchenbach eſt exuſtum, ipſe autem Reginboto MCLXXIII. v. Idus Octobris obiit, & eſt ſepultus ante Capitulum juxta Gotfridum de Wettenfurt (m) cujus dicitur fuiſſe frater carnalis: (m)
Qui Gotfridus miniſterialis & conſanguineus fuit Marchionis & multipliciter promovit Monaſterium, ſundavitque capellam S. Joannis Evangeliſtæ & ambitum, dormitorium & refectorium. In quodam etiam die Nativitatis Domini obtulit LXXX. tt. denariorum Ratisponenſium ad tres Miſſas ad quamlibet paramenta omnia quibus ſacerdos, diaconus & ſubdiaconus veſtiuntur. Reginboto Abbati ſucceſſit Heinricus primus hujus nominis, qui obiit anno Domini MCLXXXIII. cui ſucceſſit Heinricus II. hujus nominis. anno Domini MCCIX. Pertholdus Marchio filius Diepoldi, qui in multis etiam benefecerat Eccleſiæ, carens hæredibus obiit VIII. kal. Junii, & tunc Marehia fuit devoluta ad manus Domini Ludwici Ducis Bavariæ, cujus ſororem idem Bertholdus Marchio habuit in uxorem. Qui Ludovicus electus eſt à Fratribus in Reichenbach in advocatum ſalvis inſtrumentis papalibus & regalibus, tali conditione adjecta, ut feoda à ſuis hominibus oblata Eccleſiæ in Reichenbach, ſicut Marchio circa ſuos ſtatuerat, cedant in jus proprietatis ipſius Monaſterii, nullo dubio repugnante.

Anno

(m) lectio dubia accuratius inſpecta exhibet *Wettenfelt*.

Anno Domini MCCXI. obiit Hainricus Abbas hujus nominis ſecundus, IIII. Nonas Septembis, cui ſucceſſit Albero hujus nominis primus.

Anno Domini MCCXXIIII. obiit idem Albero Abbas, cui ſucceſſit Waltmannus Abbas, qui obiit anno Dom. MCCXXVIII. VIII. idus Auguſti & ſucceſſit Heinricus hujus nominis tertius.

Anno Dom. MCCXXXVI. XIX. kal. Februarii Heinricus Abbas obiit: cui Conradus Abbas ſucceſſit.

Anno Dom. MCCXXXIX. Conradus Abbas ceſſit, cui Albero hujus nominis ſecundus ſucceſſit.

Anoo Dom. MCCLII. Albero Abbas ceſſit, cui Fridericus de Pruſning ſucceſſit, qui poſt duas Ebdomadas ceſſit, & ſucceſſit Heinricus hujus nominis quartus; qui per medium annum ſtetit, & poſtea ceſſit; cui ſucceſſit Conradus hujus nominis ſecundus, qui ſtetit per aliquas Ebdomadas ac ceſſit, ac eidem ſucceſſit Abbas Dietricus.

Anno Dom. MCCLXIIII. Dietricus Abbas ceſſit, cui Heinricus quintus, dictus Kaetzel de Ptuel ſucceſſit, qui anno Dom. MCCLXVII. ceſſit, cui ſucceſſit Wernherus hujns nominis primus, qui anno Domini MCCLXXII. electus fuit in Pruſtning, ubi ſtetit in abbatia aliquibus annis, & poſtea tertio electus fuit ad S. Emmeramum, ubi obilt. Succeſſit autem ſibi anno præſcripto in Reuchenbach Eberhardus Abbas, qui ceſſit anno Domini MCCLXXVIII. & ſucceſſit eidem Wernherus hujus nominis ſecundus, qui ſtetit usque ad annum Domini MCCXCI. & ceſſit. Cui ſucceſſit Gerungus exiſtens Abbas in Weltenburgk, ſed noſtræ congregationis confrater: evolutis aliquibus annis præſcriptus Wernherus electus in Munſter, ubi ſtetit IIII. annis & tunc electus fuit in Enſsdorff, ubi obiit.

Anno Dom. MCCXCV. Gerungus Abbas ceſſit, cui ſucceſſit Heinricus hujus nominis ſextus noſtræ Congregationis, qui ſuerat Abbas in Weltenburg & poſtea in Malherſtorf, & ſtetit apud nos in abbatia usque ad annum MCCCI. & ceſſit; cui Hermannus de Obern Altach ſucceſſit, qui anno Domini MCCCIII. VIII. Idus Novembris obiit, & Otto Abbas ſucceſſit eidem.

Anno Dom. MCCCIIII. novem corpora fundatorum de Capitulo ad Monaſterium ſunt translata.

Anno Domini M.CCCXXIIII. IIII. Non. Maji obiit Otto Abbas, cui Fridericus ſucceſſit, cujus temporibus Dominus Ludowicus Imperator fundavit Monaſterium in Etal, cum noſtris Monachis ſecundum conſuetudinem noſtri loci.

Anno Dom. MCCCXL. factus eſt aquæductus in lavatorio noſtro.

Anno Dom. MCCCXLVI. kal. Decembris obiit Fridericus Abbas. Prædictus Fridericus fecit aquæductum. Hic ſua pia & religioſa vita & honeſta converſatione meruit dici Confeſſor Domini Ludovici Imperatoris. Et fuit primicerius religionis in Etal, quod prædictus Imperator fundavit, ut præſcriptum eſt. Hic fuit temporibus Domini Nicolai Epiſcopi Viſitator omnium Monaſteriorum totius Diœceſis Ratisponenſis. Hic incœpit etiam ædificare refectorium, & poſuit duas feneſtras & januam: ſed in toto non petſecit. Huic ſucceſſit Heinricus hujus nominis Nonus de Honhaim confirmatus in dio Pauli primi Eremitæ. Huic ſucceſſit Conradus dictus Pertholtzhoſer: qui fere XXXIII. annis hoc Monaſterium in ſpiritualibus & temporalibus laudabiliter rexit: io prædiis ditavit: in ſtructuris valdè magnificavit, domum abaciæ ædificavit: duas Eccleſias videlicet Streinheim & Culmen incorpotavit. Duo piſcaria in Manſpach, & omnia prædia ibidem & omnia prata in Sultzbach & advocatiam in Sultzbach cum IX. tt. denariorum annuatim, & cætera prædia, quæ longum eſt enarrare, comparavit. Promptuaria, cellaria & cætera neceſſaria habundanter reliquit. Hic obiit XVII. kal. Aprilis anno Domini MCCCLXXXVIII. huic ſucceſſit Conradus dictus Ratzeoperger hujus nominis ſecundus. Hujus Abbatis negligentia ruit tota ſanctæ Religionis ſtructura, incedens namque primus per devia quæque

Quem grex infrœnis laxis ſectatut habenis

igitur exigentibus vitæ ſuæ demeritis dignitatem & nomen amiſit Abbatis, cooperante Illuſtriſſimo Principe Ruperto poſt Romanorum Rege.

Huic ſucceſſit Frater Joannes Monachus Caſtellenſis dictus Strolnſelſer virtute laudabilis coram Deo & hominibus ut ſua demonſtravit converſatio. Hic reſtauravit, quæ prædeceſſor temeravit

Inſtar Mandritæ monſtrans Monachis iter in ſe
Quo ſecum ritè pergant ad gaudia vitæ.

Quo vero otdine iſte venerabilis pater ad hunc honoris apicem Chriſti adminiculante gratiâ ſit evectus paucis admodum memoriis poſterorum vobis tradere curabo; quatenus ſuccedentes ſibi hujus cœnobii rectores ſtudeant ſuam relinquere memotiam ſequacibus in laudibus dignam.

Cum igitur ſcandaloſæ converſationis prædicti Cunradl Abbatis ſama per hominum aures circumquaque volitaret, etiam aures Nobiliſſimi Principis Domini Ruperti junioris Comitis Palatini Rheni ac Ducis Bavariæ poſt Regis Romanorum non latuit: Et quia Monaſterium ipſum ſub ejus temporali ditione ſeu dominio ſitum etat, ipſum Abbatem unàcum Fratribus de hujusmodl famâ convênit ac poſt benignam exhortationem monens, quatenus ſtatum tam ſcandaloſum deponeret, & quemadmodum nuper Fratres Caſtellenſes ita & ſe regulari reformationi ſpontè ſubmitterent, quod facientes & gratiam ſuam obtinere & ſcandala plurimorum devitare valerent. Sed illi pia Ptincipis monita parvi-pendentes nec ſe ſubmittere ſtrictiori diſciplinæ proteſtantes, de objecta etiam fama hinc inde ſe excuſantes, ſed fruſtra quando factis evidenter perpetrata oſtendebant: cernens itaq; benignus Princeps pertinacem Abbatis auimum, mox illum per viam juris aggreditur coram Domino Joanne Ratiſp. Epiſcopo

allegatis caſibus, pro quibus ſecundū decreta Canonum non ſolum deponi, verum etiam perpetuis mancipari carceribus deberet. Attamen Dominus Epiſcopus gratioſè volens ſecum agere: conceſſit unum è tribus ſibi eligendi optionem, videlicet ut aut ſe de objectis expurgaret, aut ſponté cederet vel nolens honore privatus carcerem ſubiret. Cum igitur talibus ſe videret Abbas anguſtiis undique vallatum, nec aliquod ſubterfugium poſſet invenire, elegit cedendum, ne malum deterius cogeretur ſubire, ſic igitur Epiſcopalibus curam paſtoralem reſignans manibus, & proviſione ſibi factâ venit ad Monaſterium Michelfelt. Interea volentes ſibi fratres de futuro paſtore providere, ad electionem proceſſerunt 28. die menſis Februarii anno Domini MCCCXCIIII. In qua videlicet electione cum vota forent diverſa, major tamen pars in quendam Engelhardum virum ſanctæ Religioni minus idoneum imo per omnia inutilem, conſenſit. Altera verò pars, quæ minor erat, conſenſit in Fratrem Joannem Monachum Caſtellenſem dictum Stroenſelſer. Cum autem ambæ partes in tanta ſtarent diſcordia, ut neutra pars alteri cedere vellet, metuens Dominus Epiſcopus ne pravorum conſenſus in præjudicium ſanctæ Religionis prævaleret auctoritate pontificali ac etiam auctoritate ſanctæ Regulæ ipſam electionem caſſandam annullandam decernit, ac de facto caſſavit, annullavit, quatenus juxta monita ſeu præceptum ſacræ Regulæ in capitulo de ordinando Abbate. Simul & ſpe retributionis eternæ dignum diſpenſatorem domui Dei conſtitueret. Fretus ergo conſilio & auxilio ſupradicti Sereniſſimi Principis ac divinâ ordinante providentiâ Dominum Joannem dictum Strolenſelſer Monachum Caſtellenſis Monaſterii ex ſui Abbatis conſenſu ordinavit Abbatem, eúmque Monaſterio Reichenbacenſi præfecit, ac ei plenariam adminiſtrationem tam in ſpiritualibus quam in temporalibus tradidit, anno Dom. MCCCXCIIII. die ſecundâ menſis Aprilis, eo itaque ordinato, nec ſolum Pontificali verum etiam Apoſtolicâ auctoritate confirmato, præfato etiam Engelhardo ſibi infeſto divinæ virtutis brachio ſuis cum machinationibus proſtrato, mox ut ſanctæ Religionis amator, ſagacis cepit circa ſubditos exercere paſtoris officium, & collapſum ſancti Ordinis ſtatum ſtudioſiſſimè reformare. Denique hujus cœnobii ſtatum, non in ſpiritualibus tantum ſed & in temporalibus ſumma cum diligentia reformavit, inſtauravit ac ampliavit.

Nam ſuperius ædificium Eccleſiæ de novo conſtrui, pavimentúmque de lapidibus lateriaciis in ea ſterni fecit: item ambitum à fundo cum capella B. Virginis, ut hodie cernitur, extruxit. Item ædificavit refectorium, dormitorium, capitulum, item conſtruxit Bibliothecam, in qua etiam plurima condidit volumina. Item extruxit piſtinum praxorium, & ut brevitet dicam, omnes alias officinas ſeu habitacula, tam ad uſum hominum quam jumentorum renovavit, ac tectis lateritiis decenter munivit, cum capellis Sanctorum Joannis, Viti & Ægidii.

Item conſtruxit Eccleſiam ſanctæ Mariæ Magdalenæ in ſylva: item fundavit capellam in Fredenckhoffen de conſenſu Epiſcopi & Plebani in Werdea. Item Monaſterium Reichenbachcenſe cum omnibus capellis & cœmeteriis reconciliari fecit, anno videlicet MCCCCV. Item ad decus divini cultûs Eccleſiaſtica ornamenta quam plura & tabulas deauratas cum imagine Beatæ Virginis in columna chori. Item ad reſonandum laudes Dei inſtituit fieri duo organa per fratrem Engelhardum ſacerdotem & monachum hujus monaſterii profeſſum, qui & imaginem Beatæ Virginis ſuperius memoratam ingenioſè excidit. Item ambitum per circuitum clauſit vitris imaginibus Sanctorum inſertis per præfatum fratrem Engelhardum. Item coëmit huic Monaſterio domum Hoſpitii noſtri Ratiſponæ de Monaſterio Rebdorff. Item comparavit decimam in Pfetet pro Præpoſituta, quam vendiderat penes Ingelſtat dicta pro quingentis Florenis: item hortos vinearum & plura alia bona huic monaſterio adjecit, ad neceſſitatem fratrum Deo hîc militantium. Poſt hoc & alia plurima bona poſtque felicem laudabilium ſuorum operum conſummationem dormivit in pace anno Domini DCCCCXVII. xix. kal. Februarii. Summa pecuniarum quam reliquit, quæ reperta eſt, fuit amplius quam mille Florenorum: de quibus nullius debitor fuit. Rexit autem annis XXIIII. ſepultúſque eſt juxta introitum Eccleſiæ ſub lapide Marmoreo, cujus Epigramma tale eſt.

Divini cultus auctor fuit ille probatus
Atque reformator morum, virtutis Amator.

Hic etiam Fratrem Petrum præpoſitum hujus Monaſterii in Abbatem Monaſterio Weltenburgk dedit; qui etiam poſtea Monaſterio Malherſtorff Abbas præfectus eſt. Hic etiam plures Fratres ad Sanctum Emmeramum pro reformatione miſit ſed incaſſum quia diabolo impediente.

Huic electione legitimâ ſucceſſit Dominus Lazarus dictus Kretzel, devotus prudens vir, conſilio quoque pollens, ſed nec inops Sacræ Poſſeſſor Theologiæ. Anno ſuæ ordinationis ſecundo conſules civitatis Nurembergenſis, mittunt Legatos ad eum rogantes quatenus ſibi Fratres deſtinari ad regularis vitæ diſciplinam inſtituendam, in monaſterio S. Egidii ad Scotos, per quos tam in ſpiritualibus quam in temporalibus bonis fuerat deſtitutum. Igitur hujuſmodi Legatione ſuſceptâ animadvertit vir prudens negotium hujuſmodi provenire à Domini Spiritu; unde nihil cunctatus ſex Fratres cum uno converſo illuc direxit, anno Domini MCCCCXVIII. Feriâ quartâ poſt invocavit, quorum duo ibi permanſerunt, videlicet frater Conradus dictus Palbein & Frater Georius dictus Möringer, qui & primus Abbas ibi præfuit poſt Scotorum diſceſſum. Alter verò videlicet Frater Conradus dictus Palbeiu per plures annos Prior extitit. Idem Dominus

minus Lazarus adificavit domum circa co-
quinam, item extruxit Sarcophagum cor-
poris Chtiſti circa ſummum altate. Item
comparavit pyxidem in co argenteam, in
quo ſalutare continetur Sacramentum:
item Sedilia dominorum in Choro comple-
vit quæ prædeceſſot ſuus inchoaverat. Item
emit imaginem Beatæ Virginis lapideam
pulcherrimam, ut hactenus in capella am-
bitus cernitur. Cum autem Dominus La-
zarus mallet partem Mariæ quam Marthæ
convocatis Fratribus, liberè curam paſto-
ralem ipſis reſignavit. Cui ſucceſſit cano-
nicæ electionis electus Dominus Thymo.

Vir ſimplex rectus, virtutibus undique
ſeptus
Pacis ſectatot, librorum ſedulus auctot.

Maximum enim huic venerabili Viro ſtu-
dium fuit circa Fratrum diſciplinam & ci-
borum cuſtodiam. Bibliothecam picturis
decenter decoravit, in quam etiam diver-
ſos libros comparavit, videlicet tres par-
tes Gloſæ M. Joannis Caſtellenſis ſupet te-
gulam ſancti Benedicti: item ſex partes
Sermonum M. Jordani: item duo volumi-
na Malogranati; item librum de vitâ Chri-
ſti, & plures alios libros. Item tempore
ſuo conſtructa eſt domus Hoſpitum. Sed
Vir Domini non incongruè intelligens do-
mum hoſpitum fore contiguam dormito-
rio fratrum elongavit eam à dormitorio.

Item domus Hoſpitii noſtri Ratisponæ,
quæ facta fuerat per plures annos inhabita-
bilis & pene collapſa, multis expenſis quaſi
de novo exſtrui fecit.

Item ſuperiorem Sacryſtiam, item ædi-
ficium duarum Turrium Eccleſiæ. Item foſſa-
tum pro magnâ parte ſuo tempore elabora-
tum fuit in quâ cum fratribus pro opere ma-
nuali intrabat. Item tabulam ad S. Joannem
Evangeliſtam comparavit; item ad S. Ste-
phanum, ad S. Nicolaum tabulas comparavit.

Placuit etiam huic venetabili Abbati
altaria S. Joannis Baptiſtæ & Beatæ Mariæ
Magdalenæ de ſuis primæ fundationis tranſ-
ferre locis. Quatenus in Elevatione Domi-
nici Sacramenti reverentialis honor & de-
votio Chriſto Domino à fidelibus in Para-
diſo exiſtentibus exhiberetur. Præfata
enim altaria fuerant in abſidibus juxta
feneſtras inferiores locata. Quædam etiam
vinea Voburgerin dicta monaſtetia eſt per
eum coempta.

De Reformatione Monaſterii in Reichenbach.

EO tempore floruit Illuſtris Princeps Ru-
pertus Comes Palatinus Rheni & Ba-
variæ Dux junior dictus Clem poſtea
Romanorum Rex. Sub cujus ditione erant
duo Monaſteria ſcilicet Caſtellenſe & Mo-
naſterium noſtrum Reichenbaccenſe, de
cujus Conſilio & maximè auxilio jam re-
formatio Ordinis & Regulæ in caſtello ple-
nariè facta fuerat. Idem Princeps cum eſ-
ſet Proviſor & Factor Monaſterii noſtri ag-
greſſus prædictum Abbatem, ſignificans ei
ſuæ eſſe voluntatis, ut reformatio Ordinis
& Regulæ S. Benedicti fieret etiam in hoc
loco & hoc per ipſum, attentè ſupplicans
promittens multa bona loco noſtro factu-
rum, ſi ſe reformationi unàcum conven-
tu ſubjiceret. Qui Abbas deliberatione
acceptâ cum conventu facta eſt conjuratio
valida inter eos ſub ſtolâ ad ſancta Evan-
gelia, quod nec Abbas vellet cedere de
loco ſuo, nec conventus alium deberet
eligere, & ſic abſolutè contradicentes Prin-
cipi. Tunc Princeps viam juris aggreſſus
coram Epiſcopo Ratisponenſi convicit præ-
dictum Abbatem de infamiâ, qui Abbas per
Epiſcopum juridicè depoſitus, ventum eſt
ad electionem alterius Abbatis, ubi fue-
runt XVIII. Eligentes presbyteri & monachi
hujus loci, & quibus XIIII. elegerunt con-
corditer quendam Nobilem dictum Engel-
hardum Murahar. Reliqui verò quatuor
ob intuitum religionis & reformationis po-
ſtulaverunt fratrem Joannem Strolnfelſer
de Monaſterio Caſtellenſi. Sed prædictus
Princeps & Epiſcopus Ratisponenſis foven-
tes partem minorem cauſâ religionis & du-
cti zelo juſtitiæ, prædictum Joannem Strolu-
felſer intronizaverunt: Et benedictione abba-
tiali acceptâ dederunt ei poſſeſſionem an-
no Domini MCCCLXXXXIIII. Feriâ quin- 1394.
tâ ante feſtum palmarum.

At verò prædictus Engelhardus Mura-
hat mutuatâ pecuniâ à diverſis Nobilibus
in damnum Monaſterii, miſit Romam ad
Sedem Apoſtolicam & citata parte adver-
ſâ involvit prædictum Joannem Strolnfel-
ſer & adhærentes ſibi in ſententias, & in-
ſuper proviſum fuit eidem Engelhardo per
Sedem Apoſtolicam. Sed econtrario Jo-
anne Strolnfelſer appellante contra eaſ-
dem ſententias & contra proviſionem En-
gelhardo factam, de conſilio & auxilio
Principis miſſum eſt ad Curiam & ſupplica-
tum eſt Apoſtolico, quatenus cauſa comit-
teretur ad partes judicibus honeſtis ad exa-
minandas partes, & conſentiens Apoſtoli-
cus precibus Principis, miſit cauſam exa-
minandam Domino Archiepiſcopo Pragen-
ſi & Abbati Brunonæ. Qui Archiepiſco-
pus dirigens loco ſui Decanum ſancti Ap-
pollinaris cum prædicto Abbate ad ſæpè
dictum Principem in Neunburgam, ubi
partibus juridice citatis & examinatis, te-
ſtibúsque auditis, quorum numerus fuit
non modicus videlicet XXXII. Sacerdotes &
LXXX. laici, qui omnes juxta formam juris
jurârunt ad Evangelium & ad crucifixum,
& ſic veritate depoſita facta ſunt duo In-
ſtrumenta & miſſa per duos nuntios ad Se-
dem Apoſtolicam, unus nuntius ivit per
Auguſtam, alter per Wiennam: tali ex
cauſâ ſi unus ab æmulis caperetur, alter
evaderet, eúmque cauſa perveniſſet ad
ſummum Pontificem, idem ſummus Ponti-
fex Seſſione publicâ declaravit dictum Jo-
annem Strolnfelſer verum eſſe paſtorem &

Abbatem hujus loci. Prædictus verò Engelhardus, quia multam pecuniam habuit quam in damnum monaſterii accommodavit, à quodam hoſpite in Buda propter eandem pecuniam veneno infectus vitam finivit, alias ſubitanea morte præventus eſt. Et ſic reformatio Ordinis & lis illa, quæ duravit per quinquennium, in mutuatâ pecuniâ per prædictumEngelhardum conſtabat monaſterium ultra ſex millia Florenorum, inſuper & prædictus Princeps de pecuniâ propriâ ultra ſexingentos Florenos, quos omnes lætus obtulit omnipotenti Deo ob reformationem Ordinis & ſic prædictus Joannes Strolnſelſer poſſeſſione pacificâ acceptâ antiqui profeſſi monaſterii pro majori parte alienaverunt ſe à loco, nolentes ſe ſubjicere reformationi. Ipſe verò collegit quaſi novellam plantationem & fidelem congregationem: quos inſtituit perfectè vivere juxta Regulam ſancti Benedicti in nullo declinans ab ea, ſed modo proceſſu temporis fratres intrantes monaſterium propter ſalutem animæ obliti primæ intentionis tantum ſolliciti fuerunt de ſalute corporis & ſic heu regularis diſciplina non in modico declinavit ac tepuit. Hæc breviter de reformatione Ordinis, quomodo quando & qualiter facta ſit perſtrinximus.

Idem autem Joannes Venerabilis Abbas multa bona etiam in temporalibus acquiſivit monaſterio, quæ omnia ſcripta ſunt ultimatè in libro magno cenſuum & reddituum. Inſuper tecta Eccleſiæ, infirmariæ, dormitorii, infirmatorii, refectorii, braxatorii, ſtabuli equorum & granariorum de novo ædificavit. Capellam in Frudenkofen, capellam Mariæ Magdalenæ in Nemore de fundo ædificavit. Ambitum etiam de novo ædificavit & teſtudinavit, piſcinas tres in longo campo & unam *in der Offenwiſen* extruxit. Bibliothecam quoque maximè auxit, inſuper ornamenta Eccleſiaſtica pro magnâ parte comparavit & in multis aliis Monaſterio benefecit. Obiit anno Domini MCCCCXVII.

Joannes Dei Gratia Comes Palatinus Rheni Dux Bavariæ præpoſitus Eccleſiarum Auguſtenſis & Argentinenſis vitam clauſit extremam in peregrinatione Hieroſolymæ ubi & ſepultus. Anno Chriſti MCCCCLXXXVI. Octobris die quartâ ſaxum hoc memoria ſui vivens extrui curavit & in latere chori in Reichenbach cum imagine Mortis poſuit.

Epitaphium Joannis Ducis Bavariæ exaratum in Reichenbach in ſuo ſepulchro in quo tamen non eſt poſitus cum in Terra ſancta mortem obiit & ſepultus eſt. * nota H. Schedelii.

Nunc vigor & quaſſo ceciderunt corpore Vires
Nate Deo Tu Chriſte mei miſerere redemptor
Pulvis & umbra ſumus, porrectaque vermibus eſca.
Id Tempus ſolum.

II.

Acta Electionis Lazari Abbatis Reychenbacenſis per viam compromiſſi.

Anno MCCCCXVII.

IN Nomine Domini Amen. Noverint univerſi hoc præſens publicum inſtrumentum inſpecturi, quod Anno Nativitatis Domini MCCCCXVII. Indict. x. die vero xv. Menſis Januarii mane hora Tertiarum Apoſtolica Sede Summo Pontifice carente, in Monaſterio Reychenbach Ordinis S.Benedicti Ratiſponenſis Diœceſis vacante Abbatia ipſius Monaſterii per mortem quondam Joannis Strolnſelſar, ultimi & immediati Abbatis in partibus & extra Roman. Cur. defuncti congregatis nobis Thymone Priore, Eberbino Murachar, Ulrico Trantenberg, Lazaro Chrazzel, Engelhardo Sartoris, Conrado Romär, Joanne de Geyſenveld, Joanne Hofman, Johañe Fabri presbyteris & Henrico Widman Subdiacono, Monachis profeſſis dicti Monaſterii in Reychenbach & plenum capitulum ſeu conventum & ſaniorem partem ipſius conventûs facientibus & repræſentantibus coram Notario publico & teſtibus infraſcriptis ad infraſcripta vocato & requiſito, & proponendo nobis querulosè quod noſtrum Monaſterium proh dolor eſſet viduatum, & Abbatia ipſius Monaſterii in Reychenbach vacaret & vacare incepiſſet, pridie hoc eſt die xiii. menſis Januarii ſupradicti, allegantes nobis quod per vacationem diutinam Eccleſiæ paſtoris ſolatio deſtitutæ gravia in ſpiritualibus & temporalibus diſpendia patiantur & lætalibus luporum morſibus dilanientur conditiones igitur canonum provida deliberatione cenſuerunt, quod ultra tres menſes vacare non debeant Eccleſiæ regulares, eapropter defuncto quondam venerabili & religioſo Viro Joanne Abbate prædicto die & menſe quibus ſupra & ipſius Corpore tradito Eccleſiaſticæ ſepulturæ, ne ipſum Monaſterium viduitatis ſuæ diutius incommoda deploraret, variaque & gravia dampna incideret & pericula, eadem die xxii. Menſis Januarii ad electionem futuri Abbatis concorditer celebrandam conveniſſemus, & præſertim cum omnes & ſinguli qui eidem electioni debebamus & poteramus com-

commode intereſſe tunc præſentes fuiſſemus & eſſemus in Monaſterio & loco prædictis, congregatis igitur nohis Priore & Conventu prædictis ad electionem hujusmodi procedere volentes, primo in ipſius Monaſterii Eccleſia ſolemni Miſſa de Spiritu Sancto celebrata per nos, & deinde in loco capitulari & ad ſonum campanellæ congregati iterum per cantum Antiphonæ veni Sancte Spiritus &c. ejusdem Spiritûs Sancti gratia invocata & exhortatione ſolempni de modo & conditionibus & forma electionis qua monachi utuntur prælibata, perlectisque per fratrem Thymonem Priorem prædictum capitulis quibusdam Juris Canonici electionem hujusmodi fieri informantibus & ſtatutis dicti Ordinis in hujusmodi electione adhibendis, ac etiam quibusdam caſibus in quibus ſecundum Johannem Andreæ electio infringitur & caſſatur diligenter penſatis & conſideratis nec non per me dictum Thymonem Priorem nomine meo & totius Conventûs requiſito Notario publico infraſcripto ad hujusmodi electionem celebrandam per nos vocato & requiſito, & ejusdem Notarii fidei datione ad agendum fideliter & ſcribendum & alia faciendum quæ in hujusmodi electione neceſſaria fuerint & oportune reperta, tandem deliberatione maturâ per nos præhabita per quam formam in hujusmodi electione noſtra per nos foret procedendum, & placuit nobis omnibus & ſingulis per formam compromiſſi nobis & noſtro Monaſterio uni de conventu noſtro duntaxat de ipſius Monaſterii Abbatia providere, unde in quinque Perſonas eligendas de noſtro Conventu tanquam in arbitros & arbitratores nos omnes & ſinguli fratres fideliter, unanimiter & concorditer nullo diſcrepante conſenſimus, & in caſu quo illæ quinque Perſonæ concordare non poſſent, tunc ille numerus Quinarius dictarum Perſonarum quinque, redigi deberet in numerum trinarium trium perſonarum. Ita quod ipſæ hujusmodi tres Perſonæ electæ irrevocabiliter ad hujusmodi electionem faciendam procedere deberent; deinde ego præfatus Thymo Prior nomine quo ſupra publice proteſtatus ſui, quod ipſi hujusmodi electores nullum excommunicatum, ſuſpenſum aut interdictum eligere deberent, & excommunicati interdicti & ſuſpenſi auctoritatem eligendi non haberent, quapropter ego prædictus Prior mandavi ſi qui tales coram nobis eſſent, aut fuiſſent; quod locum electionis noſtræ exire deberent. Deinde ego dictus frater Thymo Prior juxta poteſtatem de conſenſu & voluntate à dictis confratribus mihi traditam & conceſſam, eorundem prædictotum fratrum elegi & nominavi duos, videlicet fratres Lazarum & Engelhardum, in quos etiam nos omnes alii confratres prædicti unanimiter & concorditer conſenſerunt, & eosdem etiam elegimus, ut ipſi duo videlicet Lazarus & Engelhardus eligerent & coadſumerent ſibi alios tres de Conventu ad eligendum unacum ipſis Abbatem nobis & noſtro Monaſterio idoneum providum utilem & honeſtum, & ulterius nos, videlicet Lazarus & Engelmarus (n) coadſumpſimus nobis ſupradictos fratres Thymonem Priorem, Joañem Subpriorem & Joannem Scolaſticum ad conſumandam electionem prædictam, in quotum vota nos omnes alii fratres conventuales prædicti concorditer & unanimiter conſenſimus & elegimus eosdem tanquam perſonas venerabiles, ſtatum & regulam Ordinis & religionis Monaſterii noſtri ultra omnes cognoſcentes, Senes providos & diſcretos & omni exceptione majores, & eis plenariam & omnimodam poteſtatem dedimus, quod perſonam poſſent de gremio tantum dicti noſtri Monaſterii utilem & idoneam ad regimen dicti Monaſterii in Abbatem eligere & nominare, & electionem per iſtos quinque electos ſactam mox & in continenti in noſtri præſentia publicarent, & in eos nos dicti fratres conventuales ſingulariter ſinguli, irrevocabiliter compromiſimus, promittentes ipſi Notario infraſcripto ſtipulanti & recipienti de habendo ratum & gratum quidquid per dictos arbitros & arbitratores & electos, actum, dictum, arbitratum & pronuntiatum fuerit circa electionem prædictam ſub pœna fidei fractionis, quam quidem pœnam, nos dicti compromittentes & quilibet noſtrum, in nos ſponte recepimus, inſuper eisdem quinque compromiſſis electoribus fuit injunctum à nobis Priore & Conventu prædictis, ut ab ipſa horâ tertiâ prædicta usque ad quinque horas ex tunc immediatè ſequentes eligere deberent, & ſi infra hujusmodi tempus dictarum quinque horatum non eligerent, quod tunc poteſtas eligendi ad nos fratres & Conventum ſupradictum reverteretur. Præfati vero quinque compromiſſarii, ſicut permittitur communiter electis, electionis hujusmodi onere in ſe ſe ſponte aſſumpto ad partem ſe traxetunt, & aliquamdiu habito inter ſe colloquio & conſilio, ac aliis diverſis tractatibus ac deliberationibus diligenti ac ſatis diuturna, divina gratia, ut firmiter creditur inſpirante ſe commodum, neceſſitatem, utilitatem ac ſtatum dicti noſtri Monaſterii perpendiſſent ac conſideraſſent & ſecundum eotum conſcientias hora quaſi nona dictæ diei ad locum capitularem prædictum, ipſi compromiſſarii una nobiſcum confratribus conventualibus & electo reverſi, ipſi dixerunt ſe elegiſſe unum de conventu noſtro Monachũ profeſſum noſtri Monaſterii Reychenbacenſis, vitum utique religioſum, honeſtum providum, diſcretum, caſtum, ſobrium, modeſtum, honeſtæ vitæ moribus decoratum, Deo & hominibus ſuper omnia complacentem, ætate provectum una voce & ſpiritu dixiſſe vota in perſonam fratris Lazari Chrätzel & eum unanimiter in Abbatem dicti Monaſterii & gubernationem elegiſſe, conſequenter vero præfati arbitri ſeu arbitratores una nobiſcum

(n) Ita cod. quem modo Engelhardum dixit.

biſcum conventualibus ad publicandum & pronuntiandum dictam electionem & Dominum electum prædictum adhuc ubi ſupra congregatis ego dictus frater Thymo Prior ſæpedictus arbiter & unus de arbitris ſupra dictis de communi voluntare concordia & conſenſu aliorum meorum arbitratorum ad dictæ electionis & nominationis ac ipſius Domini electi pronuntiatiooem ſeu promulgationem in his ſubſctiptis pronuotiavi in hunc modum, qui ſequitur, dicens & legens, videlicet: In nomine Patris & Filii & Spiritûs ſancti. Amen. Cum vacaret Monaſterium Reychenbacenſe Abbate, placuit nobis omnibus & ſingulis, mihi Thymoni Priori & aliis Fratribus conventualibus præſcriptis per formam compromiſſi præſato noſtro Monaſterio Reychenbacenſi de Abbate providere, mihique & meis Coarbitris & Confratribus & Monachis videlicet Joanni Subpriori & Joanni Scolaſtico poteſtatem plenam & liberam eligendi & dicto Monaſterio de Abbate providendi habentibus, nos poſt diverſos tractatus multiplicium modorum & reſpectum perſonarum divina nobis miſerante gratia in fratrem Lazarum Chraczzel dieximus concorditer vota noſtra, virum utique providum, diſcretum, litterarurræ competentis, bene inſtructum in obſervantia regulari, vita & moribus unicè commendandum, in ſacris Ordinibus & ætare legitima conſtitutum ac de legitimo matrimonio procreatum. Unde ego Thymo Prior, vice & nomine meis & dictorum coarbitratorum, nec non conſenſu Monachorum meorum conventualium oec noo nomine & vice totius Conventûs prædicti, præſatum frattrem Lazarum io Abbatem & Paſtorem Monaſterii Reychenbacenſis eligo & nomino, ac etiam elegi & oominavi in nomine Patris & Filii & Spiritûs ſancti, quam quidem electionem, pronuntiationem & nominationem nos omnes alii Fratres conveoruales ſupradicti laudàvimus & laudamus, eámque ratam & gratam habuimus & habemus. Quo facto ego dictus Thymo Prior & Compromiſſarius nomine, quo ſupra tribus vocibus ſucceſſivè requiſivi dictum fratrem Lazarum electum, an hujusmodi electioni de ſe caoooicè ſactæ conſentire vellet, qui dixit ſe pro tunc velle deliberare infra octo dies ex runc immediatè ſequeotes, ſuper hac habere voluntatem reſpondendi. Tandem ego dictus Thymo pro expedita dicta electione ſtatim impoſüi Antiphonam confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis &c. & nos omnes alii Fratres conveotuales prædicti cantabamus ulterius Pſalmum: Exſurgat Deus &c. choraliter cum dicta Antiphona confirma &c. Et veniat ſuper nos miſericordia tua &c. & Oratione Dominicali Parer noſter &c. & Collectam: Actiones noſtras &c. & ſic pſallendo deductus fuit ipſe electus io Eccleſiam ipſius Monaſterii ante ſummum altare & in terram ad modum veniæ proſtratus fuit, preces ſuas ut veriſimiliter creditur effundendo & ſe Deo altiſſimo & Sanctis ejus humiliter recommendando, & deinde ſurrexit & ad locum Stalli Abbatialis in choro ipſius Monaſterii collocatus ſuit, & Ympnus: Te Deum laudamus &c. per nos dictos Fratres conventuales usque ad finem cantatus ſuit, & cuſtos ipſius Monaſterii campanas majores usque ad finem ipſius ymni pulſavit, præſentibus ibidem honorabilibus & diſcretis viris Domino Ulrico Sayler de Gayſenſelden Presbytero, Joanne Fabri de Chranach ſcriptore ſeu kathedrali, Conrado Rutz armigero, Jordan Præpoſito &c. teſtibus ad præmiſſa vocatis &c. deinde die XXVII. dicti menſis Februarii ex ruoc immediatè ſequentis hora veſperorum in loco capitulari prædicto iterato congregatis nobis omnibus & ſingulis, videlicet Priore & Fratribus conventualibus unà cum fratre Lazaro electo ſupra nominatis, ego frater Tymo compromiſſus vice & nomine, quibus ſupra &c. irerum tribus vicibus ſucceſſivè requiſivi Dominum fratrem Lazarum electum, an hujusmodi electioni de ſe caoonicè factæ conſentire vellet, qui quidem frater Lazarus electus prælibatus matura deliberatione præhabita ſuum præbuit conſenſum electioni & nominationi prædictæ de ſe, ut præmittitur canonicè ſactæ, qui toties ſucceſſivè reſpondit, diceodo: Ego Lazarus Chraczzel electus nolens reſiſtere divinæ voluntati ad laudem, gloriam & hoоorem omnipotentis Dei conſentio in electionem de me canonicè factam in nomine P. & F. & S. S. Amen. Deinde ad ſtatim * ipſe idem *In Cod.
electus per nos Thymonem Priorem & Fratres conventuales prædictos ad chorum ipſius Eccleſiæ deductus fuit cum ympno Te Deum laudamus &c. & ibidem ipſe electus ſe iterum in orationem proſtravit ante altare majus & usque ad finem ipſius ympni verſiculi & orationis prædictorum proſtratus jacuit, poſtremo nos Thymo Prior & Convenruales prædicti coaſſumpto nobis dicto Domino electo nec non Officialibus ipſius Monaſterii in Reychenbach reduximus eundem Dominum electum ad locum capitularem & ibidem locum ſibi Abbatialem aſſignavimus, & in eodem eum ſedere fecimus, cui officiales prædicti unus poſt alium claves ſuorum officiorum & ſingulariter unusquisque eorum, ſui officii claves anre pedes dicti Domini electi puſuerunt & poſuit, quas quidem claves ipſe Dominus electus unicuique dictorum officialium reſtituit, & In officium ſuum repoſuit, & ipſis exadverſo usque poſt ſuam confirmationem recommendavit, in quorum omnium & ſiogulorum fidem & teſtimonium præmiſſorum præſentis noſtræ electionis & compromiſſi laudi ratihabitionem, pronuntiationem & electionis conſenſu litteras ſeu præſens publicum Inſtrumentum ipſius electionis compromiſſi laudum ratihabitionem, proountiationem & electionis aſſenſum in ſe continentem ſeu continens deinde fieri & per Hermannum Notarium publicum infraſcriptum ſubſcribi & publicari mandamus, noſtrique Conventûs ſigilli ſecimus appenſione munire. Acta fuerunt hæc in Monaſterio Reychenbach ſub anno, indict. carent. pontif. die, hora, quibus ſupra,

præ-

præſentibus ibidem honorabilibus viris Dominis Henrico Orl Prædicatore oppidi Newnburg, Ulrico Sayler de Gayſenfeld &c. Presbyteris Ratisponenſis Diœceſis & Magiſtro Wernhero Erneſti Licentiato in Decretis advocato Conſiſtorii Ratisp. teſtibus ad præmiſſa vocatis ſimiliter & rogatis.

III.

Excerpta Diplomatica Reychenbacenſia
EX
VALENTINI SCHWAIGHAUSERI JC.
& cauſarum Patroni Ambergenſis

Repertorio Diplomatico MS.

Monaſteriorum Bavariæ ſeptentrionalis ſive Palatinatus ſuperioris.

MCCXXXVIII.

FRidericus Imp. Patronus Eccleſiæ in Wundreb contulit Monaſterio Reychenbacenſi capellam Hohenſtain, Hilleprandus verò tunc temporis Plebanus in Wundreb, in vicem avulſæ à matrice Eccleſia capellæ Hohenſtain, Eccleſiæ in Wundreb per compenſationem aliud prædium conſert. Dat. Litt. Idus Aug. Repertor. Reichenbacenſ. Num. CXVIII. & penult.

MCCXCVIII.

Seyfridus de Albernreuth donat prædium in Albernreuth ad Divam Virginem in Reichenbach. Num. XVI.

MCCCV.

Georgius Maiſſandt in Fredtenhoven, vendit Joañi Abbati Reichenbacenſi vineam *auf der Hoffſtat*, pertinentem ad vineam Grueb. dat. in die S. Viti. Num. LXXI.

MCCCXXII.

Geſchäfft-Brief Eb. von Türlingen über ſein gueth zu Prombach, ſo er dem Kloſter geben zu ainem ewigen liecht. Dat. *an Sant Andre*, Num. XCIII.

MCCCLX.

Carolus IIII. Imp. Aug. *ertheilt dem Stifft Reychenbach einen ſchutz brief über die Probſtey zum Hobenſtain, darzue die Vogtey daruber gen Bernaw. an Sant Johannſen tag.* Num. XIIII.

MCCCLXIII.

Ruger Warperger Richter zu Murach verkauft herrn Conrad Abt zu Reychenbach das dorff Puech. an Sant Mathias tag. Num. LII.

MCCCLXIIII.

Albrecht Freydenberger zue Freydenberg verkauft Warmſtorff den Herrn Conrad Abt zu Reychenbach. am dritten tag vor Liechtmeß. Num. L.

MCCCLXX.

Promotio Domini Ottonis Bercholtzhofer Rectoris parochialis Eccleſiæ in Kulmena Ratisponenſis Diœceſis. ultima Julii. Num. XXIIII.

MCCCLXXVII.

Conrad Emers revers zu Khalbſing wegen ſeines guets, deſſen er ſich verzieben gegen herrn Abbt Conrad zu Reichenbach, an Sant Thomas tag. Num. CVI.

MCCCLXXIX.

Cardinalis Pileus *incorporiert die Pfarr Kulmen mit dem Kloſter Reychenbach* datum Ratisponæ XVI. kal. Jan. Pontificatûs Urbani VI. Papæ Anno II. Num. XXIII.

Eod. anno *brief inhaltent wie die Pfarr Kulmen dem Stifft Reychenbach einverleibt würd durch Conrad Biſchoff zu Regensburg. an Sant Thomas Abent.* Num. XXV.

Eod. anno *incorporations brieff von Conrad Biſchoff von Regensburg daruber aufgericht.* In vigilia Nativitatis. Num. XXVI.* * vid. ad A. 1405.

Eod. anno *verkauft Philipp Dreſelſtorffer ſeinen hof ufm Khellner bey Pruckh herrn Conrad Abt zu Reichenbach. am Liechtmeß tag.* Num. LIX.

MCCCLXXXII.

Theodericus Epiſcopus Ratisponenſis confirmat emptionem duarum vinearum Perger & Urhandt dictarum, à Domino Conrado Abbate Reychenbacenſi factam in die Simonis & Judæ. Num. XCIIII.

MCCCLXXXV.

Dietrich Grumath zu Kirchenholz verkauft herrn Conrad Abbt zu Reychenpach einen halben hof zu Windtheimb. an Sant Gregori tag. Num. LXXII.

MCCCXC.

Verkauft Heinrich Schäffler Herrn Conrad Abbt zu Reychenbach den Zehent zu Mayershof, item Bidingsdorf den halben Zehent gros und klein. In die S. Urbani. Num. XLIIII.

Eod. anno *verkauffen Haimeran Rayner Chorherr zur altē cappellen, Heinrich Schedl, Hörman Voburger, Burger zu Regenſpurg herrn Georgen Awer zu Prennberg ainen weingarten das nider Kräpſel genant. Geben zu Fredenhof am Eritag vor Martini.* Num. LXXVI.

MCCÇXCI

Abbt Conrad zu Reychenbach gibt den geſamten Ramſpergiſchen Erben Erbrecht uber die Prücklmühl, davon ſie järlich ain halb pfund pſenning geben ſollen. am montag nach Lætare. Num. XLII.

MCCCXCII.

Pfandſchafts brieſ Heinrich Schedls über den weingarten zue Freuckhoſen, ſo er wegen X. pfund Regensburger pfenning Hannſen Auern hofwurth zu Wörth eingeſezt. In die Haimerani. Num. LXIII.

MCCCXCIII.

Andre Zennger zn Fronhoff verzeiht ſich gegen herrn Abbt Conrad von Reychenpach der Tafern zu Sinzbach. Den andern ſontag in der faſten. Num. CVIII.

MCCCC.

Georg Awer zn Prennberg verkauft herrn Johannſen Abbten zn Reychenbach ainen weingarten genant Klobſchinberg, gelegen zn Fredenhoſen. Am montag nach Johann Baptiſtæ. Num. LXVII.

MCCCCV.

Reiteratio confirmationis ſupra incorporationem Eccleſiæ in Camb & Culmen. Menſe Auguſt. Num. XXVII.

MCCCCVI.

Ulrich Praßer Burger zu Camb verkauft herrn Johann Abbt zn Reychenbach ainen hof zu Simling. In die S. Benedicti. Num. LXXIX.

MCCCCVIII.

Johann Abbt zu Reychenbach verlaſt den Bruckhof zu Stampach Hannſen Zos alda. In die S. Joannis Bapt. Num. XCI.

Eod. anno *verkauft Conrad Schalck zn Kierſenholtz über drey tagwerck wiſmat Herrn Johann Abbt zn Reychenbach. am ſontag vor Sant Rueprecht.* Num. C.

Eod. anno *verlaſt Abbt Johann zu Reychenbach Annæ Heillerin aine Hueb zu Stambeimb, als Leibgeding. am nächſten freytag nach Erhardi.* Num. CVII.

Eod. anno *übergiebt Heinrich Denglinger ſein geſeſſne Tafern zu Sieſſenbach, beſnecht und unbeſuecht dem Cloſter Reichenbach. Eritag nach Niclas.* Num. CXIX. & ult.

MCCCCIX.

Marx Häusl von Panholz ſtelt einen revers aus über das Erbrecht, ſo er alda von dem Cloſter Reychenbach erkanft. an Sant Eraſmus tag. Num. LIIII.

MCCCCXIII.

Joannes Abbt zu Reichenbach ertheilt Jacoben Perger zu Pach das pan recht auf des Gottshaws weingarten gelegen an dem Purckelberg, genant die Walckenſtainerin Rib. In die S. Joannis Evangeliſtæ. Num. LXVIII.

MCCCCXIIII.

Joannes Abbt zu Raychenbach ertbailt Hannſen Khelluer zu Wittislingen Erb-recht über XIIII. *morgen acker gelegen bey Weidenſtatt auf der Reutt, um ainen järlichen gulden.* Num. LVIII.

MCCCCXXXI.

Albrecht Ruderſtorffer Burger zu Camb vertauſcht ainen acker in Fredenkhover felt mit dem Abbt Engelhard zu Raychenbach umb ainen acker in Khierſchholtzer velt. am Sant Gilgen tag. Num. CXIIII.

MCCCCXXXVI.

Albrecht Forſter zn Zeidlern übergiebt ſeine wiſen zu Khürffenholtz Herrn Engelhardt Abbt zu Reichenbach. In die S. Joannis Evangeliſtæ. Num. XCVIII.

MCCCCXXXVII.

Conrad Widmann zn Fredenckoven verkauft Johann Abbt von Reychenbach zway aigen weingarten an den Burgbergk zu Fredenhoven gelegen, ainer der Saulberger, der ander der Wehlberger genant. An unſer Frawen tag als ſie geborn ward. Num. CXIII.

MCCCCXXXVIII.

Anna von Sattelpogen ſchenckt dem Cloſter zu Reichenbach drew güetter gelegen zu Ränckham in Mitterfels. Num. XXXI.

Eod. anno *verwilligit Joañes der Pfaltzgraf allen unterthanen in dem Dorf Raichenbach die freyhait zu ewigen zeiten aus dem Vorſt genant den Prucker-Vorſt, prenn-und zimmer holz nach ihrer Notturfft zu hauen. Am mittwoch vor* cathedra Petri. Num. XXXII.

MCCCCXXXIX.

Hanns von Satelpogen verkauft Haimeran Lerchenfelder burgern zu Regensburg einen halben Weinberg gelegen zu Pach im Taunſtauffer Gebürg. An Sant Virgili tag. Num. LXXXIIII

MCCCCXL.

Lehenbrief über ainen halben Weingarten zue Poham Schnaittpach gelegen, ſo Biſchoff Friderich zu Regensburg Hauſen Satlpoger, als träger, Ulrich, Georgen, Hannſen, Chriſtophen Schonſtainern verlihen. Sontag vor Pauli bekehrung. Num. LXXXV.

MCCCCXLI.

Gerichtbrief über die Mühl zu Loyhung, worauf Ulrich Paumholtz burger zu Camb XII. *pfenning ſo ihm Eraſmus Satelpoger ſchuldig zu prætendiren von Ulrich Wartlberger Pflegern zn Camb aufgericht. Am freytag vor dem Pfingſtag.* Num. XLVIII.

MCCCCXLII.

Jacob Awer zu Prennberg verkauft herrn Johann Abbt zu Reychenbach den Weingarten Kräpfel genant, mit ſampt den Wismat. Am freytag vor Lætare. Num. LXXV.

MCCCCXLIII.

Joann Abbt zu Raychenbach ertbailt Hainrich Carll zn Fredenhoſen, auf ihren Weingarten genant den Menckover gelegen

zu

zu Fedenhoven. Erbrecht. An Sant Urſula tag. Num. LXIX.

MCCCCXLVI.

Urtheilbrief von Albrecht Nothafft zue Wernberg Vizdomb zu Straubing ergangen zwiſchen Johann Abbt zu Reichenbach an ainen, dan Albrecht Präckendorffer zu Sigenſtain andern theils, wegen der Ehetafern zu Sieſsbach, darbey erkent, das es alle freyheit und recht, als ain Ehetafern habe, mit ſpiellen und tanz. Am Freytag nach Sant Gilgentag. Num. CV.

MCCCCXLIX.

Joann Abbt zu Reychenbach verleiht den Pesl ain Erbrecht auf des Gotshaus aigen guet, gelegen zue Urcklin. An unſer Frawen tag als ſy gen Himmel fuer. Num. XCV.

MCCCCLI.

Albrecht von Murach zu Gueteneck verſchreibt Johanſen Abbten und Convent zu Reichenpach ain halb pfund pfenning ewigs gelt auf den hof zu Peſing darauf der Ochſenbaur geſeſſen, zu einen ewigen liecht zu Reichenbach. In die Gregorii.

MCCCCLIII.

Spruchbrief von Dietrich von Stauff aufgericht zwiſchen herrn Johann Apt zu Reichenbach, dan Berthold Pecken zu Degenheim wegen etlicher ſeinen guettern alda zuegefüegten ſchäden darumen ſy entſchiden. An S. Dyonyſi. Num. LXXXI.

MCCCCLV.

Gerichtsbrief von Hanſen Durner zu Durn Brobſtrichter zu Tegerheim aufgericht zwiſchen Herrn Abbt Niclas zu Reichenbach, dan den Peſslpeckh zu Tegerheim wegen etlicher Schulden auf ainen des Cloſters Weingarten gemacht. Am Erchtag vor auffart Chriſti. Num. LXXVIII.

MCCCCLXXIII.

Gerichtsbrief zu Landshuet aufgericht zwiſchen Anna Fuchſin, dan dem Cloſter Reichenbach wegen des Teiſelhofs dem gericht zu Griesbach ſo dem Cloſter gehörig und das Erbrecht darauf hat. Am Erchtag nach Galli. Num. LVII.

MCCCCLXXXI.

Brief über das Windthaus zu Tegerheim ſo die dorffsgemain alda Herrn Peter Abbt bey dem Weingarten genant der Helblin am Vaderberg zu bawen verwilligt, darfur järlich zu Michaeli das Cloſter zinſen ſol. VI. *Regensburger pfenning geben an Sant Erhards tag.* Num. LXXX.

MCCCCXCII.

Hanns Irber zu Laybung verkauft Herrn Petro Abbt zu Reichenbach die Myhl daſelbs. Am Samſtag nach Dionyſi. Num. XLVII.

MCCCCXCIII.

Pfaltzgraf Otto verwilligt dem Cloſter Reichenbach, den Weyer roshaupt genant weiter dämen und höher ſchitten zu dörffen. Newenmarckt an Sant Lorenzi abent. Num. XXXIII.

Eod. anno *verkauffen Erhard Sauer und Hanns Tabiler Gottshaus Pfleger zu Nittenaw Herrn Petro Abbt zu Reichenpach ain tagwerch wismat an dem Otterspach.* In die Laurentii. Num. XXXIII.

Eod. anno *verkauft utz Startzhauſer zu Pruck dem Weyer bey dem Oſterbach* * *Herrn* * ſuperius *Otterpach*
Petro Abbt zu Reichenpach. An den Sontag Judica. Num. XXXV.

Eod. anno *übergibt Pfaltzgraf Ott die halbe Weyerſtatt am Otterspach utzen Starzhauſer zu Pruckh, ſeinen Jägermaiſter am Montag nach lætare.* Num. XXXVII.

Eod. anno Litteræ Emptionis unius prati ad Otterspach empti à vitricis Eccleſiæ Nittenaw. In feſto Mariæ Magdalenæ. Num. XXXVIII.

Eod. anno *verkauft Ulrich Praun zue Nittenaw dem Weyer am Otterspach und ain Wayerſtatt ober daran ſtoſſent Herrn Petro Abbt zu Reichenbach.* In die Julianæ. Num. XXXIX.

MCCCCXCVII.

Chriſtoph von Planckenfels verkauft dem Hanns Römer zu untern Aurbach aus ſeinen halben hof zu Tumenriedt XX. *Regensp. pfenning, 2. Achtl Korn, 2. Achtl Gerſten ain und ain halb Achtl Habern und ſechs Käs um* XXIIII. *ſchilling mit vorbehaltung ewiger widerloſung. Montag nach Joannis Baptiſtæ.* Num. LIII.

MDIII.

Wechſelbrief zwiſchen Jobſt und Hanns Zenger zum Schneberg, Wilhelmen von Raidenbuech, Chriſtoph Zenger zum Schwarzenberg als vormunder Albrechten von Murachs hinterlaſſenen Kindern, an einen; dan Herrn Peter Abbt zu Reichenbach andern teils wegen des viſchwaſſers, Wührmühl zu Loyhing ſo ſy den Abbt geben haben &c. Darfür der Abbt geben ain hof zu Colenzdorf in Laudegericht Wetterfelt. Am Eritag nach Auguſtini. Num. XLIX.

MDXVII.

Abbt Otto zu Reichenbach gibt Hanſen Perger zu Frenckenhoven paurecht &c. &c. am Mitwoch nach Lorenzi. Num. LXII.

MDXLIII.

Herr Simon Adminiſtrator zu Reichenbach. Am abend Jacobi Apoſtoli. Num. XXXVI.

MDXLVIII.

Gnadensbrief von Pfaltzgraf Friderich dem Cloſter Reichenbach ertheilt uber die Probſtey Camb. Amberg den 8. Octob. Num. LX.

MDLV.

Michael Abbt zu Reichenbach. Am montag nach Mathiæ. Num. LXI.

Ott Heinrich Pfaltzgraf beſtättigt dem Cloſter Reichenbach ihre Freyhaiten den 7. Sept. dabay ein brief das dem Cloſter zuſtändige Jus præſentandi *auf die Pfarr Schwarzhoven betreffent. Gegebē am ſamſtag vor* Trinitatis anno 1529. Num. XVIII.

IIII.

Diplomaticorum excerptorum Reichenbacenſium Mantiſſa

EX

STEPHANI FREY
Indiculo
MS. Tabularii Ambergenſis.

MCCCCXLI.

REvers Herrn Abbt Johann und dem Convent zu Reichenbach das von wegen der durch Herzog Johan Pfaltzgraven denſelben Cloſter unter andern mit zimmern und andern holz gethane bewilligung ſeiner fürſtl. Gnaden ein ewiger jartag in bemelten Cloſter gehalten werden ſolle. Datum *Montags nach Erhardi.* pag. 550. *a.*

MCCCCXLVII.

Abſchrift des briefs wie König Chriſtoph von Dannemarck den Cloſter zu Reichenbach das Heiltum zu bewaren und ichts davon ze mindern, und ſo das ſein Königlich Maiſtät oder der ſelben Manlich Leibs-Erben wider begeren, ſolches wider zu geben, und mittler zeit ſeiner Königlich Maiſtät und Herrn Vatter jarlich vier jartag ze halten bevolchen Datum *Dienſtag nach Galli.*

MCCCCXLVII.

Abſchrifft wie König Chriſtoph dem Cloſter zu Reichenbach einen gulden Kelch ſamt den Patenn, corporal und geſes zu aigen geben hat.

Eod. Anno.

Revers von Abbt Johann und dem Convent zu Reichenbach das in denſelben Cloſter Herzog Johanſen und ſeiner fürſtlichen Gnad ſune, König Chriſtoph zu Dennemarck fur den zu ſolchen Cloſter zu aigen gegebenen guldinen Kelch, Patenn, Corporal und geſes ain ewiger jartag gehalten werden ſolle uſ Viſitationis Mariæ.

Eod. Anno.

Revers Abbt Johannſen und Convents zu Reichenbach über das Hailtum ſo König Chriſtoph dahin gegeben und etlich jartag die deswegen gehalten werden ſollen. Datum *an Sant Catharein tag.*

MCCCCLX.

Revers von Abbt Johann und Convent zu Reichenbach das in ſolchen Cloſter Herzog Otten dem Eltern und ſeiner fürſtlichen Gnaden vorfaren und nachkomen ain ewige järliche begängnus gehalten werden ſolle. Datum *am tag Margareta.*

MCCCCLXV.

Urkund wie Kayſer Fridrich Herzog Othen Pfaltzgraſen, die Clöſter Waldſaſſen, Walderbach, Reichenbach, Spainshard, Michelfeld, Weiſſenaw, Seligenpforten, Engelthal, Pullnhoven, Schöntal, Gnadenberg und Sunnſen zu ſchuzen und bey ihren freyhaiten handzuhaben befolchen hat. Datum *Neuemſtatt Samſtag nach Galli.* p. m. 175. b. §. *Waldſaſſen.*

MCCCCXCV.

Urkund wie König Maximilian Herzog Otten Pfaltzgraven die Clöſter Waldſaſſen, Walderpach, Reichenpach, Speinshard, Michelſeld, Weiſſenaw, Seligenport, Engeltal, Pulnhoven, Schöntal, Gnadenberg und Sunnſen bevolchen hat. Datum *Worms den dritten Julii.*

MDXLVIII.

Revers darinnen verſchreiben ſich Michael Abbt, Georgius Prior und der Convent zu Reichenbach, das ſie wider die ihnen durch Pfalzgraf Fridrich Churfürſten gegebne ſreyhait der gerichtbarkeit halben auf der Cloſter Brobſtey im ambt Camb nicht handlen wöllen. Datum *montag den* VIII. *Octob.*

V. MI.

V.

MICHAELIS KAZBEGII

Abbatis Reichenbacenſis

CATALOGUS ABBATUM REICHENBACENSIUM

A V. Cl. GASPARE BRUSCHIO Egrano, P. L.

Carmine redditus,

Et ob ſummam raritatem recuſſus ex Exemplari Bruſchii manu correcto.

MCXVIII.

MOns Sancti Viti eſt Monachorum habitatio factus
Qui Patrem celebrant te Benedicte ſuum.
Henrico Quinto Romani Sceptra tenente
Imperii, Auguſto Magnanimóque Viro.
Marchio de Voburg Diepoldus, Nobilis ædis
Primus ut author erat ſic benefactor erat.
Qui cum prole ſua cum conjuge Alheide ſepultus
Iſtius in Templo cernitur eſſe loci.
Hunc ipſum authorem colit & Waldſaſſion: ipſis
Bernhardi Monachis condita pulchra domus.

Obiit Fundator anno MCXLVI.
v. *Iduum Aprilis.*

I.

Primus erat Witigo Laris hujus providus Abbas
Qui Laus magna domus Utenhovenſis erat.

Præfuit per unum tantum annum, obiit A. MCXIX. XII. *kal. Nov.*

II.

Erchengerus ei Frater Germanus, eidem
Succedens Pater hâc æde ſecundus erat.
Vir Fundatori charus, quem ſeptimus annus
Poſt decimum luſtrum vidit in æde mori.

Præfuit LVII. *annis, obiit A. MCLXXVI.*

III.

Reginboto loci fuit hujus tertius Abbas
Quem Synodi vidit tempore Roma virum,
Clarus imaginibus Majorum, clarior autem
Virtute, atque hujus magna columna domus.
Godfridi Frater, præclari Herois & ipſa
Weterfeldenſi è Nobilitate ſati.

Obiit anno MCLXXXIII.

IV.

Præfuit Henricus paucis fortaſſe diebus
Inde ignotior, at notus in arce poli.

Obiit anno MCLXXXIII.

V.

Præſtitit Henricus Templo iſti multa ſecundus
Viginti octo annis dum Pater ædis erat.

Obiit A. MCCII. IV. *Non. Sept.*

VI.

Albero primus, pietate & nomine clarus
Annis rite tribus præfuit atque decem.

Obiit anno MCCXXIIII.

VII.

Waltmañus poſtquam hic ſediſſet quattuor annis
Migravit ſuperæ lætus ad aſtra domus.

Obiit anno MCCXXVIII.

VIII.

Tertius Henricus ſedit annos circiter octo
Migrat & in ſacri regna beata poli.

Obiit anno MCCXXXVI.

IX.

Conradus Nonus templi fuit iſtius Abbas
Annis ſed tantum præfuit ille tribus.

Ceſſit anno MCCXXXIX.

X.

Succeſſit clarus meritis Albero ſecundus
Per tres hic annos & duo luſtra ſedens.

Ceſſit & iſte anno MCCLII.

XI.

Mox Prufningenſi Fridericus ab æde vocatus
Cum vix veniſſet priſtina tecta petit.
Forſitan iſte locus tum pauper inopsque jacebat
Oppreſſus multis cladibus atque malis.

XII.

Henricus patrio cognomine Cuſpinianus
Dictus, ſucceſſit mox Friderice tibi:
Sed nec is iſta diu geſtavit ſceptra, quietis
Officio dicens forſan amore vale.

Præfuit per ſex menſes.

 XIII.

XIII.

Conradus pulchræ æſtatis cognomine * gaudens
Henrico ſubiit, ſed quoque ceſſit ibi.
Præfuit per menſes IIII.

* fortè *Schönhaintz.*

XIIII.

Nobilis à Runting Dietricus dictus, in annos
Manſit penè decem ſtrenuus atque duos.
Ceſſit anno Chriſti MCCLXIIII.

XV.

Henricus Catulus Prulenſi ex æde vocatus
Poſt annos tres ad clauſtra priora redit.
Ceſſit anno MCCLXVII.

XVI.

Filius inde domus Werinherus Nobilis hujus
Conſenſu electus dicitur eſſe pio.
Qui ſediſſet ibi utiliter cum quatuor annis
Eſt Prufningenſi lectus in æde Pater.
Sancti Emerami etiam tandem pia templa gubernans
Cui fuit inprimis utilis ille loco.
Ceſſit ex hoc loco anno ſalutis MCCLXXI.

XVII.

Mox Ensdorffenſis venit Prulenſis & Abbas
Qui ſeptem hic annis præfuit utiliter.
Vir clarus meritis Eberhardus, vir pietate
Conſpicuus, claris charus ubique viris.
Ceſſit anno Gratiæ MCCLXXVIII.

XVIII.

Wernherus tandem concordi voce ſuorum
Deſignatus in hac eſt pater æde ſacra:
Qui tribus atque decem pulchrè cum præfuit annis
Se ſe iterum curis talibus explicuit
Inde Monaſterii Monachorum conditus Abbas
Atque Ensdorffenſi lectus in æde pater.
Ceſſit Richenbaci anno MCCXCI.

XIX.

Sic data ſunt ædis ſacratæ ſceptra Gerungo
Puchersdorffenſi ex Nobilitate ſato.
Ille erat hoc ipſo quoque Weltemburgius Abbas
Tempore vir meritis & pietate gravis.
Ceſſit anno MCCXCV. cum præfuiſſet annis IIII.

XX.

Nominis Henricus verum hujus ſextus, & ipſe
Weltemburgenſi notus in æde Pater.
Malſtorffi tandem translatus ad inclyta ſceptra
Sex annis Abbas iſtius ædis erat.
Ceſſit ex domus hujus Gubernaculo anno MCCCI.

XXI.

Hermannus frater conventûs Altachiani
Abbas hic annis penè duobus erat.
Et conceſſit ad Ætherei pia numina regni,
Cum quibus æterna veſcitur Ambroſia.
Obiit anno MCCCIII.

XXII.

Primus Otho Bertoldshoferus: Nobilis Heros
Vir prudens, ſapiens: vir bonus atque pius.
Utilis œconomus ſapienter præfuit, annos
Per ſex atque decem, per totidemque dies.
Obiit anno MCCCIX.

XXIII.

Succeſſit Patri Dominus Fridericus Ottoni
Conſeſſor fidus Rex Lodovice tuus.
Ille reformator Monachorum Maximus, hujus
Utiliter geſſit qui pia ſceptra loci.
Qui cum viginti & ſeptem ſediſſet ad annos
Deſeruit terras raptus ad Aſtra ſenex.
Obiit kal. Decembr. MCCCXLVI.

XXIIII.

Septimus Henricus de Stemmate natus Equeſtri
Honheymerus avis multum atavisque potens.
Præfuit huic domui pulchrè atque fideliter annis
Penè decem, ad ſuperas inde profectus opes.
Obiit anno MCCCLVI.

XXV.

Bertholdshovenſi Conradus origine natus
Oeconomus templi Nobilis hujus erat.
Ad cujus clavum luſtris ſex & tribus annis
Cum ſediſſet, iter carpſit ad Aſtra Jovis.
Plurima mercatus quæ ſunt huic commoda templo
Ditavit mira hunc proſperitate locum.
Obiit XVII. *kal. April. MCCCLXXXVIII.*

XXVI.

Conradus Quartus glyrium de Monte creatus *
Conſpicuus generis Nobilitate quidem.
Sed virtute parum, minus autem Religione
Contemptor Divæ namque utriusque fuit.
Huic cum ſex annis iſta ſediſſet in æde
Depoſitus juſſu Præſulis ipſe ſui eſt.
Exautboratur anno MCCCXCIIII.

* *Ratzenberger*

Ejecto

Digitized by Google

Ejecto tandem Conrado electio diſcors
Exoritur, domui prava futura ſacræ
Ni virtute ſua dubiis tam rebus ubique
Rupertus Princeps ipſe tuliſſet opem.
Is qui eſt Imperii tandem moderatus habenas
Geſſit & invicto plurima digna viro.
Engelonardus enim de Murach forte quibusdam
Perplacuit quibus is charus amicus erat.

XXVII.

Prævaluit vero multa virtute Joannes
Strollenfelſerus, vir pietate gravis
Nobilitate quidem Generis Reverendus uterque
Imo & imaginibus clarus uterque ſuis:
Sed major meritis Strollenfelſerus, & ædis
Totius ejusdem non renovator iners.
Qui totum miro templum illuſtravit honore
Atque domos omnes fecit ubique novas.
Imo reformavit mores cum laude malignos
In Monachis curvum quidquid & impium erat.
Cumque ita viginti tribus annis præfuit iſtic
Ad ſuperos tandem tranſiit inde choros.

Obiit anno MCCCCXVII.

XXVIII.

Lazarus ingenio & prudenti pectore Magnus
Krezelius patrio nomine dictus erat.
Bis ſenos qui cum per menſes præfuir, ipſum
Sponte reſignavit fratribus officium.

Anno nimirum MCCCCXVIII.

XXIX.

Succeſſit Thiemo lapidis cognomine clarus
Idem etiam generis Nobilitate potens:
Ille libros magna cura ſtudioque coemit
Munivit foſſis totam & ubique domum.
Plurima conſtruxit, quæ ſucceſſoribus eſſe
Poſſent utilia & commoda tecta ſuis.

Obiit anno MCCCCXXXI. cum XIII. ſediſſet annis.

XXX.

Engelonardus amans juſti, pietatis & æqui
Vir devotus item & religioſus item:
Ingenio magnus, ſcrutator Syderum olympi
Quicquid & arcanum totus olympus habet
Ingenioſarum cujus manuum, omnibus extant
Multa opera in Chartis & Monumenta locis.
Hic cum templo iſti per luſtrum præfuit unum
Quæ ſcrutabatur venit ad Aſtra, prius.

Obiit anno Domini MCCCCXXXVI.

XXXI.

Succeſſit multa clarus virtute Joannes
Valckenſteineri nomine notus Eques:
Ille etiam Aſtrorum Scrutator ſedulus, & qui
Mirus arithmeticus Cosmographúsque fuit.
Primus in hoc templo mitraque pedoque decorus
Nicolei Quinti ex Munere Pontificis.
Chriſtophorum Regem Danorum acceſſit, ab ipſo
Apportans meritis munera digna ſuis.
Auri atque argenti pulcherrima Pondera facti
Ipſam ubi materiam Nobile vincit opus.
Cumque hic ſediſſet viginti quinque per annos
Utiliter petiit cælica regna Senex.

Obiit A.MCCCCLXI. in choro ſepultus.

XXXII.

Unanimi lectus mox voce Georgius Abbas
Dornerus, ſacræ gloria magna domus.
Qui bis ſex annis ad clavum ſedit & iſti
Utilia erexit plurima tecta loco.

XXXIII.

Conradus patrio cognomine dictus Huberus
Fratribus invitis hoc in honore fuit.
Qui cum ſeptem annis clavum ſediſſet ad iſtum
Ut laudabilirer, ſic ſatis utiliter.
Invidia amotus fratrum eſt odioque ſuorum
Et poſt non multos mortuus inde Dies.

Exautboratur & moritur anno MCCCCLXXX.

XXXIIII.

Petrus Munzerus generoſâ natus in urbe
Nurmberga, multa vir Pietate gravis.
Utilirer totis triginta præfuit annis
Reddidir & claves fratribus inde ſuis.
Ille ducum vidir crudelia bella ſuorum
Paſſus & eſt tali non bene digna viro.

Reſignavit A. MDIX. anno MDXII.

XXXV.

Succeſſit Leonhardus homo vinoſus & hujus
Omnino quærens commoda nulla domus.
Is cum quinque annis ſceptrum tenuiſſet, honore
Excidit hoc iterum, quo male dignus erat.

Exautboratur anno MDXIIII.

XXXVI.

Huic mox Brentelius quidam Fridericus in Ensdorf
Abbas ſucceſſit præcipiente Duce.
Is tribus utilirer quando annis præfuit, & ſe
Cerneret inviſum fratribus eſſe ſuis.
Ens-

Ensdorffium rediit, vir jactabundus & ipſo
Qui faſtu magis in corde ſuperbus erat.

Ceſſit anno Salutis MDXVII.

XXXVII.

Mox electus Otho eſt niger Aurbacenſis, honeſtus
Vir, ſed in afflicto corpore mollis homo.
Ille decemque novemque ſatis bene præfuit annis
Secli inter triſtis mille pericla ſui.
Seditioſorum nam cædes Agricolarum
Vidit, & ærumnas ſenſit ubique graves.

Obiit anno MDXXXVI.

XXXVIII.

Succeſſit Stephanus Treutlinger, homo efferus atque
Inprimis durus, barbarus atque rudis.
Nec viſu facilis nec dictu affabilis ulli,
Quem Turcam poteras dicere ſive Geten.
Aſper, inhumanus torvóque per omnia vultu
Fratribus inviſus, invidus atque ſuis.
Qui cum ſediſſet nonum imperioſus in annum
Auffugit tandem turpiter atque male.
Per ſcelus atque nefas ſecum rapiensque trahensque
Aufferri potuit quicquid ubique boni.

Auffugit Privningum anno MDXLV.

XXXIX.

Inde domus fuit hæc ſacra commendata Simoni
Cholero, eximio Religione viro.
Præfuit iſte tribus præclare induſtrius annis
Et vita tandem functus ad aſtra redit.

Obiit anno MDXLVIII.

XL.

Hos ego collegi Mycael Kazbegius omnes
Conſpicuos (habuit quos domus iſta) viros:
Quod feci hoc ipſo lugubri ſcilicet anno
Norica quo cincta urbs obſidione fuit.
Geſſit & Albertus Caſimiri Filius acre
Bellum in Pontifices Teutonis ora, tuos.
Verum ego quis fuerim, qua natus origine vel qua
Præfuerim hic cura præfuerimque fide,
Id te poſteritas aliquando docebit honeſtè:
Nunc quo tendebas, carpe Viator, iter.

JOAN-

JOANNIS STAINDELII
PRESBYTERI PATAVIENSIS
CHRONICON GENERALE
Ab O. C. ad A. C. MDVIII.

Quod

Ab Anno Chriſti DCC. usque ad finem hîc primum prodit

E Cod. MS. chartaceo, quondam Farnbacenſi,

hodie Electorali Bavarico

curâ & ſtudiô

ANDREÆ FELICIS OEFELII.

Bibl. Bav. Præfecti.

Monitum prævium Editoris.

PRodeunt tandem, ea parte qua novitatis gratia non clarent, & utiles eſſe poſſunt, JOANNIS STAINDELII Annales, quorum jam olim Illuſtriores rerum noſtrarum Scriptores BRUNNERUS, ADELZREITERUS, GEWOLDUS, HERWARTUSque orexin eruditis moverunt.

Unus tamen, quod ſciam, BRUNNERUS *Annales* iſtos *ineditos*, ut *ab accurato Scriptore* profectos laudavit. Cæteri ferè omnes, quibus eorum copia fuit, eos quidem creberrimè uſurpârunt, ſed Auctorem, ad oram fortè nominatum, citra Elogium tranſmiſerunt.

Per ipſos tamen ABRAHAMO BZOVIO, & noviſſimè ANTONIO STEYERERO viro ad ſcribendas genuinas Hiſtorias, ſi per fata aſpera licuiſſet nato factóque, innoteſcere cœpit.

Nam AVENTINO quidem incognitus æque ac RUMPLERUS, permanſit, ſeu quod Auctor adhuc premeret ſcripta ſua, ſeu etiam quod Antiquorum duntaxat Indagator ille, coætaneum, negligeret.

Illud magis mirum, BRUSCHIO ignoratum fuiſſe, qui & Patavii diu hæſit, & res Epiſcopatûs illius ex profeſſo tractavit; non enim omiſſurus fuerat in Catalogo Illuſtrium Virorum, quorum laboribus eo in opere ſe adjutum, circa finem gratus profitetur. Sed habent nimirum pro captu temporum hominúmque fata ſua libelli, quorum rationem inire non perinde facile; niſi quod ſua cuique ætati ornamenta adjumentáque reſervat, ingenuis artibus & bonæ menti præſidens & invigilans numen.

De Auctore ipſo pauca hactenus innotuêre, paucis de publica, nedum privata memoria ſollicitis, ſed plerisque ad panis & lamellarum curas, Piſtorum inſtar & Menſariorum, ut inſtitutis ita properantibus. Presbyterum Pataavienſem fuiſſe STAINDELIUM noſtrum collectaneorum iſtorum (ut in Codice Manuſcripto audiunt) auctorem, conglutinata eidem ſcheda me docuit, & perſuadeat rerum Patavienſium crebrior & curatior mentio.

Codex ipſe jam detritus, & adeſis jam jam ac cribratis aſſeribus, ad perniitiem properans, & velut ex faucibus nil miſerantis ævi ereptus. De ſe (quod probè novimus, qui integrum tranſcripſimus) non niſi ſemel iterúmque mentionem, & hactenus injicit, ut ſe collectaneis hiſce ſuis congerendis anno MCCCCLXXXVI. incubuiſſe nos doceat. (o)

(o) ad annum MCCCXLVII. & MCCCCX.

Angelus Rumplerus Abbas *Formbacenſis* Joannis cujuſdam Staindelii in Hiſtoria Monaſterii ſui meminit, ſibi familiariſſimi, quem facile tibi perſuadeas eundem cum noſtro fuiſſe, quod & Codex noſter Formbaci exaratus, & Staindelius eo in Monaſterio frequens.

Agebat autem commodum Patavii atque inde facilis utrinque commeatio; Hinc & primus fuit, qui Formbacenſibus de morte Abbatis eorum *Michaelis* in reditu ex Auſtria mortui anno MCCCCLXXIIII. nuntiaret; cui &
(p) Epitaphium ſcripſit, ſaxo poſtea inciſum quod loco indicato (p) exhibet Angelus.

Alterum conſuetudinis neceſſitudiníſque Staindelii cum Abbate Formbacenſi argumentum præbent, hujus verba ex Epiſtola ad Ludimagiſtrum Patavienſem anno MDIIII. XVIII. Septembris è Formbaco ſcripta, quæ pag. 95. hujus Tomi *notâ x.* è Cod. MS. protulimus. *Si opera,* inquit, *mea habere vis, apud Staindel invenies. Penna elegantior eſt quam lingua.* quæ me verba in errorem ibi induxerunt, ut Staindelium Monachum Formbacenſem & *Angeli* Amanuenſem temerè affirmarem, quod meliora edoctus tanquam non ſcriptum volo & induco. Utinam tam prompto animo & reliqua errata mea configere liceret & cognoſcere! alii faciant, & me in ære ſuo habeant, modo emendent.

Curatius autem in res Scriptoris noſtri inquirenti, Staindeium non ſolum Presbyterum ſed & Canonicum Patavienſem & ſub Wigulæo Epiſcopo Eccleſiæ Patavienſis *cuſtodem* fuiſſe erui.

De *Canonicatu* rem ex Angelo Rumplero conficio, qui Libro I. cala-
(q) mitatum Bavariæ (q) cruentam illam & cœleſtibus animis indignam de Epiſcopatu Patavienſi Haeslerum inter & Maurkircherum hunc Georgii Divitis Cancellarium, illum Friderici Imperatoris Secretarium, contentionem enarrans, hujus partibus adverſus *Haeslerum* cum majori Canonicorum parte Staindelium quoque adhæſiſſe memorat, addítque: *qui his favebant aut fugere coacti ſunt, aut cuſtodiæ traditi. Quod cæteris omnibus hoc & Joanni Staindel contigit.* Quæ poſtrema verba obſcuriora ſunt, ut neſcias, an *Schardingam* cum reliquis Canonicis auffugerit, vel in urbe remanens carceri mancipatus fuerit.

Compoſitis tandem morte utriusque æmuli decumanis his fluctibus, breví que extincto Georgio II. Wigulæus è *Froeſchheliorum* familia nobilis Bavarus Epiſcopus eligitur, ſub quo Staindelius, Cuſtos ſummæ Eccleſiæ Patavienſis *Libellum* correxit juſſu Epiſcopi *de modo & ritu accentuandi in choro Eccleſiæ Patavienſis, Viennæ per Joannem Winterburger ſolerti arte impreſſum, & feliciter finitum* VIII. *kal. Mart. MDXIII. in fol.* qua in correctione vicarios chori adjutores habuit, ut patet ex exemplari rariſſimi hujus volu-
(r) minis, quod inter Liturgicos ſuos ſervat Bavarica. (r)

Reliqua Staindelii memoria, in alienis quidem ſcriptis defecit, niſi quod nunc noſtra felicitate & labore reviréſcat nonnihil in propriis, etſi pluſcula adhuc lateant, quibus tamen ipſis, ſoles ſui illuceſcent.

Inſignem in eo viro litterarum & librorum amorem viguiſſe, horúmque pro temporum illorum modulo non vulgarem notitiam Argumento eſt Opus ipſius anecdotum *de Scriptoribus Eccleſiaſticis*, ut hodie adultis litteris copiâ, ita tum vix renaſcentibus, inopia ſummè arduum. Vidêre illud primi Illuſtres Fratres Pezii, Antiquitatum medii ævi velut Dioscuri, qui tot
(s) *ab infimis quaſſas æquoribus rates* eripuerunt (s). Vidêre autem *Formbaci* cum
(t) illius Bibliothecæ foruſos ſeduli excuterent. Juvat horum alterum Bernardum in Iſagoge ſua in *Anecdotorum* Opus differentem audire (t). *In Bibliotheca* (Formbacenſi) *cujus propè omnes Codices diverſis cladibus & caſibus periêre notatu non indignus eſt* Liber de Scriptoribus Ecclesiasticis Auctore Joanne Lapillo *Presbytero Patavienſi* (ita enim nomen ſuum Romanum

(p) Lib. II. Hiſt. Formbacenſ. T. I. anecdot. Cl. V. Bernh. Pezii col. 449. & 450.
(q) pag. 102. b. hujus voluminis.
(r) fugit ob ſummam raritatem oculos ſagaciſſimi Scriptoris *Germaniæ Sacræ* Marci Hansizii, qui in Wigulæi rebus alia Liturgica, ejus juſſu & cura, edita, commemorat. Germ. Sacræ: T. I. pag. 602.
(s) Horat. Lib. I. carm.
(t) pag. LIII. §. LXXIII.

num in morem inflectere ei viſum) *cujus hæc Præfatio eſt: Plures fuerunt, ut verum fatear, qui multo labore viros eruditos & omni ſcientia illuſtres, præcipuè Eccleſiaſticos Scriptores, in unum comportârunt, quatenus diverſa eorum ſtudia & exercitia nota fierent poſteris. Horum ſecutus exemplum, aliquantos etiam antiquiores non contemnendos Philoſophos & Poëtas, quorum ſequendam doctrinam, quàm omnis ingenii acumen eſſe mirandum* (u). *Cenſeo* (u)
enim meritò illos à nobis non ignorari, qui primariam omnium ſcientiarum cognitionem nobis tradiderunt, licet plerique eorum, quos commemoravimus, in fertili agro acervum magnum meſſuerunt, ego tamen cum Ruth Moabitide poſt tergum metentium ſpicas tantum collegi, & parvitati meæ ſufficere confido, qui graviora ferre non deſpero. Vale. MCCCCXCVII.

Incipit Opus: *Moyſes Amram Judis ex Jocabeth filius fuit, verus & omnium Prophetarum ſummus*; de fine nihil memorat Pezius; Codex chartaceus eſt in folio. Addit Pezius Auctorem mentionem inter alios facere REYNOLDI Epiſcopi *Euſtetenſis*, anno DCCCCLXXXVIII. mortui, & verba recitat, quæ eadem ferè ſunt, quæ in Chronico noſtro ad eundem annum leguntur.

Hæc de hoc STAINDELII Hiſtoriæ litterariæ Monumento inedito PEZIUS; unde acceptam notitiam Auctoris adhuc latentis *Hiſtoriæ Rei Litterariæ Ordinis S. Benedicti* intulerunt (x) ejuſdem auctores Clariſſimi & Memoriæ (x)
æternitate quam aliis conciliare conati ſunt, ipſi digniſſimi, MAGNOALDUS ZIEGELBAUERUS & OLIVERIUS LEGIPONTIUS, quorum ille quidem præclaris conatibus immortuus, tranquillus incola

Edita doctrina Sapientum
Templa ſerena

inhabitat, *deſpicere unde poſſit* æmulos invidóſque: alter vero famæ poſthumæ Amici ſui fidus vindex & diſpereuntium laborum generoſus ultor, ignaviæ & invidiæ calcibus adhuc conflictatus, iiſdem, ut Rutulus ille Heros, *toto vertice ſupra eſt.* Quem ego, virum amiciſſimum, non ſolum Ordinis ſui ſed communis Germaniæ litteratæ ornamentum, laudarem utique effuſius ſi ille me parcius. Melius id faciet, affectu libera, ſolóque judicio nixa Poſteritas.

Ad STAINDELIUM redeo, ejuſque *Collectanea*, ut in Codice meo audiunt *Hiſtorica*; quæ ab orbe condito exorſus ad initium uſque Seculi XVI. deduxit. Nos omiſſis antiquioribus ab anno Chriſti DCC. incipientes, inde uſque ad annum MDVIII. in quo codex deficit, fideliter tranſcripſimus.

Primæva illa è SACRA PAGINA ejuſque *interpretibus* & *Hiſtoria Eccleſiaſtica* HIERONYMI, EUSEBII, PROSPERI, BEDÆ ſimiliúmque *Chronicis* deſumpta vix hodie, proſtantibus fontibus, uſum habent, uti nec ea valdè quæ ex PAULO DIACONO, JORNANDE, GREGORIO *Turonenſi* & notioribus illis rerum Longobardicarum Francicarúmque Scriptoribus excerpta ſunt, niſi quod ſtudium & eruditionem colligentis indigent.

In rebus Germanicis præcipuos quoſque & velut claſſicos Scriptores adhibuit, nam ex OTTONE *Friſingenſi* magnas lacinias & REGINONEM penè integrum inſeruit. LAMBERTO etiam *Schaffnaburgenſi* plurimum uſus, HERMANNOQUE *Contracto* ſed copioſius SIGEBERTO *Gemblacenſi.* Eſt & ubi MARIANUM SCOTUM exſcribit, ſed id rariuſculè. WITTIKINDUM *Corbeienſem* ferè integrum adhibuit, aliquando in Epitomen contraxit. REGINO à librariis mirè depravatus multis in locis à noſtro ſanatur, exactiori haud dubiè codice adjuto.

Bavaricorum ſeu domeſticorum Scriptorum, quorum monumentis largiter uſus eſt, nominavit neminem, quod à viro, illuſtrium Scriptorum catalogum texere auſo non expectaveris. Pluribus tamen uſum, Hiſtoriæ quædam probant, quas fruſtra alibi quæras. Inter hos & ANDREA PRESBYTERO *Ratiſponenſi* retentis ut plurimum verbis, niſi ubi in compendium contraxit, quam ſpoliandi confidentiam velut lege rhodia ſibi permiſſam citra frontis periculum ſibi ſumebant temporum illorum Rapſodi, ſine ulla auctorum miſeratione, aut Poſterorum Reverentia Chronica truncando & ad inſtitutum ſuum (ſi quod eo nomine venit inſtitutum) aptando; quo fa-

(u) Laborat hic ſtilus, quod Pezius Aſteriſco indicavit.
(x) P. I. p. m. 557. & 442.

ctum ut quotquot hodie REGINONIS, HERMANNI aliorumque nominatiorum Auctorum exemplaria occurrunt (REGINONIS autem præcipuè) tot diverſa inter ſe Chronica reperiantur, ut longius adhuc à vero genuinóque REGINONE abſimus, quam fortè credimus.

Hoc interim è communi illo malo boni emerſit quod multa memoratu digna ex auctoribus, qui hodie deſiderantur, Chronicis ſuis, ut mendicabulorum ollis, infarſerint, quibus ſine hâc compilandi licentia hodie careremus. Quo ea etiam pertinent, quorum, è diverſorum Monaſteriorum Bavariæ Chronicis, manifeſta in collectaneis hiſce ſuperſunt veſtigia, ut nonneminem jam Modeſtiæ STAINDELII in agendis ſpoliis pigeat, & Cacum aliquem aut Briareum optet fuiſſe.

Cæterum codex noſter in anno Chriſti MDVIII. uti præmonuimus, deficit; annorum tamen numerus etſi vacuis foliis ad annum uſque XVII. ſeculi illius protenditur, ex his folia anni MDXIII. uſque ad annum MDXVI. exciſa; an quædam ſimul abolita, incertum. Mihi non videtur; quod Staindelius poſtremis annis Chronici ſui, jejunior & parcior, rerum Hiſtoriæ non ſatis maturarum copia fortè territus manum de tabula, quod dicitur, tollere, conſultius duxerit.

Joannis Staindelii Chronicon ab anno Chriſti DCC. ad annum Chriſti MDVIII.

DCC.

Tiberius Tertius, qui &Abſymarus Romanorum LXVIII. cepit & annis VII. regnavit.

Dodo interfector B. Lamberti peſſimo languore cruciatur, à vermibus conſumitur, & ob intolerantiam fœtoris in Moſam dimergitur.

DCCI.

Johannes VII. Papa, ſedit annis II. menſ. VII. diebus XVII. & ſedes vacavit poſt ejus mortem menſibus III.

DCCII.

Theophilacius in Italiam Exarchus venit.

DCCIII.

Titus Patriarcha Conſtant. Hæreticus unam voluntatem & operationem in Chriſto dicens, ſedit annis VI.

DCCIIII.

Siſinius Papa ſedit diebus XX.

Conſtantinus Papa ſedit annis VII. diebus XV. Corpora S. Benedicti & Scholaſticæ de monte Caſſino transferuntur ad Galliam.

DCCV.

DCCVI.

Juſtinianus quondam à Leone pulſus auxilio Terbellis Bulgarorum Regis imperium recepit, Leonem & Tyberium uſurpatoris imperii in medio circi jugulavit, Callinicium Patriarcham excœcatum exilIat.

DCCVII.

Juſtinianus qui pulſus fuerat à Leone, revertitur, & ſecundâ vice regnat cum filio ſuo Tiberio annis VI. Romanorum LXIX. Vlyd decimus Sarracenorum cepit, & annis VII. regnavit & Africam totam cepit, poſtquam à Belliſario Juſtiniani Primi Duce de manibus Wandalorũ erepta & ſub Romanis annis CLXXI. fuit. In Hiſpania Bethicam Provinciam inhabitavere Saraceni ad noſtram uſque ætatem annos DCCLXXXIII.

Rodericus Rex Caſtellæ regnavit.

Muca Rex Africæ.

DCCVIII.

Romæ tres annos duravit fames.

Hadrianus Abbas cooperator in verbo Theodori in Anglia obiit.

Drogo filius Pipini defungitur.

DCCIX.

Juſtinianus per Theodorum Patritium Præfectum ſuum Ravennam obſidet. Imperator Juſtinianus fidem orthudoxam amplexus, Conſtantinum Papam ad ſe Conſtantinopolim invitavit, eumque venientem & redeuntem gloria Apoſtolicâ digna honorat.

Joannes Patriarch. CP. poſt Titum ſedit.

DCCX.

Longobardorum XXV. Luitpertus Juniperti Filius puer, cui Pater Aſpirandum Tutorem dederat regnavit menſibus VIII.

D. Odda uxor Boggis Aquitanorum Ducis ſanctitate claret in Galliâ.

DCCXI.

Gregorus Secundus Papa ſedit annis XIX.

Raimpertus Gundiperti Filius Aſpirandum ſuperat & Longobardorum XXVI. regnum invadit, & eodem anno moritur.

S. Hug-

S. Hugbertus Epiſcopus Trajectenſis cælitus admonitus corpus S. Lamberti à Trajecto Leodium cum magnâ miraculorum gloria defert, ſedemque Epiſcopalem in eandem urbem transfert.

DCCXII.

Longobardorum XVII. Aripertus Raimperti Filius regnavit annis XI.
Philippicus ab exercitu Imperator electus in Ponto, Juſtinianum & Filium ſuum Tiberium in Conſtantinopoli interfecit.

DCCXIII.

Philippicus Romanorum Rex LXX. cepit, Imperavit anno I. Menſibus VI.

Grimoaldus Majordomus Leodii ante altare S. Lamberti orans à Mingario * ſatellite Rabbodi Ducis Friſonum perimitur & Theodoaldus Filius Drogonis ab avo ſuo Pipino Major domus conſtituitur in menſe Aprili.

* in marg. *Rangario.*

S. Urſmarus Epiſcopus & Abbas Lobienſ: cœnobii obiit.

Imperator Cyrum Patriarcham CP. ab Epiſcopatu ejectum ad gubernandum Monaſterium ſuum redire præcepit.

DCCXIIII.

Philippicus oculis & regno privatur.

Pipinus Princeps obiit, & Carolum filium ex Alpiade cognomento Martellum Principatûs ſui hæredem reliquit.

Gizthêus XI. Sarracenorum cepit & regnavit annis XII.

Pipinus Filius Anſgiſi Dux Francorum præfuit regno annis XXVII. cum regibus Ludovico Hildeberto & Dagoberto.

DCCXV.

Anaſtaſius qui & Arthemius Romanorum LXXI. cepit & imperavit annis III.

Egidius ſcientiâ & ſanctitate clarus habetur.

Cæſarius Arelatenſis Epiſcopus claruit. Albinus Andegavenſis Epiſcopus eo tempore floruit.

Carolus Filius Pipini Major domûs Franciæ conſtituitur An. XXVII.

Francorum Clodoveus regnavit annis III.

Dagobertus Rex moritur.

DCCXVI.

Gregotius Papa Winfridum à Britanniâ venientem conſecrat Epiſcopum die S. Andreæ & Bonifacium nominat & in Germaniam mittit, quam ad fidem Chriſti convertit, factus dein Archiepiſcopus Maguntinus.

Germanus Patriarcha CP. ſedit annis XV.

Carolus pugnavit contra Radbotum.

DCCXVII.

Anaſtaſius Imp. Claſſem ingentem Alexandriam miſit contra Sarracenos & poſtmodum à Theodoſio apud Niceam ſuperatus, regno pellitur & Clericus ordinatur.

Carolus pugnavit contra Francos in Vinciaco Dominico die ante Paſca.

DCCXVIII.

Theodoſius Tertius Romanorum LXXII. cepit, anno uno imperavit.

Romæ inundatio aquarum nimis calamitoſa facta eſt, ſed Gregorio Papa crebris letaniis Deum precante poſt IX. dies eſt repreſſa.

Otmarus cellæ B. Galli præficitur.

Carolus Coloniam veniens ab Hildrude receptis Theſauris patris ſui Regem conſtituit Lotharium, alias Clotharium nomine non poteſtate.

Carolus vaſtavit Saxoniam plaga magna.

DCCXIX.

Leo IIII. Romanorum LXXIII. cepit & annis XXIIII. imperavit. Germani ad rectam fidem Chriſti convertuntur prædicatione B. Bonifacii qui Moguntiæ civitati Metropoli Germaniæ Archiepiſcopus ordinatur & Legatus Germanicus Romanæ Eccleſiæ in Franciam mittitur, qui prædicatione ſuâ multos populos Thuringorum Heſſorum & Auſtraſiorum ad fidem rectam convertit. Monaſteria quoque Monachorum & Virginum primus in partibus Germaniæ inſtituit.

Rabboldus Dux Friſonum volens baptiſari. Cum audiſſe plures eſſe in inferno quam in cælo pedem retraxit ex lavacro, ſatius eſſe inquit ut plures quam paucinres ſequerentur.

Francorum regnavit Clotarius annis II.

DCCXX.

Baſilica B. Benedicti in Caſſino monte reædificata eſt Petronio cive Brixienſi pecunias conferente.

Mauri qui per decem annos Hiſpanias occupaverant Gallias invadentes ſuperantur & maxima eorum multitudo necatur à Gallis.

Wolframus Epiſcopus Senonenſis Scientiâ & ſanctitate clarens obiit XIII. kalend. April.

Conſtantinopolitani inſtantia orandi & conſtantia præliandi fortiter reſiſtunt Sarracenis, Sarraceni fame, frigore, bello, peſtilentia ſine numero pereunt.

DCCXXI.

Sarraceni tribus annis CPolim obſedere peſtilentia in civitate & in caſtris prævalente.

Sarraceni ex Africa Duce Abditama in Hiſpaniam transfretant, eámque ſibi vendicant, ita regnum Wiſigothorum & Suevorum eſt deſtructum & redactum ſub Sarracenis.

Francorum Chilpericus regnavit annis quinque.

Sanctus Corbinianus Friſingenſis Eccleſiæ Epiſcopus claruit.

DCCXXII.

Karolus Majordomus Franciæ Alamannos & Bajoarios armis ſubegit. Theodorus

Archiepiſcopus Laureacenſis obiit. Vivilo ſuccedit.

DCCXXIII.

Longobardorum XXVIII. Aſpirandus menſibus tribus regnavit, poſtquam Luitprandus XXIX. filius ejus regnavit annis XXI.

(y) (y) Aſpirandus aliàs Anſprandus, qui apud Bavariam exulaverat, cum Bavaris Italiam vênit, & pugnavit cum Ariperto Rege Longobardorum, eúmque vicit.

Luitprandus corpus B. Auguſtini Ypponenſis de Sardinia, quam Sarraceni depopulaverant, ad Papiam transferri curavit.

S. Pirminius Epiſcopus Metenſis ad Augiam inſulam vênit.

DCCXXIIII.

Carolus Saxones debellat.

DCCXXV.

Sarraceni ab Eudone Duce Aquitaniæ in auxilium ſuum vocati cum Rege ſuo Abdirama, Garonnam Burdegalámque perveniunt, cunctis locis vaſtatis & Eccleſiis igne crematis, Baſilicam quoque Sancti Hilarii Pictavis incendunt.

Bulgarorum Rex Corvedus regnavit annis XXXIII.

Gyztheus Princeps Sarracenorum eo quod imagines Dei & Sanctorum deponi juſſit, mox obiit, cui Elvelid ſuccedit, & annis XX. Sarracenis principatur.

DCCXXVI.

Carolus Sarracenis cum manu valida occurrens & auxilio Dei fretus Regem eorum cum infinitâ multitudine proſtravit, devictisque hoſtibus cum triumphu regreditur.

Leo Imperator contra ymagines Chriſti & Sanctorum ejus, bellum indicit, eásque ubique deponi & incendi jubet.

Francis regnat Theodericus annis XV.

DCCXXVII.

Karolus Burgundiam petens Lugdunum & civitates reliquas ſuæ ditioni ſubegit.

DCCXXVIII.

Eudo Dux moritur, & Karolus Aquitaniæ provinciam abſque bello recepit.

Grimoaldus Dux Bavariæ filius Theodonis obiit.

DCCXXIX.

Cometæ duo menſe Januarii per xv. dies in cœlo viſi, quorum unus ſolem præcedebat in mane, & alter veſperi ſequebatur.

Karolus navali evectione regnum Friſonum ingredirur, interſectisque compluribus Popponem Ducem eorum interimit, ſubverſisque lucis & faunis victor cum præda magna revertitur.

Hucbertus Dux Bavariæ principatur annis XI.

D. Pirminius ex Augia inſula venit in Alſatiam.

DCCXXX.

Gregorius III. Papa ſedit annis X. menſibus VIII. diebus XXIII.

Sarraceni collecto exercitu Avinionem urbem capiunt, & circumquaque regionem vaſtant.

S. Germanus CPitanus Epiſcopus Leoni Imperatori pro impietate ſua auſus contradicere à Sede Epiſcopali eſt dejectus.

Vivilo Archiepiſcopus Laureacenſis à Gregorio Papa pallio honoratur.

DCCXXXI.

Karolus aſſumptis armis urbem Avinionem obſidione vallat inſtructisque machinis capiens magnam Sarracenorum ſtragem effecit.

Beda librum de temporibûs ſive Eccleſiaſticam Hiſtoriam gentis Anglorum hoc anno finit, qui eſt adventus Anglorum in Britanniam circiter ducenteſimus octogeſimus quintus.

In Anglia poſt Oſtricum regnavit VII. Abida Cedulphus litterarum peritus, cui Beda obtulit Anglorum Hyſtoriam ab eo elimandam.

Anaſtaſius Patriarcha CP. ſedit annis XXIIII.

DCCXXXII.

Karolus Gothorum fines penetrans Narbonam obſidet, Rege Sarracenorum Athima intus incluſo.

DCCXXXIII.

Sarraceni de Hiſpania audientes urbem obſeſſam, armati ſuperveniunt, contra quos Karolus dimicans, Regem eum populo usque ad interneccionem delevit.

Conſtantinus filius Leonis Imperatoris Hyrenen filiam Kauan Avarorum Regis uxorem duxit, quæ baptizata viro apoſtotante rectam fidem tenuit.

DCCXXXIIII.

Beda venerabilis Presbyter Anglorum obiit kal. Junii, Indictione XIII.

Sarraceni à Karolo in bello ſuperati, qui gladium effugere poterant, aſcenſis navibus dimerſi ſunt in mari.

DCCXXXV.

Luitprandus Longobardorum Rex Romam obſidet, quo timore Gregorius Karolum Pipini patrem in auxilium oravit.

Pelagius filius Ducis Savillæ ex Cantabria, quem Deus reſervaverat pro elevatione populi ſui, elevatus cum paucis Chriſtianis in Aſturiis, qui ibidem remanſerant, & factus eorum Rex, regnavit annis XIII.

DCCXXXVI.

Regionem Gothicam Karolus ingreſſus urbes famoſiſſimas Nemauſum Agaten & reliqua caſtella capit, deſtructis muris & meniis eorum usque ad fundamenta. S. Chutbertus obiit.

Bellum maximum Pelagii Regis Hiſpanorum cum Sarracenorum maximâ multitudine apud civitatem Ovetenſem poſt multa prælia cepit civitatem Legionenſem, quæ Aſturiis nimium eſt propinqua.

DCCXXXVII.

(y) hæc in marg. ab ead. manu ad h. a adſcripta.

DCCXXXVII.

Leo Imperator omnes Sanctorum imagines deponi comburique juſſit.

Carolus Saxones tributarios facit.

DCCXXXVIII.

Regnum Wiſigothorum finitur.

Karolus regionem Pronvinciam ingreſſus Maurontum * Ducem, qui dudum Sarracenos per dolum invitaverat, ſugere compulit.

* ita Cod.

DCCXXXIX.

Synodus Romæ congregata Epiſcoporum propè mille contra Leonem Imperatorem, qui imagines comburi ſecerat.

Karolus provinciam totam & cuncta ejus loca maritima ſuæ ditioni ſubegit.

DCXL.

Peſtilentia ingens, in qua ſupra trecentena hominum millia Conſtantinopoli periêre., Sarraceni Carthagine moventes in Hiſpaniam navigant, & ejus Provinciæ partem occupant.

Pax & quies regno Francorum per Karolum redditur ad tempus, Gothis ſuperatis, Saxonibus & Freſonibus ſubactis, expulſis Sarracenis provincialibus receptis.

Odilo Dux Bavariæ principatur annis XXVI.

Vivilo Archiepiſcopus Laureacenſis tranſtulit ſedem ad Pataviam annuente Odilone Duce Bavariæ propter inſultum Barbarorum.

Francis regnat Hildericus annis XIX.

DCCXLI.

Karolus filius Pippini Major domus & bellicoſiſſimus Dux Francorum obiit anno regni ſui XXVII. Cariſiaci & apud S. Dionyſium ſepelitur.

Taſſilo Dux Bavariæ natus eſt.

Monaſterium Altahen inſerioris conſilio S. Pirminii Epiſcopi Metenſis & adjutorio Ducis Bavariæ Utilonis ſundatum eſt S. Mauritii ſub monachica profeſſione. Karolus Rex filios reliquit Pipinum, Karolomannum & Griſonem, quorum Griſo minor natu matrem habebat nomine Suanahildem neptem Udilonis Ducis Bavariæ. Hæc illum maligno conſilio ad ſpem totius regni invitavit, tantum ut ſine dilatione Laudunum civitatem occuparet, ac bellum fratribus indiceret. Qui celeriter exercitum colligentes Laudunum poſſident, fratrem in deditionem accipiunt, atque interim ad ordinandum regnum ac provincias, quæ poſt mortem patris à Francorum ſocietate deſciverant recuperandas animos intendunt, & ut in externa profecti domi omnia tuta dimitterent: Karolomannus Griſonem in novo caſtello, quod juxta Arvernum ſitum eſt, cuſtodiri fecit, in qua cuſtodia usque ad id tempus, quod idem Karolomannus Romam profectus eſt, dicitur permanſiſſe.

DCCXLII.

Karolomannus & Pippinus filii Karoli duxerunt exercitum contra Hunoldum Ducem Aquitanorum, & cœperunt caſtrum, quod vocatur Lucas, & in eodem itinere diviſerunt regnum Francorum inter ſe in loco, qui dicitur vetus Pictavis, poſt hoc Carolomannus eodem anno Alemanniam cum exercitu vaſtavit.

Eodem anno natus eſt Karolus Magnus. Karolomannus in diviſione ſortitur Auſtriam & Alemanniam atque Thuringiam: Pippinus verò Burgundiam, Neuſtriam atque Provinciam. Neuſtria Pars eſt Galliæ Celticæ, quæ Sequanæ Ligerique interjacet.

Zacharias natione Græcus Papa ſedit annis X. menſibus III.

Leo Imperator impius moritur.

DCCXLIII.

Karlomannus & Pippinus contra Odilonem Ducem Bajoariorum duxerunt exercitum & inierunt pugnam apud Lech & victores effecti, Carlomannus absque fratre in Saxoniam perrexit & cœpit caſtrum, quod dicitur Hocſcoburch * per placitum & pacis conditionem & Theodericum Saxonem obſidem accepit, qui Sacramentis datis juſſus eſt in patriam redire, ſed poſthabito Sacramento ſeſellit.

* in marg. *Hochſenburch.*

Conſtantinus ſextus filius Leonis Romanorum LXXIIII. cepit & annis XXXV. imperavit.

MCCXLIIII.

Karlomannus & Pippinus Saxoniam cum exercitu ingreſſi ſunt, & rurſum captus eſt ſupradictus Theodericus.

Initium Fuldenſis Monaſterii quod S. Bonifacius Archiepiſcopus Moguntinenſis conſtruere cœpit in ſolitudine Boconia.

Longobardorum XXX. Lachis regnavit annis VI.

Huni altera vice Panoniam ingreſſi cum ſeptem capitaneis ad ea loca, quæ ſeptem caſtra dicuntur.

Karlomannus cum Odilone Duce Bajoariorum pacem fecit.

DCCXLV.

Karlomannus confeſſus eſt ſuo Germano Pippino quod mente diſpoſuiſſet ſolum relinquere & pro amore Dei regnum terrenum deſerere, ut in futura vita centumplicatam reperiret poſſeſſionem. Et in hoc anno nullam fecerunt expeditionem, ſed præparavit ſe uterque, Karlomannus ad iter quod decreverat & Pippinus ut Germanum ſuum ad locum honorificè cum muneribus proſequeretur.

Cinis de cœlo cecidit.

Sidonius Epiſcopus Pataviênſis ſedit annis XII.

S. Wilibaldus filius S. Richardi Regis Angliæ à S. Bonifacio Archiepiſcopo Maguntinenſi avunculo ſuo primus Epiſcopus Aureatenſ. quod nunc Eyſtet dicitur, ordinatur, ſedit annis XXXVI.

DCCXLVI.

Karolomannus Romam perrexit, ibique ſe totondit & in Serapte monte Monaſterium ædificavit in honore S. Sylveſtri, ibique aliquod tempus moram faciens exin

ad

ad S. Benedictum in Caſſinum usque pervenit, & ibi Monachus effectus eſt.

S. Burchardus ordinatus eſt primus Epiſcopus in Wirzburch à Bonifacio.

S. Wigbertus ad Chriſtum migravit.

Bonifacius Archiepiſcopus Moguntinus cum auctoritate Sedis Apoſtolicæ annuente Karolomanno duas ſedes Epiſcopales conſtituit: unam in caſtro Wirtziburg, ubi Burchardum collegam ſuum ordinavit; alteram in loco, qui vocatur Eihſtat, cui Wilibaldus Epiſcopus ordinatus eſt. Idem alios duos Epiſcopatus in Germania inſtituit, unum in opido, quod nominatur Buraburg, alterum in loco, qui dicitur Erpesfurd, quæ fuit jam olim urbs Paganorum ruſticorum per Zachariam Papam confirmatos. In Bavaria verò quatuor voluit eſſe Epiſcopatus in Salzpurg, ubi Johannem poſuit; in Friſinga ubi Erempertum; in Ratispona, ubi Gaibaldum conſtituit; in Patavia, ubi prius Vivilo per Gregorium ſecundum in Epiſcopatu confirmatus eſt. Petrus Damaſcenus Epiſcopus & Petrus Maumenius in Syria martyrizantur à Sarracenis.

Aquenſi urbe à Sarracenis deſolata Corpus Beatæ Mariæ Magdalenæ à Girardo comite Burgundiæ ad cœnobium Viceliacum à ſe conſtructum transfertur XIIII. kal. April.

DCCXLVII.

Griſo frater Pippini & Karolomanni fugit in Saxoniam fratri ſuo Pippino ſubjectus eſſe nolens. Et Pipinus iter faciens per Thuringiam in Saxoniam introivit usque ad fluvium Miſſacha in loco qui dicitur Scaningi * & Grypho collectâ manu unàcum Saxonibus ſuper fluvium Obacro ſedit in loco, qui dicitur Horaheim. Prælium tamen inter eos non eſt commiſſum ſed ex placito diſceſſerunt.

* in marg. *Schabeging.*

S. Bonifacius Archiepiſcopus Moguntinus auctoritate Zachariæ Papæ Eccleſiam Colonienſem erexit in Metropolitanam.

DCCXLVIII.

Griſo de Saxoniâ egreſſus in Bajoariam venit, ipſumque ducatum ſibi ſubjugavit; Hildrudem ſororem Pipini uxorem Udilonis cum Taſſilone filio cepit & ſuæ ditioni ſubjecit. Suideger venit in ſolatium ſupradicti Griſonis. Hæc audiens Pippinus cum exercitu venit illuc omnésque
(z) ſupra nominatos (z) ſecum ſubjugavit, Griſonem & Landſridum ſecum duxit in Franciam; Taſſilonem nepotem ſuum ex ſorore Ducem Bajoariorum conſtituit, Griſonem quoque in partes Neuſtriæ miſit & ei XII. Comitatus dedit. Inde iterum Griſo fugiens Waſconiam petiit & ad Waifarium Ducem Aquitanorum pervènit.

DCCXLIX.

Purchardus Wirziburgenſis Eccleſiæ Epiſcopus & Folradus Capellanus miſſi ſunt Romæ ad Zachariam Papam, ut interrogarent de regibus in Francia, qui illis temporibus non habentes Regiam poteſtatem Reges tamen vocabantur: ſi benè eſſet an non? Et præfatus Papa mandavit Pippino: melius ſibi videri illum Regem vocari qui poteſtatem haberet, quam illum qui ſine Regia poteſtate manebat: & ne perturbaretur Chriſtianitatis ordo per auctoritatem Apoſtolicam juſſit Pipinum Regem creari & ſanctæ unctionis oleo inungi.

Poteſtas regni tota apud Majorem domûs habebatur, excepto quod Chartæ & privilegia Regis nomine ſcribebantur & martis campum qui Rex dicebatur, plauſtro bubus trahentibus vectus, atque in loco eminenti ſedens ſemel in anno à populis viſus, publica dona ſolemniter ſibi oblata accipiebat, ſtante coram Majore domus & quæ deinceps eo anno agenda eſſent, populis annuntiante, ſicque Rege domum redeunte, cætera regni negotia Major domûs adminiſtrabat.

In Calabriâ & Sicilia fit peſtilentia & mortalitas hominum nimia.

In veſtibus hominum & in velis Eccleſiarum apparent cruciculæ quaſi oleo deſignatæ.

DCCL.

Pippinus ſecundum Morem Francorum electus in Regem & unctus per manum S. memoriæ Bonifacii Mogunciacenſis urbis Archiepiſcopi & levatus eſt à Francis in regnum in Sueſſionis civitate. Hildericus verò qui falsò Rex vocabatur eſt attonſus & in monaſterium miſſus.

Translatio S. Kiliani facta eſt.

Beatus Papa Zacharias in venerabili Patriarchio reperit caput B. Georgii martyris in capsâ reconditum, quod in Romanam urbem transtulit.

Aiſtulphus Longobardorum XXXI. regnavit annis VIII. fratre ſuo Lachi monacho facto.

Landſridus moritur.

Regnum Francorum translatum ad Theutonicos in perſona Pipini patre Karoli, videlicet xv. q. v. * item Romanus. Hic Pipinus fuit XXII. Rex Francorum & regnavit annis XVIII. & ſic defecit progenies Clodovæi, poſt annos circiter LXXXVIII. poſtquam Majores domûs cœperunt principari ſuper Reges Francorum.

* ita cod.

DCCLI.

Pippinus Rex in Saxoniam iter fecit, & Hiltegarius Epiſcopus Colonienſis (a) (a) occiſus eſt à Saxonibus in monte Biburch, aliàs in caſtro quod dicitur Wigber, & tunc Pippinus Rex victor extitit & pervènit usque ad locum qui dicitur Rimie juxta fluvium Wiſaram & reverſus eſt in Franciam, ubi nuntiatum eſt ei quod Griſo qui Vaſconiam fugerat & Italiam petere conaretur à comitibus fratris ſui occiſus eſſet in valle Maorienna.

Ste-

(z) nullos nominavit præter Griſſonem & Suidegerum: an ex copioſiori aliquo ſcriptore hæc in Synopſin contracta hic hiant?

(a) erat deleta vox Hildeshaymenſ.

Stephanus Papa in Franciam venit ſolatium & adjutotium quærens pro juſticiis ſancti Petri, venitque Karlomannus monachus ſupradicti Pippini Regis Germanus pro juſſiooe Abbatis ſui in Franciam, quaſi ad conturbandam petitionem Apoſtolicam.

Hoc anno natale Domini in Theodonis villâ Paſcha in Caraſiaco Dominus Rex celebravit.

Zacharias Papa obiit. Stephanus II. ſuccedit, annis V.

S. Quirinus tranſlatus eſt ad Tegernſee monaſterium Bavariæ.

Pipinus Rex Galliarum Eccleſias cantibus Romanæ auctoritatis pio ſtudio melioravit * Campidona vulgariter Kemptn Abbatia conſtruitur.

*ita cod.

DCCLII.

Stephanus Papa confirmavit Pippinum ſanctâ unctione in Regem & cum eo duos filios ejus unxit Karolum & Karlomannum dignitate, cum matre eorum Bertrada aliàs Bertha.

Walfridus Abba in Italiâ clareſcit.

DCCLIII.

Pippinus Rex per Apoſtolicam invitationem Italiam ingreſſus eſt, juſtitiam S. Petri quærens, Haiſtulphum Regem Longobardorum occupatorem in Papiâ civitate incluſo, juſtitiam S. Petri facere coegit. Pro quo XL. obſides recepit, deinde eſt reverſus in Franciam.

Stephanus Papa reductus eſt ad ſedem ſuam permiſſos Regis Pippini Folradum & alios plurimos.

Karolomannus monachus Oſſa S. Benedicti ab Eccleſiâ Floriacenſi tollere nititur ut ea ad caſtrum Caſſinum referret, ſed miraculis & Francis prohibentibus ab incepto deſiſtit.

DCCLIIII.

Karlomannus monachus interim in civitate Vienna remanens cum Bertrada Regina ubi languore correptus diem clauſit extremum, cujus corpus juſſu Regis Pippini ad monaſterium S. Beoedicti ubi monachus erat relatum eſt. Secundum quosdam Bonifacius hoc anno patitur, ſecundum alios anno ſequenti. Anno Epiſcopûs ſui XL. alias XXXVI. quarta junii. Cui ſucceſſit Lullus annis XXXII.

Aiſtulphus Longobardorum Rex poſt receſſum Pipini contracto exercitu Romam obſedit, & tribus menſibus preſſit, & omnia, quæ Pomœrio excluduntur, abſque aliquo divini aut humani juris reſpectu crudeliſſimè vaſtavit, ut plura tunc immanis Tyrannus Romæ ſuburbanis & agro intulerit detrimenta, quam Wiſigothi, Eruli, Oſtrogothi etiam ipſi Longobardi per quatuor & XL. & trecentos annos intulerat.

DCCLV.

Cum audiſſet Pippinus Rex ea non eſſe vera quæ Haiſtulphus promiſerat de juſtitiis ſancti Petri iterum Italiam ingreſſus Papiam obſedit, Haiſtulphum obſidione cinxit & rurſus de juſtitiis S. Petri firmitatem dedit ut ſtabiles permanerent, & inſuper Ravennam cum Pentapoli & omni Exarchato conquiſivit & ſancto. Petro tradidit. Cum autem reverſus eſſet Pippinus Rex in Franciam, meditabatur ſupradictus Haiſtulphus ea fallere quæ promiſerat. Quadam verò die cum venationibus inſerviret percuſſus eſt Dei judicio, vitamque cum regno finivit, cui Deſiderius ſucceſſit.

Conſtantinus Imperator omni ſcelere imbutus magus ac ſacrilegus Chriſtianos perſequitur, & Sanctorum imagines deponi abolerique jubet, convocato ad hoc Synodo Epiſcoporum CCCXXX. in Conſtantinopoli.

Fulradus Abbas S. Dionyſii Pariſienſis Corpus S. Viti martyris à Româ Pariſius tranſtulit.

Conſtantinus Patriarcha Conſtant. Primus perſecutor imaginum ſedit annis XII.

DCCLVI.

Conſtantinus Imp. miſit Pippino Regi cum aliis donis organum (b) & Rex Pippinus tenuit placitum ſuum in compendio, ibique Thaſſilo Dux Bajoariorum venit & ſuus effectus eſt per manus, Sacramentáque multa juravit Pipino & filiis ejus ſuper Corpus S. Dionyſii & S. Germani & ſancti Martini, ſimiliter & ejus homines meliures fecerunt. (b)

Finis Exarchatûs in Italia poſt annos CLXXXV. quam fuerat inceptus.

DCCLVII.

Pippinus Rex iter in Saxoniam fecit & in munitiones Saxonum per virtutem introivit & in loco qui dicitur Sitma (c) multæ ſtrages factæ ſunt Saxonum, ibique promiſerunt omnem voluntatem Regis facturos, tributum etiam CCC. Equorum per ſingulos annos præſentandum parlamenti tempore. (d) (c) (d)

Paulus Papa ſedit annis X.

Crodegandus Epiſcopus Metenſis Pipini Regis ex Alexandria Sorore nepos claret in Gallia qui Gorziam cœnobium fundavit in ditione Metenſi.

Corpus S. Petronellæ virginis Petri Apoſtoli filiæ Romæ à Paulo Papa tranſponitur. Antelinus Patavienſis Epiſcopus ſedit annis VIII.

DCCLVIII.

Natus eſt Pippino Regi Filius, Pippinus vocatus, qui vixit annis duobus & in tertio defunctus eſt. Eodem anno celebravit

Hhh

(b) Organorum ex Græcia miſſorum meminit ad h. a. Schaffnab.
(c) Regino ad h. a. ap. Piſtorium Sitina.
(d) duo hæ voces poſtremæ ab eadem quidem manu ſed alio tempore adſcriptæ.

bravit Natalem Domini in Longolare & Paſcha in Joppila.

Waipharius Dux Aquitaniæ Tyranoidem exercens preſſuras Eccleſiarum Dei movet, deprædationes & injuſtitias multas facit.

Aiſtulpho fulgure perempto Longobardorum XXXII. regnavit Deſiderius, in Italia eorum Rex ultimus annis XVIII.

Bulgarorum Theleſis regnavit annis II.

DCCLIX.

S. Otmarus Abbas S. Galli Warini & Ruothardi potentiâ injuſtè oppreſſus in in-
(e) ſula Rheni Fluminis nomine Stain (e) relegatus migravit ad Dominum.

DCCLX.

Pippinus Rex cernens Waifarium Ducem Aquitanorum minimè conſentire, ut juſtitias faceret Eccleſiis, quæ erant in Francia, de rebus & poſſeſſionibus qui in ſuo ducatu erant, iniit conſilium cum Francis, ut iter pergeret Aquitaniam & ſupradictas juſtitias quæreret, & pervênit usque in
(f) locum qui dicitur Theoad (f) quod cum cognoviſſet Waifarius timore perterritus mittit legatos Othbertum & Dawinum & dedit obſidem Adalgarium propinquum ſuum, & mandavit Pippino, ſe omnia redditurum quicquid in cauſis Eccleſiaſticis idem Rex quærebat.

Pippinus Rex celebravit natalem Domini in Cariſiaco & Paſcha ſimiliter.

Bulgarorum Sabinus regnavit annis VII.

Habdallas Sarracenorum Rex perſequitur Eccleſiam Dei.

DCCLXI.

Waifarius minimè cogitans de obſide & Sacramentis datis, ut ſe vindicaret de injuria quam à Francis præterito anno fuerat perpeſſus, exercitum miſit, qui usque Cabillonem civitatem venerunt, vaſtantes omnia. Quod cum eſſet nuntiatum Pippino celebrandi Synodum in villa quæ dicitur Duria, protinus exercitum movit & Aquitaniam ingreſſus multa caſtella cepit, ſc. Burdellum, Clarum montem, Cantela, Avernum & pervenit usque Leomovicas, vaſtando omnia, & celebravit natalem in Cariſiaco & Paſcha ſimiliter. In hâc expeditione fuit cum eo filius ejus primogenitus Karolus, ad quem poſt Patris obi-
(g) tum omnis imperii ſumma pervenit. (g)

DCCLXII.

Rex Pippinus tertio Aquitaniam cum exercitu vaſtavit & cepit civitatem Bituricas & caſtrum quod dicitur Foartis & celebravit natalem Domini in Gentiliaco villâ, & paſcha ſimiliter.

DCCLXIII.

Rex Pippinus habuit placitum ſuum in Nivernis & quarto ingreſſus eſt Aquitaniam, ibique Thaſſilo (h) Dux Bajoariorum (h)
poſtpoſitis Sacramentis fraudulenter ſe inde ſubduxit, omnia beneficia oblitus, quæ Rex avunculus ejus fecerat & Bajoariam regreſſus, amplius noluit videre ſupradicti Regis faciem, Rex autem Aquitaniam perluſtrans usque ad Caduriciam venit & per Leoniovicas reverſus in Franciam venit, & facta eſt hyems valida & celebravit Rex natalem Domini in Villa quæ dicitur Longolaren & Paſcha ſimilirer.

Turci Caſpiis portis erumpentes Armeniam infeſtant, in quorum patria cum antiquo tempore peſtilentia fuiſſet ſuaſu Chriſtianorum in modo crucis ſe totonderant & quia per hoc ſignum ſalus patriæ reddita eſt, hunc tondendi ritum tenuerunt.

DCCLXIIII.

Rex Pippinus habuit placitum ſuum in Wormatia & cauſam diligenter pertractavit inter Waifarium & Taſſilonem & celebravit Natalem Domini in Cariſiaco & Paſcha ſimiliter. Hoc anno Bearus Virgilius à Pippino Rege ad ſedem Juvavienſem mittitur.

Gelu magnum fit à kalendis Octobris usque ad Februarium.

Sillachus Dux Sueviæ fundavit monaſterium Ottenpeyrn Ordinis S. Benedicti Auguſtenſ. Diœceſ. cujus filius Thoto primus Abbas ibidem fuit, ibique habetur Corpus S. Alexandri martyris, unius ex ſeptem filiis ſanctæ Felicitatis.

DCCLXV.

Rex Pippinus placitum ſuum habuit apud Attiniacum. Et eodem anno, ſicut ſuperiori nusquam profectus eſt. Celebravit natalem Domini in Aquis villâ & paſcha ſimiliter.

Ruotgangus (i) Metenſis Epiſcopus (i)
Corpora Sanctorum Gorgonii, Naboris & Nazarii de Roma adduxit in Franciam.

Odilo Dux Bavariæ obiit in Monaſterio Gengenbach Argentinenſis Diœceſis, quod ipſe cum aliis ſex fundaverat, ſepultus.

Wiſcarius Patavienſis Epiſcopus ſedit annis decem.

DCCLXVI.

Rex Pippinus perrexit quinto in Aquitaniam & placitum (k) ſuum habuit in Au- (k)
relianis civitate & reſtauravit Argentonium
caſtrum (l) quod antea Waiſarius deſtru- (l)
xerat ibique Francos dimiſit ad continendam Aquitaniam ſimiliter & in Bituricas fecit, & celebravit natalem Domini in Salmoniaco & paſcha in Gentiliaco.

Turci

(e) Herm. Contractus apud Piſtor. ad h. a. Rheinſtein vocat.
(f) in marg. Tedo. Todoath Annalis totus ex Reginone ad h. a ubi legitur in Piſtoriana Theodoad de quo loco Valeſii notam adducit Ill. Struvius.
(g) Ex Regione ad h. a. ſed hic quædam accedunt.
(h) in marg. Taſſilo nepos Pipini. vid. ad h. an. Hermannum Contractum.
(i) in marg. Chrodegandus Rhrotgangus.
(k) in marg. Conventum.
(l) in marg. Argentomagum.

Turci egreſſi à Caſpiis portis cum Avaribus bellum inierunt multique ex utrisque perierunt. Corpus Gorgonii conditum eſt in Monaſterio cui vocabulum eſt Gorzia; Naboris in monaſterio quod dicitur nova cella * Nazarii autem in nova cella quod dicitur Lorashaim, in quibus locis miraculis vivunt.

* in marg. *Hilliriacum.*

Lorishaim Monaſterium Chanthur Comes fundavit priori anno Eccleſiæ Metenſi tradidit.

Chrodegandus Metenſis Epiſcopus obiit. S. Gangolfus in Burgundia claret.

Pippinus Rex Thaſſilonem Bavariæ præfecit.

Hic ſeptem monaſteria conſtruxit, Manſee & Krembsmunſter &c. Hic Taſſilo duxit in uxorem Luitpurgam Filiam Deſiderii Regis Longobardorum, ex quâ ſuſcepit duos filios, Guntherum & Theodonem.

Paſſio Dominicæ imaginis facta in Syria civitate Beritho v. Idus Novembris.

DCCLXVII.

Rex in ſupradicta villa Synodum magnam habuit inter Romanos & Græcos de ſancta Trinitate vel de Sanctorum imaginibus & poſt hæc Aquitaniam ingreſſus eſt per Narbonam. Cœpit autem Toloſam & Guadanem & celebravit paſchâ in Vienna civitate. Eodem anno menſe Auguſto iterum Aquitaniam ingreſſus usque Bituricas venit, ibique Synodum tenuit & inde profectus ad fluvium Garonnam pervênit *, multas rupes & ſpeluncas cepit nec non etiam cnntra Scoraliam, Torinnam & Petrociam, & reverſus eſt Bituricas, ibi nuntiatum eſt ei de obitu Pauli Papæ, ibidem etiam celebravit natalem Domini.

* in marg. *Lemovica Aquitaniæ à Pipino capta eſt.*

Circa natalem Domini Virgilius conſecratur in Epiſcopum Juvavienſem.

Sedes Romana vacat per annum propter diſcordiam, nam Conſtantinus ab Imperatore eligitur, à Romanis verò Philippus ſed compoſitis rebus ambo deponuntur. Conſtantinus Imperator & Habdallas Amiras pari veſaniâ in Chriſtianos deſæviunt multosque eorum pro Chriſto perimunt.

Conſtantinus II. Papa ſedit, natione Romanus ex laico ſubito factus presbyter, magno fuit ſcandalo Eccleſiæ Dei, ſed zelo fidelium ab Eccleſiâ deturbatus & oculis privatus eſt & ceſſavit Papatus quaſi per annum.

Bulgarorum Paganus regnavit annis VII. Micheta Patriarcha CP. Hæreticus ſedit annis V.

DCCLXVIII.

Rex Pipinus iter faciens Remis ſtagnum cepit, ad Cantones * civitatem usque pervenit, ibique cepit matrem ſorores & neptes Wayfarii, inde perrexit in locum qui dicitur montes, ibi Herewicus vênit ad eum qui habebat aliam ſororem Waifarii & inde reverſus paſcha celebravit in caſtro quod dicitur Sels; poſthæc aſſumens ſecum Bertradam * reginam cum famulis dimiſit, petragoricum perrexit & interempto Waifario cum triumpho victoriæ ad Sanctones reverſus eſt, ibique moram faciens poſt aliquot dies ægrotare cœpit & inde profectus Turonis venit & orationis causâ ad ſanctum Martinum perrexit. Inde egreſſus Pariſius ad S. Dionyſium vix pervenit, ibique diem clauſit extremum anno ætatis ſuæ LIII. VIII. kal. Obobr. & Dominus Karolus & Karlomannus elevati ſunt in regnum, Karolus in Noviomo civitate, Karlomannus in Sueſſionis, VII. Idus Octobr. & celebravit Karolus natalem Domini in Aquis, & paſcha in Rodomo * civitate.

* erat ſupraſcript. *Sanctonas.*

* in marg. *Berchta.*

* in marg. *Rothomago.*

Stephanus III. Papa ſedit annis IIII. menſis III.

Synodus Romæ congregata omnia Conſtantini Pontificis decreta inſtitutáque irritavit.

Karolus magnus regnavit ſuper Francos annis XLVII.

DCCLXIX.

Karolus Rex Aquitaniam cum exercitu intravit, eo quod Hunaldus diſpoſuiſſet rebellare & totam Aquitaniam & Vaſconiam auxiliante Deo in deditionem recepit, & Hunaldi iniqua conſilia diſſipavit. Inde digreſſus ad Colonienſem civitatem venit, & ibidem ſumpſit plures Francorum cum armis & omnibus utenſibilibus eorum, & abiit trans flumen Dordoniam, & ædificavit ibi caſtrum, quod dicitur Fronticus, & in prædicto præſidio Francos collocavit. Deinde miſſos direxit ad Lupum Waſconem mandans, ut ſimul Hunaldum cum uxore repræſentaret, quod ad eum confugerant. Adductus eſt prædictus Hunaldus cum uxore ad nominatum caſtrum, quem cum recepiſſet, in Franciam eſt reverſus, & celebravit natalem Domini in Duria & paſcha in Leodio vico publico.

DCCLXX.

Karolus habuit ſynodum in Wormatia civitate & Berta * Regina mater Regum perrexit Bajoariam, & in Italiam ingreſſa eſt, & Rex celebravit natalem Domini in Moguntia & paſcha in Heriſtellio, Bertrada verò peracto negotio, pro quo ibat, adoratis etiam Romæ Sanctorum liminibus ad filios revertitur in Franciam. Corpus S. Otmari ex inſula Stain ad Monaſterium S. Galli translatum eſt, quod à decimo anno obitûs ſui incorruptum invenitur.

* ſuprà ſcript. *Bertrada.*

Deſiderius Rex Longobardorum ſub obtentu orandi Romam ingreſſus, aliquos nobilium Romanorum captos excœcavit.

DCCLXXI.

Karolus Rex habuit ſynodum ad Valentinianas. Eodem anno Karlomannus Rex defunctus eſt in villa Salmoniaca II. Non. Decembr. * vênit autem Karolus ad villam Corbiniacum, ubi venerunt ad eum Wiliharius Epiſcopus Sedun. Folcarius & Folradus capellani cum aliis Epiſcopis & Sacerdotibus. Werinus & Adelhardus Comites

* in marg. *Sepelitur Remis*

cum aliis Primatibus, qui fuerunt Karlomanni. Uxot verò Karlomanni cum paucis in Italiæ partes perrexit, & celebravit Rex natalem Domini in Attiniaco & paſcha in Heriſtellio.

Conſtantrinus Imperatot animo adeò averſus ſanctum virum Stephanum per quadraginta annos incluſum, etiam gentibus Reverendum amarâ morte martyrizavit.

DCCLXXII.

Karolus Rex ſynodum tenuit in Wormatia, & inde perrexit in partes Saxoniæ & primo impetu Heresbutch * caſtrum cœpit, & ad Irmenſul idolum usque pervênit, & ipſum ſanum deſtruxit, & aurum & atgentum, quod ibi reperit, abſtulir. Erat autem tum ſiccitas magna ita ut aqua deficeret in ſupradicto loco, & cum vellet ibi Rex duos aut tres dies manere ut prædictum fanum funditus everteret, & aqua exercitui deeſſet ſubito divina largiente gratia omnibus inſciis in quodam torrente aquæ effuſæ ſunt largiſſimè, ita ut omnis exercitus ſufficienter haberet; deſtructo fano Rex verſus Wiſaram * fluvium venit, & ibi cum Saxonibus placitum habuit & accepit XII. obſides, & reverſus eſt in Franciam, & celebtavit natalem Domini in Heriſtellio & paſcha ſimiliter.

* in marg. *nunc Mersburg.*

* in marg. *alias Vijurgim*

Adrianus Papa ſedit annis XXIIII.

Hunaldus Dux Aquitaniæ Romam quaſi ibi perſeveraturus, venir; qui ad Longobardos ſugiens apoſtotavit. Ibi non multo poſt lapidibus obrutus malè periit.

Conſtantinus Imperator contra Bulgaros navali prælio pugnaturus, navibus ſuis ſcre duobus milibus, impetu aquilonis contritis totum penè exercitum amiſit.

Taſſilo Dux Bavariæ Carinthiam ſubjicit, & Theodo filius ejus Romæ baptiſatus eſt ab Hadriano PP.

DCCLXXIII.

Rex pervênit ad Hiemandum in Theodonis villa, ubi eum adiit Pertus miſſus ab Hadriano Papa, invitans eum unàcum Francis ut pto amore Dei ſeu pro juſtitia ſancti Petri acquirenda contra Deſiderium Regem Longobardorum veniret, venit præſatus legatus pet mare usque Maſſiliam, inde per terram usque ad Regem, & ideò per mare venit, quia viæ clauſæ eranr Romanis à Longobardis, cúmque à ſuis hortaretur ad iter, in Italiam ptofectus eſt; Genuam civitatem veniens ſynodum tenuit, & ibi exercitum diviſit in duas partes. Ipſe cum una parte per montem Cmiſum venit, & Bernardum avunculum ſuum miſit cum reliqua parte per montem Jovis, conjunxitque uterque exercitus ad Cluſas. Quod cum cognoviſſet Deſiderius Regi & Francis cum armatis occurrit. Tunc Rex ad easdem Cluſas caſtra poſuit, & miſit occulrè unam Scaram de clectis viris per Montana, hoc ſentiens Deſiderius Cluſas reliquit, & quam citius Papiam ingreſſus eſt, Rex autem cum omnibus auxiliante Deo ſine læſione Italiam ingreſſus eſt, & cum Papiam perveniſſet, Deſiderium intrinſecus latitantem obſedit, ibique in ſua caſtra celebravit Natalem Domini & paſcha in Roma. Corpora ſanctorum Martyrum Gordiani & Epimachi de Roma translata ſunt in Alemanniam & recondita in Campiduna, vulgatiter Kempten Monaſterio Ordinis S. Benedicti ibidem conſtructo.

Paulus Patriarcha Conſtantinopolitanus hæteticus ſedit.

DCCLXXIIII.

Rex Karolus dum in Italia moram faceret, Saxones occaſione acceptâ poſtpoſitis Sacramentis in finibus Francorum impetum fecerunt, & usque ad caſtrum Buriaburg venerunt: Quorum adventum incolæ loci præſentientes in jam dictam munitionem ſe receperunt; igitur cum præfata gens ſæviens cœpiſſet ſotinſecus villarum ædificia concremare, venerunt ad quamdam Baſilicam in loco, qui dicitur Fricdislar * quam ſanctæ Memoriæ Bonifacius Martyr conſecravit, atque prophetiæ ſpiritu prædixit nunquam incendio crematuram. Cœperunt autem præfati Saxones omni intentione certare adversùs eandem Baſilicam quemadmodum per quodlibet ingenium igne cremari poſſent, & cum hoc agerent, apparuetunt quibusdam Chriſtianis, qui crant in caſtello, ſimiliter aliquibus paganis in eodem exercitu exiſtentes duo juvenes in albis veſtibus, qui ipſam Baſilicam ab ignc protegebanr tam ab intra quam ab extra. Interea nutu divinæ majeſtatis pavore perterriti, in fugam converſi ſunt nemine proſequente. Inventus eſt autem poſtea unus ex eisdem Saxonibus mortuus juxta ipſam Baſilicam flexis genibus acclinis ſuper pedes habens ignem & ligna in manibus & velut ore flarer, ipſam Baſilicam crematurus.

* in marg. *Friteslar.*

Dum hæc aguntur Karolus à Roma reverſus Papiam venit, ipsámq; civitatem armis cœpit, inſuper Deſiderium Regem cum uxore ſua & filia omnémque theſaurum palatii comprehendit, ibique venientes omnes Longobardi de cunctis civitatibus Italiæ ejus ſe ſubdiderunt Dominationi. Adalgiſus verò filius Deſiderii Regis ſugâ lapſus mare introiit, & Conſtantinopolim perrexit. Karolus ſubjugatâ Italia & otdinata, cuſtodiam Francorum dimittens in Papia, cum magno triumpho in Franciam reverſus eſt: & cum veniſſet in locum, qui dicitur Hengihinheim miſit quatuor Scaras in Saxoniam, tres pugnam cum Saxonibus inierunt & vicerunt. Quatta verò Scata non habuit pugnam, ſed captâ magná prædá reverſi ſunt in Franciam, & celebravit natalem Domini in Cariſiaco & paſcha ſimiliter.

Paulus Forojulianus Longobardicæ Hiſtoriæ Scriptor in Galliam traductus eſt, & magno in honore apud Karolum habitus eſt: ſed cum in ſuſpicionem veniſſet, quod de libetatione Deſiderii Regis cogitare cœ-

piſſet

piſſet, in Diomedis inſulam relegatus eſt. Unde poſt aliquor annos fugiens in Caſinenſi Monaſterio egit vitam.

Regnavetunt in Italia Longobardl annis CCIIII. & illam ferè rotam poſſederunt præter urbem Romam, quam in hujus gentis poteſtatem nullo unquam tempore deveniſſe conſtat, regia verò eorum apud Ticinum conſtiruta, varios præterea principatus per Italiam habebant, quibus gentium ſuarum præponebanr duces, inter quos præcipui & per ſucceſſiones obſervati ſunt, unus apud forum Julii in ipſo Italiæ ingreſſu, alius apud Spolerum, in media penè Italia, tertius Beneventi ad inferiorem Italiæ partem regendam.

Baſilica S. Nazarii Martyris dedicata eſt in Laureshaim, & translata ſunt oſſa ejus.

Principium belli, quod Karolus Magnus contra Saxones per tres & triginta annos proſperè geſſit, cum interim per ſe & filios præfectos ac duces ſuos contra Hunnos, Hiſpanos, Britannos in Iralia quoque ac contra alias quasdam nationes feliciſſimè debellaret.

Carolus Deſiderio Rege ſuperato itetum Romam venit, ſynodum conſtiruir cum Adriano Papa aliisque CLIII. Epiſcopis & Abbatibus, in qua Adrianus Papa cum univerſa ſynodo dedit ei jus eligendi Ponrificem & ordinandi Sedem Apoſtolicam, dignitatem quoque patritiatûs, inſuper Archiepiſcopos & Epiſcopos per ſingulas provincias ab eo inveſtituram accipere definivit.

Bulgarorum Thelericus regnavit annis VIII.

Virgilius Epiſcopus Salzburgenſis, Eccleſiam S. Ruperti à ſe conſtructam dedicavir & corpus S. Ruperti à Monaſterio S. Petri unà cum Sede Epiſcopali in eam transtulit.

DCCLXXV.

Rex Karolus habuit ſynodum in villa, quæ dicitur Duria, inde in Saxoniam pergens Sigiburch caſtrum cepit: Heresburch reædificavir, ſuper Wiſaram fluvium venir in loco, qui dicitur Brunisberg, ubi occurrerunt ei Saxones volentes dicti fluminis ripam defendere auxiliante Deo & Francis decertantibus ſugatis Saxonibus ambas ripas Franci occupaverunt, multique Saxones occiſi ſunt. Tunc Rex dividens exercitum ſumpſit ſecum partem, perrexitque usque Obracum fluvium, ubi omnes orientales Saxones venientes cum Haſſino Duce eorum dederunt, juxta quod placuit Regi, & juraverunt ſacramenta; ſimiliter eo revertente venerunt Angrarii In pago, qui dicirur Bucki unàcum Brimone Duce eorum, & fecerunt ſicut orienrales Saxones, interea cum Francis, qui ſuper fluvium Wiſaram remanſeranr, Saxones pugnam commiſerunt, ubi Franci victores plures ex Saxonibus interſecerunt. Hæc audiens Rex iterum contra Saxones cum exercitu vergens multam ſtragem fecir, & prædam copioſam cepit, ſuperans Falvos, qui coacti obſides dederunt. Obſidibus itaque receptis & prædâ multâ capta Rex in Franciam eſt reverſus, ubi nuntiatum eſt ei, quod Rodgaudus Longobardus poſtponens fidem & ſacramenta adverſus eum rebellare diſponeret. Statim illis in partibus iter arripuir, & celebravit natale Domini in villa, quæ dicitur de Zeziſtat.

Epiſcopium Bremenſe à Karolo Rege conſtituitur, & Waldaher primus Epiſcopus ibi inſtituitur.

Waldericus Epiſcopus Pictavienſis ſedit annis XXXI.

DCCLXXVI.

Karolus Rex Italiam ingreſſus Forjulianorum partes petiit Rogaudum * rebellem captum decollari juſſit, ad Tarviſium civitatem venit ibique paſcha celebravit & ordinatis rebus derelictisque Cuſtodibus ex Francis in civitatibus, quas adverſus eum ſenſerat, in Franciam reverſus eſt, interea Saxones cognita abſentiâ Regis more ſolito ruptis Sacramentis, in unum conglobati Heresburch caſtrum aggrediuntur, fraudulenter Francis ſuadent, ut de caſtro exeant, & cum pace in patriam pergant. Sed cum illi ſallacibus monitis minimè aſſenſum præberent, machinas præparant, munirionem obſidione cingunt, & maximis viribus certanr, ſed nihil proficiunt. Quadam iraque nocte cum iretum redivivo certamine bellum pararent, apparuit gloria Dei manifeſtè ſuper domum Eccleſiæ, quæ erat infra caſtrum, videntibus multis tam Chriſtianis quam paganis, nam duo ſcuta apparuerunt ſuper præfatam Eccleſiam ſanguineo colore flammantia & velur in prælio quibusdam motibus agitantur. Itaque pagani hoc ſignum aſpicienres timore & formidine repleti, mox in fugam converſi ſunt, & in tantam amentiam devenerunt, ut ſtrictis gladiis mutuis ſe armis confoderent: quanto verò illi plus pavore perterriti fugerunt, tanto magis Chriſtiani confortari omnipotentem Deum laudabant, qui ſalvos facit ſperantes in ſe; ex prædicto igitur loco cum tanta confuſione diſcedentes venetunt ad aliud caſtrum, quod appellatur Deſuburg, ubi voluerunr ſimiliter facere, ſed Deo auxiliante Francisque eis repugnantibus viriliter, nihil prævaluerunt. Oppidani verò proſecuri ſunt eos usque ad flumen Lypa & multos ex eis occiderunt. Itaque Rex Wormatiam veniens ſynodum placitúmque tenuir ibi publicum, & concilio ſoluto mox Saxonum fines penetravit & velut ingens tempeſtas omnia proſternit, munitiones irrumpit, Saxones perterriti ad locum, ubi Lippa oritur, venetunt, ibi ſe & ſuam patriam regi tradiderunt, & ſpoponderunt ſe Chriſtianos eſſe, tunc Rex unà cum Francis reſtauravir Heresburch caſtrum ſupra Lippam, ubi venientes Saxones unà cum uxoribus & parvulis innumerabilis multitudo baptizati ſunt in nomine Domini. Poſthæc obſides quantos Rex experiit dederunt, reſormaris etiam caſtellis cuſtodiisque diſpoſitis Karolus in Franciam revertitur, & celebrârunt natalem

* in marg. *Rotgaudum.*

Domini in Heriſtellio & paſcha in Nuimaga.

Saxones poſt multas cædes & varia bella afflicti tandem Chriſtiani effecti Francis ſubduntur.

DCCLXXVII.

Rex Karolus Saxoniam ingreſſus placitum tenuit in loco, qui dicitur Padesprunna, ubi omnes Saxones convenerunt, excepto Widichinde uno ex primoribus Weſtfalorum, qui cum paucis Saxonibus in partes Nortmanniæ confugit. In eundem etiam locum venerunt Saraceni de partibus Hiſpaniæ, quorum nomina ſunt hæc: Ibinalarabus præfectus Cæſar Auguſtæ & filius Devizeſi, qui jam Joſeph nominabatur & gener ejus. Ubi etiam multitudo Saxonum baptizata eſt, & ſecundum conſuetudinem ſacramenta dederunt, ut perderent ingenuitatem, & omnem hæreditatem, niſi conſervarent ſuſceptam Chriſtianitatem & promiſſam fidelitatem Regis & filiorum ejus. Karolus in Franciam reverſus celebravit natalem Domini in Duciaco & paſcha in Aquitania in loco, qui dicitur Caſſinogilo.

Conſtantinus Imperator filius Leonis perſecutor Chriſtianorum & Eccleſiarum Legisque deſtructor, Deo & hominibus odibilis plagâ peſſimi incendii divinitus percutitur, & vivus adhuc clamans igni in extinquibili ſum traditus miſerabiliter moritur.

Quibusdam in Italia rebellionem meditantibus Carolus Rex Italiam repetit, & forum Julii capit, & Ducem ejus Rolandum rebellionis incentorem decollari præcepit, capto quoque Tarviſio urbe cæteris terrorem incuſſit.

Circa hæc tempora corpus Beati Valentini Epiſcopi à Taſſilone Duce Bavarorum in Pataviam civitatem deportatum & ibi tumulatum eſt, quod tamen à Longobardorum gente de caſtro Majenſi ablatum & in Tridentum deportatum fuerat, ubi prædictus Dux illud accepit.

Monaſterium Krembsmünſter Patavienſis diœceſis ædificatum & fundatum à Taſſilone Duce Bavariæ in honore S. Agapiti Martyris Ordinis S. Benedicti. Hujus Taſſilonis filius Senior Gunthertus nomine cum in venatione exiſteret ab apro letaliter percuſſus ex vulnere moritur, ibidem ſepelitur, & ſuper tumulum capellula de lignis conſtruitur. Poſtea idem Taſſilo Monaſterium ibidem erexit & dotavit, à fluvio Krembs denominatum.

DCCLXXVIII.

Karolus cum exercitu Hiſpaniam ingreſſus eſt. Venit verò primò ad Pampilonam civitatem, dein ad Cæſar-Auguſtam urbem perrexit, ubi innumerabilis multitudo de partibus Burgundiæ, & Auſtraſiæ, Bajoariæ ſeu Provinciæ & Septimaniæ, pars etiam Longobardorum in auxilium Francorum venerunt, obſidione itaque cinctâ civitate, territi Sarraceni obſides dederunt & immenſum pondus auri, ejectis itaque Saracenis de Pampilona, murisque ejusdem civitatis dirutis, Waſconibusque ſubjugatis in Franciam revertitur.

Interea Saxones, audientes quod Karolus cum Francis tam longa terrarum ſpatia abeſſet, ſuadente Witichindo ſecundum conſuetudinem iterum rebellati ſunt, & ad Duciam caſtrum * quod Coloniæ civitati contiguum eſt usque venerunt, cædibus, rapinis & incendiis omnia devaſtantes. Quod cum nunciatum eſſet Regi revertenti & jam commoranti Antiſiodoro civitate, miſit idem Princeps Scaram unam ex electis viris, qui eorum violentiæ reſiſteret, Saxones audientes incolumitarem Regis & adventum Francorum in fugam converſi ſunt. Quos Franci è veſtigio ſequentes repererunt ſuper fluvium Adarna in partibus Haſſorum in loco, qui dicitur Liheſi, ubi pugna cœpta & finita, Franci victores extiterunt, & multitudo Saxonum ibi occiſa eſt, & celebravit Rex natalem Domini in Heriſtellio & paſcha ſimiliter.

* in marg. *Tuitium.*

Leo Quintus filius Conſtantini perſecutoris Romanorum LXXV. cepit, & annis V. imperavit.

Monachi Fuldenſis Cœnobii propter timorem Saxonum aſſumptis ſecum S. Bonifacii Martyris oſſibus fugerunt de Monaſterio per millia paſſuum ferè XIII.

DCCLXXIX.

Karolus venit in villam Compendium, ubi ſe obtulit Hildbrandus Dux Spoletanus cum multis muneribus ejusque dominationi ſe ſubdidit. Eodem anno tenuit Synodum in Duria & poſt hæc Saxoniam ingreſſus usque ad Lippam venit, conati ſunt Saxones reſiſtere in loco qui dicitur Buochol *, ſed nihil prævaluerunt, aperta autem via, Falvos ſubjugaverunt & omnes Saxones Weſtfalos, qui ultra Wiſaram morabantur. Veniens autem Rex in loco, qui dicitur Medofulli accepit obſides & Sacramenta ab Angrariis, à Saxonibus & Oſtfalliis qui ab eo deſecerant, & reverſus eſt, celebravit quoque natalem Domini in Wormatia & paſcha ſimiliter.

* in marg. *Hocholtz.*

Stutmi Abbas Fuldenſis obiit, cui ſucceditBaugolf ejusdem monaſterii monachus.

Carolus Auguſtam & Papilloniam nobiliſſimas Hiſpaniæ urbes vaſtat eo quod earum populi recipere fidem Chriſti noluiſſent.

DCCLXXX.

Karolus Saxoniam ingreſſus ad Heresburch * venit & inde ad locum ubi Lippa conſurgit, ibi Synodum tenuit, inde progreſſus ad Albiam fluvium venit & in ipſo itinere Bardegavenſes & multi de Nordwitis baptizati ſunt in loco, qui dicitur Horaheim ultra Obacrum fluvium & pervenit usque ad fluvium, & pervenit usque ad locum ubi Jora * confluit in Albiam, Diſpoſitis itaque tam Saxonibus quam Sclavis in Franciam reverſus eſt, inito conſilio ut

* in marg. *nunc Mersburg.*

* in marg. *Hora.*

Romam

Romam pergeret orationis cauſâ unàcum conjuge Hildegarda, celebravit Natalem Domini in Papia civitate.

Carolus Rex Hiſpaniam invadens cepit & plura miranda ibi egit contra Sarracenos & Principem eorum Aygolandum, unà cum Rolando.

DCCLXXXI.

Karolus iter pergens celebravit paſcha in Roma, & ibi baptizatus eſt ejus filius Pippinus ab Adriano PP. qui & ipſum de ſacro fonte ſuſcepit, & duo filii ejus à ſupradicto Pontifice inuncti ſunt In Reges, Pippinus ſupra Italiam. Ludovicus ſupra Aquitaniam. Inde reverſus venit Mediolanum, ubi baptizata eſt filia ejus Giſila ab Archiepiſcopo Thoma, qui & ipſe eam de ſacro fonte levavit, his ita peractis reverſus eſt in Franciam.

Per idem tempus Legati Apoſtolici Formoſus & Damaſus Epiſcopi cum nuntiis Regis Siculſo * Capellano Ewardo Magiſtro directi ſunt ad Taſſilonem Bavariæ Docem, commonentes & conteſtantes ex auctoritate Apoſtolica, ut recordaretur priorum Sacramentorum, & non aliter facerent, quam ſicut jure jurando jam dudum promiſerat Pippino Regi & Filiis ejus. His admonitionibus conſenſit Taſſilo & ſumptis obſidibus à Rege, venit Wormatiam, ubi renovavit Sacramenta & duodecim obſides dedit, celebravit autem Rex natalem Domini in Cariſiaco & paſcha ſimiliter.

* in marg. *Richolfo.*

Karolus dividit terram inter Epiſcopos in Saxonia, ut in fide Chriſti & Regis fidelitate Saxoniam tenerent, in qua erat Diœceſis Aſnaburgenſis præfata prima omnium in Saxonia, quam conſtruxit in honorem S. Petri, ut Eccleſia ibi converſa more petræ firma permaneret, & in honore Sanctorum Criſpini & Criſpiniani, ordinans ibi ſcolas Græcas & Latinas jugiter permanere ſigna multa apparuerunt, inter quæ ſignum crucis in veſtimentis hominum frequentiſſime viſum eſt, ſanguis etiam è terra ac de cœlo perhibetur fluxiſſe.

Madiamiras Sarracenus multos pro Chriſto utriusque ſexûs martyrizat.

S. Wilibaldus Epiſcopus Eyſtetenſ. obiit nonis Julii anno ætatis ſuæ LXXVII.

Karolus Magnus pro divini cultûs augmento Saxoniam veniens, eandem in octo Epiſcopatus Bremenſem, Halberſtadenſem, Hildesheimenſem, Verdenſem, Padeburnenſem, Mindenſem, Monaſterienſem & Oſnabrugenſem diviſit, & terminos dictis epiſcopiis conſtituit.

DCCLXXXII.

Karolus Rex Coloniam veniens Rhenum tranſiit & ſynodum tenuit, ubi Lippa conſurgit, ubi omnes Saxones convenerunt excepto rebelli Witechindo, illuc etiam venerunt Legati Sigifridi Regis Danorum & Godefridi Regis Nortmannorum Altdem & Hosmundus, nec non etiam Legati Avarorum miſſi à Caliaco * & Vigorro peracto placito reverſus eſt in Franciam, Saxones igitur fidem violant, arma corripiunt, ſuadente Witichindo. Rex verò ea tempeſtate miſerat nuntios ſuos ad Algiſum & Gailonem atque Cunradum viros potentes ut ducerent exercitum Francorum & Saxonum ſuper Sclavos paucos, qui adhuc rebelles erant. Hi Sclavi dicti ſunt Sorabi, qui campos inter Albiam & Salam jacentes incolunt, hi partes Thuringorum & Saxonum & confines deprædandi cauſa ſunt ingreſſi. Supradicti Principes cum jam in itinere eſſent audientes, quod Saxones rebellâſſent, ſuper eos arma verterunt, & commiſſo prælio multos ex eis interſecerunt. Ceciderunt etiam in ea pugna duo Duces Adalgiſus & Gailo in monte, qui dicitur Sundal. Hoc audiens Imperator cum Francis, quos ſub celebritate congregare potuit, illuc perrexit & pervênit usque ad locum, ubi Alara confluit in Wiſaram. Tunc omnes Saxones iterum convenientes ſubdiderunt ſe ſub poteſtate prædicti Regis & reddiderunt ſeditioſos, qui illam rebellionem ſuſcitaverant ad occidendum quatuor millia & quingentos viros, qui omnes unâ die juſſu Regis decollati ſunt.

* in marg. *Kagano.*

Witichindus verò partibus Nortmanniæ aufugit, interfectis itaque ſeditioſis exilióque damnatis Rex in Franciam reverſus eſt, & celebravit natalem Domini in Theodonis villa & paſchâ ſimiliter.

Saxones ne iterum recidivam paterentur in Saligenſtat, quod nunc Oſterwig dicitur, Epiſcopatum Karolus conſtruxit in honorem S. Stephani Protomartyris, & idem ſanctum Hilderinum Epiſcopum præfecit, & poſt annos XL. idem Epiſcopatus tranſlatus eſt in Haberenſtat, qui nunc Paderbornenſis dicitur.

Leo Imperator febre correptus moritur.

Bulgarorum Cardamus regnavit annis XXIX.

Eccleſia in Chiemſe dedicatur.

DCCLXXXIII.

Obiit Hildegardis Regina II. kal. Maji, quod evenit tunc in vigilia aſcenſionis Domini. Rex Karolus iterum Saxoniam ingreſſus eſt, eo quod Saxones iterum rebellâſſent, & cum paucis Francis ad Thietmalli venit, ubi Saxones paraverunt pugnam in campo viriliter, tunc Rex cum Francis ſuper eos irruit, & magnam ſtragem ex eis fecit. Ita ut perpauci fuga laberentur *, poſt peractam victoriam venit Rex ad Paderesbrunna, ubi coadunato exercitu denuò ſupra Saxones irruit, qui ſe ſociaverunt ſuper flumen Aſa. Ubi iterum pugnâ initâ non minor numerus Saxonum cecidit, quam in ſuperiori prælio. Tunc Rex Wiſaram tranſiit, & ad Albam usque pervênit, poſt hæc in Franciam revertitur. Eodem anno obiit Bertrada * Regina IIII. Idus Julii, & cum Wormatiam veniſſet, Rex ſociavit ſibi in Matrimonium Faſteradam Reginam, & celebravit natalem Domini in Heriſtellio & paſcha ſimiliter.

* repone: *elaberentur.*

* in marg. *Berchta*

Faſtrada

Faſtrada Regina Filia fuit Ratolfi Comitis de Orientali Franciâ de qua Karolus habuit duas filias.

Conſtantinus Proximi Leonis Filius Romanorum LXXVI. cepit & cum Hyrene matre ſuâ annis decem imperavit. Apud Conſtantinopolim inventa eſt aurea Lamina in qua ſcriptum erat, Chriſtus naſcetur de Virgine Maria & credo in eum. Sub Conſtantino & Hyrene o ſol iterum me videbis.

Sintbertus Epiſcopus Ratisponenſis Eccleſiam B. Emmerami conſtruxit Theraſius Patriarcha Catholicus CP. ſedit annis XXI.

DCCLXXXIIII.

Karolus ingreſſus eſt Saxoniam eo quod iterum rebellâſſent & cum eis aliqua Pars Freſonum & pervenit usque ad Huculm circumeundo & vaſtando omnia. Erat autem nimia inundatio aquarum. Ipſe igitur per Thuringiam ab Orientali parte intravit ſuper Weſtfalaos, porro filium ſuum Karolum dimiſit cum valida manu contra Weſtfalaos. Igitur Rex Thuringiam ingreſſus pervenit usque ad fluvium Albiæ & inde ad Tacapſurt, dein ad Scainge ex quo loco reverſus eſt in Franciam, Weſtfalai verò congregaverunt ſe ſuper Lippam. Quibus occurrit filius Regis in pago, qui dicitur Dragim & iniverunt pugnam, quibus vitiliter ſuperatis reverſus eſt Wormatiam ad genitorem ſuum. Rex itaque conſultis fidelibus iterato hiemis tempore Saxoniam intravit & celebravit natalem Domini Skidrioburg Wizzongewi ſupra fluvium Ambra in villa quæ dicitur Luihidi. S. Virgilius Epiſcopus Saltzpurgenſis obiit.

Circa hæc tempora Corpus Beati Valentini Epiſcopi, quod à Longobardorum gente de caſtro Magenſi, ubi primitus conditum fuerat, ablatum erat, & in Tridentinam urbem deportatum à Taſſilone Duce Bavarorum, in Pataviam civitatem cum ſummo honore devectum & ibi tumulatum eſt.

DCCLXXXV.

Rex usque ad Rine venit ſupra fluvium Wiſeram, ubi confluit Wachna & propter nimiam inundationem aquarum inde reverſus eſt Heresburg, ubi uxorem ſuam Faſteradam cum filiis & filiabus venire juſſit & ibi totam hyemem reſedit, ubi etiam paſcha celebravit & multis vicibus Scaras contra Saxones miſit & eorum caſtra deprædatus eſt, & in Majo Synodum habuit, inde iter peragens nullo contradicente totam Saxoniam circuivit, venit autem in Bardngauni & inde miſit poſt Witechindum & Albionem & utrosque ad ſe venire fecit, quos Sacramento firmavit ut in Franciam ad eum venirent, qui acceptis obſidibus ad Tiniacum * ad Regem venerunt, ibique baptizati ſunt, tunc tota Saxonia ſubjugata eſt Francis & in eadem villa celebravit natalem Domini & Paſcha ſimiliter.

* Attiniacum.

Karolus Mirichganordenſem Eccleſiam, quæ modo monaſterienſis vocatur, in Honorem S. Pauli fundavit.

DCCLXXXVI.

Karolus miſit exercitum ſuum partibus Britanniæ unàcum miſſo ſuo Adulfo Principe Cocorum, ubi multa caſtra acceperunt Franci & eorum primates repræſentaverunt Wormatiam Regi in publico conventu, tunc Rex videns ſe ex omni parte pacem habere Romam perrexit orationis cauſa & ibi cum legatis imperatoris colloquium haberent, & celebravit natalem Domini in Florentia civitate.

S. Lullus Archiep. Moguntinenſis obiit. Richolſus ſucceſſit. Multa viſa ſunt prodigia, ſignum Crucis in veſtimentis hominum apparuit, ſanguis è cœlo terráque profluxit.

DCCLXXXVII.

Karolus Rex Romam venit & ab Adriano Pontifice honorifice eſt ſuſceptus, ubi aliquot dies moratus eſt, quod cum audiſſet Heregiſus * Dux Beneventorum timore perterritus miſit Romaldum filium ſuum cum magnis muneribus ad Regem, poſtulans pacem promittens ſe omnem voluntatem ejus facturum. Sed his ſuaſionibus minimè Apoſtolicus credidit ſed magis hortatus eſt Regem, ut Beneventi fines intraret quod & fecit; & cum Capuam veniſſet Heregiſus reliquit Beneventum & in Salernum ſeceſſit, ibique ſe munivit. Exin miſit Grimaldum, nam Rumaldum Rex ſecum retinebat cum magnis muneribus offerens obſides & promittens omnem fidelitatem, tantum ut ab impugnatione ceſſaret. Tunc Rex cum conſultu fidelium & ſacerdotum, ne penitus Epiſcopia & monaſteria devaſtarentur, elegit duodecim obſides & tredecimum filium ſupradicti Ducis Grimaldum & acceptis muneribus juraverunt omnes Beneventi & reverſus eſt Romam ibique celebravit paſcha cum præſule ſedis Apoſtolicæ. Venerunt autem in eundem locum miſſi Taſſilonis Ducis Bajoariæ Arnus Epiſcopus & Hunricus Abba rogantes Papam, ut faceret Papam litémque terminaret inter Karolum Regem & Taſſilonem Ducem, pro quâ causâ multum decertavit Apoſtolicus, Rex autem ad poſtulata reſpondit, ſe hoc per multa tempora quæſiſſe, ſed minimè obtinere potuiſſe, ne tamen inobediens videretur eſſe monitis Apoſtolicis aſſeruit, ſe in præſentiâ ejusdem Papæ cum eisdem miſſis pacem velle firmare: illis autem renuentibus atque dicentibus, non ſe audere pro Seniore definitivam proferre ſententiam neque ſe ad hoc deſtinatos eſſe, videns Apoſtolicus facta mendacia & cognoſcens inſtabilitatem ejusdem Ducis, iratus anathemizavit prædictum Taſſilonem & omnes illi faventes, niſi fidelitatem, quam Regi Pippino & filio ejus Karolo promiſerat per omnia obſervaret, conteſtans per eosdem miſſos eundem virum

* in marg. *Harigiſus.*

rum

rum & monens ne per ejus obturationem & perfidiam Chriſtianotum ſanguis funderetur & terra devaſtaretur, & ſi ipſe Dux nullatenus obediret, tunc Karolus & exercitus ejus abſoluti eſſent à Deo & ſancto Petro & quicquid in ducatu cjus perpetratum eſſet in incendüs & homicidiis vel qualicunquo malitia totum hoc ſuper Taſſilonem & ſocios ejus reverteretur, & Rex & Franci eſſent innoxii, his verbis abſolutis legatis Taſſilonis, Rex oratione ad limina ſanctorum cumpleta & benedictione percepta in Franciam greſſum dirigit & Wormatiam ubi erat Faſtarada conjunx cjus pervenit, ubi Synodum congregavir & manifeſtavit ſacerdotibus & optimaribus regni cauſas Itineris & qualiter verſuriâ Taſſilonis coram ſummo Pontifice eſſer deprehenſa, miſit itaque cum conſultu fidelium ad eundem Taſſilonem monens ut Apoſtolicis adhortationibus ubtemperaret, qui cum nollet obedire Rex partibus Bajoariæ exercitum movit & venit in locum qui dicitur Lechfelt ſuper civitatem Auguſtam, & venerunt orientales Franci Thuringi & Saxones ſuper Danubium in locum qui dicitur Faringa, porrò Pippinus Rex do Italiâ cum exerciru venir ad Tridentum. Tunc perſpiciens Taſſilo ſe ex omni parte eſſe circumdatum vidénſque quod Bajoarii magis eſſent fideles Karolo quam ſibi undique coartatus venit ad eum, tradens ſe manibus ejus ad ſervirium reddens ducatum ſibi commiſſum à Pippino Rege, & ſe in omnibus peccâſſe & malè egiſſe confeſſus eſt, & denuò renovans Sacramenta dedit XII. obſides electos & tertium decimum filium ſuum Thiedonem, Rex receptis obſidibus reverſus eſt in Franciam & celebravit Naralem Domini in Engilinheim & paſcha ſimiliter.

Eclypſis ſolis facta eſt XVI. kal. Oct. hora ſecunda. Ruodtrudis filia Regis à Conſtantino Imperatore deſponſatur.

DCCLXXXVIII.

Rex congregavit ſynodum in præfata villa * ibique venit Taſſilo, cœperunt autem eum Bajoarii accuſare quod fidem promiſſam violâſſet ſuadente Uxore Luitpurga, & objecta Taſſilo denegare non potuit, ſed comprobatus eſt ad Avaros poſtea tranſmiſiſſe & in vitam fidelium Regis conſiliaſſe. Ad ultimum confeſſus eſt, dixiſſe etiam ſi decem filios haberet, omnes magis velle amittere quam ita manere ſicut juraverar. Ex his & aliis multis ab omnibus dijudicatus eſt ad mortem, & cum omnes capitalem ſententiam proclamarent, Rex miſericordiâ motus & quod conſanguineus ejus eſſet, obtinuit ab ipſis Dei & ſui fidelibus ut non moreretur; interrogatus ergò à Rege quid agere veller terræ proſtratus licentiam in Monaſterium intrandi expetiit, ut ibi peccata ſua deplorare poſſer. Similiter Thiedo filius ejus fecit, igitur attonſi ſunt & in monaſterium miſſi ſcilicet Lorshi à ſe conſtructo alias Laureshaym, pauci Bajoarii qui cum Taſſilone ſenſerant in exilium deportati ſunt.

* in marg. *Ingilhaim.*

Eodem anno commiſſum eſt bellum inter Græcos & Longobardos Ducibus Hildebrando de Spoleto & Grimaldo de Benevento & Winegiſo à Rege directo cum Francis & fugati ſunt Græci & victores extiterunt Franci & Longobardi.

Per idem tempus pugna commiſſa eſt inter Avares & Francos qui in Italiâ habitabant & Deo largiente victoriam obtinuerunt Franci. Tertia commiſſa eſt inter Avares & Bajoarios in campo Ibore & fuerunt ibi miſſi Regis Grahamannus & Otacar cum aliquibus Francis, ibi ſimiliter Franci & Bajoarii victores extiterunt, hæc omnia ſupradictus Taſſilo & uxor ejus Liurpurga terminaverunt. Quarra pugna fuit contra Avares qui voluerunt vindicare eus qui in prælio ſuperius dicto ecciderunt, ſed victoria Chriſtianis ceſſit. Puſt hæc Karolus ad Ratiſponam venit, ibique marchas & fines Bajoariorum diſpoſuir, inde reverſus eſt in Franciam & celebravit Natalem Domini in Aquis palatio & paſcha ſimiliter. Attonſo Taſſilone Duce Bavaria ulterius non Duci ſed comitibus ad regendum eſt commiſſa & Geroldus in Norico ſubſtituitur præfectus.

Hic eſt Taſſilo Dux qui in ſervitio & officio divino ampliando devotiſſimus (m) exiſtens monaſteria celebria conſtruxir, Chremsmunſter, Männſee, item Monaſterium S. Petri Lorshi & Wizzinbumnen, Paraviam civitatem Bavariæ inſtaurans & renovans Epiſcoparûs ſedem, quæ apud Lauriacum, priusquam ab Hunnis everteretur, erat; inibi conſtituit. Alia etiam Monaſteria fundavit, Ennsdorf, Rot, Benedictn Pewrn, Ätl, Nidernburg in Paraviâ monialium Ordinis S. Benedicti in Honore Beatæ Virginis & S. Pantaleonis, Swäbiſchwerd, irerum Rot; Nernshaym, Polling, Nunnenwerd, Pernried, Tierhawbt, Matſee.

DCCLXXXIX.

Rex Karolus Rhenum tranſiit, ad Coloniam venit ibique duos pontes conſtruxit & ex utraque parte pontis caſtra ædificavit ex lignis & terra & inde progreſſus Sclavorum fines intravit & Sclaves cognomento Wiezi ſuo Domino ſubjugavit & ierunt cum eo in eodem loco cum exercitu Franci, Saxones Freſones autem navigio venerunt per habiola fluvium; fuerunt etiam cum eo Sclavi, Servi & Aurerici quorum Princeps vocabarur Witzan, obſidibus itaque receptis reverſus eſt in Franciam & celebravit naralem Domini in Wormatia & paſcha ſimiliter. Cauſa autem hujus belli erat, quod Wietzi ſive Welctabi Abodritos, qui cum Francis olim fœderati erant, aſſiduâ incurſione laceſſebant. Si-

(m) Et talis cum eſſet ab iſtis Dei fidelibus (ut ſuperius dicuntur) pro inſigni Clementia, ne moreretur obtinuit. Quanto melius Arnulphus quem hi malum vocarunt.

nus quidam ab occidentali oceano verſus orientem porrigitur Longitudinis quidem incompertæ, latitudinis verò quæ nusquam centum paſſuum excedat, cum in multis locis contractinr inveniatur. Hunc multæ circumſedent nationes, ſiquidem ac Sueones quos Normannos vocamus & ſeptentrionale litus & omnes in eo inſulas tenent. Ac litus auſtrale Sclavi & Aiſti & aliæ diverſæ incolunt nationes, inter quas vel præcipui ſunt quibus tunc à Rege bellum inſerebatur Welerahi, quos ille una tamen & quam per ſe geſſerat expeditione ita contudit ac domuit ut ulterius Imperata non recuſarent.

Hoc anno Hyrene Imperatrix Græcorum ſoluta pace nuptialis fœdetis cum Francis miſit & adduxit puellam de Armeniacis nomine Mariam & junxit eam filio ſuo Conſtantino Imperatori multum contriſtato, propter affectum quo erga Filiam Karoli Ruodtrudem flagrabat, quam antea deſponſaverat.

DCCXC.

Rex nullum iter fecit, ſed in ſupradictâ civitate celebravit Natalem Domini & paſcha. Legatos Hunnorum audivit ſuosque ad eorum Principes miſit. Agebatur autem inter eos de confiniis regnorum ſuorum, quæ res futuri belli fuit Seminarium.

Adelgiſus Deſyderii Regis Longobardorum filius qui ad Græcos confugerat, eorum functus auxilin in Italiam revertitur, ubi non multo poſt prælio ſuperatus interiit.

Synodus Nicena congregatur ccev. Epiſcoporum inſtantia Adriani Papæ & Thaſaſii Patriarchæ CPitanl, in quâ fides Catholica in præſentia Hyrenes & filii ejus Conſtantini cunctorum ſubſcriptione roboratur & hæreſis Execrantium imagines Dei & Sanctorum in perpetuum abdicatur. Declaratum etiam & affirmatum eſt in hoc concilio Spiritum ſanctum à Patre & Filio procedere.

DCCXCI.

Karolus ad partes Bavarorum perrexit & ad Ratisponam venit, ubi Exercitum ſuum convenire juſſit, ibique cum conſilio optimatum regni diſpoſuit ire in Avarum regnum propter malitiam intolerabilem quam in Galliarum populos commiſerant & in Eccleſias Dei. Venit igitur cum exercitu usque ad Aniſum fluvium ubi triduanum jejunium cum Letania fuerunt pro ſalute exercitûs poſtulantes adjutorium Dei & vindictam inimicorum. Rex itaque litora Danubii de auſtrali parte tenuit, Saxones autem cum quibusdam Francis & plurimâ multitudine Freſonum de Aquilonari: & ita pergentes venerunt ubi jam dicti Avares munitiones habebant paratas, de Auſtrali parte ad Chumberg de Aquilonari verò ripâ in loco qui dicitur Champ, ſic enim nominatur ille fluvius qui ibi influit in Danubium. Itaque Avares cum vidiſſent ex utraque ripa exercitum & claſſem per medium fluvium venientem, tantus terror Deo faciente cecidit ſuper eos, ut dimiſſis præſidiis munitionum fugæ latibula quærerent. Et ſic Chriſto Duce uterque exercitus absque læſione Pannoniam intravit. Pervênit autem Rex usque ad fluvium qui vocatur Raba, omnia cædibus ac incendiis rapiniſque devaſtans & inde reverſus ad Ratisponam celebravit ibi Natalem Domini & paſcha ſimiliter.

* Karolus exercitum triſariè dividit, ipſe cum Francis Alemannisque & Bajoariis ex Auſtrali parte Danubii Cumanum Montem (Kumberg) Saxonibus & Thuringis cum parte Francorum per litus ſeptentrionale pergentibus: Friſones verò & qui cum ipſis deputati ſunt navali evectione per Alveum euntibus Pannoniam ingreſſi ſunt.

* hæc in marg. erant adſcript ab eâdem manu.

Aneſus fluvius limes eſt inter Pannoniam ſuperiorem & Auſtriæ terram & Bavariam, Licus verò fluvius ab occidente dividit Bavariam ab Alamannis & Suevis.

Eodem anno fundata eſt Eccleſia S. Bonifacii Archiepiſcopi.

S. Burchardus Wirzburgenſis Epiſcopus obiit III. Non. Febr.

Studium Pariſienſe quod per multa ſæcula floruit Principium habuit procurante Alcuino Karoli præceptore.

Volderus Comes Hervordiæ hortante Karolo cœnobium nobilium puellarum in Hervordia Veſtphaliæ prope Angrariam fundavit & dotavit.

DCCXCII.

Nulla expeditio per Regem facta eſt, ſed tantum pons ſuper naves ad flumina transſeunda compactus eſt, anchoris & funibus ita cohærens ut jungi & disjungi poſſit, & celebravit Rex Natalem Domini in Ratiſpona.

Eodem anno Feliciana Hæreſis condemnata eſt, quem Felicem Engelbertus in præſentiam Adriani Pontificis adduxit & poſt confeſſionem hæreſim abdicavit. Quibusdam Francis agentibus conſpiravit contra Karolum filius ejus Pippinus ex concubina itemque alii propter Faſtradam Reginam, cujus crudelitatem ſe ferre non poſſe Franci dicebant, quæ conſpiratio dum per Fardulphum Longobardum detecta fuiſſet, ipſe ob meritum fidei ſervatæ monaſterio S. Dionyſii donatus eſt, Pippinus attonſus in monaſterium retruditur; auctores verò conjurationis partim gladio cæſi partim patibulo ſuſpenſi ſunt. Rege autem propter bellum cum Hunnis ſuſceptum Ratiſponæ ſedente perſuaſum eſt ei à quibusdam, poſſe percomodè à Danubio in Rhenum navigari ſi inter Radanciam & Altimonam fluvios ejusmodi foſſa duceretur quæ eſſet navium capax, quod horum fluviorum alter Danubio alter Rheno miſceretur. Confeſtim Rex cum omni comitatu ſuo ad locum huic operi aptum venit, ac magna multitudo hominum congregata totum autumni tempus in hoc conſumpſit: Ducta eſt itaque foſſa duorum millium paſſuum inter prædictos fluvios

Lon-

Longitudine, trecentorum pedum latitudine. Sed fruſtra; nam propter juges fluvios & terram quæ paluſtris eſt naturaliter opus quod fiebat ſtare non potuit, ſed quantum terræ interdiu à foſſoribus egeſtum fuerat, tantum noctibus humo iterum relabente ſubſidebat, vallem igitur quam facere intendebat de flumine Altimona in Moenum flumen inchoavit apud villam quæ dicitur Pubnhaim & perduxit usque ad villam quæ dicitur Graben verſus Weiſſenburch.

DCCXCIII.

Karolus de Ratiſpona proficiſcens ad foſſatum magnum inter Alemoniam * & Radenza venit, ibique ſummi Pontificis legati cum magnis muneribus in præſentiam ejus venerunt. Ibi etiam nuntiatum eſt ei, Saxones iterum more ſolito fidem & promiſſa violâſſe: inde Navigio per Radenza Mohin * ingreſſus natalem Domini celebravit in Wirtzburg.

* in marg. *Altimona.*

* in marg. *Menum.*

Conſtantinus Imperator Hyrenen matrem ſuam violenter privans imperio ſolus regnavit annis V.

Conſtantinus congreſſus Chardamo Regi Bulgarorum turpiter victus dehoneſtatur, Chardamus ſublato omni Regio apparatu ditatur.

Pipinus Karoli Regis ex Concubina natus Gippo deformis à quibusdam Francorum principibus promiſſionibus illectus contra patrem conjuravit, unde convictus tonſuratur & in Prumia cœnobio retruſus usque ad finem vitæ Deo militavit.

DCCXCIIII.

Celebravit Rex paſcha in Franconofurt ibique congregat Synodum magnam Epiſcoporum Galliarum, Germanorum, Italorum, ibi fuerunt Apoſtolici Legati Theophylus & Stephanus Epiſcopi. In hâc Synodo tertia condemnata eſt hæreſis Feliciana, Pſeudo-Synodus Græcorum quam pro adorandis imaginibus fecerunt à Pontificibus rejecta eſt.

Eodem tempore obiit Faſtrada Regina & in monaſterio ſancti Albani honorifice Moguntiæ ſepulta eſt. Poſt hæc Rex diviſo exercitu in duas partes Saxoniam ingreſſus eſt, ipſe per Turiogiam, Karolus filius ejus ad Coloniam Renum tranſivit, Saxones vero congregantes ſe in loco Finisfelt præparaverunt ſe ad pugnam, cum verò audiſſent ſe ex duabus partibus eſſe circumdatos, diſſipavit Deus Conſilia eorum quamvis fraudulenter Chriſtianos ſe eſſe & fideles Regi fore promiſerunt. Rex inFranciam reverſus celebravit natalemDomini in Aquis Palatio & Paſcha ſimiliter.

Conſtantinus Imperator multos nobilium oculis privat, aſſeverans eos cum matre ſua Hyrene conjurâſſe.

DCCXCV.

Rex venit Moguntiam ibique tenuit placitum ſuum in villa quæ dicitur Cuſſinſtein * in ſuburbio ejusdem urbis ultra Renum contra Moguntiam juxta mare, audiens verò quod Saxones ſecundum conſuetudinem promiſſionem ſuam, quam de obſervanda Chriſtianitate & fidelitate Regis tenenda fecerant, irrita feciſſent, cum exercitu Saxoniam intravit & usque ad fluvium Albiam pervênit ad locum qui dicitur Hliuni, in quo iisdem diebus Witzan Abrotidorum Rex à Saxonibus occiſus eſt. Ibi etiam venerunt Legati Thudum qui in gente & Regno Avarum magnam poteſtatem habebant, affirmantes quod idem Thudun cum terrâ & populo ſuo ſe Regi dare vellet & ejus ordinatione Chriſtianam fidem ſuſcipere. Rex itaque afflictis magnâ ex parte Saxonibus eorúmque terrâ vaſtatâ acceptis obſidibus in Franciam rediit & celebravit Natalem Domini in Aquis & paſcha ſimiliter.

* ſuperius erat ſcriptum: *Cuſſinſtein.*

DCCXCVI.

Adrianus Papa obiit & Leo mox in Pontificatum ſucceſſit, ſtatimque miſit Regi Legatos cum muneribus, etiam Claves confeſſionis ſancti Petri & vexillum Romanæ urbis direxit. Heinricus Dux Forojulianorum miſſis hominibus ſuis cum Wonomiro Sclavo in Pannoniam Iringum gentis Avarum Principem * improvisè expoliavit fatigatis inter ſe civili bello principibus, Caganus & Juguro inteſtinâ clade interempti ſuot, Theſaurum priſcorum Regum multa Sclavorum prolixitate collectum idem Dux Karolus ad Aquis Palatium miſit, quo accepto peractâ largitori omnium bonorum gratiarum actione, magnam partem inde Romam ad limina Apoſtolorum miſit per Engelbertum S. Richarii Abbatem, reliquam partem optimatibus, Clericis ſive Laicis cæterisque fidelibus ſuis largitus eſt.

* in marg. ad h. l. *Ringus regia Hunorum.*

Per idem tempus Thudun ſecundum promiſſionem ſuam cum magnâ parte Avarum ad Regem vênit & ſe cum populo ſuo & Patriâ Regi tradidit, & ipſe & populus ejus baptizatus eſt & muneribus ſuſceptis redierunt ad propria.

Eo tempore Rex cum exercitu Saxoniam ingreſſus eſt & Pippinus Rex cum exercitu Pannoniam introivit; venit autem legatio Pippini Regis ad Patrem inSaxoniam quod Avares poſt interfectionem priorum ducum ſuper ſe conſtituiſſent Regem nomine Kaiam & Pippinus contra eum certare diſpoſuit. Rex peragratâ Saxoniâ in Franciam ſe recepit & in Aquis Palatio filium ſuum Pippinum à Pannoniâ redeuntem & partem Theſauri qui remanſerat adducentem lætus aſpexit. Pippinus igitur cum exercitu à Karolo in Pannoniam (ſive Huniam) miſſus, veniens usque ad celebrem eorum locum, qui dicitur Rinch, iterum omnes eorum Principes ſe reddiderunt Pippino; qui inde revertens partem Pannoniæ circa lacum Peliſſa inferioris ultra fluvium, qui dicitur Raba, & usque ad Dravum flumen & eo usque, quo Dravus fluit in Danubium, pro-

Digitized by Google

ut poteſtatem habuit, prænominavit cum doctrina & Eccleſiaſtico officio procurare populum, qui remanſit de Hunnis & Sclavis in illis partibus Arnoni Juvavienſium Epiſcopo, usque ad præſentiam genitoris ſui Karoli Imperatoris.

Leo III. Papa ſedit annis XX. menſibus tribus.

Karolus Baſilicam Aquisgrani ædificans ut peregregiè inſigniret opus marmoreas columnas & varii generis ornamenta Româ Ravennáque devehi fecit.

DCCXCVII.

Barcinona civitas Hiſpaniæ, quæ jam pridem à Francis diſceſſerat per Thathun Sarracenum præfectum ipſius Francis eſt reddita. Nam ipſe ad palatium veniens civitatem cum ſemet ipſo Regi tradidit. Eo tempore expeditio facta eſt in Saxoniam & usque ad Oceanum trans omnes paludes & invia loca pertranſiit exercitus, & Rex de Adulo * (hoc enim loco nomen eſt) ubi Oceanus Saxoniam alluit, regreſſus totâ Saxonum gente in deditionem acceptá per obſides, in Aquis palatium reverſus eſt, ubi Abdellam Saracenum filium Ibin magni Regis, qui à fratre regno pulſus fuerat, in Mauritania exulabat, ipſe ſemetipſo commendante ſuſcepit. In eodem loco & Legatus Nicetæ, qui tunc Siciliam regebat nomine Theophylus venit, Epiſtolam Imperatoris portans quem honorificè ſuſcipiens poſt aliquot dies abſolvit, ipſe verò Novembri menſe ad hyemandum cum exercitu Saxoniam intravit, poſitisque caſtris juxta Wiſeram fluvium locum caſtrorum Heriſtellium * vocari juſſit. Illuc Legati gentis Avarum cum muneribus magnis venerunt. De eodem loco Abdellam Saracenum cum filio ſuo Ludowico in Hiſpaniam ire juſſit, & Pippinum filium ſuum in Italiam remiſit, ipſe ad diſponendam Saxoniam totum hyemis tempus impendens, ibi natalem Domini celebravit & paſcha ſimiliter. Karolus in Saxonia in terra Hadelen in caſtro Hamonis, id eſt Jovis, Epiſcoparum fundavit. dictus Hamenburgenſis.

* in marg. *Hadaloha.*

* *Heriſtal.*

Hyrene Conſtantinum filium captum oculis privat, & ſola regnavit annis quatuor.

DCCXCVIII.

Venit ad Regem Legatus Alfonſi Regis Galiciæ & Aſturiæ nomine Frola, papilionem miræ magnitudinis præſentans, & in ipſo paſchæ tempore Nörthuldi trans Albiam ſedentes, ſeditione commotá Legatos regios, qui tunc ad juſtitias faciendas apud eos converſabantur, comprehenderunt quosdam ex eis trucidaverunt, cæteros ad remedium ſervaverunt. Rex itaque collecto exercitu de Heriſtelli ad locum, qui Mindia dicitur, perrexit, & facto conſilio in deſertores arma corripuit, & totam inter Albiam & Wiſeram Saxoniam depopulando peragravit, Northuldi contra tranſalbianoi Ducem Abrotidorum & Hebroinum Legatum Regis commiſſo prælio victi ſunt, cæſa ſunt ex eis in eo prælio quatuor millia, cæteri, qui fugerant, de pacis conditione tractare cœperunt. Rex acceptis obſidibus à Saxonibus in Franciam reverſus eſt, & Aquis perveniens legationem Græcorum à CPoli miſſam ſuſcepit. Erant enim Legati Michaël Patritius quondam Frigiæ & Theophylus Presbyter Epiſtolam Hyrene imperatricis ferentes, nam filius ejus Conſtantinus Imperator à ſuis comprehenſus excæcatus eſt; hæc tamen legatio tantum de pace fuit, quos cum abſolviſſet, cum eis etiam abſolvit Siſinnium fratrem Taraſii CPolitani Epiſcopi jam dudum in Italia prælio captum.

Hoc anno ſydus Martis in toto cœlo non comparuit.

Inſulæ Baleares à Mauris & Saracenis deprædatæ ſunt.

Balthart Abbas Herveldenſ. Cœnobii obiit.

Corpus S. Alexandri filii ſanctæ Felicitatis integrum datur à Leone Papa Tertio Walberto filio Wydekindi Regis Angrarorum, & deſertur in Saxoniam, & locatur honorificè in Wildeshauſen. Mauri Piraticam exercere incipiunt.

DCCXCIX.

Romani Leonem Papam Letaniâ majore captum excæcaverunt ac linguam ejus radicitus abſciderunt, qui in cuſtodia miſſus noctu per murum evaſit, & ad Legatos Regis, qui tunc apud Baſilicam S. Petri erant, ſcilicet Wirundum Abbatem & Winegiſum Spoletanorum Ducem veniens, Spoletum ductus eſt. Rex Saxoniam ingreſſus apud Padesprunnam caſtris poſitis conſedit, ad colloquium Sclavorum & ad recipiendos Saxones, qui ex Nordvinis venerunt, in Bardengew direxit. In eodem loco Leonem Papam ſummo cum honore ſuſcepit, ibique reditum filii ſui Karoli expectans Leonem Pontificem ſimili, quo ſuſceptus eſt, honore dimiſit: qui ſtatim Romam profectus eſt. Rex recepto cum proſperitate filio, Aquis repedavit, ubi Legatus Michaëlis Siciliæ præfecti nomine Daniel ad eum venit, atque inde cum magno honore dimiſſus eſt.

Eodem anno gens Avarum à fide, quam promiſerat, defecit, & Heinricus Dux Forojulanorum poſt tot victorias proſperè geſtas juxta Tarſicam Liburniæ civitatem inſidiis civium oppreſſus eſt. Per idem tempus Geroldus Comes & Bajoariæ Præfectus commiſſo cum Avaribus prælio interficitur, de quo in viſione Wettrini legitur, quod inter Martyres ſit annumeratus. Inſulæ Baleares, & à Mauris & Saracenis deprædatæ ſunt poſtulato & accepto auxilio à Francis, à prædonum incurſione deſolatæ ſunt, ſigna quoque in pugna ſublata regi præſentata ſunt.

Wido Comes, qui marcas contra Brittones tenebat cum ſociis Britanniam ingreſſus, totámque perluſtrans in deditionem recepit, & Regi de Saxonia revertenti arma Ducum, qui ſe tradiderant, inſcriptis ſingulorum nominibus præſentavit, totáq; Britaña,

quod

quod nunquam antea fuit, Francis ſubjugata eſt.

Eodem anno Monachus quidam de Jeroſolymis veniens, reliquias multas attulit Regi ex parte Patriarchæ Jeroſulymitani, Rex celebravit natalem Domini in eodem Palatio.

DCCC.

Rex Karolus abſolutum Monachum Jeroſolymitanum miſit * cum eo Zachariam Presbyterum de Palatio ſuo & per illum multam pecuniam miſit per illa ſancta Loca, ubi Dominus corporaliter converſatus eſt. Ipſe medio Martio de Aquis egreſſus litus Oceani Galliei perluſtratus eſt, & in ipſo mari, quod tunc à Pyratis infeſtabatur, claſſem inſtituit, præſidia diſpoſuit, Paſcha apud S. Richarium celebravit, indéque iterum per litus Oceàni ad Rotomagum civitatem pervenit, ibique Sequana amne transmiſſo Turonis ad ſanctum Martinum orationis cauſa profectus eſt, ibi aliquot dies moratus propter adverſam Luitgardæ conjugis valetudinem, quæ ibidem defuncta etiam humata eſt. Obiit autem II. non. Junii, inde per Aurelianas ac Pariſienſ. regreſſus Aquis palatium venit.

* Regino apud Piſtor ad h. a. *dimiſit, &c.*

Eodem anno II. Non. Julii contra morem & naturam aſpera & gelu concreta fuit pruina, & VII. Idus Julii ſimiliter, ſed tamen nullam incommoditatem fructibus attulit. Menſe Auguſto Moguntia placitum habuit, & inde movens exercitum Ravennam venit, ubi ſeptem dies moratus, Romam greſſum direxit, filio ſuo Pippino cum exercitu in Beneventum miſſo, itaque cum ad Romam pruperâſſet, occurrit ei pridie Leo Papa & Senatus Romanorum apud Nomentum duodecimo ab urbe lapide & ſummá cum humilitate ſummóque honore ſuſcepit, prandens cum eo in eodem loco. Igitur ſtatim cum ad urbem proceſſit, & in craſtino in gradibus Baſilicæ B. Petri Apoſtoli ſtans miſſis obviam Romanæ urbis vexillis cum crucibus atque reliquiis ordinatis atque diſpoſitis per congrua loca tam peregrinorum quam civium turmis, qui venienti laudes dicerent. Ipſe vero cum Clero & Epiſcopis ante gradus Eccleſiæ eum humiliter ſuſcepit, datáque benedictione in Baſilicam S. Petri cunctis pſallentibus introduxit, hoc autem factum eſt VIII. kal. Decembris, poſt ſeptem verò dies Rex concione vocata, cur Romam veniſſet, patenter * indicavit, & inde quotidie ad ea, quæ venerant, facienda operam dedit. Inter quod maximum & difficilimum erat de diſcutiendis criminibus, quæ ſummo Pontifici objecta erant, cauſa itaque ventilata eum nullus probator aut teſtis legitimus appareret, qui locum controverſiæ ſubire præſumeret, præfatus Pontiſex coram omni populo in domo S. Petri Evangelium portans ambonem conſcendit, invocatóque Sanctæ Trinitatis nomine jurejurando de objectis ſe criminibus purgavit. Eadem die Zacharias Presbyter cum duobus Monachis uno de mónte Oliveti, altero de Bethleem Romam venit, quos Epiſcopus Jeroſulymorum ad Regem direxit, qui benedictionis causâ claves ſepulchri Domini ac loci Calvariæ, claves etiam civitatis cum vexillo detulerunt. Quos Rex benignè ſuſcipiens aliquot dies ſecum detinuit, & menſe Aprili remuneratos abſolvit, & celebravit ibi Rex natalem Domini, die autem ſanctiſſimæ Nativitatis Domini primo diluculo venit Rex unà cum Domino Apoſtolico ad corpus S. Petri, & dona multa obtulit in confeſſione Beatiſſimi Apoſtoli, in vaſis aureis obtulit puriſſimi auri quaſi libras quingentas, prius enim diſcum argenteum rotundum magnum & ſpecioſum, Deo & ſancto Petro dedit. Eadem die ipsáque hora poſt multa munera digniſſima coronat ſanctiſſimus Apoſtolicus Regem Karolum in Imperatorem eum omni populo diadema impoſita capiti ejus & appellatus eſt à cuncto populo tunc primum & ſolus omnium Auguſtus Imperator.

* Editus Regino apud Piſtor. ineptè *patienter.*

Octavâ die circumciſionis Dominicæ ad oſtiarium ſacrum Imperator coronam auream obtulit Deo & beatiſſimo Petro appendentem libras quinquaginta, quæ ſuper altare S. Petri catenulis ſuſpenſa manet, variis & pretioſiſſimis lapidibus ornata. Die verò Epiphaniæ in figura credentium primicie gentium obtulit ad tumulum beati Petri calices tres, duos pro liberis, unum majorem pro ſe, habentem puriſſimi auri libras XLII. & patenam auream appendentem libras XXII. Sancto etiam Paulo multa munera dedit, egenis & pauperibus pro Chriſti amore tria milia argenti libras erogavit. Aaron frater Moyſi Sarracenorum XXII. cepit & annis XXI. principatus eſt.

DCCCI.

Cum Rex Karolus ipſo die natalis Domini ante confeſſionem S. Petri ab oratione ſurgeret, Leo Papa coronam capiti ejus impoſuit, & à cuncto Romanorum populo ter acclamatum eſt Karolo Auguſto à Deo coronato magno & pacifico Imperatori vita & victoria & poſt laudes more antiquorum Principum adoratus eſt, & ablato Patritii nomine Imperatur & Auguſtus appellatus eſt, poſt paucos autem dies juſſit eos, qui anno ſuperiori Pontificem depoſuerant exhiberi & habitâ de eis quæſtione ſecundum Legem Romanam ut majeſtatis rei capitali ſenrentiâ damnati ſunt, pro quibus tamen Papa pio affectu apud Imperatorem interceſſit, nam & vita & membrorum integritas eis conceſſa eſt. Cæterum pro facinoris magnitudine exilio deportati ſunt. Hujus facinoris fuêre Principes Paſcalis, Numiculator, Campulus & Sabellarius & multi alii nobiles Romani, qui omnes eadem ſententia damnati ſunt, ordinatis itaque Romanæ urbis totiúsque Italiæ non tantum publicis ſed etiam Eccleſiaſticis rebus & negotiis, miſsáque iterum ſuper Beneventanos cum Pippino filio ſuo hoſtili expeditione. Ipſe poſt Paſcha Spoletum adiit. Quarto kal. Maji hora noctis ſecunda terræmotus ingens factus eſt, quo tota Italia gravitet concuſſa eſt, quo motu tectum Ba-

Annus Regni Karoli XXXIII. Imperii primus.

ſilicæ Beati Petri Apoſtoli ex magna parte corruit cum trabibus ſuis, etiam tunc loca quædam circa Renum & in Gallia & in Germania terræmotu tremuerunt, & deinde peſtilentia propter molliciem hiberni temporis facta eſt.

Imperatot de Spoleto in Ravennam veniens aliquot dies ibi moratus Pappiam perrexit. Ibi nuntiatum eſt ei Legatos Aaron & Amirmulin Regis Perſarum portum Piſæ intrâſſe, quibus obviam mittens inter Vercellis & Heboreiam eos ſibi fecit præſentari, unus ex eis Perſa erat, de Oriente Legatus Regis Perſarum, alter Saracenus de Africa Legatus admirati Abraam, qui in confinio Africæ in ſoſſato præſidebat, qui Iſaac Judeum, quem Imperator ante quadriennium ad Regem Perſarum cum Lantfrido & Sigiſmundo miſerat, reverſum cum magnis muneribus nuntiaverunt, nam Lantfridus & Sigiſmundus in itinere defuncti ſunt. Miſit itaque Imperatot Herchelbaldum notarium in Liguriam ad naves parandas, ut ea, quæ deferebantur, ſubveherent. Ipſe vero celebrato die Nativitatis ſancti Johannis Baptiſtæ apud Heboreiam Alpes transgreſſus in Galliam reverſus eſt.

Ipſa æſtate capta eſt civitas Hiſpaniæ Barcilona, jam tunc mious plus biennio obſeſſa. Zatus præfectus eſt, & alii plures Saraceni comprehenſi ſunt, & in Italia Theate civitas ſimiliter capta & flammis exuſta, ejus præfectus Rotſelmus comprehenſus, caſtella, quæ ad illam civitatem aſpiciebant, in deditionem ſuſcepta ſunt. Zatus & Rotſelmus exilio damnati ſunt. Menſe Octobris Iſaac Judæus de Africa cum Elephanto regreſſus portum veneris intravit, & quod propter nives Alpes tranſire non potuit, in Vercellis hyemavit. Imperator Aquis natalem Domini celebravit.

Karolus Magnus Romanorum LXXVI. cœpit & imperavit annis XIIII. menſe uno, diebus IIII. in ejus perſona imperium transfertur ad Theutonicos.

Karolus tecepto Imperatorio nomine cum in Galliam reverteretur per Ethruriam tranſiens in memoriam acceptæ dignitatis Florentiam urbem magna ex parte deſolatam reparavit, urbanámque Nobilitatem variè per vicina oppida diffuſam reduxit, & nova inſuper circumducere mœnia majore ambitu procuravit.

DCCCII.

Hirene Imperatrix de Conſtantinopoli miſit Legatum nomine Leonem ad Karolum Imperatorem de pace confirmanda inter Francos & Græcos, & Impetator miſit CPolin Jeſſe Epiſcopum Ambianenſem & Elingaudum Comitem, ut pacem cum ea ſtatuerent, & ut poſtularent Hirenen Imperatricem, ut illi jungeretur in Matrimonio, quæ in hoc conſenſiſſet, ſi non ejus Patritius inhibuiſſet provinciales imperium in fratrem Niceſorum ſuum transferre ſatagens. Nam cum adhuc in urbe eſſent Legati Karoli Niceforus imperium invaſit & Hirenen in Monaſterium, quod ipſa conſtruxit, relegavit, imperavit annis VIII.

Paſcha celebtatum eſt in eodem Palatio. Eodem anno XIII. kal. Auguſti venit Iſaac cum Elephanto & cæteris muneribus miſſis à Rege Perſarum, in præſentiam Imperatoris; nomen Elephantis erat ambulans.

Ortona civitas Italiæ in deditionem recepta eſt, Luceria quoque frequenti obſidione ſatigata & ipſa in deditionem veoit, præſidiúmque Francorum in ea poſitum eſt. Imperator æſtatis tempore in Arduenna venationibus operam dedit, & miſſo in Saxoniam exereitu trans Albios Saxones vaſtavit. Grimaldus Beneventanorum Dux in Luceria Winigiſum Comitem, qui Spoleti præſidio præerat, adverſa valetudine fatigatum obſedit, & in deditionem accepit, captúmque cum magno honore tenuit. Imperator Aquis natalem Domini celebrat.

Paulinus Patriareha Forojulienſis ubiit.

DCCCIII.

Terræmotus Aquis palatio ſactus eſt, & mortalitas ſubſecuta eſt. Winigiſus à Grimaldo redditus eſt. Miſſi Imperatoris à CPoli regreſſi ſunt, & venerunt cum eis Legati Nicheſori Imperatoris Græcorum, Michaël Epiſcopus, Petrus Abba Caliſtus & Candidatus ad Karolum Imperatorem in Germaniam ſuper fluvjum Saſa in loco, qui dicitur Salz, & pactum ſaciendæ pacis in Chriſto ſuſceperunt in ſcripto hoc modo, ut alter alterius frater nominaretur ſemper & alter ab altero ſemper juvaretur, Græcus autem orientem, Karolus vetò ſuique ſucceſſores habeant Romam cum toto occidenre. Inde dimiſſi cum Epiſtola Imperatoris Romam venerunt, inde CPolim regreſſi ſunt, Imperator autem Bajoariam profectus diſpoſitis Pannoniorum cauſis Aquis reverſus eſt, ibi natalem Domini celebravit.

Saxones Transalbiani tranſlati ſunt io Franciam ſequenti anno.

Karolus omnes Saxones, qui multum cultui idolorum erant dediti, pro conſervanda fide Catholica ab omni tributo exemit, eóſque totius agriculruræ ſuæ ac nutrituræ decimas Deo & ejus Sacerdotibus dari juſſit. Deſtinavit autem glorioſus Rex Karolus ad opus prædicationis Verbi Dei genti Saxonum & Friſonum plures Epiſcopos, inter quos S. Vilcbaldus Bremen. S. Hildegernus Alberſtaden. prius Catalaunenſ. Epiſcopus, S. Liuderus frater Hildegerni prædicti Mumdegarienordenſis * & S. * ita cod.
Willebrordus Trajectenſis Eccleſiarum primi Epiſcopi, ram ſanctitate vitæ, quam miraculorum teſtimonio inſignes.

DCCCIIII.

Imperatot Karolus Aquis hiemavit, æſtate verò in Saxoniam cum exereitu perrexit, omnéſque qui trans Albiam & in Wibmohdi habitabant Saxones cum mulieribus & infantibus transrulit in Franciam & pagos transalbinos Abrotidis dedit. Eodem tempore Godefridus Rex Danorum vênit cum claſſe ſua & omni equitatu regni ſui ad locum, qui dicitur Sleſdotf in confinio regni

ſui

ſui & Saxoniæ; promiſit enim ſe ad colloquium Imperatoris venturum, ſed conſilio ſuorum territus propius non acceſſit, ſed quicquid voluit per Legatos mandavit. Nam Imperator ſuper Albiam fluvium ſedebat in loco, qui dicitur Holduuſtein & miſſa ad Godefridum legatione pro fugitivis retentis medio Septembri Coloniam venit. Dein Arduennam ingreſſus venationum jocis exercitatus Aquis reverſus eſt, medio Novembri nuntiatum eſt ei Leonem Papam cum eo natalem Domini celebrare velle ubicunque illi placuiſſet. Quod gratanter ſuſcepit, & ſtatim miſſo Karolo filio ad S. Mauritium eum ſuſcipere honorificè præcepit; ipſe verò obviam illi ad Remorum civitatem profectus eſt, ibique ſuſceptus ad Cariſiacum usque perductum, cum eo ibi natalem Domini celebravit. Dein Aquis perduxit, & honoratum magnis muneribus per Bajoariam ire volentem à ſuis deduci fecit usque Ravennam. Cauſa adventûs ejus hæc fuit. Nuntiatum eſt Imperatori Jeſu Chriſti ſanguinem in Mantua civitate fuiſſe repertum, & Imperator direxit Legatos ad Papam rogans, ut veritatem rei perquireret. Qui acceptâ occaſione à Roma exeundi primo in Lombardiam quaſi pro inquiſitione prædicta profectus eſt, dein arrepto itinere ſubito ad Imperatorem pervenit, manſitque cum illo dies IX. In Romam reverſus eſt per Bavariam. Rihboto Archiepiſcopus Treverenſis moritur.

DCCCV.

Cacanus Princeps Avarum Imperatorem adiit poſtulans ſibi locum dari ad habitandum inter Sabariam & Carantanum, quod propter infeſtationem Sclavorum in priſtinis ſedibus manere non poterat. Quem Imperator benignè ſuſcepit, ejùsque precibus favit. Eodem tempore miſit exercitum cum filio Karolo ſuper Sclavos, qui vocantur Behemanni, qui omnem terram eorum depopulantes Ducem eorum, qui appellabatur Lecho, occiderunt. Imperator Theodonis indéque Adromanici montem profectus ibi venationibus exercitatus eſt, in Theodonis villam reverſus natalem Domini celebravit.

Finis belli quod Karolus contra Saxones geſſerat, in quo tandem victi Saxones Chriſti fidem, quam Romana tenet Eccleſia, receperunt.

Nicephorus ordinatur Patriarcha CPolitanus, qui ſedit annis IX.

DCCCVI.

Venerunt Willarius & Beatus Duces Venetiæ, Paulus Dux Jadoræ atque Donatus ejusdem civitatis Epiſcopus, Legati Dalmatiæ in præſentiam Imperatoris cum magnis donis & ordinatis tam Venetiis quam Dalmatiis cauſis, eorúmque legatis abſolutis cum primoribus & optimatibus de pace Francorum conſtituenda & conſervanda inter filios ſuos & de partitione regni placitum habuit, diviſitque imperium ſuum inter tres filios ſuos in tres partes, ut unusquisque ſciret, quam partem tueri & regere deberet. De hac diviſione teſtamentum fecit, & Sacramentis interpoſitis à Francis confirmatum eſt & Leoni Papæ tranſmiſſum, ut hæc decreta manu ſuâ firmaret; quod & factum eſt. Poſt hæc Imperator dimiſſo utroque filio in regnum ſibi deputatum Pippino ſcilicet & Ludwico, Theodonis villam profectus, navigio per Moſellam Rhenum ingreſſus ad Nuimagam in Batua venit, ibique totam quadrageſimam fuit, & ſanctum Paſcha celebravit, & in Aquis rediens Karolum filium in terram Sclavorum, quæ dicitur Sorabi ſuper Albiam fluvium miſit, in qua congreſſione Dux eorum Miliduoch Sclavus occiſus eſt, duóque caſtella ab exercitu conſtructa ſunt, unum ſuper ripam Sale, alterum ſuper Albiam, Sclavisque compreſſis ex hac parte in Behemanos cum Bajoariis atque Alemannis ingreditur, eorúmque terram ex parte maxima vaſtavit. Imperator celebravit natalem Domini in Aquis palatio.

Eodem anno fuit Eclypſis Lunæ IIII. Non. Septembr. Erat ſtatio ſolis tunc in XVI. parte virginis, Luna autem morabatur in XVI. parte piſcium.

Karolus Imperator per manum Pauli Diaconi ſui decerpens optima quæque de Scriptis Catholicorum Patrum, Lectiones unicuique feſtivitati convenientes per circulum anni in Eccleſia legendas compilari fecit.

Guilelmus Dux Aquitaniæ, qui ſub Karolo Magno militavit, ædificavit Monaſterium in territorio Lugdunenſi in valle Gelonis quod & dotavit, ubi ſe incluſit, & poſt plures annos in Domino quievit V. kal. Junii.

DCCCVII.

Annalis hic totus ex Reginone deſcriptus niſi quod initio habeat Ecclypſin ſolis factam eſſe IIII. Idus Februar.

Mortalitas maxima facta eſt in Monaſterio Fulda.

DCCCVIII.

Ex Reginone, copioſior tamen in edito Annalis.

S. Bartholomæus tranſlatus eſt de Inſula Liparitana Beneventum die XV. menſe Octobris.

Ab Oceano ſinus eſt, qui Orientem verſus centum milibus paſſuum excurrit. Hunc ad utramque ripam Abodriti, Velatabi atque incolebant Normanni.

DCCCIX.

Poſt quædam ex Reginone, quæ tamen in edito copioſius habentur, ſequitur:

Nicephoro Græcorum Imperatore à Bulgaribus cum multis ordinibus Senatorum perempto, Scauracius filius ejus imperavit anno uno.

DCCCX.

Ex Reginone ſed plenius in edito.

Godefrido Danorum Rege mortuo, Hemingus filius Fratris ejus in regnum ſucceſſit

ſit, pacémque cum Imperatore fecit. Stauracius Græcurum Imperator regnavit anno uno.

DCCCXI.

Poſt quadam ex Reginone :

Depoſitio S. Luitgeri Epiſcopi.

Bernardus Rex à Karolo efficitur.

Locuſtæ gregatim ex Affrica volantes Italiam infeſtant.

Hamburg caſtellum reædificatum eſt per exercitum Karoli quod Wilzi jam deſtruxerant. Sciendum eſt quod Karolus conſtructa Eccleſia in Hamburg præfecit eidem Geridanum virum ſanctumEpiſcopum, ut eſſet Metropulitanus cunctis Sclavorum ac Daoorum terris. Sed res iſta imperfecta manſit. Nam Geridanus moriebatur & Karolus electus in Imperatorem bellis diverſis & negôtiis imperii diſtrahebatur. Ideo Ludovicus Pius filius ejusdem intuens vota paterna conſilio ſapientum Sanctiſſimum Virum Anſcarium prædicatorem Suedorum, Danorum & Nortmannorum Hamburgenſi Eccleſiæ præfecit Archipræſulem & Metropolitanum univerſis Borealibus. Ideo inſtantia tanti viri ſrigida pectora Sclavorum, Danorum, Suedorum & Nortmannorum liqueſacti ſunt calore verbi Dei per ipſum & ſuos ſeminati. Poſtea tamen Dani armis & viribus potentes primo Sclavos, dein Friſones tributarios ſecerunt & Hameburg ſunditus exciderunt, recenti Eccleſiæ non parcendo nec Nordelbingenſi. Igitur mortuo Ludovico Pio Filius ejus Ludovicus Rex Germaniæ per omnia ſimilis genitori ſuo volens reſarcire Eccleſiam Hameburgenſem ſtuduit ut Bremenſis ſedes, quæ tunc mortuo paſtore vacabat, Hameburgenſi Eccleſiæ adjiceretur & una parochia fieret; quod annuente Papa digeſtum eſt & recepit S. Anſcarius utramque Eccleſiam, & ipſe poſtea latè prædicando in Ripis & Sleswick conſtituit Epiſcopatum, ſretus gratiâ Regis Danorum cui ſæpiùs prædicabat. Poſtea in Suedia fidem Chriſti plantavit, ſed eo mortuo nemo in Suedia in LXX. annis audebat prædicate excepto Archiepiſcopo Hameburgenſi Reynberto. Bulgarorum Chrivimus Rex annis XIII. tegnavit, in quo finit hujus regni generatio.

DCCCXII.

Ex Reginone : ad verba : *Legatos Domini Imperatoris Karoli* addit noſter : Haidonem Epiſcupum Baſilienſem, Hugonem Comitem Turônenſem, Willarium Ducem Venetiæ.

Noſter Codex Reginſridum *vocat, quem editus* Regniſridum.

Ad verb. *conſcriptum pactum ab eo in Eccleſia ſuſceperunt* : noſter : *in Epiſtola ſuſceperunt.*

CPli regnavit Michaël annis duobus. Karolus Corpus S. Salvii Martyris & Epiſcopi Ambianenſis invenit, ac venerabiliter in Eccleſia S. Martini apud Valencianas collocavit.

DCCCXIII.

Poſt Reginonem hæc adduntur :

Eodem anno obiit Richolfus Archiepiſcopus Moguntinenſis.

Michaël Imperator Græcorum Bulgares Bello appetens haud proſperis ſucceſſibus utitur ac proinde domum reverſus depoſito diademate Monachus efficitur. In cujus locum Leo Filius Bardi Patritii conſtituitur. Imperavit annis octo.

Pons Rheni apud Moguntiam, quem Imperator per viginti annos ingenti laborè & opere mirabili de ligno ita conſtruxit, ut perenniter durare poſſe videretur, in menſe Majo ita tribus horis ſortuito incendio conflagravit, ut præter hoc quod aqua tegebatur ne una quidem haſtulâ ex eo remanerent.

In Aquenſi Concilio agitatum eſt de ſtatu Eccleſiarum & Converſatione Clericorum, de proceſſione Spiritus ſancti quæſtio mota eſt per queodam Monachum --- quapropter miſit Rumam ad Leonem Papam Bernardum Epiſcopum Wormacienſem & Adelhadum Abbatem Corbcienſem causá quæſtionis hujus diffiniendæ.

DCCCXIIII.

Katolus Magnus v. kal. Febr. Aquisgrani rebus exceſſit humanis anno ætatis ejus LXXI. regni XLVI. ſubactæ Italiæ XLIII. Imperii XIIII. cui Filius ejus Ludovicus in Imperio ſucceſſit. Legationes quæ ad patrem venetant auditas abſolvit. Inter quas præcipua fuit Leonis Imperatoris qui Michaëli ſucceſſit. Habito autem Aquisgrani generali Conventu ad juſtitias faciendas in omnes partes regni miſit. Duos ex filiis ſuis Lotharium Bavariæ, Pippinum Aquitaniæ præfecit.

DCCCXV.

Leo Papa III. Anno Pontificatûs ſui XX. de corpore migravit VIII. kal. Jun. cui Stephanus Quartus ſucceſſit, hic poſt conſecrationem ſuam nondum duobus Menſibus exactis quam maximis potuit itineribus ad Imperatorem venire contendit, miſſis interim duobus legatis qui quaſi pro ſuaConſideratione Imperatori ſuggererent, quod ille audiens Remis ei occurrit, miſsisque obviam his qui eum illo deducerent illum honorificè ibi ſuſcepit, Pontifex ſtatim adventûs ſui cauſam ei inſinuans celebratis deinde ex more Miſſarum Solenniis cum diadematis impoſitione coronavit, Romanorúmque Imperatorem pronuntiavit anno regni ejus ſecundo.

Ludovicus Primos cognomento Pius Karoli M. Filius, Romanorum LXXVII. cepit, & cum Filio ſuo Lothariu annis XXV. regoavir.

Theodorus Patriarcha CP. ſedit annis VI.

Ludovicus Imperator Danis & aliis in circuitu poſitis gentibus ad prædicandum verbum Dei S. Ansgarium Hamaburgenſium primum Epiſcopum deſtinavit, qui & Suevos anno ſequenti ad fidem cunvertit.

DCCCXVI.

Digitized by Google

DCCCXVI.

Stephanus Papa ſeptimo Menſe nondum exacto poſtquam Romam venerat VIII. kal. Febr. obiit.

Paſcalis Papa ſedit annis VII.

Saxnnes & Orientales Franci in Sorabos dicto non nbedientes miſſi, contumacium audaciam non magno labore compreſſerunt. Waſcones gentilitiâ levitate uſi defecerunt, ſed duabus Expeditionibus ita ſunt edomati ut tarda eis Deditio & pacis impetratio videretur.

Ludovicus Imperator Aquisgrani generalem ſanctúmque Conventum convocavit.

DCCCXVII.

Bernardus Nepos Ludovici Rex Italiæ quorundam pravorum conſilio contra Ludovicum conjurat, Tyrannidem meditatur, omnes introitus Italiæ quos cluſas dicunt impoſitis præſidiis firmat, aliquas civitates in ejus verba jurare compulit. Quod cum nuntiatum Imperatori fuiſſet celeriter exercitum magnum ad hos motus comprimendos Italiam miſit, Bernardus ſuis rebus diffidens armis depoſitis apud Gabillonem Imperatori ſe tradidit.

Ludovicus Imperator his diebus S. Anſcarium Archipræſulem conſtituit Hameburgenſ. ut eſſet Metropolitanis populis univerſis borealibus.

Ludovicus Imperator Filium ſuum primogenirum Lotharium coronavit & nominis & Imperii ſocium ſibi conſtituit, cæteros Reges appellatos, unum Aquitaniæ, alterum Bavariæ præfecit.

Legati Leonis Imperatoris de CPoli pro pace ad Imperatorem Ludovicum miſſi venerunt, quos ille apud Ingelhaym ſuſceptos audivit & dimiſit.

Ratgarius Abbas Fuldenſis Cœnobii accuſatus ac convictus deponitur.

DCCCXVIII.

Ex Reginone niſi quod loco *Balduini Ruodolfi*, noſter habet *Balduini fratris Ruodolfi*.

Irmingardis Regina V. Non. Octobr. obiit, quæ genuit Imperatorem Lotharium Pippinum & Ludovicum.

Auctores conjurationis in Imperatorem capitali ſententiâ damnati ſunt, certi luminibus tantum orbati, quidam ſinodali decreto depoſiti monaſteriis mancipantur. Cæteri prout quisq; nocentior vel innocentior apparuit vel exilio deportatus vel tonſus, vel in Monaſterium miſſus eſt. Imperator vero Britanniam cis Marmam bello petens captisque rebellionum Munitionibus brevi totam in ſuam poteſtatem redegit. Nam Mormono qui in eâ Tyrannidem exercebat occiſo nullus Britto inveniebatur qui reſiſteret aut imperata facere renueret.

Eclypſis ſolis contigit VIII. Idus Julii. Monaſterio Fuldenſi Eigil Abbas electus & ordinatus eſt.

DCCCXIX.

Conventus Aquisgrani poſt natalem Domini habitus eſt, in quo multa de ſtatu Eccleſiarum tractata ſunt. Quo peracto Imperator inſpectis plerisque nobilium filiabus Welfi Comitis filiam nomine Judith duxit uxorem.

Baſilica Fuldenſis Cœnobii dedicata eſt ab Heſtulfo Archiepiſcopo Moguntino in honore Domini Salvatoris & omnium Sanctorum ejus translataque ſunt oſſa S. Martyris Boniſacii kal. Nov.

Pipinus Filius Imperatoris Waſcones vicit ac ſubegit. Contra Ludovicum Sclavum in Pannonia rebellantem exercitus de Italia miſſus, rebus parum proſperè geſtis infecto negotio regreſſus eſt.

DCCCXX.

Propter juges pluvias & aërem nimio humore reſolutum magna incommoda contigerunt, nam & hominum & boum peſtilentia graſſata eſt, frumenta quoque & legumina corrupta ſunt Leo Imp. CPitanus in Baſilicâ S. Dei genitricis inter Palatium interemptus eſt conſpiratione quorumdam optimatum ſuorum & præcipuè Michaëlis Comitis Domeſticorum, qui Prætorianorum militum ſtudio inſulas Imperii ſuſcepit & regnavit annis IX. tres exercitus contra Ludovicum in Pannoniam mittuntur, quorum unus de Italia per Alpes Noricas, alter de Saxonia per Karintanorum provinciam, tertius Francorum per Bavariam & Pannoniam ſuperiorem ingreſſi, cum in unum venerunt totam penè regionem ferro & igni vaſtantes, nullo gravi damno accèpto reverſi ſunt. Is tamen qui per Pannoniam ſuperiorem iter fecerat in tranſitu Dravi fluminis ex locorum & aquarum inſalubritate ſoluti ventris incommodo graviter affectus eſt, & pars ejus non modica conſumpta.

DCCCXXI.

Mahumeth Sarracenorum Rex XXIII. cepit & annis VII. principatus eſt. Iſte invitè fecit conregnare fratrem ſuum qui ab eo victus, defecitque Hiſtoria ejus anno DCCCXXVII. poſtquam Sarraceni ſubjugaverunt ſibi Perſas per annos CXCVII. Ludovicus Imperator Noviomagi diviſionem regni fecit inter filios ſuos, dein in villa Theodonis, omnes qui ſuo tempore in exilium miſſi fuerunt, revocavit & ſingulis in ſtatum priſtinum reſtitutis poſſeſſionésque judicio Legis in fiſcum redactas magnâ libertate reſtituit.

Lotharius Filius ejus uxorem duxit & apud Wormaciam hyemavit.

Paſcalis Papa Corpus Sanctæ Cæciliæ Virg. ipsâ revelante, invênit, & ipſam & Corpora Sanctorum Valeriani ſponſi ejus & Tyburtii & Maximi, Urbani quoque Papæ in Eccleſiam à ſe ipſis ædificatam transpoſuit.

Antonius Patriarcha CPitanus ſedit annis XIII.

DCCCXXII.

In Regione Turingorum quodam loco juxta fluvium quendam Ceſpes longitudine pedum quinquaginta, latitudine XIIII. altitudine ſesquipedali de terra ſine manibus præciſus & ſublatus ab eo loco in quo ſumptus eſt XXV. pedum diſtans inventus eſt.

In parte orientalis Saxoniæ quæ Sorabotum finibus contigua eſt, in quodam deſerto loco juxta lacum qui dicitur Arnsſe, in modum Aggeris terra intumuit & limitem unius Leucæ Longitudine porrectum ſub unius noctis ſpatio absque humani operis Molimine inſtar valli ſurrexit.

Imperaror filium ſuum Lotharium pro diſponendis regni negotiis in Italiam miſit, qui coronatus à Paſchale Auguſti nomen accepit. Pippinus in Aquitaniam miſſus.

Ludovicus Imperator ſacerdotum uſus Conſilio de omnibus quæ publicè perperam geſſit publicam pœnitentiam ſecit & poſthæc cuncta quæ in regno ſuo corrigenda invenire potuit corrigere & emendare curavit.

Eigil Abbas Fuldenſis Cœnobii defunctus Rabanum ſucceſſorem accepit.

Ebo Remorum Epiſcopus genti Nordmannorum evangelizavit verbum Dei.

DCCCXXIII.

Lotharius diſpoſitâ Italiâ cum jam redire ſtatueret, rogaotc Paſcali Papa Romam venit, honorificè ab eo ſuſcipitur, die ſancto Paſchæ apud S. Petrum regni coronam & Imperatoris & Auguſti nomen accepit, ſicque menſe Junio ad patrem venit.

Imperator Ludovicus Drugonem fratrem ſuum apud Metenſem Eccleſiam ſub canonicâ vitâ degentem clero ejusdem urbis conſentiente atque eligente rectorem ibi conſtituit eumque ad Pontificatûs gradum promoveri cenſuit. Bellum Ramiri Regis Legionis cum Saracenis maximum.

Paſchalis Papa, poſtquam ſedit annis VII. menſibus III. diebus XVII. moritur; Eugenius II. Papa ſedit annis quatuor.

Hoc anno prodigia multa ſacta. In Aquenſi palatio terræmotus. In territorio Tullenſe juxta villam Commerciacum puella quædam annorum ferè XII. ab omni cibo per decem menſes abſtinens, & in Saxonia in Pago qui vocatur Firihſaz XXIII. villæ igne cœleſti concrematæ. Homines ac cætera animalia paſſim ictu fulminum præter ſolitum crebro exanimata dicuntur. Secuta eſt ingens Peſtilentia atque hominum mortalitas magna.

DCCCXXIIII.

Legati Michaëlis Imperatoris Græcorum ad Imperatorem Ludovicum pro pace confirmanda cum muneribus & litteris venerunt, condignóque reſponſo abſoluti ſunt. Inter cætera munera libros S. Dionyſii de Jerarchia ab ipſo ſcriptos detulerunt. Adalramus Juvavienſis Epiſcopus pallio honoratur à Papa Eugenio. Hic mortuo Theoderico Sclavorum, Caruntanorum præfecit eis Epiſcopum Ottonem.

Theodulfus Abbas Floriacenſis poſtea Epiſcopus Aurelianenſis Imperatori accuſatus de multis criminibus Andegavis tenetur in cuſtodia & in die Palmarum cum proceſſio, in quâ erat imperator, eſſet propè cuſtodiam ipſe Theodulfus impetrato ſilentio cantavit de ſeneſtra hymnum quem dictaverat, ſcilicet:

> Gloria, laus & honor tibi ſit Rex
> Chriſte Redemptor &c.

Et datus eſt priori gratiæ per Imperatorem, ſed dum ad priora revertitur, oon diu poſt veneno extinquitur.

Rex Bulgarorum Omortag pacis ſaciendæ gratiâ ad Imperatorem legatos & litteras miſit quos Rex auditos remiſit & Maghelmum de Bajoaria ad memoratum Regem direxit. Ipſe etiam cum exercitu Britanniam petit divisisque in tres partes copiis totam ferro & igni devaſtat, acceptisque obſidibus revertitur.

Hoc anno hyems aſpera & valde prolixa ſacta eſt quæ non ſolum animalia verum etiam homines quosdam immanitate frigoris extinxit. Ante ſolſticium æſtivale paucis diebus in Territori Auguſtudinenſi aëre in Tempeſtate ſubitâ mutatione converſo, ingens Fragmentum ex glacie ſimul cum grandine decidiſſe perhibetur, cujus longitudo XV. latitudo VII. craſſitudo IV. pedum ſuiſſe dicitur.

DCCCXXV.

Haiſtolſus Archiepiſcopus Moguntinenſis obiit, Otgarius ſuccedit. Interea Rex Bulgarorum alios legatos ad Imperatorem miſit, de terminis videlicet ae finibus inter Francos & Bulgaros conſtituendis. Quibus Rex auditis per eosdem legatos qui ad ſe miſſi fuerant Regi eorum miſſis litteris prout videbatur reſpondit.

In territorio Tullenſi juxta villam Commerciacum puella duodennis poſt ſacram concionem quam in paſcha à ſacerdote ſuſceperat, primo pane dein aliis communibus cibis & potibus ita abſtinuit, ut nulla penitus corporis alimenta percipiens plenum Triennium ſioe omni victûs deſiderio compleverit & hoc anno circa Novembris menſis initium eſcam ſummere ac more cæterorum mortalium manducando vivere cœpit.

Corpus ſanctorum Severi Ravennatis Epiſcopi & uxoris ejus Vincentiæ & filiæ Innocentiæ ab Oggario Archiepiſcopo Maguntiam translata ſunt.

In Gallia tempore Solſtitiali Æſtivali aëre in Tempeſtatem converſo ingens fragmentum glaciei cum grandine cecidit cujus longitudo pedes XV. latitudo ſex graſſitudo duos pedes habebat.

Rabanus Sophiſta & ſui temporis Poëtarum nulli ſecundus fit Abbas Fuldenſis.

DCCC-

DCCCXXVI.

Hildwinus Abbas S. Diooyſii apud Pariſium ſacrique palatii ſummus Capellanus Romam veniens annuente Eugenio Papa Corpus S. Sebaſtiani in Galliam transtulit & apud Sueſſonam civitatem in Baſilica S. Medardi collocavit. Herialdus cum uxore & magnâ Danorum multitudine apud Moguntiacum baptiſatus eſt. Et ab Imperatore parte Friſiæ in beneficium ſibi datâ honoratur.

DCCCXXVII.

Corpora ſanctorum Marcellini & Petri de Roma in Germaniam translata ſunt menſe Novembri miraculis clarificata.

Sarraceni fines Barcinonenſium & Gerundenſium vaſtant.

Valentinus Papa ſedit diebus XL.

Gregorius quartus Papa ſedit annis XVI. presbyter tit. S. Marci.

Bulgari Sclavos in Pannonia ſedentes miſſo per Dravum navali exercitu ferro & igni vaſtaverunt & expulſis eorum ducibus Bulgaricos ſuper eos conſtituerunt.

Rabanus Abbas Tractatus in libros Sapientiæ & in Eccleſiaſtico ad Otgarium Archiepiſcopum edidit.

Amalarius librum de officiis Eccleſiaſticis ad Imperatorem Ludovicum ſcribit.

Angelonius Tractatus in libro Regum edidit ad eundem Imperatorem.

Anſegiſus Abbas Lobienſis edicta Karoli M. & Ludovici filii ejus ad legem Eccleſiaſticam pertinentia io duobus libellis digeſſit, & edicta eorum ad mundanam legem pertinentia in duobus æque libellis digeſſit.

DCCCXXVIII.

Io Regione Waſconia trans Garonam In pago Aginenſi, annonam de cœlo quaſi pluviam deſcendiſſe fertur ſimilem frumento ſed paululum rotundiora ac breviora grana habuiſſe, de quo Domino Imperatori allatum eſt ad Aquisgrani palatium. Wetinus Augienſis monachus in ſpiritu raptus mirabilem vidit viſionem.

Ludovicus Imperator cum filiis ſuis invaſit Britanniam ferro & igne totam terram vaſtans. Reliquiæ S. Marcellini poſt paſcha ad Aquis palatium delatæ & per eas ibi multa ſigna facta ſunt.

DCCCXXIX.

Sarraceni ex Affrica in Italiam navigantes Romam ingrediuntur & ſacra pretioſáque Eccleſiarum ornamenta cum ingenti cæterarum rerum præda hoſtili more diripiunt.

Ante paſcha in Sabbatho Sancto Terræmotus noctu Aquisgrani factus, Imperator generalem conveotum menſe Auguſti Wormaciæ habuit. Bulgari navibus per Dravum fluvium venieotes quasdam villas noſtrorum fluminum vicinas incenderunt.

DCCCXXX.

Initium Baſilicæ Sancti Galli.

Ludovicus Imperator deponitur à ſolio à filiis ejus Lothario, Ludovico & Karolo anno XIX. Commotio contra Imperatorem à Primoribus Francorum in compendio exorta propter Bernardum, quem in palatio eſſe noluerunt, quo enim depulſo atque fugato in gratiam cum eo redierunt ſed ad breve temporis ſpatium.

Apud CPolim imperavit Theophilus annis XV.

Cœnobium Hirſaw in nigra ſilva prope opidum Calwe Ordinis Ciſtercienſis fundatur.

Tangradus ſecundus Abbas Prumienſis obiit, & Marquardus ei ſucceſſit.

DCCCXXXI.

Corpora Sanctorum Valentis Senecii & Theopontii in Augiam inſulam deferuntur.

Bun Abbas & Rabanus fundamentum Eccleſiæ Sancti Wigberti ſodere cœperunt.

Coovantu apud Noviomagum habito Imperator omnes, qui ſibi contrarii fuerunt, velut juſtè exauctoravit, quosdam publicis quosdam privatis rebus expolians quosdam in exilium mittens, multum contra ſe & Judith uxorem ſuam non ſolum populi ſed etiam filiorum ſuorum animos concitavit.

DCCCXXXII.

Imperator menſe Majo contra Ludovicum filium ad Auguſtam Vindelicam cum exercitu venit, inde reverſus in Aquitaniam Pipinum filium regno privavit, ſed dein poſtquam uxorem Judith abdicavit, cum magna difficultate ad Aquenſe palatium regreſſus eſt.

Sol defecit II. Non. Maji. & Lunæ XIII. kk. Junii.

DCCCXXXIII.

Imperator filio ſuo Karolo ex Judith nato dedit Alemanniam & Retiam & partem Burgundiæ, indignantibus cæteris filiis.

Ludovicus Imperator judicio Epiſcoporum arma & imperium depoſuit.

Imperator in initio quadrageſimæ Wormatiam venit, & ibi uxore revocata atque congregato exercitu cootra filios ſuos ad ſe venire volentes in Alſatiam profectus atque ibi à ſuis deſertus ac proditus & in filiorum poteſtatem redactus eſt, erat ibi cum filiis Gregorius Papa Romanus.

DCCCXXXIIII.

Ludovicus arma reſumpſit.

Strabus Monachus diſcipulus Rabani inſignis habetur.

Joannes Patriarcha CP. ſedit annis IX.

DCCCXXXV.

Galli & Germani commemorationem omnium Sanctorum colere & obſervare cœperunt jubente Gregorio Pontifice.

Digitized by Google

Oſſa S. Viti de Pariſius transferuntur in Corbeyam Monaſterium Saxoniæ.

Imperator cum Filiis Pippino & Ludovico Conventum generalem habuit apud Lugdunum, diſpoſitisque illarum partium cauſis ad Aquenſe Palatium reverſus eſt.

Ebdo Remorum Archiepiſcopus deponitur, aliique multi, qui cum eo in dejectione Ludovici Imperatoris conſpiraverant, damnantur & exiliantur.

DCCCXXXVI.

Poſt Reginonis: Ludovicus Imperator cum exercitu venit ad Lech contra Filium ſuum Ludovicum.

Imperator ad Francofurtum venit, inde ad S. Marcellinum & Petrum, hoc eſt Sälingſtat, inde ad Ingelheym & inde ad Aquenſe palatium rediit.

Nortmanni Antwerpiam civitatem incendunt.

DCCCXXXVII.

Poſt Reginonis, ubi *Hengilinheym* loco *Ingilinheym.*

S. Liborius in Padelborne translatus eſt v. kal. Junii.

Northmanni Gallias graviter impetunt, & à Friſonibus tributum accipiunt.

Cometes in ſigno libræ apparuit III. Idus Aprilis.

DCCCXXXVIII.

Poſt Reginon: Pippinus filius Imperatoris obiit. Exercitus Bavarorum contra Ratimarum colligitur.

Lotharius & Ludovicus in valle Tridentina colloquium habuerunt.

DCCCXXXIX.

Poſt Reginon: Ebbo Epiſcopus Remorum. in MS. *Ebbo Epiſcopus Treverorum.*

Imperator poſt peractam feſtivitatem natalis Domini & Theophaniæ VII. Idus Jan. cum exercitu navigio Rhenum tranſiit, inde Francofurt tempore quadrageſimæ, inde pergens in Alemanniam juxta lacum Brigantium paſcha celebravit, poſt paſcha menſe Majo Wormatiam venit Lothario filio ſuo de Italia in fidem ejus venienti reconciliatur, Regúmque Francorum inter eum & Karolum filium ſuum minimum dividit, Lothario, qui natu major erat, nominis ſui dignitatem & ſedem regni tribuit, Ludovico filio ſuo pro eo quod eum offenderat, Bajoariorum provinciâ tamen conceſſa, poſt kal. Julii Lotharius in Italiam rediit, Imperator verò Karolo ſecum ſumpto ad diſponendas Aquitanorum res occidentem proficiſcitur.

Eo anno Cometes in ſigno arietis apparuit, & prodigia alia in cœlo viſa ſunt, nam & cœlum noctu ſerenum rubuit, & per aliquot noctes igniculi plurimi inſtar ſtellarum per aërem diſcurrere videbantur.

DCCCXXXX.

Poſt Reginonem: ubi tamen in noſtro Cod. loco MEDIOMATRICUM *legitur* medio Martio & ad verb. *honorificè:* ſepelitur *Metis* XII. *kal. Julii.*

Ferunt Imperatorem morientem Lotharium deſignâſſe ut poſt ſe regni gubernacula ſuſciperet, miſſis ei inſigniis regalibus hoc eſt ſceptrum imperii & coronam. Quare fratres ejus non conſentientes contra eum inſurgere cœperunt ac primum ei in ſuburbanis Moguntiacis cum exercitu venienti frater ſuus Ludovicus cum manu valida Orientalium Francorum partem regni ab Oriente Reni defenſurus occurrit, initóque pacto & dilato in aliud tempus placito, Lotharius contra Karolum occidentem proficiſcitur, Ludovicus verò orientales Francos, Alamannos, Saxones & Thuringos ſibi fidelitatis jure confirmat.

Ludovicus filius Imperatoris partem regni Transrhenanam quaſi jure ſibi debitam affectans per Alemaniam facto itinere venit ad Franckefort, multorum ad ſe orientalium Francorum animis prudenti conſilio converſis; quo comperto Imperator de Aquitania infecto negotio redire compulſus, Drugonem Archicappelanum & Adapertum Comitem cum aliis multis immiſit ad tuendum litus occidentale Rheni fluminis, ipſe verò ſecutus in Aquiſgrani paſcha celebravit, poſt paſcha Imperator collecto exercitu filium per Thuringiam usque ad terminos Barbarorum perſequitur, excluſúmque à finibus regni per Sclavorum terram cum magno labore Bajoariam redire compellit: ipſe verò rebus in partibus illis ordinatis ad Saltz villam regiam reverſus dies letaniarum & aſcenſionis Domini ſolennia celebravit, in ipſa autem vigilia aſcenſionis Domini, hoc eſt IIII. Idus Maji Eclypſis ſolis circa VII. & VIII. horam diei facta eſt tam valida ut etiam ſtellæ propter obſcuritatem ſolis viſæ ſunt, Imperator verò ægrotare cœpit.

DCCCXLI.

Poſt diſſidia Fratrum ex Reginone, addit ad verba APUD FONTANIACUM: & cum de partitione regni concordare non poſſent renuente Lothario, qui ſibi Monarchiam vendicabat ferro decernendum & Dei judicio cauſam examinandam decreverunt, factum quoque eſt inter eos VII. kal. Julii prælium ingens & tanta cædes ex utraque parte ut nunquam ætas præſens talem ſtragem in gente Francorum factam antea meminerit. Ibi enim in utroque exercitu interierunt duodecies centena millia.

Lotharius filius Ludovici Pii Romanorum LXXVIII. cepit & imperavit ſolus annis X. mox cum Ludovico filio annis V.

DCCCXLII.

Ex Reginone. poſt verba *usque ad Moſam fluvium* Codex noſter inſerit: *in quo usque nunc nomen Franciæ manet.* Eodem annali, quæ poſt verba *ipſa Romana urbe in edit. Piſtorii* leguntur, in noſtro non comparent.

DCCCXLIII.

Sergius II. Papa ſedit annis III. hic cum prius os porci vocaretur Pontificum primus fuit

fuit, qui proprium nomen mutaverit, quod poſtea obſervatum ad nos usque perdurat.

Maxencius Patriarcha Aquilegienſis, qui Urſo ſucceſſerat defuncto, annitenre Lothario Imperatore frequentiſſimo Epiſcoporum Conventu Mantuæ ubtinuir, ut declararetur cum, qui Gradenſi Eccleſiæ præeſſet * iniquum videri Patriarchæ nomen uſurpare, depoſito itaque Venerio, qui tunc præerat, gradus Aquileienſis Eccleſiæ plebes judicata eſt.

* vid. de hac controv. Murat. Script. Rer. Ital. Vol. XVI.

DCCCXLIIII.

Bellum inter Pippioum filium Pippini & Karolum.

Rabanus Abbas Fuldenſis librum à ſe compoſitum de ſancta Cruce variis figuris metróque Sergio Papæ transmiſit per Aſtricum & Ruodbertum Monachos Fuldenſes.

Britooes cum Gallis proſperè pugnantes adeò animantur, ut ſæpius poſtea illos bello repetereot.

S. Radulſus Bituricenſis Archiepiſcopus claret, cujus feſtum eſt VII. kal. Julii & in Cœnobio S. Sulpitii jacet.

Methodius vir Catholicus Patriarcha CP. ſedit annis IIII.

DCCCXLV.

Michaël & Theodoras in CPoli regnaverunt annis XI.

Afri in Italiam tranſeunt & Romam ingreſſi ingentem inde prædam trahunt, quâ domum oavigantes tempeſtate opprimuntur.

Nordmanni regnum Karoli vaſtantes per Sequanam navigio usque Pariſius venerunt, & tam ab ipſo quam ab incolis terræ acceptâ pecuniâ copioſâ cum pace diſceſſerunt. In Freſia quoque tribus præliis cunflixerunt, in primo quidem victi, in ſecundis verò duobus Superiores effecti, magnam hominum multitudioem proſtraverunt. Caſtellum etiam in Saxonia, quod vocatur Hammaburg, populati nec multi reverſi ſunt. Karolus cum Britonibus conflixit, & cum graodi damno exercitûs ſui ipſe cum paucis vix evaſit.

Ludovicus, XIIII. ex Ducibus Boemorum cum hominibus ſuis Chriſtianam religionem deſiderantes ſuſcepit, & in octavis Theophaniæ baptizari juſſit.

DCCCXLVI.

Ludovicus Rex filius Ludovici Imperatoris Pannoniam ſubegit, & Bohemos domum rediens vaſtavit.

Leo IIII. Papa ſedit aonis VIII.

Giſelbertus Vaſallus Karoli Filiam Lotharii Imperatoris rapuit, & in Aquitaniam profectus in conjugem accepit.

Ludovicus circa Auguſtum cum exercitu ad Sclavos Marahenſes defectionem molientes profectus eſt; ubi ordinatis & juxta libitum ſuum compoſitis rebus Ducem eis conſtituit Raſticen Nepotem Moimari. Inde per Boemos cum magna difficultate & grandi damno exercitûs ſui reverſus eſt.

Maori Romam cum exercitu venientes, cum non poſſenr urbem irruere, Eccleſiam S. Petri vaſtaverunt.

DCCCXLVII.

Hetti Epiſcopus Treverorum obiit, cui Thietgaudus ſuccedit. Otgarius Archiepiſcopus Moguntinus obiit XI. kal. Martii. Cui Rabanus Abbas Fuldenſis Monaſterii ſucceſſit, VI. kal. Julii ordinatus.

Andulſus * Angliæ Rex primus Monarcha Romanæ Eccleſiæ devotiſſimus, tributariam fecir Pontifici provinciam ſuam inſtituens, ut ex ſingula domo ſingulis annis nummus ſolveretur argenteus, quod longè poſt obſervarum eſt.

* In marg. *Adelſus.*

Rabanus jubente Ludovico Rege apud Mogonriacum ſynodum habet circa kal. Octobris.

DCCCXLVIII.

Lodovicus Rex apud Moguntiam habito concilio ſynodali, ibique Godeſcalchus hæreticus convictus eſt, & damnatus hic Godeſcalchus presbyter ſuit de prædeſtinatione Dei pravè ſentiens & jam bonos ad vitam quam malos ad mortem perpetuam inevitabiliter à Deo prædeſtinatos eſſe, affirmans, in Conventu Epiſcoporum, ut plurimis viſum eſt, rarionabiliter convictus & ad proprium Epiſcopum Lugumarum Remis transmiſſus eſt, prius tamen juramento confirmans, ne in regnum Ludovici ultra rediret.

Alſordus Epiſcopus Hilrinesheimenſis conſecratur, quam nunc Hildenſemenſem nominamus civitatem.

Pſeudoprophetiſſa apud Moguotiam convicta.

Lotharius & Ludovicus menſe Februarii colloquium habuerunt in confluente caſtello, quo finito Ludovicus ad ſuos reverſus quaſi mediante menſe Aug. Boëmos eruptioοem molientes per Ludovicum filium ſuum miſſâ adverſus eos expeditione, cootrivit, legatóſque pacis gratiâ mittere & obſides dare coëgit.

Ignatius filius Michaëlis Imperatoris miraculis clarus Patriarcha CP. ſedit annis XI.

DCCCXLIX.

Apud Hoſtiam urbem Afris iterum in Italiam redeuntibus proſperè pugnârunt Romani.

Corpus Heleoæ, matris Conſtantini Magni in Eccleſia SS. Marcellini & Petri Romæ poſitum à Therogiſo * Monacho io Franciam transfertur, & in Dioceſi Remenſi magna Fràncorum veneratione excolitur.

* Sigebertus ad h. a. *Theogiſum* vocat.

Boëmi more ſolito fidem mentientes contra Francos rebellare moliuntur, ad quorum perfidos motus comprimendos Hernuſtus Dux partium illarum, Comites non pauci arque Abbates cum exercitu copioſo mittuntur, Barbari verò pro pace & ſecuritate ſuâ obſides daturos & imperata facturos per Legatos ſpondent. Franci verò indignati & citato impetu inconſultis cæteris bel-

lum hoſtibus paci ſtudentibus intulerunt, ſtatimque experti ſunt, quantum ſine timore Dei propria diſcordium poſſit virtus & audacia: hoſtes enim ſuperiores effecti, cedendo proſecuti ſunt eos usque in caſtra, occiſorum quoque ſpolia in conſpectu eorum ſecuri detrahentes, tantisque eos terroribus affecerunt, ut evadendi ſpe penitus privarentur, unde coacti obſides dabant eis, à quibus ſuſcipere dedignati ſunt, ut illæſi ab hoſtibus & viâ totum publica pergentes reverti in patriam potuiſſent, & ut major confuſio ſuperbientibus & de ſua virtute confidentibus fieret, contigit eodem anno in villa Hochſtet, quæ eſt in territorio Moguntiaco ſpiritum nequam per os cujusdam *Arreptitii* proteſtari, bello ſe bohemico præfuiſſe ſociósque ſuos ſpiritum ſuperbiæ atque diſcordiæ fuiſſe, quorum doloſis machinationibus Franci Boëmis terga vertiſſent. *

* Sigeb. ad h. a. ſeq.

DCCCL.

Eccleſia S. Wigberti dedicata eſt à Rabano Archiepiſcopo Moguntino. Terræmotus factus eſt.

Monaſterium Ganderſem conſtruitur.

Lotharius filium ſuum Ludovicum conſortem regni facit, & ſimul regnaverunt.

Fames graviſſima Germaniæ populos oppreſſit, maximè circa Renum habitantes.

Reliquiæ S. Hermeris Martyris per Lotharium Imperatorem in Gallias mittuntur, & apud Indam Monaſterium honorificè conduntur. * Vide quomodo Luiptamus Archiepiſcopus Salzburgam attulit.

* Sigeb. ad an. ſeq.

DCCCLI.

Obiit Hermengardis Regina conjunx Lotharii Imperatoris venerabilis & Deo acceptabilis matrona, quæ quatuor filios Lothario genuit, videlicet Ludovicum Lotharium & Karolum. Fundavit Cœnobium Sanctimonialium Ordinis S. Benedicti in Alſacia in villa, quæ dicitur Erſtein ſuper fluvium Alſa, ubi ſtatuit Imperatrix nullam recipi debere puellam niſi ingenuam ex omnibus progenitoribus liberæ conditionis exiſtentem, dotavitque Monaſterium illud magnis divitiis & ornamentis pretioſis altarium & Eccleſiæ, Leo quoque Papa ob reverentiam hujus imperatricis & Imperatoris Ludovici filii ſui idem Cœnobium dotavit multis & magnis reliquiis, mittens per Apocriſarium ſuum Joſeph illac caput Sanctæ Ceciliæ virginis & martyris integrum; quod tamen poſtea quædam Abbatiſſa in diſcordia electa Archiepiſcopo dedit Moguntino, ut ſuam electionem confirmaret, miſit quoque illac idem Papa corpora Sanctorum Sixti Papæ & Urbani Papæ, Felicis & Adaucti Martyrum & alias plures reliquias venerandas.

Coloniæ ex Sardinia Corſicáque ad Hoſtiam urbem deductæ ſunt deficientibus inhabitatoribus propter inflictas clades.

DCCCLII.

Concilium magnum habitum eſt in Moguntia ſub Rabano Archiepiſcopo.

Tranſlatio S. Lulli Archiepiſcopi in Cœna Domini VII. Idus April.

Burdegalis & Petragotum civitates & multæ aliæ à Nortmannis, qui Norwegi dicuntur, adhuc paganis capiuntur & vaſtantur, qui converſi tandem in Galliæ maritima ab eis Normania nuncupata, reſiderunt. Eo tempore Dani fecerunt Friſones tributarios, Coloniámque obſederunt, & Hamrnenburg funditus exciderunt.

In Synodo Moguntiæ fuerunt omnes Epiſcopi & Abbates Orientalis Franciæ Bavariæ & Saxoniæ & illi quidem de abſolvendis Quæſtionibus Eccleſiaſticis tractatum habebant, Rex verò Ludovicus cum Principibus & Præfectis Provinciarum publicis cauſis litibúsq; componendis inſiſtens, poſtquam verò Synodalia eorum Decreta pro judicio comprobavit, & legationes Bulgarorum, Sclavorúmque audivit & abſolvit, Bavariam reverſus eſt, ubi ordinatis atque diſpoſitis, quæ videbantur neceſſaria eſſe, ſine mora per Alveum Rheni fluminis navigio venit Coloniam, ubi cum quibusdam ex Lotharii fratris ſui Principibus habitâ locutione profectus eſt in Saxoniam, ibi in loco Mimida ſuper Amnen olim Viſurgim nunc Wiſatah generali habito conventu cauſas populi ad ſe perlatas juſto abſolvit examine. Dein Thuringiam ingreditur apud Erphurd conventum habuit. Inde profectus natalem Domini in Ratiſpona celebravit.

DCCCLIII.

Nortmanni Britannicum mare navigio girantes. Hoſtia Ligeris fluminis occupaverunt & repentinâ irruptione civitatem Nannetem invadunt, omnique cædibus incendiis ac rapinis depopulantes Pontificem civitatis ipſo die Sabbato ſancti Paſchæ cum Baptiſmum ex more celebraret in Baſilica interfecerunt, clerúmque trucidant, omnémque circum quaque regionem devaſtantes, primum Andegavenſem dein Turoniam occupant urbem ac velut immanis tempeſtas cuncta proſternunt, templum etiam S. Martini incendio cremant, tunc primum Nortmannorum claſſis Ligeris litora attigit. *

* Ex Regine ad h. a. qui paulò aliter.

DCCCLIIII.

Johannes Anglicus Papa ſedit annis duobus, menſibus III. Fama eſt hunc * Johannem fœminam fuiſſe & uni ſoli familiari tantum cognitam, qui eam complexus eſt, & gravis facta peperit Papa exiſtens.

* Ex Sigeberto ad h. a.

Hincmarus Archiepiſcopus Remorum in Francia claret, qui vitam S. Remigii ſcripſit.

DCCCLV.

Lotharius Imperator convocatis primoribus regni Imperium ſuum inter filios diviſit, Ludovico Italiam tradidit &c. *ex Reginone ad hunc an. usque ad verba: III. kal. Octobr. ubi addit noſter.* Ludovicus Rex cum exercitu magno perrexit contra Razidum (Raſticen) Marahenſium Regem.

Eccleſia

Eccleſia S. Kiliani in Wirtzburch fulminibus exuſta eſt Non. Junii Corpus S. Martini levatur de tumulo.

DCCCLVI.

Lotharius Rex Thietbergam reginam ſibi in matrimonium collocat.

Rabanus Archiepiſcopus Moguntinus obiit cui Carolus ſucceſſit Filius Pippini Regis.

Ludovicus Secundus Filius Lotharii Imperatoris Romanorum LXXIX. cepit & annis XI. imperavit.

Benedictus II. Papa ſedit annis II. menſibus VI. diebus IX.

Michaël ſolus in CPoli imperavit annis XIII.

Rabanus IIII. die Menſis Februarii obiit, habens in Epiſcopatu annos IX. menſem uoum, dies quatuor.

Hatto Abbas Foldenſis IV. Idus April. deceſſit, Thioto ſuccedit.

Ludovicus Rex collecto exercitu per Sorabos iter faciens ducibuſque eorum ſibi conjunctis Dalmatas prælio ſuperat, acceptiſque obſidibus tributarios facit, inde per Boemos tranſiens nonnullos ex eorum ducibus in deditiooem accepit, in qua expeditione perierunt Comites Bardo & Erpſ cum aliis.

Meginradus Heremita martyrizatur.

DCCCLVII.

Karolus Archiepiſcopus apud Moguntiacum magnam ſynodum congregavit.

Hildigart Ludovici Regis Filia obiit. Treveris io Eccleſia canis viſus eſt in Sede Pontificali.

Karolomanno Marchia orientalis (quæ modo Auſtria dicitur) commendata eſt.

Britanni ingenti numero Gallias ingreſſi cuncta fere deprædantur.

Otgarius Epiſcopus & Ruodolfus Comes Palaeii & Hernuſtus Filius Hernuſti Ducis cum hominibus ſuis in Boemos miſſi, civitatem Witzrachi Ducis occupaverunt.

DCCCLVIII.

Ex Reginone. Quibus ſubjunguntur ſeq. Rex menſe Febr. cum quibusdam conſiliariis ſuis in Forhheim colloquium habuit, inde condicto placito in villâ Alamanniæ quæ vocatur Ulma Notingum Epiſcopum & Eberhardum Comitem miſſos Ludovici Nepotis ſui ſuſcepit & audivit, poſt mediam vero quadrageſimam venit in Franconofurt & ibi paſcha celebravit.

Villa quædam non procul ab urbe Pinguia ſita eſt, caput montium vocata eo quod ibi montes per alveum Reni fluminis tendentes initium habeant, quam vulgus corrupte Camunti nominare ſolet, ibi malignus ſpiritus evidens nequitiæ ſuæ oſtendit initium lapides jaciendo, parietes domorum quaſi malleo pulſando hominibus loci illius moleſtus efficitur. Deiu manifeſtè loqui & furtim ſublata quibusdam prodere, poſthæc diſcordias inter habitatores ejusdem loci ſeminare, demum omnium animos contra unum hominem coocitavit, quaſi peccatis illius exigentibus cæteri talia paterentur, & ut majus odium adverſus eum excitaret, in quamcunque domum idem homo intravit, ſtatim malignus ſpiritus illam exuſſit.

Igitur neceſſitate coactus cum uxore & filiis manſit in agris omnibúsque propinquis ſuis ſub tectum ſoum illum ſuſcipere timentibus. Sed nec ibi tutus fuiſſe permiſſus eſt, nam cum fruges ſuas univerſas congregâſſet & in acervos collegiſſet, ſpiritus nequàm ex improviſo veniens cunctas incendit; ut autem animos vicioorum, ipſum interficere cupientium placare potuiſſet idem ipſe ferro fervente de omnibus quæ ei objiciebantur criminibus ſe oſtendit immunem. Miſsique ſunt ab urbe Moganciaca presbyteri atque Diacones cum reliquiis & crucibus qui malignum ſpiritum ab eo loco expellereot, ſed illis in quâdam domo ubi maximè ſæviebat letanias agentibus & aquam benedictam ſpargentibus antiquus hoſtis nonnullos ex eâdem villâ illuc convenientes jactando lapides cruentavit, tamen modicum temporis à ſoa infeſtatione quievit: poſtquam verò iode diſceſſerunt qui miſſi fuerant, idem hoſtis multis audientibus lugubres edidit ſermones, nam presbyterum quendam nominatim exprimens ſe ſub cappa illius ſtetiſſe profeſſus eſt ea hora qua aqua benedicta aſpergebatur in domo, civibus ſe præ timore ſignantibus. Idem hoſtis de eodem presbytero meus inquit proprius eſt ſervus, à quo enim quis ſuperatur hujus eſt ſervus, quia nuper me ſuadente cum filiâ procuratoris iſtius villæ concubuit. Quod ſactum nullus mortalium ante ſciebat, exceptis his qui hoc crimen perpetraverant. His & hujusmodi malis Apoſtata Spiritus in loco ſupradicto per tria annorum curricula infeſtus non aote ceſſavit, donec univerſa pene ædificia ibidem ſuccendendo conſummeret. (m) (m)

DCCCLIX.

Lotharius Rex Hugberto Abbati ducatum inter Jurum & montem Jovis commiſit, eo quod tunc fideliſſimus putaretur utroque affinitate conjunctus propter Sororem Thietpergam.

Nicolaus Papa ſedit annis IX. menſibus II. diebus XX.

Ignatius Patriarcha CPolitanus è ſede ſuâ pellitur & Fotius laicus ſuccedit, hereticus ſedit annis IX.

DCCCLX.

Ex Reginone. In noſtro Gozbertus *qui in Piſtorii editione* Gansbertus.

DCCC-

(m) Sigebertus ad h. a. eandem Hiſtoriam ſed minus civiosè & exactè refert.

DCCCLXI.

Ex Reginone. Add. Karolomannus Filiorum Regis Maximus res novas molitus eſt. Expulit enim Duces, quibus commiſſa erat cuſtodia Pannonici limitis & Carantani atque per ſuos marchiam ordinavit, quod Regis animum ſuſpicantis rebellionem non parum commovit.

DCCCLXII.

Numeneus Rex Britonum moritur divino nutu percuſſus, cui Heriſpoius filius in
(n) regnum ſuccedit. (n)

Fames magna & morbus in Germania & in aliis partibus Europæ.

DCCCLXIII.

Ex Reginone: add.

Sanctus Meginradus Eremita martyri-
(o) zatur. (o)

Karolus Archiepiſcopus Moguntinus obiit II. Non. Jun. cui Luitbertus ſucceſſit II. kal. Decembr.

Comitatus Hollandiæ cœpit.

In regno Lotharii pro eo quod dimiſſa uxore - - - alteram duxit ſynodus in Metis collecta eſt omnium Epiſcoporum ejus, præter Hungarium Trajectenſem, quem ægritudo detinuit.

DCCCLXIIII.

Ex Reginone in noſtro Guntharius non Guntherius legitur. Add.

Ludovicus Rex Francorum Raſtizen Marahenſem ſibi ſubegit.

DCCCLXV.

Ex Reginone. Add. Apoſtolicæ Sedis Decreta contra Epiſcopos depoſitos: Nicolaus ſervus ſervorum Dei reverentiſſimis & ſanctiſſimis Fratribus noſtris Archiepiſcopis in regno Ludovici Germaniæ conſtitutis. Scelus quod Lotharius Rex, (ſi tamen Rex veraciter dici poſſit, qui nullo ſalubri regimine corporis appetitus refrænat, ſed lubricâ enervatione magis ipſius illicitis motibus cedit) in duabus fœminis Thietberga ſcilicet & Waldrada commiſit, omnibus manifeſtum eſt. Sed & dudum Epiſcopos Thietgaudum & Guntharium in tali facto eum habuiſſe tutores atque fautores penè totus nobis orbis undique ad limina ſeu Sedem Apoſtolicam confluens referebat, abſentibus quidem idipſum noſtro ſcribentibus Apoſtolatui, quod nos tanto credere renuimus, quanto de ipſis tale quid audire nullatenus ſperabamus, donec ipſi Romam tempore Concilii venientes coram nobis & ſanctâ Synodo tales inventi ſunt, quales fuerant à multis ſæpiſſimè prædicati, ita ut ſcriptura quam ſuis ſtipulaverant manibus, quamque volebant, ut noſtro roboraremus chirographo caperentur, & dum muſcipulam innocentibus opponere ſatagerent, inſidiis ſuis illaqueati ſunt ipſi, ſicque completum eſt Deo Auctore, quod in proverbiis legitur, fruſtra jactatur ante oculos rete pennatorum, ſiquidem ipſi obligati ſunt, & ceciderunt, nos vero, qui in hoc flagitium falſo cecidiſſe dicebamur, favente Domino cum juſtitiæ propugnatoribus reſurreximus, & erecti ſumus, Igitur decernente nobiſcum ſancta Synodo in præſentia depoſiti & ab officio ſacerdotali excommunicati atque à regimine Epiſcopatûs alienati indubitanter exiſtunt. Unde veſtra fraternitas Canonum normam cuſtodiens & decretorum ſanctiones obſervans caveat, ut hos quos nos abjecimus recipere in Sacerdotum Catalogo præſumat, depoſitionis autem ſententiam quam in prædictos Thietgaudum & Gundharium protulimus cum cæteris capitulis, quæ ſancto Concilio nobiſcum ſentiente promulgavimus, inferius annexa monſtrabitur.

Guntharius Colonienſis pœnitentiâ ductus, quod miniſterium ſacerdotale ab Apoſtolico ſibi interdictum contingere præſumpſerat, Romam profectus eſt, ſed reſtitutionis vel ſatisfactionis locum minimè invenit.

Eodem anno Adalwinus Juuavienſium Archiepiſcopus Nativitatem Chriſti celebravit in caſtro Khezelonis, novitet Moſaburch vocato, die officium celebravit Eccleſiaſticum, ſequenti die in proprietate Wittimaris dedicavit Eccleſiam in honore S. Stephani Protomartytis.

Subitaneum diluvium & vehemens grando fertilitatem frugum abſumpſit.

Gens Bulgarorum nomen Chriſtianitatis aggreſſa eſt.

Rudolfus Fuldenſis Cœnobii Monachus, qui apud totius penè Germaniæ partes Doctor egregius floruit, Hiſtoriographus & Poëta atque omnium artium nobiliſſimus Auctor habebatur VIII. Idus Marcii diem ultimum clauſit.

Corpora Sanctorum Euſebii & Pontiani MM. dono Nicolai Papæ ad Galliam tranſlata. (p) (p)

DCCCLXVI.

Initium hujus Annalis ex Reginone refert chronographus noſter uſque ad verba: nec ipſa vivente aliam ſuper ea induceret.

Irmingart ſoror Karoli Regis obiit.

Eodem tempore Ludovicus Rex fratris ſui Karoli regnum cum exercitu ingreſſus eſt geſtiens occidentalia regna ſuo ſubjungere dominatui, fratriſque præripere debitam portionem, quæ ei ſorte hæreditatis acciderat, oblitus conſanguinitatis fœdera. Ad hoc facinus peragendum occaſio fuit hæc. Cum enim Karolus quoſdam ex Nobilioribus regni aut publicè adjudicatos gladio percuſſit, aut dolo deceptos perdidit, cæteri formidantes ne ſimilia paterentur, Ludovicum Regem trans Rhenum commorantem ſolicitat, ejuſque animum ad obtinendum regnum fratris illiciunt, promittentes ſemet ipſos unàcum regno ejus ditioni

(n) hæc multo plenius Regino, quem excerpſit, ubi *Heriſpius* legitur.

(o) Vid ſupra ad A. 856.

(p) meminit & Sigebertus ad h. a.

ni tradituros. Hâc perſuaſione (ut animi Regum avidi & ſemper inexplebiles ſunt) facile io ſpem introductus, cum valida manu terminos regni intravit. Karolus ſentiens vires regni à ſe defeciſſe in ultimis finibus Aquitaniæ fugæ latibulum quæſivit, Ludovicus ut cœperat, regnum obtinuit, & usque Senonis civitatem pervenit, demiſſo verò exercitu io Germaniam ad propria redire, cum optimatibus regni cœpit negotia diſponere. Sed ſubito fortuna mutatur. Nam Principes, qui eum in regnum introduxerant, videntes, quod longè aliter iocederet erga eos, quam exiſtimaverant, pœnitudine tacti ad Carolum revertuntur; Karolus ex deſperatis rebus vires ſe recepiſſe congaudens, contractis undique copiis fratrem bello aggredi tentat. Ille intuens ex ſuis, quos ſecum adduxerat & ab his, quos ibi acquiſiviſſe viſus fuerat: ſe eſſe deſtitutum, maturius fugam arripuit, & cum debita confuſione fines regni exceſſit.

Ea tempeſtate Hugbertus Abbas, frater Thietbergæ Reginæ contra Lotharium Regem rebellare exorſus eſt, collectâ quippe prædonum validâ manu rapinas cœpit exercere. Interfectis itaque atque fugatis Lotharii fidelibus, qui finitima poſſidebant loca, agros villáſque eorum ſuæ factionis ſectatoribus diſtribuit. Ad hujusmodi temeritatem comprimendam Lotharius Rex ſemel iterum atque tertio exercitum produxit, frequenter etiam cum Ducibus armorum multitudinem direxit; ſed mioimè hanc præſumptionem extinguere potuit, quia loca inacceſſibilia inter Jurum & Alpes penninas ſeditioſis ſunt munitiſſima, præbent itinerantibus difficilem ingreſſum, attamen idem Acephala Hugbertus ooviſſimè à Cunrado Comite interemptus eſt juxta caſtrum, quod Urba dicitur.

DCCCLXVII.

Annaliſta noſter ad h. a. refert, quæ Regino ad præcedentem; & quem iſte Heriſpoſium Regem Britonum nominat, noſter Heriſpoium vocat.

Ludovicus Imperator dedit Eccleſiæ Corbeienſi & Hervordenſi quasdam decimales Eccleſias cum ipſis decimis in Parrochia Oſnaburgenſi conſentiente Epiſcopo & omni clero, ita ut Abbates gererent curas animarum de omnibus Sacramentis.

Legati Bulgarorum Ratisponam ad Regem venerunt diceotes: Regem illorum cum populo non modico ad Chriſtum eſſe converſum, ſimúlque petentes, ut Rex idoneos prædicatores Chriſtianæ religionis ad eos mitteret, quibus Rex miſit Ermenricum Epiſcopum cum Presbyteris & Diaconibus ad propagaodam fidem Catholicam: ſed cum illuc perveniſſent Epiſcopi à Papa miſſi totam illam terram prædicaodo & baptizando jam tunc repleverunt. Fertur de hujus gentis Rege &c. *Quæ ſequuntur ex Reginone ad h. a. deſumpta ſunt, quem Annaliſta noſter in fine citat, id quod illi non familiare.*

DCCCLXVIII.

Nortmañi oram Ligeris fluminis occupantes &c. *ex Reginone, qui ad an. DCCCLXVII. refert ad finem addit noſter:* Ruotpertus alter quodamodo noſtris tempotibus (q) (q) Machabæus fuit, cujus prælia, quæ cum Britonibus & Nordmannis geſſit, ſi per omnia ſcripta fuiſſent, Machabæi geſtis æquiparari potuiſſent.

Lotharius Rex promiſſionē ſuam quam ſuper Thietbergam Reginam Legato Apoſtolico pollicitus eſt irritam ducens atque juramentum oprimatum ſuorum floccipendens, iterum Waldradam ab Italia revocat, & ei ſe clanculo ſociavit, unde Nicolaus Apoſtolicus divino zelo cōmotus per diverſas Chriſtianæ religionis provincias, Italiæ videlicet & Germaniæ, Neuſtriæ atque Galliæ Regibus & Epiſcopis deſtinavit Epiſtolas, in quibus eam cum univerſis complicibus & communicatoribus fautoribúsque ſuis à conſortio ſanctæ Eccleſiæ usque ad pœnæ ſatisfactionem ſequeſtravit, miſit præterea Epiſtolam filiis Ludovici Regis de honore parentum ſervando. Duas dein Epiſtolas miſit Epiſcopis Germaniæ, unam de factionibus Græcorum alteram vero de Theutgaudi & Gunthatii Epiſcoporum depoſitione, in qua refert eos ſeptem capitalia crimina commiſiſſe, & ob hoc priſtinæ dignitatis reſtitutiooem nequaquam eos recipi poſſe commemorat.

Synodus apud Wormatiam menſe Majo habita eſt præſente Ludovico Rege ubi Epiſcopi nonnulla capitula de utilitate Eccleſiaſtica conſcribentes, Græcorum ineptiis congrua ediderunt reſponſa.

DCCCLXIX.

Nicolaus ſanctiſſimus & beatiſſimus Papa &c. *ex Reginone, qui refert ad annum præcedentem, quibus adjicit Annaliſta noſter:* Adrianus II. Papa ſedit annis V. Baſilius in CPoli imperavit annis XVII. Baſilius ex Eudochia habuit filios IIII. Conſtantioum, Leonem, Alexandrum & Stephanum.

Sclavi, qui vocantur Bohemi, terminos Bavarorum crebris incurſionibus infeſtant, & quasdam villas incendio tradentes mulieres inde duxêre captivas, contra quos Ludovicus Rex tutores partium illarum interim miſit, donec ipſe opportuno tempore ſuorum vindicaturus injurias in deſertores arma corriperet.

Menſe Auguſto Rex Ludovicus collectis copiis in tres partes diviſit exercitum, nam æquivocum ſuum cum Thuringis & Saxonibus ad comprimendam Sorabum audaciam deſtinavit, Bajoarios verò Carolomanno in adjutorium ſore præcepit contra Zwentibaldum nepotem Raſtizi dimicare volentem, ipſe autem Francos & Alemannos ſecum retinuit adverſus Raſtizen pugnaturus. Cúmque jam proficiſcendi tempus eſſet ægrotare cœpit, uode neceſſitate compulſus, Carolum filiorum ſuorum ultimum eidem exercitui præfecit, Domino exitum

(q) pleniori exemplari Reginonis hic noſter uſus, Piſtoriano.

rei commendans. Qui cum in villam ineffabilem Raſtizi munitionem veniſſet, Dei auxilio fretus omnia mœnia regionis illius eremavit, & abſcondita quæque in ſylvis, vel deſoſſa in agris reperiens, cum ſuis diripuit, omnésque ſibi congredientes ſugere compulit ac interfecit. Nec minus Carolomanus regnum Zuentibaldi, nepotis Raſtizi igne & gladio depopulatur. Ludovicus autem frater illorum cum Sorabis manum conſerens primo quibusdam occiſis, hoſtes terga vertere coegit, dein in deditionem accepit, dum hæc in diverſis locis gerebantur, Ludovicus Rex apud Ratisponam Bavariæ civitatem gravi detinebatur infirmitate, ita ut Medici illum ſanitatem recipere poſſe, deſperarent. Quapropter omne aurum & argentum, quod in theſauris illius inveniri potuit, per diverſa Monaſteriorum loca diſtribuit, & pauperibus erogavit. Unde & à cæleſti Medico, cui ſe ſe ſuáque omnia commendavit, curari promeruit.

Corpus S. Mauri diſcipuli S. Benedicti ad Foſſacenſe Cœnobium transſertur.

Photius à Baſilio Imperatore à ſede ejicitur, & Ignatius in exilium pulſus reſtituitur.

Lotharius Rex Romam profectus eſt &c. *Ex Reginone ad h. an. DCCCLXIX. Annaliſta noſter ad ſequentem refert.*

DCCCLXX.

Dalmatiæ regni diviſio facta eſt tempore illo. Dalmatia vetuſti nominis Græciæ regio prima, ab Oriente Macedoniam, ab occaſu Hiſtriam, à meridie pelagus Adriaticum, à ſeptentrione Pannoniam habuit. Nova autem in diviſione à campis Dalmatiæ hinc Hiſtriam usque Croatiam Albam, inde à dictis campis Dirachium usque, Croatiam rubeam & verſus montana à flumine Dirino trans ipſum flumen Macedoniam usque, Raſiam, & circa flumen Boſnam vocavêre. Servat etiam ætatis noſtræ conſuetudo, ut ea omnis Dalmatiæ quondam mare * in ſuperum vergens Dalmatia: & quicquid ejusdem Montes Mediterraneáque fuêre, Croatia nominetur, Raſſia & Boſna pro regni Croatiæ regionibus habeantur.

* ita Cod. laborante ſenſu.

Poſt verba ex Reginone ad h. a. in loco qui dicitur Marſana juxta Moſam.

Liutpertus Moguntinæ ſedis Archiepiſcopus cum quibusdam Suffraganeis ſuis Coloniam profectus Willibertum Presbyterum juſſu Ludovici Regis & totius cleri & populi electione, etiam Carolo nolente in locum Guntharii ordinavit Epiſcopum. Synodus in civitate Colonia juſſu Regis Ludovici habita eſt, præſidentibus Metropolitanis Epiſcopis Provinciarum, Liutperto Mogontiacenſium, Berhtulſo Trevirorum, Wiliberto Agrippinenſium cum cæteris Saxoniæ Epiſcopis, ubi cum multa ad utilitatem Eccleſiaſticam pertinentia ventilâſſent, etiam Domum S. Petri eatenus minimè conſecratam dedicaverunt. Feruntur etiam in eadem nocte, quâ mane Baſilica erat conſecranda, voces malignorum ſpirituum audiri inter ſe loquentium & valde dolentium ſe ab obſeſſis diutiſſimè ſedibus expelli debere.

Berhtulfus juſſu Regis & optimatum conſilio Trevirenſi Eccleſiæ præficitur.

Zwentibald nepos Raſtizi propriis utilitatibus conſulens ſe Carolomano una cum regno, quod tenebat, tradidit. Unde Raſtizi vehementer iratus, nepoti occultè ponit inſidias, & cum in convivio nihil mali ſuſpicantem jugulare diſponit, ſed gratia Dei omnipotentis à periculo mortis liberatus eſt. Nam antequam illi, qui eum necaturi erant, domum intrarent, ſurrexit de loco convivii, annuenre ei quodam ejusdem fraudis conſcio, & quaſi cum falconibus ludum exercens devitavit inſidias. Raſtiz autem videns denudatum conſilium ſuum, nepotem cum militibus quaſi comprehenſurus inſequitur, ſed juſto judicio Dei captus eſt laqueo, quem tetendit. Nam ab eodem nepote ſuo comprehenditur, ligatur, & Carolomanno præſentatur, in Bajoariam miſſus, usque ad præſentiam Regis ſervandus, in Ergaſtulum retruditur. Carolomannus verò regnum illius nullo reſiſtente ingreſſus, civitates & caſtella in deditionem accepit, & ordinato regno atque per ſuos diſpoſito, ditatus gaza regia revertitur.

DCCCLXXI.

Plura ex Reginonis annali præcedente.
Wormatia fulminis ictu crematur.

Poſt verba Reginonis ex annali DCCCLXX. Ludovicus verò ad Aquis palatium rediit &c. *ab Annaliſta noſtro ad h.a. relata, præterea additur.*

Morante Ludovico Rege in Aquenſe palatio venerunt ad eum Legati Ludovici Imperatoris de Italia, ſimúlque Adriani Papæ, quos ille ſuſcipiens abſolvit, & poſt paululum inde tranſiens circa kal. Novembris in Bajoariam profectus eſt, ibique cum ſuis colloquium habens, Raſtizen gravi cathenâ ligatum ſibi præſentari juſſit, eúmque Francorum judicio & Bajoariorum nec non Sclavorum, qui de diverſis Provinciis Regi munera deſerentes, aderant, morte damnatum, luminibus tantum oculorum privari præcepit.

Synodus Coloniæ celebrata eſt.

DCCCLXXII.

Legati Baſilii Græcorum Imperatoris menſe Januario cum muneribus & Epiſtolis ad Ludovicum Regem Ratisponam venerunt, atque ei inter cætera exenia criſtallum miræ magnitudinis auro gemmisque pretioſis ornatum cum parte non modica ſalutiferæ crucis obtulerunt. Qui honorificè ſuſcepti & congruâ reſponſione accepta in ſua redierunt. Rex verò mediante quadrageſima apud villam Forcheim generali Conventu filios ſuos de regni partitione inter ſe diſſidentes pacificavit, & quam quisque partem poſt obitum ſuum tueri deberet, liquido deſignavit.

Men-

Menſe Majo miſit Thuringos & Saxones contra Sclavos Marahenſes nunc Moravos, ſed ipſi diſcordes confuſi reverſi ſunt. Iterum quidam de Francia mittuntur Karolomanno in auxilium contra Sclavos prædictos, alii deſtinantur contra Boëmos, qui Dei adjutorio freti Duces quinque cum maxima multitudine rebellare nitentes in fugam verterunt, quosdam occiderunt alios in flumine Fuldaha ſubmerſerunt.

Ethelredus Anglorum Rex Ethenulfi filius obiit, poſtquam regnavit Elfredus filius Ethenulfi junior annis XXVIII. & menſibus ſex. Novem continuis annis pugnavit cum hoſtibus.

DCCCLXXIII.

Ludovicus Rex conventum in Franckenfurt habuit, ubi in ejus præſentia & optimatum ſuorum Epiſcoporum atque Comitum malignus ſpiritus Karolum filium ejus minimum invaſit VII. kal. Febr. & graviter vexavit, ita ut à ſex viris fortiſſimis vix teneri potuiſſet.

Karolus Galliæ Rex Karolomannum in Diaconatus officio poſitum excæcare præcepit.

Menſe Decembri Agathon Archiepiſcopus Baſilii Græcorum Imperatoris ad renovandam priſtinam amicitiam cum Epiſtolis & muneribus ad Ludovicum Regem Ratiſponam venit, quem Rex honorificè ſuſcepit & abſolvit.

DCCCLXXIIII.

Ludovicus Imperator Romam &c. *Ex Reginonis Annali DLXXII.*

Joannes VIII. Papa ſedit annis X.

Ludovicus Rex circa Calendas Februarii venit ad Franckofurt ibique de concordia & ſtatu regni cum fidelibus ſuis conſiliatus eſt, diebus autem quadrageſimæ cum orationi vacaret, vidit quadam nocte genitorem ſuum Ludovicum Imperatorem in anguſtiis poſitum, qui eum hoc modo, Latino affatus eſt Eloquio: Adjuro te per Deum noſtrum Jeſum Chriſtum & per trinam Majeſtatem, ut me eripias ab his tormentis, in quibus detineor, ut tandem aliquando vitam poſſim habere æternam. Hac viſione perterritus Epiſtolas per cuncta regni ſui Monaſteria deſtinavit, obnixè poſtulans ut animæ in tormentis poſitæ ſuis apud Deum precibus intervenirent.

Rex Ludovicus in Italiam per Alpes Noricas tranſiens cum Ludovico Nepote ſuo & Joanne Romano Pontifice haud procul ab urbe Verona colloquium habuit.

Hoc anno fame & peſtilentia per univerſam Galliam & Germaniam graſſantibus pene tertia pars humani generis conſumpta eſt.

Hemma Regina morbo Paraliſi correpta uſum loquendi amiſit.

Ignatius Patriarcha CPoli moritur, Photius, Baſilio ſibi favente, ſe intrudit.

Tempore novarum frugum novi generis plaga & pœna in gente Francorum viſa, Germanicum populum peccatis exigentibus non mediocriter afflixit. Nam vermes quaſi Locuſtæ quatuor pennis volabant, & ſex pedes habentes, ab oriente venerunt, & univerſam ſuperficiem terræ inſtar nivis opperuerunt, cunctáque in agris & in pratis viridia devaſtantes. Erant autem ore lato & extenſo inteſtino, duóſque habebant dentes lapide duriores, quibus tenaciſſimas arborum cortices corrodere valebant. Longitudo & craſſitudo illarum quaſi pollex viri. Tantæque erant multitudinis ut centum jugera una hora diei frugum propè Mogontiam urbem conſumerent. Quum autem volabant ita totum aërem per unius milliarii ſpatium vellabant, ut ſplendor ſolis in terra poſitis vix appareret, quarum nonnullæ in diverſis locis occiſæ ſpicas integras cum Granis & Ariſtis in ſe habuiſſe, repertæ ſunt, quibusdam verò ad occidentem profectis, ſupervenerunt aliæ & per duorum menſium curricula penè quotidie ſuo volatu horribile cernentibus præbuère ſpectaculum.

Rex Ludovicus à Verona rediens cum Karolomanno & Ludovico filiis ſuis locutus eſt, ibique Legatos Zwentibaldi pacem petentes & fidelitatem promittentes, ſuſcepit.

DCCCLXXV.

Locuſtarum inæſtimabilis multitudo &c. *Ex Reginone, qui refert ad A. DCCCLXXIII.*

DCCCLXXVI.

Ex Reginone mors Ludovici &c. qui ad A. 874. retulerat.

Eodem anno Carolus Rex Franciæ Patruus Ludovici Imperatoris Romam perrexit, & datis Apoſtolico Johanni & Romanis magnis muneribus Imperator creatur.

Karolus Rex de Italia in Galliam rediens novos & inſolitos habitus aſſumpſiſſe perhibetur, nam Talari Dalmatica indutus & Baltheo deſuper accinctus pendente usque ad pedes, nec non capite involuto ſerico velamine ac diademate deſuper impoſito, divinis feſtisque diebus ad Eccleſiam procedere ſolebat. Omnem enim conſuetudinem regni Francorum contemnens, Græcas glorias optimas arbitrabatur. Inter cætera jactantiæ ſuæ verba dixiſſe fertur, ſe tantam multitudinem de diverſis locis congregaturum, ut Rheno flumine ab Equis exhauſto ipſe per aridum Alveum ejusdem fluminis eſſet tranſiturus, totúmque Ludovici regnum vaſtaturus. * * Similia Sigebertus ad h. a.

DCCCLXXVII.

Ludovicus Rex Germaniæ apud Franckonemfurt Palatium diem clauſit extremum v. kal. Sept. &c. *Ex Reginone, qui ad annum præcedentem retulit.*

Morſbemma Regina ex Hermanno Contracto, qui refert ad an. præcedentem.

Carolus Calvus Filius Ludovici Pii Romanorum LXXX. cœpit & annis II. regnavit.

Friſones qui vocantur Occidentales cum Nortmannis dimicantes victores extiterunt, omnéſque Theſauros quos Nordmanni plurima loca ſpoliando congregaverant, abſtulerunt, atque inter ſe diviſerunt.

Carolus Imperator Monaſterium S. Cornelii apud Compendium fundavit & perfecit, & Reliquias Sanctorum Cypriani & Cornelii attulit, in quarum adventu reſponſorium *cives Apoſtolorum* quod usque nunc cantat Eccleſia, compoſuit. Ingruente in Germaniâ pecorum peſtilentia dum canes undique collecti cadaveribus incumberent ita diſparuerunt, ut nec vivi nec mortui reperirentur.

Carolus audito quod frater à ſæculo receſſiſſet, nimia ut ajunt exultatione perfuſus eſt &c. *Ex Reginone ad A. DCCCLXXVI. annaliſta noſter poſt verba* perfuſus eſt, *hæc adjicit.* Ex Italia ceſſit, nomen imperatoris reportans.

DCCCLXXVIII.

Eclypſis ſolis facta eſt IIII. kal. Novembris

Carolus Calvus Rex Galliæ frater Ludovici II. obiit & Imperator Romanorum apud Lugdunum in Monaſterio S. Antonii ſepultus.

Sarraceni Africæ Siciliam amiſerunt.

Joannes Scotus vir perſpicacis ingenii & facundiæ mellitæ claruit.

Comitatus Flandrenſis initium ſumpſit.

Carolus Imperator ſecundo Romam profectus &c. *Ex Sigeberto ad h. a. ubi poſt verba :* Mantuæ moritur, *addit noſter :* cujus corpus cum ſatellites ſui ad ſepulturam quam ipſe ſibi apud S. Dionyſium paraverat, transferre voluiſſent, propter fœtorem nimium putridi cadaveris, quo gravabatur exercitus, in Burgundiam apud Lugdunum in Monaſterio S. Antonii ſepelierunt. Carolomannus Optimates Italiæ ad ſe venientes ſuſcepit & diſpoſita prout voluit, regione reverſus eſt in Bajoariam.

Hoc anno Febris Italica dolórque oculorum Germanicum populum graviter vexat, maximè circa Rhenum habitantes, peſtilentia quoque ingens ſecuta eſt exercitum Karolomanni de Italia redeuntem, ita ut plurimi tuſſiendo ſpiritum exhalarent.

DCCCLXXIX.

Carolus cognomento groſſus Imperator LXXXI. cepit, regnavit annis XI.

Eclypſis ſolis accidit XXIX. die menſis Octobris. Paucis interjectis diebus Ludovicus Balbus Rex Galliæ &c. *ex Reginone, qui ad annum præcedentem refert.*

Marquardus Epiſcopus Hyldeneſheimenſis occiſus eſt. Wigbertus ſubſtituitur.

Carolus III. cognomento groſſus filius Ludovici Regis Germanorum, filii Ludovici Pii, filii Caroli M. Romanorum LXXXI. cepit & annis XII. regnavit. Synodus apud Treccam Galliæ civitatem, præſente Karolo Imperatore celebratur.

Henricus monachus vitam S. Germani Antiſiodorenſis Epiſcopi Heroicu metro in ſex libellis luculenter exaratam, Carolo Imperatori obtulit Calvo.

Milo Monachus claruit qui vitam S. Amandi metricè compoſuit.

DCCLXXX.

Boſu audita morte Ludovici &c. *ex Reginone qui refert ad annum præcedentem. Ubi apud Piſtorium de Hugone legitur :* & inter adverſariorum arma recidit : *Annaliſta noſter habet.* Inter manus adverſariorum animam reddidit.

Sclavi qui vocantur Dalmatii & Boemi atque Sorabi cæterique circumcirca vicini audientes Stragem Saxonum à Nortmannis factam, pariter conglobati Thuringos invadere nituntur.

Ludovicus Rex natale Domini celebravit in Forcheim inde in Bajoariam eſt profectus, inviſere Karolomannum qui gravi tenebatur infirmitate, nam paraliſi morbo correptus uſum loquendi amiſit, ibique optimates ejusdem regionis ad ſe venientes ſuſcepit, ea videlicet ratione, ut poſt obitum Karolomanni nullum alium ſuper ſe Regem ſuſciperent vel regnare conſentirent, inde tranſiens Paſcha celebravit in Franckefurt. (r) (r)

Hugo Lotharii ex Waldrada filius Tyrannidem exercebat in Gallia.

DCCCLXXXI.

Carolomannus Rex Paralyſi diſſolutus &c. *Ex Reginone, qui tamen, ad annum præcedentem retulit. Eo loco denuò emendari lectio Reginonis ex noſtro poteſt, qui Arnolpho à Rege* Carantanum *non* Coruntanum, *uti in Piſtoriana legitur, conceſſum ſcribit.*

Nortmanni plurima loca Galliæ vaſtaverunt, videlicet Cameracum, Trajectum & Pagum Haſpanicum totámque Ripuariam, præcipuè in eis Monaſteria, id eſt Prumiam, Indam, Stabulaus, Mamuldarium & Aquenſe Palatium, ibi in capella Regis Aquis ſuis ſtabulum fecerunt, prætera Agrippinam Coloniam & Bunnam civitates, cum Eccleſiis & ædificiis incenderunt. Qui autem inde evadere potuerunt, ſive Canonici, ſive Sanctimoniales Moguntiacum fugerunt, Theſauros Eccleſiarum & Sanctorum Corpora ſecum portantes.

DCCCLXXXII.

Carolus de Alemannia egreſſus &c. *Ex Reginone ad an. DCCCLXXXI. ad verba :* cum gloria magna imperator creatus eſt. *noſter adjicit :* cum uxore ſua Richgarda. DCCC-

(r) eadem ſed brevius Hermannus Contractus ad A. DCCCLXXIX.

DCCCLXXXIII.

Annalis hic totus ex Reginone tranſcriptus, ubi ad A. DCCCLXXXII. refertur.

DCCCLXXXIIII.

Ex Reginone ad A. DCCCLXXXIII. ubi Radbodus Treuirorum Epiſcopus VI. Idus Aprilis *Bertulpho ſucceſſiſſe legitur; noſter habet* VII. Idus April. Martinus II. Papa ſedit anno I. menſ. VIII.

DCCCLXXXV.

Ex Reginonis annali, anni præcedentis exſcripta omnia, etſi paulo tranſpoſita.

Carolus Imperator Eccleſiæ quæ eſt in villa Oeting multa bona tribuit VIII. kal. Sept. Hugo Abbas magnæ pietatis vir & prudentiæ Aurelianis moritur & apud S. Germanum Antiſiodoro ſepelitur, Ducatus quem tenuerunt Odoni Filio Ruodberti ab imperatore traditur qui ea tempeſtate Pariſiorum Comes erat. (s)

DCCCLXXXVI.

Hugo Filius Lotharii contra Imperatorem rebellat, & oculis privatur.

Otto vir militaris & ſtrenuus à principibus Galliæ Rex creatur in Palatio Compendii. Hic patrem habuit ex Equeſtri Ordine Rupertum, avum verò Paternum Witichum ex Germania profugum. Hunc autem ideirco in regnum promoverunt, quod Carolus filius Caroli nepotis Caroli Calvi Galliarum Regis, cui regnum debebatur, vix adhuc triennis erat patre defunctò.

Adrianus III. Papa, ſedit anno I. menſibus III. Imperatore Papiæ conventum generalem habente, Guido Dux Spoletanotum, qui antea fuga ab Imperatore lapſus eſt, cum juramento excuſavit ſe non eſſe reum Majeſtatis, ad fidelitatem Regiam ſuſceptus eſt.

Imperator poſt obitum Carolomanni Regis, qui Galliam rexerat, ipſum regnum ingreditur receptisque primoribus & diſpoſitis ibi rebus remeavit in Franciam Orientalem. Gotfridus Rex Danorum à ſuis occiſus eſt, ſive Nortmannorum.

Pax inter Arnoldum & Zuentibaldum præſentibus Bajoariorum principibus firmatur.

DCCCLXXXVII.

Stephanus V. Papa ſedit annis VI.

Leo in CPoli Imperium tenuit annis XVII.

Nortmanni à Lovanio exeuntes Pariſius obſident.

Corpora SS. Martyrum Diodori Presbiteri & Mariani Diaconi cum innumerabili multitudine utriusque ſexus ſub Numeriano paſſorum à Stephano Papa levata ſunt & ad diverſas Eccleſias locata.

Diſcordia inter Berengarium Cognatum Regis Forojulianorum Duce & Liutpardum Epiſcopum Vercellenſem oritur, Vercellis à Berengario expoliatur & rebus Epiſcopi abreptis prout voluie, reverſus eſt.

DCCCLXXXVIII.

Ex Reginonis Annali MCCCLXXXVII.

DCCCLXXXIX.

Ex Reginonis Annali DCCCLXXXVIII. poſt verba indefeſſus Propugnator extitit, *addit noſter:* Arnulphus verò totam Orientalem Franciam, quod modo Teutonicum regnum vocatur, id eſt Bajoariam, Sueviam, Saxoniam, Turingiam, Freſiam, Lotharingiam rexit.

Aroulfus Karolomanni filius Romanorum LXXXII. cepit, & annis XII. regnavit & ille annus eſt ultimus Karoli & primus Arnulfi. Rodulfus corona ſibi appoſita Rex Burgundionum ſtatuitur, quod regnum multu tempore duravit.

Photio Patriarcha CPolitano à Stephano Papa excommunicato & ejecto; ſubſtituitur Stephanus filius Baſilii Imperatoris.

DCCCXC.

H. a. indict. VIII. Arnulfus Rex in quodam Privilegio, anno regni ejus tertio apud Otingas curte regali dato, refert Carolomanum Patrem Monaſterium ad Otingas in honore S. Mariæ & S. Philippi Apoſtoli cæterorúmque Sanctorum ibidem quieſcentium à fundamentis conſtruxiſſe.

Hunnorum regnum in Pannonia deficit quod ſtetit DVII. annis.

Zwendibaldus & Radoldus filii Arnulphi de concubinis nati.

DCCCXCI.

Reginonis annalis DCCCXC.

Arnulfus Hungaros primus vocavit in auxilium contra Zwendiboldum, usque huc incognitos in malum maximum toti Germaniæ.

Wilibertus Colonienſis Epiſcopus ab hâc luce ſubtractus eſt, Herimannus ſucceſſit.

Salomon Conſtantienſis Epiſcopus obiit, cui ſucceſſit Salomon Abbas ſancti Galli vir Nobilitate, prudentiæ & ſapientiæ virtutibus inſignitus, qui præfatæ urbis tertius eſt ejus nominis Epiſcopus.

Sunderoldus Archiepiſcopus Moguntinenſis occiſus eſt à Nortmannis Wormatiæ. S. Udalricus naſcitur.

Romani & cæteri Itali nullum Præſidium ab imperatoribus externis contra rebelles Longobardos (ea loca quæ nunc Lombardia dicta incolentes) ſentientes, Berengarium Forojulienſem Ducem, Roma oriundum crearunt Imperatorem, alii verò in Diſcordia Guidonem Spoletanum Ducem regem Italiæ declararunt.

Berengarius & Guido novi Principes Italiæ inter ſe diſſidentes, aliquot commiſſis præliis concurrerunt. Berengarius tamen vir Magnanimus ſuperior evaſit, & fœdere ioito cum Arnulfo Imperatore Auxilia contra Guidonem mitti impetravit.

DCCCXCII.

Hatto Abbas Augienſis in Moguntiacenſi Eccleſia Metropolita conſecratur; ob-

(s) & hæc ex Reginone qui tamen ad A. DCCCLXXXVII. refert.

obſcurus quidem genere ſed acutus Ingenio & qui difficile diſcerneretur melior Conſilio foret an pejor.

Embricho Regino urbis, modo Ratiſponæ Epiſcopus obiit. Ipſa verò civitas IIII. Idus Aug. concremata eſt, exceptis domus ſancti Emmeranni M. & S. Caſſiani Media urbe conſtituta, ab igne defenſæ ſunt.

Nortmannorum Reges duo videlicet Sigifridus & Godefridus cum multitudine maxima interfecti, Regia ſigna XVI. ablata & in Bavariam in Teſtimonium transmiſſa ſunt. Ubi in loco Rex Letanias celebrare præcepit.

DCCCXCIII.

Megingaudus Comes Nepoſodonis Regis Francorum dolo interfectus eſt ab Albrico & ſociis ejus in Monaſterio S. Sixti (t) quod dicitur Rotila (t) v. kal. Sept. per idem tempus Arnt Wirtziburgenſis Eccleſiæ Epiſcopus hortatur & ſuaſione Poponis Thuringorum Ducis ad pugnam contra Sclavos profectus, in eadem pugna occiditur. Cui Ruodulfus frater Cunradi Comitis ſucceſſit. Arnulfus Rex Zuendiboldo Filio honores Megingaudi Comitis ex parte largitur. Poppo Dux Turingorum dignitatibus expoliatur, Ducatus quem tenuerat Cunrado commendatur, quem pauco tempore tenuit & ſua ſponte eum reddidit, dein Burchardo Comiti committitur, Odone Rege in Aquitania commorante Francorum Principes ex maxima parte ab eo deficiunt & agentibus Fulcune Epiſcopo, Heriberto & Pippino Comitibus in Remorum civitate Karolus Filius Ludovici Balbi ex Adelheida Regina natus in regnum elevatur.

Bellum maximum inter Moravos & Bavaros Formoſus Papa ſedit annis V. menſibus VI. Cluniacum Monaſterium conſtruitur à Guilielmo Aquitaniæ Duce.

Remigius Epiſcopus Antiſiodorenſis in exponendis divinis ſcripturis & humanis claruit.

Berno ex Comite Abbas Gigniacenſis floruit. Rex habita victoria de Nortmannis in Alemania curte Regia Ulma natalem Domini celebravit, inde ad orientem proficiſcitur ſperans ſibi Zwentibaldum Ducem obvium habere, ſed ille fidem & omnia promiſſa mentitus eſt. Quapropter Rex tribus exercitibus Francis Bajoariis & Alemannis ſecum ſumptis, menſe Julio Moraviam intravit, ibi per quatuor Ebdomadas cum tanta multitudine Ungaris ibidem ad ſe cum expeditione venientibus omnem illam regionem incendio devaſtandam verſabatur, miſſos etiam ſuos ad Bulgaros & Regem eorum Laodomir ad renovandam priſtinam pacem cum muneribus menſe Septembrio transmiſit.

DCCCXCIIII.

Arnulphus Rex de Bajoaria egreſſus Franckonefurt venit & Rhenum tranſiens civitates quæ in regno Lotharii ſunt ex maxima parte circuivit, in quo itinere Illi ingentia dona ab Epiſcopis oblata ſunt.

Odo compoſitis rebus in Aquitania in Franciam revertitur & cum Ruotberto fratre Carolum fugat, ſuosque defectores perſequitur.

Remigius Antiſiodorenſis Epiſcopus, divinarum ſcripturarum inſignis commentator claret.

Arnulfus Rex iterum regnum Zwentibaldi Ducis ingreditur cum exercitu, maxima parte illius regionis exſpoliata propter inſidias poſitas magna cum difficultate itineris in Bavaria ad Reginam curtem Otingam reverſus eſt, de qua ei non poſt multum filius naſcebatur, quem Hatto Moguntinenſis & Adalbero Auguſtenſis Epiſcopi ſacro fonte baptiſmatis chriſmantes, nomine avi ſui Ludovicum appellaverunt, miſſi autem Formoſi Apoſtolici cum Epiſtolis & Primoribus Italici regni, ad Regem in Bavaria advenerunt, enixe deprecantes ut Italicum regnum & res ſancti Petri ad ſuas manus à malis Chriſtianis eruendum adventaret. Quod tunc maximè à Guidone Tyranno affectatum eſt, quos Rex apud urbem Regino honorificè ſuſcipiens & cum muneribus, poſtulata annuens abire permiſit.

Carolus Rex Francorum Hundeum Regem Nordmannorum fecit baptiſari & Duces ejus Rollonem & Bellonem.

Borſivoy Dux Bohemorum baptiſatur à B. Methudio Archiepiſcopo Moravorum.

DCCCXCV.

Ex Reginonis Annali DCCCXCIIII.

Suatocopius Penultimus Rex Moravorum & primus Chriſtianus baptiſatus à Beato Cyrillo Epiſcopo eo tempore regnavit.

DCCCXCVI.

Odo Muſicus ex Clerico Turonenſi fit monachus ſub Bernone Abbate.

DCCCXCVII.

Ex Reginonis annali DCCCXCVI. ad verba mater Lamberti, *noſter addit*, Agildrudis.

Bellum maximum inter Bulgaros & Hungaros factum, ubi Bulgaris tunc Chriſtianis ceſſit Hiſtoria licet cruenta, nam ex eis XX. millia Equitum cæſa dicuntur.

Leo Imperator Græcorum Lazatum quendam Epiſcopum ad Auguſtum cum muneribus transmiſit, quem ille apud Ratiſponam gratanter accipiens, paucos dies ſecum retinuit, tandem honoribus ditatum remiſit in ſua.

Arnulfus Imperator Corpus S. Dionyſii Areopagitæ de Gallia transtulit in Ratiſponam quam præ cæteris locis regni ſui Metropolim Bavariæ conſtituit, muros ejus ampliavit, Monaſterium B. Emmerami plurimis ornamentis adornavit ac largis poſſeſſionibus locupletavit.

Item

(t) ad Reginonem Piſtorii Sotila; ubi hæc omnia, ſed à noſtro tamen paulo aliter narrantur, & aliquando plenius.

Item Imperator Caſtrum Scheyrn in Bavaria primò conſtruxit & ibidem Comitatum ordinavit.

Imperator curte Regia Otinga natalem Domini celebravit, dein habito generalì conventu urbe Regino, propter gravitatem Corporis in Bavariæ hyemare diſpoſuit.

Fames valida per univerſam Bavariam, ita ut multi inediâ conſumerentur.

DCCCXCVIII.

Arnulfus menſe Majo Wormatiam venit ibique placitum tenuit. Ea tempeſtate inter Rodulfum Epiſcopum Wirziburgenſem & filios Heinrici Ducis Adelbertum Adalhardum & Heinricum magna controverſia ex parvis rebus oritur. Et dum de Nobilitate carnis & de parentum numeroſa multitudine de magnitudine terrenæ Poteſtatis ultra quam decerct, ſe extollunt, in mutuis cædibus prorumpunt. Innumerabiles ex utraque parte gladio cadunt. Regiones illis ſubjectæ rapinis & incendiis ſolotenus devaſtantur.

Zuendibaldus filius Imperatoris cum quibusdam primoribus ſuis, qui priori anno ab eo honoribus privati ſunt, pacificatur.

Eodem anno indictione prima imperante Arnulfo Ratisponenſi Eccleſiæ præſidente Tutone dedicatum eſt Monaſterium S. Emmerami IX. kal. Oct. à Sanctiſſimo Sedis Apoſtolicæ præſule Formoſo, in honore ſanctæ & individuæ Trinitatis & ſanctiſſimæ Dei genitricis Mariæ & ſancti Petri Apoſtoli & S. Emmerami M. & Epiſcopi, præſentibus Hermanno Agrippinæ, Hattone Moguntiæ, Adalgario Bremenſi, Rapotone Treverenſi Archiepiſcopo, Sigismundo Belvarienſi, Iringo Baſilienſi, Theodolfo Curienſi, Engelmaro Oſannenſi, Rudolfo Herbipolenſi, Etchanholdo Rubilocenſi, Waldone Friſingenſi, Baldtamo Argentinenſi, Wichperto Hiltinenſi, Salomone Conſtantienſi, Adalberone, Auguſtenſi, Drugone Mindenſi, Theotlao Warmacienſi, Gotheraco Spirenſi, Ruperto Metenſi, Dadone Wirdunenſi Epiſcopis.

Bonifacius VI. Papa ſedit diebus XV.

DCCCXCIX.

Odo Rex Franciæ ægritudine pulſatur & tertia die menſis Januarii diem clauſit extremum, & apud ſanctum Dionyſium cum debito honore ſepulturæ mandatur. Principes in unum congregati pari conſilio & voluntate Catolum filium Ludovici Balbi ſuper ſe Regem conſtituunt, & regnavit annis XXVI.

Inter Ludovicum & Berengarium in Italia plurimæ progreſſiones fiunt, multo certaminum diſcrimina viciſſim ſibi ſuccedunt, noviſſime Ludovicus Berengatium fugat, Romam ingreditur, ubi à ſummo Pontifice coronatus Imperator appellatur.

Rupertus fratet Odonis Regis Franciæ à Carolo Dux Celticæ prælatus, cum poſtea regnum affectaret à militibus Caroli interfectus eſt, cujus filius Hugo ob necem patris Regi ſemper infenſus, conſilio egit per quoscunque potuit, ut Rudolfus filius Richardi Burgundionis eo multum reclamante Rex crearetur & Carolus Rex ab Heriperto ejusdem Hugonis cognato per inſidias caperetur carcerique mancipare tur, in quo poſt quinquennium defunctus eſt, anno regni ſui XXXVI. vitæ vero LIIII. Idem autem Carolus ex ſorore Adelſtain Regis Anglorum filium procreavit nomine Ludwicum, qui inter perturbationes Patris infantulus adhuc transmarinis partibus advectus, ad Avunculum Adelſtanum poſt patris necem & Rudolfi mortem paternum & avitum rexit Imperium. Hic etiam ex Gebirga Hainrici Saxonum Ducis & poſtea Regis, filia, ſorore Ottonis Magni, quam extincto Giſilberto, ejus viro, conjugem duxit, Lotharium filium ſuſcepit qui in eodem regno patri ſucceſſit.

Stephanus ſextus Papa ſedit anno uno, menſibus III.

Sarraceni Africæ iterum Siciliam occupaverunt.

Iſauricus filius Erbonis Comitis & Præfecti publicus Hoſtis Arnulfi Imperatoris in civitatis Murarenſi ſe recipiens & eam magis muniens Imperio rebellat. Ejus contemporaneus Leopoldus Comes & Præfectus in Partibus illis fuit.

Fernandus Gundiſalvus Comes Caſtelli cepit bella duriſſima contra Sarracenos.

DCCCC.

Mors Arnulphi & ſepultura Ottingæ, ex Reginone qui refert ad annum præcedentem & benè. Noſter enim in temporum ratione ſibi non conſtat & ferè omnia anno uno prævertit, quæ ex Reginone deſumpſit, vitioſo haud dubiè in hiſce uſus exemplari.

Hungari audita Arnulfi Imperatoris morte collecto permagno exercitu Moravianorum gentem, quam illorum auxilio Arnulphus ſibi ſubdiderat, invadunt, ſibique vendicant, Bavarorum fines occupant, Caſtella diruunt, Eccleſias igne conſumunt, populos jugulant, & ut magis magisque timeantur, interfectorum ſe ſe ſanguine potant.

Romanus Papa ſedit menſibus IIII.

Theodorus II. Papa ſedit diebus XX.

Joannes IX. Papa ſedit annis II. menſibus III.

Hungari totâ Italiâ devaſtata, ita ut occiſis Epiſcopis complurimis, Italici contra eos debellare molientes in uno prælio una die ceciderunt XX. millia, ipſi namque eadem via, qua intraverunt, Pannoniam regreſſi ſunt miſſos illorum ſub dolo ad Bavaros pacem optando, regionem illam ad explotandam transmiſerunt, quod primum malum & inviſum damnum Bavarici regni contulit. Igitur ex improviſo cum manu valida & maximo exercitu ultra Aneſum fluvium regnum Bavaricum hoſtiliter invaſerunt, ita ut per quinquaginta miliaria in longum & in transverſum igne & gladio ce-

cedendo & devaſtando una dic proſternaverunt.

DCCCCI.

Ex Reginone de electione Ludovici, morte Zuendipol &c. qui refert ad annum præcedentem.

Gerhardus Comes Odam uxorem Zwentibaldi Regis ſibi in matrimonium collocat.

Edwardus filius Elfredi Anglorum Rex regnavit annis XXIII.

Hungari Bavariam vaſtaverunt, ſed Ludovicus gentis ſuæ depopulationem non ferens magno exercitu coacto juxta Lycum fluvium cum eis pugnavit, & plus quam mille ex eis interfecit, cúmque pugna usque ad horam ſeptimam jam pertraheretur, & Regis victoria æſtimaretur, Hungari callidi poſitis ex adverſo inſidiis fugâm ſimulabant, quos dum Regis milites doli ignari impetu validiſſimo inſequerentur, omni ex parte prodeunt inſidiæ, & quaſi victi ipſi victores interimunrur, ut veró rabies perfidiæ ſuæ ſatiaretur Bavarorum, Suevorum, Francorum regna percurrunt, cunctáque vaſtando inceodunt.

Ludovicus III. filius Arnulfi Romanorum LXXXIII. cepit, & annis XII. regnavit.

Poſt Frontonem Stephanus Leodienſis Epiſcopus ordinatur, vir ſanctitate & ſcientiâ clarus, qui vitam B. Lamperti ſcripſit, & cantum de S. Trinitate & de inventione
(u) S. Stephani fecit. (u)

Bavari aſſumptis ſecum Boëmis regnum Moravorum intrant, cuncta incendio per tres Ebdomadas devaſtârunt, tandem cum omni proſperitate domum reverſi ſunt.

DCCCCII.

Ex Reginone Annalis DCCCCI. ad verba: occiduntur à Bavaris, *addit noſter notam ſequentem:* Nora quod ſub Regibus Bavarorum & Orientalium Duces erant, ſicut hodie ducatus Dachaw dicitur, quam diu Regnum in Bavaria duravit.

DCCCCIII.

(x) Adalbertus Comes cum fratribus Adalchardo & Heinrico collecta manu adverſus Eberhardum & Gebehardum & Rodulfum Epiſcopum Würzeburgenſem fratres, ex caſtro, quod Babemberch dicitur, proſiliens ad pugnam proceſſit. Cujus impetum illi viriliter excipientes, ferro aciem irrumpunt, obvios quosque terræ proſternunt, nec ante deſiſtunt, quam adverſariorum agmen fugam inire compellunt, in quo certamine Hainricus interfectus eſt, & Adalchardus captus & poſt modicum juſſu Gebehardi decollatus eſt, Eberhardus etiam multis vulneribus confuſſus in prælio cecidit, ubi finito conflictu inter cadavera occiſorum à ſuis invenrus domum deportatur, & paucis interpoſitis diebus & ipſe moritur.

Benedictus IIII. Papa ſedit annis II. menſibus II.

Aſsyrii Armeniam primo, dein Cappadociam invadentes usque ad Euxini Ponti litora prædas agunt.

Ungari quidam de exercitu, qui Bavariam deprædaverant de Aquilonari Danubii fluminis parte prorupere partem illam devaſtando, quod ut Leopoldo Comiti compertum foret, moleſtè hoc patiendum ferens, contractis ſecum quibusdam primoribus Bajoariorum, uno tantum Patavienſis ſedis Epiſcopo comitaote, ultra Danubium eos inſequendo ſe tranſpoſuit, conſertóque prælio cum illis nobiliter dimicatum eſt, ſed nobilius triumphatum, nam in prima congreſſione belli tanta Dei gratia Chriſtianis occurrit, ut mille ducenti gentilium inter occiſos, & qui ſe Danubio merſerant, perempti inveniuntur. Vix tamen unum de Chriſtianis occiſum in apparatu belli inveniunt, in eodem loco poſt victoriam illis cælitus datam congreſſi magno clamore Deo gratias referebant.

DCCCCIIII.

Conſtantinus cum Alexandro Patruo ſuo CPoli imperat annis duobus.

DCCCCV.

Ludovicus filius Boſonis &c. *Ex Reginonis Annali DCCCCIIII. quo loco in Piſtoriana ſenſus labornt hiſce in verbis:* cernens autem nullum eſſe aut poſſe nocere &c. *noſter correctius :* Cernens autem nullum ſibi reſiſtere aot poſſe aut audere &c.

Sarraceni à Rege ſuo ex Africa miſſi in Italia, Calabria & Apulia multa mala agunt.

Cæterum Reginonis exemplar, quo uſus eſt ſive Staindelius ſive Staindelio multo antiquior Rapſodus, in verbis deſinit : Et dono Regis inter nobiliores quosque diſtributæ. *Poſt quæ tamen in Piſtorinna p. m.* 100. (*y*) (y)
nonnulln adhuc leguntur.

DCCCCVI.

Leo V. Papa ſedit diebus XL.

Chriſtophorus Papa ſedit menſibus VII.

Conſtantinus ſolus in CPoli imperat annis XXXIX.

DCCCCVII.

Adalbertus Comes jam ſeptennio re- (z)
bellionem exercet. Sciens Ludovicus Rex fortitudinem illius audaciæ haud quaquam ſe in tergiverſatione quadam poſſe devincere, Hattonem Mnguntiæ ſedis Archiepiſcopum, quod ſuper hac re faciendum eſſet, conſuluit, qui ut erat verſutus, deſine, ait, ego te ſecurum meis ſolicitudinibus reddam, ego ut ad te ille adveniat providebu, ru ne redeat curato. Hatto itaque animi confidentia quod nonnullas res ex infortunio ſecundas effecerat, animatus, Babenbercb quaſi Adalberti rebus conſulturus adiit, multáque locutus in dolo ſuaſit ei

(u) eadem repetit ad annum ſeq.
(x) Ex Reginone ad an. 902. niſi quod quædam hic exactius.
(y) edit noviſſ. curante Struvio.
(z) Ex Ottone Friſingenſi Chron. L. VI. Cap. XV. etſi nonnullis mutatis.

ei ad Regem venire ſpondens ei jurejurando, aut ei pacem cum Rege facturum, aut incolumem illum ſuo loco reſtituturum. His pactis conſentiens Adalbertus fidei & amicitiæ gratia ut dignaretur prandere, rogavit Epiſcopum, quo calliditatis obtentu negante, illico urbem egreſſi ſunt Epiſcopo dexteram Adalberti tenente; cúmque pertranſiſſent oppidum, quod Temrſtat dicitur cum omni comitatu, fertur Epiſcopus clamâſſe: proh! inquiens quam ſæpè petit, qui oblata ſpernit, tædet me longioris viæ & tardioris horæ, nam jejuni toto die non poſſumus ambulare. Hæc audiens Adalbertus nihilque mali ſuſpicatus ad genua Pontificis ſe lætus inclinavit, & ut urbem, gratia guſtandi, reverteretur, depoſcit. Pontifex in urbem revertitur cum Adalberto, putans ſe liberatum à vinculo juramenti eo quod incolumem eum reſtituiſſet ſuo loco, poſthæc cum Pontifice exiens Regi Ludovico ab eo præſentatur, moxque habito judicio Principum qui affuêre decreto, capitalem ſubit ſententiam, & in proprio caſtello Thariſſa accepit ſepulturam. Hic Adalbertus filius fuit ſororis Henrici Ducis poſtea Regis, & Nepos Ottonis Ducis Saxoniæ. Hujus Adalberti frater à Conrado Comite patre Conradi poſtea Regis interfectus eſt, in cujus ultionem ipſe quoque Conradus occiſus eſt ab Adalberto, nec ullus Regum potuit tam ingens bellum inter eminentes viros ortum ſedare. Ipſe etiam Ludovico Regi rebellis fuit.

Ex hujus Alberti ſanguine Albertus, qui poſtmodum Marchiam orientalem, id eſt, Pannoniam ſuperiorem ſeu Auſtriam Hungaris ereptam dominio imperii adjecit, originem duxiſſe traditur.

DCCCCVIII.

Leopoldus Dux Bavariæ pater Arnoldi Ducis cum multis Bavaris ab Hungaris occiditur. Bavariæ Duces iterum ſurgunt.

Rudolphus Epiſcopus Herbipolenſis obiit.

DCCCCIX.

Hungari Saxoniam & Thuringiam vaſtant, ubi Burchardus Dux Thuringorum cum plurimis occiſus eſt.

Imperium diviſum eſt, partim in Italia, partim in Germania regnaturum.

Berengarius primus imperium in Italia uſurpavit annis IIII.

DCCCCX.

Ludovicus Rex pugnavit contra Hungaros.

DCCCCXI.

Hungari vaſtaverunt Franciam Orientalem & Thuringiam.

DCCCCXII.

Ludovicus Rex moritur, hic habuit uxorem nomine Mathildam ſororem Brunonis ac magni Ducis Ottonis Saxoniæ, horum pater erat Luitoldus, qui Romam profectus, tranſtulit inde reliquias Innocentii Papæ, ex quibus Bruno dum ducatum adminiſtraſſet totius Saxoniæ duxit exercitum contra Danos, & inundatione circumfuſus non habens locum pugnandi periit cum omni exercitu, fratri Ottoni natu quidem minuri ſed omni virtute multo potiori ducatum relinquens, Regi autem Ludovico cum non eſſet filius poſt mortem ejus omnis populus Francorum atque Saxonum quærebat Ottoni diadema imponere regni, ſed ipſe quaſi jam gravior recuſabat onus imperii, ejus tamen conſultu Conradus quondam Dux Francorum filius illius Conradi, quem Adalbertus occidit, in regnum ungitur, penes Ottonem tamen ſummum ſemper & ubique fiebat imperium.

Natus eſt autem eidem Ottoni filius mundo neceſſarius optimus Henricus, qui primus libera poteſtate regnavit in Saxonia, cui pater moriens totius Saxoniæ Ducatum reliquit Conrado jam in regno ſublimato. Ludovicus hic fuit ultimus de ſtirpe Caroli apud orientales Francos regnantium, ſepultus apud Fuldam Monaſterium.

DCCCCXIII.

Conradus Romanorum LXXXIIII. filius Conradi, quem Adalbertus occiderat ex Genere Francorum oriundus, vir ſtrenuus, bellorúmque exercitio doctus in Regem eligitur, & annis VII. regnavit.

Hungari in Bavaria juxta Enum fluvium ab Arnolfu Duce proſternuntur.

Berengarius II. in Italia imperat añis VII.

Ordo Cluniacenſis incepit hoc anno.

DCCCCXIIII.

Conrado Regi multi Principes rebellant videlicet Arnoldus Dux Bavariæ, Burchardus Dux Sueviæ, Eberhardus potentiſſimus Comes Franciæ, Giſilbertus Dux Lotharingiæ, Hainricus Saxonum & Thuringorum Dux præpotens, quos tamen ille tam ſapientiæ vigore quam fortitudinis robore ſuperavit, ſuámque ad fidelitatem perduxit. Arnoldus autem nimio terrore coactus cum uxore & filiis ad Hungaros fugit, ibique usque ad obitum Conradi permanſit.

Rudolfus Rex Galliæ moritur, poſt quem Ludovicus Caroli filius in regnum patris Conſilio Hugonis Ducis filii Ruperti ex Tranſmarinis partibus ad Gallias reducitur, cui tamen idem Hugo poſtea adverſatur.

Anaſtaſius III. Papa ſedit annis II. menſibus II.

Sarraceni Africæ Apuliam occupârunt.

DCCCCXV.

Hungari Alamañiam vaſtantes venerunt usque Fuldam.

Sarraceni affixo metu Gallia in ſonte exeuntes Calabriam & Apuliam, Beneventum Romanorúmque * occupantes, graviſſimè Italiam premebant.

* ita cod.

 DCCCCXVI.

DCCCCXVI.

Rex Conradus cum ſæpè expertus fuiſſet virtutem Ducis Heinrici Saxoniæ, veritus eſt ei committere omnem poteſtatem patris. Quo factum eſt, ut offenſionem incurreret totius exercitûs Saxoniæ. Quorum vultum erga ſe auſteriorem Rex cernens, nec Ducem eorum publico bello ſe poſſe conterere per innumeram multitudinem perpendens, ut quo modo interficeret dolo, habens ut fertur maximè idoneum Moguntinæ ſedis Epiſcopum nomine Hattonem, cujus conſilio Adalbertus Comes Babenbergenſis deceptus eſt. Hic prædictum Ducem aggreſſus eſt dolo, fecit ei fabricari torquem auream, & invitavit eum ad convivium, quo magnis ab eo muneribus honoraretur, interea Pontifex conſiderandi operis gratia ingreſſus ad aurificem viſâque torque fertur ingemuiſſe, gemitus cauſam artifex cum requiſiviſſet, reſpondit, quia optimi ſibique chariſſimi viri Hainrici Ducis ſanguine torques illa deberet intingi, aurifex audita ſilentio texit, & opere perfecto ac reddito millionem petit & accepit, obviánſque Duci eunti ad ea negotia indicavit ei, quæ audivit. Ipſe autem vehementer iratus vocavit Legatum Pontificis, qui jam pridem aderat invitandi cum gratia & ait: vade, dic Hattoni, quia durius collum non gerit Hainricus quam Adalbertus, & quod melius rati ſumus domi ſedere & de ejus ſervitio tractare, quam comitatus noſtri multitudine eum gravare, & ſtatim reverſus omnia, quæ juris ipſius erant, in omni Saxonia vel Thuringia occupavit, Butchardum quoque & Barronem, quorum alter gener Regis erat, in tantum afflixit, ut terra cederet, eorúmque poſſeſſiones ipſe militibus ſuis totas divideret. Hatto autem Epiſcopus videns ſuis calliditatibus finem impoſitum nimia triſtitia ac morbo patiter non poſt multos dies confectus, interiit. Fuerunt etiam, qui dicerent, quod fulmine tactus ejúsque actu diſſolutus poſt tertium diem defeciſſet, cui ſucceſſit Heri-
(a) ger. (a)

DCCCCXVII.

Rex autem miſit Eberhardum fratrem ſuum Comitem cum exercitu ad devaſtandam Saxoniam, qui approprians urbi, quæ dicitur Herespurch ſuperbè, ut tradunt, locurus eſt; quod nulla cura ſibi major eſſet, quam quod Saxones ſe pro muris oſtendere non auderent, quo cum eis dimicare potuiſſet. Adhuc ſermo in ore illius erat, & ecce Saxones ei occurrunt &c. *Ex Wittekindo de Geſtis Saxonum L. I. quem & in ſequentibus paſſim exſcripſit Collectaneorum horum Auctor.*

Joannes X. Papa ſedit annis XIII. menſibus II.

Joannes Papa Alberici Marchionis, qui in agro Piceno dominabatur, fretus auxilio Sarracenos Apuliam expulit.

DCCCCXVIII.

Erchenger Dux & Berhtoldus Germani fratres occiduntur.

Baſilea ab Hungaris deſtruitur.

Ludovicus Boſonis Burgundiæ Regis filius contra jus jurandum Berengario ſecundo Imperatori Italiæ præſtitum, per Tridentinos in Italiam reverſus, Veronam cepit, duxitque in illum Berengarius & Veronenſibus deditionem facientibus, Ludovicum cepit & excæcavit.

Albericus Marchio Tuſciæ Hungaros in Italiam invitavit.

DCCCCXIX.

Conradus Rex ſeptimo anno regni ſui ægrotare cœpit, ſentiénſque vocationis ſuæ tempus adeſſe Principes regni excepto Hainrico convocat (b), & eos ita convenit: vo- (b)
cationis meæ tempus agnoſco, & ut cernitis præſto eſt, proin pacem concordiámque vos ſectari etiam etiámque rogo, me hominem exuente nulla vos regnandi ambitio inflammet. Hainricum Saxonum Thuringorúmque Ducem prudentiſſimum Regem eligite, Dominúmque conſtituite. Is enim eſt ſapientia pollens & juſtæ ſeveritatis cenſura abundans. Quibus in hæc verba conſentientibus vocat fratrem ſuum Eberhardum, ſicque alloquitur illum: ſentio frater me diutius vitam iſtam tenere non poſſe, idcircò conſiderationem tui habetu, & quod ad te maximè reſpicit, omnium Francorum regno conſulito meo fratris tui incemnendo conſilio. Sunt nobis exercitus copiæ congregandi atque ducendi, ſunt urbes & arma cum regalibus inſigniis, & omne quod decus regium expoſcit, præter fortunam & mores. Fortuna frater cum nobiliſſimis moribus Hainrico cedit, rerum publicarum ſuma ſecus Saxones eſt; ſumptis ergò inſigniis ſcilicet lanceâ & armillis aureis cum clamyde & veterum gladio Regum ac diademate ito ad Hainricum pacémque facito cum eo, ut eum fœderatum poſſis habere in perpetuum, quid enim neceſſe eſt, ut cadat populus Francorum coram eo recum, ipſe enim verè Rex erit & Imperator multorum populorum. His dictis frater lachrymans ſe conſentire reſpondit. Poſt hæc Rex moritur vir fortis & potens domi militiâque optimus, largitate ſerenus & omnium virtutum inſigniis clarus, ſepelitúrque in civitate Wilinaburch cum mœrore ac lachrymis omnium Francorum. Ut autem Rex imperavit Eberhardus Hainricum adiit, ſéque cum omnibus theſauris illi tradens pacem cum eo fecit amicitiámque ejus promeruit, quam fideliter familiaritérque usque in finem obtinuit, deinde congregatis Principibus & natu majoribus exercitus Francorum in loco, qui dicitur Friteſlar, deſignavit cum Regem coram omni populo Francorum atque Saxonum.

Hun-

(a) hæc ex Wittikindo Monacho Corbeienſi Geſt. Sax. L. I. ſed paulò aliter ac in editis, quæ hoc in loco & ſeq. mirè in ſingulis Codd. variant.
(b) Wittekindus & ipſe allocutionis verba refert, ſed omnia multo aliter.

Hungati per Alemanniam & Alſatiam tranſeuntes Lotharingiam invadunt.

Burchardus Dux conſtituitur Sueviæ, Rudolſum Regem Burgundiæ vicit.

Rodulfus Burgundiæ Rex ab Italis vocatus contra Berengarium, Magnatum Italiæ viribus fretus ipſum Berengarium imperio privavit, & Italia expulit, & in illius imperii parte Italiæ totis tribus annis regnavit. Berengarius ad Hungaros confugit.

DCCCCXX.

Henricus genere Saxo filius Ottonis Ducis ex Luitgarda filia Arnulphi Imperatoris, in regnum eligitur. Hic cum non haberet gratiam Conradi Regis ſui deceſſoris propter morum probitatem animique virtutem idem Rex in extremis ſuis prætermiſſo proprio fratre hunc elegit, & ut ab omnibus id ageretur, Principibus conſilium dedit, cui cum unctio & diadema offertur à Pontifice Moguntino, qui tunc temporis erat Herigerus, non ſprevit, nec tamen ſuſcepit. Satis inquiens non eſt, ut pro majoribus meis Rex dicar & deſigner divina annuente veſtráque pietate penes meliores verò nobis unctio ac diadema ſit, tanto honore nos arbitramur indignos. Placuit iſte ſermo coram omni multitudine & dexteris in cœlum levatis nomen novi Regis clamore valido ſalutantes frequentabatur; hoc ordine Rex factus Hainricus pertexit cum omni comitatu ſuo ad pugnandum contra Purchardum Ducem Alamanniæ, cujus filiam Bertham habuit uxorem Rudolſus Burgundio, qui poſt interfectionem Ruperti Regis Galliarum patris Hugonis Ducis fratris verò Odonis Regis ab inimicis Caroli Regis Rex elevatus eſt ſicut & Rupertus deceſſor ejus, Burchardus verò Dux, licet eſſet bellator intolerabilis ſentiens tamen (cum valdè prudens eſſet) congreſſionem Regis ſe ſuſtinere non poſſe tradidit ei ſemetipſum cum univerſis urbibus & populo ſuo.

Eodem tempore Arnoldus Dux cum uxore & filiis ab Hungaria rediens honorificè à Bavaris ſuſcipitur. Hic Eccleſias & Monaſteria Bavariæ crudeliter deſtruxit & poſſeſſiones earum militibus diſtribuit.

Henricus I. Romanorum LXXXV. cepit, & annis XVIII. regnavit.

Wibertus ex Nobilibus Lotharingiæ Monachus factus, fundavit Monaſterium Gemelacenſe.

DCCCCXXI.

Henricus Rex & Arnoldus Dux Bavariæ pacificantur.

Hungari Salardo Duce in Italiam venientes omnia, per quæ incedebant vaſtantes Papiam obſederunt, & vi captam ferro & igni, ut abſumerent, ſunt adniſi. Quæ effecit accepta clades ut Italia, quibus Rodulfus introductus fuerat parum præſidii in illo eſſe cernentes. Ugonem Arelatenſem Comitem in Italiam vocaverunt, cui cedens abſque contentione Rodulfus in Burgundiam ſe recepit.

DCCCCXXII.

Robertus frater Odonis Regis & pater Hugonis, machinante Giſilberto Duce, ſocero Hainrici Regis in dejectionem Caroli regno Galliarum præponitur.

Hugo in Italia regnum occupat annis X.

Hungaris Oſtrofranciam, Alſatiam, Alemaniam Saxoniámque depopulantibus Henricus Rex juxta urbem Mersburch congreſſus, vovens Deo pro adipiſcenda victoria ſe hæreſim ſimoniacam de regno ſuo eradicaturum, inæſtimabili cæde eos usque ad internecionem delevit. (c) (c)

DCCCCXXIII.

Ex Sigeberto ad h. a.

DCCCCXXIIII.

Henricus Rex pacem cum Hungaris in novem annos firmat.

Carolus Rex Francorum à Comite Heriberto captus in cuſtodiam Paronæ truditur ob necem Roberti Ducis perempti, ubi tandem exul & martyr occubuit. Editha uxor ejus ad Pattem ſuum Edwardum Anglorum Regem fugit cum filio ſuo parvulo Ludovico.

Echelſtanus filius Edwardi Regis Anglorum regnavit annis XVI.

DCCCCXXV.

Hiltine Auguſtenſis Epiſcopus obiit, cui S. Udalricus ſucceſſit.

Hungari ab Albrico Marchione in Romanos evocati Italiam intrârunt, & in Ethruriam usque cuncta deprædati cum ingenti præda dumum rediêre.

DCCCCXXVI.

Sanguis Domini in Augiam inſulam venit. Henricus Rex Sclavis & Danis victis & ſub tributo redactis nomen ſuum celebre fecit. *Reliqua ex Sigeberto ad h. a.*

DCCCCXXVII.

Burchardus Dux Alamanniæ occiditur, Hermannus ſuccedit.

Rodulſus Burgundiæ Dux ſuper Francos regnat annis duobus.

S. Udalricus Epiſcopus Auguſtæ conſecratur.

Arnoldus Dux Bavariæ ab exulibus Italis factioſis contra Hugonem Regem cum exercitu copioſo eſt vocatus, quem Veronenſes primi Regem Italiæ appellatum intra mœnia acceperunt, ſed Hugo non minori apparatu bellico, ad Veronæ mœnia ducto, Arnoldum vicit, Veronenſibus verò rejectam in Ratherium Epiſcopum ſuum rebellionis culpam deprecantibus pepercit. (d) (d)

(c) Ex Sigeberto Gemblacenſi ad h. a.
(d) Sigebertus refert ad an. 932.

DCCCCXXVIII.

Raherius Lobienſis Monachus vir nimlæ ſimplicitatis ſed expetientia liberalium artium nominatus cum Hilduino qui in Lotharingia Epiſcopatum Leodienſem ambiebat olim, in Italiam ad Hugonem Regem profectus, Veronæ Epiſcopus ab Hugone inſtituitur, Hilduino Mediolani Archiepiſcopo ordinato. Idem poſtmodum à Rege Hugone Epiſcopatu pulſus, quia Baioarius fuerat, Papiæ exiliatur, ubi & librum de ſuis ærumnis luculenter edidit. Scripſit
(e) & alia multa legentibus utilia. (e)

DCCCCXXIX.

Henricus Rex & Arnoldus Dux Bavariæ Boemos vincunt.

Francis regnat Ludovicus Caroli ſimplicis filius annis XXVII.

Joannes Papa necatur, poſt eum alter Joannes per ſeditionem eligitut, ſed mox ejectus eſt.

DCCCCXXX.

Herigerus Archiepiſcopus Moguntinus obiit, Hiltibertus ſucceſſit.

Leo VI. Papa ſedit menſibus VII. diebus XV.

DCCCCXXXI.

Hainricus Rex Boemiam petit. Urbem Pragam & Ducem in dedicatiooem coëgit, Boemia itaque tributaria facta Rex revertitur in Saxoniam.

Stephanus VII. Papa ſedit annis II. menſe uno, diebus XXII.

DCCCCXXXII.

Dieto Wirtziburgenſis Epiſcopus obiit, Cui Burchardus ſucceſſit.

Henricus Rex Abroditarum & Nortmannorum Reges Chriſtianos fecit.

Synodus Epiſcoporum in Dingolfing Bavariæ opido celebratur.

Berengarius III. in Italia imperat annis IIII. Berengarii I. ex filia Nepos.

DCCCCXXXIII.

Joannes XI. Papa ſedit annis IIII. menſibus x. diebus xv.

Fons Sangulnis largiſſimè fluxit in urbe Gegna & eodem anno Sarraceni ex Africa transſretantes Genuam intrarunt & ablatis cunctis rebus pretioſis omnibus, civibus occiſis, exceptis parvulis & mulieribus, deſtructáque civitate ad propria re-
(f) meârunt. (f)

DCCCCXXXIIII.

Hainricus Rex Hungaros intetfecit.

Otto filius Regis Henrici uxorem duxit Edith filiam Eadmundi Regis Anglorum.

DCCCCXXXV.

Notingus Conſtantienſis Epiſcopus obiit, cui Conradus ſucceſſit.

Genuit autem Mathilda ante regni ſuſceptionem filiam Gerburgam, quam Giſilberto Duci Belgicæ dederat, filiúmque Ottonem Mundi amorem, poſtea Imperatorem; poſt Regiam vero dignitatem genuit ſecundum, quem Patris nomine vocavit Hainricum virum fortem & induſtrium, facecia ſatis ornatum, Conſilio providum, vultus nitore generoſum; Tertium quoque filium genuit nomine Brunonem Pontificis ſummi ac Ducis magni officium gerentem. Frater quippe ejus Otto dum poſt patris exceſſum regeret Imperium, hunc omni litterarum ſcientia imbutum præſulem fecit Colonienſem, factáque dehioc nimia perturbatione in regno, ut etiam filius Regis Luitolſus contra Regem conſentiret pravorum Cooſilio. Rex Otto ad diſponendum regnum ſecedeos in partes orientis, Brunoni fratri præſuli providendas commiſit occideotes. Ita cum magna religione uſus eſt ſacerdotali officio & exigente neceſſitate juſſu Regis functus eſt virtute magnanimi Ducis. Nemo autem ſuper hâc re illum culpabilem dicat cum Samuelem ſanctum & alios plures ſacerdotes pariter legamus & judices. Duxit autem Otto filius Regis Hainrici adhuc vivente Patre uxorem ex gente Nobiliſſima Anglorum, filiam fratris Adalſtain Regis, quæ ab aliis appellatur Otgid, ab aliis Orgidis. Hæc peperit ei filium Luitoldum quem ille multum dilexit, ſed ipſe ſibi poſtea rebellavit.

DCCCCXXXVI.

Berengarius cum Hugone Rege arma adverſum ſe parare intellexit; retrocedens Alpes transſcendit & ſe contulit in Sueviam.

Hugo Burgundiæ Dux contra Berengarium evocatus in Italiam tranſit, & cum illum ſuperaſſet tres aonos in Italia prævaluit, poſt quos in Galliam rediens Lotharium filium ſuum Italiæ Regem reliquit.

Niger (g) Rex Ruſſorum ſciens exerci- (g)
tus Græcorum eſſe ductos contra Sarracenos & ad Inſularum cuſtodias diſperſos ad expugnandam CPlin cum mille & eo amplius navibus venit, adeo de victoria jam ſecurus ut Græcos non occidi ſed capi præciperet, quibus Romanus Imperator Græcorum cum paucis viriliter occurrit, circum circa Græco igni iojecto pene omnibus cum navibus exuſſit, paucis evadentibus, omnéſque captivos decollari juſſit.

DCCCCXXXVII.

Hainricus Rex perdomitis citcumquaque gentibus Romam proficiſci ſtaruit, ſed infirmitate correptus iter intetmiſit, infirma-

(e) Sigebertus ad A. 928. & 932.
(f) Similia Sigebertus ad A. 935.
(g) Sigebertus ad h. a. ubi *Inger*.

matus eſt autem in Caſtello quod dicitur Hymelaw, quod eſt inter Saxonum & Thuringorum confinia, ubi & defunctus eſt, cumque ſe jam gravari morbo ſenſiſſet convocato in populo deſignavit Ottonem filium ſuum Regem, cæteris filiis ſuis prædia cum Theſauris diſtribuens, ipſum verò Ottonem qui maximus natu & optimus fuit fratribus & omni Francorum Imperio præfecit, & in hoc quantæ ſapientiæ luerit & religionis probari poteſt, quod eum quoque potiſſimum & religioſiſſimum noverat, licet in imperio natus non eſſet, Regem conſtituit; teſtamento itaque legitime & rebus omnibus rite compoſitis defunctus eſt anno regni ſui XVIII. vitæ autem ferè LX. translatum eſt autem corpus ejus à filiis ſuis in civitate quæ dicitur Quidilingaburg, & in Baſilica S. Petri ante altare ſepultum, cum planctu & lachrymis multorum. Erat autem ei uxor & conſors regni clara & nobiliſſima nomine Mathilda filia Theoderici ex eadem Saxonum gente, cujus fratres erant Witichind, Immod & Reginbren, Reginbren autem ipſe erat qui pugnavit contra Danos muito tempore Saxoniam vaſtantes, vicitque eos liberans Patriam ab illorum incurſibus, & hi erant ex ſtirpe magni Ducis Witichindi quod bellum potens geſſit contra Karolum magnum per annos fere XXX.

Odo primus Abbas Cluniacenſis obiit, cui ſuccedit Ademarius.

DCCCCXXXVIII.

Otto primus dictus Magnus filius Henrici Regis Romanorum patri ſuccedit in Imperio, cui ſe oppoſuit Rex Francorum volens ſibi uſurpare Imperium quaſi ad ſe devolutum ex paternâ ſucceſſione, qui fuit de genere Carolorum ex Linea transverſali & ſexu maſculino, Otto verò de eadem quippe ſtirpe, ſed ſexu fœminino. Civitas itaque Argentina contra Othonem adhæſit Regi Francorum & plures Germaniæ Principes & Barones ab eo ſtipendiati. Sed ſtrenuus Cæſar Argentinam potenter obſedit, & omnI auxilio deſtitutam cœpit, muros ejus in quatuor pattibus diripiens omnibus liberum ingreſſum præbens, vocans eam alio nomine, ſcilicet Straſsburg, quæ prius vocabatur Silbettal. Poſt hoc obſedit caſtrum Eberſtain ſitum ante nigram ſylvam per duos annos & dimidium, tandem reconciliati ſimul Dominus de Eberſtain in uxorem duxit filiam Ottonis. Hic ſtatuit ut ſempet in curia Cæſaris eſſetſtudium juris civilis, & quod filii nobilium adſcriberentur ad Curiam Imperatoris ut leges ſtuderent. Contigit autem ut Imperator in die Paſchæ Principibus Romæ congregatis convivium ſolemne præparaſſet, & dum ſecundum conſuetudinem Cæſaris menſa tota bonis ſerculis ornaretur, & tunc Princeps adveniens omne alimentum ſuper menſam poſitum tollere juſſit & pauperibus elargiri, & poſt menſa denuo imperante ſedentibus præparabatur. Factum eſt autem ut filius Ducis Sueviæ de menſa tolleret fruſtum placentis, quem Dapifer videns percuſſit baculo, quem manu portabat, ſuper caput quod Sanguis de vulnere fluxit. Quod cernens Henricus de Kempten miles ſtrenuus, cujus regimini commiſſus erat juvenis, occidit continuo Dapiferum. At Imperator adveniens antequam ſederet ad menſam, vehementer iratus, juſſit occidi Henricum Gubernatorem pueri. Ille verò rogabat dilationem propter diei feſti ſolemnitatem; ſed Cæſar noluit, timens juramentum violare, ſcilicet Juſtitiæ complementum ſine dilatione, videns Henricus quod Cæſar nollet eum exaudire, apprehendit Cæſarem cum barba & dejecit eum ad terram & barba fortiter evulſa cepit eum ſottiter ſtrangulare; quem Rex aſſecurans cum vix eſſet liberatus ah eo, ſe culpabilem reddidit, eo quod feſtum inhonoraſſet; & Henrici audaciam laudavit & liberum abire permIſit, ita tamen quod faciem ejus non videret & tamen in curia manens adoleſcentis ſibi commiſſi curam gereret.

Contigit poſt hoc, ut Berengarius Imperii invaſor Italiam premeret, quem Otto potenter obſedit in quadam civitate ſibi adhærente, & dum per totam æſtatem obſidione locum vallaſſet, illi vice quadam de civitate turmatim exeuntes cum vexillis irruere volentes in exercitum Cæſaris, quos Henricus prædictus in dolio balneans, quod proximior civitati tentorium ſuum fixerat, primus omnium ut viderat de balneo nudus exiluit, & apprehenſa Lancea cum Scuto (vulgariter Setztatſchen) clamare cepit: hic regnum Romanorum! & nudus viam hoſtibus præciuſit, donec exercitus Cæſaris ſe ad reſiſtendum præparaſt. Admirans itaque Rex quæſivit quinam eſſet qui nudus ita viriliter egit, & cum comperiſſet, juſſit eum vocari & deoſculans exaltavit ipſum & magnum Dominum fecit.

Reliqua ex Sigeberto & Hermanno Contracto.

Rudolfus Rex Burgundiæ & Arnoldus Dux Noricorum obierunt.

Leo VII. Papa ſedit annis III.

DCCCCXXXIX.

Hainricus Dux Bavarorum RegIs Ottonis frater ab Eberhardo Comite Palatino filio Arnoldi Ducis comprehenditur. (h) (h)

Otto Rex fecit in Magdeburg Abbatiam regalem Ordinis S. Benedicti, quam poſt in Archiepiſcopatum mutavit, cœnobium Monachorum ad locum aiium transferendo.

Hæreſis Antropomorphitarum corpoream formam Deum habere dicentium Italiam vexabat, contra quam Riherius (i) Veronenſium Epiſcopus verbis & ſcriptis reclamabat. (i)

Lotharius In Italia regnat annis II.

(h) Hermannus Contractus ad annum præcedentem refert, & minùs exactè.
(i) Vid. ad A 928 ubi Raherius vocatur, Illuſtris Bavarus, cujus varia fortuna & quæ fecit tulitque, digna mitti in ſcripto. v. Sigebertum ad A. 954. & 956.

DCCCCXL.

Sol per aliquot dies veluti Sanguinem emanans apparuit, & ſtatim repentinæ plurimorum hominum infirmitates & mortes ſubſecutæ ſunt.

Rex Otto Boleslaum Ducem Boemiæ bello ſuperavit, at Bosleslaus pro victoria ſecuros circumveniens, Principem Militiæ Regis cum multis trucidavit, Rex verò Boemiam devaſtavit.

Anglorum Rex Eadmundus Adelſtain frater regnavit annis VI. & dimidio, cum eſſet annorum XVIII.

S. Wenzeslaus Eccleſiam S. Viti in Praga conſtruxit, quam tamen non conſecratam morte præventus reliquit. Sed Boleslaus frater ejus à Michaele Ratiſponenſi Epiſcopo multis precibus vix impetravit conſecrari, dedicatáque eſt x. kal. Octobris.

DCCCCXLI.

Rex Otto Gallias petit, liberaturus Ludovicum Regem captum.

Burchardus Wurtzburgenſis Epiſcopus obiit.

Stephanus VIII. Papa ſedit annis III. menſibus IIII.

Berengarius IIII. cum Albetto filio ſuo in Italia Tyrannidem invadit annis XI.

Eberhardus Comes Palatii & Giſilbertus Dux Lotharingiæ, qui Gerbergam ſororem Imperatoris uxorem habebat, contra Ottonem rebellat & Henricum fratrem Ottonis ab eis captum à fidelitate Imperatoris ſejunctum, factioni ſuæ applicat.

DCCCCXLII.

Berengarius Adelhaidem Lotharii quondam Regis uxorem ob regni ſuſpicionem in carcere cuſtodiri jubet.

Giſilbertus Dux & Eberhardus Palatinus cum Henrico contra Imperatorem bellum parant juxta Rhenum.

DCCCCXLIII.

Hungari à Duce Bavariæ Berchtoldo occiſi ſunt apud Welas in Trungew, aliàs Weles.

Ademarus Abbas Cluniacenſis ſubſtituit ſibi Abbatem Majolum.

Otto Rex obſedit oppidum Briſacum Alſatiæ.

DCCCCXLIIII.

Martinus III. Papa ſedit annis III.

Otto Rex contra Berengarium in Italiam eſt evocatus.

Rex Otto Corpus Innocentii Martyris in urbem Magdeburg transfert.

Adaram Rex Saracenorum à Radamiro chriſtianiſſimo Rege Galliciæ in bello ſuperatus eſt.

DCCCCXLV.

Hungari cum Bavaris pugnaot & vincuntur.

Conſtantinus alter cum Romano filio ſuo in Oriente imperat annis XVII.

Rex Otto totam Lotharingiam ſibi ſubjugavit, reſiſtente ſibi ſolo Metenſium Epiſcopo Adalberone, fratre Ducis Friderici.

DCCCCXLVI.

Fames in Gallia, in qua populi vel inhumano quoque cibo ægrè ſuſtentantur.

Fridericus Archiepiſcopus Maguntiæ à civibus excluditur.

Edredus tertius ex filiis Edrardi regnavit in Anglia annis IX. menſibus VI.

DCCCCXLVII.

Edith Regina obiit VII. kal. Febr. ſepulta in civitate Magdeburg, reliquit filium nomine Luitoldum adoleſcentem XVI. annorum ducens in uxorem unicam filiam Ducis Suevorum Hermanni, cui & poſtea in ducatu ſucceſſit, & filiam nomine Luitgardam, quæ nupſit Conrado Duci.

Agapitus II. Papa ſedit annis VII. menſibus IIII.

DCCCCXLVIII.

Berchtoldus Bavarorum obiit, frater Arnoldi Ducis, Hainricus frater Regis Ottonis ſuccedit, habens uxorem Judith filiam Arnoldi Ducis.

Synodus congregata eſt in Ingelenheym, cui Marinus Apoſtolicus Legatus præſedit.

Hainricus Dux Bavariæ magno Italiæ commodo Aquileia capta in proximas urbes ducere exercitum conſtituerat, cum fortè tunc Hungari Italiam invadere diſpoſiti Juſtinopolin advenerunt, quibus progredientibus ſe oppoſuit Henricus, & commiſſo bis prælio Hungari accepta primo & iterum clade repulſi in Hungariam redierunt. Henricus verò omnem eam Italiæ partem ditiſſimam, quæ Aquileiam Papiámque intercedit, excurſione populatus eſt, Berengarius verò Legatis per Lombardiam miſſis, qui auxiliares copias apud Brixias cogerent, ad Papiam properare cœpit. Quod cum habuiſſet Henricus expertum, ſibi timens exercitum apud Papiam navibus impoſitum deduxit in Padum, deinde continuata navigatione in Auſtriam ſe recepit.

DCCCCXLIX.

Conradus Dux Lotharingiæ duxit in uxorem Liutgardam unicam filiam Regis Ottonis.

Hermannus Dux Alemanniæ ſive Sueviæ obiit, cui ſucceſſit gener ejus Liutolſus filius Regis Ottonis.

Otto Rex Italiam petit, eámque ſibi ſubjecit, rediénsque, Papiam Conrado Duci Lotharingiæ tuendam commiſit.

Taxis (k) Rex Hungarorum in Italiam veniens, decem modios nummorum à Berengario pro reditu accepit. (k)

DCCCCL.

(k) hæc ex Sigeberto ad h. a. ubi *Tapis*, edente Piſtorio. apud Miræum æquè *Taxis* ut in noſtro.

DCCCCL.

Bellum magnum factum eſt inter Bavaros & Hungaros.

DCCCCLI.

Otto Rex Italiam petiit, & cum eo Luitolfus filius ejus, Conradus Dux Lotharingiæ & Fridericus Archiepiſcopus Moguntineoſis Eccleſiæ eámque ſubjiciens rediénsque Papiam Conrado Duci tuendam commiſit.

DCCCCLII.

Berengarius Rex Italiæ Conrado Duce ſuadente apud Auguſtam cum filio ſuo Adalberto ad deditionem venit, factúsque miles Regis remiſſus eſt in regnum cum pace, Lombardiámque omnem Verona & Aquileia exceptis permiſit gubernandam.

Bruno frater Regis Ottonis eligitur in Archiepiſcopum Colonienſem. Ejus ſtudio translata ſunt à Roma Coloniam Corpora Sanctorum Eliſii, Patrocli, Privati, Gregorii, cum baculo S. Petri.

DCCCCLIIII.

Otto Rex Italiam intravit, cauſa Adelhaide Reginæ, quæ fuit filia Rudolfi Regis Burgundionum, qui & in Italia regnavit, & Dominæ Berthæ Reginæ, Burchardi Suevorum Ducis filiæ (quam defuncto Rudolfo Rex Hugo in conjugium duxit, filiámque illius ſcilicet Adelhaidam filio ſuo Lothario copulavit. Quo mortuo Otto uxorem duxit, & in Papia celebratis juxta regalem munificentiam nuptiis, proficiſcitur in Saxoniam, de qua vix anno elapſo filium genuit, tam regni quam nominis ſui ſucceſſorem. Hæc Adelhaidis poſt mortem viri ſundavit cœnobium in Selſe Ordinis S. Benedicti Argentinenſis Diœceſis, ibidem ſepulta & canonizata.

Joannes XII. Papa ſedit annis VIII. menſibus vii.

DCCCCLV.

Luitolfus Dux patri ſuo Ottoni Regi rebellat, & Dux Conradus cum eo. Moguntina civitas obſeſſa eſt & civitas, quæ nominatur Roſſodal, factúmque eſt magnum bellum in illo loco. *Reliqua ex Witichindi Libro III. p. m. 27. edit. Wechel. 1577. fol.*

DCCCCLVI.

Ex Witichindi L. III. p. m. 28. de bello in Boicam translato & Ratiſponâ capta; exuſta & pœnitentia Luitolfi reconciliationéque cum patre in venatione, in loco qui dicitur Suueldun. *ita Witechindus Reinerii, noſter:* in loco, qui dicitur Suevelden.

Fridericus Archiepiſcopus Moguntinus obiit ſummæ abſtinentiæ vir, in Religione ſancta & doctrina probatus. Cui Wilhelmus frater Regis ſucceſſit in locum.

DCCCCLV.

Ottonis victoria de Ungaris ad Lycum ex Witichindo, nullis etiamnum fabulis inquinata.

Edwius filius Edmundi Regis Anglorum regnavit annis IIII.

DCCCCLVI.

Luitolſus Dux Italiam hoſtiliter intravit, eámque ſubegit improviſo, fugatóque Berengario Papiam intravit.

Ruotpertus Archiepiſcopus Trevirenſis obiit, cui Hainricus ſuccedit.

Hadamarius Abbas Fuldenſis obiit, cui Hatto ſuccedit.

S. Patroclus Martyr miles trecaſinus per Brunonem Archiepiſcopum Colonienſem transfert in Soſatum opidum, opibus quidem plenum ſed fide adhuc vacuum de urbe Trecaſina.

DCCCCLVII.

Luitolfus Dux Sueviæ in Italia moritur, & inde ad Moguntiam transportatus ad S. Albanum ſepultus eſt.

Bruno Archiepiſcopus Colonienſis Cœnobium S. Panthaleonis Coloniæ conſtruxit.

DCCCCLVIII.

Signum crucis in veſtimentis hominum apparuit, illis qui deriſui illud habebant mortem inſerens, aliis autem piè & religiosè illud venerantibus nihil mali intulit. (1) (1)

DCCCCLIX.

Prodigioſa res multos terret, & à vitiis coercet, notis crucis in veſte plurimorum apparentibus, quorundam autem veſtibus quaſi lepra ſordentibus.

Edgarus filius Edmundi frater Edwii juvenculus annorum XVI. Angliæ Rex regnavit annis XVI.

Odone Cantuarienſi Archiepiſcopo & Patriarcha mortuu ſucceſſit Dunſtanus tunc Epiſcopus Wentonienſis prius Abbas Glaſconienſis.

DCCCCLX.

Sanctus Oſwaldus floruit ex Monacho Floriacenſi Wcringorniæ Epiſcopus & poſt Eboraci Archiepiſcopus. Qui Monaſterium Rameric ædificavit.

DCCCCLXI.

Otto Rex à Joanne Papa litteris ſuppliciter exoratus quatenus pro amore Dei ſanctorúmque Apoſtolorum Petri & Pauli ſanctam Romanam Eccleſiam ex ſaucibus Berengarii liberaret, aliorúmque multorum Epiſcoporum, alteriúsque Ordinis & Laicorum quæſtibus motus.

Otto Rex filium ſuum Othonem contra morem Priorum in puerilibus annis Regem conſtituens in Saxonia dereliquit, ipſe Italiam petiturus.

DCCCCLXII.

(1) Hermannus Contractus in veſtibus quorundam apparuiſſe ſcribit, nec quidquam præterea addit. ad h. a. Quid autem monſtri ſi guttæ minera aut excretis inſectorum tinctæ in ſtamen & ſubtemen incidentes crucis in formam diffluant.

DCCCCLXII.

Otto Rex Italia ſubacta Berengario obſeſſo Adalberto filio ejus fugato à Joanne Papa Imperator effectus eſt, cum ſummo Romanorum tripudio.

S. Wibertus Fundator Gemelacenſis Cœnobii obiit II. Non. Febr. apud Gorziam urbem ſepultus.

DCCCCLXIII.

Joannes Papa ab Imperatore deficiens Adalbertum recepit, Imperator verò Romam regrediens Synodum cum Epiſcopis habuit & Joanne fuga lapſo Leonem VIII. in ſede Apoſtolica collocavit, ſedit anno I. menſ. v.

Eodem anno ſæva mortalitas invaſit exercitum Imperatoris & in ea Heinricus Archiepiſcopus Treverenſis & Dux Gotefridus vitam perdiderunt, cæterique non pauci.

DCCCCLXIIII.

Leo Papa à Romanis ejicitur, Joannes reponitur, quo mortuo Benedictus eligitur, Imperatore Romam remeante populus Romanus vincitur.

Benedictus Papa Adaldago Hamaburgenſi Epiſcopo committitur, paulò poſt moritur. Sedit menſibus III.

Eodem anno Berengarius Rex Italiæ ab Ottone obſeſſus eſt in monte S. Leonis, ibique captus cum uxore ſua Willa & filio Adalberto ad Caſtellum Babenberg in Exilium miſſus ubi & noviſſimum diem præſentis vitæ finivit.

Dacia convertitur à Poppone capellano Papæ.

Adalberone Metenſium Epiſcopo mortuo ſucceſſit Theodoricus Conſobrinus Ottonis Imp. hic fundavit Monaſterium S. Vincentii M. in Inſula urbis Metenſis.

DCCCCLXV.

Otto Imperator de Longobardia venit ad Franconofurt & illum annum integrum in iſto regno manebat, interimque omnes ſuos adunavit ad pacem & concordiam.

Bruno Archiepiſcopus Colonienſis frater Imperatoris vitam cum pace finivit.

Joannes XIII. Papa ſedit annis VIII.

DCCCCLXVI.

Otto Imperator iterum Italiam petit, indeque adiens Limina ſanctorum Apoſtolorum, & illic Deo & ſancto Petro ſupplicando gratiarum actiones referens, eo quod cuncta quæ erant erga eum proſpero curſu agebantur.

DCCCCLXVII.

Otto Imperator tranſmiſit legatos ſuos ad Wilhelmum Archiepiſcopum Mogontiæ & ad alios Principes ejus ut Ottonem filium ejus, cum omni regali dignitate proveherent ad Italiam, illicque Otto Senior ſuſcepit eum & ſecum deduxit Romam, commendavitque illum Apoſtolico ut ab eo Auguſtalem benedictionem reciperet.

Joannes XIII. Papa indulget Bolezlao pio Duci Boemiæ fratrueli S. Wenzeslai M. ut in Ptagenſi civitate ordinetur ſedes Epiſcopalis. Ordinatur itaque & conſecratur conſenſu & juſſu Ottonis Imperatoris Primi, Dietmarus Saxo in Pragenſem Epiſcopum à Wilhelmo Archiepiſcopo Moguntino.

DCCCCLXVIII.

Migravit à ſeculo Wilhelmus Archiepiſcopus Mogontiæ, frater Ottonis, & Egiloſfus Herveldenſis Abbas tranſmiſſus eſt ex parte Imperatoris de Italia, ut fratres Fuldenſes Wernherum eligerent in Abbatem, indeque abiit Moguntiam ut ille clerus ſimulque totus populus Hattonem Abbatem Fuldenſem virum venerabilem ſibi conſtituerent in Dominium Pontificalis honoris.

Adalbertus primus Epiſcopus in Magdeburg conſtituitur per Ottonem Imperatorem, quia regalis Abbatia, quæ ibi fuit, mutata eſt in Archiepiſcopatum quantum ad locum; monachos vero poſuit ad S. Johannem, ubi nunc ſunt, & Epiſcopum de Vroſe ad locum eorum. Habens ſex Suffraganeos, Merſeburgenſem, Nuenburgenſem ſive Cizenſem ſuper Salten fluvium, Miſnenſem ſuper Albeam, Brandeburgenſem, Havelburgenſem & Aldenburgenſem.

Joannes Papa Eccleſiam S. Viti in arce Pragenſi à S. Wenceslao M. inchoatam erexit in ſedem Epiſcopalem, cui præficitur Ditmarus Presbyter & Monachus natione Saxo, interventu Boleslai ſecundi religioſiſſimi Principis qui & XX. Eccleſias erexit.

DCCCCLXIX.

Hatto Archiepiſcopus Moguntinus obiit, cui Rupertus ſucceſſit.

Mathildis mater Imperatoris obiit pridie Idus Martii ſepulta in Monaſterio Quindelnburg. Hæc venerabilis Regina Cœnobium Sanctimonialium in honore ſanctorum Dionyſii & Servatii in Monte Quindelnburg ſitum conſtruxit. Alterum in villa in honore Sanctorum Jacobi Apoſtoli & Wigberti Confeſſoris in cruce regia, tertium in honore S. Dei genitricis & S. crucis in Notthauſen, quartum in Aggeri in honore S. Dionyſii, quintum iterum in honore S. Servatii in Palathi.

DCCCCLXX.

Joannes ob remunerationem collati in ſe beneficii Ottonem, Ottonis filium Auguſtum appellavit.

DCCCCLXXI.

Exuſtum eſt honorabile templum in Totenburcb cum omni regali Theſauro VI. kal. Jan. In CPoli imperavit Joannes annis VII.

DCCCCLXXII.

Miſſa eſt filia Imperatoris Nicephori, ſoror verò Joannis, de Græcia Theophania nomine Ottoni Imperatori, filio ſuo item

Im-

Imperatori maritali connubio copulanda, xıx. kal. Maji Romam, die Dominica prima poſt reſurrectionem Domini, & eodem die extemplo Apoſtolica benedictione fiebat dignificata ac poſt tertia nocte cum divino Timore illi naturaliter conjuncta; & eodem anno Otto cum filio ſuo venit in Franciam.

S. Wolſgangus Ratisponenſis Epiſcopus ſedit.

Joannes Papa in Ottonis II. Coronationis celebritate, Capuanam Eccleſiam ob Pandulphi ejusdem urbis Principis merita, Metropolitanam ſore conſtituit.

Otto Imperator Daniam ſeu Daciam cismarinam tributo ſubjiciens, eam in tres Epiſcopatus diviſit & Hamalburgenſi ſubjecit Eccleſiæ.

In civitate Aldenburg in Sclavonia ſita fecit Epiſcopatum Hamelburgum Metropolin eo quod vicinior illi Eccleſiæ quam Magdeburg eſſet eundem Epiſcopatum ſubjiciens.

S. Wolſgangus dedicavit primum Altare Monaſterii S. Joannis Evangeliſtæ in Mallerstorſ, quod Monaſterium jam noviter fundaverant Henricus & Erneſtus Comites de Kirchberg.

DCCCCLXXIII.

Otto Imperator & filius ejus æquivocus item Imperator cum venerabiliſſimis Imperatricibus xııı. kal. April. Quidilingaburg venerunt ibique manentes diem Dominicæ reſurrectionis celebrarunt, isque contigit x. kal. April. Illuc ad eum confluxerunt legati plurimorum, nominatiſſime Græcorum, inſuper Beneventanorum cum muneribus etiam XII. primates Hungarorum, Bulgarorum, duo etiam legati Ducis Haroldi quem putabant ſuæ velle reſiſtere poteſtati, ſe ſuaque omnia præbentes pro ſuæ devotionis lætitia cum ſtatuto vectigali; Bonetzlaus item Dux Sclavienſis Regiis eum donans muneribus etiam illuc venit; Hermannus etiam Dux ſibi dilectiſſimus illuc ſecum adventando propenſius auro & argento cum aliis regalibus muneribus præ cæteris omnibus illum honeſtavit, deſcenditque aſcenſionem Domini Mersburch celebraturus, indeque adiens Thuringiam feria tertia ante pentecoſten venit ad locum qui dicitur Mimileiwa, proxima nocte transactâ horâ conſtituta lætus ad menſam conſedit, venientéque tempore veſpertinis laudibus interfuit, ſed peracto cantu æſtuari ac fatigari cœpit, quod cum intellexiſſent Principes circumſtantes impoſuerunt eum ſedili, inclinantem autem caput, quaſi jam defeciſſet, reſocillaverunt eum, expetitóque Sacramento Dominico & accepto, cum magna tranquillitate ſpiritum Domino reddidit, Non. Maji quæ fuit quarta feriâ ante pentecoſten, interea transportatur in cubiculum, & cum eſſet ſero tranſitus ejus nuntiatur populo, cujus corpus cum magnis lugentium exequiis à filio jam imperato facto translatum eſt in civitatem Magdeburg quam ipſe conſtruxit & Cathedrali honore ſublimavit illicque cum regali dignitate ſepelitur. Cujus vitam glorioſam Wettikyndus Monachus Corbeyenſis conſcripſit, qui etiam Hiſtoriam Saxonum usque ad hunc annum. (m) (m)

Sanctus Udalricus Epiſcopus Auguſtenſis obiit ætatis ſuæ LXXXIII. ordinationis autem V. anno IIII. Nonas Julii, die Veneris.

Eodem anno occiſus eſt Werinzo & frater ejus Reginzo de Lotharingia cum aliis multis à Reginherio & Lantperto.

Benedictus ſextus Papa ſedit anno uno, menſibus ſeptem.

DCCCCLXXIIII.

Otto Romanorum LXXXVII. ſecundus, magni Ottonis filius regni gubernacula ſuſcepit. Filii Reginherii cœperunt munire caſtellum quod dicitur Boſchuht. Interim audivit Imperator diſcordiam & periculum regni ſui, adunavit exercitum ad Lotharingiam ipſum caſtrum concremavit, cuſtodes apprehendit in Saxoniámque ſecum duxit. Ipſi tamen Domini Reginherius & Lantpertus evaſerunt.

Hainricus Dux Bavarorum & Abraam Epiſcopus inierunt conſilium cum Bolislao & Miſegone quomodo Imperatori ſuum regnum diſperderetur. Imperator vero tali nefando comperto conſilio, congregavit omnes Principes ſuos & interrogavit eos, quid modo facturus eſſet, illique invenerunt ut Popponem Epiſcopum & Gebehardum Comitem transmitteret ad prædictum Ducem & eum vocarent ad ſuum placitum per edictum, & omnes qui cum eo erant in eâdem conſpiratione, etſi minime venire vellent ac in tali pertinacia voluiſſent perdurare, tunc demum procul dubio ſe eſſe ſpirituali gladio peremptos. Hainricus Dux illico ut audivit Legationem eorum, Domino opitulante ſine ulla dilatione ſe præſentavit Domino Imperatori cum eis omnibus qui erant in eo conſilio, ut ille ex eis feciſſet quicquid ſibi placuiſſet, continuo transmiſit Ducem in Ingelheim atque Abraam Epiſcopum Corobiæ, alios quoque huc & illuc, antequam hæc omnia finirentur Haroldus Dux Danorum incentor malorum, omnem provinciam trans flumen Albiæ concremavit atque vaſtavit, cumque hoc nuntiatum fuiſſet Imperatori, adunavit ſuum exercitum adiénsque ad Haroldum eique grande bellum inferre voluit. Attamen Haroldus miſit nuntios ſuos ad Imperatorem eique expendit omnem Theſaurum quem habuit ut eum in pace dimitteret. (n) (n)

Benedictus Papa à Cincio cive Romano in Molem Adriani truſus ſtrangulatur.

DCCCCLXXV.

Otto Imperator habuit magnum Conventum in Weichmari.

(m) vid. Lambertum Schafnaburgenſem ad h. a.
(n) Lambertus Schafnaburg. ad h. a. ſed noſter prolixius.

Eodem anno Otto Boemos concremavit atque vaſtavit.

Donus II. Papa ſedit anno uno, menſibus VI. Majolus Abbas Cluniacenſis ſanctitate & religione claret.

Edgarus Rex Angliæ moritur & ſepelitur Glaſconiæ poſt quem regnavit Edwardus filius ejus tribus annis & dimidio.

DCCCCLXXVI.

Otto Imperator adunavit exercitum ſuum adiénſque Bavariam contra Hainricum Ducem eo quod injuſtè vendicavit Dominium Domini Imperatoris, cumque Imperator veniſſet illuc Epiſcopi ac Comites Bavariæ venerunt cito ad ſuam præſentiam, Dux ipſe evaſit. Altera vice perrexit Imperator ad Bavariam, Hainricum Ducem expulit, Bavariam Ottoni Duci
(o) Suevorum committit regendam. (o)

Boniſacius VII. Papa ſedit menſibus II.

Benedictus VII. Papa ſedit annis VIII.

S. Conradus Epiſcopus Conſtantienſis obiit VI. kal. Decembr. anno XLII. Pontificatûs, cui Gamenoldus ſucceſſit.

DCCCCLXXVII.

Otto Imperatot in Boemiam duxit exercitum & maximam partem terræ illorum incendio vaſtavit, ipſe quoque Imperator ibi non parvam partem militum exercitus ſui per fraudes & inſidias provincialium amiſit. Lues etiam & Diſſenteria exercitum multum vaſtabat. Venit ergo ad Imperatorem Boleslaus cum paucis pacificè, per amicos ſuos & per ſemet ipſum ſupplicans ut domum rediret, fideliter promittens ſe cito ſecururum cum muneribus & donis ſibi congruis, & ſui deditionem & gentis ſuæ ſubjectionem, quod & impetravit. Commorante autem Imperatore in illis regionibus Hainricus Dux Bavariæ depoſitus & alter ejusdem nominis Hainricus Epiſcopus Auguſtenſis, nepos ejus, inva-
(p) ſerant Pataviam (p)

Quod ut audivit, feſtinato exercitu movit, atque urbem obſedit, naviculari ponte facto & longa obſidione atque amicorum ſuorum invitatione ad deditionem coëgit, & in gratiam ſuam recepit & ſic Militem ſolvit, ipſeque ad Saxoniam perrexit.

S. Adalbertus Pragenſis Epiſcopus ſanctitate & doctrina claret apud Windos.

DCCCCLXXVIII.

Ex Lamberto Schafnaburgenſi; de Henrico Bav. Duce, & Henrico Epiſcopo Auguſtenſi, exilio multatis. Quæ ſequuntur paucis Lambertus, collector noſter prolixius memorat.

Lotharius Rex Galliæ hortatu & conſilio Filiorum Reginherii, qui fuit Dux & Princeps in Lotharingia, cum electo numero Militum repentè invaſit Aquisgrani Palatium, ſeditque tribus diebus ibi ordinans & conſtituens quæ ſibi congrua videbantur. Quod Imperator ut audivit multum movit exercitum & cum feſtinatione omnes vires regni ſui coadunavit, & inſecutus eſt eum usque ad fluvium Ligera & usque ad Monaſterium S. Dionyſii & non eum apprehendit quia fugiendo evaſit. Revertente autem exercitu ventum eſt ad flumen Asna transvadato fluvio caſtra poſuerunt & relictis in alia ripa fluminis victualibus cum plauſtris & Carrucis & penè omnibus utenſilibus quæ exercitui erant neceſſaria, & ecce repentè filii Reginherii cum exercitu Regis Lotharii irruerunt & multos ex cuſtodibus occiderunt & quidquid ſecum aſportare poterant diripiebant, multum damnum exercitui inferentes.

Otto coronam Imperii inſigne à Benedicto Papa ſuſcepit.

In CPoli imperavit Conſtanrinus cum fratre Baſilio, hi Syriam populati ſunt, Cretam pulſis Sarracenis receperunt.

DCCCCLXXIX.

Igneæ acies viſæ ſunt in cœlo per totam noctem V. kal. Novembris.

Ethelredus filius Edgari & Elfridæ tegnavit in Anglia annis XXXVI.

DCCCCLXXX.

Otto Imperator pertexit ad Longobardiam.

Lotharius Rex cum magnis Muneribus ad Imperatorem vênit ſeque cum filio ſuo Imperatori ſubdidit.

DCCCCLXXXI.

Adelbertus Magdeburgenſis Archiepiſcopus obiit cui Giſilharius ſuccedit. (q) (q)

DCCCCLXXXII.

Epiſcopatus in Merſburch eſt deſtructus &c. *reliqua ex Lamberto Schafnab. ad h. a. quibus noſter addit ad verba:* eſt deſtructus, per Gizelerum Archiepiſcopum Magdeburgenſem, poſſeſſionibus & bonis Merſeburgenſis Eccleſiæ in Magdeburgenſem partim & Citenſem & Miſnenſem Eccleſias per dictum Gizelerum translatis.

Otto Imperator pugnavit juxta mare Siculum cum Sarracenis & Mauris in quo prælio ſcrinia cum reliquiis Sanctorum proh dolor! amiſit, Epiſcopis, Capellanis, Tribunis & penè omnibus qui interfuere Comitibus interfectis. Cumque Imperator ſuo-

(o) Lamb. Schafnab. ad h. a. ſed breviſſimè.

(p) Lamb Schafnab ad h. a. more ſuo paucis hæc tangit, urbémque *Bazovvam* vocat, quo deceptus Ill. Struvius in not. ad hunc locum *ſine dubio intelligi primariam Luſatiæ urbem Budiſſam*, *Bauzen* exiſtimavit, cum *Bazovva*, id eſt *Paſſauv* intelligenda eſſet.

(q) erat adſcriptum: *Gizelerus Epiſcopus Merſeburgenſis.* Lambertus Schafnab. ad h. a. *Hiſillarium* vocat, apud Piſtorii ſcript. à cl. Struvio recugn.

ſuorum fugam, Sarracenorúmque conſpiceret audaciam arma projecit, veſtimenta exuit ſeque in vicinum mare præcipitem dedit, in quo dum incertus ſui circumnatando diu laboraret Dei ordinatione adverſatiorum quidam navigantes devenerunt eumque jam mergentem in navem levavetunt, ibi ut ajunt ſimulavit ſe non eſſe qui erat, dicens ſe unum eſſe de militibus Imperatoris, cumque in hunc modum mutuos cum adverſariis Sermones conferret, ſubito mari inſiliens ad proximum transnatavit Littus, mirabili Dei adjutorio liberatus, milites autem qui belli periculum evaſerunt alii fame, alii nimio æſta-
(r) tis fervore perierunt. (r)

Otto nepos Imperatoris Dux Bavariæ & Sueviæ & Wernherus Abbas Fuldenſis cum Cæſaris licentiâ Domum reverſi, in Italia vitam finierunt. Ottoni ſucceſſit Hainricus.

Otto Imperatot exercitum collectum in Beneventum movet, urbem cepit, ſpoliavit, incendit per eamque occaſionem aſportatas Bartholomæi Apoſtoli reliquias Romæ in Inſula Jovis primo dicta & poſt Licaonia locatas ferunt.

DCCCCLXXXIII.

Otto Imperator Romæ ex diſſenteria infirmatur VI. Idus Decenbris obiit. Ante Baſilicam S. Petri ſepelitur. Cui ſuccedit Otto tertius filius ejus Romanorum LXXX-
(s) VIII. cognominatus Mirabilia Mundi. (s)

Poppo Wirzburgenſis Epiſcopus obiit, cui ſuccedit Hugo.

DCCCCLXXXIIII.

Otto III. admodum puer Romanum ſuſcepit Imperium & in die Natalis Domini Rex efficitur & regnavit annis XIX.

Joannes XIIII. Papa ſedit & quarto ſui Pontificatûs menſe in Adriani Mole recluſus & quatuor dein menſes inedia macetatus interiit.

Joannes XV. Papa ſedit menſibus IIII.

Translatio S. Medcrici Abbatis Pariſius IIII. kal. Septembr.

DCCCCLXXXV.

Conradus Comes Alemanniam ſibi vendicavit.

Joannes XVI. Papa ſedit annis X. menſibus III.

Creſcentius Numentanus Dominium urbis Romæ ſibi vendicavit.

DCCCCLXXXVI.

Beatus Adalbertus Pragenſis Epiſcopus à Brucis patitur.

DCCCCLXXXVII.

Francis regnat Ludovicus Lothatii filius anno uno.

DCCCCLXXXVIII.

Reinoldus Eyſtetenſis Epiſcopus qui S. Nicolai Hiſtoriam edidit, obiit.

Francis regnat Karolus Lotharii frater, pater Ludovici annis IIII. Statim aſſumpto in regnum Carolo Hugo cognomento Capucius Comes Patiſienſis contra eum rebellat, & quatuor annis adinvicem decertant.

S. Dunſtanus Archiepiſcopus Cantuarienſis moritur.

DCCCCLXXXIX.

Hugo Würtzburgenſis obiit, cui Burchardus ſucceſſit.

Hainricus Dux Karintanorum obiit.

Theophania Imperatrix Romam perrexit, omnémque regionem illam Imperio ſubdidit. (t) (t)

Osbernus Cantuariæ cantor, nulli ſuo tempore ſtilo ſecundus, in Muſica omnium primus vitam S. Dunſtani Archiepiſcopi Cantuarienſis deſcripſit.

DCCCCXC.

Erkenbertus Abbas ordinatur & regularis vita ſub ejus Dominio in Altahenſi monaſterio teſtauratur.

Henricus Dux Bavariæ de Hungaris triumphat.

Grana Tritici & piſciculos minutos imbribus immixtos pluiſſe in Gallia fertur.

Carolus Dux Remis occupat, Archiepiſcopum & quoſdam primates capit & Lauduno relegat.

DCCCCXCI.

Godehardus Diaconus monachus factus eſt.

Carolus Dux moritur & Otto filius ejus in Ducatu Lotharingiæ ſuccedit.

DCCCCXCII.

Theophania Imperatrix obiit. (u) (u)

Mortuo Carolo Hugo Cognomento Capucius regnum Francorum obtinuit, regnavítque annis IIII. & finem habuerunt Reges ex genere Caroli Magni.

Atnulfo Bremenſi Epiſcopo depoſito fit Epiſcopus Gerbertus.

Remis Synodo congregata totius Franciæ Arnulfus nepos Caroli Ducis, quem ipſe Remis ſubſtituerat, omnium judicio exordinatus damnatur.

DCCCCXCIII.

Odilo in Burgundia ex Clerico Binacenſi Monachus profeſſus Cluniacenſis fit Abbas poſt Majolum per annos LVI. miro religionis fervore ſpectabilis.

(r) alia ab his de infelici hoc prælio ad h. a. habent Lambertus Schafnab. & Sigebertus.
(s) Lamb. Schafnab. ad h. a. refert Hainricum Bav. Ducem regnum affectaſſe ſed à Principibus reprobatum. Plura de hâc re ad h. a. Sigebertus.
(t) Lamb. Schafnab. ad h. a. habet *Regi ſubdidit.*
(u) Schafnab. ad an. præcedentem.

DCCCCXCIIII.

(x) S. Bolſgangus Ratiſponenſis Epiſcopus obiit, cui Gebehardus ſucceſſit. (x)

Burchardus Würtzburgenſis Epiſcopus obiit.

DCCCCXCV.

(y) Hainricus Dux Bavariæ ubiit, dictus Hezelo; cui filius ejus Henricus ſuccedit. (y)

Majolus Abbas Cluniacenſis obiit.

Otto Rex Abotritos vaſtavit.

Herigerus Abbas Lobienſis litterarum ſcientia floruit in Lotharingia.

Adelboldus Epiſcopus Ultrajectenſis floruit.

DCCCCXCVI.

Bruno filius Ottonis Ducis Nepos Ottonis Regis factus eſt Papa dictus Gregorius V. qui prædictum Ottonem in aſcenſione Domini, quæ fuit XII. kal. Junii, conſecravit in Imperatorem, ſedit annis II. menſ. V.

Adalbertus Epiſcopus Pragenſis à Prucis martyrizatur.

Francis regnat Robertus Hugonis filius Francorum XXIIII. Rex, & annis XXXIIII. regnat.

DCCCCXCVII.

Godchardus Abbas in Altah conſtituitur.

Joannes XVII. Placentinus Præſul contra Ottonem Imperatorem Apoſtolicam ſedem invaſit menſibus X. Creſcentio conſiliante Conradus Dux obiit; cui Hermannus ſuccedit in Suevia.

Heribertus ordinatus Colonienſis Archiepiſcopus multa ſanctitate claret.

Abbo Abbas Floriacenſis ſcientia clarus, qui ſuper calculum Victorii commentatus eſt.

DCCCCXCVIII.

Quædam mulier de Familia S. Mauritii in Altah enixa eſt quinque filios.

Joannes invaſor Apoſtolicæ Sedis ab Imperatore cæcatur, & naſo truncatus deponitur, Creſcentius decollatur. Gregorius in ſede reſtituitur. Ut autem imperii dignitas apud Germanos perpetuo remaneret, ſynodo congregata Gregorius ſanctionem tulit de Imperatore eligendo, quæ usque in hodiernum diem manet.

DCCCCXCIX.

Gregorius V. Papa obiit, cui Gerbertus, qui & Sylveſter II. ſucceſſit, ſedit annis IIII.

Adelhaidis imperatrix obiit, ſepulta in Cœnobio Selſe quod ipſa fundaverat, Ordinis S. Benedicti, Diœceſis Argeotinenſis, poſtea canonizata.

M.

Imperator Otto cauſa orationis ad S. Adalbertum Epiſcopum & Martyrem Sclaviam intravit, ibique ſynodo coadunata Epiſcopia VII. diſpoſuit, & Gaudentium Monachum fratrem B. Adalberti Archiepiſcopi ordinari juſſit, inde reveniens palmas Magdeburg, Paſca Quitilingaburg egit.

Fulbertus Epiſcopus Carnotenſis Sanctitate & Philoſophia nominatiſſimus claret. Varia apparuerunt prodigia, cometes in celo viſus eſt, terræmotus maximus.

Romualdus Inſtitutor Ordinis Camaldulenſium inſignis habetur.

Boleslaus filius Meſconis Principis Polonorum ab Ottone Imperatore Rex declaratur.

MI.

Otto Imperator Romæ Natalem Domini celebravit.

Otto creſcentem Patritium Romæ Principatum occupantem bello ſuperatum interimit.

MII.

Otto Imperator tertius obiit X. kal. Febr. cujus inteſtina Auguſtæ, reliquum corpus Aquisgrani ſepelitur, & vacavit imperium per annum & amplius.

Stephanus filius Geychæ Ducis Hungarorum erigitur in Regem. regnavit aonis XXXVII.

MIII.

Hainricus II. Dux Bavariæ electus eſt in Regem Romanorum LXXXIX. annis XXII.

Hainricus Rex Hainricum Marchionem Auſtriæ & alios ſibi reſiſtentes bello petiit.

Bruno frater Regis Epiſcopus Auguſtenſis, ambo Boleslai Duces Poloniæ & Boëmiæ à regali fidelitate ſe ſubducuot, ſed Hainricus Marchio filius Berchtoldi ad Regem refugiens in Gibicanſtain cuſtodiæ mancipatur, dein Boëmiam intrans Boleslaum cum omni gente ſubjugavit.

Joannes XVIII. Papa ſedit menſibus IIII. diebus XX. hic commemorationem omnium animarum poſt feſtum omnium Sanctorum ab Odilone Cluniacenſi Abbate io Burgundia jam diu inſtitutum, ab univerſali Eccleſia obſervanda approbavit.

Joannes XIX. Papa ſedit annis IIII. menſibus VIII.

MIIII.

Incendium Papiæ civitatis.

Elphegus Cantuarienſis Archiepiſcopus floruit, poſtea martyrio coronatus.

Henricus Imperator Epiſcopatum Eccleſiæ Merſeburgenſis per Gizelerum quondam ejusdem Eccleſiæ Epiſcopum dum per Ottonem ſecundum Imperatorem ad Archiepiſcopatum Magdeburgenſem promoveretur, poſſeſſionibus & bonis Merſeburgenſis Eccleſiæ in Magdeburgenſem partim & Cirenſem & Miſnenſem Eccleſias per dictum Gizelerium translatis, penitus deſtructum ex integro in ædificiis, miniſtrantibus, poſſeſſionibus & ornamentis Eccleſiaſticis ad antiquum Epiſcopalis dignitatis ſtatum & honorem priſtinum ſtuduit reformare.

MV.

Bernharius Abbas Hersveldæ obiit, pro quo conſtitutus eſt Godehardus Abbas Altahenſis.

Gebehardus Epiſcopus Ratisponenſis conſtruxit Monaſterium Bruel.

Mor-

(x) Schafnab. ad h. a.
(y) Herm. Contract. ad h. a. apud Piſtorium.

Mortuo Ottone Duce, Ducatus Lotharingiæ datur Comiti Godefridi filio Ardennenſi.

Hilpericus librum de ratione compoti ſcripſit hoc anno.

MVI.

Guntharius Monachus factus eſt.
Cometes in Auſtrali plaga emicuit.

MVII.

Fames & peſtis miſeranda fuit pene per orbem.

Borchardus Wormatienſis Epiſcopus in ſcripturis ſtudioſus magnum illud Canonum volumen, editum à ſe ſcripturarum ſententiis undique compilatis defloratum publicavit.

Michaël Cathalaicus Græcorum Imperator.

Henricus Rex magnam ſynodum Epiſcoporum pro obtinendo circa inſtitutionem Epiſcopatus Babenbergenſis conſenſu Archiepiſcopi Moguntinenſis & aliorum Epiſcoporum Provincialium & ſpecialiter Epiſcopi Herbipolenſis, in cujus Diœceſi idem locus conſtitutus fuerat, in oppido Franckfurt congregavit.

MVIII.

Hainricus Rex Epiſcopium in Babenberg fundavit in honorem S. Petri ſanctique Georgii, locúmque ipſum prædiorum divitiis & omni ornatus decore, ut impræſentiarum cernitur, copióſiſſimè ditavit, in meridiana quoque parte civitatis Monaſterium in honore S. Stephani protomartyris ſub Ordine Canonicorum conſtruens, ex altera verò, hoc eſt Aquilonari aliud Monaſterium ſub Monachili regula, in honorem S. Michaëlis Archangeli ſanctique Benedicti conſtituens ſibi ſuæque civitati ſupra petram Apoſtolicæ firmitatis fundatæ, muróque & propugnaculis meritorum ſancti Georgii cæterorúmque Sanctorum munitæ ac exornatæ contra incentivos vitiorum jactatus turrim fortitudinis in Stephano & contra refrigerantes flatus illius, qui in Aquilone (unde malum omne panditur) ſedem diſponere diſpoſuit refugium certum in Angelico præparavit præſidio ut à dextris & à ſiniſtris juſtitiæ armis vallare, in nullo ſufficiat tentator prævalere.

Bruno Epiſcopus ex Monacho à Prucis multis ſuppliciis afflictus & manibus pedibúsque abſciſis poſtremo capite plexus cœ-
(z) los petiit(z). Eberhardus ordinatur Epiſcopus. Guntharius heremum inhabitare cepit.

Sergius IIII. Papa ſedit annis II. diebus xx. Apulia de manibus Græcorum capta per Guilelmum Nortmanniæ Comitem.

MIX.

Metis ab Hainrico Rége cum exercitu circumdatur, & caſtellum Sarebtucka debellatur.

Hainricus Rex Gyſilam ſororem ſuam Regi Hungarorum Stephano uxorem dedit.

MX.

Boleslaus Dux Boëmorum fundavit Monaſterium in Oſtrow, cui Abbatem præfecit Lambertum de Altah inferiori.

Expeditio ad Sclavos, ex qua Hainricus Rex infirmatus cum quibuſdam revertitur.

Eodem anno Eberhardus Primus Babenbergenſis Epiſcopus ordinatur.

Benedictus VIII. Papa ſedit annis XI. menſibus xi. diebus xxi.

MXI.

Willigiſus Archiepiſcopus Moguntinenſis obiit, filius pauperis currificis, cui Erchanbaldus ſucceſſit.

Saraceni in Italiam bipartito exercitu ingreſſi hinc Capuam ceperunt, inde Barum obſedetunt, ſed per Græcos & Ducem Venetorum Petrum Urſeolum ſuperati & repulſi ſunt.

MXII.

Godehardus Abbas relicta Hersveldia remeavit ad Altah.

S. Cholumannus Scotus in Auſtria apud Stokeraw patitur.

Hermannus Dux Alemanniæ obiit.

Metenſis civitas identidem cum exercitu obſeſſa eſt.

Ultio Dei ſuper choreas ducentes in cæmiterio S. Magni in Saxonia contigit.

Turci Hieroſolyma capta Dominici ſepulcri Eccleſiarúmque montis Syon & Bethleem violatione divino munere temperârunt. Hadriæ civitatis Italiæ incolarum major populus, quam urbis vetuſtas tunc toleráſſe videatur, Venetorum fines inveſtârunt, quibus Otho Urſeolus Venetiarum Dux Petri defuncti filius apud Lauretum (qui vicus inter Padum & Atheſim, qua in mare defluunt) occurrens conflixit, ac ſuperati Hadrienſes brevi ad eam pervenerunt opum tenuitatem, in qua poſtea ſemper ſorduerunt.

Guilielmo Normanno Comite defuncto Drogo frater Apuliam obtinuit.

MXIII.

Ingens eruptio aquarum.

Chriſtianus Epiſcopus Patavienſis obiit, cui Berngerus ſuccedit.

Incendium Hildinesheimenſis Eccleſiæ, quo ingens librorum congeries cum optimis Miſſalibus interiit.

MXIIII.

Henricus Rex Romæ imperiali benedictione coronatur xvi. kal. Marcii à Benedicto VIII. Papa, & Epiſcopatum in Bobia civitate Italiæ cum licentia Provincialium Epiſcoporum conſtruxit.

MXV.

Erneſtus Dux Alemannorum in venatione ſagittatus interiit, & Lantpertus infeſtiſſimus Præliator digniſſimo Talione cruentæ cædis occubuit.

Expeditio Imperatoris contra Boliſlaum.

Symeon Syracuſa Siciliæ oriundus & poſtea Monachus in monte Syna claruit, &

(z) Similia Marianus Scotus ad h. a.

poſt cum Popone Treverotum Archiepiſcopo ad Gallias veniens, Treveris in altitudine turris incluſus eſt, ibique beatò fine quievit.

Anglorum Rex Cinito regnavit annis XXVII.

MXVI.

Magnæ molis grando venit, & plurimi fulmine exuſti perierunt.

Hainricus Wirtzburgenſis Epiſcopus obiit.

MXVII.

Cometes ſolito mirabilior in modum trabis maximæ per quatuor menſes apparuit.

Ordo Humiliatorum initium habuit.

MXVIII.

Hainricus Marchio Auſtriæ ſubita morte præventus eſt, cui Albertus filius ejus ſuccedit.

Guido Aretinus celeberrimi nominis Muſicus claruit.

MXIX.

MXX.

Benedictus VIII. Papa ab Imperatore vocatus Babenberg venit, Eccleſiam S. Stephani dedicavit.

In multis terrarum locis multa & magna incendia.

Wernherus Argentinæ Epiſcopus cum Alemannis contra Burgundiones pugnavit & vicit.

MXXI.

Ingens terræmotus contigit IIII. Idus Maji hora X. diei feriâ VI. poſt aſcenſionem Domini, & X. kal. Julii duo ſoles viſi ſunt.

Heribertus Colonienſis Archiepiſcopus obiit, cui Pilgrimus ſuceſſit.

MXXII.

Eberhardus I. Babenbergenſis Epiſcopus ordinationis ſuæ anno XIII. IIII. Non. Novembris, feriâ V. Henrico Imperatore diſponente dedicavit Eccleſiam S. Michaëlis in Monte in honorem ejusdem Archangeli, ſanctique Benedicti Abbatis. Huic conſecrationi interſuerunt Epiſcopi multi, ſcilicet Arbo Moguntinus, qui Altare S. Martini dedicavit, Pilgrinus Colonienſis, qui Altare S. Petri conſecravit, cum aliis multis.

Eundem autem locum inhabitare cepit primus Pater ejusdem Monaſterii, Rato, anno Domini MXV. eodémque anno fundamenta ipſius Monaſterii locata ſunt, & ſecundo anno Hainrici II. templum ipſum dedicatum eſt.

Berwardus Epiſcopus Hildenshaymenſis obiit, cui Godehardus Abbas Altahenſis Monaſterii ſanctitate vitæ ſucceſſit.

Gebehardus Epiſcopus Ratisponenſis obiit, pro quo item Gebehardus conſtituitur.

Hainricus Imperator novam Trojam, quæ eſt in finibus Apuliæ, deditione accepit, & mortalitas magna in exercitu facta eſt.

Notkerus Magiſter obiit.

Joannes II. Papa ſedit annis XI.

MXXIII.

Eclypſis Lunæ ter in anno, & Solis ſemel.

Wolframmus Abbas Altahenſi Cœnobio prælatus eſt.

MXXIIII.

Hainricus Imperator obiit III. Idus Julii anno ætatis LII. ſepultus eſt Babenbergæ in Epiſcopio à ſe facto in S. Petri Apoſtoli Monaſterio.

Robertus Francorum Rex jam ætate confectus Hugonem filium ſuum conſortem regni facit, & cum eo regnavit annis VI.

CPoli Imperator Michaël cognomento Cathalaicus.

MXXV.

Conradus ex regni primoribus unus, ſed regno antea per rebellionem adverſus, Principibus pro ejus electione diſſidentibus, Aribone autem Moguntino Archiepiſcupo & Eberhardo Babenbergenſi Præſule ſibi faventibus in Regem eligitur. Sublimatus autem in regni ſui ſede conſilio Brunonis Auguſtenſis Epiſcopi fratris Hainrici Imperatoris (qui ſemper felicibus ejus invidebat actibus) Babenbergenſem Epiſcopatum nitebatur deſtruere, quia idem Bruno Epiſcopus permiſit Reginæ Giſilæ omnia prædia hæreditario jure ad ſe pertinentia filio ejus Henrico contradere, locus igitur & tempus conventui ſtatuitur, ubi hæc res ad certum perducatur. Nocte veru quæ diem præceſſerat, in qua hæc ventilanda erant, Eberhardus Epiſcopus ad tentorium prædicti Brunonis clam acceſſit, lectóque ejus aſſidens multa ſuper hac re monendo, obſecrando, memoriam fratris animo inculcando cum eodem ſolicitus egit; qui ubi jam multa noctis hora tranſacta receſſerat & Epiſcopum pro auditis ſolicitatum ſomnus oppreſſerat, viſus eſt ei frater ſuus Imperator Hainricus lecto ſuo aſtare, faciémque ſuam barba ex una parte depilata turpatam objectare, cui ſuper hac re ſtupido & admiranti ac quis tam temerarios auſus in eum præſumeret interroganti? Tu, ait, hæc feciſti, qui me & Sanctos Dei, quos rebus à Deo mihi conceſſis dotavi, deſpoliare diſpoſuiſti. Cave jam ulterius ſuper hac temeritate ne incepta luas magna infelicitate. Ad hæc ille expergefactus ac de viſione non parum perterritus, membrorum quoque horrore & tremore non leviter eſt tactus. Mane autem facto cum diu expectatus ad conventum procerum non veniſſet, Regina pro filio ſolicita nuntiis miſſis obnixè rogavit, ut adveniens promiſſa perficeret. Ille verò affirmabat ſe tanta infirmitate gravari ut nec de lecto ſurgere, nec pedem poſſet quoque movere, cúmque rogaretur, ut ſe in lecto ad conventum deportari pateretur, quod vel ſic promiſſa perficeret, omnino abdicavit, ſéque in Deum & in Sanctos ejus & in fratrem ſuum peccâſſe libera tandem voce proclamavit, ſic itaque divina pietas per merita ſamuli ſui ne ſpe, quam in ſe poſuit, fraudaretur, omnia illius pravæ conſpirationis Machinamenta repreſſit, idque quod ab eo benè cœptum eſt confirmando ſemper exin ad meliora provexit.

Conradus II. Romanorum XC. cepit, imperavit annis XV.

Guiliel-

Guilielmus Divionenſis Abbas claruit cum cæteris, videlicet Richardo Virdunenſi Abbate in Lotharingia, Popone Stabulenſi Helya Colonienſi, Osberto & Stephano Leodienſi, Bernone Augienſi.

Boleslaus I. Rex Polonorum obiit, cui filius Meſco cognomine Lambertus, habens ſororem Ottonis III. in uxorem, regnavit
(a) pro eo. (a)

MXXVI.

Conradus Rex filium ſuum Hainricum Regem fecit, & ipſe Romam pergens nuptialem Benedictionem accepit, poſt hæc Knut Regis Danorum filiam Kunigundam filio ſuo conjunxit, ſéque ad benè agendum ſtudioſus accinxit. In proprio quippe caſtello Lintpurg dicto ad alios uſus quondam ſibi grato Monaſterium conſtruxit, prædiorúmque copia illud ditans, Monachorum congregationem ſub Abbatis proviſione illuc introduxit, Spirenſe quoque Epiſcopium provehere ſtatuens, ſed vivendi meta eo usque non pertingens filio ſuo Henrico ſuæ voluntatis effectum commiſit, quem ipſe magnificè cepit, ſed filius ejus item Hainricus magnificentius perfecit.

Wolframus Abbas Altahenſis obiit ſubita morte præventus.

Synodus in Saliogſtat inter Epiſcopos, Aribonem Moguntinenſem & Godehardum Hildenesheymenſem.

Hainricus frater S. Kunigundis Dux Bavariæ obiit, cui Hainricus Rex filius Conradi Imperatoris ſucceſſit.

Spira quæ & Nemetum urbs conditur à Conrado.

MXXVII.

Bruno Auguſtenſis Epiſcopus & Welfo comes prædas & incendia inter ſe conficiunt.

Ratmundus Abbas ordioatur in regimine Altahenſis Monaſterii.

MXXVIII.

Erneſt Dux Alemannorum & Welfo comes Conrado Imperatori ad deditionem veniunt Popo Patriarcha Aquileienſis in ſynodo apud Ravennam, præſidente Papa Joanne obtinuit Gradenſem Eccleſiam adjudicari ſedi Aquileienſi, Urſonémque qui tum præerat deponendum, idem Popo ſumptuoſiſſimam Eccleſiam Beatæ Virgini erexit, cujus dedicationi Joannes Papa & Conradus Imperator, duo Cardinales cum XX. Epiſcopis interfuère. Conſtituit & Cœnobium Sanctimonialium extra muros, quod donariis & profuſiſſima largitione ditavit, ſub ipſam autem Eccleſiæ dedicationem declaravit Pontifex Conrado annitente placere ſibi, atque id ipſum æquum videri ut Eccleſia ipſa mater eſſet viginti Eccleſiarum.

MXXIX.

Bruno Auguſtenſis Epiſcopus, frater Hainrici Imperatoris obiit, & in Baſilica S. Mauritii M. ibidem à ſe conſtrui cœpta, ſed minimè perfecta ſepultus eſt, cui Eberhardus Epiſcopus ſucceſſit.

MXXX.

Conradus Imperator Stephanum Pannoniæ Regem cum exercitu petiit, ſed in ullo proficiens, ſine militia rediit, exercitúsque fame periclitabatur. Interea in Alemania Erneſt Dux & Wernherus Comes cum aliis multis occiduntur XVI. kal. Sept.

MXXXI.

Stephanus Rex Hungariæ per Legatos cum Imperatore pacificatur.

Aribo Archiepiſcopus Moguntinus obiit, cui Partho Hersveldenſis Abbas ſucceſſit.

Imperator Conradus cum parva Saxonum manu Poloniam autumnali tempore intravit, & Miſiconem diu ſibi ante rebellem Liutizique regionem cum aliquot urbibus & præda, quæ priori anno facta eſt ſibi reſtituere, & cum juramento pacem firmare coëgit. Eodem vero anno eundem Miſiconem Bezbrien frater ejus de Polonia ejecit, & in Boëmiam ad Udalricum Ducem fugere fecit.

Normanni Apuliam tenentes & Græci prælio inter Aufidum amnem & Oliventem oppidum acerrimè concurrerunt, & Normanni victoriá ſunt potiti.

MXXXII.

Rudolfus Rex Burgundiæ moriens Diadema ſuum Conrado Imperatori miſit.

Bezbrien Dux Poloniæ à ſuis occiſus, Miſico frater ejus ab Imperatore in locum eſt reſtitutus.

Eodem anno Udalricus Dux Boëmiæ reus majeſtatis inventus exilio damnatur, cujus filius nomine Bratizla ſuſcepto ducatu, primo ab Imperatore rebellans, Henrici Regis expeditione in eum factâ ſubjicitur.

Mons quidam in pago Saltzburgenſi ultra ſpatium quinque ſtadiorum decidens, caſu ſuo inter terminos lites compeſcuit.

MXXXIII.

Ventus cum turbine multa ſtravit ædificia, naves multæ ſubmerſæ ſunt, nonnulli perierunt fulmine.

Monaſterium Altahenſe IIII. Non. Martii. cum cæteris ædificiis igne conſumitur.

Meinhardus Epiſcopus Würzburgenſis obiit.

Conradus Imperator hyeme Burgundiam petit.

Hainricus Rex & Dux Bavariæ veniens Hungariam & pace firmata cum Rege Hungarorum, reverſus eſt in propria.

Eclypſis Solis III. kal. Julii.

Benedictus IX. Papa ſedit annis XIIII.

B. Procopius natione Bohemus primo Canonicus deinde Monachus, tandem Abbas, vitæ ſanctitate floret, ad cujus admonitionem Udalricus Dux Boëmiæ Monaſterium in honore beati Joannis Baptiſtæ Ordinis S. Benedicti conſtruxit. Sed donatione nondum completa morte præventus filius ejus Bretislaus complevit.

MXXXIIII.

(a) ita Cod. laborante paululum ſenſu.

MXXXIIII.

Udalricus Dux XVII. Boëmiæ obiit, cui Biſetislaus in ducatu ſuccedit.

Francis regnat Henricus Roberti ſuperioris filius annis XXX.

Michaël Etheriarchus apud CPulin regnat, cui uxor fuit Zoe nomine.

Imperator Franciam petit contra Ottonem, item Burgundiam vaſtat, rogatu Guntharii heremitæ & ProvincialiumComitum. Udalricus Dux Boëmiæ exilio ejectus Ratisponam venir, ubi Conradus Imperator placitum ſuum habuit, recipiénſque ducatum ſuum multa mala, majoráque & pejora prioribus commiſit, inſuper fratrem ſuum germanum cæcavit, sicque poſt octo menſes malam vitam mala mors ſecuta eſt.

Miſico Dux Poloniæ obiit.

MXXXV.

Conradus Imperator placitum ſuum in Babenberg habuit, ubi Adalbero Dux Karinthanorum deponitur, Conrado illi in ducatum ſuccedente.

Wirbinam caſtellum in confinio Saxoniæ poſitum pagani, qui Liutici dicuntur, obtinent multis ex Chriſtianis occiſis & captis, quos Imperator cum exercitu petiit. Tempore placiti Braticzla * filius Udalrici Ducis Boëmiæ illuc venit & pacificè ab Imperatore ſuſceptus eſt, obſidibúsque receptis cum pace & regalibus muneribus honoratus ad propria remeavit.

* in marg. *Biſetislaus.*

Hoc anno inaudita mortalitas animalium & defectio apum omnem Bavariam multum afflixit.

Cazimirus filius Meſconis Regis Polonorum defuncti unà cum matre ſorore Ottonis tertii Imperatoris per Nobiles in Alemanniam pellitur.

MXXXVI.

Gebehardus II. Ratisponenſis Epiſcopus obiit, cui ſucceſſit Gebehardus III. frater Imperatoris.

Meginwercus Podarburnenſis Epiſcopus obiit, cui ſucceſſit Rudolfus Abbas Herfeldenſis.

Brunicho Merſiburgenſis Epiſcopus obiit, cui ſucceſſit Hunoldus.

Branthoh Halberſtatenſis Epiſcopus obiit, cui ſucceſſit Burchardus.

Pilgrimus Colonienſis Archiepiſcopus obiit, cui ſucceſſit Hermannus.

Sizo Mindenſis Epiſcopus obiit, cui ſucceſſit Bruno.

Eodem anno Imperator in Salgenſtat generale concilium habuit Epiſcoporum XXXV. & Abbatum plurium, dein Rex Hainricus filius Imperatoris maritavit Chunigundam * filiam Knuth Angli Saxonici ſeu Danorum Regis & in Niumago nuptias fecit.

* in marg. *Gunhildim filiam Canutonis.*

Liutici Pagani tributarii facti ſunt Imperatori, de his rediens inſtanti autumno feſtinus cum exercitu Italiam perrexit & natalem Domini in Veronâ celebravit.

MXXXVII.

Imperator Paſchalem feſtivitatem Placentia celebravit, dein Mediolanenſis Archiepiſcopus eum inſidioſe quaſi ad convivium invitans occultè voluit perdere, ſed malitiæ ſuæ diffamatus à peſſimo incepto digne eſt fruſtratus & ipſe comprehenſus ab Imperatore & aliquamdiu retentus, eheu! ſe cuſtodientibus è fuga elapſus, poſtea vero cum duodecim Coepiſcopis regalē curtem absque ſuſpicione frequentantibus conſiliatus eſt, ut ab eis aliquo modo Rex periret, deceptus; hocque Conſilio diffamato comprehenſi ſunt omnes pariter & In exilium per ſingula loca relegati. Sed & Poppo Patriarcha Aquilegienſis qui cuſtodire ſuſcepit Archiepiſcopum Mediolanenſis illo fugiente reus majeſtatis effectus & ipſe aufugit timidus, poſtea verò veniens Diſcalceatus & Laneis ad carnem tectus gratiam impetravit Imperatoris. Prænotatus autem Mediolanenſis Epiſcopus in perfidia ſua perdurans obſtinatus, nuntiis ad Ottonem Burgundionum regem directis, participem eum fecit præſcriptæ conjurationis. Non multo poſt tempore comprehenditur quidam Adalbertus, cognomento fortis, cum litteris Archipræſulis Mediolanenſis Conjurationem indicantibus Epiſcoporum & omnium Longobardiæ primorum, in die natali S. Martini Dominum Imperatorem eſſe cum exercitu interficiendum, & eundem Ottonem in Imperii Monarchiam conſtituendum. Itaque patefacto indicio internuntius & auctor hujuſce mali Adalbertus juſte decentérque vinculatus, exilio eſt damnatus. Imperator ſic liberatus Parmam civitatem proficiſcitur, ibi Nativitatem Dominicam acturus. Die verò ſancto Parmenſes tumultu maximo excitato, omnes noſtros una cum Principe voluerunt exterminare. Cum utrinque fortiter pugnaretur & noſtri penè ſuperarentur, Deo donante incidit Imperatori Conſilium ut juberet civitatem ſuccendi, unde provocatus exercitus circumquaque per regiones diffuſus, hinc inde advenerunt, cæde & igne urbem vaſtaverunt. Hoc etiam anno Altahenſe templum poſt incendium denuo à Friderico reædificatum xi. kal. Octobris divino honori eſt conſecratum. Ibidem Vico Hallenſi res miſeranda in familia S. Mauritii evênit: Duo etenim germani fratres cum plebe ſibi conducta patruum ſuum ſeditioſi invaſerunt, ipſum occiderunt, filios ejus ſex cum eorum parvulis & reliqua multitudine promiſcui ſexus & ætatis, non minus quinquaginta hominum, omnes ſimul in una domo incenderunt.

MXXXVIII.

Otto Burgundiæ Princeps uſurpative factus in pertinaciâ ſua contra Imperatorem voluit perdurare fine tenus, quod dolens Gozilo Dux Lotharingorum cum comprovincialibus eum invaſit, victúmque extinxit & caput ejus Imperatori direxit.

Imperator apud Sutrium prope Romam Paſca peregit, inde exiens Tuſciam tetendit, ibique Pandulfi uxor cum filio ſuo & filia venit maximum Theſaurum afferens

ferens

ferens, & pignora ſua vades Imperatori relinquens, poſtquam gratiam ſibi maritóque impetravit, domum remeat. Ipſe enim Dux ideo non venit, quod nunquam ſe cujusquam Imperatoris faciem videre præſumpturum firmavit, poſtea verò filius ejus quem obſidem miſerat, neſcio, quo terrore territus fugam iniit, ſed ſoror ejus remanſit, hinc Cæſar intelligens eum doloſè agentem, cum nullo modo illum poſſet revocare, Ducatum Nepoti ipſius nomine Weimaro tradidit, indeque in montem Caſſinum perrexit, quo ut pervênit, omnia à prædicto Pandulfo vaſtata repperit, res Monaſterii diſtractas, Monachos fugatos, & quia lector ibi defuit ipſe Abbatem ſubſtituit Rihherium Abbatem Leonenſem, Monachum vero Altahenſem ipſúmque unà cum Weimaro perſecutorem Pandulfo fecit. His ita compoſitis repatriare diſpoſuit temporibus Auguſti menſis, unde & maximam partem exercitûs perdidit, quos hortenda æſtatis rabies miſerabiliter extinxit. Chunigunda quoque nupta regalis & Hermannus Giſilæ filius Imperatricis Dux Sueviæ cum innumera multitudine interierunt eadem clade, Præſulis emeriti tunc & flatus Godehardi, carnem dimiſit, & cælica regna petivit. Cui ſubſtituitur Tiemo regius Capellanus in Epiſcopum Hildenesheimenſem.

Hermannus Marchio obiit.

Stephanus Rex Hungariæ in die aſſumptionis ſanctæ Mariæ terminum fecit carnalis vitæ, cui Petrus in regno ſucceſſit. Maxima defectio frugum per totum teutonicum contigit regnum, ita ut in plerisque locis homines fame deficerent & multæ villæ fugientibus Colonis vacuæ fierent.

MXXXIX.

Imperator Conradus Natalem Domini Goslare fecit, paſchale feſtum Niumago feriavit, Pentecoſte oppido Trajectenſi, ibique altera die ejusdem feſti obüt pridie Non. Junii & ſepultus eſt Spiræ.

Eodem tempore patruelis & æquivocus ejus viam totius carnis eſt ingreſſus.

Æſtas calore validiſſima & maxima fuit frugum abundantia.

Eclypſis ſolis facta eſt xi. kal. Sept.

Reginboldus Epiſcopus Spirenſis obiit III. Idus Octobris, eique Sibicho ſubſtituitur.

Egilpertus Friſingenſis Epiſcopus eſt defunctus & Nitzo ſucceſſit.

Adalbero Dux Carinthanorum fuga elapſus de exilio, vita deceſſit.

MXL.

Hainricus III. Conradi Imperatoris filius jam dudum patre vivente Rex conſtitutus Patri ſucceſſit in imperio. Natalem Domini in Ratispona feriavit, & in Auguſtam venit, illo devenerunt Legati Italorum expetentes Regis judicium, Paſchale verò feſtum in Ingilenheim celebrat, ibique conventionem cum Principibus habuit. Illic Mediolanenſis Archiepiſcopus, quem ſupra diximus damnatum, Regis gratiam & ſuum recepit Epiſcopatum.

Ejusdem anni autumno Rex bellum indixit Wratislao Duci Boëmiæ ſed multis proceribus & militibus in præſtructione ſilvæ citro ultráque occiſis vel captis, nil memoria dignum facere potuit, Petrúsque Hungarorum Rex eidem Duci contra Regem auxilia miſit.

Eberhardus primus Babenbergenſis Epiſcopus obiit, cui Swidgerus ſucceſſit.

Heinricus III. Romanorum XCI. cepit & annis XVII. imperavit.

Joannes Gualbertus fundator Ordinis vallis umbroſæ floruit.

MXLI.

Petrus Rex Hungarorum regno eſt privatus conjurantibus adversùs eum ſuis primatibus & loco ejus Ovo conſtitutus, qui Petrus profugus & exul Hainrici Regis, (cui priori anno rebellavit) gratiam quærit & invênit.

Hainricus Rex Boëmiam ingreſſus igne prædáque cuncta vaſtat & rebellem Ducem obſides dare ipſúmque poſt ſe Ratisponam ad deditionem humillimam venire atque jurejurando fidelitatem ac ſervitium confirmare cohortatur.

Ventus validiſſimus in orientali Francia magna dedit pericula, adeo ut juxta montem pavonis ſilvæ magnam partem proſtraverit, & innumera ædificia ſubruerit. Maximáque penuria frugum contigit.

Yſach fluvius juxta Pozam inundatione ſua & Atheſis fluvius apud Veronam excreſcens magnum damnum in agris, vinetis & ædificiis fecerunt.

MXLII.

Hainricus Rex Natalem Domini Argentina civitate celebravit, ubi magnam Principum ſuorum multitudinem convocavit. Ovo autem Rex Hungarorum cum percepiſſet Petrum à ſe expulſum gratiam Regis Hainrici recepiſſe, fines Bavariæ prædis & rapinis depopulatur, ſed magna pars exercitus ejus ab Alberto Marchione Auſtriæ deletur.

Dominica in quinquageſima Ducatus Bavariæ in civitate Baſilea traditur Hainrico Duci, fratrueli Hainrici Ducis & Dominæ Kunigundæ Imperatricis uxori, piiſſimi & digniſſimi Imperatoris.

Rex feſtum Paſchæ Coloniæ celebravit, & Principes totius regni congregavit; Pentecoſtes feſtum in Würzburg fecit, & Brunonem Epiſcopum cum áliis idoneis viris ac fœminis miſit ad deſponſandam ſibi conjugem, Wilhelmi Comitis de Provincia filiam. Menſe dein ſequenti expeditio facta eſt in Hungariam cum magno exercitu, novem ibi civitates Rex deditione accepit, duæ earundem ignibus ſunt abſumptæ.

Heribertus Eihſtettenſis Epiſcopus obiit, cui Germanus ſuus Gezman ſucceſſit, ſtatim obiit.

Udalricus Ratiſponenſis Abbas obiit.

Lanfrancus Ticinenſis Eccleſiaſticæ diſciplinæ non ignobilis Aoctor in Gallia claret.

Edwardus filius Egelredi regnavit in Anglia annis XXIII.

MXLIII.

Hainricus Rex Natalem Domini Goslariæ peregit, illic Pontificatum Eichſtettenſem Gebehardo dedit, ibi etiam inter alios Principes Dux Boëmicus Bratislaus decentia munera Regi obtulit, Legatique Ruzonum magna dona detulerunt, ſed majora recipientes abierunt. Giſila Imperatrix mater Regis obiit XVI. kal. Marcii, & ab ipſo & Epiſcopis atque Principibus juxta virum ſuum Conradum Nemidone ſive Spira ſepulta.

Paſcha Rex in Leodio celebravit. Pentecoſte fuit in Poderabrun, illóque venerunt Legati Hungerorum pacem cum noſtratibus reformare cupientes. Dein convocatâ multitudine profectus eſt ad Biſanciam oppidum Burgundiæ & illic accipiens Agnetem Wilhelmi Pictavienſis Principis filiam, duxit eam Moguntiam ibique eam conſecrari fecit Reginam, conſummatisque diebus ordinationis, in Ingelnhaim fecit nuptias regio cultu apparatas. Illic adetant omnes pene primatii de cunctis regionibus Romani Imperii, Præſides, Duces, Marchiones ſed & reliquarum dignitatum Principes innumerabiles. Non multo poſt moritur Leopoldus filius Alberti Marchionis Auſtriæ bonæ indolis juvenis, qui multorum nimio dolore deploratus à Patruo ſuo Poppone, Archiepiſcopo Trevetis eſt ſepultus.

Peſtis pecudum maxima.

Monaſterium S. Mauritii in inſula Mindenſi conſtructum, à Brunone Epiſcopo dedicatum eſt.

MXLIIII.

Haintieus Rex cum nova nupta Treveris Nativitatem Chriſti celebravit & in Noviomago Kotnis * ſolemnitatem.

* ita Cod.

Gozilo Dux Lothatingiæ obiit.

Hainricus Rex Hungariam ingreſſus, Dei favente clementia victor effectus eſt, Ovonem cum uxore & filiis ac cognatis, quibus locus fugiendi erat, effugabat. Petrum reſtituit in regnum. Ipſe verò cum hooore rediit & veniens Ratiſponam non prius ea die guſtavit quippiam quam templa omnia nudis pedibus & in laneis circumivit, & altaria templorum ſingulis palliis veſtivit.

Dietmarus Hildeneshaimenſis Epiſcopus obiit, cui Azilinus imponitur.

Rhazo Niwenburgenſis Epiſcopus obiit in finibus Italicis.

MXLV.

Rex Nemidone Natalem Dominicum celebravit, inde rediens Auguſtam venit, ubi Longobardorum conventum habuit, & cum eisdem illius regni ordinationem diſpoſuit. Inde movens Friſingam venit, ubi ſanctæ Quadrageſimæ primam ſeptimanam peregit.

Adalbertus Marchio Auſtriæ obiit.

Rex die ſancto Paſchæ in Goslari tradidit Ottoni filio ſororis tertii Ottonis Regis Ducarum Alemanniæ, & Ebboni Capellano ſuo Numburgenſem Pontificatum.

Bruno Wirtzburgenſis Epiſcopus obiit VI. kal. Jun.

Rex Hainticus navigio venit in Hungariam ubi regio more ſuſceptus eſt, & in ipſa ſancta ſolemnitate Pentecoſtes, Petrus Rex regnum Hungariæ cum lancea deaurata tradidit Regi Hainrico coram omni populo, poſt peractum verò regali luxu convivium obtulit illi etiam auri pondus maximum, quod ille totum militibus diſtribuit, quos in prioris anni prælio victrici ſecum habuit.

Berngerus Patavienſis Epiſcopus obiit, cui Engelbertus Reginæ Capellanus ſucceſſit.

Guntharius vita decedens hâc Eremita
Percipit in cœlis Bravium cujusq; laboris
Quem prius in Mundo tulerat carni dominando.

Erneſtus Marchio Auſtriæ cepit regnare.

Romani Benedictum Papam tanquam ignavum ſede ſua pellunt, & Sylveſtrum tertium loco ſuo ſtatuunt, quo poſt XLIX. dies pulſo Benedictum reſtituunt; is autem cum cerneret ſe iterum eadem diſcrimina ſubiturum Joanni Archidiacono S. Joannis ante Portam Latinam, qui Gregorius VI. eſt appellatus, pontificatum vendidit, ſedit annis duobus.

Bruno Epiſcopus Herbipolenſis Imperatoris Conradi ſecundi Patruelis obiit VI. kal. Junii, qui inter cætera ſcripta ſuper Pſaltetio ſcripſit.

MXLVI.

Rex Hainricus fetiavit Domini Natale in regali villa Goslare; Die Palmarum Hildeneshaymenſe templum inſigne & maxima pars urbis conſumitur igne. Rex Paſcale tempus celebtavit in Trajecteoſi urbe.

Eadem verò æſtate Mogontia & Ratiſpona civitates ſunt igne crematæ.

Adventum Spiritus Sancti Rex Aquisgrani cum magno concilio Principum peregit. Poſt nativitatem Beatæ Virginis proſpero curſu Italiam ingreſſus à Romanis pacifice ſuſcipitur: Papas tres non dignirer conſtitutos ſynodaliter depoſuit, & Swidigerum Babenbergenſis Eccleſiæ ſecundum Epiſcopum Papam conſtituit, qui & Clemens dictus eſt.

Petrus Rex Hungarorum excœcatur, cui, Andreas ſuccedit.

Wilhelmus Argentinenſis Epiſcopus obiit, cui Hezilinus ſucceſſit.

Ebbo Conſtantienſis Epiſcopus moritur, cui Theodericus ſucceſſit.

Petrus Rex Hungarorum ſundavit Epiſcopatum Quinqueccleſieoſem io honore S. Petri.

Cazimirus filius Meſiconis Regis Polonorum pulſus quondam in Alemaniam, in Cluniacenſi Mooaſterio, jam ſeptimum agentem annum, diſpenſatione Benedicti Papæ IX. extrahitur de Monaſterio & in Regem Polonorum elevatur & ungitur.

Eodem

Eodem anno Aaron Monachus Ticinenſis in Epiſcopum Cracovienſem poſtulatur, & auctoritate ejusdem Papæ Benedicti Archiepiſcopatûs honore inſignitur & Coloniæ conſecratur.

MXLVII.

Rex Hainricus Nativitatem Domini feriavit Romæ, conſecrandus imperiali benedictione Die ſancto primum Papa ordinatus legitimè conſecravit Imperatorem cum Imperatrice, Archipræſulem Ravennæ & Antiſtitem Placentiæ cum Fuldenſi Abbate. Finita ſolennitate ac Imperatore iter in Apuliam convertente, Imperatrix gravida Mantuam perrexit, ibique filiam peperit.

Hainricus Dux Bavariæ mortuus eſt in eo itinere, quo ſponſam ſuam quam deſponſaverat, voluit accipere.

Otto Dux Alemannorum obiit, cui Otto Comes Swinfurtenſis in Ducatu ſucceſſit.

Swidigerus priori anno Papa electus viam totius carnis eſt ingreſſus VII. Idus Octobris atque ad Epiſcopalem ſuam ſedem Babenberg eſt reductus. Pro quo Poppo Aquilegienſis Patriarcha eſt ordinatus, qui & Damaſus dicitur. Ebbo ſucceſſit.

Ebbo Auguſtenſis Epiſcopus obiit præſente Imperatore tumulatus, cui Hainricus ſucceſſit.

Poppo Treverorum Archiepiſcopus ad Dominum migravit. Eberhardus ſucceſſit.

Clemens II. Papa ſedit menſibus IX.

Damaſus II. Papa ſedit diebus XXII.

Franco Scholaſticus Leodicenſium in ſcientia litterarum & morum probitate claret, qui ad Hermannum Archiepiſcopum ſcripſit librum de quadratura circuli.

MXLVIII.

Hainricus Imperator natale Dominicum feriavit Pholide.

Damaſus Papa obiit necdum completo anno, ex quo conſtitutus eſt, pro quo Bruno Tullenſis Epiſcopus Papa ordinatur, qui & Leo IX. dictus. Hartwico conceſſit Epiſcopatum Babenbergenſem, & Ebboni Abbatiam Fuldenſem.

Hoc anno modicum vini & miſerabilis plaga in homines graſſata eſt juſſu Dei. Utpote fructus terræ muribus conſumptus victum omninò negabat hominibus.

Terræ motus IIII. Idus Octobris factus eſt.

Ebbo Patriarcha Aquilegienſis obiit.

Leo IX. Papa ſedit annis quinque, menſibus II. diebus VI. Hic cantus dulciſſimos edidit de S. Gregorio Papa, Cyriaco Martyre & Gorgonio, & librum validum contra Græcorum errores ſcripſit.

S. Odilo Abbas Cluniacenſis anno ætatis ſuæ LXXXVII. ordinationis verò LVI. migravit ad Dominum kal. Januarii. Cui Hugo ſucceſſit.

Poppo Stabulenſis Abbas obiit.

Apud CPolin Conſtantio Monomacho vita functo, Theodora virgo, Zoes Imperatricis ſoror imperium duobus annis prudentiſſimè adminiſtravit.

Drogo Normannus, qui Apuliam tenebat, obiit, cui Hunfredus frater ſucceſſit.

MXLIX.

Imperator Hainricus diem Dominicæ nativitatis Friſingæ celebravit, & Cancellario Gotepoldo patriarchatum Aquilegienſem contradidit. Inde Ratisponam pervenit, & in purificatione ſanctæ Mariæ Ducatum Bavaricum Chunoni conceſſit.

Ratmundus Altahenſis Abbas obiit, Dietmarus ſucceſſit.

Paſcha Imperator in Merſiburg celebravit.

Tempore Autumni ſynodus Moguntiæ habetur, cui interſuerunt Leo Papa & Imperator.

Eccleſia ſepulcri Domini noſtri Jeſu Chriſti reædificata eſt CPolitano Imperatore procurante.

S. Wolfgangus Epiſcopus Ratisponenſis à Leone Papa Sanctorum Catalogo aſcribitur.

Gotepoldus Patriarcha Aquilegienſis conſtruxit cenobium cum Baſilica S. Stephani, accepitque Forojulianum Ducatum cum tota Iſtria dono ab Henrico Imperatore tertio, quo annitente gradus Aquileienſi Eccleſiæ tertio adjudicata eſt. Nec multo poſt idem Henricus Carniolam Sygehardo Patriarchæ largitus eſt.

ML.

Imperator Hainricus Dominicum Natalem Pholide feriavit, Paſche vero Trajecto.

Hungari item rebellant, quibus Gebehardus Ratisponenſis Epiſcopus, qui erat patruus Imperatoris, obviam veniens, vice ipſius Imperatoris in fugam converſos non minima eos cæde afflixit, inſuper urbem Haymburg in Marchia Auſtriæ poſitam ædificiis reſtauravit & militari cuſtodia muniri fecit, ipſéque cum ſumma pace regreſſus eſt.

Imperatrix peperit filium in Autumno.

S. Theobaldus inter nobiles Francorum non infimus hoc tempore clarebat, qui mundo & ſemetipſo abnegato ſecutus Chriſtum in Vincencia urbe Venetiarum recluſus, duodecimo ſuæ converſionis anno beato fine quievit. Oſſa ejus in Gallias tranſlata ſunt. Hujus feſtum celebratur pridie kal. Julii.

Michaël cognomento Novicius per arma Imperator CPolitanus eſt factus, qui eodem anno ab Iſacio Comeano dejectus imperio Monachus eſt effectus.

MLI.

Imperator Natalem Domini celebravit Pholide, reſurrectionem Domini Agrippinæ ibique filium ſuum baptizari fecit. Expeditio ad Hungaros facta cum exercitu valido Bavarorum, Longobardorum, Saxonum, Suevorum, Francorum & Sclavorum. Cum verò inimicus palam occurrere non auderet, & exercitus diuturnitate temporis fame laboraret, in propria ſe recepit, & rurſus ſequenti anno exercitum illic ducere conſtituit.

Bardo Moguntinus Archiepiſcopus ob-

ilt, cui Leopoldus Babenbergenſis Præpoſitus ſucceſſit.

Parthenopolitanus Archiepiſcopus Hunfrid hâc luce eſt privatus, cui Engelhardus ſucceſſit.

Hunfrid ejuſdem Nominis Ravennatis Præſul obiit, cui Hainricus ſucceſſit.

Dietricus Conſtantienſis Epiſcopus obiit, cui Rumoldus ſucceſſor conſtituitur.

Gallicana Eccleſia turbatur per Berengarium Turonenſem, qui aſſerebat Euchariſtiam quam ſummimus in altari non eſſe revera corpus Chriſti & ſanguinem ſed figuram, contra quem, à multis verbis & ſcriptis diſputatum eſt.

Gwido Abbas de Cruce ſancti Leufredi contra Berengarium de Corpore & Sanguine Domini elegantem edidit librum.

MLII.

Imperator Nativitatem Domini Goslare feriavit, paſcha verò Spiræ. Item rurſus expeditio ad Hungaros facta eſt, ſed inactè rediit. Habens in comitatu Leonem Papam, Ratiſpooam autem venientes Papa cum Imperatore reliquias B. Dionyſii Martyris, de quibus diu dubitatum eſt, an ibi haberentur, præſentibus Pariſiorum legatis idem Papa perſpexit, ibique teneri probavit. Sanctum quoque Bolſgangum & B. Erhardum ejuſdem urbis Epiſcopos de tumulo levavit, præſentibus Baldvino Juvavienſi Archiepiſcopo, Dominico Patriarcha de Venetiis, Gebhardo Ratiſponenſi, Hunperto S. Rufinæ Eccleſiæ, Otkero Peruſinæ Eccleſiæ Severo Pragenſi, Gebhardo Aureatenſi Epiſcopis & Sereniſſimo Imperatore Hainrico III. Indeque Babenberg tranſiens, cum Nizo Friſingenſis Epiſcopus obiit, cui Ellenhart ſucceſſit Imperator privilegia ejuſdem loci à Cancellario ſuo Friderico, qui poſtea in Epiſcopatu ſucceſſit, perſpici, & cotam Imperatore Populóque pronuntiari mandavit, ſuáque auctoritate illa confirmavit. Inde ſimul tendentes in partes Rheno contiguas, proximum Natalem Domini Wormatiæ celebrabant.

Biſetislaus Dux Boëmiæ Hungariam ſibi ſubigere aggreditur, ſed ingreſſus hoſtilem Provinciam mox ardenti febre correptus vita decedit IIII. kal. Maji. Corpus ejus Pragæ translatum, cui ſuccedit Spitigneus filius ejus primogenitus.

Concilium Vercellenſe contra Berengarium Turonenſem congregatur.

Gerardus Leucorum Epiſcopus à Leone in Sanctorum Confeſſorum numerum adſcribitur.

S. Zenonis Confeſſoris reliquiæ Ulmam ſunt translatæ.

MLIII.

Leo Papa & Imperator Hainricus natale Dominicum apud Wangionem ſive Wormatiam celebrarunt.

Chuno Dux Bavariæ & Gebehardus Epiſcopus Ratiſponenſis graviſſimas inter ſe inimicitias traxere, ſed cum Imperator Merſiburg paſcha perageret illic evocavit utrumque ad generale colloquium pluresque Principes regni, quorum judicio Dux memoratus Ducatu eſt depoſitus.

Leo Papa Romam rediit, exercitum per Apuliam contra Nortmannos illius terræ advenas duxit & infinita utrobique cæde peracta Papa abſque Victoria regreditur.

Sybicho præſul Nemidonenſis ſive Spirenſis obiir, cui Arnoldus ſubſtituitur.

Hartwicus Babenbergenſis Epiſcopus moritur. Adalbero eidem ſucceſſit.

Robertus Guiſcardus à Gallia cum exercitu profectus Apuliam obtinuit fugatis ex eâ Provinciâ Græcis atque Affris qui ſub Italorum contentione illam poſſidebant.

Corpus Pallantis filii Evandri Romæ integrum repertum eſt cum hoc Epitaphio:

Filius Evandri Pallas quem Lancea Turni
Militis occidit, more ſuo, jacet hic.

MLIIII.

Imperator Hainricus Domini natalem apud Otingen curtem Regiam celebrat, ibique majori filio ſuo Ducatum Bavaricum contradidit, & Adalberoni Conſobrino ſuo Epiſcopatum Babenbergenſem conceſſit; inde Ratiſponam ad generale colloquium receſſit. Paſcha in Merſiburg feriavit.

Leo Papa XIII. kal. Maji diem obiit ultimum Romæ ſepultus in Eccleſia S. Petri multis coruſcans miraculis. Chuoo Dux Noricorum fœderatis ſibi Hungaris graviter rebellat.

Azilinus Hildenesheimenſis Epiſcopus obiit.

Victor II. Papa, ſedit annis II. menſibus VIII. dictus Gebehardus Euſtettenſis Epiſcopus ſynodum Florentiæ celebravit, in quo multos Epiſcopos ob Simoniam & fornicationem depoſuit.

Hermannus Chronicam hucusque abbreviavit.

Iſacio poſtquam quatuot imperaverat CPoli annos per arma pulſo, Conſtantulus cognomine Dioclyzis accepit Imperium.

MLV.

Imperator Dominicum natalem celebravit in villa regali Goslate. Ipſis diebus mortuus eſt Bratisla Dux Boemorum. Poſt hæc Imperator Ratiſponam veniens, ubi generale colloquium habuit, ibi Gebehardum Eyſtetenſem Epiſcopum Apoſtolicæ ſedi præfecit, quem & mox ante ſe in Italiam præmiſit.

Zbitigneum majorem filium Bratislai Boemi in Ducatu patri ſubſtituit, ſicque ſingulis diſpoſitis Italiam tranſivit, paſcha apud Mantuam celebravit, Ekkehardum Brixione urbis Epiſcopum conſtituit.

Walthetus Veronenſis Epiſcopus obiit. Dietpoldus ſubſtituitur.

Quidam de regni principibus adverſus Regem conjurant, conantes eum regno & vita privare. Ex quibus Welſo Dux Carinthanorum gravi infirmitate correptus moritur, ſimiliter Chuno Dux Bavariæ exul Pannoniæ malè obiit.

Hermannus Archiepiſcopus Colonienſis moritur, cui Anno ſucceſſit.

Ar-

Arnolfus Spirenſis Epiſcopus obiit, cui Wospho ſucceſſit.

Udalricus Tridentinus Epiſcopus moritur, cui Hatto in Epiſcopatu ſucceſſit.

Dietmarus Altahenſis Abbas obiit, cui Adalhardus ſubſtituitur. Wenzeslaus monachus Altahenſis ordinatur Abbas Leonenſis. Gebehardus Ratisponenſis Epiſcopus Patruus Imperatoris Hoſtis occultè peſſimus deprehenſus & convictus cuſtodiæ mancipatur.

MLVI.

Imperator natale Domini celebravit ad duras aquas.

Hermannus Comes Orientalium Francorum obiit XI. kal. Febr.

Imperator ad Wormatiam rediit, quo etiam Papa Italia nuper digreſſus occurrit, ubi de ſtatu regni plurima diſponit, Gebehardo ante jam cuſtodia laxato gratiam ſuam reddidit. Chunonem Nepotem ſuum pœnitentem pro rebellione ſuſcepit, & ſic ſingulos in ſua redire permiſit.

Adalbertus Marchio Auſtriæ obiit, cui Erneſtus filius ejus ſucceſſit.

Hainricus Imperator gravi infirmitate tentus ſapienti uſus conſilio, ab omnibus quibus potuit veniam petiit, quibusdam prædia quæ abſtulit reſtituens, cunctis qui contra eum & regnum culpas damnabiles fecerant, relaxatis, filium ſuum Hainricum Romani Pontificis auctoritate, Pontificum & Principum regni electione Regem conſtituit, his & aliis prout vitæ poſſibilitas admiſit benè diſpoſitis III. Non. Octobr. hanc vitam in Deo finivit, Spiræ ſepultus.

MLVII.

Hainricus IIII. Hainrici Imperatoris filius admodum puer patri ſuccedens, regnare cepit. Nativitatem Domini Ratisponæ celebravit, colloquium generale cum regni primatibus habuit, Chunoni cuidam cognato ſuo Ducatum Carintanorum tradidit, Agnes Imperatrix Ducatum Bavaricum ſuſcepit, his ita diſpoſitis Saxoniam ſeceſſit, Papa Victor multis bene in Germania aliisque Romani regni partibus Pontificum vel Principum ſecularium conſilio diſpoſitis Romam cum Pace rediit incipiente anni illius quadrageſima.

Adalbero Babenbergenſis Epiſcopus obiit, cui Guntherius ibidem Canonicus ſucceſſit tunc temporis Cancellarius Italicus.

Victor Papa ipſa æſtate moritur, pro quo Fridericus Gotfridi Ducis frater, jam monachus factus, à Romanis Pontifex ordinatur & Stephanus nominatur IX. ſedit menſibus X. Epiſcopatum autem Eyſtettenſem quem Papa habuit, Rex Gunzoni capellano ſuo tradidit.

Otto Comes de Swinſurt Dux Suevorum IIII kal. Octobris obiit & Rudolfus de Rinfelden qui poſtea Rex eſſe, contendit, Ducatum accepit.

Henricus IIII. Romanorum XCII. cepit imperavit annis L.

MLVIII.

Rex natale Dominicum celebravit apud Goslare Paſcha apud Merſiburg.

His diebus in Paderbrun major Eccleſia cum aliis duobus monaſteriis eſt igne conſumpta. Hungarorum Legati ad Regem venerunt pacem poſtulantes & ut firmior haberetur impoſterum, Regis Sororem Salomoni filio Regis Andreæ poſtulabatur in conjugium, hoc ubi regni primatibus placuit, Rex cum Matre in fines Hungariæ venit, utriusque regni primores jurejurando pacem firmare fecit, ſororem tradidit & mox ſe in Franciam recepit.

Autumnali tempore Dux Charintanorum Chuono Longobardiam valida manu eſt ingreſſus, ſed reſiſtentibus ſibi provincialibus turpiter eſt regreſſus.

Ebbo Abbas Fuldenſis moritur, Sigifridus in locum ſucceſſit.

Stephanus Papa obiit, Benedictus ſucceſſit IIII. Papa, menſibus novem ſedit, diebus XX.

Robertus Guiscardus Siciliam obtinuit, pulſis ex ea Affris & illam fratri ſuo Rogerio donavit.

Cazimirus Rex Poloniæ vita exceſſit, relinquens ex Dobronega cognomine Maria ex principibus Ruſſiæ orta quatuor filios, Boleslaum, Wadislaum, Meſconem & Ottonem, quorum Boleslaus patri ſucceſſit in regno, qui Stanislaum Epiſcopum Cracovienſem interfecit.

MLIX.

Rex Nativitatem Domini apud Argentinam feriavit.

Hoc anno frumenta & vini ſatis abundans copia in Bavaria habebatur, ſed gravis peſtilentia hominum ac animalium per totam provinciam graſſabatur.

Burchardus Halberſtattenſis Epiſcopus obiit, ſimiliter Luitpoldus Moguntinus.

Nicolaus II. Papa ſedit annis duobus, menſibus VI. diebus XVI.

Concilium Romæ celebratur ubi Inſtitutum eſt de electione ſummi Pontificis Di. XXIII. in nomine &c. In eodem Concilio CXVIII. Epiſcopotum Berengarius abjuravit errorem ſuum. De Conſec. Di. II. Ego Berengarius &c. Aaron Archiepiſcopus Cracovienſis obiit. Cui Lambertus qui & Zula dictus, ſucceſſit, inſignia Archiepiſcopatûs quærere noluit, ſanctum Stanislaum Canonicum Cracovienſem inſtituit.

MLX.

Rex Nativitatem Domini celebravit apud Friſingam, Epiſcopatum Halberſtatenſem Burchardo dedit, ſacrum Epiphania Ottingen celebravit, ac Sigifrido Abbati Fuldenſi Archipræſulatum Moguntiæ tradidit. Regreſſus autem in Franciam Fuldenſibus Abbatem ſtatuit Witradum ejusdem congregationis Monachum.

(b) Hyems hæc (b) tam acerba per Teutonicum regnum habebatur ut immenſitate ac diuturnitate nivis ac frigoris multi Mortales hâc luce privarentur. Mox ſecuta eſt aquarum talis effuſio qualis vix ante nunquam fertur in illo proveniſſe regno.

Rex ſanctum Paſcha in Halberſtat peregit & mox eo recedente Eccleſia ipſa cum aliis ædificiis eſt igne conſumpta.

Hâc æſtate Conradus Spirenſis Epiſcopus obiit cui Einhart ſucceſſit.

Balduinus Archiepiſcopus Juvavienſis obiit cui Gebehardus Cancellarius ſucceſſit.

Gebehardus Ratiſponenſis Epiſcopus moritur cui Otto Babenbergenſis Canonicus ſucceſſit.

Francis poſt Henricum regnavit Philippus ejus filius, vivente patre in regnum aſſumptus, regnavitque annis XLIX.

Marianus cronographus claret qui à Scotia in Gallias veniens Coloniæ factus eſt Monachus, primo apud Fuldam, poſtea apud Maguntiacum recluſus eſt.

Lanfrancus Prior Monaſterii Beccenſis, dein Archiepiſcopus Cantuarienſis, Præceptor Anſelmi, floruit.

Robertus Guiſcardi à Nicolao Papa Ducatus titulo inſignitur, regionis Apuliæ.

MLXI.

Rex Hainricus Nativitatem Domini celebravit Moguntiæ.

Hoc tempore Agnes Imperatrix mater Regis Ducatum Bavaricum quem dudum retinuerat ſua ſponte remiſit, cumque Ottoni viro prudenti commendari fecit.

Adalman Brixiæ civitatis Epiſcopus obiit, cui Udalricus ſucceſſit.

Monſtrum fœminco ſexu in pago Britannico naſcitur, quod ad integram provectum ætatem ferunt infra umbilicum unitum, ſupra verò geminatum habens hominem.

MLXII.

Rex Nativitatem Domini in Goslare celebravit Paſcha verò in Spira. Rex igitur adoleſcere incipiebat, Palatio autem Præſidentes ſibimet ipſis tum conſulebant, nec Regem quiſquam quod bonum juſtúmque eſſet edocebat, ideoque in regno multa inordinatè fiebant, quapropter Anno Archiepiſcopus Colonienſis, Duces & Optimates regni crebra conventicula faciebant, tandem firmato conſilio, cum Rex eſſet juxta Rhenum in loco qui Werida dicitur, cum grandi multitudine ex improviſo curtem adeunt, crucem & Regiam Lanceam ex capella auferunt, Regem ipſum navi imponunt, nullóque obſiſtente ad Coloniam uſque deducunt, Mater Regis triſtis inde diſceſſit, ſacrum ſibi poſtulavit imponi Velamen.

Engelhardus Parthenipolitanus Epiſcopus obiit pro quo Wezil eſt conſtitutus.

Adalhartus Abbas Altahenſis obiit vir in monaſtica profeſſione ſummæ perfectionis.

Alexander II. Papa ſedit annis XI. menſibus VII.

Fames ingens per orbem & lugubris peſtis.

Antipapa Cadolus Parmenſis Epiſcopus creatur.

MLXIII.

Rex celebravit Nativitatem Domini in Friſinga ubi conſtituit Wenceslaum Abbatem Altahenſem ibidem profeſſum, ſed tunc Abbatem Leonenſem.

Hainricus Auguſtenſis Epiſcopus obiit, cui Embricho ſucceſſit.

MLXIIII.

Rex Hainricus Nativitatem Domini peregit ad Wangionem ſive Wormatiam.

In cis Alpina Gallia Parmenſis Epiſcopus in ſummum Pontificem fuit electus, qui bis contra Alexandrum uſque Romam profectus eſt armata vi, tandem intercedente Imperatore Henrico Concilium Mantuæ indicitur, in quo ſciſmate compoſito Alexander confirmatur.

Romanus cognomento Diogenes Conſtantino Dioclizi mortuo Græcis imperat.

MLXV.

Rex celebravit Nativitatem Domini apud Coloniam Agrippinam.

Hoc anno Sigifridus Archiepiſcopus Moguntinenſis, Wilhelmus Trajectenſis, Otto Ratiſponenſis, Guntherus Babengergenſis Epiſcopi cum multitudine Comitum & Principum divitum & pauperum quaſi duodecim Millium Jeroſolymam tendentes, multas infeſtationes à barbaris perpeſſi ſunt, tandemque perventione fruentes optata, numero & rebus admodum attenuati redierunt, cumque in Pannoniam veniſſent, Gunthetus Epiſcopus Babenbergenſis moritur x. kal. Aug. delatus ad Babenberg ibidem ſepelitur, cui ſucceſſit Hermannus Canonicus Moguntinus.

Engelbertus Patavienſis Epiſcopus obiit, cui Altmannus ſucceſſit.

Ruotheri Tarviſenſis Epiſcopus moritur, cui Wolframus Abbas Oziacenſis ſucceſſit pridem vero Monachus Altahenſis.

Hoc anno Abbatia Altahenſis in beneficium datur Ottoni Duci Bavariæ, quod mox multi cœperunt opinari & dicere quod non ei ceſſaturum eſſet proſperè.

MLXVI.

Rex Hainricus Nativitatem Domini Moguntiæ celebravit, Paſcha verò in Spira. Cometes per totum orbem diu apparuit. Eadem æſtate Anglia per Wilhelmum Nordmannum miſerabiliter afflicta tandemque ſubacta ipſe Rex ejus efficitur, qui mox omnes penè regni ejuſdem Præ-
fules

(b) ita loquuntur qui ſuæ ætatis res deſcribunt.

ſoles exilio, nobiles verò morti deſtinavit, mediocres autem ſuis militibus in ſervitutem, uxores indigenarum univerſis advenis in matrimonium ſubjugavit.

Bertha Ottonis cujusdam Italici & Adelheidæ filia Regi in Sponſam adducta in Wirtzburg Natali Petri & Pauli Apoſtolorum regali benedictione eam coronari juſſit, móxque in Ingelnhaym celebratis nuptiis in conſortium regni aſſumpſit.

Harmucht Nordanhumbrurum Rex cum mille pene navibus venit in Angliam regnaturus & in urbe Eboraca plusquam mille laicos, & centum presbyteros de Anglia occidit, cui Araldus Rex Anglorum cum ſeptem legionibus occurrit, eum cum multis occidit.

Interim Guilhelmus Comes Nortmannorum cum Francis in Angliam intra, & conſerto prælio Ataldum cum multis milibus perimit & regnat in Anglia.

Altmannus Epiſcopus Pataviensis Monaſterium B. Nicolai foras muros Pataviæ conſtruere cœpit & ſundare auxilio Agnetis Imperatricis quoodam uxoris Henrici tertii Impetatoris.

MLXVII.

Rex Dominicum natale Ratisponæ peregit, paſcha verò in Goslare.

Inter Principes Bavaticos periculoſæ exortæ erant inimicitiæ.

Treverorum Præſul obiit, quem Pontificatum Rex contra voluntatem eorum Conrado Præpoſito Colooienſi dedit, cum autem clerus pariter & populus hoc indigne ferrent, quidam Epiſcopii milites euodem Epiſcopum illu venieotem vivum cepère & de quadam altiſſima rupe præcipitari fecere, quo caſu nullam membrorum læſionem paſſus cepit fugere, ſed mox eum captum ſecundo præcipitavere. Sicque tertia vice reductus eſt & dejectus tandemque moriens ad meliora conſcendit ut verè credimus, tandem conceſſa electione Utonem virum Nobilem & honorabilem elegerunt ejusdem congregationis Canonicum.

Petrus Damianus & Petrus Alfooſus nominatiſſimi habeotur.

Theobaldus in Viocentia urbe Venetiæ incluſus moritur.

Romano Imperatore Græcorum mortuo ſucceſſit Michaël filius Conſtantini Dioclizi.

MLXVIII.

Rex Hainricus Nativitatem Domioi peregit io Goslare, adoleſcentiæ itaque uſus libertate Saxoniam ex omni Romano Imperio cepit incolere, Priocipes deſpicere, oobiles opprimere, ioferiotes ſuſtollere, venatui luſibus cæterisque hujosmodi exercitiis plusquam juſticiis faciendis (ut incuſatus eſt) operam dare, filias illuſtrium quibuslibet obſcurè natis conjugare, privata præſidia nimirum potentibus regni non ſatis fidens inſtituere. His diſcordiæ Seminariis contigit Regi quam plurimos inſidiatores tam vitæ quam regni ſuccreſcere, qui tum cum maturitatis oecdum plene attigiſſet annos, erant qui non tam ipſum quam Adalbertum Bremenſem Archiepiſcopum culpandum judicarent, quod ejus conſilio hæc omnia ageret.

Wenzeslaus Abbas Altahenſis VIII. kal. Octobr. obiit.

Francis & Scotis Angliam incurſantibus Angli ſame conſumuntur, multi eorum humanis carnibus veſcuntur.

MLXIX.

Rex Natalem Dominicum Mogontiæ peregit móxque expeditiunem contra Liutticis in ipſo hyemis tèmpore parari juſſit, quo tempore Dux Ottu qui in beneficio habuit Altahenſem Abbatiam, fratribus illis eligendi inter ſe Abbarem, conceſſit licentiam, qui mox ſine dilatione elegerunt Walkerum ſuæ congregatioois fratrem.

MLXX.

Rex Hainricus Nativitatem Domini peregit io Friſinga, poſt paucos dies obiit Wolframmus Tarviſienſis Epiſcopus, pro quo Azili eſt conſtitutus.

Paſcha Rex Nemidone celebravit & in Pentecoſte in Mihiſina colloquium Principum habuit.

Otto Dux Bavariæ, ut reus majeſtatis, ducatum amiſit.

MLXXI.

Rex Natalem Dominicum in Babenberg celebravit, ubi ducatum Bavariæ cuidam Principi Welf dicto, tradidit.

Treveris in Eccleſia S. Paulini Cooſeſſoris in Crypta ſubterranea invenitur corpus ejusdem S. Paulini, quod olim à Frigia ubi exulaverat reportatum ibi à Felice Epiſcopo catenis ferreis fuerat ſuſpenſum, & multa juxta eum Corpora Sanctorum ibidem à Ricciouaro martyrizatorum.

MLXXII.

Rex Ottooem usque quaque perſecutus complures munitiooes ejus deſtruxit & velut Reipublicæ hoſtem omnino eom delere pertractat. E contra ille militibus electis inſtructus ipſe quoque manu fortiſſimus & animo nimis efferatus, quod Regiis copiis confligere non poterat, nunc præda, nunc flammis, nunc ſerro quacunq; ſe ſors obtulit ſuas injurias ulciſci ſatagebat, ipſo denique mediante non ceſſat gens Saxonum (ut eſt animis acerrima) conjurationem adversùs Regem unanimi conſpiratione, accuſationes & blasphemias ioauditas ad ſedem Apoſtolicam in illum referte ſociósque ſibi ex omni regno Teutonico litteris & nuntiis aſciſcere. Nam primo Sigifridum Moguntinæ ſedis Archiepiſcopum, Adalbertum Wormatienſem, Adalberonem Wirtzburgenſem, Gebehardum Saltzburgenſem, aliosque complures præſules, indeqoe per ipſos etiam Papam Alexandrum ſibi ſautores efficiunt, Rudolfum Ducem Suevlæ, Berchtholdum Ducem Carinthiæ, aliosque. Quidam quoque ſummæ Sancti-

tatis

tatis virum Annonem Archiepiſcopum Colonienſem conjurationis ejusdem conſcium aſſerunt, quorum inſidiis Rex territus Saxonia ceſſit & in aliis regni partibus agendis rebus inſtitit.

Stanislaus eligitur in Epiſcopum Cracovienſem.

MLXXIII.

Rex nativitatem Domini celebravit Babenbergæ, diem palmarum verò in Eichſtet, ubi Rudolpho & Berchtoldo Ducibus gratiam ſuam reddidit, Paſcha Ratisbonæ, in feſto Pentecoſtes apud Auguſtam colloquium Principum habuit, moxque ſe in Saxoniam recepit.

Anno Colonienſis Archiepiſcopus & Hermannus Babenbergenſis Epiſcopus Romam miſſi ſunt pecuniam, quæ Regi debebatur, congregandi gratia, qui legatione peractâ reverſi, litteras Alexandri Apoſtolici detulerunt Regem vocantes ad ſatisfaciendum pro ſymoniaca hæreſi, aliisque nonnullis emendatione dignis, quæ de ipſo Romæ fuerant audita, poſt hæc Saxones adjiciunt, & præſidia multa conſtruere, necdum enim plures habebat Saxonia muniones, & caſtella, quæ Rex dudum ædificaverat, funditus evertunt, inter quæ præcipuum illud caſtrum quod Harzeburg dicebatur, diruunt, Monaſterium & clauſtrum Canonicorum, quod ibi erat ſolotenus dejiciunt, & quod nefas eſt, innocentis cujusdam filii Regis ibidem ſepulti oſſa in cootumeliam Patris de ſepulcro ejiciunt.

Alexander Papa moritur.

Joannes Gualbertus devotiſſimus Chriſti Monachus & religionis vallis umbroſæ ordinator & Princeps, miraculis clarus moritur, IIII. Idus Julii, ſepultus in Eccleſia Monaſterii de Baſignano.

MLXXIIII.

Hildebrandus qui & Gregorius VII. Alexandro Papæ ſuccedit. Sedit annis XII. menſe uno, diebus III.

Geyſa octavus Rex Hungarorum fundavit Eccleſiam cathedralem Vacienſem, quam & prædiis & poſſeſſionibus multis dotavit.

Fames validiſſima regnum Hungariæ invaſit & afflixit.

MLXXV.

Hainricus Rex manu valida tam ex Alemannia quam ex Bavaria & Germania & Boëmia congregata Saxones petit, eisque juxta Unstruth fluvium congreditur, & non modicâ ſtrage utrinque peracta tandem victoria potitus revertitur. Ibi Rudolfus Dux Alemanniæ atque Burgundiæ (qui poſtea regnum invaſit) fortiter pro Rege cum ſuis dimicâſſe notatus eſt.

Hermannus Babenbergenſis Epiſcopus ob hæreſin Symoniacam auctoritate Gregorii Papæ deponitur, eique Rudbertus à Rege ſurrogatur.

Anno Colonienſis Archiepiſcopus plenus ſanctitatis meritis defunctus eſt, & in Monaſterio Sigburgenſi, quod ipſe conſtruxerat, poſitus, cui Hidolſus ſucceſſit.

Erneſtus Marchio Auſtriæ in bello Saxonico occiditur, relinquens duos filios Albertum & Leopoldum, cui Leopoldus ſucceſſit.

Admuntenſe Monaſterium Ordinis S. Benedicti fundatur ab Gebehardo Archiepiſcopo Saltzburgenſi.

MLXXVI.

Concilium apud Wormatiam habitum eſt, ubi præſente Rege Hainrico univerſi penè Teutonici Epiſcopi præter Saxonicos Gregorium Papam abdicârunt, mittentes ad illum Epiſtolam poſt multas culpationes in illum injectas ita concluſam. Quia ergò & introitus tuus tantis perjuriis eſt convitiatus, & Eccleſia Dei tam gravi tempeſtate per abuſionem novitatum tuarum periclitatur, & vitam & converſationem tuam multiplici infamia dehoneſtâſti, obedientiam quam tibi nullam promiſimus, nec de cætero ullam ſervituros denunciamus eſſe, & quia nemo noſtrum, ut tu publicè declamabas, tibi hactenus fuit Epiſcopus, tu quoque nulli noſtrum ammodo eris Apoſtolicus.

Eodem anno XVIII. kal. Oct. Colloquium maximum apud Oppenhaim factum eſt, ubi penè totius regni Principes ſed maximè Saxonum & Alemannorum ſubjectinni Regis renuntiabant, cauſam prætendentes quod à duobus jam Apoſtolicis vocatus ad ſatisfactionem non veniſſet & per hoc contemptus ſententiam excommunicationis in Romana Synodo à Papa accepiſſet, cum ipſe tamen inauditus & abſens fuiſſet, hac commonitione coactus Rex Romam humiliter utpote veniam ab Apoſtolico petiturus inimicis non ſperantibus tetendit, inventóque Papa in oppido Canuſino ibi per triduum ante portam caſtri depoſito omni cultu regio diſcalceatus & laneis indutus perſtitit, nec prius cum multo fletu Apoſtolicæ miſerationis auxilium & conſolationem implorare deſtitit, quam omnibus qui ibi aderant precibus, & lacrymis intercedentibus laxato tandem anathematis vinculo in communionis gratiam & ſinum Matris Eccleſiæ receptus eſt, acceptis ab eo correctionis in futurum vitæ ſuæ ſecuritatibus multis.

Ordo Grandimontenſis cepit ſub Patre Stephano.

Matildis Comes nobiliſſima fœmina virtute & geſtis clariſſima habetur.

MLXXVII.

Rudolphus indigena Sueviæ mediantibus Sigifrido Moguntinenſi & Adalberooe Würzburgenſi Epiſcopo, Berchtoldo qooque Duce Carinthiæ ac prædicto Otrone, aliisque nonnullis Principibus in præſentia quorumdam Romanæ Sedis Legatorum non voluntariè annuentium, apud Forcheim in Regem elevatur, à quibus etiam deductus Magontiam in media quadrageſima XII. kal. April. à Sigifrido Epiſcopo io Regem ungitur,

tur, obi eodem die peſſimo auſpicio ſeditinne facta multa turba vulgi cæſa eſt ab ejus militibus unde vulgus accenſum in ipſos exarſit, magniſque ictibus multos protruncans, cæteros in curtem palatii fugavit, ipſáſque regias ædes incendere voluit, niſi quod Epiſcopus Sigifridus pro veloci diſceſſione Rudolfi obſidem ſe interpoſuſt. Ita Rudolfus & cuncti, qui cum eo venerant, ejecti ſunt, ipſe quoque Sigifridus Epiſcopus magnis blaſphemiis eliminatus, Moguntiam non intravit amplius. Collecto dehinc à Saxonia exercitu copioſo, Rudolfus Würzburges, Hainrico Regi fidem ſervantes, tam Epiſcopum ſuum Adalberonem quam ſe contemnentes obſedit, jam diverſis machinis ad urbis oppugnationem inſtructis, terrore Hainrici Regis circa kal. Julii ab Italia reverſi, inactâ re regreditur. Hainricus verò Rex Alemanniam cum exercitu petit, ibique quemdam ex indigenis Hugonem alioſque ſibimet rebelles non ſine magna ejusdem Provinciæ devaſtatione debellat. Bertholdus autem de Zaringen Dux quondam Carinthiæ in quodam oppido ſuo Lintperg, naturaliter munito poſitus dum videret ex arbitrio Regis impunè cuncta vaſtari, præ dolore animi dicitur eo morbo, quem Medici phrænefin vocant, occupatus fuiſſe, ſeptémque diebus poſtea ſuperſtes amentia verba quaſi delirans protuliſſe, ſicque vitam finiviſſe. In ea expeditione Otto Treverorum Archiepiſcopus defunctus eſt.

S. Ladiſlaus IX. Hungarorum Rex cepit regnare annos XIX. hic regna Dalmatiæ & Croatiæ primus Hungariæ adjecit. Eccleſiam Waradienſem conſtruxit.

MLXXVIII.

Hainricus Rex properanti contra ſe Ro-
(c) dolpho cum multo exercitu juxta Strowi (c) occurrit, initóque prælio non pauci ex his átque illis proſternuntur, ac incerta fit victoria utriſque certatim fugientibus ad propria, ubi à vulgaribus hominibus Wecil Magdeburgenſis Archiepiſcopus in fuga occiditur, ſive, ut quidam dicunt ſuſpenditur, Magnus Dux deſpoliatur, Hermannus Comes ejusdem magni Ducis patruus & Adalbertus Wormatienſis Epiſcopus comprehenſi, ac plurimi de militibus Saxonicis turpiter ſunt interempti. Ex parte verò Regis Hainrici Poppo vir mirè fortis occubuit.

Ordo Canonicus cepit reflorere in Eccleſia B. Quintini Belvacenſis, ſub Magiſtro Yvone ejusdem Eccleſiæ præpoſito poſtea Carnotenſi Epiſcopo, primum ab Apoſtolis, poſtea à beato Auguſtino regulariter inſtitutus.

Caſtrum Newenburch deſtructum eſt ab Imperatore.

MLXXIX.

Iterum bellum fit inter Hainricum & Rudolfum in loco, qui dicitur Fladechheim, hyeme nimis aſpera, ubi in primo congreſſu Saxones terga verterunt. Ibi Dux Boëmiæ Wratiſlaus regalem lanceam Rudolphi adeptus eſt, quæ exinde permiſſione Regis Hainrici ſemper quemvis illius genris ducatu inſignem in omni feſtiva proceſſione procedit.

Gregorius Papa CPolitanum Imperatorem Eccleſiæ communione interdicit.

Lanfrancus in Anglia claret doctrinâ & probitate conſpicuus ex Abbate Cadomenſi ordinatus Archiepiſcopus Cantuariæ.

Monaſterium Hyrſaw fundatur.

S. Stanislaus octavo Epiſcopatûs ſui anno à crudeliſſimo Rege Boleſlao interficitur III. Idus April. Feria V. poſt Octavas Paſchæ qua canit Eccleſia, ſurrexit paſtor, inter inſulas divina celebrans in Eccleſia S. Michaëlis de Rupella, ibidem ſepultus.

MLXXX.

Cum apud Brixinam Noricam XXX. Epiſcoporum Conventus nec non optimatum exercitus non ſolum Italiæ ſed & Germaniæ juſſu Regis Hainrici congregaretur, factus eſt omnium conſenſus adverſus Hildebrandum Papam Gregorium ſeptimum dictum, quem Pſeudo monachum totiusque Veſaniæ Principem peſtiferum & præcipuè Sanctæ Romanæ Sedis Invaſorem affirmantes ab Apoſtolica Sede pellendum quamvis abſentem dijudicabant & Wicpertum Ravennenſem Archiepiſcopum ipſi ſurrogandum eligebant. Hujus decreti concluſio hæc eſt. Quia (inquit) illum conſtat non à Deo electum ſed à ſe ipſo in fraude & pecunia impudentiſſime objectum, quod Eccleſiaſticum Ordinem, quod Chriſtiani imperii perturbavit regnum, quod Regi Catholico ac pacifico corporis atque animæ intentat mortem, quod perjurum defendit Regem, qui inter concordes ſeminavit diſcordiam, inter pacificos lites, inter fratres ſcandala, inter conjuges divortia & quidquid quieti inter piè viventes ſtare videbatur, concuſſit, nos Auctore Deo in unum congregati legatis ac litteris freti, decem & novem Epiſcoporum die ſancto præteriti Pentecoſtes Moguntiæ congregatorum, contra eundem Hildebrandum procaciſſimum, ſacrilegia ac incendia prædicantem, perjuria & homicidia defendentem, Catholicam & Apoſtolicam fidem de corpore & ſanguine Domini in quæſtionem ponentem, Hæretici Berengarii antiquum diſcipulum, divinationum ac ſomniorum cultorem manifeſtum, Nigromanticum phytonico ſpiritu laborantem, & idcirco à vera fide exorbitantem judicamus canonicè deponendum & expellendum, & nec ab ipſa ſede his auditis deſcenderit in perpetuum condemnandum. Facta ſunt autem hæc VII. kal. Julii, feria V. Indictione III.

Scripſit poſt hæc Anſelmus Lucenſis Epiſcopus epiſtolam ad eundem Wichpertum, in quo illum prævaricatorem ac ſuperbum cogno-

Ppp

(c) erat in marg. *flurrum, qui Unſtroutb dicitur in loco, qui Welſesholz dicitur in Saxonia.*

cognominat, inter alia ſubinſerens. Ut ergo de Beato Gregorio Patre noſtro dicam, quod de Cornelio ſcripſit B. Cyprianus: Factus eſt Epiſcopus de Dei & Chriſti ejus judicio, de Clericorum penè omnium, & ut verius dicam, omnino omnium teſtimonio, & de plebis, quæ tunc aderat ſuffragio, de Sacerdotum antiquorum & bonorum virorum collegio, cum nemo ante ſe factus eſſet, cum Alexandri locus, id eſt cum locus Petri & gradus ſacerdotalis vacaret, quo occupato & de Dei volunrate atque omnium noſtrum conſenſu ordinato, quisquis jam Epiſcopus voluerit fieri foras fiet neceſſe eſt, nec habet Eccleſiaſticam ordinationem, qui Eccleſiæ non renet unitatem, quisquis ille fuerit licet multum de ſe jactans, ſibi primum vendicans, prophanus eſt, alienus eſt, ſoris eſt, & cum poſt primum ſecundus eſſe non potuit, quisquis poſt unum, qui ſolus debet eſſe, ſactus eſt, jam non ſecundus ille, ſed nullus eſt. Hæc priori ſententiæ valde contraria ſcripſit Anſelmus Epiſcopus, vir litteris apprimè eruditus, ingenio acutiſſimus, ſacundia præcipuus, & quod omnibus majus eſt in Dei timore & converſatione ſanctâ nominatiſſimus, adeo ut tam in vita quam poſt mortem reſeratur miraculis clarus.

Hildebtandus Papa, qnod divinitus revelatum ſibi prædixit, hoc anno falſum Regem eſſe moriturum, & verum quidem prædixit, ſed feſellit eum de ſalſo Rege conjectura ſuper Henrico Rege interpretata, Rex enim Henricus Saxonibus gravi bel-
(d) lo (d) & in congreſſu ſalſus Rex Rudolphus
(e) cum multis aliis extinguitur. (e)

His ita geſtis rurſus Inter Hainricum Regem & Rudolphum geritur bellum juxta fluvium Elleſtram, in quo idem Rudolſus cecidit, ſed à ſuis Mersburg delatus eſt, & in brevi defunctus honorificè eſt ibidem humatus. Fertur tamen in extremis poſitus & abſciſſam dexteram intuitus ad Epiſcopos, qui ſortè aderant, graviter ſuſpirans dixiſſe: Ecce hæc eſt manus, qua Domino meo Hainrico fidem Sacramento firmavi, Ecce ego jam ejus regnum & vitam derelinquo præſentem, viilere, qui me ſolium ejus conſcendere feciſtis, ut recta via me veſtra monita ſequentem duxiſſetis. Hoc etiam prælio ex parte Regis Hainrici Rapoto Comes, Regi ſatis fidus, interiit.

Michaël Conſtantini filius, cum filiis tribus, Michaële, Andronico & Conſtantino à Nicephoro cognomine Buchamer per vim & arma CPolis imperio ſunr dejecti.

Florentia ab Henrico Imperatore obſeſſa in Pontificis tamen partes perſeverat.

In Northmannia florebat Anſelmus Beccenſis Monaſterii Abbas, poſtea Archiepiſcopus Cantuarienſis.

In Cœnobio S. Medardi pollebat ſignis & virtutibus B. Arnulfus ex ejusdem Monaſterii Abbate ſactus Epiſcopus.

MLXXXI.

Rex Hainticus Italiam cum exercitu petiit, Romámque perveniens in vigilia Pentecoſten reſiſtente ſibi Hildebtando Papa cum Romanis, ante caſtellum S. Petri caſtra poſuit, ubi etiam crebris incurſibus Urbanorum infeſtatus, parva manu multa viriliter peregit.

Monaſterium Babenberg crematur in vigilia Paſchæ.

Saxones & Alemanni in colloqninm venientes in orientalem Franciam, non ſine magna clade ejusdem provinciæ redierunt.

Altmannus Epiſcopus Patavienſis & Leopoldus Marchio Auſtriæ conjurant adverſus Regem propter excommunicationem Pragmaticæ Sanctionis.

MLXXXII.

Bellum in orientali Bavaria ſeu Auſtria inter Conradum Ducis Boëmiæ fratrem & Leopoldum Marchionem Auſtriæ in Mawrperg commiſſum eſt IIII. Idus Maji, & poſt magnam ſtragem utrinque factam Leopoldus victus eſt.

Item aliud inter Alemannos & Bavaros III. Idus Aug. juxta Danubium apud Hochſtain, ubi Palatini Comitis Chunonis filius Chuno occiſus eſt.

Hermannus quidam præpotens ac Nobilis ex Germania à Saxonibus & Alemannis Rex conſtituitur, cui cum in ſuis partibus, hoc eſt de Lotharingia vel Germania nemo bellicis in rebus atque divitiis poſſet æquiparari ſumpto Regis nomine tam ſuis quam alienis cepir in brevi deſpectus haberi.

Alexius Mega doloſè Nicephorum Imperio deturbar, is ut ſactum ſuum honeſtaret Michaëlem, Michaëlis Dioclizi filium imperii conſortem accepit.

MLXXXIII.

Hermañns cum paucis otientalem Franciam hoſtiliter invadit, & per eandem partem viſus eſt quaſi Equitum diſcurrens exercitus, quorum tameu veſtigia nullo modo potetant agnoſci.

Hainricus Rex Paſcha celebravit apud ſanctam Rufinam, móxque Romam tendens caſtra poſuit, ubi & prius, ad occidentalem partem caſtelli ſancti Petri; captáque eſt urbs IIII. Non. Junii. feriâ VI. ante Octavam Pentecoſten.

Hoc tempore Hildebrandus Papa in Caſtello Creſcentii, quod vulgò Domus Theodotici appellatur, incluſus exſpectabat eventum rei. Rex verò in Palatino monte munitionem inſtituens, non paucos quos in præſidio poſuerat ingraveſcente ſuper eos æſta-

(d) laborat ſenſus.
(e) Hæc ex alio Chronico, & quæ ſequuntur denuo è diverſo Scriptore conſarcinavit, perpetuo more ſuo, quod ſemel meminiſſe ſufficiat, quoties eadem aliter referuntur.

æſtatis inſueto fervore amiſit, ſed & alios de exercitu multos mortalitas abſumpſit.

Eodem tempore Legati Græcorum venerunt; & munera multa & magna in auro & argento, vasisque & ſericis afferentes, Romani autem XX. obſides dantes ex Nobilibus petierunt diem conſtitui, in quo Papa & omnes Senatores in præſentiam ejus venirent. Qui diem ſtatuens kal. Novembris ipſe ad Montana conſcendit, intrante Julio ibique commorans usque ad ſtatutum tempus Romam rediit, ſed Papa in præſentiam ejus non venit, qui occultè fugiens Salernam ſeceſſit, ibique ad diem mortis ſuæ permanſit.

Eodem anno Welſo Dux antea Bavarorum Auguſtam civitatem ſummo mane intravit Sigifrido Epiſcopo vix evadente Wigoldum quemdam ejusdem loci Canonicum intronizavit.

MLXXXIIII.

Hainricus Rex Natale Domini Romæ apud S. Petrum celebravit, in Februario verò in Campaniam tranſiens ipſam & magnam partem Apuliæ cepit, poſt hæc per Legatos Romanorum rogatus ut pacificus rediret Romam, quo pervento ad portam Lateranenſem, caſtra ponens omnes dedititios accepit, ipſisque petentibus ut eis Apoſtolicum præficeret, XI. kal. April. feriâ VI. ante diem Palmarum, multis ſtipatus, cum magna gloria intravit, ducens ſecum Wlepertum Ravennatem Epiſcopum, qui ſequenti Dominica per multos Pontifices, Apoſtolico nomini dicatus, noménque Clementis accipiens, reverenter eſt intronizatus; à quo Rex cum Regina Bertha in Sancta Dominica Paſchæ imperiali benedictione ſublimatus eſt. Poſt hæc Imperator Hainricus de Italia digrediens Auguſtam civitatem ab Alemannis invaſam obſedit & cepit.

Defuncto Sigifrido Archiepiſcopo Moguntino, Wecil ſuccedit.

S. Nicolaus à Mirrea civitate Liciæ in Barim civitatem Apuliæ transfertur. Monachi in Chotwich conſtituuntur.

Ordo Carthuſienſium fundatur à Brunone.

Monaſterii S. Michaëlis in Reicherſpetg initium.

MLXXXV.

Apud Moguntiam in Concilio Principum ab Imperatore Hainrico IIII. Wratislaus Dux declaratur Boëmiæ Rex, Moravorum regno extincto in Bohemiam translato, Polonia, Sleſia, Luſatia, Moravia Bohemorum regno adjectæ.

Gilbertus Treverorum Archiepiſcopus cum eo Pragam miſſus, qui coram Provincialibus Regem inungat, regalibúsque adornet inſignüs. Suatana quoque Regina cum eo coronata.

Hic Wratislaus indulgente Alexandro Papa III. Collegium Canonicorum Regularium in Arce Pragenſi erexit, in quo dum divina Res agitur omnes Canonici Epiſcopalibus ornamentis utuntur.

Poſt illum deſierunt eſſe Reges in Boëmia usque ad Fridericum Primum.

Synodus Moguntiæ habetur, cui interfuit Imperator, ubi præſentibus Legatis Romanorum, omnes Epiſcopi rebelles Imperatori, deponendi judicantur, cæteri verò, ut videbàtur, anathemati condemnantur, ibi etiam com̃uni conſenſu & conſilio conſtituta eſt Pax Dei; non multo poſt ſubſtitutis ab Imperatore per Parrochias abdicatorum, Præſulibus: in locum Adalberonis Meginhardus converſatione probabilis, literis etiam & ingenio atque facundia nulli penè ſecundus Würzburgenſis Eccleſiæ Præſul ordinatur, dignus qui eſſet alio tempore Epiſcopus.

Recepto jam à Saxonibus pacificè Imperatore Hainrico, quidam Marchio Eggibertus Imperatoris conſanguineus, armis ſtrenuus & animoſus atque ditiſſimus iterum in Saxonia contra Imperatorem tyrannidem ſuſcitavit, qua cognita Imperator in Franciam properè rediit.

Eodem anno condicto tam ab amicis, quam inimicis Imperatoris colloquio in Thuringia in loco, qui dicitur Berehac, conveniebant ex utraque parte, quicunque ſapientiſſimi de Optimatibus judicabantur, Canonum auctoritate probaturi, cui parti juſtitia faveret, Imperatore tum abſente, ſic enim ipſe conſenſit, electis ergo ſatis literatis & eloquentibus viris, hinc Wezilone Moguntino, illinc Gebehardo Saltzburgenſi Archiepiſcopis, diſputatio cepta eſt. Affirmat Gebehardus proponente hoc prius Wezilone, Imperatorem juſto judicio tam regno quam Com̃unione Apoſtolici ſententia privatum: è contra Wecil dominum ſuum, præjudicium non minus à Papa quam à Principibus paſſum contendit, dum ipſo apud Canuſium in ſatisfactione poſito, imo jam à Papa in communionem recepto, alterum ſuper ſe Regem elevarent. Adjecit etiam idem Moguntinus, quod Imperator diu jam à Saxonia depulſus & regnandi copia etiam ab illa diſſenſione, quæ ante Rudolphum facta perſcribitur, ſpoliatus, nec vocari, nec judicari, nec damnari canonicè debuiſſet. Hoc Gebehardus improbare nitens aſſeruit neminem per hoc divinis abſolutum legibus, ſi fortè ſua qualibet re familiari fuerit ſpoliatus, quantominus Rex qui Saxoniam, quod non ſuum duntaxat prædium, ſed Domini ſit regnum; qui juxta Danielem vel ipſo Rege Nabuchodonoſor teſte cuicunque voluerit, dat illud. Cum etiam ante amiſſam Saxoniam prius ab Alexandro dehinc à Gregorio vocatus ſatisfacere contempſiſſet. Sic itaque utrinque parte ſua favente atque acclamante diſceſſum eſt. Notum tamen eſt, quod eandem ſententiam adverſarii Imperatoris, tanto inſequebantur zelo, ut habito poſtmodum in Quitilingeburg concilio, ubi Otto Hoſtienſis Epiſcopus interfuit Legatus Gregorii Papæ, ipſam nimium ventilantes hæreſim Wezilonis, ipſúmque Hæreſiarcham appellarent, contra fidem ſcilicet illud dogmatizâſſe culpantes, quod quamdiu

 quis

quis ſuis ſpoliatus ſit rebus divinis non ſubjaceat legibus.

Gregorius VII. apud Salernam moritur, & ibidem in Eccleſia ſepelitur, cui (Nortmannorum & Mathildis illius potentiſſimæ per Italiam fœminæ cunctorumque ejusmodi ſectam æmulantium aſſenſu) Deſiderius Cardinalis Romanus & Abbas Caſſinenſis verus Chriſti famulus licet multum corde ſimul & corpore renitens ſubſtituitur, & Victor III. appellatur.

MLXXXVI.

Hainricus Imperator Saxoniam vaſtat. Wirzburg à Saxonibus & Alemannis obſidetur, ad quam liberandam Imperator copioſum tam peditum quam equitum congregat exercitum, pugnáque juxta Blaichfeld commiſſa digreditur abſque Victoria. Mox urbe ab hoſtibus capta Epiſcopus Adalbero introducitur, relictóque cum eo militari præſidio ad propria quisque proficiſcitur, ſed pauló poſt eadem urbs ab Imperatore recipitur, expulſóque Adalberone cum ſuis Meginhardus reſtituitur.

Victor III. Papa ſedit anno I. menſibus IX. Ordo Carthuſienſium ſecundum aliquos hoc anno initium ſumpſit.

Aquarum inundatio nimia multis in locis damno & periculo fuit.

Domeſticæ aves, pavones, gallinæ, anſeres omnes fiunt ſylvaticæ.

Robertus Guiſcardus ad Caſſiopam elatus Inſulam Julio menſe vita eſt functus.

MLXXXVII.

Hermannus falſo Regis nomine depoſito permiſſione Imperatoris ad Propria reverſus poſt paucos dies in cujusdam oppidi obſidione interiit.

Victor Papa hauſto in ſacro calice veneno interiit.

Reliquiæ S. Nicolai translatæ ſunt de Mirea civitate Liciæ ad Barim Italiæ.

Arnulphus ex Abbate S. Medardi Epiſcopus Sueſſionenſis factus in Flandriam venit, & in vico nomine Altenburg Eccleſiam S. Petri jam divinis miraculis illuſtratam, Cœnobium Monachorum fecit, ubi & finem vitæ & ſepulturam accepit.

In Hiſpania Rex Galliciæ Amphus fortiter Sarracenos debellat & Toletum urbem eorum maximam & aliquot annos obſeſſam tandem expugnat & cultum Chriſtianitatis in ea dilatat.

Rogerius Roberto patri in Ducatu Apuliæ ſuccedit.

MLXXXVIII.

Gebehardus Archiepiſcopus Saltzburgenſis obiit, cui Tiemo monachus Altahenſis tunc Abbas S. Petri Saltzburgæ ſucceſſit.

Bertha Imperatrix obiit & Spiræ ſepulta, Bucco Halberſtattenſis Epiſcopus occiditur, Goslariæ.

Auguſta urbs inſidiis Suevorum in cœna Domini capta, feriâ ſecunda Paſchæ deſtruitur.

Sigifridus ejusdem urbis Epiſcopus cuſtodiæ mancipatur, Wigoldus vero invaſor Eccleſiæ ejusdem intra paucos dies moritur.

Meginhardus Epiſcopus Wirtzburgenſis obiit, cui Emihardus ſucceſſit vivente adhuc Adalberone.

Wecil Moguntinus Archiepiſcopus obiit, cui Ruothardus ſucceſſit.

Urbanus II. Papa ſedit annis XII. menſibus IIII.

Henricus Imperator Florentinos iterum obſidet, qui Pontificis partes ſovere & ſequi non deſiſterent.

Corpus S. Staniſlai decimo anno Martyrii ſui transfertur ad Eccleſiam majorem Cracovienſem debito honore.

MLXXXIX.

Otto Ratiſponenſis Epiſcopus obiit, pro quo Gebehardus quartus, adoleſcens conſtituitur.

Imperator Hainricus nuptias Coloniæ celebravit, quamdam Ottonis Marchionis viduam, Ruſcorum Regis viduam ducens uxorem. Poſt hoc congregato exercitu oppidum quoddam Marchionis Eggiberti, in Thuringia poſitum, minus firmum Glicbe dictum obſedit, in vigilia vero Natalis Domini, Dominico die, cum magna pars primatum ob diem feſtivam abiret, Eggibertus ſuis conſulens audacter Imperatorem invadit, & naviter primo reſiſtentem tandem cedere compellit.

Ibi Burchardus Loſannæ Epiſcopus, qui eâ die ſacram Imperatoris Lanceam ferebat, occiſus eſt.

Monachi in Medlich conſtituuntur à Leopoldo Marchione Auſtriæ.

Annus peſtilentiæ fuit, maximè in occidentali parte Lotharingiæ, ubi multi ſacro igne interiora conſumente computreſcentes exeſis membris inſtar carbonum ingreſcentibus, vel miſerabiliter moriuntur, vel manibus ac pedibus putrefactis truncati miſerabiliori vitæ reſervantur, multi verò nervorum contractione diſtorti tormentantur.

MXC.

Hainricus Imperator Italiam rurſus ingreditur ibique ferè per ſeptem annos moratur. Prædictus Eggibertus à quibusdam Imperatoris fidelibus in quodam molendino pauſandi gratia deprebenſus turpiter occubuit.

Adalbero Würzburgenſis de Sede ſua jam diu depulſus in Bavaria moritur, ibique in Monaſterio ſuo Lambacb ſepelitur.

Anſelmus Cantuarienſis Archiepiſcopus bonitate vitæ & ſcientia in Anglia claret.

Metis Corpus S. Clementis primi Epiſcopi à S. Petro illic ordinati, inventum levatur.

MXCI.

Viſi ſunt per multas regiones vermiculi nimis ignoti, non longè à terra volantes,

lantes, hoc eſt ut vel manu, vel virga tangi poſſent, groſſitudine quidem muſcis æquales vel longitudine ſatis deductiores, quorũ tam infinitus numerus extitit exercitus, ut unum miliare in Latitudinem, duo vel tria in Longitudinem viderentur occupare, denſitate verò ſua ipſam ſolis lucem terris negare, per quam prodigioſam viſionem illam, quæ poſt quadriennium facta eſt Jeroſolymam tendentium profectionem quidam interpretati ſunt, figurari.

Altmannus Patavienſis Epiſcopus obiit, fundator Monaſteriorum Gotwicenſis & S. Nicolai Pataviæ, cui Udalricus ſucceſſit.

MXCII.

Belzetus Turcorum Rex Græciam ingenti armatorum ingreditur numero, obſidentes * ſuperat, aliquot urbes expugnat & imperatore capto pro vili utitur mancipio.

* *fortè obſiſtentes.*

Ivo S. Quintini præpoſitus Belvacenſis à Papa conſecratus fit Epiſcopus Carnotenſis.

Guilielmus Rex Anglorum obiit, cui filius ejus Guilielmus ſucceſſit An. VIII.

MXCIII.

Wratislaus Dux Bohemiæ in Venatu repentę cadens de equo ſubitaneâ morte obiit.

Conradus Imperatoris filius & Berthæ Imperatricis primus rebellâſſe diffamatur. Viſus eſt ſplendor quaſi facula volans per aerem ab occidente in orientem.

Eclypſis ſolis facta eſt IX. kal. Oct. hora tertia, & mortalitas magna ſubſecuta eſt.

Wilhelmus Abbas Hirſaugienſis in ducatu Wirtenbergenſi Sanctitate & ſcientia clarus, hâc tempeſtate floruit. Scripſit vitam S. Wolfgangi Epiſcopi Ratisponenſis, dum in monaſterio S. Emmerami officium prioris exequeretur.

MXCIIII.

Eccleſia mortalitate immenſa incredibiliter vaſtata eſt, inſuper peſtilentia, turbinibus, imbrium inundationibus diverſisque cladibus nimium afflicta.

Alfonſus Brano Tertius Rex Caſtellæ, obſedit civitatem Toletum octo annis. Saracenis ſubjecta, prius ſedes Gothorum, deficientibus victualibus ſub certis pactis die S. Urbani menſe Maji deditur. Alfonſus verò Meſquitam Saracenorum dedicari fecit in Eccleſiam Cathedralem ſub honore S. Mariæ eligique ibi Archiepiſcopum qui eſſet Primas Hiſpaniæ.

MXCV.

Ladislaus Rex Hungariæ miſericordiæ operibus plenus vitam finivit in Domino.

Hainricus Palatinus Comes obiit.

Ladislaus ille obiit III. kal. Aug. anno regni ſui XIX. ſepultus Waradini in Monaſterio ſuo, cui Colomannus ſucceſſit.

Concilium apud Claromontem celebratur.

MXCVI.

Leopoldus Marchio Auſtriæ fundator Monaſterii Medlicenſis obiit, cui Leopoldus IIII. dictus largus filius ejus ſucceſſit.

Welſo Dux Bavariæ antea quod ab Imperatore jam dudum abjuraverat, & ob id Ducatum perdiderat, in gratiam ejus rediit.

Signum in ſole apparuit V. Non. Marcii feria ſecunda incipientis quadrageſimæ.

Paſſagium occidentalium Populorum pro recuperatiune terræ ſanctæ adunatur.

Ex Aquitania, Normannia, Anglia, Scotia, Hybernia, Britannia, Galatia, Vaſconia, Gallia, Flandria, Lotharingia, verum orientales Francos Saxones, Toringos, Bajoarios & Alemannos, propter ſchisma quod eo tempore inter regnum & ſacerdotium fuit, hæc expeditio minus promovit, fuêre tamen quidam ex eis qui falſa ſpe religionis eandem Militiam aggrederentur, inter quos Emicho quidam Comes de Partibus Rheni uſurpans ſibi ducatum fere XII. Millium, judæos ubicunque reperit vel delere vel Eccleſiæ incorporare ſatagebat.

MXCVII.

Hainricus Imperator ab Italiâ rediens Ratisponam Bavariæ urbem venit, ibique aliquamdiu moratus judæis qui baptiſati coacti legibus ſuis judaizandi ritum uti conceſſit, dein --- kal. Decembr. Moguntiæ cum principibus colloquium de pace habuit, & Natale Domini apud Argentinam celebravit.

Cometes apparuit in occidentali plaga totâ prima Ebdomada Octobris.

Exercitus Dei aggreſſus terminos paganorum viriliter agit. Primum eis fuit bellum ad pontem Pharphar fluminis, IX. kal. Martii, ubi multi Turcorum occiſi ſunt. Secundum eis bellum fuit apud Niceam, III. Non. Martii in quo etiam Pagani victi ſunt.

Lanfranco Cantuarienſi Archiepiſcopo mortuo Anſelmus Abbas Beccenſis ſucceſſit, ſanctitate & doctrina non tantum in Northmania ſedet in Anglia celebris.

MXCVIII.

Inquiſitione facta Moguntiæ ab Imperatore de facultatibus Judæorum interſectorum, inter cæteros qui eas rapuerunt quidam ex conſanguineis Archipræſulis incuſati ſunt; Quos cum Imperator perquireret nec in præſentiam ejus venirent, Pontifex cauſam eorum defendere volens ſed non valens, indignatione permotus ex urbe diſceſſit & Thuringiam ſe cum eis contulit, quaſi ſuis in hoc melius proſpecturus & ex vicinitate Imperatori Rebellium quemdam ei terrorem illaturus, ſicque commonitionis ſuæ vindictam exacturus. Extiterunt autem qui dicerent etiam ipſum Pontificem multam partem de pecuniis invaſis accepiſſe & idcirco defenſioni cæterorum tanto ſtudio cor apposuiſſe.

Welſo Bavariæ Dux denuo filios ſuos & ipſos rebellare tentantes gratiæ Impera-

tricis reconciliavit & vix eorum Ducatum poſt ſe committi impetrat.

Ciſtercienſis religio cepta & primum ejus cœnobium fundatum.

MXCIX.

Hainricus Imperator Natalem Domini Coloniæ celebravit, in Epiphania Domini Aquisgraoi filium ſuum juniorem Hainricum quintum Regem fecit reprobato majore filio Conrado, quem prius coronavit, Conradus vero cauſam rebellationis ſuæ paucis tantum ſibique familiariſſimis in regno detegens, aſſumpto quodam ex ordine Miniſterialium patris æque Conrado nomine forti admodum & prudenti viro per quasdam Italiæ partes & nomen & dignitatem Regis annis fere IX. obtinuit, tantum indolis ſuæ per orbem Romanum diffundens odorem, ut nemo religioſus, nemo ſapiens in ipſo ſalutem reipublicæ conſtituendam fore dubitavit. Erat enim vir per omnia Catholicus & Apoſtolicæ ſedi ſubjectiſſimus, plus religioni quam faſcibus deditus vel armis, ſortitudioe tamen & audacia ſatis & ſuper inſtructus, Lectioni quam luſibus vacare ſolebat magis, miſeris hominibus, ſed præcipuè Militibus ioopia ſtrictis compaſſione & miſericordiæ fructu proximus fiebat, nemini contemptum, nemini vim, nemini præjudicium intendens, omni perſonæ, omnique conditioni ſuit affabilis, indeque non immeritò Dco & hominibus ſemper extitit amabilis cœlibatus pudorem perpetualiter ſervare cum propoſuiſſet, coactus tamen à ſuis Ruothkeri famo-
(f) ſiſſimi penè noſtrotum (f) temporum viri, duxit uxorem, cujus tam caſtè uſus eſt conjunctiooe, ut vix crederetur eam unquam cognoviſſe, legale illud præceptum, turpitudinem patris tui non revelabis, itemque honora patrem tuum, murmur quod per totum Romanum Imperium patris ſui mores laniabat, quodque ipſum ſibi offenſe patris ac ſuæ ab illa diſceſſionis cauſa extitit, auribus propriis nunquam patiebatur inferri, ſemper illum Domioum ſuum vel Cæſarem vel Imperatorem cognominans, univerſos à Palatio patris adventaotes ſub appellatione conſervorum licet infimos ſociali benevolentia tractans præter animi virtutes morúmque compoſitiones corpore fuit apprime decotus ac ſtatura procerus.

Hoc anno Conradus Trajectenſis Epiſcopus à ſuis occiſus eſt;

Hermannus Colonienſis Archiepiſcopus obiit, cui Fridericus ſucceſſit.

Rapoto Comes Palatinus, ut Udalricus Comes patruelis ejus, quem multum Divitem dicebant, defunctus eſt; Dum enim Imperator cum principibus colloquium Ratisponæ haberet, mortalitas ſubito exorta eſt, prænominatos duos Magnates, ex inferioribus verò complures abſumpſit, per civitates quoque atque regiones non modicam vulgi ſtragem fecit fames etiam improviſa multis locis invaluit.

Urbanus Papa obiit.

Jeroſolyma à Chriſtianis capitur & Godefridus Rex conſtituitur.

MC.

Paſcalis II. Papa, ſedit annis XVIII. menſ. v.

Gotfridus Rex Jeroſolymæ XV. kal. Aug. obiit, ante montem Calvariæ in veſtibulo Golgathanæ Eccleſiæ extat ejus Mauſolæum lapide pario conſtructum.

Wigbertus Ravennas Epiſcopus qui ſupra Hildebrandum poſitus Clemens Papa dictus eſt, obiit, vir utique ſatis ingenio, facundia, nobilitate, perſonæque reverentia clarus nec Roma nec Ravenna tunc uſus, & qui ſuper unum Papam viventem quamvis coactus, ut ajunt, aſcendit, ipſe tres ſibimet alternatim ſuccedentes ſupervixit, extorris utraque ſede Romæ & Ravennæ malens Apoſtolici nomen nunquam ſuſcepiſſe. Jeroſolymis regoavit Balduious frater Gotfridi annis XVIII. in quibus Ægyptios ter in prelio ſuperavit, & Calipham eorum Regem tandem interemit.

Syracuſis terræ motu concuſſis Eccleſia maxima corruit & populi multitudinem oppreſſit.

In Anglia Diabolus viſibiliter apparuit hominibus in ſaltibus & deviis tranſeuntes allocutus, & in pago quodam quindecim diebus foos ſanguinis tam ubertim manavit, ut vicinum vadum inficeret.

Guilhelmus Rex Angliæ peſſimus, anno regni XIII. vitæ verò XLIIII. Nonas Aug. mortem obiit. Henricus ſuccedit An. XXXV.

MCI.

Conradus Rex adoleſcens nono poſtquam à patris Palatio diſceſſerat, anno; Mathildis magnæ illius & Nobiliſſimæ & religioſæ fœminæ ſicut ſanguine ita & contubernio conjunctus & in rebus per Italiam diſponendis tam illius quam Domini Apoſtolici cæterarúmque Deum timentium Perſonarum conſilio ſemper uſus immaturo præventus occaſu plena fide & bona confeſſiooe à regno tranſitorio ad æternum creditur regnum migraſſe, ſunt etiam qui veneno eum dicant interiiſſe, teſtari ſolent qui aderant, in brachia corporis exanimis crucis ſignaculum ſubito exortum ſe vidiſſe, ipſasque ejus exequias quibusdam miraculis honorificatas fuiſſe.

Nicaph Rex Marrochiorum.

MCII.

Hainricus Imp. habito cum Principibus colloquio Romam ſe profecturum, ac generale colloquii Concilium circa kal. Febr. inibi convocaturum condixit, quatenus tam ſua quam Domini Apoſtolici cauſa canonice ventilata, catholica inter regnum & ſacerdotium confirmaretur unitas, quæ tot annis ſciſſa permanſit. Conſtat tamen nec ipſum juxta placitum veniſſe, nec nun-

cia

(f) Nota ſcriptorem coævum hic loquentem.

cia dignitati Apoſtolicæ ſubjectionem profitentia miſiſſe.

Hartwicus Magdeburgenſis Archiepiſcopus obiit.

Rupertus Babenbergenſis Epiſcopus obiit, cui Otto per Imperatorem ejus Cancellarius ſubſtituitur.

oi. Erbo jam grandævus Nobilis de Karinthia Princeps & quidem Palatinus in Bavaria Comes migravit ad Dominum.

MCIII.

Hainricus Imperator Nativitatem Domini Moguntiæ celebrans, filio ſuo Henrico Regi rerum ſummam dimiſſurum, ſeque ſepulchrum Domini viſitaturum per Emehardum Epiſcopum publicè prædicari fecit, indeque favorem maximum tam vulgi quam Principum & Clericorum regnique totius acquiſivit, multóſque è diverſis regni partibus ad ejusdem itineris Comitatum ſe præparare voto ipſo ſuccendit.

Hainricus marchio vir ſui temporis in Saxonia potentiſſimus obiit.

Gebehardus IIII. Ratisponenſis Epiſcopus ſedit annis VII.

Valentia urbs Saracenorum poſt obſidionem novem menſium traditur in manus Chriſtianorum quibus præfuit Rodericus qui & cid.

MCIIII.

Hainricus Imperator Natale Domini Ratisponæ celebravit, cumque ibidem aliquamdiu moraretur, orto quodam prius murmure inter Bavariæ Principes eoque Saxones vel Franci familiarius illic & honorabilius quam indigenæ ab Imperatore tractarentur, Sigehardus Comes de Purckhauſen, quem hujusmodi ſuſpiciones maxime notabant, cœpit Imperatori paulatim inviſus haberi, propter hoc autem maxime quod ipſe ſolus præ cunctis, qui tunc aderant principibus, abundantiori militum copia adducta, ad reſiſtendum ſe, ſi fortè de Curia quidquam ſecus cederet, videbatur communiviſſe. Diebus poſt hæc aliquot exactis cum jam ſecurior factus idem Comes ſuorum turmas diffluere permiſiſſet, excitatur in illum, conſpirantibus tam Urbanis Ratisponenſibus quam univerſarum partium miniſterialis ordinis hominibus ſeditio furibunda, quæ nullo modo vel ipſo Imperatoris filio interveniente ſedari potuit, donec ab hora diei tertia usque ad horam nonam in hoſpitio obſeſſus, tandemque fractis foribus ipſe prius confeſſione facta ſumpto etiam Dominici Sacramenti viatico capite truncatus occubuit.

Hildebertus Cenomanenſis Epiſcopus Berengarii Turonenſis Diſcipulus, verſificator & dictator egregius floruit.

Sighardus Comes de Purckhauſen Ra-
(g) tisponæ occiditur. (g)

MCV.

Hainricus Imp. Natalem Domini Moguntiæ celebrat & Hainricus Rex quintus rebellionem adverſus Patrem in Bavaria parat, machinantibus Dietpoldo Marchione, Berngero Comite & Ottone quodam nobili viro ſibique materna ſtirpe cognato, quorum conſilio & auxilio ante paucos dies à patris latere diſceſſerat. Primo quippe Hæreſin præſcriptam anathemizans, Apoſtolicæ ſedis Pontifici debitam profitetur obedientiam, indeque fœderatis ſibi Noricis Principibus atque ab Alemannis, nec non orientali Francia nonnullis Nobilibus ad Saxones convertitur, à quibus honorificè ſuſceptus & in Quitilingeburg paſcha celebrans in brevi Saxoniæ civitatibus univerſis potitus & ab optimatibus eſt dignitate regia ſatis honoratus, conſilio tamen & miniſterio Ruothardi Moguntini atque Gebehardi Conſtantienſis Epiſcopi reſponſalium ſcilicet Domini Paſcalis Papæ totam Saxoniam Romanæ Eccleſiæ communioni reconciliavit, Epiſcopis verò atque Clericis conventum generalem in villam regiam quæ Northauſen dicitur IIII. kal. Junii, ubi ſuper Eccleſiaſticæ Inſtitutionis jam depravata diſciplina tractaretur, indixit.

Florentiæ Concilium celebratur Epiſcoporum CCCXL.

Jeroſolimitæ innumerabilem Paganorum multitudinem glorioſa victoria conterunt.

MCVI.

Conventus magnus Moguntiæ factus in Natali Dominico totius regni Teutonici ubi etiam affuerunt legati Apoſtolici, qui Hainricum Imperatorem generali circumvenientes conſilio, ad reatus confeſſionem ſatisfactionisque profeſſionem perducunt, Partis etiam utriusque conſiliis annuens regalia, inſignia, crucem ſcilicet & Lanceam, ſceptrum, globum atque coronam filii poteſtati tradidit, proſpera illi imprecans, illum primatibus multo fletu commendans. Hoc Ordine Hainricus V. primum à patre, dein ab univerſis regni principibus in Regem jam ſecundo electus, ab Apoſtolicis quoque legatis per manus impoſitionem catholicè confirmatus, acceptis tam ab Epiſcopis quam laicis juxta morem Patriæ Sacramentis regnare cepit.

Reſignatis ab Imperatore regalibus ipſe jam ex Rege opulentiſſimo ac potentiſſimo miſerabile mortalibus relinquens exemplum, egens factus ad inferiores partes Rheni in Belgas ſe contulit, ibique à Colonienſibus non ut exul, ſed ut Rex regio apparatu ſuſceptus eſt. Hæc civitas in Belgica Gallia ſuper Rhenum poſita omnibus Galliæ ac Germaniæ urbibus, ex quo Treveris labi cepit, tam divitiis quam ædificiis magnitudine ac decore ſui præferenda cognoſcitur. Inde Leodium digreſſus ab eisque faſtigio regali ſuſceptus, omnibus ſe fraude cir-

(g) Steindelius variorum chronicorum expilator, non raro eadem ex diverſis ad eundem Annalem refert.

circumventum, ſe ad reddenda regalia vi coactum quibus potuit in regno ſuo ſeu aliis regnis poſitus declamavit. Filius itaque jam Rex collecto milite patrem ſubſequens circa Moſam conſedit, ubi à Hainrico Duce Belgarum aliiſque patris ſui fidelibus ſuper pontem Moſæ in loco, qui Guegeſas dicitur, bello tentatus cedere compellitur. Non multo poſt ipſo ad ſuperiores Rheni partes redeunte ac rurſus militem inſtaurante pater Leodii moritur, sicque inteſtino hoc malo terminato, pacis negotia tractantur. Cadaver Imperatoris Leodii ſepelitur. Sed quia in excommunicatione obiit, Papa interdicit locum quamdiu humatus fuit, unde exhumatus Spiram ductus eſt, & in capella S. Afræ Martyris à latere Eccleſiæ majoris ſita, ſurſum poſitum eſt corpus ejus in feretro per ſeptem annos, donec filius ejus Henricus quintus procuravit ipſum abſolvi, tunc ſepultus fuit juxta patrem & avum ſuum.

Petrus Alphonſus quondam Judæus & Moyſes appellatus, Judaiſmum reliquit, & ad fidem Chriſti convetſus hoc anno baptiſatur.

Bucar Rex Marrochiorum cum XXX. Regibus Sarracenorum venit contra Valentiam, ſed devictus eſt cum Regibus à Roderico Didaci.

MCVII.

Hainricus Quintus Rex, patre mortuo liberè regnans Coloniam Agrippinam obſidione cingit, eámque tandem multæ pecuniæ pactione acceptâ ad deditionem coëgit. Romanorum XCIII. imperavit annis XX.

Otakerus Marchio Styriæ cum uxore Elizabeth ſorore Leopoldi tertii Marchionis Auſtriæ conſtruxerunt Monaſterium in Gärſten Diœceſis Patavienſis.

Hugo Cluniacenſis Abbas obiit, cui ſucceſſit Pontius.

Fridericus Dux Suevorum ædificavit Monaſterium Lorch in Diœceſi Auguſtenſi.

Werwinus Præpoſitus in Reicherſperg conſtituitur à Conrado Archiepiſcopo Saltzburgenſi.

MCVIII.

In Parrochia Legienſi porca enixa eſt porcellum habeotem faciem hominis. Natus eſt etiam pullus gallinæ quadrupes.

Anſelmus Cantuarienſis Archiepiſcopus obiit. Wilhelmus ſucceſſit.

MCIX.

Sanctus Otto Babenbergenſis Epiſcopus conſtruxit Monaſterium in Prufning, & ſublimavit rebus & hominibus Monaſterium S. Andreæ in Norico ſitum, quod conſtruxit Bruno de Volkenſtorf anno Domini MLXXXIIII. deinde Glunich dictum juxta civitatem Styram.

Monaſterium S. Petri in Obern Altach fundatum à Friderico Advocato Ratisponenſi conſecratur.

Henricus Rex Natalem Domini Mogontiæ celebrat, & paulò poſt Franckfurt conventu procerum habito Sifridum Palatinum Comitem apud Wirtzburgenſem Epiſcopum cuſtodiæ deputavit, eo quod prodente Henrico prius Duce Lotharingiæ jam in gratiam Regis recepto in vicem & regnum ejus inſurgere conſiliatus ſit. Ibi etiam depoſito Gotſrido Fuldenſium Abbate Wolfhelmum eis præfecit ex eadem congregatione. Poſt hæc ad Poloniam gentem longinquam movit exercitum, multóque ibi atque diutino deſudans labore diu negatum à terra illa tributi exegit debitum. Ruthardus Moguotinus Archiepiſcopus obiit. 3.

Francis poſt Philippum reguavit Ludovicus annis XXII.

MCX.

Hainricus Rex magoo exercitu Italiam intravit.

Hartwicus Ratisponenſis Epiſcopus ſedit annis XVI.

MCXI.

Hainricus Rex à Paſcali Papa Imperator cnronatur, habita poſt hæc Moguntiæ curia Adalbertum Cancellarium ſuum dudum ad eandem cathedram electum baculo & annulo veſtivit.

MCXII.

Monaſteriuni in Sytanſteten initium ſumit.

Henricus Imperator Sigſridum Palatinum Comitem diutina ſatis afflictum cuſtodia juxta Principum conſilium atque petitionem ſibi reconciliatum dimittens benignè cepit tractare.

Sigebertus Monachus Gemlacenſis in omni ſcientia litteratum ingenioſus, temporum deſcriptor obiit, ſuíſque graviſſimum mœrorem abſentiæ ſuæ reliquit.

Waldericus Epiſcopus Laudunenſis à civibus ſuis perimitur feria quinta Ebdomade Paſcalis VII. kal. Maji, in Letania majore, in Auctores autem ſceleris à Ludovico Francorum Rege ſeverè vindicatum eſt.

MCXIII.

Henricus Imperator Natalem Domini Erpſurt celebravit. Illuc cum præſcripti Saxoniæ Principes curiam non adiſſent indignatione nimia commotus Imperator, bona eorum diripi, poſſeſſiones incendiis vaſtari etiam inter ſeſta præcepit. Nec multo poſt caſtellum apprime munitum Hornburch longa obſidione delevit. Dein relictis per præſidia fidelibus ſuis, contemptores ſuos inſidiis & congreſſibus afflixit. Inter quæ Sigfridus Palatinus Comes occubuit, Wigbertus capitur, Ludovicus ad deditiooem compellitur, sicque rebus interim quies licet modica, conceditur.

MCXIIII.

Henricus Imperator Natalem Domini Babenberg celebrat cum Principum copioſa multitudine. Poſt Epiphaniam Domini Mogontiæ nuptias celebrat, ducens in uxorem Mathildem Regis Angliæ Henrici filiam.

Colo-

Colomannus Rex Hungariæ III. Non. Febr. obiit, poſtquam regnavit annis XXV. menſibus ſex, diebus V. In Alba ſepultus, cui ſucceſſit filius ejus Stephanus II.

In agro Æmiliano & Flaminio Idibus Junii ſanguis pluit.

Turci cœnobium in monte Tabor ſitum funditus diripiunt, Monachos interficiunt.

Leopoldus Marchio Auſtriæ cœpit conſtruere Cœnobium Neunburgenſe.

MCXV.

Bernardus annos natus XXII. cum ſociis plusquam XXX. Ciſtercium ingreditur ſub Abbate Stephano, qui tertius Abbas fuit in Ciſtercio, anno ipſius IX. à conſtitutione domus Ciſtercii anno XVIII.

Veneti maximo exercitu in Dalmatiam navigant, & Sibinicum deprædantes nonnullas quoque capiunt urbes.

Ivone Carnotenſi Epiſcopo mortuo Gaufridus ſucceſſit.

Lambertus Epiſcopus Attrebatenſis obiit, à tempore S. Vedaſti usque ad illum Attrebatenſis Eccleſia proprio viduata Præſule Cameracenſi Epiſcopo erat ſubjecta.

Monaſterium Clarævallis fundator, ejus primus Abbas fuit S. Bernhardus.

Monaſterium Pontiniacenſe fundatur ab Hugone Matiſconenſe ejusdem profeſſionis. Poſtea Antiſiodorenſis Epiſcopus factus.

Calo Johannes filius Alexii CPoli imperat.

MCXVI.

Henricus Imperator Natalem Domini Spiræ cum paucis Epiſcopis & Principibus celebrat. Eodem anno II. Non. Martii Romæ in ſede Lateranenſi, in Eccleſia S. Salvatoris, quæ appellatur Conſtantiniana, celebrata eſt ſynodus univerſalis concilii, ubi privilegium de inveſtitura condemnatur.

MCXVII.

Terræ motus magnus factus eſt III. Non. Jan. hora veſpertina, tonitrua terribilia valde III. kal. Febr. cum grandi turbine ſunt audita. In Leodio civitate Lotharingiæ in vigilia aſcenſionis Domini cum univerſus Clerus decem Congregationum intra majorem Eccleſiam ex more convenirſſet, ſubito ſereniſſimus aër in turbinem verſus tanta ſimul tonitrua terribiliter & fulgura cum ſulphureis ignibus excuſſit, ut extremam diem inſtare putaretur, duobus clericis & ono milite in Eccleſia abſumptis, quindecima dehinc die ex vicino quodam ejusdem Epiſcopii monte, ex quo nunquam aqua præter pluviam viſa eſt, fluvius ingens erupit, qui non modicam civitatis partem diluens cum maximo Leodienſium damno Trajectenſium ſe finibus infudit.

MCXVIII.

Anſelmus Laudunenſis litterarum ſcientiâ clarus obiit.

Gelaſius II. Papa, ſedit anno uno, diebus quinque.

Balduinus II. Jeroſolymorum Rex tertius regnavit annis XIII. hic Gayum Perſarum Regem prælio victum interemit, & Damaſcenorum Aſcalonitarúmque Reges proſtravit.

Leodium civitas multis plagis attrita eſt. Imperator contra Gelaſium Antipapam Mauritium Bracarenſem Epiſcopum erexit Gregorium dictum.

MCXIX.

Caliſtus II. Papa ſedit annis V. menſ. X. diebus XIII. Henricus Imperator Caliſto pacem dedit, & in Germaniam proficiſcitur. Imperatorem excommunicavit ut Eccleſiæ perſecutorem, quare iratus Imperator tertio Romam venit, & Burdinum Hiſpanum poſt mortem Bracarenſis Epiſcopi Antipapam conſtituit, qui vocatus Gregorius. Videns autem Imperator principes imperii paulatim ab eo deficere & ſe vinculo excommunicationis involutum eſſe, inveſtituram Prælatorum quam per violentiam à Paſcali extorſerat in manus Legatorum à Papa tunc miſſorum reſignavit, & ab excommunicatione abſolvitur. Caliſtus verò Sutrium, ubi Burdinus habitabat, obſedit, ſed oppidani infelicem Burdinum illico dederunt, isque camelo inverſa facie in beſtiæ caudam impoſitus, Románque perductus ridiculo plebi fuit atque in Cavenſe Monaſterium intruſus.

MCXX.

Ordo Præmonſtratenſis incepit.

Guilhelmus Rex Henrici Regis Anglorum filius in mari merſus apud Barbes fluvium periit cum multis nobilibus.

MCXXI.

Ignis immenſus in orientali plaga circa auroram per ſex horas flammas emiſit, donec ex occidente adveniens turbo imbre copioſo illum extinxit.

Hemanuel CPolitanus Imperator.

MCXXII.

Monaſterium Oſterhoven datur Ordini Præmonſtratenſi per S. Othonem Epiſcopum Babenbergenſem excluſis ſecularibus Canonicis, qui ibidem per centum annos ſteterunt.

Moguntinus Archiepiſcopus Caſtrum antiquum & jam per multas generationes penè funditus dirutum, quod vel à rivo alluente Aſcaſa, ſive ut quidam volunt ab Aſcanio conditore Aſchenburch dicitur miro conatu cepit munire.

Balduinus Rex Jeruſalem deficientibus ſedulo Chriſtianis ex Europa transfretatis multos Chriſti fideles ex Transjordane convocavit, quos ſimul cum ſuis Jeruſalem inhabitare fecit.

MCXXIII.

Ordo Templariorum ſeu templaris militiæ incepit in Jeruſalem.

S. Gerardus Biterrenſis Epiſcopus fide, ſanctitate doctrina & miraculis quievit in Domino.

Monaſterium bonæ vallis Ordinis Ciſtercienſis in territorio Viennenſi fundatur.

Balduinus Rex Jeroſolymorum à Sarracenis præventus capitur.

S. Conradus Epiſcopus Conſtantienſis transfertur miraculis coruſcantibus.

Tunc corpus S. Mathiæ Apoſtoli in tempore repertum tempore magnæ famis.

MCXXIIII.

Tyrum florentiſſimam Phœnicum urbem Chriſtiani cœperunt.

MCXXV.

Honorius Papa II. ſedit annis V. menſibus II. diebus III.

Norbertus Præmonſtratenſis Ordinis fundator fit Archiepiſcopus Parthenipolitanus.

MCXXVI.

Otto Epiſcopus Babeobergenſis Partes Pomeranorum Paganorum cum quibusdam civitatibus terræ Luticiæ aggreſſus eſt, ibique prædicans eos ad fidem convertit; nomina civitatum Pyritz, Wlio, Gämen, Colbrech, Belgrado, Lubin, Greſch.

Henricus Imperator apud Trajectum Friſiæ moritur X. kal. Junii. Imperatore mortuo absque liberis Ducatus Franciæ orientalis auctoritate Papæ devolvitur ad Epiſcopatum Herbipolenſem.

Eccleſia in Reicherſperg & altare principale dedicatur à Conrado Archiepiſcopo Salzburgenſi.

Chuno Abbas in Sigwerd fit Epiſcopus Ratisponenſis, ſedit annis V. cujus temporibus Monaſterium Ebracum fundatum eſt.

MCXXVII.

Lotharius II. Romanorum XCIIII. cepit & annis XI. imperavit. Hic copulavit filiam ſuam Duci Henrico Bavariæ cognomento Superbus. Is Henricus habuit fratrem nomine Welſo.

Hugo de Sancto Victore inſignis Theologus floret.

In Syria Exercitus Dei bis aggreſſus eſt Sarracenos.

Carolus Comes Flandrenſis proditione quorundam optimatum ſuorum, quibus pro zelo juſtitiæ exoſus erat, Brugis in Eccleſia S. Donatiani Martyris orans interfectus eſt, ſed horrenda animadverſione vindicatus eſt.

Aſpacenſe Monaſterium Ordinis S. Benedicti Patavienſis Diœceſis dedicatur, à beato Ottone Babenbergenſi Epiſcopo conſtructum in fundo Geroldi Comitis per traditionem Dominæ Chriſtinæ relictæ prædicti Comitis. Fridericus ejus primus Abbas.

MCXXVIII.

Lotharius obſedit Spiram.

Tyrum urbem maxima ſtrage populi terræmotus ferè ſubvertit.

Alfonſus Brano tertius Rex Caſtellæ cum regnâſſet annis XLIII. & menſibus VII. feliciter migravit, cui ſucceſſit Alphonſus Nepos ex filia Orraca uxore Raymundi Comitis Toloſani ex genere Gothorum.

MCXXIX.

Cœnobium Urſi campi fundatur.

Cœnobium apud Bellum Montem à Roberto fundatur ſub Abbate primo Alexandro.

Concilium in Francia apud Trecas celebratur, ubi fratribus Templariis, qui per novem annos ab inſtitutione ſua fuerunt in habitu ſeculari, à Legato Papæ Albanenſi Epiſcopo, qui eidem concilio præfuit, inſtituta eſt regula & habitus albus aſſignatus de mandato Honorii Papæ, poſtea vero tempore Eugenii cœperunt mantellis ſuis cruces rubeas affigere.

MCXXX.

Innocentius II. Papa ſedit annis XIII. menſibus VIII.

Petrus Romaous, filius Petri Leonis ab iniquis Antipapa creatur Anacletus vocatus.

MCXXXI.

Stephanus II. Rex Hungariæ obiit anno regni ejus XVIII. cui ſucceſſit Bela II. cæcus. Filius Ducis Almi cæci.

Jeroſolymitarum Quartus regnavit Fulco Balduini gener, annis XI.

Philippus puer filius Ludovici nuper in Regem Francorum unctus, dum in civitate Pariſius equo vehitur, porcus qui pedibus ſe fortè ſubmittens equum ſuper ipſum dedit præcipitem, & de ejus ſubita & miſeranda morte Francis luctum induxit, tunc ſynodus magna Remis celebratur à Papa Innocentio, in qua multis ad Dei honorem diſpoſitis, Regem Ludovicum, pro Philippo fratre, quem de equo ejectum porcus occiderat, coronavit Regem vivente adhuc Patre.

Innocentius Papa Monaſterium B. Medardi Sueſſione, quod eſt trans fluvium, ædificavit.

MCXXXII.

Francis regnat Ludovicus præcedentis Ludovici filius annis XLVIII.

S. Hugo Gratinopolitanus Epiſcopus obiit fundator domûs Carthuſiæ anno ætatis ſuæ LXXX. Conſecrationis verò LII. kal. April.

Lotharius Imperator expeditionem in Italiam parat, & cum Epiſcopis & Archiepiſcopis Innocentium Papam Romam deducens contra Petrum Leonis, qui Monaſterium S. Petri muniverat ipſum in Epiſcopio Lateranenſi in ſede pontificali potenter collocavit. In itinere Innocentius Genuenſem Eccleſiam erigit in Metropolim. Piſæ ſimiliter in Metropolin ſurgunt.

MCXXXIII.

Lotharius Rex cum Richza Regina imperiale nomen ſuſcepit.

Ægyptii

Ægyptii ſub variis Ducibus Chriſtianos Jeruſalem tenentes infeſtant, & pluribus in locis per eorum urbes irrumpunt, quapropter redintegratur bellum, in quo noſtri nonnullas urbes cœperunt, & aliquas ſibi tributarias fecerunt.

Canonici ſeculares de Newnburga Auſtriæ ſunt excluſi & regulares S. Auguſtini ibidem inſtituti.

MCXXXIIII.
MCXXXV.

Conſtructum & dedicatum eſt Monaſterium in Reichenbach.

Petrus Leonis Antipapa propter quem fuit ſchiſma XIX. in Eccleſia, impœnitens moritur & cadaver ejus in latebris ſepelitur.

Diuturnus & æſtuans calor in Gallia tantam ſiccitatem dedit, ut plurimis in locis fomite * intermixta maximo populorum terrore flammas emitteret.

* ita Cod. an *vomere*?

Monaſterium de Prato fundatum eſt à Waleramo.

Henricus Rex Angliæ obiit, cui Stephanus ex ſorore Nepos ſuccedit an. XIX.

MCXXXVI.

Lotharius ſecundo Italiam cum exercitu intrat.

Mare terminos ſuos egreſſum inopinatè partem Flandriarum cum habitatoribus ſuis ſubmerſit.

Guilielmus Comes Pictavienſis ad ſanctum Jacobum proficiſcitur, & in ſexta feria Paraſceve in Eccleſia B. Jacobi moritur, & ante altare ſepelitur, relinquens filiam ſuam majorem Alienorem Ludovico Regi Francorum cum Ducatu Aquitaniæ uxorem tradendam.

Petrus Leonis Antipapa impœnitens moritur.

MCXXXVII.

Lotharius Imperator moritur.

Bruno Colonienſis Archiepiſcopus in Apulia decedens in Eccleſia S. Nicolai, Baræ honorificè humatus eſt. Ejúsque ſucceſſor Hugo infra duos menſes vita & ſacerdotio functus item in Apulia apud Melpham quievit.

Albertus Moguntinenſis Archiepiſcopus, Hainricus Friſingenſis Epiſcopus, Abbas Fuldenſis vivendi finem fecerunt, Ludovicus Rex Francorum & Hainricus Rex Anglorum Reginaldus Remorum Archiepiſcopus, Gaufridus Comes Pictavienſis eodem tempore obierunt.

MCXXXVIII.

Conradus III. Dux Franciæ in Regem Romanorum eligitur in media quadrageſima. Nam antea generalis Conventus Principum Moguntiæ in proximo Pentecoſten condicitur de eligendo Rege, ſed timentes quidam ex Principibus ne fortè in generali curia Hainricus Dux Bavariæ, qui tunc præcipui & nominis & dignitatis in regno fuit, per potentiam prævaleret, habito conſilio in confluentia conventum celebrat, ibique Conradum Imperatoris Hainrici ſororium Regem creavit, & IIII. Idus Martii unctus eſt in Regem Aquisgrani.

Adalbertus Præpoſitus Erpfordiæ Moguntinæ Eccleſiæ præficitur.

Conradus tertius Romanorum XCV. regnavit annis XV. Hic fuit Henrici Imperatoris de ſorore nepos.

MCXXXIX.

Conradus Rex Bavariam ingreſſus, ducatum Leopoldo juniori S. Leopoldi Marchionis Auſtriæ filio, fratri ſuo ex parte matris tradidit.

Proxima media quadrageſima ſynodus magna Romæ juſſu Innocentii ſecundi congregatus.

Otto ſanctus Babenbergenſis Epiſcopus obiit, cui Engelbertus ſucceſſit.

Aſcalona maritima Judææ urbs à Chriſtianis capitur.

Habitaculum ſervorum Dei in loco, qui dicitur ad Mntem Dei, conſtruitur.

Eodem anno Johannes de temporibus moritur, qui annis CCCLXI. vixerat, à tempore Caroli M. cujus Armiger fuerat.

MCXL.

Cœnobium S. Mariæ de Freſmont fundatum eſt.

Henricus Germanus Ludovici Regis Francorum apud Clarevallem Monachus factus eſt, qui non multo poſt ad Epiſcopatum Belvacenſem aſſumptus eſt.

Innocentius Papa apud Aquas Salvias fundavit Monaſterium S. Anaſtaſii M. conſtructis ibi cœnobialibus manſionibus, petiit à Clarevalle Conventum & Abbatem; mittitur illuc cum conventu Bernardus Piſanæ Eccleſiæ olim Vice-Dominus, qui poſt factus eſt Papa.

Petrus Abelardus Magiſter inſignis, celeberrimus in opinione ſcientiæ ſed de fide perfide dogmatiſans, hujus ſcripta incendio & ſcriptorem ſilentio condemnavit Papa Innocentius.

Hugo Pariſienſis Canonicus S. Victoris religioue & ſcientia clarus obiit.

MCXLI.

Leopoldus Dux Bavariæ dedecus à Guelfone fratre Hainrici expulſi ſibi apud Phalariam illarum ulciſci ſtatuens, armata manu ad Lycum usque progreditur, ibique deſtructis quorundam inimicorum ſuorum munitionibus, cunctisque circumquaque vaſtatis Bavariam ingreditur. Ubi non multò poſt Ratisponæ infirmatus in territorio Patavienſi diem obiit XII. kal. Nov. & in Montem ſacræ Crucis à Patre ſuo fundatum deportatus, ibidem humatur. Cui in Marchia ſucceſſit frater ejus Hainricus. Henricus Dux, qui fuit gener Regis Lotharii, obiit.

Bela cæcus Rex Hungariæ obiit Idibus Febr. anno regni ejus IX. menſe XI. die XII. cui ſucceſſit Geyſa II. filius primogenitus ejudem Belæ.

Richardus de S. Victore Canonicus Pariſienſis flotuit.

MCXLII.

Conradus Rex Saxoniam ingreſſus, Gerdtudim viduam Ducis Hainrici expulſi & Lotharii Imperatoris filiam fratri ſuo Henrico Marchioni uxorem dedit, pacémq; cum Saxonibus fecit, eidémq; Marchioni Noricum Ducatum, quem conſilio matris Ducis Hainrici filius jam abdicaverat, conceſſit. Quæ res in Bavaria maximæ diſcordiæ ſeminarium fuit. Guelſo enim Princeps præſatum Ducatum ſe jure hæreditatis contigiſſe calumnians, armata manu in præſentia Ducis Bavariam ingreditur, partéque provinciæ vaſtata regreditur. Ob ea Dux inflammatus in menſe coadunato milite fines adverſariorum ingreſſus caſtra & munitiones in deditionem coëgit ac igne ſuccendit. Jeroſolymotum V. Balduinus III. Fulconis filius, regnavit annis XXIIII.

MCXLIII.[1]

Senonis præſente Ludovico Rege Francotum fit Epiſcoporum & Abbatum religioſorum conventus, contra Petrum Abelardum qui ſcandalizabat Eccleſiam prophana quadam novitate verborum vel ſenſuum, & hic ab eis interpellatus cum eſſet de juſtitia reſponſurus veritus, audientiam Apoſtolicæ ſedis appellavit, & ſic evadens non multo poſt Cabilone apud S. Marcellum obiit.

Sekaw cœnobium conſtruitur.

MCXLIIII.

Cœleſtinus II. Papa ſedit menſibus v. diebus xiiii. Lucius II. Papa ſedit, menſibus xi. diebus iiii. Meſopotamiæ populi ad Chriſti fidem majori ſuorum hominum numero convertuntur.

KaloJohannes Græcorum Rex obiit, cui filius ejus Manuel ſuccedit ſecundus nominis.

Kalojoannes Imperator, qui filio ſuo Manuel ſororem Reginæ Gerdrudis deſponſando cum Romanorum Rege Conrado amicitiæ fœdus inierat ab Antioceno principe Raymuodo, qui ei provinciam illam pro pecunia cum ipſa urbe juraverat, Syriam cum maximo exercitu ingreſſus promiſſo fruſtratur, cui venerabilis Gabulenſis Epiſcopus viriliter in faciem reſtitit, eumque ex parte Romani Pontificis & Imperatoris, eo quod præſata civitas à Latinis poſſidebatur, ut ab ejus impugnatione deſiſtat, intrepidè commonuit. Ille autem eo quod à Principe deluſus eſſet civitati quidem pepercit, ſed totam ferro flammáque depaſcens provinciam, heremitas quoque, quorum grandis ibi copia eſt, de cellulis ſuis eductos crudeliſſimè tractavit, ipſe verò non multò poſt ſagittis toxicatis venationi inſerviens, ab una earum ex improviſo vulneratus, miſerrimè Rex opulentiſſimus in ipſo procioctu diem obiit ac Manueli filio ſuo regnum reliquit.

MCXLV.

Edyſſa urbs, quæ nuoc Rohahos * dicitur, in die Nativitatis Domini ab infidelibus capitur, cunctis ibidem cum Epiſcopo urbis Chriſtianis in ore gladii occiſis vel miſerabili captivitate in ſervitutem redactis, Eccleſias Chriſti & præcipuè beatæ Mariæ Virginis Baſilicam & eam, in qua corpus beati Thomæ recondirum eſt, ad Salvatoris noſtri ignominiam introferens ea, quæ non licebat, fœde polluerunt, Chriſtianis penitus exterminaris vel tributo ſubactis, Sarraceni ibi ad habitandum locati ſunt per Principem.

* vel *Roas.* ita Cod.

Eugenius III. Papa ſedit annis VIII. menſibus vii. dies xx. hic canonizavit S. Henricum Imp. Ducem Bavariæ.

Hildegardis Monialis floruit in Alemannia ſpiritu Prophetico clara in oppido Pinguia ſuper Rhenum tumulata, cujus ſcripta io Concilio Treverenſi ſunt approbata.

B. Bernardus Abbas Clarevallenſis in Alemannia multas virtutes facit.

Liber Johannis Damaſceni Presbyteri ſub Eugenio translatus eſt à Burgundione cive Pylano de Græco io Latinum, in quo continetur orthodoxæ fidei traditio.

Chunradus Abbas de Menſee (h) occiditur. (h)

S.Henricus Imperator Sanctorum cathalogo aſcribitur.

Iſte Eugenius Papa dedit Eccleſiæ Reicherſpergenſi privilegium videlicet: Eugenius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Gerhocho Reicherſpergenſis Eccleſiæ Præpoſiro ejusdémque fratribus tam præſentibus quam futuris regulariter ſubſtituendis in perpetuum &c. Monaſterium veſtrum quod eſt in Epiſcopatu Patavienſi & ſundo Salzburgenſis Eccleſiæ ſitum, in quo Domino mancipati eſtis obſequio, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus, inprimis ſiquidem ſtatuentes, ut tam in veſtro quam in Monaſterio Sanctimonialium vobis ſubdito Ordo Canonicus juxta Beati Auguſtini regulam perpetuis temporibus inviolabiliter obſervetur.

MCXLVI.

Guillermus puer XV. annorum in Anglia crucifigitur à Judæis in die Paraſceves in urbe Norwico.

Ludovicus Rex Francorum captæ urbis Meſopotamiæ zelo accenſus apud Vlzeliacum affixo ſibi crucis ſigno, cum regni Principibus & multitudine innumerabili transmarinam peregrinationem propooit aggredi.

MCXLVII.

Expeditio Jeruſalem ſacta eſt.

Conradus Archiepiſcopus Saltzburgenſis obiit, cui Eberhardus Comes de Hipolſtain tunc Abbas Biburgenſis ſuccedit.

Henri-

(h) id eſt Lunælacenſis, de quo Chronicon ejus Monaſterii recens editum pag. 123. prolixè.

Henricus puer X. annorum filius Conradi in media quadrageſima, quæ fuit III. kal. April. unctus eſt in Regem Aquiſgrani.

Conradus Rex & Ludovicus Landgravius cum multitudine innumerabili ſunt Jeroſolymam profecti in menſe Majo, & tranſito Boſphoro dum ad expugnandum Iconium inconſultè divertit, conſumptis terræ graminibus & deficientibus victualibus, cum ſuis fame afflictus redit & proſequentibus eos Turcis multa millia ſuorum amittit.

Civitas Ratiſpona poſſeſſa à Ducibus omnibus Bavariæ, qui omnia tunc ad nurum ſuum ibi agebant.

MCXLVIII.

Clauſtrum in Raytenhaslach Ordinis Ciſtercienſis prope Purckhauſen conſtruitur, Salzburgenſis Diœceſis.

Remis concilium à Papa Eugenio celebratur, in quo concilio publicè confutavit beatus Bernardus Magiſtrum Gilbertum cognomento Porretam, Epiſcopum Pictavorum, diſputando cum eo ſingulariter, tanquam ſui temporis ſingularis athleta.

Franci per deſerta Syriæ dolo & aſtutia Græcorum & crebro aſſultu Turcorum detrimenta maxima patiuntur, quidam equorum & aſinorum carnes veſcuntur.

MCXLIX.

Conradus Rex de Jeroſolyma revertitur, & cum eo Hainricus Dux Bavariæ filius Leopoldi Marchionis & in eodem itinere Theodoram filiam clariſſimi Ducis, fratris Regis Græcorum accepit uxorem.

Rogerius Apuliæ & Siciliæ Rex in Africam tranſiens plures urbes capit, & earum Regem ſibi tributarium facit.

Hoc anno viſio Tundali facta de pœnis inferni & gaudiis cœli.

S. Malachias Archiepiſcopus Hyberniæ apud Claram - Vallem obiit IIII. Non. Nov. eo tempore florebat miraculorum gratia Petrus Tharantaſius Epiſcopus.

Ludovicus Rex Francorum à Palæſtina navigans, ut in patriam rediret, Græcorum naves incurrit & capitur, ſed per Gregorium Ducem navium Regis Siciliæ eripitur.

MCL.

Synodus quinque Epiſcoporum Saltzburgæ celebratur ſub Eberhardo Archiepiſcopo.

Abbatia Ciſtercienſis, quæ dicitur Inſula S. Mariæ, fundatur in diœceſi Monaſterienſi.

MCLI.

Balduinus Rex Jeroſolymitarum Egyptios atque Babylonios ſuperat ſuper quinque millibus eorum interfectis.

MCLII.

Conradus Rex apud Babenberg obiit, Fridericus I. Friderici Suevorum Ducis filius, fratris Conradi Regis poſt patruum ſuum apud Franckfurt (i) communi voto (i)
& conſenſu Principum electus ſucceſſit.

Gratianus Monachus de Cluſa civitate Tuſciæ natus Decretum compoſuit.

MCLIII.

Eclypſis ſolis accidit.

Eugenius Papa obiit.

Altahenſis Abbatia ſubjicitur Eccleſiæ Babenbergenſi.

Henricus Archiepiſcopus Moguntinus depoſitus eſt, Arnoldus Cancellarius electus.

Fridericus I. Romanorum XCVI. cepit, imperavit annis XXXVII.

S. Bernardus Abbas Clarevallenſis obiit.

Rex Jeroſolymorum Balduinus Aſcalonem Palæſtinæ caput poſt longam obſidionem non ſine gravi damno & multa ſuorum profligatione tandem cepit.

Waltherus Epiſcopus Laudunenſis & Ordinis Præmoſtratenſis migravit ad Chriſtum.

MCLIIII.

Anaſtaſius IIII. Papa ſedit anno uno, menſibus IIII. diebus XXIIII.

Rogerio Siciliæ Regi ſuccedit Guilhelmus.

Marchio Albertus cepit Brandenburg de Sclavis. Iſte Marchio ſeparavit Marchiam de Ducatu Bavariæ, & fecit ex Bavaria unum liberum Ducatum, propter Patrinum ſuum Ducem Auſtriæ.

Anglorum Rege Stephano mortuo ſucceſſit Henricus Dux Nortmanniæ.

MCLV.

Fridericus Rex in Italia aliquas urbes diruit, & Romam veniens ab Adriano Papa Imperator conſecratur.

Otto Palatinus Comes obiit.

Adrianus IIII. Papa ſedit annis IIII. menſibus X.

Aldenburgenſis Epiſcopatus Jeroldo XII. Epiſcopo Aldenburgenſe procurante per Henricum Leonem Ducem Saxoniæ transfertur in Lubeck civitatem novam, quam à Comite Adolpho de Scowenburg & Nordalbingorum nuper ſibi donatam occupavit. Eſt autem Aldenburg ea quæ Sclavica lingua Starigard hoc eſt antiqua civitas dicitur, ſita in Terra Wagyrorum in occiduis partibus Baltici maris & eſt terminus Sclaviæ, habens viros fortiſſimos omnes bellorum motus recipere valentes.

Thomas Archidiaconus Cantuarienſis per induſtriam Archiepiſcopi Theowaldi factus eſt Regis Henrici Cancellarius.

(i) Ligurinus h. l. dicit Fridericum anno ab urbe condita MDCCC. & à Natali Chriſti MCLIIII. ad Imperium electum apud Franckonefurt quod Latinè *Francorum vadum* dicitur. Nomen inde habet, quod Carolus oppugnans indomitos ac rebelles Saxones illic per medium flumen Mogum cohortes ſuas tranſmiſit, neglecto Ponte. *Cod. in marg.*

Hartwicos II. frater Engelberti Marchionis Iſtriæ & Comitis Rapotonis de Ortenberg Saltzburgenſis Canonicus fit Epiſcopus Ratisponenſis, ſedit annis IX.

Adrianus Papa Gradenſem Eccleſiam Primatum ſuper omnes Ducatus Venetiarum atque etiam Hiſtriæ & Liburnorum Eccleſias tenere, declaravit.

MCLVI.

Fridericus Imperator Roma rediens Curiam Ratisponæ habuit, & reſtituto Ducatu Bavariæ Hainrici Duci Saxoniæ Marchionatum Auſtriæ in Ducatum mutavit. Ex quo facto multum eſt diminutus honor & potentia Ducum Bavariæ. Eodem anno Wladislaus Dux Bohemiæ mutato ab Imperatore dignitatis nomine in Regem Boëmorum præficitur.

Spoletum à Friderico penè deſolatum.

Albericus miles Belvacenſis pro fide Chriſti Martyrium paſſus eſt.

Elizabeth Sanctimonialis in Saxonia mirabiles viſiones vidit, inter quas etiam Angelis familiaris ei librum, qui dicitur viarum Domini annunciavit.

Fridericus Imperator Mediolanum ferè per annos VII. obſedit, tandem deſtruxit.

MCLVII.

Hainricus Comes de Wolfratzhauſen obiit.

Hainricus primus Dux Auſtriæ in Meten Ratisponenſis Diœceſis Monaſterio Monachos inſtituit, & Clericos, qui ibi erant, locavit in Münſter.

Crucis figura in Luna publicè eſt viſa.

Fridericus Imperator duxit uxorem Beatricem filiam Rainaldi Comitis Veſontionum ſive Allobrogum, qui modo Burgundiones dicuntur, de vetuſta gente Regum. Burgundiam alluit Rhodanus fluvius. Habet urbes præclaras Lugdunum, Viennam, Chryſopolim Arelatum priſcorum Regum ſedes, tempore verò Rudolfi Regis deſiit eſſe Regnum, nuptias celebravit apud Herbipolim urbem Francorum ab herbis vocatam.

MCLVIII.

Otto Friſingenſis Epiſcopus filius S. Leopoldi Marchionis Auſtriæ obiit, qui inter cætera ſui ingenii monumenta cronicam non inutilem poſteris reliquit, quam in octo libros diſtinxit.

Fridericus Imperator in manu valida Italiam adiit, Mediolanenſes ſibi rebelles ſubjugavit.

Adolphus de Scoowenburg Comes Nordalbingorum Illuſtris occiditur à Sclavis rebellantibus & Apoſtatis à fide, & corpus ſuum ſepultū eſt in Myndeu, Cometiam vero tenuit uxor ejus Methildis cum filio tenello, & Eccleſia cepit male habere Patrono ſublato. Henricus tamen Leo mortem lacrymatus eſt & duo millia quingentos Sclavorum in vindictam ejus occidit. Poſt hæc Henricus Leo Dux Saxoniæ Bavariæ Ungariæque viſitat ſepulchrum Domini & fundat tres Epiſcopatus facta pace cum Sclavis, ſed in Lubec, in Razeborg & in Swerin & in Brunswich Eccleſiam S. Blaſii conſtruxit, quam magnis reliquiis honoravit reverſus de Terra Sancta.

Fredericus Imperator contra Polonos Exercitum duxit & ducem ejusdem habentem uxorem nomine Gertrudem filiam Leopoldi, cognatam Regis à fratribus pulſum, reſtituit.

Henricus Angliæ Rex miſit Imperatori tentorium miro contextum decore, quod à terra manibus tolli non poterat ſed arte levabatur, multorum capax hominum quinque jugera campi ſpatium habebat.

MCLIX.

Tres ſoles viſi ſunt Nonis Septembris.

Richardus præſtabilis Doctor Pariſius clarus habetur.

MCLX.

Imperator Cremam deſtruit. Arnoldus Moguntinenſis Archiepiſcopus in Eccleſia S. Jacobi occiditur à civibus ſuis.

Alexander tertius Papa ſedit annis XXII. ſtatim poſt aſſumptionem ſui à Friderico perſecutus refugit ad Francos, quam ob cauſam Fridericus contra ipſum quatuor creavit falſos Pontifices, Victorem, Paſcalem, Caliſtum & Innocentium ſibi invicem ſuccedentes, & duravit ſciſma per annos XVII.

Erneſtus Comes de Hohenburg obiit.

MCLXI.

Hainricus Dux Carinthiæ periit in Jonio mari, Hermannus frater ejus ducatum gerit.

Geyſa Rex Hungariæ obiit II. kal. Junii, poſtquam regnavit annis XX. menſibus III. diebus XV. cui ſucceſſit Stephanus tertius ejusdem filius.

Alexandria civitas inter Alpium Radices urbémque Ticinum ſupra Tanatum amnem contra Ticinenſes Imperatori faventes ædificata eſt & ab Alexandro denominata. Fridericus Imperator venit valida manu contra Regem Francorum eoque Alexandrum Papam Turonis collegit, ſed nihil profecit, Rege Anglorum aſſiſtente Regi Francorum.

Concilium generale celebratur Turonis in Francia ab Alexandro ubi Sanctorum catalogo aſcripſit beatum Bernardum Abbatem Clarevallenſem.

MCLXII.

Imperator Mediolanum deſtruit, poſtquam illud ſeptem annos obſederat.

MCLXIII.

Imperator jam quarto Italiam adit.

Excidium Mogontiæ factum eſt à Friderico Imperatore, Hæretici combuſti ſunc Coloniæ, à quibus una mulier ſe dedit præcipitem in ignem nullo cogente.

S. Thomas conſecratur in Archiepiſcopum Cantuarienſem.

Alexander Papa Turonis Synodum celebravit cum quingentis patribus.

MCLXIIII.

MCLXIIII.

Corpora trium Magorum tranſlata ſunt Coloniam à Rodulfo Archiepiſcopo Colonienſium.

Ludovicus Galliæ Rex Sexagenarius & ſine liberis præcepit univerſis ſui regni populis & religioſis viris orare Deum, ut ſibi filium concederet, & ſequenti anno filius ei natus eſt quem Philippum nominavit.

Hartmannus Epiſcopus Brixinenſis obiit x. kal. Jan.

Hartwicus Epiſcopus Ratisponenſis obiit.

GebehardusComes deBurckhauſen obiit.

Sifridus Comes de Lebenaw obiit.

Liutoldus de Plagen obiit.

Otacher MarchioStyriæ obiit. II. kal. Jan.

Wladislaus Dux Bohemiæ Imperatori gratus cum in expugnatione Mediolani egregiam operam navaſſet ſibi & poſteris Regiam dignitatem obtinuit & Leonem Album bifurcatæ caudæ in Clypeo rubei coloris inſigne regium accepit, candelabrum quoque Salomonis ex Mediolano aſportatum in Eccleſiâ S. Viti Pragæ recondit, puntem lapideum ſuper Multaviam magni operis ædificavit, habentem XXIIII. arcus.

Octavianus, qui & Victor, Antipapa moritur & in civitate Luca ſepelitur, in cujus locum ſucceſſit Guido Cremenſis Presbyter Cardinalis, dictus Paſcalis, conſenſu Imperatoris.

Eberhardus Archiepiſcopus Saltzburgenſis x. cal. Julii invaleſcente ſcismate, obiit, cui ſucceſſit Conradus Patavienſis Epiſcopus ab omni clero & populo unanimiter electus, ea cautione ut cum Alexandro Papa ſtaret ſicut prædeceſſor ſuus. Qui bis eodem anno ad Imperatorem ſtatruelem ſuum veniens, Papiam & Babenberg, pro regalibus ab eo ſuſcipiendis. Utraque vice ſine regalibus dimiſſus, eo quod nolebat Paſcalem recipere.

MCLXV.

Imperator Fridericus in curia Wirtzburg Principes regni Guidoni Antipapæ jurare compulit.

Henricus filius Imperatoris naſcitur.

S. Thomas Archiepiſcopus Cantuarienſis exul ab Anglia aufugit in Franciam.

Eberhardus Ratisponenſis Epiſcopus ſedit annis II. Welfo Dux Bavariæ exercitum movit contra Hugonem Palatinom Tubingenſem, habens in auxiliu tres Epiſcopos Wormatienſem, Spirenſem & Auguſtenſem atque Albertum Ducem de Zäring & Marchionem Badenſem.

Alexander Papa de Francia rediit Romam.

Guilielmus Normannus Rex Siciliæ apud Panormum obiit, cui Guilielmus filius ſucceſſit.

MCLXVI.

Facta eſt tranſlatio S. Caroli Imperatoris feriâ quarta poſt Nativitatem Domini.

Jeroſolymitanorum VI. regnavit Almaricus Balduini Frater annis XII. & primo anno regni ſui Dargontem Egyptiorum Ducem in prælio divinitus ſuperavit.

Hoc anno completi ſunt ab Adventu Anglorum in Britanniam majorem anni nongenti triginta, à baptismate eorum DCXXXIIII. ab introitu Notmannorum, centum.

MCLXVII.

Imperator quinto Italiam adit, & III. kal. Junii occiſa ſuntRomanorumDecem millia. Dein pridie kal. Aug. Imperator Romam poteſtative ingreſſus eſt, ſed exercitus ejus à peſtilentia pene deletur.

Chuno Ratisponenſis Epiſcopos ſedit annis XVIII.

MCLXVIII.

Peregrini Jeroſolymitani pene omnes moriuntur peſtilentia.

Alexandria urbs Lombardiæ condita.

MCLXIX.

Henricus Rex Angliæ majorem Filium ſuum Henricum generum Lodovici Regis Francorum in odium S. Thomæ Archiepiſcopi Cantuarienſis fecit conſecrari in Regem à Rogero Archiepiſcopo Eboraceoſi, quod ad ſolum Archiepiſcopum Cantuarienſem pertinebat.

Mauritius Pariſienſis Epiſcopus claruit.

MCLXX.

Alexander Papa ad urbem rediens Epiſcopum Papiæ crucis & pallii dignitate privavit.

MCLXXI.

Thomas Archiepiſcopus Cantuarienſis patitur IIII. kal. Jan.

Terræmotus circa hoc tempus pluribus annis nonnullas provincias quaſſavit, præcipuè Syriam & Siciliam, in quibus plurimæ urbes diu nutarunt & quædam maxima ſtrage populi corruerunt.

Alphonſus Rex Caſtellæ, Legionis & Arragoniæ, poſtquam regnavit annis XL. moritur, ſepultus in civitate Toleto in Eccleſia majori, relinquens duos filios Sancium Regem Caſtellæ & Fernandum Regem Legionis, cui ſucceſſit Sancius, qui regnavit anno uno.

MCLXXII.

Dux Ladislaus filius Regis Belæ ceci uſurpavit ſibi coronam dimidio anno & kal. Febr. obiit. Poſt hunc frater ejus Stephanus uſurpavit ſibi coronam menſibus quinque, coronatus III. Idus Februarii, poſt hæc expulſus de regno obiit in caſtro Zemlen anno ſequenti.

Petrus Lombardus Pariſienſis Epiſcopus, qui ſententiarum libros edidit, clarus habetur.

MCLXXIII.

Stephanus III. filius Geyſæ Rex Hungariæ IIII. Non. Marcii obiit, Strigonii ſepultus cui ſucceſſit Bela III. frater ejus.

Sala-

Saladinus Calypham Egyptium Dominum ſuum interemit, & regno ſuo potitur.

Petrus Comeſtor, qui Scholaſticam Hiſtoriam ordinavit, claret.

Noradinus Rex Turcorum obiit, Saladinus ſuccedit.

Alfonſus VIII. filius Sancii, ſextus Rex Caſtellæ puer quatuor annorum, cœpit regnare ſub tutoribus.

MCLXXIIII.

Civitas Rothomagi obſeſſa eſt à Ludovico Rege Francorum & Henrico novo Rege Anglorum & Philippo Comite Flandrenſi.

S. Petrus Tharantaſienſis Archiepiſcopus obiit.

MCLXXV.

Henricus Rex Anglorum juravit ad Dei Evangelia coram duobus Legatis à Papa Alexandro miſſis, quod nec conſilio nec juſſu ejus, ſanctus Thomas occiſus fuerit, & pro emenda miſit ducentos milites cruce ſignatos ultra mare per annum ibi moraturos.

MCLXXVI.

S. Thomas Archiepiſcopus Cantuarienſis & Martyr à Papa Alexandro canonizatur.

MCLXXVII.

Alexander Pontifex timens imperatorias vires Venetias refugit, quapropter Imperator armavit contra Venetos claſſem, cui præfecit Ottonem filium ſuum & ad repoſcendum Antiſtitem miſit. Verum Otho primo congreſſu navali prælio ſuperatus & captus Venetias adducitur.

MCLXXVIII.

Othone captivo Imperatoris filio procurante ſublatum ſciſma eſt, & inter Imperatorem & Papam icta pax ſummo honore Venetum, quibus ad futuram rei memoriam Pontifex quædam inſignia perpetuo ferenda donavit. Jeroſolymitanorum VII. Balduinus IIII. regnat annis VI. Almarici filius.

Innomerabiles Pagani Jeroſolymis vincuntur à paucis Chriſtianis.

MCLXXIX.

Hainricus Dux Bavariæ & Saxoniæ, qui jam quaſi per XXIIII. annos diſtrictus & optimus Judex ſuos rexerat Principatus, viſus eſt Imperatori non fidelis fuiſſe nec contra Longobardos bonus adjutor, per ſententiam Principum ab Imperatore proſcribitur, & ab honoribus ſuis deponitur.

Francis regnat Philippus Ludovici F. annis XLIIII.

Alexander Papa Concilium Lateranenſe celebravit.

Hemanuel II. Imperator CPolitanus moriens Alexium puerum, cui Agnes Philippi Regis Francorum filia, eſſet ſponſa, reliquit Imperii ſuceeſſorem, Andronico Græco in tutorem ſibi dato.

MCLXXX.

Hainricus Dux Bavariæ & Saxoniæ ab Imperatore ejicitur, cui Otho Comes Palatinus de Schyra in Ducatu Bavariæ ſubſtituitur, & Bernardus frater Ottonis in Ducatu Saxoniæ ſucceſſit.

Otacher Styrenſis Marchio mutato antiquitatis nomine Dux appellari gloriatur.

Monaſterium Altahenſe igne crematur.

Ludovicus Rex Francorum obiit Pariſius, cui ſuccedit Philippus filius annis XLIIII.

Joannes Epiſcopus Carnotenſis obiit ſocius B. Thomæ Cantuarienſis, qui & vitam ipſius ſcripſit.

S. Alpaydis mulier absque cibo corporali vivens virtutibus pluribus inſignita claruit.

MCLXXXI.

Hermannus Dux Carinthiæ obiit.

Otacher Dux Styriæ obiit.

Balduinus Hieroſolymitanorum Rex Saladinum Egyptiorum Regem non longè ab Aſcalona ſuperavit, & in fugam vertit.

Apud Aurelianum Rex Philippus Francorum vidit Hoſtiam Sacram in ſpecie carnis.

Vitalis, Virgilius, Hertwicus, Eberhardus Epiſcopi Saltzburgenſes & Pilgrimus Epiſcopus Pataviensis claruerunt ſignis.

Balduinus Rex cum prole careret, nepotes quæſivit relinquere ſucceſſores, duas namque ſorores ſuas in matrimonium collocavit, quarum primogenita nomine Sibilla, Guilielmo Marchioni Montisferrati Longiſpata cognomine nupſit, quæ primo anno filium peperit, cui Balduino fuit avunculi nomine appellatio.

MCLXXXII.

Leopoldus Dux Auſtriæ Jeruſalem proficiſcitur & revertitur.

Lucius III. Papa ſedit annis IIII. menſibus II.

Manuel Imperator Græcorum, dum vixit, Latinos dilexit, Latinámque uxorem accepit, & filio ſuo filia Regis Francorum datur uxor. Eo mortuo Andronicus ſe intrudit, & ſe facit tutorem Imperatoris juvenculi, cujus inſtinctu Græci irruunt in Latinos, Andronicus palatium invadit, portus incenditur, & urbs miſerabiliter pejoratur.

MCLXXXIII.

Otto Dux Bavariæ obiit, Ludovicus filius ejus ſuccedit.

Andronicus Imperatorem Græcorum exterminat, & imperium uſurpat.

Saladinus Rex Egypti Jeroſolymam adiit, loca plurima profligat, ſed repulſus abſcedit.

Philippus Rex Francorum anno ætatis ſuæ XVII. regni verò III. omnes Judæos de regno ſuo expellit, ſynagogas omnes in Eccleſias dedicari fecit.

Henricus juvenis Rex Angliæ filius Henrici obiit.

Guilielmus Marchio Ferratenſis Baldui- ni

ni Regis gener & alterius Balduini infantis genitor Jeroſolymæ eſt defunctus.

MCLXXXIIII.

Balduinus leprâ Infectus uxorem non duxit, quare cum finem vitæ ſuæ Intellexiſſer Sibyllæ ſororis ſuæ filium puerum, Balduinum & ipſum nomine, poſt ſui mortem ſub tutela Tripolitani Comiris regnare juſſit. Mortuo igitur Seniore Balduino & non multo poſt juniore viam univerſæ carnis ingreſſo, Sibylla ejus mater, quæ ad ſecundas tranſierat nuptias, Guidonem virum ſuum regnare procuravit, Guidone igitur regnum adepto inter eum Tripolitanúmque Comitem pernicioſa exoritur diſſenſio, in qua Comes Saladino adhærens maximum detrimentum noſtris comparavit.

Philippus Rex Francorum miſit exercitum in ſubſidium Terræ Sanctæ.

Bela Rex Hungariæ miſit nuntios ad Philippum Regem poſcens ſororem ejus Margaretam relictam Henrici Regis Angliæ junioris, ſub quo S. Thomas paſſus eſt, in uxorémque obtinuit.

MCLXXXV.

Chuno Ratisponenſis Epiſcopus obiit, Chunradus ſucceſſit.

Theodora Duciſſa Auſtriæ obiit.

Andronicus tyrannus Græciæ occiditur, Yſachar ſuccedit.

MCLXXXVI.

Urbanus III. Papa ſedit anno uno, menſibus xi.

Joachim Abbas vir prophetico ſpiritu plenus & in ſcientia ſacrarum Litterarum doctus in Calabria floret.

Petrus Abbas Clarevallenſis obiit.

Hugo Abbas Bonevallis ſanctitare floret.

Henricus Friderici filius à Patre præficitur Iraliæ & uxorem duxit Conſtantiam filiam Rogeri Regis Siciliæ.

Conradus Marchio Montisferrati Tyrum applicuit navigio vectus Iſach Imperatoris CPolitani, cujus ſnrorem in matrimonium acceperat.

Raymundus Comes Tripolitanus ſubitanea morte defunctus eſt, Saracenus factus.

MCLXXXVII.

Saladinns per noſtrarum diſcordias vires adeptus poſt maximam Chriſtianorum ſtragem tandem hoc anno Jeroſolymam recepit ſecunda Octobris LXXXVIII. anno poſtquam à Chriſtianis poſſeſſa eſt.

Monaſterium Reynvelde prope Lubec ædificatum eſt per Comitem Adolfum Ordinis Ciſtercienſis.

MCLXXXVIII.

Fridericus Imperator in prima Dominica quadrageſimæ Ratisponam intravit, & ibi cum XVII. Epiſcopis & omnibus Principibus Bavarorum per maximam curam celebravit, ac ibidem totam quadrageſimam & paſcha peregit.

Conradus Epiſcopus Ratisponenſis eligitur.

Gregorius VIII. Papa ſedit diebus LVII.

Clemens III. Papa ſedit annis III. menſibus v. diebus xvi.

Saladinus Antiochenum Principatum, qui Patriarchæ ſuberat habens XXV. civitates, intra tres menſes cepit.

MCLXXXIX.

Henricus Marchio Brandenburgenſis filius Othonis fundavit Eccleſiam S. Nicolai in Stendel.

Henricus Rex Angliæ obiit, ſepultus apud fontem Ebrardi in Abbatia Monialium, multis à ſe redditibus & muneribus ampliaram eique ſucceſſit filius ejus Richardus Comes Pictavienſis.

Fridericus Imperator & Archiepiſcopus Ravennatis & Piſanus cum multis aliis per mare & terras Jeruſalem adeunt.

S. Otho Babenbergenſis Epiſcopus in Sanctos refertur.

MCXC.

Fridericus Imperator in partibus transmarinis in parvo fluviolo eſt ſubmerſus IIII. Idus Junii.

Theobaldus Patavienſis Epiſcopus obiit, cui Wolfkerus ſuccedit.

Henricus ſextus, Romanorum XCVII. imperavit annis VII.

Sibilla Soror Balduini quarti Regis Hieroſolymorum & uxor Guidonis Regis Jeruſalem cum filiis quatuor ex eo ſuſcepris diſſenteriâ interiit in obſidione Aconenſi.

Conradus Marchio Montis Ferrari Iſabellam ſororem Sibyllæ Tyri agentem rapuit, conſumato cum ea matrimonio regni Jeroſolymæ titulos uſurpavit.

Guilielmus Rex Siciliæ apud Panormum obiit ſine hæredibus ſed Magnates Siculi Tancredum Rogerii ex concubina filium adulterinum Regem inſtituunt.

Fridericus Imperator cum ampliſſimo exercitu in ſubſidium Chriſtianis eſt profectus, ubi in Armenia minori in amne rapido interiit.

Ordo Fratrum de Domo Theotunica incepit.

MCXCI.

Henricus VI. filius Friderici Imperatoris patri ſucceſſit, & à Cælcſtino Papa accepit unctionem imperii Feriâ ſecundâ Paſchæ. Iſte Hainricus audaciâ & largitate, juſtitiâ & veritate, litteratura & ſapientia & aliis virturibus pollens imperium ſuo tempore, licet brevi benè rexit. Regnum Siciliæ ſibi ſubjugavit, & multa alia bona ac memoria digna in imperio fecit, ac demum in Apulia inſidiis uxoris ſuæ Conſtanriæ, filiæ Guilielmi Regis, ut dicitur, veneno periit, cujus uxoris ferè totam parenrelam miris cruciatibus interfecerat.

Philippus Francorum Rex ex Brunduſio movens in Syriam exercitum traducit, &

cum Richardo Anglorum Rege caſtra conjungit, ſimúlque contra Saladinum proſperè primo bellum gerunt, mox diſcordantibus noſtrorum Regibus Philippus in Galliam eſt reverſus, Richardus nihilominus præſenti anno bellum ſtrenuè proſequitur, anno verò ſequenti & ipſe quoque domum revertitur.

Fridericus Dux Sueviæ in expeditione transmarina obiit.

Richardum Regem Anglicum tempeſtas Cyprum detulit, quam vi expugnaram ſpoliatámque firmo ſuorum communivir præſidio.

MCXCII.

Cæleſtinus III. Papa ſedit annis VI. menſibus VIII. diebus XI. hic XVI. kal. Majas ſua pontificali coronarione in paſcali ſolemnitate celebrata poſtridie Henricum Romæ coronavit. Hic confirmavit Ordinem Fratrum de Domo Theotonica in tranſmarinis partibus.

Chunradus Marchio Montisſcrrati, qui & Rex Jeruſalem fuerar crearus à duobus Paganis, ut fertur, de conſultu Regis Angliæ apud Tyrum ex improviſo occiditur.

Richardus Rex Angliæ ad terram ſuam redire diſponens Henrico Nepoti ſuo, Campaniæ comiti exercitum ſuum tradidit, totámque terram tranſmarinam quam tunc Chriſtiani tenebant & dimiſir, & ingreſſus mare naufragium patiens cum paucis evaſit. Hcoricus verò Comes Campaniæ Iſabellâ Regina relictâ Conradi uxore traducta Tyri Dominium accepit, & regni Jeroſolymitani titulos habere noluit, & Richardus Rex Anglicus Guidonem Luſignanum intelligens Tyri & Ptolomaide dominium ac Jeroſolymæ regnum ambire, grandi pecunia data, regnum Cypri ut acciperer perpetuo poſſidendum perſuaſit.

MCXCIII.

Bavari inter ſe diſſentientes omnem regionem incendio vaſtant, ubi Albertus Comes de Pogn Ducem Ludovicum fugavit auxilio Boëmorum.

Henricus Comes Campaniæ in Ptolomaida incautè lapſus cervice fracta inreriit.

Guido Luſignanus Cypri Rex obiit, Aimericus frarer ejus regnum accepit. Qui Iſabella Henrici Comitis relicta in uxorem ſibi copulata regni Jeroſolymæ titulos hæreditario jure ad illam ſpectantes, ſimiliter & Tyri & Ptolomaidæ principatum accepit.

MCXCIIII.

Otacher Dux Boëmiæ ab Henrico Imperatore Ducatu ſuo privatur in curia Wormatiæ celebrata, pro eo quod contra Ludovicum Ducem in auxilium Alberti Comitis de Bogen Bavariam intraverat.

Saladinus poſt longam perſecutiooem ac noſtrorum cædes apud Damaſcum obiit, & ejus filii regnum inter ſe diviſerunt, quapropter Saphandinus Saladini ſrater gravatus eo quod nullam partem regni ſibi Saladinus reliquiſſet ejusdem filios regno pepulir, & ipſe ſolus in fururum regnavit.

Leopoldus Dux Auſtriæ à Cœleſtino Papa excomunicatur propter Regem Angliæ.

Tancredus Siciliæ Rex & filius infans Rogerius ſimilirer Rex, obieruot.

MCXCV.

Leopoldus Dux Auſtriæ & Styriæ obiit, cui Fridericus filius ejus ſucceſſit, & Leopoldus alter filius in Styria, mortuo autem in tranſmarinis partibus Friderico Leopoldus poſſedir utrumque ducatum homo pacificus & virtuoſus, cujus tempore Monaſteria Clerus & populus in ſuis proviociis pace maxima gaudebant, ut merito pacificus & pater Cleri vocaretur.

Henricus Imperator Siciliam obtinet.

Henricus quondam Dux Bavariæ & Saxoniæ in Brunswich obiit.

MCXCVI.

Imperatrix peperit filium, qui vocatus eſt Fridericus, quod ut primum per Albertum Comitem de Pogeo tunc in Apulia exiſtentem Henrico Imperatori innotuir, gratiam ſuam, quâ tunc carebat, recipere meruit. Sed & Otachero Boëmo, qui & Premizl gratiam Cæſaris & Ducatum priſtinum impetravit.

Conradus Dux Sueviæ frater Imperatoris obiir, cui ſrater ejus Philippus ſucceſſit.

Mauritius Pariſienſis Fpiſcopus Parer pauperum migravir ad Dominum, hic inter innumera bona quæ ſecit, quatuor Abbatias fundavit, & de propriis ſumptibus dotavit ſcilicer Herivallem, Hermerias, Hederam & Giph. Huic ſucceſſir Odo.

Halburch caſtrum ab Alberto Archiepiſcopo Salzburgenſi ædificari cœptum eſt.

Imperatore curiam Moguntiæ circa feſtum S. Andreæ celebranre, Conradus Archiepiſcopus Moguntinus & innumera multirudo tam Principum quam aliorum hominum de toto ferè Theutonicorum regno & maximè Saxonum ad ſecundam Hieroſolymitanorum expeditionem ſe ſignaverunr.

Homobonus Confeſſor apud Cremonam virtutibus clarus obiit Idibus Novembris.

MCXCVII.

Hainrícus Imperator in Apulia moritur, Philippus Dux Sueviæ frater prædicti Imperatoris & Otto filius Hainrici aliquando Ducis Bavariæ & Saxoniæ pro regno contenderunt, Philippo tamen prævaleote Romanorum XCVIII. cepir & annis XI. imperavit.

MCXCVIII.

Albertus Comes de Pogen obiit, relinquens rres filios Leopoldum, Berhroldum & Albertum.

Kanurus Rex Daciæ veneno interiit.

Fridericus Dux Auſtriæ obiit trans mare, cui frater Leopoldus VI. ſuccedit.

MCXCIX.

Digitized by Google

MCXCIX.

Innocentius III. Papa ſedit annis XVIII. menſibus IIII. diebus XXIII.

Richardus Angliæ Rex telo catapultæ pereuſſus obiit, cui ſucceſſit Joannes ejus frater.

Henricus Leo Saxoniæ & Bavariæ quondam Dux obiit, relinquens tres filios, Ottonem poſtea Imperatorem, Henricum Comitem Palatinum, & Wilhelmum Ducem Brunſwicenſem.

Baruo Epiſcopus Mikelenburgenſis tranſtulit ſedem in Suerin propter tyrannidem Sclavorum.

Guillermus ex Abbate Karoliloci fit Archiepiſcopus Bituricenſis, tandem poſt innumera miracula obiit IIII. Idus Januarii & ab Honorio III. canonizatus.

Henricus Dux Bavariæ caſtrum Chreyburgk deſtruxit.

Corpus Domini in Auguſta civitate verſum eſt in cruentam carnem.

MCC.

Galli Veneti juncti CPolin capiunt, & Balduinum Comitem Flandriæ Imperatorem conſtituunt.

Bellum fit inter Chunradum Ratisponenſem Epiſcopum & Ludovicum Ducem Bavariæ.

Joannes Bonus de Mantua oriundus ſolitariam vitam agens mira abſtinentiâ claruit.

Ordo S. Trinitatis de redemptione captivorum auctoribus Joanne de Mata & Felice Anachoreta initium cepit in territorio Meldenſi, ab Innocentio approbatus.

MCCI.

Terræmotus multis terrarum locis factus eſt magnus, ita ut multas urbes & Eccleſias deſtrueret. Incepit IIII. Non. Maji, duravit in pago, qui dicitur Longey, anno & dimidio, ita ut homines terræ illius domos ſuas relinquerent.

Conradus Moguntinus Archiepiſcopus cum plerisque regni Teutonici primoribus à transmarina expeditione, paucis ibi dignis relatu Geſtis, eſt reverſus.

Iſach Imperator CPolitanus à fratre Alexio dolo captus & excœcatus in carcerem eſt truſus, Alexium etiam, filium Iſach duodennem niſi fuga elapſus fuiſſet excœcare aut interficere quæſivit.

MCCII.

Chunegundis Virgo & Regina uxor S. Heinrici ab Innocentio canonizatur.

Tiemo Babenbergenſis Epiſcopus obiit, Conradus eligitur & eodem anno moritur, cui Ekkebertus filius Berhtoldi Ducis Meraniæ ſucceſſit.

Conradus Herbipolenſis Epiſcopus ob defenſionem Diœceſis ſuæ occiſus eſt in ipſa civitate in publica platea III. Non. Decembris.

Tartari cum uxoribus & filiis ab Indiæ montibus egreſſi per vicinas provincias prædas agunt, quibus aſſueti Parthos demum petunt, & pari errore Mediam, Aſſiriam, Perſiam, Armeniámque & Sarmathas non longo tempore pervadentes circa Meotidis Paludis litora ſedes demum firmant.

MCCIII.

Leopoldus Dux Auſtriæ & Styriæ Theodoram filiam Regis Græcorum duxit uxorem.

Per hæc tempora Innocentius Decretales compoſuit atque ſancivit, & obſervari juſſit.

Ilmamolinus Saracenorum Africam incolentium Imperator, quem Tunetis Regem Soldanúmque appellant, ingentes in Europam copias trajecit, primáque ad Toletum fixit caſtra, bellum omnibus Chriſtianis indixit, pervagatus itaque utramque Hiſpaniam, incendiis populationibúsque omnia fœdavit; quatuor verò Reges Hiſpani, Caſtellæ, Arragoniæ, Portugalliæ, Navarræ copiis unitis Sarraceno congreſſi ſunt, fugeréque compellavit, qui in Bericam nunc Granatam ſe recepit, quam regionem poſtea ſemper de terra Hiſpanica obtinuit Saracenus usque ad annum ſalutis MCCCCXCI.

MCCIIII.

Ludovicus Dux Bavariæ caſtrum & opidum in Lantshuet conſtruere cœpit.

Petrus Rex Aragonenſis Comes Barcinoniæ & Dominus Montiſpeſſulani regnum ſuum obtulit Innocentio Papæ & Succeſſoribus ſuis in perpetuum pro remedio animæ ſuæ conſtituens, illud cenſuale, ut annuatim de camera ipſius Regis ducentæ & quinquaginta Naſſæ votivæ Apoſtolicæ Sedi reddantur.

Livonia regio ampliſſima, cui hinc Dacia inde Polonia & Suevia adjacet, Innocentio curante ad fidem Chriſtianam converſa eſt. CPolis capitur à Francis Venetis adjunctis, Balduinus Comes Flandrenſis Imperator conſtituitur.

MCCV.

Rex Philippus Francorum in pignus caritatis, Eccleſiæ S. Dionyſii multas reliquias pretioſiſſimas, quas Imperator Græcorum Baldwinus de Sancta Capella, quæ dicitur Os leonis, acceperat, contulit.

MCCVI.

Poſt Balduinum CPolitanum imperium tenuit Henricus ejus frater annis XI.

Franciſcus Ordinis Minorum Princeps terrena deſpiciens ſecutus eſt Chriſtum.

Dominicus Calagura Hiſpaniæ pago natus & Ordinis Prædicatorum inſtitutor & Pater, clarus habetur.

Innocentius Papa ſcribit quomodo Dux Auſtriæ intendebat Viennæ fundare & dotare Epiſcopatum, propter multa incommoda & diffuſionem Diœceſis, & committit Archiepiſcopo Saltzburgenſi, quod in hoc

hoc reſcribat veritatem facti. Idem etiam ſcribit Epiſcopo Hoſticoſi & cuidam alteri, Apoſtolicæ ſedis legatis in Alemania, ut de hoc facto ſedem Apoſtolicam informent.

MCCVII.

Contra Hæreticos Albigenſes, XII. Abbates Ciſtercienſes cum legato Apoſtolico ab Innocentio mittuntur ad Hæreſim extirpandam.

MCCVIII.

Philippus Rex Babenberg ab Ottone Palatino Comite de Witlenſpach per conſpirationem occiditur. Hic Philippus antequam eſſet electus in Regem, promiſit ducere matrimonialiter filiam ejusdem Ottonis, quam repudiavit factus Rex. Unde Idem Comes commotus acceſſit in Babenberg ad cameram ipſius Regis tanquam ei ſolus locuturus pacificè, & gladio quem occultè geſtabat ipſum Regem ſubito interfecit.

Veneti Cretam & Chorinthum capiunt.

Odo Epiſcopus Pariſienſis obiit & Petrus Theſaurarius Turonenſis ſuccedit.

Cruce ſignati Terras Albigenſium intrant contra hæreticos, Biterris capitur, omnes pariter trucidantur, videlicet XVII. milia ferro & incendio pereunt.

MCCIX.

Otto collega Philippi in Regem eligitur, ab Innocentio Papa conſecretur, ex Patre Henrico Duce Saxoniæ & Bavariæ & Mathilde filia Regis Angliæ progenitus. Statim poſt coronationem cum Romanis pugnans urbe pellitur & contra Pontificis voluntatem plura oppida in Apulia capit, Siciliam quoque ſuæ ditioni adducit, quapropter eodem anno habito Romæ concilio Imperio deponitur. Hic curiam celebravit Auguſtæ, oh quam veniens Bolſgerus Patriarcha Aquilegienſis quondam Epiſcopus Patavienſis, Iſtriam & Marchiam Carniolæ quæ Henrico Marchioni Iſtriæ fuerat abjudicata propter crimen læſæ majeſtatis in Philippum Regem, & Ludovico Duci Bavariæ collata ſibi reſtitui impetravit.

Vattari Como Græcus CPolitanum arripuit Imperium apud Adrianopolin, tamen reliqua ad Imperium ſpectantia Henrico parebant.

Aimericus Rex Cypri, regni quoque Hieroſolymitani titulum ratione uxoris tenens, rem Chriſtianam frigidè adminiſtravit, cui à proceribus qui in Aſiâ agebant Joannes de Bregna celebris Famæ Gallicus Miles in Regem Hieroſolymitanum ſuffectus eſt; qui per ſolemnes oratores accerſitus cum multis copiis CPolin eſt delatus, & Latini Regis Henrici Navigio fretus, Nonis Septembribus Ptolomaidam pervênit, accepitque illico uxorem nomine Yoles ad id reſervatam, Conradi olim Montisferrati Marchionis & Hieroſolymæ Regis filiam, cui id regnum jure hæreditario debebatur; die verò S. Michaëlis utrique regium Diadema Tyri eſt impoſitum & nuptiæ Pompâ Regia celebratæ ſuot.

MCCX.

Otto Rex à Papa excommunicatur, omnésque ſubditi ejus à fidelitate abſolvuntur. Receſſerunt ab eu Landgravius Thuringiæ, Archiepiſcopi Moguntinenſis & Treverenſis, Dux Auſtriæ & Rex Boemiæ, multique alii.

Almaricus Hæreſiarcha Pariſius **** (k) (k)

MCCXI.

Helinandus Frigidi Montis Monachus facundia diſertus, floruit.

MCCXII.

Fridericus Rex Siciliæ, filius Hainrici VI. Imp. in Feſto B. Nicolai apud Franckfurt eligitur in Regem Romaoorum, qui fuit à Julio centeſimus.

Altmannus de Hellmgerſperg moritur, ſed caſtrum ibidem ab ipſo ædificatum reſignavit Eccleſiæ Altahenſi, quod Monachi deſtruere volentes, prohibiti ſunt à Comitibus de Pogen.

Manigoldus Epiſcopus Patavienſis & Rapoto Comes Palatinus ſimul diſcordantes clauſtra, Eccleſias unacum omni proviocia iocendio devaſtant.

S. Franciſcus inſtituit ordinem Pauperum Dominarum, cujus prima Prælata fuit Beata Clara.

MCCXIII.

Caſtrum in Helmgersperg data comitibus de Pogn pecunia à Domino Poppone Abbate in Altah & monachis ſuis deſtruitur.

Gertrudis regina Hungariæ uxor Regis Andreæ & mater S. Elizabeth trucidatur à Petro Comite de Baradino, qui incuſavit eam quod ipſâ conſciâ uxor ejus per Ekkebertum Epiſcopum Babenbergenſem fratrem Reginæ, ſtuprata fuerit, cujus Petri Bona, Bela filius Regis ipſo proſcripto diripuit, & ex caſtro ejus Monaſterium Ciſtercienſia Ordinis quod Fons Belle dicitur, fuodavit.

Pueri parvi usque ad viginti circiter millia cruce ſignati ſunt, ac per Legiones ad diverſos maris portus, videlicet Maſſiliam & Brunduſium pervenientes, inanes & vacui redierunt.

Maria de Oignies ſanctæ & admirabilis vitæ obiit in diœceſi Leodienſi IX. kal. Julii.

MCCXIIII.

Philippus Galliæ Rex Johannem Anglorum regem & Ottonem quondam Imperatorem apud Belgas ſuperat.

Hen-

(k) reliqua in codice h. l. deficiebant.

Henricus CPolitanus Imperator obiit, cui ſucceſſit Petrus Comes Antiſiodorenſis etiam Gallicus.

MCCXV.

Concilium Lateranenſe celebratur.

Jacobus de Vitriaco presbyter ſæcularis primo, dein apud Monaſterium de Oignies Canonicus regularis, poſtea Epiſcopus Aconenſis, ultimo Cardinalis Tuſculanus, floruit. In Concilio Lateranenſi fuerunt CPolitanus & Jeroſolymitanus Patriarchæ, Primates & Metropolitani LXXI. Epiſcopi CCCCXII. Abbates & Priores ultra DCC. In ipſa ſynodo Chiemenſis Epiſcopatus inſtituitur, ad quam ſcdem Rugerus primus ordinatur Epiſcopus.

Ordo cruciferorum diu inchoatus ſed aliquando intermiſſus in eodem concilio ab Innocentio reſtituirur & confirmatur, cui poſtmodum Innocentius Quartus Lugduni exiſtens regulam compoſuit & dedit, in quo præcipiens eis ut ſemper crucem in manibus portent.

MCCXVI.

Rex Angliæ Joannes obiit. Henricus ſuccedit. Petrus Comes Antiſiodorenſis & Yoles uxor ejus coronatur ad Imperium CPolitanum à Papâ Honorio in Eccleſia B. Laurentii extra muros.

MCCXVII.

Andreas Rex Hungariæ pater ſanctæ Elizabeth, Leopoldus Dux Auſtriæ.

Otto Dux Meraniæ, Ekkebertus Epiſcopus Babenbergenſis, Comites & Nobiles multi cum manu valida transfretaverunt ad ſuccurſum terræ ſanctæ.

Honorius III. Papa, ſedit annis X. menſibus II. hic PetrumAltiſiodorenſem Comitem, CPolitanum Imperatorem coronavit apud S. Laurentium foras muros. Eodem etiam anno Ordinem Prædicatorum Dominico procurante confirmavit.

Fridericus Imperator Romæ in die S. Cæciliæ coronatur.

MCCXVIII.

Ludovicus Dux Bavariæ oppidum in Strawbing conſtruere cœpit.

Coloniæ ferè CCC. Naves præparantur pro cruce ſignatis.

Damiata à noſtris obſeſſa.

Guilhermus Epiſcopus Bituricenſis canonizatur ab Honorio.

Petro CPolitano Imperatore mortuo Robertus filius ejus ſuccedit.

Conradus Comes de Waſſerburg caſtrum Viechtenſtain dedit Epiſcopo Patavienſi, Udalrico pro mille Marcis argenti pro expeditione voti ſanctæ crucis ſigno accepto.

MCCXIX.

Secawenſis Epiſcopatus à Domino Eberhardo Saltzburgenſi Archiepiſcopo de Licentia Domini Honorii Papæ creatur, & Carolus Friſacenſis Præpoſitus eidem ſedi præficitur.

Udalricus Epiſcopus Pataviensis cœpit conſtruere caſtrum in monte S. Georgii Pataviæ.

Jeruſalem à Corradino filio Salphadini Turquiæ Soldano deſtructa foris & intus, muri cum Turribus redacti ſunt in acervos lapidum, præter templum Domini & Turrim David, Sepulchro Chriſti nemo manus auſus eſt apponere.

Otto quondam Imperator à ſententiâ excommunicationis abſolutus, obiit.

Damiata, quondam Eliopolis dicta, poſtquam fuerat anno & dimidio obſeſſa, capitur à Fidelibus.

MCCXX.

Dominicus Ordinis Prædicatorum Primus, vitâ & ſcientiâ clarus, moritur Nonis Auguſti.

Damiata à noſtris reddita eſt paganis ob Chriſtianorum captivorum redemptionem.

Tartari Georgiam intraverunt & eam vaſtare cœperunt.

MCCXXI.

Guilielmus Epiſcopus Nivernenſis obiit, quo tempore maximæ cariſtiæ duo millia pauperum quotidie pavit.

Damiata redditur Saracenis, Cardinalis Columna legatus, Andreas Rex Hungariæ, Dux Auſtriæ & cæteris ferme omnes illius expeditionis in Europam ſunt reverſi.

Tartari gens Scythica Georgiam Armeniamque majorem direptas vaſtatasque ſuo ſubjecerunt Imperio, inde Riphæis montibus transmiſſis ad eas delati vaſtiſſimas regiones quæ Tranſſylvaniam contingunt, in Poloniam & poſt in Hungariam penetrârunt, quas regiones magno affecerunt incommodo.

S. Franciſcus inſtituit tertium Ordinem qui dicitur Pœnitentium.

MCCXXII.

Joannes Rex Jeroſolymitanus ex amiſſione Damiatæ, & debilitate ſuorum ultra modum dolens, profectus à partibus Transmarinis transfretavit cum paucis in Galliam auxilium petiturus.

Conradus Cardinalis, Portuenſis Epiſcopus Apoſtolicæ ſedis legatus per ſe & plures cooperatores verbum crucis per totam Alemanniam prædicavit, & complures cruce ſignati ſunt, inter quos Imperator Fridericus, qui etiam duxit uxorem per verba de præſenti, unicam filiam Regis Yeroſolymitani ex Yyole, & hoc juramento affirmat coram Honorio Papa. Eſtque hæc occaſio, quâ freti poſtea omnes qui Neapolitanum, rite habuerunt regnum, Jeruſolymæ quoque regni Titulo ſunt uſi.

MCCXXIII.

Philippus Francorum Rex moritur, cui ſuc-

ſucceſſit Ludovicus filius ejus, & regnavit annis IIII.

S. Dominicus Bononiæ eſt defunctus.

Honorius Ordinem B. Franciſci III. kal. Decembris confirmavit.

Imperator Fridericus celebravit nuptias ſolemnes in Apulia, & Henricus filius ejus Rex declaratur, qui duxit filiam Ducis Auſtriæ, cum qua præſentibus Principibus regni nuptias in Nurmberg celebravit.

Joannes Rex Jeroſolymitanus limina Beati Jacobi adiit peregrinaturus, ubi duxit in uxorem filiam Regis Galiciæ Berengariam. Corpora SS. Viti & Modeſti ab Archiepiſcopo Eberhardo & Karolo Secovienſi Epiſcopo, in Eccleſiâ S. Andreæ apud Lavent inventa & in altari recondita, plurimis cœperunt coruſcare miraculis, & eorum Reliquiæ ad Eccleſiam Saltzpurgenſem ſunt translatæ.

Juta comitiſſa de Rotenburg fundavit Monaſterium in civitate Lutzern fratribus Minorum, & ferè primum hujus Ordinis in Alemania.

MCCXXIIII.

Oppidum in Landaw conſtruitur à Ludovico Duce Bavariæ.

Jeſus Chriſtus dilecto ſuo Franciſco per obumbrationem apparens in memoriam Dominicæ paſſionis ſui ſacratiſſimi corporis ſtigmata conſimilibus pandentibus membris in B. Franciſci corpus impreſſit.

MCCXXV.

Imperator Fridericus cum filia Joannis Regis Hieroſolymitani nuptias in Apulia celebravit ex qua genuit Conradum poſtea Regem, & Henricus filius ejus major Rex declaratus duxit Margaretam filiam Leopoldi Ducis Auſtriæ, cum qua præſentibus principibus regni nuptias apud Nurnberg ſolemniter celebravit.

Leopoldus Dux Auſtriæ conſenſu Ludovici Ducis Bavariæ conſtruxit caſtrum in Scherding.

Engelbertus Archiepiſcopus Colonienſis vir magnæ prudentiæ & tutor regni, à Comite Friderico de Altenach ſororio ſuo occiditur, manu mutilatur & XXXIII. vulneribus, ut dicitur, confoſſus.

Alphonſus VIII. Rex Caſtellæ ſeptimus, cum regnaſſet LIII. annos, poſt multas Victorias Sarracenorum migravit è corpore, in Monaſterio Monialium civitatis Burgenſis quod ipſe fundaverat unacum Hoſpitali ſepultus.

MCCXXVI.

Guerra gravis inter Rappotonem Comitem Palatinum Bavariæ & Comitem de Bogen orta eſt, in quâ complures Eccleſiæ ſunt deſtructæ & ſpoliatæ & prædia Nobilis Monaſterii inferioris Altah incendio ſunt deſtructa & Rapoto civitatem Liechtenwerd, quam Comes Albertus de Pogen prope Montem Altahenſem erexerat, incendio penitus devaſtavit.

Franciſcus Ordinis Minorum Princeps Chriſti ſtigmatibus inſignitus & miraculis clarus moritur IV. Nonas Octobrias, & biennio poſt in cathalogo Sanctorum à Gregorio refertur.

Eberhardus Archiepiſcopus Saltzburgenſis inſtituit ſedem cathedralem apud S. Andream in Lavent, cui præfecit Ulricum Plebanum in Hus.

Henricus filius Alphonſi ſeptimus Rex Caſtellæ ſucceſſit Patri annis XIII.

MCCXXVII.

Sciſma inter regnum & Sacerdotium oritur.

Gregorius IX. Papa ſedit annis XIIII. menſibus III. hic ſententiam quam Honorius contra Fridericum Imperatorem fulminaverat, roboravit.

Ludovicus Rex Francorum moritur & ſuccedit ei Ludovicus filius ejus agens annum XIIII. & regnavit annis XXXXIIII.

Comes Fridericus de Yſenborg rotatur eo quod Epiſcopum Colonienſem occidit.

Cruce ſignatorum magna copia ad Exhortationem Domini Papæ iter peregrinationis eripiunt, ſed circa Maritimam magna pars ipſorum mortua eſt, inter quos Auguſtenſis Epiſcopus & Ludovicus Lantgravius Thuringiæ, maritus S. Elizabethæ cum aliis Nobilibus obierunt.

Joannes Rex Jeroſolymitanus ex Gallia cum uxore Berengaria Bononiam usque pervenit, quem Gregorius Papa Romandiolæ & Exarchatus Ravennatis Gubernatorem Ducémque conſtituit.

MCCXXVIII.

Conventus magnus Principum apud Strawbing fuit circa feſtum Pentecoſtes, Hainricus Rex filius Imperatoris, Ludovicus Bavariæ, Leopoldus Auſtriæ, Pernhardus Karinthiæ, Otto, Meraniæ Duces, Hainricus Marchio de Andehs, Epiſcopi: Eberhardus Saltzburgenſis, Hermannus Wirtzburgenſis, Ekkebertus Babenbergenſis, Gebehardus Patavienſis, Sifridus Ratisponenſis, Siboto Auguſtenſis, Hainricus Eyſtetenſis, Rudigerus Chyemenſis, Karolus Secawenſis, Udalricus Laventinus; ubi Otto filius Ducis Ludovici Bavariæ in Feſto Pentecoſtes gladio accingitur, & Udalricus primus Laventinenſis Epiſcopus ab Archiepiſcopo conſecratur.

Friderici Imperatoris uxor Joannis Regis Hieroſolymitani filia obiit, relinquens filium Conradum.

Ferdinandus Rex Aragonum Saracenos, Majorica Inſula & Valentia urbe pulſis, eos ad Chriſtianos ritus, moréſque perduxit.

In Carinthia in caſtro Stain * Hoſtia Altaris in manibus Bolberti presbyteri in carnem & ſanguinem viſibiliter transformatur, ad quod Miraculum Berchtoldus Patriarcha Aquilegienſis & Albertus Comes Goritiæ venientes Magnalia Dei conſpexerunt.

* erat in marg. *aliàs ad A.* 1238.

MCCXXIX.

Agnes Duciſſa Bavariæ Idus April. peperit filium nomine Ludovicum, uxor Ottonis Ducis.

MCCXXX.

Papa & Imperator mediantibus Principibus Alemanniæ, videlicet Berchtoldo Patriarcha Aquilegienſi, Eberhardo Archiepiſcopo Saltzpurgenſi, Sifrido Ratisponenſi Epiſcopo, Leopoldo Duce Auſtriæ & Styriæ, Ottone Meraniæ, Bernhardo Carinthiæ & quibusdam aliis ad Concordiam redierunt, & Imperator ab excommunicatione abſolvitur & poſt abſolutionem in Hoſpitio & menſa à Domino Papa excipitur.

Leopoldus Dux Auſtriæ apud S. Germanum Caſtellum Apuliæ, cum jam ſecundo transfretâſſet, obiit. Cujus corpus in monte Caſſino Monaſterio S. Benedicti à Cardinalibus ſepelitur, & oſſa ipſius elata in die Beati Andreæ apud Lilgenfeld monaſterium quod ipſe fundaverat, ab Archiepiſcopo ſepeliuntur, & eodem die dictum Monaſterium ab eodem conſecratur.

Caſtrum in Flinsperch ab Alberto comite de Bogen erigitur.

MCCXXXI.

Ludovicus Dux Bavariæ apud Chelhaym præſente familiâ ſua à quodam ignoto, cultro percuſſus obiit XVI. kal. Octobris, Inſidiis Friderici Imperatoris. Ludmilla uxor prædicti Ludovici cepit conſtruere Monaſterium Monialium Ciſtercienſis Ordinis in Saldental Lantzhutæ.

Antonius, B. Franciſci Diſcipulus Patavii moritur XIIII. die Junii, Feriâ tertia.

Elizabeth filia Regis Andreæ Hungarorum & Lantgravia Thuringiæ apud Marchburg Haſſiæ ex hoc ſæculo migravit.

MCCXXXII.

Gebehardus Epiſcopus Pataviensis propter infamiam occiſionis Eberhardi Canonici Pataviensis & aliorum criminum per M. Albertum Archidiaconum Pataviensem ſibi objectorum primum per accuſationem, poſtmodum per inquiſitionem ab Epiſcopatu deponitur. Nam dum Eberhardus, & quidam alii Canonici non conſentirent pravis operibus Epiſcopi Gebhardi, à ſuis ſectatoribus in quodam itinere pervaſus eſt, auribus, naribus, oculis & aliis membris deformiter mutilatus. Cujus caput Canonici Romam portantes Apoſtolici præſentiam acceſſuri, cum Lachrymis cantabant reſponſorium, *videns Jacob*, & venientes ad verſum ſcilicet: *vide ſi tunica filii tui ſit, vel non?* nudum, deforme & ſanguineum caput oſtendetunt, qui miſericordiâ motus, iſtos conſolatus, Epiſcopum penitus exauctoravit.

Antonius Ordinis Minorum Sanctorum Catalogo aſcribitur.

Fridericus Imperator Henricum filium ſuum propter ſuſpicionem affectati regni carcere maceravit.

MCCXXXIII.

Virgilius Epiſcopus Juvavienſis canonizatur IIII. Idus Junii.

Rugerus primus Epiſcopus Chiemenſis auctoritate Papæ Pataviensi Eccleſiæ præficitur ad inſtantiam ſolius Alberti Archidiaconi Pataviensis.

M. Chunradus de Marchburg Confeſſor ſanctæ Elizabeth cum alio fratre de Ordine Minorum occiditur.

Epiſcopus Babenbergenſis à Miniſteriali Ducis Carinthiæ per totam quadrageſimam in captivitate tenetur.

Otto Dux Bavariæ cum exercitu fines Ducis Auſtriæ devaſtavit, & clauſtrum in Lampach exuſtum eſt.

MCCXXXIIII.

Fridericus in Syriam tranſiens cum maximo Egypti principe, quem Soldanum nominant, conventiones fecit, in quibus plura conſenſit Chriſtianis indecora, poſtque conſentiente Soldano Jeruſalem ingreſſus in eâ urbe coronatur.

Ludovicus Rex Franciæ accepit uxorem Margaretam filiam Comitis Provinciæ.

S. Vincentius paſſus eſt in Valentia.

S. Dominicus canonizarur, à confirmatione Ordinis anno XVIII.

Otho Dux Bavariæ ſuper Monaſterium Formbach repentè irruens multos proſcriptos qui ſe in eodem Monaſterio ejectis Monachis receperant, comprehendit, quorum quosdam ſuſpendit, alios capite plecti juſſit, numero XXXII.

MCCXXXV.

Agnes uxor Ottonis Ducis Bavariæ XIII. kal. Decembr. peperit filium qui vocatus eſt Hainricus.

Albertus Comes de Pogen transfretavit & apud Venetias captivatur, qui hoc anno attulit ſanctam Crucem ad Monaſterium Altach ſuperioris.

Elizabeth filia Regis Hungariæ uxor quondam Ludovici Lantgravii Thuringiæ Sanctorum Cathalogo aſcribitur.

Roberto Imperatore CPolitano ejecto ſubſtituitur Joannes Brennus. Vide Blondum.

MCCXXXVI.

Fridericus Dux Auſtriæ & Styriæ ab Imperatore proſcribitur, apud Auguſtam. Iſte Fridericus cum eſſet homo ſeverus, in judicio diſtrictus & crudelis, magnanimus in præliis, in Theſauris congregandis cupidus, terrorem ſuum ſic fudit ſuper Indigenas & Vicinos, ut non ſolum non diligeretur ſed ab omnibus timeretur. Ibat enim potenter cum exercitu in Moraviam contra Wenzeslaum Regem Boemorum, quandóque etiam Hungariam intrabat, finis utriusque regni ferro & igne devaſtans, ſatagebat etiam Nobiles & meliores terræ ſuæ opprimere & ignobiles exaltare, Agnetem uxorem ſuam filiam Ottonis Ducis Meraniæ tanquam cognatam repudiavit, quam poſtea Ulricus Dux Karinthiæ accepit

pit uxorem, Edicta Friderici Imperatoris, inimicitias Principum contempſit, donec illo anno in curia Auguſtæ celebrata per ſententiam Principum proſcribitur, & Principatuum ſuorum honore privatur.

Accurſius Florentinus Nobilis famæ Juriſconſultus floret.

M. Jordanis totius Ordinis Prædicatorum Paſtor & Rector obiit in mari Idus Februarii.

Diſcordia orta inter Papam & Imperatorem, Imperator excommunicatus contra Eccleſiam Romanam acrius inſurgens, itinera quoque obſidens, Romipetis inſidiatur.

Lapis grandis cecidit apud Cremonam, in quo erat crux & imago Salvatoris expreſſa, deſuper ſcriptum aureis litteris: Jeſus Nazarenus Rex Judæorum.

MCCXXXVII.

Fridericus Imperator contra Fridericum Ducem Auſtriæ vadit in multitudine gravi, à civibus Wienneoſibus & quibusdam Miniſterialibus invitatus & Nativitatem Domini apud Graetz in Marchia celebravit, & apud Wienoam hyemavit, habens ſecum Ptincipes imperii, Wenceslaum Regem Boëmiæ, Berchtoldum Patriarcham Aquilegienſem, Sifridum Mbguntinum, Eberhardum Saltzburgenſem, Theodericum Treverenſem Atchiepiſcopos; Ekkebertum Babenbergenſem, Sifridum Ratiſponenſem, Rudgerum Patavienſem, Conradum Friſingenſem Epiſcopos, Othonem Bavariæ, Bernardum Karinthiæ Duces, Hainricum Landgravium Thuringiæ & alios plutes Comites & Nobiles. Tunc dictus Fridericus Dux tertore impetialis fortitudinis non coocuſſus, cum paucis qui ſibi adhæſerant in oppido, quod dicitur Nova civitas, ſe recepit, exinde pro ſua defenſione, quæ poterat exerceodo. Imperator itaque cerneos quod Dux parvipeoderet illata, nec curaret gratiam impetii quærere, circa Paſca receſſit ab Auſtria relinquens ibi capitaneos Ekkebertum Babenbergenſem Epiſcopum, & de Henneberch, de Ebetſtain & de Nurnberg Comites celebrando feſtum Reſurrectionis Dominicæ Ratiſponæ. Ekkebertus autem etat avunculus Belæ Regis Hungariæ & frater Berchtoldi Pattiatchæ Aquilegienſis, vir magnanimus & bellicoſus, & ob hoc Imperator ſibi tuendam terram Auſtriæ ſpecialiter commendavit, qui non multò poſt apud Wiennam eſt defunctus. Cui Hainricus ſucceſſit. Caſtrum Scheding in Bavaria deſtruitur. Imperator in partibus ſuperioribus milite collecto præmiſſa Imperatrice Lombardiam intravit, & cum Mediolanenſibus congreſſus glorioſè triumphavit, ita ut poteſtatem ipſorum in Carrucio ligatum abduceret.

Eberhardus Archiepiſcopus Saltzburgenſis Eccleſiam Brixinenſem dedicavit, & oſſa B. Hartmanni à terra revereoter ſublevavit.

MCCXXXVIII.

Fridericus Dux Auſtriæ, mortuo Ekkeberto Epiſcopo Babenbergenſi, liberè cepit terram vaſtare & Albertum Comitem de Bogen in auxilium ſuum vocat, ſicque cum ipſo Comite muros novæ civitatis egreſſus, in campo, qui dicitur Stainveld, pugnam iniit cum Wiennenſibus & Capitaneis eorum reportans victoriam glorioſam, capti namque ſunt in eodem bello Rudgerus Patavienſis & Conradus Friſingenſis Epiſcopi & multi ex nobilibus, quos ad tuitionem terræ Imperator reliquerat; Dux itaque Fridericus his ſucceſſibus proſperatus, tecedente à partibus illis Cæſaris milite in brevi tempore totam hæreditatis ſuæ terram recepit.

Imperator Fridericus Papiæ curiam habuit, in qua Albertus & Rudolfus fratres Comites de Habsburg inter alios geotis Sueviæ nobiles præcipuè floruerunt, & militaribus exercitiis & probis actibus tam ibi quam alibi circumquaque Imperatoris curiam extulerunt.

Jacobus Rex Aragoniæ in vigilia S. Michaëlis ingreditur civitatem Valentiam diu obſeſſam, Dominum ejus capiens, & omnes Sarraceni, qui baptizari noluerunt, fugerunt aut interfecti ſunt, Azoro Rege Valentiæ Baptiſma ſuſcipiente, ſe & totum regoum Jacobo liberè tradidit.

MCCXXXIX.

Sarmathæ prædarum avidi per Aſiam debachantur.

Solis facta Defectio.

Albertus Archidiacooos Patavienſis, dictus Boëmus per totam Alemanniam, Boëmiam, Poloniam & Moraviam fit Legatus Apoſtolicus cum auctoritate maxima, adeò ut poteſtatem haberet Archiepiſcopos & Epiſcopos deponeodi, & duravit ejus legatio quatuor annos.

Joannes de Brenna Rex CPolitanus obiit, cui Balduinus ſucceſſit.

Henrico Rege Caſtellæ caſu quadam tegula è tecto cadente percuſſo in capite & mortuo ſine hærede, ſucceſſit ei in regno Rex Fernandus filius Regis Alfonſi Legionis, & Dominæ Berengariæ. In hoc regno mortuo Patre ejus conjuncta ſunt regna Caſtellæ & Legionis pro ſemper.

MCCXL.

Veneti Balduino CPolitano Imperatori pecuniam mutuantes partem maximam Dominicæ crucis pignoris loco acceperuot, quam Ludovicus Rex Francorum redimens Pariſium traoſtulit.

S. Paulus primus Eremita transfertur de CPoli ad Venetias. Deinde anno Domini MCCCLXXXI. transfertur io Hungariam, ubi hodie integrum corpus viſitur.

MCCXLI.

Hoc anno regnum Hungariæ quod CCC. & L. annis duravit à Tartaris deſtruitur.

Cæleſtinus IIII. Papa ſedit diebus XVIII. poſt quem vacavit ſedes anno uno, menſibus IX.

In

In Burgundia mons à monte dehiſcens vallésque coartans multa agricolarum milia oppreſſit.

Studium generale translatum eſt à Bononia ad Paduam à Friderico Imperatore.

MCCXLII.

Albertus ultimus Comes de Pogen ſive Regen obiit.

Hainricus de Canitania Notarius Imperatoris eligitur in Epiſcopum Babenbergenſem.

Sarmathæ ingenti multitudine eorum fines egreſſi, cædibus primo ac rapinis Græciæ Provincias invasêre, mox enim per Pannoniam deprædantes in Germanos quaſi ſæva nimborum procella feruntur, ac multis ac maximis cladibus illas Provincias afficiunt, in regno quoque Thurciæ atque Poloniæ magnam vaſtationem fecerunt.

MCCXLIII.

Innocentius IIII. Papa ſedit annis XI. menſibus VI. diebus XII.

Ludovicus natus eſt filius Ludovici Regis Franciæ primogenitus.

Tartari & Comani de Hungaria receſſerunt, ubi fames tanta accrevit, ut caro humana palam venderetur.

MCCXLIIII.

Hainricus filius Ottonis Ducis Bavariæ duxit uxorem Elizabeth filiam Belæ Regis Hungariæ. Et Conradus filius Friderici Imperatoris duxit uxorem Elizabeth filiam Ottonis Ducis Bavariæ.

Vincentius Belvacenſis Ordinis Prædicatorum ſpeculum hiſtoriale hucusque produxit.

Philippus ſecundus filius Ludovici Regis Francorum naſcitur.

Innocentius Papa fecit Cardinales M. Ottonem de Caſtro Radulphi Cancellarium Pariſienſem, & fratrem Hugonem de S. Theudorio Priorem Ordinis Prædicatorum, Provincialem Franciæ, qui primus Poſtillator extitit ſuper totam Bibliam. Eodem anno Papa circa feſtum B. Andreæ venit in Franciam.

Ludovicus Rex Franciæ poſt infirmitatem validam, crucem aſſumit.

MCCXLV.

Concilium Lugdunenſe celebratur.

Imperator Fridericus ab imperatoria & regia poteſtate depoſitus eſt.

Crux prædicata eſt tranſmarina.

Papa miſit fratrem Anſelmum de Ordine Prædicatorum cum tribus aliis fratribus cum Litteris Apoſtolicis ad exercitum Tartarorum, ut ab hominum ſtrage deſiſterent & fidei veritatem reciperent.

Fridericus Imperator ex prima uxore habuit duos filios legitimos, ſcilicet Henricum & Conradum, quos eligi fecit in imperio ipſo vivente. Ex ſecunda uxore, filia Regis Hieroſolymitani habuit filium Jordanem, ex concubina habuit tres filios Fridericum Regem Antiochiæ, Manfredum Principem Tarenti poſtea Regem Siciliæ, & Renzum Regem Sardiniæ

Gregorius Patriarcha Aquilegienſis ab Innocentio Papa IIII. miſſus Parmenſibus ſubſidio adverſus Fridericum Imperatorem, qui per id temporis Parmam acri obſidione urgebat, ejúsque auſpiciis hoſtis victus exutusque caſtris eſt. Ferunt ſigna multa militaria ex ea victoria retuliſſe, quæ in Civitatenſi Eccleſia in Trophæorum ſpeciem ſuſpenderit; exercuit prætérea graviſſimas inimicitias cum Comite Goritiæ & Carinthiæ Ducibus, Eccleſiam infeſtantibus.

Ludovicus Rex Francorum peractâ peregrinatione in Syriam, transtulit de Monte Carmelo Fratres Carmelitas in Gallias.

MCCXLVI.

Fridericus Dux Auſtriæ, in bello circa oculum vulneratus occubuit feriâ ſextâ in feſto S. Viti. Occiſo itaque potentiſſimo & inquieto Duce Auſtriæ & Styriæ nullum hæredem relinquente, quanta mala ferè per ſex annos utraque Provincia ſit perpeſſa nemo valet enarrare: nam quilibet Nobilium, imo ignobilium, nec Deum nec homines reveritus quæcunque volebat faciebat, homines, ad munitiones & cavernas fugere non valentibus, captivando, vulnerando, occidendo ac excogitatis & hactenus inauditis tormentis miſerabiliter cruciando.

Bela etiam Rex Hungariæ orbatas tertas hæredibus, ſibi attrahere cupiens, multa milia hominum, per Paganos dictos Cumanos, in captivitatem abduxit, multa occidit, ac utriusque terræ marchias ferè inhabitabiles fecit. Tunc Hermannus Marchio de Baden natus ex Irmgarde ſorore Agnetis Duciſſæ Bavariæ, auxilio Ottonis Ducis Bavariæ duxit in uxorem Gerdrudam filiam Heinrici Ducis, qui fuerat frater Friderici ſæpedicti Ducis Auſtriæ, & Ducatûs Auſtriæ & Styriæ ratione talis conjugii uſurpavit. Qui genuit filium nomine Fridericum & filiam nomine Agnetem, quæ Ulrico Duci Carinthiæ poſtea copulatur. Et cum dictus Hermannus Dux eſſet impotens, tantam malitiam hominum, quæ jam nimis invaluerat, morte etiam præpeditus compeſcere moritur IIII. Non. Octobris anno MCCL.

Hainricus Landgravius Turingiæ à quibusdam Principibus eligitur in Regem Romanorum, & fuit CI. à Julio.

Memelinus potentiſſimus Affrorum Rex Hiſpaniam ingreſſus Chriſtianos perſequitur, quapropter Galli Hiſpanis juncti eum ſuperant.

S. Edmundus Cantuarienſis Archiepiſcopus Sanctorum catalogo eſt aſcriptus.

Conradus Rex filius Friderici Imperatoris duxit uxorem Elizabeth filiam Ottonis Ducis Bavariæ, nuptiis apud Vohburg celebratis.

MCCXLVII.

Wilhelmus Comes Hollandiæ in Regem Romanorum eligitur CII.

 Philip-

Philippus filius Bernardi Ducis Carinthiæ eligitur in Archiepiſcopum Saltzburgenſem, cui à Domino Papa Burchardus Comes de Zygenhaym ſupponitur, & conſecratus ac pallio decoratus moritur, nec habuit poſſeſſionem in Salemsweil in Suevia ſepultus.

Ludovicus Francorum Rex copioſo Chriſtianorum exercitu & cum Rogerio & Carolo fratribus contra Sarracenos in Syriam navigant.

Hainricus Rex electus Landgravius Thuringiæ proficiſcitur in Sueviam, ubi ope Suevorum obſedit Ulmam, à qua tamen in nocte recedit, & in reditu apud Caſtrum Wartenberch lapſus de equo & ægrotans poſt paucos dies expiravit; Quo mortuo Petrus Capuanus Diaconus Cardinalis, Apoſtolicæ Sedis Legatus & multi alii Principes & Epiſcopi videlicet Sifridus Moguntinenſis, Conradus Colonienſis, Ar. Treverenſis, Gerardus Bremenſis & alii Epiſcopi, Dux Brabantiæ cum multis Comitibus in campo apud villam Worench conventum faciunt, & novum Regem eligunt Wilhelmum Comitem Hollandiæ admodum juvenem, & plurimi eorum crucem aſſumunt Imperatorem depoſitum.

MCCXLVIII.

Ludovicus Rex Francia transfretavit. Poſt mortem canonizatur.

Caſtrum in Wintzer deſtruitur.

Ludovicus filius Ottonis Ducis Bavariæ Conradum Comitem de Waſſerburg cum exercitu invaſit, & eum de comitatu ejecit omnibus munitionibus ſuis captis.

MCCXLIX.

Ludovicus Francorum Rex Damiatam capit, & variis in præliis cum Sarracenis habitis tandem ſuperatur & capitur, poſt cujus recuperationem Damiata redditur.

Margareta Regina capto Ludovico viro ſuo filium apud Damiatam peperit, quem Triſtanum nominavit.

MCCL.

Ludovicus Rex à Sarracenis captus Damiatam cum aliis munitionibus, quas priori anno ceperat, reddere cogitur, Roberto fratre plus quam cum xx. milibus Chriſtianorum occiſis; in quo bello etiam maxima multitudo infidelium occubuit.

Fridericus II. quondam Imperator in Apulia moritur apud Oppidum Terentinum anno ætatis ſuæ LVII.

S. Petrus de Ordine Prædicatorum frater ab hæreticis gladio percuſſus obiit III. kal. Maji.

Rudigerus Epiſcopus Pataviensis, propter hoc quod in ſchiſmate propter regnum & acerdotium ſavere videbatur parti adverſæ ab Innocentio Papa ab officii & beneficii deponitur dignitate.

Fr. Bertoldus de Ordine Minorum de Domo Ratiſponenſi tantam gratiam habuit prædicandi his diebus ut ſæpè ad eum audiendum plus quam XL. milia hominum convenirent.

MCCLI.

Conradus Friderici filius è Germania profectus Apuliæ regnum ſuſcepit.

Regis Alphonſi Æra incipit.

Otto Dux Bavariæ caſtrum & oppidum in Diogolfing conſtruere cœpit.

Othacharus Marchio Moraviæ frater Wenzeslai Regis Bohemiæ poſſedit Auſtriam ex electione.

MCCLII.

Conradus Apuliæ Rex moritur, veneno, uti creditur, extinctus Manfredo fratre ſuo procurante, relinquens filium parvulum Conradinum.

S. Petrus Magiſter Ordinis Prædicatorum ab Innocentio Sanctorum catalogo aſcribitur.

D. Stanislaus Cracovienſis Epiſcopus in Sanctos eſt relatus.

Innocentius Papa obiit, poſtea ſedes vacavit per duos annos.

MCCLIII.

Manfredus Friderici quondam Imperatoris ex concubina filius Siciliæ regnum obtinuit.

Ezelinus de Terviſio in Italia tyranniſavit jam per annos XVII. innumerabilem populum occidendo.

MCCLIIII.

Innocentius Papa obiit menſe Januarii in urbe Neapoli; cui Alexander IIII. Papa ſuccedit, annis VI. menſibus vi.

Cardinales in publicum equitaturi Galero rubeo uti, Lugduni primum ab Innocentio eſt inſtitutum.

MCCLV.

Wilhelmo Rege Romanorum cum Comitiſſa Flandriæ & Freſonibus bellica agente negotia civitates Reni, quaſi deſtitutæ regia defenſione vinculo ſocietatis fortiſſimæ adinvicem conjunguntur, capitaneum eligunt, Thelonea ejusdem fluminis, quæ à pluribus fuerant aggravata, removent, vicinos Principes & Comites ſuæ ſocietati adhærere compellunt, undique in finibus ſois pacem ordinantes optimam & hactenus inauditam. Fuerunt autem hi Principes & civitates in Liga: Gerhardus Moguntinenſis, Conradus Colonienſis, Arnoldus Treverenſis Archiepiſcopi; Richardus Wormatienſis, Heinricus Argentinenſis, Bertholdus Baſilienſis, Jacobus Metenſis Epiſcopi; Abbas Fuldenſis, Ludovicus Palatinus Rheni Dux Bavariæ, Conradus Comes Sylveſter, Ditherus de Chatzenelnpogen, Fridericus de Lining, Berhtoldus de Zigenhagen, Encho, Gotfridus fr. Sylveſter, Poppo de Thuringia, Ulricus de Ferreto, de Virnburch, Comites; Domina Sophia Landgravia Thuringiæ, Domina Udulhildis Comitiſſa

tiſſa de Liningen, Dominus de Trinperch, Ulricus de Minzenbetch, Gerlacus de Limpurch, Philippus de Herchenvels, Philippus de Valchenſtain, Dominus de Stralenberch, Pincerna de Erlach, Wernherus Dapifer de Alzeia, Henricus de Ernbach, Rumpoldus de Stainah. Nomina verò civitatum: Moguntia, Colonia, Wormatia, Spira, Argentina, Baſilea, Thirigum, Fridburch, Briſacum, Columbaria, Slezeſtat, Hagenaw, Weiſſenburg, Newnſtat, Wimpina, Haidelberg, Lauternburg, Oppenhaim, Franckfort, Fridberch, Wetslaria, Galenhauſen, Marchurg, Agisvelt, Voltda, Mulenhauſen, Aſchafenburg, Secliſtat, Pingiæ, Dipach, Wacheracum, Beſalia, Popardia, Andernacum, Bunna, Nuſſia, Aquis ſedes regalis, in Weſtphalia Munſter & aliæ civitates plusquam LX. cum civitate Bremenſi, Grunperch, Hirsvelden. Iſta autem pax more Lombardicarum civitatum inchoata, propter malitiam reſiſtentium vix novem annis duravit.

S. Clara per Alexandrum Sanctorum cathalogo aſcribitur poſt duos annos à tranſitu.

MCCLVI.

Wilhelmus Rex in Freſia cum exercitu exiſtens à Freſonibus eſt occiſus, die converſionis S. Pauli, illorum circiter quinque millibus interfectis.

MCCLVII.

Principes regni pro eligendo Rege jam diu habitis diverſis conventibus, tandem diffinitivum electionis diem in Octava Epiphaniæ ſtatuerunt in Franckenfurt celebrandum, ubi dum quidam conveniſſent, Moguntinus & Colonienſis Archiepiſcopi & Ludovicus Comes Palatinus Rheni, ac frater ſuus Hainricus Dux Bavariæ in Richardum fratrem Regis Angliæ, Comitem Cornubiæ convenerunt, & electus ab iis ſubſequenter in die Aſcenſionis Domini Aquisgrani in Regem ungitur, & potenter in regni ſolio collocatur. Treverenſis autem Archiepiſcopus cum aliis quibusdam Principibus conſentire nolens electioni prædictæ, in media quadrageſima fretus litteris & auctoritate Regis Bohemiæ, Ducis Saxoniæ, Marchionum de Brandenburg & multorum Principum, elegit Dominum Alphonſum Regem Hiſpaniæ, qui electioni de ſe factæ conſenſit, perſuaſus à Regibus & Principibus & amicis.

Philippus Saltzburgenſis electus jam per decem annos nolens Ordinem Presbyterii ac Epiſcopalem ſuſcipere dignitatem ſeu conſecrationis, à Domino Alexandro Papa deponitur, & Ulricus Seccovienſis Epiſcopus ei ſurrogatur in ſede Archiepiſcopali; de cujus electi abjectione multa hinc & inde paria litterarum emanârunt.

Libellus Peſtifer à M. Wilhelmo de ſancto amure Canonico Belvacenſi compoſitus & intitulatus *de Periculis Mundi*, damnatus & combuſtus eſt per Papam Alexandrum in Eccleſia cathedrali, Anagniæ.

S. Clara in Sanctos refertur Ananiæ.

Eodem anno Othacher, qui & Premizil Rex Boëmiæ Dux Auſtriæ, juvenilis ætatis audaciâ perſuaſus, ſine provida deliberatione conſilii, quæ rebus agendis ſummè neceſſaria eſt, per Patavienſem civitatem in terram Bavariæ hoſtiliter eſt ingreſſus, jactánsque ſe tanquam divitiis & potentia præditum velle & poſſe contra omnium hominum voluntatem ad ignominiam Ducis Henrici & terræ ſuæ ante muros civitatis vel caſtri in Landzhuet potenter militiæ opera exercere. Nam tunc ibi prædictus Dux cum Elizabeth uxore ſua virtutibus & ſanguine nobiliſſimâ, morabatur. Sed cum per pagum, qui dicitur Chuntzgew, & per vallem Vilſæ fluminis incendiis vaſtando plurimas villas & Eccleſias usque juxta caſtrum in Frawhoven perveniſſet, ecce memoratus Dux Henricus licet vix quinque diebus ante introitum Regis diffidationum litteras recepiſſet, celeri volatu nuntiotum & litterarum circumquaque diſcurrentium, ſuis convocatis hominibus & amicis, tanquam animoſus Princeps, & qui de ſua juſtitia & de Dei miſericordia confidebat cum exercitu valido equeſtrium & pedeſtrium ad campos contra ſuos audacter egreditur inimicos. Jam etiam ſupervenerat cum paucis Ludovicus Dux frater ſuus de partibus Rheni velociter evocatus, in cujus abſentia præfatus Rex ſperabat ſe ſui propoſiti deſiderium adipiſci; Rex itaque Othacherus cernens animoſitatem Ducum & Bavarlæ gentis, timuit congredi cum illis & in feſto B. Bartholomæi Apoſtoli, quod tunc occurrerat in ſexta feria, Treugis per illum diem petitis & impetratis in nocte & ſubſequenti Sabbatho fugit, cum ſuis omnibus verſus Muldorf, ubi dum vexilla victricia Nobilium Ducum dorſa fugientium ſequerentur, pons ibi per Oenum fluvium trajectus ſtrepitum tot hominum & equorum certatim & impetuosè tranſire volentium ferre non valens, ſub hoſtibus ruit, & ſic plurimi ſunt ſubmerſi. Videbantur ibi electi milites in equis & armis natantes, quorum aliqui fluvium tranſiverunt, alii adverſæ partis litori viciniores dum applicare nituntur, volentes ſe potius captivitati dare quam morti, per lanceas & ſagittas littus tangere prohibentur. Sed & hi, qui remanſerant circa flumen, receperunt ſe in ſuburbio ſub turre quadam fugere non valentes, qui omnes cum armis & equis optimis per indignationem ſubitam Ludovici Ducis incendio ſunt cremati. Tunc itaque in aqua & igne quaſi quadringenti homines perierunt, reliqui ferè omnes præter Regem, qui cum nobilioribus jam tranſierat, in prædicto oppido ſunt recluſi. Inter quos de Bohemia hi fuerunt: Wocho de Roſenperch, Zmilo de Leichtenburch, Wichardus de Schechnum, Benis de Valchenſtain, Burchardus de Clinberch, Ulricus Pincerna de Ellnpogen, Jenezo Purcravius de Graetz, Zmil filius Wochonis, Haur cognatus Wochonis, Dlohomil de Nabzden, Styborius dictus caput, Ulricus de Roſental; De Auſtria verò Albero & Henri-

Henricus de Chunring, Ulricus de Lobenſtain, Ulricus de Capella, Ludwicus & Albertus de Zelking, Sighardus dictus Piber, qui cum aliis omnibus, nono die obſidionis eorum per Clementiam Ducum prædictorum ſub quadam forma compoſitionis cum equis & rebus, quas tunc habebant, ad proptia ſunt remiſſi.

MCCLVIII.

Albertus M. Pariſii inſignis habetur, eodem anno ordinatur in Epiſcopum Ratisponenſem.

MCCLIX.

Meinhardus Comes Goritiæ duxit in uxorem Elizabeth ſototem Ludovici & Hainrici Ducum Bavariæ, relictam Conradi Regis filii Imperatoris in octava S. Michaëlis apud Monacum Nuptiis celebratis, Domina Agnete Matre prædictorum tunc àpud filiam ſuam Sophiam Comitiſſam de Hirzberch manente, quæ priori ſeriâ quartâ peperit filium nomine Gerhardum.

Michaël Paleologus Græcorum Imperator ſretus Genuenſium auxilio CPolim, quam LIX. annis occupavetant Galli, recepit.

MCCLX.

Otakar Rex Boemiæ Dux Auſtriæ, dolens quod aliquando coactus eſſet à Bela Rege Hungariæ relinquere Ducatum Styriæ, congregato valido exercitu caſtrametatus eſt citra fluvium Marcha, ubi cum Stephanus Rex Hungariæ ex alterâ parte fluminis ſibi occurreret cum exercitu ſuo tranſitum ei fluminis impedivit. Tandem poſt plures die Otacherus pro com̃odo equorum & hominum volens ad ſuperiores partes fluminis ſe transferre, Stephanus Rex putans ipſum velle fugere inſecutus eſt eum, & congreſſione facta apud villam quæ Chreſſinprunne dicitur, victi ſunt Hungari Stephano Rege vulnerato de parte ſuâ plurimi ſunt occiſi, plures fugiendo in flumine ſunt ſubmerſi. Ex parte etiam Otacheri Regis multi ferro & ſub armis calore nimio perierunt, factum eſt enim hoc bellum feriâ ſecunda in die S. Margarethæ æſtu maximo exiſtente. Eidem etiam Otachero Regi, prius, videlicet in ſeſto SS. Joannis & Pauli triſtis ſe obtulerat Fortuna. Nam cum X. vel plura millia hoſtium inſultum facerent in Auſtriam circa Caſtrum quod Steutz dicunt, duo fratres ſanguine Nobiliſſimi juvenes electi, Otto Comes de Hardekke & Chunradus Comes de Plain ac cum ipſis Chraſto de Sleuntz, Chadoldus dictus Orphanus quaſi cum CCCC. Viris eis incaute occurrerent, quibus ferè omnibus occiſis pauciſſimi evaſerunt. In morte quoque prædictorum Comitum ipſo die deperiit ſucceſſio illius nobiliſſimæ Progeniei de Plain, quod ſine hæredibus deceſſerit. Otakarus itaque Rex obtentâ tali victoria progreſſus cum exercitu ſuo in Hungariam abinde poſt paucos dies ſub quadam formâ compoſitionis recedit, Ducatu Styriæ cum civitate Pethovia (alias Bittovia) quam adhuc Hungari tenebant ſibi plenariè reſtituto.

Secta Pœnitentium in flagellis à Peruſio digteſſa ſtatim multiplicatur.

MCCLXI.

Alexander Papa direxit litteras Regibus & Ducibus, Archiepiſcopis & Epiſcopis ac univerſis Principibus Chriſtianis, hortando ipſos ut contra horrendam rabiem Tartarorum, conſiliis & armis ſe præmunire deberent. Nam iidem Tartari, devictis jam & deletis omnibus Regibus & regnis Sarracenorum in Partibus transmarinis, Antiochiæ & Akaron & aliis Provinciis Chriſtianorum, terrorem tam validum incuſſerunt, ut ad dictos Papam & Reges ſupplices & ſrequentes legationes dirigerent pro ſuccurſu; unde cum ſuper hoc negotio concilium in Octava Apoſtolorum Petri & Pauli habendum in Viterbio condixiſſet. Ipſe Papa VIII. kal. Junii diem clauſit extremum; cui ſucceſſit Jacobus Patriarcha Jeroſolymitanus dictus Urbanus, qui ſedit annis III. menſe uno.

Otacher Rex Boemiæ duxit Chunigundam filiam Regis Ruſciæ, neptem Belæ Regis Hungariæ ex filia (domina Margareta uxore ſine judicio Eccleſiæ repudiatâ) & unacum ipſo in ſequenti ſeſto Nativitatis Domini regali Diademate coronatur à Wernhero Archiepiſcopo Moguntino.

Finis Latinorum in CPolitano Imperio per annos LVIII.

MCCLXII.

Elizabeth Duciſſa Bavariæ peperit filium in Vigilia Mathiæ, nomine Hainricum.

Bonaventura inſignis Theologus & Ordinis Minorum generalis, clarus habetur.

Hugo Ordinis Prædicatorum Cardinalis Presbyter tt. S. Sabinæ obiit XIIII. kal. April. in urbe veteri, qui primus ſecit poſtillam ſuper totam Bibliam.

MCCLXIII.

Siciliæ regnum quod à Manfredo occupatur Urbanus Carolo Ludovici Regis Francorum ſratri conceſſit, eumque in Italiam per legatos evocavit.

Feſtum Corporis Chriſti inſtituitur ab Urbano.

Ivo in minori Britannia in pago Trecorenſi floruit, natus ex clariſſimis Parentibus. Mater Hadon, Pater verò Helorius nuncupatus, advocatus pauperum ab omnibus appellatus.

MCCLXIIII.

In autumno Ottacherus Rex Boemiæ, filiam ſororis ſuæ uxoris Ottonis de Brandenburch copulavit Belæ juniori Regi Hungariæ.

Urbanus Papa moritur, in menſe Octobri apud Peruſium ſepelitur.

Cometes inſigni magnitudine ſuper tres menſes apparuit & eadem ipſa nocte, quâ Urbanus obiit, extincta eſt. Sedes vacavit menſibus X.

MCC-

MCCLXV.

Dominus Guido quondam Miles uxoratus habens duas filias legitimas, qua defuncta factus eſt Epiſcopus Podienſis, poſtea Archiepiſcopus Narbonenſis, deinde Sabinenſis Epiſcopus Cardinalis, III. Non. Febr eligitur in Romanum Pontificem & dictus eſt Clemens IIII. Sedit annis III. menſibus IX. diebus XI.

Otto Epiſcopus Patavienſis obiit IIII. Idus April. vir piiſſimus & pater Cleri, in locum ejus primo poſtulatus Dominus Wlodislaus, poſtea Saltzburgenſis electus, Dominus Petrus à Clemente Papa ſubſtituitur & quam bene ac mirabili modo utrique Eccleſiæ, videlicet Saltzburgenſi & Patavienſi à ſede Apoſtolica ſit proviſum ex litteris Clementis patet.

Bondogodar Soldanus Chriſtianos Syriæ debellat.

Dantes Aligherius Florentiæ naſcitur.

Maofredus non longè à Beneveuto à copiis Caroli ſuperatus, occiditur.

MCCLXVI.

Otakarus Rex Boemiæ inimicitias jam dudum contra Ludovicum & Hainricum Duces Bavariæ conceptas, totis viribus in arma convertit, adſciſcens ſibi Saltzburgenſem, Patavienſem, Ratiſponenſem civitates cum munitionibus earundem, ex quibus tunc facta ſunt in Bavariâ multa incendia, occiſiones hominum, & rapinæ; ipſe quoque in menſe Auguſti cum multis Milibus armatorum verſus Chamb Bavariam intravit, deſtruens Regenſtauff & Nitnaw & alia caſtra, in quibus per incendium & jacula ſagittarum magna periit multitudo hominum, & morante ipſo per Biduum Ratiſponæ per Egram revertitur in Boemiam, exercitu penuriam victualium patieote. Recedente autem Rege de Bavaria Hainricus Dux miſſo exercitu ultra flumen Ilzam oppidum Veldem & alias munitiones cum totâ provinciâ ibidem incendio devaſtavit. Subſequenter III. kal. Nov. idem Hainricus Dux Bavariæ per portam quamdam civitatis Patavienſis procuratione ſive traditione quorumdam per adulterinas claves obtenta novum forum cum quibusdam domibus etiam cellario Canonicorum ac magna parte civitatis exuſſit, aliquibus ibidem civibus interfectis, totámque civitatem cepiſſet ſi ſui non fuiſſent propter invaſionem rapinæ & noctis tenebras hinc inde diſperſi.

Albertus Magnus Epiſcopatum Ratiſponenſem anouente Papa dimiſit, & Coloniæ ſub regula Prædicatorum ſicut prius vixit.

Sarraceni de Affrica venientes, Hiſpaniam recuperare volentes, vincuntur.

MCCLXVII.

Dominus Guido Cardinalis Apoſtolicæ ſedis legatus, VI. Idus Maji apud Wiennam civitatem Auſtriæ concilium celebravit, cui interfuerunt Joannes Pragenſis, Petrus Patavienſis, Bruno Brixinenſis, Conradus Friſingenſis, Leo Ratiſponenſis, Amulricus Laventinenſis Epiſcopi & alii complurimi de ipſis Diœceſibus Prælati, Archidiaconi & Decani. Tunc etiam in priori Dominicâ factus eſt terræmotus magnus, ita ut in multis locis ruinam ædificia paterentur, præcipuè caſtrum Chindberg corruit.

Hainrico Duci Bavariæ naſcitur filia V. Idus Junii nomine Katherina.

Ludovico vero Duci ſimiliter naſcitur filius Idus Septembris nomine Ludovicus.

Caſtrum Cierberch emptum & deſtructum eſt ab Herimanno Abbate in Altah.

Bondogodar Soldanus Babyloniæ Armenia vaſtata Antiochiam, quæ olim Reblata dicebatur, cepit & utriusque ſexûs hominibus vel occiſis vel captis in ſolitudinem redegit.

MCCLXVIII.

Corradinus Nepos Friderici Imperatoris juſſu Regis & Apuliæ & Siciliæ Karoli, apud Neapolim III. kal. Novemb. decollatur feriâ ſecunda, & cum eo Fridericus Dux filius Hermanni quondam Marchionis de Baden & Ducis Auſtriæ; de quo ſpes non modica fuerat quod deberet aliquando paternos Ducatus Auſtriæ & Styriæ obtinere. In illo Conradino defecit tota Progenies Ducum Sueviæ.

Joannes Teutonici gloſator Decreti Præpoſitus S. Stephani in Halberſtat cootra Clementem Papam appellavit propter decimam exactam, ideo eum excommunicavit & præpoſiturâ privavit.

Comes Gulchacenſis interfectus eſt Aquisgrani Dominica *invocavit*, cum quingentis militibus, quotum unus non evaſit.

Rudolphus Rex Romanorum contulit Ducatum Cariothiæ Meinhardo Comiti Goritiæ & Tyrolis. Idem Meinhardus filiam ſuam Elizabeth dedit in conjugium Henrico filio Rudolfi.

MCCLXIX.

Gregorius Patriarcha Aquilegienſis obiit, in ejus locum eligitur Philippus quondam Salzburgenſis electus frater Ulrici Ducis Karinthiæ. Quo Ulrico poſthæc in brevi ſine Hæredibus defuncto, memoratus Philippus ſibi eundem Ducatum tanquam verus hæres ipſius attrahere attentabat, ſed per Otakeri Regis potentiam impeditur.

Haintrico Duci Bavariæ naſcitur filius in die S. Dionyſii oomine Ludovicus.

Clemente Viterbii defuncto propter Diſcordiam Patrum qui de ſucceſſore non conveniebant, biennio ſedes vacavit.

Mainhardus Carinthiæ ſuſcepit Ducatum à Ruſtico ſecundum antiquum morem eorum in lapide circa S. Vitum.

MCCLXX.

Wladislaus Archiepiſcopus Saltzburgenſis obiit, cui ſucceſſit Fridericus ejusdem Eccleſiæ Præpoſitus.

Bela Rex Hungariæ frater S. Elizabeth Lantgraviæ & pater Elizabeth Duciſſæ Bavariæ obiit, relinquens filium Stephanum regni ſucceſſorem. Maria Regina uxor Belæ non multò poſt ſimiliter obiit.

In ipſa æſtate tanta ſiccitas fuit ubique ut ſata omnia areſcerent, & ex hoc fames magna eſt ſecuta, attamen vinum in abundantia natum fuit.

Stephanus Rex Hungariæ circa feſtum S. Thomæ miſſo exercitu in Auſtriam à parte meridianâ Danubii provinciam devaſtavit, occiſis ac in captivitatem abductis plusquam XVII. milibus hominum.

Ludovicus Francorũ Rex augendæ Chriſtianitatis gratia, magna comparata claſſe Carthaginem navigans primo adventu cum Sarracenis proſperè dimicavit, donec morbo in exercitu prævalente, unàcum Joanne filio & nonnullis regni ſui proceribus Ludovicus interiit. Poſt cujus mortem Karolus ejus frater eandem provinciam ſuſcipiens, ſubſidiariam legionem in Africam deportavit, verum cum vi peſtilentiæ coacti proſequi incœpta non poſſent, quibusdam tamen conditionibus illis Sarracenis impoſitis rediêre.

Philippus Ludovici filius, Rex Francorum regnavit annis XV.

MCCLXXI.

Elizabeth duciſſa Bavariæ peperit filium II. Idus Martii nomine Stephanum, quæ poſtea IX. kal. Novembris diem clauſit extremum.

Gregorius X. Papa, ſedit annis IIII.

Wilhelmus Brabantinus Corinthienſis, Ordinis fratrum Prædicatorum rebus exceſſit humanis. Hic rogatu S. Thomæ de Aquino omnes libros Ariſtotelis naturalis & moralis Philoſophiæ & Methaphyſicæ de Græco in Latinum verbum è verbo transtulit, quibus nunc utimur. Tempore enim Alberti Magni vetus translatio habebatur. Idem ſcripſit librum de Apibus & librum de Natura rerum.

MCCLXXII.

Eccleſia Cathedralis Ratisponæ cum Palatio Epiſcopali & optimis campanis incendio totaliter eſt conſumpta feria ſecunda poſt Miſericord. Domini.

Hermannus Abbas Altahenſis inferioris cum jam Abbatiam rexiſſet XXX. annos, menſes IIII. dies XVI. reſignavit candem in manus Domini Theoderici Abbatis in Alderspach qui ex mandato Epiſcopi Petri Pataviensſis ad hoc venerat die S. Gregorii, propter ſenium & invaletudinem corporis & alia incommoda, quæ prius hic per biennium paſſus eſt, dein bono fine quievit, II. kal. Aug. anno vitæ ſuæ LXXV. hic deſtruxit caſtra Flinsperch, Zirberch & Moſe.

Ayto Rex Armeniæ moritur, cui ſuccedit Lyuonius ejus filius, ſub quo Ægyptii Armeniam devaſtârunt.

MCCLXXIII.

Mortuo Richardo Romanorum Rege Principes imperii circa Octavam S. Michaelis ad eligendum alium Regem in Franckfurt convenerunt, cumque omnes qui vocandi erant, intereſſent, præter Hainricum Ducem Bavariæ qui & ſolennes nuncios miſerat & per ratihabitionem electioni eidem ſuum præbuit conſenſum, electus eſt Rudolphus Comes de Habsburch, Lantgravius Alſatiæ in Romanorum Regem, poſtea in Imperatorem conſecrandum, qui ſtatim exegit à Principibus clericis & laicis fidei Juramentum, quod cum recuſarent propter ſceptri abſentiam ipſe electus Signum crucis accipiens, talia dixiſſe fertur: Ecce ſignum quo nos & totus mundus eſt redemptus & hoc ſigno utamur loco ſceptri, & deoſculata cruce omnes Principes tam ſpirituales quam ſeculares ipſam crucem loco ſceptri oſculantes, recipientes feoda, ſibi fidelitatis juramentum præſtiterunt. Ipſe etiam Rex adhuc exiſtens in Palatio Aquenſi, ad quod jam pridem intronizatus à Principibus fuerat duas filias ſuas, unam Domino Ludovico, Palatino Comiti Rheni, alteram Duci Saxoniæ matrimonialiter copulavit.

Eodem anno Otakerus Rex Boemiæ & Dux Hainricus Bavariæ ad plenam concordiam redierunt, Rege Bohemiæ de Caſtro in Scherding & quibusdam juribus, quæ pertinebant ad Ducem refutationem faciente.

Rudolfus Romanorum CIIII. regnavit annis XIX.

Fernando Rege Caſtellæ poſtquam regnâſſet annis XXXV. mortuo, ſucceſſit ei filius Alphonſus IX. qui etiam Nonus Rex Caſtellæ fuit.

MCCLXXIIII.

Concilium Generale celebratur apud Lugdunum à calendis Maji usque ad Magdalenæ ubi erant Epiſcopi D. Abbates LX. alii prælati mille.

Thomas de Aquino Ordinis Prædicatorum obiit Nonis Martii, anno ætatis ſuæ quinquageſimo inchoante. Magiſter Theologiæ fuit XX. annis.

Bonaventura Ordinis Minorum de Balneo Regio provinciæ Romanæ oriundus Miniſter generalis factus in concilio Cardinalis & Epiſcopus Albanenſis anno ætatis ſuæ LIII. requievit in Domino.

Rudolphus Romanorum Rex donat & innovat Eccleſiæ Patavienſi jura ſua dans Eccleſiæ prædictæ ducentarum librarum redditus. Idem etiam indulget ut in ſancto Hippolito, Everding, Amſtetum & Mautaren muniantur muris & foſſatis.

MCCLXXV.

Innocentius V. Papa, ſedit menſibus VI. diebus II.

Adrianus V. Papa, ſedit menſe uno, diebus IX. vacat ſedes diebus XXVIII.

Joannes XXI. Papa ſedit menſibus VIII. poſt cujus mortem vacavir ſedes menſibus VI.

Vicecomites pulſis Tyrannis veterioribus Mediolanenſe dominium obrinuere.

Gallici Pampelonam urbem in regno Navarræ capiunt, ſpoliant & deprædanrur & ut Sarraceni, viros & mulieres occidunt & more ſuo matronis & virginibus ſtupra intulerunt nequiter, & tumulum Regis Henrici laceraverunt, civitates etiam alias & munitiones & caſtra regni, præter VII. occupaverunt.

MCCLXXVI.

Com omnes Comites & Barones ac communitates civitatum & civium de Rheno, Franconia, Suevia & Bavaria Rudolpho Regi Romanorum ſe ſponre ſubderent, & fidelitatis jurando homagia, caſtraque & civitares & terras quas tempore vacantis Imperii ſcilicet à temporibus Friderici Imperatoris occupatas tenuerant, ſibi voluntarie reſignarent, ſolos Otakerus quintus Boemorum Rex, qui Auſtriam, Styriam, Carinthiam, Carniolam & Portum Naonis tempore vacantis Imperii recepit, reſignare noluit, dicens quod easdem terras bonâ fide & juſto rirulo poſſideret ac ex mandatis & commiſſionibus Apoſtolicorum qui tempore ſuo fuerant contra inſultus Hungarorum, Comanorum & Tartarorū per XXIIII. años cum gravibus ſumptibus & laboribus imo & multa impenſa non ſolum ſuorum ſed etiam proprii ſanguinis defensâſſet. Quam allegationem Rudolſus Rex non advertit, ſed validum exercitum congregans inrravit terram Auſtriæ, euntibus ſecum in exercitu Moguntino & Colonienſi Archiepiſcopis, Herbipolenſi, Ratisponenſi, Patavienſi Epiſcopis, Henrico Duce Bavariæ, Ludovico Comite Palatino & aliis multis Nobilibus de Reno, Franconia & Suevia & civitates & caſtra Auſtriæ ſe ſuo ſubderent Dominio, excepta Wienna, quam & obſidione cinxit, nec tamen per violentiam cepit, ſed per quoddam arbitrium qūod ipſi ambo Reges inierunt, ubi Okakerus reſignavit omnes terras Rudolfo Regi & ſuſcepit ab eo amicabilitet Boemiam & Moraviam.

MCCLXXVII.

Nicolaus III. Papa ſedit annis III. menſibus IX. diebus XX.

Maria Principis Antiochiæ filia, cui Jeroſolymæ regnum debebatur, qood Hugo ejus nepos occupaverat, donavit id Carolo Siciliæ Regi.

MCCLXXVIII.

Rex Otakerus uxoris & ſuorum ſuaſionibus inſtigatus & forte prima * ductus ſuper rehabitione terrarum de Boemia, Moravia & aliis terris, ſcilicet Polonia, Pomerania, Saxonia & Miſna fortem exercitum congregans duxit ad Confinia Auſtriæ contra Rudolphum Regem Romanorum, caſtra metatus eſt ſuper flumen Match in campo qui dicitur Marchveld propè Ciſtersdorf; & cum idem Otakerus cum Rudolpho de mane congregandi cogitaret, ecce multi nobiles de Parte adverſa ipſum Regem Boemiæ aviſârunt litteris & nuntiis dicentes, quod in ipſa congreſſione nobiles ſui eſſent eum proditorie in manus hoſtium tradituri; quod cognoſcens Rex nobiles ſuos ad ſe in tentorium ſuum vocavit & ſe eis inermem præſentavir, dicens: Ecce inermis in conſpectu veſtro ſto, & licet de fidelitate veſtrâ non diffidam, tamen ſi cui contra me perditionis vel iniquæ fictionis eſſet voluntas, melius egiſſet ut me nunc ſolum occideret, quam quod cras in bello mecum multa millia hominum moriantur. Sed ipſi nobiles multis Juramentis ſe ipſi fideliter velle aſſiſtere promiſerunt; Rex autem Romanorum habens in exercitu ſuo Hungaros, Comanos, Francos, Suevos, Rhenenſes & plures alias gentes congredi ſtatuit: Cum autem Otakerus Rex nobiles & populum terrarum Boemiæ, Auſtriæ, Moraviæ, Styriæ, Carinthiæ & Carniolæ, qui ante ſua tempora rapinis & ſpoliis aſſulti fuerant, multa auſteritate compeſcuerat & ſine delectu Perſonarum in ſeveritate juſtitiæ ita magnum judicaverat, ſicut parvum. Ob hoc prædicti nobiles eum latenter habentes odio deſeruerunt aciem, & ipſum cum paucis expoſitum hoſtibus dimiſerunt. Quod cum ipſe Rex conſpiceret ſuorum adjutorio ſe ptivatum, cum illis paucis, qui mori elegerant, pro Domino & Patria in turbas hoſtium proſiliit, & multa ſtrage ab eo facta, tam ipſe quam prædicti nobiles ſeu fideles, in acie ceciderunt VII. kal. Sepembris.

* ita cod.

Bondogodar contra Aſſyrios bellans vulneratur, & Damaſcum deportatus eſt, ubi poſt paucos dies migravit è vitâ, cui ſuccedit Melechſaith.

MCCLXXIX.

Albertus M. quondam Epiſcopus Ratisponenſis moritur.

MCCLXXX.

Petrus Patavienſis Epiſcopus obiit, qui pontem trans Danubium Pataviæ primus fecit; cui ſucceſſit Wichardus ejusdem Eccleſiæ Præpoſitus.

Nicolaus Papa moritor, & vacavit ſedes menſibus V.

Mulier nobilis in oppido Sempach circa Alpes peperit leonem.

MCCLXXXI.

Anna Regina Romanorum obiit. Rex Rudolphus exivit terram Auſtriæ, relinquens primogenitum filium ſuum Albertum Vicarium per Auſtriam & Styriam generalem, à quo moderni Principes Auſtriæ deſcenderunt. Sed poſtmodum eosdem ducatus eidem in Feodum contulit coram Principibus ſuis ſuper hoc Auguſtæ in curia congregatis.

Comes de Mosburch moritur ſine hæredibus & Comitatus ad Ducem Hainricum Bavariæ devolvitur.

Synodus celebratur ab Archiepiſcopo Saltzburgenſi.

Martinus IIII. Papa ſedit annis IIII. menſe uno.

Sici-

Sicilia à Karolo deficiens Petro Aragonenſi deditur.

Guido Bonatus aſtrologorum ſuæ ætatis primarius Forolivii clarus hoc tempore habitus eſt, cujus libri extantes cæteris ejus facultatis & doctrinæ libris præferuntur.

MCCLXXXII.

Tartari Armenis juncti centum millia Babylonum ſuperant, & multis eorum interfectis in fugam vertuntur.

MCCLXXXIII.

Martinus Papa Petrum Aragonenſium Regem graviſſimis damnat cenſuris, eo quod Karoli regna debellaret.

MCCLXXXIIII.

Fridericus Saltzburgenſis Archiepiſcopus obiit, cui ſucceſſit Rudolfus Vice-Cancellarius Rudolphi Regis Romanorum, qui licet à principio contra adverſarios ſui Epiſcopatûs ſe validum propugnatorem oſtenderet, tamen ultimo ex timore, qui non debuerat in conſtantem virum cadere, ſtatuta ſui Concilii (quod celebraverat MCCLXXXVIII. quando etiam corpus S. Virgilii tranſtulerat) non ſine totius Patriæ ſcandalo in conſpectu Ducum Auſtriæ revocavit.

Karolus Apuliæ Rex moritur, & ſuccedit ei Karolus filius, annis XXV.

MCCLXXXV.

Gotfridus Patavienſis Epiſcopus obiit, cui ſucceſſit Bernardus de Pranbach Canonicus ejuſdem Eccleſiæ, qui SS. Valentini & Maximiliani corpora in loco humili poſita in tumba marmorea honorabili erecta de novo in medio Eccleſiæ Patavienſis ut hodie cernitur decentiſſimè collocavit.

Martinus Papa migravit ad Dominum.

Honorius IIII. Papa ſedit annis duobus, die uno.

Philippus Francorum Rex obiit, & ſuccedit ei Philippus ejus filius, cognominatus Pulcer annis XXIX. coronatus Remis cum uxore ſua Joanoa filia Regis Navarræ.

Petrus Arragonenſis ex accepto in prælio contra Gallos vulnere interiit.

Cruciferi de Domo Theutonica emerunt terram Pruſciæ frugiferam valdè à Marchionibus Brandenburgenſibus & Miſhenſibus pro magna ſumma pecuniæ, quia erat ſuis metis continua & diu deſiderata ab eis; ſed Rege Polonorum occiſo in lecto per Marchiones prædictos, evenit ordini juxta deſiderata.

MCCLXXXVI.

Honorius Papa, pulſo Guidone Feltrano Flamineam recepit.

MCCLXXXVII.

Honorius Papa moritur, & vacavit ſedes menſibus x.

MCCLXXXVIII.

Civitas Strawbing in feſto S. Panthaleonis ex ignis voragine miſerabiliter conſumitur.

Nicolaus IIII. Papa ſedit annis IIII. menſe uno, diebus VIII.

MCCLXXXIX.

Tripolis civitas à Sarracenis expugnata deprædatur.

MCCXC.

Hainricus Dux Bavariæ II. Non. Febr. bona fide & multa contririone moritur, apud Purchauſen, & conſtituit in præſentia & conſenſu filiorum ſuorum Dominum Hainricum Ratiſponenſem Epiſcopum, & fratrē Wernherum Lectorem Fratrum Minorum Ratiſponæ, indemnitati læſotum quorumcunque tam Eccleſiarum quam Perſonarum & ſaluti ſuæ providere animæ; ſepultus honorificè in Monaſterio Monialium Landzhutæ; ordinavit autem, quod duo filii ſui Ludovicus & Stephanus per quatuor annos continuos permitterent terram Bavariæ ſubeſſe dominio & ordinationi Ottonis ſenioris fratris eorum, nec ad aliquam diviſionem terræ illis quatuor annis durantibus deberent procedere; & hoc confirmatum extitit ipſorum Fratrum ac Nobilium Patriæ, juramentis.

Acon, quæ olim Ptolemaida dicebatur, civitas maritima, habens portum nobiliſſimum, à Soldano Babyloniæ Egypti capitur, Chriſtianis occiſis; dein Tyrum, Sidonem & Barutum cum aliquibus caſtris in ditionem accepit.

MCCXCI.

Rudolphus Romanorum Rex XVIII. kal. Aug. moritur in Spira ſepultus, regnavit XVIII. annis in Alemannia, & Italiam non intravit.

Pluribus Chriſtianorum millibus in Syria à Saracenis interfectis, reliqui omnes præ timore è provincia migrârunt.

Melechſaith Soldanus mortuus eſt, & ſucceſſit ei Seraph, qui Chriſtianos etiam perſequitur.

MCCXCII.

Adolphus Comes de Naſſaw Romanorum CV. cepit & annis VI. regnavit.

Nicolaus Papa moritur, & vacavit ſedes annis II. menſibus III. diebus XVIII.

Michael Paleologus Græcorum Imperator obiit, cui filius Androoicus ſucceſſit.

MCCXCIII.

Initium belli quod aliquot annis ingenti illorum detrimento Angli geſsêre cum Francis.

MCCXCIIII.

Poſt longam ſedis vacationem Cæleſtinus V. Papa eligitur, poſtquam autem per menſes V. rexiſſet Eccleſiam, ceſſit Papatui.

MCCXCV.

Bonifacius VIII. Papa ſedit annis VIII, menſibus IX. diebus XVII.

Magi-

Magiſter Armengaudus Blaſii de monte Peſſulano præcipuus in medicina transtulit cantica Avicennæ cum commento Averrois de Arabico in Latinum.

Ludovicus Francorum Rex, qui augendæ Chriſtianitatis gratia in Affrica obiit, in Beatorum numero à Bonifacio deſcribitur in urbe veteri Idus Aug. ſecundum Martinum An. 3.

Bonifacius feſta Apoſtolorum, quatuor Evangeliſtarum & quatuor Doctorum, videlicet Gregorii, Auguſtini, Ambroſii & Jeronymi ſub honore feſti duplicis ab omnibus ſtatuit celebrari.

MCCXCVI.

Bonifacius Papa fecit & erexit villam Appamenſem in novam civitatem conſtituitque ibidem in Abbatia S. Antonii Canonicorum Regularium eſſe in perpetuum Eccleſiam cathedralem & Dominum Bernardum Abbatem conſtituens primum Epiſcopum in eadem Eccleſia. Eodem anno Bonifacius cepit proceſſum facere contra Columnenſes.

MCCXCVII.

Dinus Mugellanus utriusque Juris eruditiſſimus claret.

MCCXCVIII.

Genuenſes in Adriatico mari Venetos ſuperant, & LXX. eorum naves captas Genuam deducunt.

Adolphus Romanorum Rex occiditur ab Alberto Duce Auſtriæ.

Albertus Rudolphi quondam Imperatoris filius Romanorum CVI. cepit; annis X. regnavit.

Sextus Liber Decretalium publicatur à Bonifacio, & Bononiam mittit Doctoribus & Scolaribus univerſis, ut in judiciis & ſcholis eo utantur.

Robertus Canonicus & Scholaſticus Eccleſiæ Soſanenſis celebris opinione moritur. Nam antea factus fuit Judæus & Franckfordiæ circumciditur, & multis annis judaiſavit, quo mortuo, in quodam vaſculo traditur cuidam ruſtico, & in ponte perquemdam juvenem ante civitatem vas pugione perforatum, & continuo exivit terribilis flamma, tandem vas cecidit de plauſtro in aquas, nec extinguebatur flamma in aquis, donec miſerum corpus cum vaſe integrum abſumebat, & laudant Deum Chriſtiani in miraculis ſuis. Judæi tamen perfidi ſimplicibus dixerunt, eum non legaliter vixiſſe, idcirco hæc paſſus fuiſſet.

MCCXCIX.

Caſanus Tartarorum Rex Saracenos ſuperat, & ſepulchrum Dominicum obtinet.

Bonifacius hæreſim eorum, qui ſe Fraticellos dicebant, damnavit.

Albertus Romanorum Rex ſolemnes nuntios miſit ad curiam pro confirmatione electionis ſuæ, quam Papa multis tunc rationibus repulit, & ipſam penitus eſſe nullam dixit.

Albertus Junior Dux Brunsvicenſis cepit & ſubjugavit Brunswigk.

MCCC.

Jubilæus indicitur à Bonifacio, & deinceps à centenario in centenarium haberi.

MCCCI.

Cometes apparuit in cœlo.

Gerardus auctor & inventor hæreſis Fraticellorum comburitur.

Corpus cujusdam nomine Hermanni, quod XXXI. annis tanquam ſanctum in Eccleſia Ferrarienſi extiterat veneratum, fuit ſtudio & mandato inquiſitorum hæreticæ pravitatis in illis partibus exhumatum pariter & combuſtum tanquam hæretici & damnati, & ejus archa ſatis pretioſa fracta fuit & deſtructa.

Philippus Rex Franciæ concilium convocat Pariſius contra Bonifacium Papam.

Canis grandis Scaliſer Veronæ primum Dominio potitus eſt.

MCCCII.

Dantes Poëta agnoſcitur.

Bellom Francorum contra Flandrenſes menſe Julii.

MCCCIII.

Bonifacio Papa mortuo v. Idibus Octobris ſuccedit Benedictus XI. ſedit menſibus IX. Hic conſtitutionem Bonifacii anteceſſoris ſui, quæ incipit: *Super cathedram*, moderavit per aliam, quæ incipit: *Inter cunctas*, quod Presbyteri Italici erant ſicut campanarii, & nihil habebant de Eccleſiis ſuis niſi labores & curas.

Bonifacius Albertum Ducem Auſtriæ Regem Romanorum, cujus electionem ante repulerat, in Imperatorem confirmat, eidem ſubjiciens regnum Franciæ, ſicut alia regna.

MCCCIIII.

Benedicto mortuo vacavit ſedes à Nonis Junii usque ad Nonas Julii ſequentis anni.

Franciſcus Petrarcha egregius Poëta futurus, naſcitur.

Dynus de Mugello Doctor Juris inſignis Bononiæ moritur.

MCCCV.

Clemens V. Papa, ſedit annis VIII. menſibus x. diebus xv.

Paleologus CPolitanus Imperator moritur, Andronicus ſucceſſit.

Angli Scotos ſubigunt, qui ſequenti anno Regem ſibi eligentes, defecerunt.

In comitatu Novarienſi provinciæ Lombardiæ exorta eſt quædam hæreſis peſſima, cujus auctor fuit quidam frater nomine Dulcinus, qui non erat religioſus alicujus regulæ approbatæ, ſed lupus ſub pelle ovina habitûs religioſi, habuit complices usque ad minimum quattuor milium, qui tamen ultimo anno Alberti omnes exterminati ſunt.

MCCCVI.

Clemens Aragonenſem in Sardiniæ Regem confirmavit.

Hoſpitalarii cum exercitu Chriſtianorum oppugnare cœperunt inſulam Rodis cum circumjacentibus inſulis circiter quinque, quæ à Turcis inhabitabantur ſub Dominio CPolitani Imperatoris.

Alfonſo IX. mortuo ſucceſſit ei filius ejus Sancius X. Rex Caſtellæ, qui regnavit annis novem.

MCCCVII.

Chunradus Archiepiſcopus Saltzburgenſis circa feſtum aſſumptionis Beatæ Virginis juſſu Regis Romanorum Alberti Carinthiam intravit cum exercitu valido & forti, ibidem per ſex menſes moram faciens, obtinuit civitates, videlicet ſanctum Vitum, Volckenmarckt, Klagenfurt & alias munitiones munitas & caſtrum Rabenſtain propè Friſacum expugnavit, ac ſunditus demolitus eſt, & in monte S. Thomæ quamdam munitionem conſtruxit.

Eduardus Anglorum Rex obiit, cui ſucceſſit Eduardus filius ejus, qui duxit in uxorem Iſabellam filiam Philippi Regis Franciæ.

Pner naſcitur in Soſato maſculus, qui omnem ſeram aperuit quam vuluit, appoſitâ manu ſuâ dextrâ.

MCCCVIII.

Albertus Rex Romanorum, die SS. Philippi & Jacobi Apoſtolorum juxta civitatem Baden à ſratruele ſuo Joanne, filio fratris ſui Rudolphi Ducis Sueviæ & Auſtriæ ex filia Regis Boëmiæ ſorore Wenzeslai genito, occiditur in die S. Balburgis, eo quod ipſum hæreditate paternâ privaverat, & ſæpius requiſitus nihil reſponderit.

In feſto S. Joannis ante Portam Latinam combuſta eſt Eccleſia S. Joannis in Laterano.

Henricus VII. Comes de Lutzelburg Romanotum CVII. cepit, & annis VI. imperavit. Eligitur Franckſordiæ D. S. Catharinæ, demùm Aquisgrani coronatur die Epiphaniæ Domini.

Civitates in Italia defecerunt ab imperio, nam tres præcedentes Imperatores ab acceſſu in Italiam abſtinuerant, propter quod dicebant Itali imperium vacare, & penè omnes urbes ſolitæ imperio parere, tyrannis Capitaneatûs titulo ſubeſſe cœperunt.

MCCCIX.

Templaril omnes in regno Franciæ capti & deſtructi ſunt, & ceſſavit ordo iſte.

Rhodus in poteſtatem Chriſtianorum devênit in die aſſumptionis Mariæ.

Carolus II. Apuliæ Rex moritur, cui Robertus filius ſuccedit annis XXXIII.

Clemens Papa approbavit electionem Henrici Regis Romanorum, Avenione de menſe Julii.

MCCCX.

Dux Auſtriæ circa feſtum Martini miſit Dominum Ulricum de Walſe cum cæteris armatis In Titmaning contra Ducem Bavariæ, qui adjunctis ſibi hominibus Archiepiſcopi tam diſtrictum Salzburgenſem quam Ducis Bavariæ ſpoliis & incendiis devaſtârunt in tantum ut propter frigus & ſamem magna mortalitas hominum per Bavariam eſt ſecuta.

Joannes Henrici Imperatoris filius Regis Boëmiæ filiam uxorem accipit, & regno, cujus illa hæres fuerat, potitur.

Henricus Italiam ingreſſus Mediolani coronatur.

Cruce ſignati multi undique Romam concurrunt dicentes, ſe liberaturos Terram ſanctam, ſed apud mare diviſi, redierunt per vias diverſas.

MCCCXI.

Concilium Viennenſe biennio celebratur.

Ludovicus Caroli II. Regis filius & Toloſanus quondam Epiſcopus in Sanctos refertur, à Papa Joanne XXII. anno ejus ſecundo.

MCCCXII.

Chunradus Archiepiſcopus Salzburgenſis die annuntiationis Beatæ Virginis ubiit, & III. kal. April. eligitur Weichardus de Polhaim à Clemente Papa, pallio honoratus.

Henricus Rex Romam ingreſſus, Imperator coronatur.

Monaſterium Kunigsveld in loco, ubi Albertus Romanorum Rex occiſus eſt, ab Elizabeth Regina vidua conſtruitur.

MCCCXIII.

Weichardus Archiepiſcopus Saltzburgenſis XIII. kal. Aug. aperuit tumbam S. Rudberti, & invênit reliquias, primo beati Ruperti cum capite, B. Martini in magna quantitate, S. Vincentii Martyris in magna quantitate, B. Hermetis M. Beati Criſanti & Dariæ & Giſlarii; & eodem anno oſtendit populo easdem reliquias in feſto Nativitatis Mariæ & in ſequenti proximo feſto S. Ruperti translationis dedicavit novum altare Beato Ruperto & prædictas reliquias ibi repoſuit & recondit; & ſequenti feſto translationis ſancti Virgilii conſecravit altare ſancti Virgilii conſtructum per ſuum anteceſſorem Chunradum & ibidem reliquias ejusdem Sancti repoſuit.

Philippus Rex Franciæ dictus pulcer leprâ percutitur. Habuit tres filios Ludovicum Regem Navarræ, Philippum Comitem Pictavienſem & Carolum Comitem Marchiæ.

Comitiſſa Hollandiæ Margareta ſimul eodem tempore peperit CCC. & LXIII. infantulos omnes vivos, & aſperſione baptiſabantur. Hæc enim ſtolidè loquebatur, quod mulier non poſſet ſimul parere duos fru-

fructus, niſi duos haberet ad hoc patres, ideò Dominus ei hæc permiſit.

MCCCXIIII.

Cœleſtinus V. quondam Papa canonizatur anno præcedenti Avenione ſub nomine Petris Confeſſoris. Hic Ordinem Cæleſtinorum inſtituit ante Papatum.

Clemente mortuo vacavit ſedes annis II. menſibus III. diebus XVII.

Ludovicus Francorum Rex Philippi filius regnavit annis duobus.

Henricus Imperator Piſis novis comparatis copiis & cum Genuenſibus Fridericóque Siciliæ Rege conventionibus factis contra Robertum Apuliæ Regem ire contendit, quo in itinere apud Boncooventum morbo ſuperante vitam finit, cujus corpus totum denigratum fuit. Vacavit imperium quaſi per annum.

Cometes apparuit verſus Aquilooem per ſex Ebdomades quaſi in ſerie virginis.

MCCCXV.

Weichardus Archiepiſcopus Salzburgenſis v. Non. Octobris percuſſus generali Spaſmo in toto corpore & graviſſimo & etiam letargia tandem pridie Non. Octobris obiit.

Fridericus de Leibnitz Præpoſitos & Archidiaconus Salzburgenſis IX. kal. Novembr. in Archiepiſcopum eligitur.

Ludovicus IIII. Dux Bavariæ Romanorum CVIII. cepit, annis XXXII. regnavit. Electores dividuntur; altera pars Fridericum Auſtriæ Ducem eligit, & duravit ſchiſma annis VIII.

Peſtilentia & fames in Germania ſævit maximè, ubi tertia pars hominum proſtrata fuit, & infra unum diem infecti deficiebant.

Sancius X. Rex Caſtellæ obiit, cui ſucceſſit filius Fernandus III. Rex Caſtellæ XI. regnavit annis XV.

MCCCXVI.

Joannes XXII. Papa ſedit annis XVIII. menſibus III. diebus XXVII.

Ludovico Francorum Rege mortuo ſucceſſit, & Joanoes ejus filius puer diebus XX. poſt quem Philippus Ludovici frater annis V.

MCCCXVII.

Joannes Papa publicavit conſtitutiones Concilii Vienneoſis, mittens eas Univerſitati Aveniooenſi ſub Bulla, mandans ut in ſcolis & judiciis eis de cætero utantur.

Idem Papa reformavit Ordinem Grandimontenſem, qui propter Prælatorum & Fratrum eorum diſſenſionem gravem patiebatur jacturam.

Ferrarienſes ſubtraxerunt ſe à Dominio Eccleſiæ & exin Marehiones Eſtenſes acceperunt Dominium ejus ſicut ordinatum fuerat de voluntate civium Ferrarienſium.

MCCCXVIII.

Marchio Brandenburgenſis Waldemarus moritur nullum relinquens hæredem; ideò Ludovicus Rex contulit filio ſuo Marchiam, quam poſſedit usque ad annum Domini MCCCXLIII.

Joannes Papa pridie Idus Martii de Fratrum ſuorum conſilio conſtituit novum ordinem militum, qui dicerentur de militia Chriſti in regnis Portugaliæ & Algarbi ad reſiſtendum Saracenis Bæticam & Africam incolentibus, cujus Ordinis Caput ſeu Dominum Principalem conſtituit in caſtro Marino Silvanenſis Diœceſis.

MCCCXIX.

* *Hic annus in Cod. Mſc. excíſus eſt.*

MCCCXX.

Fridericus Dux Auſtriæ Rex Romanorum electus intravit per civitatem Muldorf Bavariam cum magno exercitu atque forti. Cui Ludovicus Dux Bavariæ ſimiliter Rex Romanorum electus occurrit juxta Muldorf & contra eum caſtra metatus eſt viriliter pugnaturus, Baronibus ac potioribus pecunia, ut dicitur, corruptis, Bavari miſerabiliter ſunt decepti & in fugam converſi nullo penitus perſequente; Quod cum Duces Auſtriæ percepiſſent ultra progredientes cum ſuo exercitu omnes villas & caſas pauperum usque Ratisponam vaſtaverunt incendiis & rapinis; ſed nullum potuerunt caſtrum quantumvis modicum obtinere, cum autem prope Ratisponam veniſſent, petierunt à civibus, ut ſibi ad partes Reni tendentibus darent copiam per civitatem eorum cum exercitu tranſeundi. Quod cum eis (quodam præpotenre dicto Gumperto contra multorum voluntatem procurante) fuiſſet denegatum, omnibus itineri ſuo adjacentibus devaſtatis, ad Auſtriam ſine omni infeſtatione reverſi, Ratisponcoſibus multa damna & pericula intulerunt, veſtiaria eorum, quæ Wienoæ habebant, miſerabiliter ſpoliando.

Joannes Papa XV. kal. Aug. canonizavit Avinioni S. Thomam Epiſcopum Hcreſordenſem.

MCCCXXI.

Dantes Aligherius Florentious Poëta Ravennæ in exilio moritur ætatis ſuæ anno LVI.

Joannes Papa conſtitutionem Nicolai III. quæ incipit: *Exiit, qui ſeminat*, ſub pœna excommunicationis prohibet, ne quis eam gloſet vel diſputet, quod diverſimode poteſt intelligi.

Francis regnat Karolus præcedentis Philippi frater annis VI.

MCCCXXII.

Fridericus Dux Auſtriæ & Styriæ, Romanorum Rex electus in multitudine gravi præparans exercitum contra Ludovicum Bavariæ Ducem ſimiliter Romanorum Regem electum, habens in auxilium Epiſcopos Fridericum Salzburgenſem, Albertum Patavienſem, & præterea multitudinem

Ungarorum paganorum, qui faciem terræ operiebant ut locuſtæ, his omnibus prægordinatis venit in civitatem Patavienſem & glorioſè pertranſivit, dein cis Ænum procedens, denudationem Eccleſiarum, incendium ædificiorum immane faciens more Tyrannorum ſive Barbarorum, nulli parcens, divertit propè oppidum Muldorff in tubis & timpanis jocondiſſimus manens ibi per diem. Appropinquabat autem Ludovicus Rex ex adverſo militiâ vallatus ſtrenuiſſima & cum eo Joannes Boëmorum Rex, Hainricus Bavariæ Dux cum ingenti ſtrepitu militari, valliſque modicus * erat utroſque. Orto vero ſidere die ſequenti videlicet S. Wenceslai M. commiſerunt utrique Reges bellum & ingravatum eſt nimis prælium ac induratum ab horâ primâ uſque ad horam nonam, ceciderúntque vulnerati multi & occiſi ex his & illis; verterunt autem Dorſa Fridericus cum ſuis & comprehenſus eſt ipſe vivus primo, poſt hunc Henricus Dux frater ejus, cæterique nobiles numero mille quadringenti, in captivitate pariter omnes ducti ad loca rutiſſima ubi jugis eorum habebatur cuſtodia. Rex vero Fridericus ducitur ad Caſtrum Trauſenicht, diſtans ab oppido Nabburga circiter unum miliare, ubi plurimas inſidias antiqui hoſtis pertulit, qui eum nitebatur à captivitate liberare, agente hoc, ut aliquando dicebatur, per incantationes uxore ſuâ, ſive ut alii dixerunt Leopoldo fratre ſuo, propter quod ferreæ cruces in omnibus feneſtris præfati caſtri Trauſenicht, prout hodiernâ die apparent, ſunt factæ.

* leg. puto *medius.*

Joannes Papa edidit conſtitutionem quæ incipit: *Ad conditorem Canonum*, contra fratres Minores qui ſibi multa uſurpabant.

Soldanus Syriæ cum XXX. milibus Saracenorum equitum diſcurrentes per Armeniam inferiorem, ipſam cœperunt & deſtruxerunt ex toto uſque ad maritima, exceptis quibusdam fortalitiis montanearum, & omnes Armenos & Chriſticolas, quos repererunt, ſecum ducentes, aliquos occiderunt, alios in ſervitutem redegerunt, ſicque regnum illud deſolatum eſt.

MCCCXXIII.

Thomas Aquinas à Joanne Papa inter Sanctos relatus eſt IIII. Non. Junii.

Papa Joannes conſtitutionem edidit quæ incipit: cum inter nonnullos contradicentes Chriſtum & Apoſtolos nihil in hoc mundo poſſediſſe, id errorem cenſens & tanquam hæreticum damnans qui idem affirmaret.

Idem Papa contra Ludovicum Regem proceſſus horrendos publicat.

Joannes Andreæ publicavit Novellam ſuper decretales & poſt quindecim annos moritur. Hæreſis Fratunculorum de Opinione vel pauperum de Lugduno, orta anno præcedenti. Tartari Gazariæ & Ruſſiæ cum exercitu trecentorum millium equitum venerunt uſque ad CPolin & citra, ubi centum & quinquaginta milia Græcorum partim occiſi, partim capti ſunt.

MCCCXXIIII.

Cives Magdeburgenſes Epiſcopum ſuum Dominum Burchardum Lappen, nobilem natum, ſceleratiſſimè occidunt cum clavâ, propter defenſionem virium Eccleſiæ.

MCCCXXV.

Concordia & pax firmatur inter Ludovicum Regem & Fridericum. Nam Ludovicus Rex ſine omni pecuniarum, civitatum ac terrarum exactione more liberalis Principis ipſum Fridericum priſtinæ reddidit libertati, nihil aliud quàm regni Romanorum ab eo & ſucceſſoribus ducibus Auſtriæ, quotieſcunque aliquis Ducum Bavariæ eſſet in electione Romanorum regni accipiens in litteris abrenunciationis. Legitur quod in ſignum & robur tantæ amicitiæ inter illos contractæ, ſimul ſumpſerint Corporis & Sanguinis Domini Sacramentum. Ipſe autem Fridericus in Auſtriam reverſus oblitus promiſſionis quam ſub ſacri Corporis Chriſti ſumptione fecerat, regem Romanorum ſe nominabat ſicut prius & ſcribebat, unde etiam poſt aliquot annos à pediculis eſt devoratus. Gentilis Fulginas & Dinus Florentinus medicus, inſignes habentur.

MCCCXXVI.

Henricus Dux Auſtriæ obiit.

MCCCXXVII.

Ludovicus Petrum Corbarienſem Ordinis Minorum antipapam facit, à quo ſibi coronam imponi jubet.

Joannes Papa edidit conſtitutionem quæ incipit: *In agro Dominico* contra ſingulatia dubia ſuſpecta & temeraria, propter Begardos Hæreticos prædicantes, & Beginas.

Francis regnat Philippus trium præcedentium regum Patruelis frater annis XXIII.

MCCCXXVIII.

Petrus de Murone, qui quondam Pontifex Cæleſtinus V. dictus eſt, in Cathalogo Sanctorum deſcribitur. Ut ſuperius ad A. MCCCXIIII.

MCCCXXIX.

Fridericus Dux Auſtriæ, quondam Rex, obiit.

MCCCXXX.

Die S. Vitalis primus lapis ponitur à Ludovico Imperatore Monaſterii Ettal Ord. S. Benedicti, fundatúrque Abbatia cum XXII. perſonis & primus Abbas de Reichenbach nomine Fridericus Heinreichrewtter accipitur. Inſtituitur etiam ibidem manſio XII. militibus cum uxoribus eorundem & ſex viduis, quibus dabatur Præbenda ut monachis, & duravit hoc Imperatore vivente tantum, quo defuncto filii

filii ſui bona per patrem tradita ſibi uſurpaverunt, propter quod milites ibidem deſeruntur, & monachi attenuantur. Græci Turcos invadentes, ingens bellum excitârunt, quod proximis annis ſæpius renovatum eſt.

Solis & Lunæ eodem anno facta defectio.

Fernando III. Rege Caſtellæ XXI. mortuo, ſucceſſit filius Alphonſus X. Rex Caſtellæ XII.

MCCCXXXI.

Facta eſt magna diſſenſio inter Principes inferioris Bavariæ, videlicet Henricum Seniorem, qui habebat filiam Joannis Regis Bohemiæ ex parte una, & inter Ottonem fratrem ejus & Henricum juniorem patruum eorum ex parte altera. Imperator igitur, cujus auxilium juniores principes invocaverant, & Joannes Rex Boemiæ ſocer ſenioris Henrici venerunt cum multis principibus & comitibus Ratiſponam, ut prædictos principes ad concordiam reducerent atque pacem. Sed cum multis viis attemptatis nihil viderentur proficere, duritiâ principum obſiſtente, tandem placitatum fuit ut principatus inter eos divideretur. Quod & factum eſt. Nam in eadem diviſione ceſſit Henrico ſeniori Landſhuet, Strawbing, Scherding, Pfarrkirchen & plura his adjacentia: Ottoni fratri ejus ceſſit Purckhauſen, Oting, Traumſtain, Hall & plura adjacentia usque in Salzburgam & ad montana: porrò Henrico juniori patruo prædictorum ceſſit Dingolfing, Landaw, Vilshoven, Tegkendorf, Kamb, Pogen, Kelhaym & plura adjacentia. Actum circa feſtum S. Bartholomæi.

MCCCXXXII.

Die cinerum Henricus ſenior Dux Bavariæ cepit Ottonem fratrem ſuum & Henricum Patruum Duces Bavariæ impugnare quottidianis præliis incendiis & rapinis; Qui ſe defendendo ſeu vindicando totam ex utraque parte terram à die cinerum usque ad feſtum Joannis Baptiſtæ, nulla inter eos interim pace habita, miſerabiliter devaſtaverunt. Juniores igitur videntes ſe non poſſe reſiſtere ſeniori, Imperatoris Ludovici Auxilium tam fortiter implorabant quod forti exercitu Strawbingam civitatem ſenioris Henrici potenter circumdaret, & obſedit eam feriâ ſecunda poſt feſtum S. Udalrici & in eâdem obſidione permanſit usque in feriam quintam ante feſtum S. Bartholomæi, & quamvis civitati nullam vim inferre potuerat, manſiſſet tamen diutius & ſeverius laboráſſet, ſi Rex Boemiæ Joannes non veniſſet, & tam Imperatorem cum Duce Henrico quam principes inter ſe concordaſſet amicabiliter & ſapienter.

MCCCXXXIII. MCCCXXXIIII.

Otto Dux Bavariæ obiit.

Joannes Papa moritur III. Non. Decembr. die Dominica Avenione relinquens in Theſauris aurearum drachmarum XXV. milia, hoc eſt milies XXV. milia, nec legitur aliis temporibus Eccleſiam Romanam fuiſſe locupletiorem.

Benedictus XII. Papa, in vigiliâ S. Thomæ eligitur, ſedit annis VII. menſibus III. diebus XVII. & proxima die conſiſtorium tenuit.

Joannes Mandevil Anglicus miles & Doctor Medicinæ, mirabilem peregrinationem fecit, quam & deſcripſit.

MCCCXXXV.

Ludovicus Imperator conſtituit Henricum Ducem Bavariæ inferioris procuratorem regni per Alemanniam cum litteris patentibus. Mox igitur Henricus Vir potens & Dives ad partes Rheni ſe tranſtulit, ubi pro oſtenſione gloriæ ſuæ multa pecunia expenſa civitatem Aquenſem & quasdam alias cepit attemptare, non per ſe ſed per interpoſitam perſonam, Regem videlicet Boemiæ, ut eum litteras Imperatoris habentem ſuſciperent, & tanquam Domino fidelitatis facerent Juramentum. Statim civitates, in Termino quem ad reſpondendum acceperant, ad Imperatorem miſerunt, ſuum ſuper tali reſponſo Conſilium requirentes. Qui expaveſcens, non ſolum prohibuit, ſed etiam litteras ad omnes civitates regni feſtinè direxit. Quibus litteras de procuratione regni Henrico Principi datas ſerioſius revocavit; & ſic Princeps, qui propter magna acquirenda exierat, minus glorioſè ad propria eſt reverſus; Cùmque in terram ſuam eſſet reverſus cœpit Imperatorem quotidianis rapinis & incendiis infeſtare.

Benedictus Papa decretalem edidit qui incipit: *Benedictus Deus in donis ſuis*, contra errorem dicentium, animas ſeparatas à corporibus quantumcunque purgatas, non videre Eſſentiam divinam viſione faciali & intuitiva, niſi poſt diem judicii reſumptis corporibus, quem ut hæreſim damnavit.

MCCCXXXVI.

Joannes Rex Boemiæ veniens Avenionem conqueſtus eſt Domino Papæ quod Imperator Ludovicus magnam Henrico Duci Bavariæ, genero ſuo, fecerit injuriam, in eo quod literas de procuratione regni ſibi datas tam ſubito & ſine causâ debita in eorum confuſionè revocaverit & annullaverit. Super quo diverſis conſiliis hinc inde habitis, multisque bonis à Papa promiſſis Idem Rex promiſit ſe velle Imperatorem in anni ſpatio, ipſi Apoſtolico aut vivum aut mortuum aſſignare.

Comperto hoc Imperatore intravit inferiorem Bavariam cum glorioſâ militia, numero ſex milium, & in campeſtribus oppidi Landaw, quaſi in medio ejusdem terræ ſiti caſtra metatus eſt juxta fluvium Yſaram, cujus profunditatem ſi tranſire potuiſſet verſus Boemiam libenter feſtináſſet. Cum autem ibidem per aliquot dies graviter pro victualium penuria adverſarios ex-

expectaret, venerunt Rex Boemiæ & Dux Henricus cum exercitu trans fluvium ex oppoſito exercitûs Imperatoris. Imperator autem cum ad hoſtes tranſire non poſſet, & ipſi per octo dies ab eo ad impugnandum expectati non tranſirent, vel tranſire formidarent, penuriâ victualium coactus à loco receſſit & ſecundum Ripas fluviorum Yſaræ & Danubii Pataviam deſcendit, ubi hominibus & jumentis reſocillatis, curribúsque eorum victualibus onuſtatis, omnia inter fluvios Eni & Iſaræ, præter civitates, devaſtantes, ad propria redierunt nemine eos moleſtante. Rex autem Boemiæ & Dux Henricus in eodem loco, ubi Imperator & ipſi caſtra metati fuerant, ad triduum permanſerunt, quaſi Imperatore fugato triumphaverunt. Quapropter ipſe Rex ſcripſit Apoſtolico ſub ſigillis quorundam Principum Sclavorum & aliquorum in Bavaria Prælatorum, quod eundem Impetatotem, ſi quantocius non fugiſſet, aut vivum aut mortuum obtuliſſet, volens per hoc ſatisfeciſſe promiſſis.

Eodem tempore quidam fratres de Ordine Minorum videlicet Franciſcus & Wilhelmus Okkam (à quo quidam Dialectiei vocantut Occaniſtæ) viri litterati, gratiam Apoſtolicam non habentes venerunt ad Imperatorem Ludovicum Monaci, & ei appellationem contra Papam formaverunt, mediante qua in Franckfort appellavit contra ſententias Papæ in ſe latas; verum quia multum hujusmodi appellationi derogabatur, ipſi quidem tractatum ſecerunt, in quo probare nitebantut quod poteſtates, ſcilicet Pontificalis & imperialis, ſint immediatè à Deo & diſtincte, una, ſcilieet Pontificalis in ſpititualibus, altera Imperialis in temporalibus, & quod Imperium non habetur à Papa, & quod electus in Imperatorem ex ſolâ electione eſt verus Rex Romanorum, & quod Papa non habet univerſalis jurisdictionis plenitudinem poteſtatis in temporalibus, & plura ſimilia, in quibus fratres Minores defendere, Prædicatores verò offendere Imperatorem nitebantut. Ipſi enim Prædicatores ſententias interdicti & excommunicationis in Imperatorem à Domino Joanne XXII. Papa dudum factus tunc primum in Ratispona & Landzhut cum Princeps Henricus cum Imperatore diſcordabat, in ſe teceperunt, divina non niſi clauſis januis celebrantes, mortuo autem Henrieo Duce & filio ejus Joanne cum Principatus in manus Ludovici veniſſet cum quodam Satrapa dicto de Tegk clam compoſuerunt, ut violentiam minitando occaſionem vel excuſationem eis daret Divina publicè celebrandi. Quod & ſactum eſt; Cumenim Imperator in Lanzhut eſſet quâdam die prædictus Dux de Tegk venit accenſis ſaculis in Monaſterium Prædicatorum, clamitans quaſi iratus & nimium furibundus ut ſine mora publicè divina cantarent, aut ſuæ Eccleſiæ ac omnium rerum ſuarum in nſtanti Incendium paterentur; Qui mox occaſione excuſatoriá, abſolutione populi nuo expectatâ divina publice celebtare cœperunt. Prædicatotes etiam in Râtispona cum circa viginti annos divina januis elauſis celebraſſent, cum Dominus Papa uullam eis gratiam faceret, cœperuot ſimili modo divina publicè celebrare, dicentes quemdam Epiſcopum cum iis diſpensâſſe. Originalis autem cauſa controverſiæ inter Prædicatores & Minores, ſic legitur accidiſſe: Quidam vir Magnus Ordinis Prædicaturum inquiſitor fuit Hæreticorum, qui quandam ob hæreſim conveniebat, eundémque quidam de Ordine Minorum deſendere nitebatur & principaliter in materia de Paupertate Chriſti. Quæ res ad Apoſtolicam ſedem devoluta (quæ tunc Avenione erat) ita ventilando invaluit ut ſedes Apoſtolica manifeſte contra quosdam fratres procederét. Nam quidam frattes Minorum in hoc non aſſentiebant. Sicque factum eſt ut Ludovico Imperatori in indignatione Papæ exiſtenti fratres Minores jungerentur, facientes Antipapam Petrum de Corbaria Ordinis fratrum Minorum appellantésque eum Nicolaum V.

MCCCXXXVII.

Inventum eſt Corpus Dominicum in Tegkendorf à Judæis ludibrio habitum, multa genera pœnarum in eo exercentes, propter quod Judæi anno inſequenti ſunt igne cremati.

Cometes quatuor menſes apparuit & antequam extinctus ſit, alter emicuit menſibus duobus.

Pluvia ſanguinis fuit in Erfordia Turingiæ colore rubicundiſſimo.

In Confluentia urbe ubi Moſella Rhenum influit puella novem annorum à Coco patris ſui gravidatur & filium pulchrum peperit, quod tamen monſtruoſum in natura fuit.

MCCCXXXVIII.

Orta eſt ſuſpicio maxima de Judæis, qui in Synagogis ſuis venetandam & ſalutarem Hoſtiam Corporis Chriſti irriſerunt & inter alia ludibria ſpinis acutis usque ad effuſionem Sanguinis transfixeruut, quapropter circa Feſtum S. Michaëlis in omnibus civitatibus præter Ratisponam & Wiennam per totam Bavariam & Auſtriam à populo pauperum miſerabiliter & crudeliter ſunt oeciſi. Imo Principes cum eorum officialibus eosdem Judæos defendere prætendentes, niſi quantocius fugiſſent, trucidati fuiſſent. Hanc itaque vindictam à Deo proceſſiſſe à multis approbatum eſt. Unde verſus:

Annis Millenis ter denis & octo trecenis,
Judaicus populus tunc temporis eſt trucidatus.

Eodem anno circa Feſtum Affræ martyris innumerabiles locuſtæ ab oriente venientes in Bavaria apparuerunt ſenas habentes alas, ſex pedes, duos dentes lapidibus duriores, ut caſtrorum acies turmatim volantes ſpatium diurni itineris tribus aut quatuor miliaribus extendentes; omnia viridia

ridia in herbis & arboribus devaſtantes, quo pervenerunt certum non habetur, licet quidam dicant eas in mari ſubmerſas.

Fridericus Archiepiſcopus Saltzburgenſis obiit. Henricus de Pirnprun eligitur in Archiepiſcopum.

Ludovicus Curiam ſolemnem in Franckfurt congregavit, Regum, Principum & doctorum, ubi multa ſtatuta legalia innovavit.

MCCCXXXIX.

Benedictus Papa novas conſtitutiones Religioſis omnibus ordinat.

Cenſu Florentiæ agitato inventa ſunt hominum intra urbem degentium XC. Milia.

MCCCXL.

Piſces Carpones dicti, vulgò *Karpfen*, ab Hungaria in Danubio venerunt in maxima multitudine, ita ut ubique in terra ſecus Danubium tot pro Denario venderentur, quod populus eos quaſi immundos abnueret.

Henricus ſenior Dux Bavariæ obiit die S. Egidii.

Sarracenorum X. milia ab Hiſpanis cæſa & totidem capta.

Franci ab Anglis ſuperati, decem eorum milia periere.

Peſtis Florentiæ XVI. milia urbanæ multitudinis extinxit.

S. Petrus de Ordine Prædicatorum transfertur, ubi multa miracula contigerunt.

MCCCXLI.

Joannes unicus filius Henrici Senioris Ducis Bavariæ obiit Thomæ Apoſtoli, quapropter tota ferè terra Bavarica planxit, quia ſine legitimis Dominiorum hæredibus exitit.

Eodem anno Fridericus Præpoſitus Ratisponenſis Burggravius Nurnbergenſis præficitur Epiſcopus Eccleſiæ Ratisponenſi. Hic Epiſcopatum multum deſtruxit & capitulum flebiliter attenuavit, poſt cujus obitum Epiſcopatus vacavit per Triennium.

Eodem anno primâ die menſis Martii ingreſſus eſt Saturnus primum punctum Capricorni, & tunc initiabatur peſtilentia illa magna, quam totus expertus eſt mundus, ſed priusquam veniret in Bavariam regnavit primo in partibus Transmarinis, dein Gallicanis ferè per octo annos.

Monaſterium Carthuſienſium Coloniæ erigitur.

Benedictus Papa moritur, paucis dolentibus propter ejus rigorem, unde quidam ſcripſit de eo in Epitaphio:

Hic ſitus eſt Nero, Laicis mors, vipera Clero,
Devius à vero, cupa repleta mero.

MCCCXLII.

Clemens Papa VI. ſedit annis X. menſibus VI. diebus XXVIII.

Robertus Apuliæ Rex nullo ſibi ſuperſtite filio moritur, & Andream Caroli fratris ſui filium, Hungariæ Regis, cui Joannam neptem uxorem dederat, poſt ſe regnare jubet, qui regnavit annis tribus.

MCCCXLIII.

Ortolfus de Weiſſenegk eligitur in Archiepiſcopum Saltzburgenſem.

MCCCXLIIII.

Abbas & Conventus S. Petri Monaſterii in ſuperiori Altach, Ordinis S. Benedicti Ratisponenſis Diœceſis, inceperunt magnum & arduum Opus proſequi, Danubium ab antiquo ſuo decurſu retractum, per novam, quam in magna diſtantia à monaſterio foderant, vallem, abducentes; Nam per longa tempora ita monaſterio crebra littoris ſulcatione appropinquavit, ipſum continuè minabatur funditus ſubvertendum, diſtabat enim vix ad unius ſagittæ ſpatium. Continuantes verò hujusmodi laborem plusquam per decem annus, expenſisque plusquam mille librarum denariorum Ratisponenſium, multi redditus exinde à prædicto Monaſterio ſunt abalienati.

Eodem anno Philippus Rex Franciæ & Eduardus Rex Angliæ campeſtri bello conveniunt. Eduardus habens Ludovicum in auxilio, Juannes verò Rex Boemiæ perſonaliter quamvis cæcus, Regi Franciæ auxiliabatur. Cernentes igitur milites cuſtodiæ Regis Joannis exercitum Francigenarum bellum contra Anglicos ſuſtinere non poſſe, ipſum Regem Joannem viriliter præliantem cum cautela à bello deducunt, qui ſentiens ſe in tumore belli non eſſe, dixit militibus; ubi ſumus, quia clangorem armorum cum percuſſione non ſentimus? qui dixerunt: Domine, bellum pro noſtris jam quaſi penitus eſt amiſſum, quare volumus vos de manu inimicorum eripere. Tunc Rex furioſè in talia verba prorupit: In mea juventute nunquam inimicorum facies evitavi, modo cum ſim ſenex & orbus, nolo virile nomen in ſenectute delere. Melius eſt cum virilitatis honore mori, quam cum opprobrio & vilitate in vita marceſcere. Obſecro itaque vos, ut ad prælium me conducatis, & ibi cum enſe in manu meam faciam ſepulturam. Quod & factum eſt, nam iterum bellum conſeritur, & Joannes Rex, licet ferè Francorum recuperaſſet exercitum, in fine tamen eum ſuis militibus lætaliter proſtratur. Rex autem Angliæ pro tanta victoria cum ſuo exercitu usque ad portas Pariſius militavit, multa damna inferendo.

Hic Joannes Rex Boëmiæ, filius fuit Henrici Imperatoris Comitis de Lucemburg, & Pater Caroli IIII. Romanorum Imperatoris. Hic etiam Rex Joannes fuit in comitatu Ludovici pro tunc electi Regis, poſtea Imperatoris ipſum auxiliando dum de Friderico Duce Auſtriæ bello campeſtri in Amphing glorioſè triumpharet.

Chriſtiani magnâ claſſe in Turcos vecti Smyrneum oppidum obtinuetunt, & magis dein,

dein, utriusque gentis clade, ſæpius pugnârunt.

Andreas Rex Apuliæ laqueo necatus eſt.

MCCCXLVI.

Fames ingens per univerſam Italiam, in qua mendicantium turbæ vel inhumano quoque cibo vix ſuſtentatæ fuiſſe traduntur.

Eduardus Anglorum Rex Philippum Francorum Regem ſuperat, quo prælio ſupra XX. hominum millia periêre.

MCCCXLVII.

Carolus IIII. Rex Boëmiæ filius Joaonis Regis Boëmiæ & Nepos Henrici Imperatoris, conſeoſu aliquorum Electorum Romanorum Rex eligitur, & per Clementem Papam VI. Avenione in Imperatorem coronatur, ordinatione & diſponente hoc Philippo Rege Franciæ apud Papam, volens per hoc vindicare ſe in Ludovicum Imperatorem & remunerare ſervitia defuncti Regis Joannis pro eo in bello adverſus Regem Angliæ vitam amiſſo. Huic electioni oppoſuit ſe Guntherus Comes de Schwarzburg vir magnanimus, Romanorum Regem ſe nominans, nec à propoſito flecti potuit quousque ex intoxicatione à quodam Phyſico propinato procurante eodem Carolo moreretur; quo mortuo, oullo reſiſtente tenuit regnum vir multum aſtutus & in ſpiritu naturali acutus.

Hic flamma divini fervoris accenſus, diverſa Monaſteria in civitate Praga conſtruxit, in ſingulis ſingulos conſtituens ordines, utpote Ambroſianorum ſclavorum currentium &c. Erexit etiam ſtudium generale in eadem civitate, inchoans per Magiſtros artium de Collegio Erfurtenſi pro tunc noviter erecto, inter quos erat Magiſter Gerhardus primus Doctor in eodem ſtudio Pragenſi in Theologia gradatus, alter quidam Bavarus, qui nationem Bavarorum introduxit. Fuêre enim in hoc Collegio quatuor nationes, ſcilicet Bavarorum, Bohemorum, Saxonum & Polooorum.

Eodem anno Beatus Ivo Brito catalogo Sanctorum eſt adſcriptus XIIII. kal. Junii à Papa Clemente VI.

His temporibus in Oppido Wiennenſi Patavieoſis Dioceſis à Rudolpho Duce Auſtriæ ſtudium generale erigitur. Poſtea per Albertum tertium, fratrem ejusdem Rudolphi ex ſpeciali conceſſione & indulto Urbani Papæ V. privilegiis dotatur, diſtinguens Clerum adinſtar ſtudii Pariſienſis in quatuor nationes, ſcilicet Auſtralium, Reoenſium, Hungarorum & Saxonum.

His etiam temporibus à Ruperto Comite Palatino Rheni dicto Ruffo (eo quod crines rubeos habuit) erigitur in Haidelberg ſtudium generale. In his quatuor ſtudiis fuerunt primum tantum tres Facultates, ſcilicet Artium, Medicinæ & Juris. Sed tempore Gregorii XI. introducta eſt & quarta, ſeilicet Theologica.

Carolus IIII. Romanorum CIX. XIIII. menſibus ante mortem Ludovici electus imperavit annis XXXIII.

Nicolaus frater Caroli Imperatoris, Patriarcha Aquilegienſis, fratrem cum plerisque Illuſtribus Viris Romam ſecutus eſt defuncto Nicolao, Ludovicus Mediolanenſis ſucceſſit.

MCCCXLVII.

Obiit Magiſter Joannes Andreæ Bononienſis, ut dicitur, Joannes Caldrini in repetitione Capituli: v. de cohabit. Cler. & mu. Hic ſcripſit Novellas ſuper Decretalibus & ſexto, cum Quæſtionibus Mercurialibus. Hic etiam fecit gloſas ſexti & Clementinarum excellentes. Scripſit additiones ſpeculi ubi in titulo de Fi. Presbytero ſe fatetur fuiſſe filium Presbyteri, excuſans tameo ſe quod pater ſuus ante presbyterium habuit uxorem legitimam, de qua ipſe ſit natus. Hic ex ſingulari zelo, quem in B. Jeronymum habuit, omnia ejus opuſcula exploravit, & in unum volumen compegit, quod incipit ſic: *Jeronymianum hoc opus &c.*

Eodem anno in die S. Gereonis Martyris Ludovicus Imperator obiit (1) ſepultus (1)
Monaci in Eccleſia Parrochiali Beatæ Virginis. Hic habuit ſex filios, quorum ſenior Ludovicus fuit Marchio Brandenburgenſis Dux Bavariæ & Karinthiæ, Comes Tyrolis, Advocatus Aquilegieoſis, Brixinenſis & Tridentinenſis. Hic erat vir ſtrenuus, bellicoſus & largus. Secundus verò Stephanus frater ejus ex utroque parente poſſedit Lantzhutam & terram verſus Saltzburgam. Quatuor ultimi fratres, quorum minor fuit natione de Hollandia Albertus, poſſedit Straubingam & inſeriorem Bavariam; Wilhelmus verò Hollandiam, Selandiam cum ſuis pertinentiis, cujus Gubernator Albertus frater ejus extiterat, qui furibundus factus ex intoxicatione quadam fuerat, tertius Ludovicos cognomento Romanus (eò quod Romæ natus fuit) unàcum juvene fratre Ottone pro hæreditate receperunt Marchionarum Brandenburgenſem, quem frater ſenior Luduvicus ipſis reſignavit, ſibi ſuperiorem Bavariam & Carinthiam retinuit. Ab his Principes Bavariæ ſuperioris & inferioris noſtri temporis, ſcilicet anno Domini MCCCCLXXXVI. deſcenderunt hoc modo: Stephanus, qui poſſedit Landshutam, genuit filios tres ſcilicet Stephanum, Fridericum & Joannem. Horum ſagacior erat Fridericus, unde cum paternam dividerent hæreditatem, ipſe Fridericus faciens tres partes principatum in Landzhut fecit eminentiorem cæteris, quem ſibi retinuit, promittens æquivalentiam facere aliis principatibus in certa pecuniarum ſumma, quod

(1) in marg. ad h. l. ab eadem manu. „ Qui in fine dixit: Deus propitius eſto „ mihi peccatori! quia, quamvis ſæpiſſimè peccavi, nunquam tamen te „ Deum miſerationum fide vel voto negavi.

quod & fecit, quoad vixit; poſt mortem verò multa mala exinde evenerunt.

Stephanus verò poſſedit Ingelſtat, vir bonus, diligens mulieres; Joannes autem poſſedit Monacum. Ex his Fridericus & Stephanus duxerunt in uxores duas ſorores Domini Mediolanenſis filias. Fridericus genuit Henricum, qui Ludovicum, qui Georgium nunc præſentem, & Elizabeth uxorem Friderici Margravii Brandenburgenſis, qui & Burggravius Nurembergenſis. Stephanus autem in Ingelſtat genuit Ludovicum & Elizabet Reginam, uxorem Karoli Regis Franciæ.

Joannes de Monaco duxit uxorem de Goritia, ex qua genuit Erneſtum & Wilhelmum Principes in Monaco, & Sophiam uxorem Wenzeslai quondam Regis Romanorum & Boëmiæ.

Principes autem Bavariæ inferioris ſcilicet Principatûs in Strawbing deſcenderunt à Ludovico Imperatore hoc modo.

Albertus filius Ludovici Imperatoris, qui poſſedit Straubingam, duxit Margaretam filiam Ludovici Ducis Poloniæ, qui genuit tres filios Wilhelmum, Albertum & Joannem. Wilhelmus tenuit Hollandiam & Selandiam & Friſiam, moritur una tantum filia ſuperſtite nomine Jacoba. Albertus principans in Straubing moritur primus inter fratres ſine liberis, non enim duxerat uxorem. Cui ſuccedit Joannes electus Leodienſis, mortuo verò altero fratre Wilhelmo ceſſit electione; Ducatum per Vice-Dominum gubernavit, ipſe verò Holandiam & Selandiam rexit.

Eodem anno ingens vapor magnitudine horribili boreali movens regionem, magno aſpicientium terrore per cœlum dilabitur. Beſtiolæ quædam multiplicato numero in oriente è cœlo ceciderunt, quarum corruptio & fœtor peſtilentiam intulerat.

MCCCXLVIII.

In converſione S. Pauli horâ quaſi veſperarum factus eſt terræmotus magnus, in diverſis mundi partibus evertens multas civitates, monaſteria & caſtra, præcipuè civitatem Carinthiæ Villach dejecit, montes ibidem inſimul conjunxit, ita quod ad decem ferè milliaria ſecundum longitudinem concluſerunt terram & populum, nec alicui patuit facilis exitus, terra etiam ab invicem ſeparabat, & quaſi per hiatum ſuſcipiebat homines usque ad cingulum, ex quibus quidam moriebantur, quidam verò ſalvabantur, & duravit ad octo dies.

Eodem anno ſævire cœpit in Bavaria, Boëmia & Auſtria magna peſtilentia, per multos annos tunc hic, nunc ibi regnando multa habitacula evacuavit. Ob hoc Clemens Papa VI. Miſſam cujus introitus eſt: *Recordare Domine, Teſtamenti tui*, pro peſtilentia celebrari inſtituit.

Lugubris & miſeranda peſtis penè per orbem, quæ in Aſia apud Indos incipiens, paſſimque provincias irrepens trium annorum ſpatio usque Britannos, ubique terrarum in omnes gentes deſævit; Et hoc anno amplius LX. hominum milia Florentiæ intra urbem abſumpſit, & per agrum cuncta prope deſerta dereliquit. Eo etiam anno eadem peſte Dominus Joannes Andreæ moritur.

MCCCXLIX.

Sævit crudeliſſima peſtilentia in Bavaria & Auſtria, qui interemit forſan tertiam partem hominum. Nam in Wienna Auſtriæ deceſſerunt una DCCCLX. homines; In Patavia verò una die CCLXX. homines.

Philippus Francorum Rex Viennenſium Principatum emit.

MCCCL.

Jubileus annus celebratur Romæ à Clemenre in quinquageſimum reductus, qui à Bonifacio VIII. in centeſimo peragi juſſus.

Philippus Francorum Rex obiit, & Joannes filius ejus in regno ſuccedit.

Peſtilentia prioribus annis plutimas Provincias debachata hoc anno ad fines Aquilonis usque venit, & in Lubec una ætate XC. milia hominum obierunt; Nam à primis veſperis S. Laurentii usque ad ſecundas ibidem interierunt M. & D. homines.

Alfonſus X. ex veneno mortuus poſtquam regnavit annos XX. reliquit Succeſſorem Petrum filium ejus XIII. Regem Caſtellæ, regnavit annis XVI.

MCCCLI.

Albertus Dux Auſtriæ filius Alberti quondam Regis Romanorum XIII. kal. Aug. obiit in Geminico Ordinis Carthuſienſium Monaſterio Auſtriæ à ſe fundato tumulatus. Hic ex Joanna uxore habuit quatuor filios Rudolphum, Fridericum, Albertum & Leopoldum & duas filias, ſanctimonialem unam, Ducis Meinhardi Bavariæ uxorem alteram, qui eo mortuo nupſit Marchioni Jodoco Moraviæ fratri Caroli quarti Imperatoris, Joanna verò eodem anno obiit XVIII. kal. Decembr. apud maritum tumulata.

MCCCLII.

Rudolphus primogenitus Alberti Ducis poſſedit Auſtriam, hic Princeps fuit prudens multum, invenit enim quosdam caracteres ignotos, quibus in ſcripturis ſecretis utebatur. Duxit uxorem Katarinam filiam Caroli IIII. Imperatoris Eccleſiam Parochialem ſancti Stephani Wiennæ erexit in collegium & præpoſituram, quam multis expenſis ampliare & conſtrui ac in honore omnium Sanctorum dedicari fecit; comitatum Tyrolis ſuæ ditioni ſubjugavit, nam ſoror ejus uxor Mainhardi Ducis Bavariæ & Comitis Tyrolis dicta *Maultaſch* vulgariter, marito mortuo nupſit Jodoco Marchioni Moraviæ, ſed impotentiam ejus accuſans, divortium petiit & obtinuit, prædictum comitatum eidem reſignavit cum omni jure.

Ludovicus Philippi Tarentini Principis filius, poſtquam contra Ludovicum Pan-

noniæ Regem Apuliæ regnum obtinuit Clementis Pontificis nomine Neapoli inunctus, regiam poteſtatem accepit.

Bartolus de Saxoferrato præſtabilis Juris civilis gloſſator obiit anno ætatis ſuæ LVI. &c.

MCCCLIII.

Innocentius VI. Papa ſedit annis X.

MCCCLIIII.

Karolus Imperator annu ſequenti cum uxore venit Romam circa feſtum S. Jacobi, ubi honorabiliter à Romanis ſuſceptus eſt; multos novos milites ordinavit. Sed plura adverſa in via perpeſſus eſt, in reditu emit caſtrum Stauff à Friderico Burgravio, Ratisponenſi Epiſcopo.

Joannes Vice-Comes, Mediolanenſium Præſul & bellicoſiſſimus Tyrannus moritur Nepotibúsque ex Luchino fratre Bernabovi & Galeacio dominatus ubique in Italia, præterquam genuæ ſalvus manſit.

MCCCLV.

Carolus Romæ ſolemni celebratione inunctus imperii coronam tranquilliſſimè ſuſcipit.

Henricus de Herfordia finit librum de rebus memorabilibus.

Balo Joannes CPolitanus Imperator in patriam rediit, pulſo per arma Catacuſino imperii detentore.

MCCCLVI.

In die S. Lucæ Evangeliſtæ hora veſperarum factus eſt terræmotus per totam Alemaniam & in quibusdam Galliæ partibus tam magnus, ut Baſilea ſolemnis civitas quaſi tota fuit deſtructa & complurima oppida & caſtra nocte eadem, civitati prædictæ circumjacentia per terræmotum tuerent, fuitque ibidem per tres menſes ſingulis noctibus terræ motus, ita quod pauciſſimi propter timorem in opidis manebant. In Hiſpania, Sibiliæ & Cordubæ plurima ædificia terræ motu corruerunt.

Albertus Dux Bavariæ obſedit caſtrum Naterberch.

Bartholus de Saxoferrato præſtabilis legum interpres & copioſiſſimus Explanator obiit ætatis ſuæ anno LVI.

Karolus Imperator, curiam ſolemnem Nurembergæ celebravit, Principum, Baronum & aliorum nobilium, ubi conſtitutionem edidit de Rege eligendo.

Ludovicus Pannoniæ Rex Venetis bellum movet, in quo ſuper XL. armatorum equitum milibus in Italiam ductis, Tarviſium obtinet.

MCCCLVII.

Die VIII. menſ. Novembris Avenione facta eſt propoſitio Richardi Archiepiſcopi Harmicanæ Eccleſiæ & totiusHyberniæ primatis in Conſiſtorio coram Papa & Cardinalibus & Prælatis ad utilitatem Cleri & populi Chriſtiani, ſimul materia mendicitatis ac Privilegiorum contra fratres de Ordinibus mendicantium quibuscunque.

MCCCLVIII.

Eodem anno circa nativitatem Chriſti, tres Reges Paganorum poſcebant ſe baptiſari, interpellantes ob hoc Imperatorem. Quibus ille occurrit cum nobiliſſimo Comitatu ſcilicet Principum, Baronum & militum; inter quos erant duo Duces Bavariæ. Videntes autem Pagani tantam gloriam Chriſtianorum mentiti ſunt, & fugam inieunt, at illi inſequentes eos multos occiderunt.

Poſt hoc in die Innocentum civis RatisponenſisReicher dictus occidit Magiſtrum Conradum de Brawnaw Canonicum Cathedralis Eccleſiæ, cum ipſe equitaret cum Epiſcopo puerorum(ut adhuc moris eſt Pataviæ) propter quod Fridericus Epiſcopus poſuit interdictum,& facta eſt magna diſſenſio inter Clerum & cives prohibentes filios ſuos neque in ſumo neque in veteri capella ſcholas viſitare, ceſſavitque dein ille ludus, (qui Epiſcopatus ſcolarium dicitur)qui fiebat cum magnis expenſis de ſtatutis novorum Canonicorum.

MCCCLIX.

Innocentius Papa ad inſtantiam Rudolphi Ducis Auſtriæ, capellam non curatam in caſtro Wiennenſi, in Eccleſiam collegiatam cum XXIIII. præbendis & Præpoſito erexit, ſubjiciens eam immediatè Sedi Apoſtolicæ & eximens jam ab omni jurisdictione Archiepiſcopi Salzburgenſis & Epiſcopi Pataviensis, Dioceſani loci. Datum Avenione II. kal. Januarii, anno Pontificatûs ſeptimo.

MCCCLX.

In die S. Oswaldi factum eſt incendium Ratisbonæ in foro, & combuſta eſt turris, in qua liquefactæ ſunt duæ campanæ.

Eodem tempore Dux Albertus Bavariæ, conſtruxit caſtrum in Strawbing & circumvallavit caſtrum Hilkerſperg.

Eduardus Rex Pariſium obſidet.

MCCCLXI.

Ludovicus ſenior, filius Ludovici Imperatoris dictus Margravius obit, relinquens filium unum Mainhardum, qui erat Comes Tyrolis, quem, cum juvenis erat, quidam Barones & milites, præcipuè de Abenſperg & de Laber Liberi (quorum progenies omnino defecit) nec non alii potentes contra voluntatem patruorum ſuorum gubernabant aliquo tempore. Fit igitur ut prædictus Mainhardus, & Fridericus juvenis filius Stephani Ducis obſiderent caſtrum Chotingwerd appellatum, quod conſiderans Stephanus Dux cum filio ſuo Stephano dictum caſtrum nititur defendere. Cum igitur bellum inire volentes Fridericus Dux patri ſuo Stephano de Conſilio ſuorum, verſus Ingolſtat cedit, filio igitur fugiente,

&

& Patre proſequente, invicem tamen ſe non lædentibus, in utroque exercitu tyrones tot facti ſunt, ut exinde ortum ſit proverbium, ad modum nivis deſcendentis milites factos fuiſſe.

Exinde per placitum fuit deductum, quod dictus Mainhardus de cætero in Monaco moram trahat, & regatur ad Conſilium Patruorum ſuorum; qui poſt breve tempus occultè receſſit ad montana, & Tyrolis moritur. Uxor verò ipſius ſoror Domini Rudolphi Ducis Auſtriæ unàcum matre Domini Mainhardi eandem terram & comitatum Duci Auſtriæ ſubjugârunt, de quo gravis inter Duces Bavariæ & Auſtriæ lis oriebatur.

Albertus filius Alberti Ducis Magnopolenſis coronatus eſt in Regem Sueciæ.

Friburgenſe ſtudium generale erigitur.

MCCCLXII.

Joannes de Rupeſciſſa Ordinis Minorum plura futura prædixit, vinculatus.

MCCCLXIII.

A feſto nativitatis Chriſti fuit tam excedens frigus, ut poſt mediam quadrageſimam homines cum curribus & equis in pluribus locis fluvios in glacie pertranſirent.

Fridericus Dux Auſtriæ filius Alberti, frater Rudolphi obiit, Wiennæ ſepultus.

Urbanus V. Papa ſedit annis VIII.

MCCCLXIIII.

Principes Bavariæ obſident Müldorf civitatem Archiepiſcopi Saltzburgenſis, qui Rudolpho Duci Auſtriæ adhærebat. Rudolphus igitur defenſurus prædictam civitatem, venit in Bavariam; quod audientes Duces Bavariæ relictâ obſidione Duci Auſtriæ occurrunt, viriliter cum eo pugnaturi. Soluta obſidione, dixit Dux Auſtriæ: ſufficit nobis quod civitatem ab obſidione liberata, noſtrum obtinuimus intentum, ſicque Bavaris non exſpectatis, fugiens in Auſtriam eſt reverſus. Quidam ſcolaris dormivit continuè per ſeptennium in Lubec, absque reſuſcitatione, & poſtea evigilans, diu vixit.

Ludovicus Rex Pannoniæ grave movet Venetis bellum.

Urbanus Papa ad inſtantiam Rudolphi Ducis Auſtriæ Eccleſiam collegiatam in caſtro Wieſenſi erectam, ad Eccleſiam S. Stephani cum omni fundatione & dotatione & privilegiis transtulit, conceſſit eidem Præpoſito cum mitra, baculo paſtorali & aliis Pontificalibus inſigniis & ornamentis divina officia in Eccleſia celebrari.

MCCCLXV.

Rudolphus Dux Auſtriæ Mediolani obiit VI. kal. Aug. ductus ad Wiennam, ad ſepulturam fundationis ejus; poſt cujus obitum Albertus frater ejus, obtinuit Auſtriam, Styriam, Carinthiam, Carniolam, Marchiam Slavonicam, Tyrolim Comitatum, Alſatiam & Sueviam.

Hic Dux Elizabeth filiam Caroli IIII. Imp. duxit uxorem; poſt cujus mortem duxit Beatricem filiam Burgravii Normbergenſis, ex qua genuit filium nomine Albertum, qui duxit uxorem Joannam filiam Alberti Ducis Hollandiæ.

MCCCLXVI.

Carolus in Italiam revertitur, & cum Urbano Papa, qui etiam illuc advenerat aliquibus rebus arcanè compoſitis trans Alpes reduxit.

Henricus II. Rex Caſtellæ XIIII. qui ſucceſſit Petro, regnavit annis XIIII.

MCCCLXVII.

Albertus Stainhauff civis & Præpoſitus Dominorum Auguſtenſis Eccleſiæ in Strawbing, accedente conſenſu Alberti Ducis, filii Ludovici Imperatoris in area ſua dictæ civitatis in Strawbing, fundavit clauſtrum Fratrum Carmelitarum. Hujus Alberti filius nomine Albertus, ibidem in medio chori eſt tumulatus.

Brigida devotiſſima Chriſti mulier & in regno Sueciæ, Nericiæ Princeps Romam peregrè profecta, in Italia agnoſcitur.

MCCCLXVIII.

Urbanus Papa vocat Karolum Imperatorem in Italiam & ambo juncti exercitum movent contra Dominum Mediolanenſem, pro eo quod Papam & ejus Præcepta pro nihilo reputaret, dum autem diu incaſſum laborâſſent Imperator Romam ingreſſus Papam cum ſolemnitate & reverentia ac Romanorum tripudio in cathedram collocat Apoſtolicæ dignitatis. Imperatore autem Boëmiam reverſo Papa, cum tyrannidem Mediolanenſem reſtinguere non poſſet, iterum ſe Avenionem tranſtulit, ubi modicum temporis ſupervixit, poſt mortem claruit miraculis.

Hic etiam ante Papatum in Legatione Sedis Apoſtolicæ cauſa concordiæ faciendæ cum litteris ad Mediolanenſem Dominum, qui contra Eccleſiam contendebat, miſſus fuit. Qui lectis litteris quæſivit, utrum magis eſuriret vel ſitiret? qui dixit, quod magis eſuriret, quo audito aut litteras una cum bulla comedat, aut moriatur, cogitur; at ille timens mortem bullam cum lima in pulveres redegit, & ipſam cum litteris comedit. Dein impoſitus aſello, datâ ſibi caudâ pro fræno extra Mediolanum ducitur, & nullo dato reſponſo ad eos, à quibus miſſus fuerat, remittitur. Poſthæc Cardinalibus diſcordantibus in electione Papæ, licet non fuerit in Collegio Cardinalium, ſanctiſſimus Pontifex eligitur, unde verſus:

Papatum munus accepit Monachus unus,
Quem Patrem Patrum fecit diſcordia ſtatrum.

Hic eſt Urbanus, qui in Eccleſiis depingitur cum aureo pectore, in quo depictæ ſunt imagines Apoſtolorum Petri & Pauli.

Eodem anno in die S. Valentini Martyris natus eſt Sigismundus Marchio Brandenburgenſis, filius Caroli Imperatoris.

MCCCLXIX.

Leonardus Brunus Hiſtoricus Arctii naſcitur.

MCCCLXX.

Poſtquam Albertus per quinquennium ſtreauè gubernâſſet Auſtriam, & frater ejus Leopoldus moram traxiſſet in Suevia, per primates Provinciæ tractatum eſt, Leopoldum regere Provincias, & Albertum Styriam inhabitare, quod & factum eſt; nam Albertus curiam ſuam in Grätz tenuit, poſtmodum ipſi fratres diviſerunt terras: Alberto, qui unicum filium habuit ceſſit ſola Auſtria, Leopoldo vero, qui quatuor filios habuit [videlicet Wilhelmum, Leopoldum, Erneſtum & Fridericum, & unam filiam Elizabeth, quæ fuit deſponſata Henrico Comiti Goritiæ] ceſſit Styria, Carinthia, Carniola, Marchia Sclavonica Tyrolis, Alſatia, & Suevia.

Eodem anno x. kal. Julii, natus eſt Joannes Dux Gotlicenſis filius Caroli Imperatoris.

Carolus Imperator, jam ætate gravis, propriæ conſulens quieti Wenzeslaum filium ſuum natu grandiorem Cæſarem facit, & ſucceſſorem ſibi in Imperio deligit.

MCCCLXXI.

Lis fuit inter Carolum Imperatorem, & Duces Bavariæ, Imperator namque cum exercitu direxit in Bavariam Epiſcopum Mindenſem, qui quædam oppida ibidem incendit. Hic Epiſcopus à vulgò dicebatur *Gugelweit*, eo quod amplum caputium deferret.

Eodem anno circa feſtum Jacobi apparuit in civitate Ratiſpona quidam ſpiritus qui videri non poterat ſed audiri, verba intelligibilia in aures audientium perferens (m)
(m) reſpondendo ad quælibet interrogata. Cum quâdam vice interrogatus quis eſſet, non reſponderet, dixit interrogans: Angelus es tu? & quid ergo es? reſpondit: Nuntius ſum de Angelo.

Gregorius XI. Papa ſedit annis VII. menſibus v.

MCCCLXXII.

Paulus Geometra Florentiæ habetur inſignis.

Feſtum Præſentationis Virginis Mariæ in remplo cum proprio officio primâ vice celebratum eſt, in Roma, in Eccleſia fratrum Minorum die Dominicâ XXI. menſis Novembris, Gtegorio Capa confirmante.

S. Brigida (aliàs Birgitta) de Succia diem obiit x. kal. Aug. ſcilicet die Appollinaris. Hæc inſtiruit Ordinem S. Salvatoris dictum, ſive Brigidæ, ſub Regulâ S. Auguſtini & additionibus ſuis militantes.

MCCCLXXIII.

Franciſcus Petrarcha egregii nominis Poëta in Patavini agri pago, qui Arquada dicitur, obiit.

MCCCLXXIIII.

Albertus Dux Auſtriæ auctoritate Urbani Papæ fundavit ſtudium generale in Wienna.

MCCCLXXV.

Joannes Bocatius vir amœni iogenii, & Latina patriaque facundia in ſcribendo celebris, obiit ætatis ſuæ anno LXII.

Henricus Nobilis Vir, dictus Tuſchl fundavit collegium in Vilshoven.

MCCCLXXVI.

Gregorius Papa ex Gallia curiam reduxit Romam, Idibus Januariis à transmigratione in Galliam anno LXX.

Calo Joannem CPolitanum Imperatorem Andronicus filius cum Genuenſium auxilio pepulit.

MCCCLXXVII.
MCCCLXXVIII.

Carolus Imperator in vigilia S. Andreæ moritur, & Pragæ in Eccleſia cathedrali ſepelitur, relinquens tres filios, Wenzeslaum qui ei ſucceſſit in regno Romanorum & Boemiæ; Sigismundum Regem Ungariæ poſtea Regem Romanorum & Imperatorem, & Joannem Ducem Gorlitiæ, qui genuit filiam nomine Margaretam & obiit ſine hæredibus virilis ſexus.

His tempotibus in ſtudio Wiennenſi clari habentur Henricus de Oyta, Leonardus de Carinthia Ordinis fratrum Heremitarum, Contadus de Ebraco Ordinis Ciſtercienſis, Henricus Langenſtain dictus de Haſſia, ſed in ſtudio Pragenſi Albertus Engelſchalck natione Bavarus de Strawbing, Doctot Theologiæ clarus habetur.

Gregorius Pontifex intolerabili veſicæ dolore Romæ interiit kal. April.

Urbanus VI. Papa ſedit annis XI. menſibus viii.

Schiſma oritur quod per XXXIX. annos duravit. Robertus Cardinalis TT. SS. Apoſtolorum in civitate fundorum contra Urbanum eligitur, Clemens VII. appellatus ſedit annis XV.

MCCCLXIX.

Wenzeslaus Rex Boemiæ filius Caroli Imp. electus in Regem Romanorum regnavit annis XXII. Hic fuit homo ferus & horribilis aſpectu, remiſſus in regni negotiis, habuit canem qui mordendo invaſit, quemcunque ſibi demonſtravit, nullo audente offendere canem, in quo etiam plurimum delectabatur, ut etiam cuicunque incuteret timorem & terrorem ſemper à latere

(m) ad Gaſtrologorum præſtigias amandandam hanc Mileſiam puto, cum ſuperioris Sæculi Dæmonio Matiſconenſi. Cæterum hæc uberius in Chron. Andreæ Ratiſponenſis, unde deſumpta.

latere habuit tortorem, quem vocavit compatrem eo quod ſibi puerum de Baptismo levavit. Habuit etiam conſuetudinem deſignatos ſuper pellem bovinam in aëra jactare, ſicut noſtri temporis degener Baro Auſtriæ Scheck de Wald in caſtro Alhſtain facere conſueverat. Prædictus etiam Rex cum quâdam vice intempeſtivè à coco ſuo cibum peteret & illi ſibi denegaret, juſſit eum impoſitum veru ad modum aſſaturæ torreri. Joannem denique Doctorem Theologiæ ſubmerſit, eo quod dixerat hunc eſſe dignum nomine Regis, qui bene regna regeret. Alius qui nomine Buchnico, in quem tortor fecit minas, dum ipſum ad mandatum cum gloſſa accenſa cremare deberet, vix evaſit, quem tamen poſtea promovit in Pragenſem Archiepiſcopum, ſed modicum temporis ſupervixit.

MCCCLXXX.

Beata Katherina de Servis tertii Ordinis de Provincia beati Dominici Romæ diem clauſit extremum anno ætatis ſuæ XXXIII. In Eccleſiæ S. Mariæ ſuper Minervam ſepulta.

Joannes filius Henrici Regis Caſtellæ regnavit XV. Rex Caſtellæ annis XII.

Bernardinus de Senis Ordinis Minorum ex patre Tollo, Matre Nera VIII. die Septembris natus eſt.

MCCCLXXXI.

Theodericus Liber de Abenſperg eligitur in Epiſcopum Ratisponenſem ab Urbano Papa VI. confirmatur.

Karolus Regio Francorum genere natus, ab Urbano Papa ex Hungaria evocatus Ludovicique Hungariæ Regis copiis adjutus in Italiam venit, regnum Apuliæ obtinuit, & Joannam Reginam Clementi Antipapæ inhærentem interfici procuravit.

MCCCLXXXII.

Ludovicus Andegaviæ Dux & Francorum Regis frater quinquaginta fermè & quinque Gallorum equitum millia in Italiam ducit & Apuliæ regnum contra Carolum Biennio debellat, quo denuò anno per opportune Carolus interiit.

Ludovicus Hungariæ Rex ſine Virili prole è vitâ migravit.

MCCCLXXXIII.

Theodericus Epiſcopus Ratisponenſis in Profeſto S. Leonardi obiit.

Caſtrum Stauff alienatur quod primo anno ſui Pontificatûs redemerat, omnia vaſa Epiſcopalis curiæ à ſuis conſangoineis auferuntur. Huic ſuccedit per electionem M. Paulus Köllner, Doctor Decretorum, Canonicus Ratisponenſis & Patavienſis; tamen aote confirmationem circa feſtum Paſcæ diem clauſit extremum Pataviæ. Ibidem in capellâ S. Jeronymi in ambitu propè januam ſepultus.

Ludovicus Archiepiſcopus Magdeburgenſis coreiſando in oppido Calven cum dominabus usque ad medium noctis fracto gradu Conſiſtorii fugiens fregit cervicem una cum una illarum.

MCCCLXXXIIII.

Joannes Præpoſitus Friſingenſis fit Ratisponenſis Epiſcopus non tamen à Capitulo electus, ſed mortuo Theoderico, dum Capitulum in eligendo Epiſcopum tardaret ipſe fretus proviſione Urbani Papæ VI. fultúsque potentia conſanguineorum ſuorum M. Paulo electo ſe oppoſuit, quo in brevi deſuncto, ipſe Epiſcopatum obtinuit, & à Papa confirmatur. Hic rexit potenter & frequenter magnam curiam habuit poſuitque primum Lapidem in ſundamento Turris cathedralis Eccleſiæ versùs ſeptentrionem conſtruendæ. Sub hoc cœpit exactio Clericorum in conceſſione curæ animarum.

MCCCLXXXV.

Joannes Galeacius Vice-Comes Mediolanenſis Bernabovem Vice-Comitem Patruum Socerúmque ſoum captum occidit, & ejus potitus regno in citeriori Gallia potentiſſimus evadit.

MCCCLXXXVI.

Leopoldus Dux Auſtriæ interficitur in bello quod geſſit contra Suitenſes, & in Monaſterio Kunigſeld ſepelitur.

MCCCLXXXVII.
MCCCLXXXVIII.

Urbanus Papa annum Jubileum de quinquageſimo in Triceſimum tertium reduxit, videlicet in Bulla deſuper confectâ, data VI. Idus April. Pontificatus anno XI.

MCCCLXXXIX.

Urbanus Papa VI. obiit IX. die menſis Novembris.

MCCCXC.

Boniſacius Papa IX. die XXIII. menſis Julii S. Birgittam in Sanctos retulit, quæ de regali Semine nata fuit, uxor Andreæ Comitis Sueciæ. Hæc in Baſtana vulgariter Watſtain in regno Sueciæ fundavit monaſterium, in quo cœpit ordo Salvatoris, quem ipſa inſtituit, quemque ipſe Boniſacius IX. confirmavit.

Eodem anno in profeſto S. Viti media pars civitatis in Strawbing à fulmine accenſa periit &c. (n) (n)

Boniſacius IX. Papa, qui ſedit annis XIIII. menſibus IX. Feſtum Viſitationis Mariæ inſtituit pro unione in Eccleſia fiendâ.

(n) ſeq. miraculum in domo Jordani factum, ex Andr. Ratisponenſi.

MCCCXCI.

Jacobus Armeniaci Comes acceptis Florentinorum Stipendiis ut Mediolanenſi inferret bellum ex ulteriori Gallia ingentem exercitum in citeriorem Galliam traducit, in qua provincia ſecus Alexandriam ſtatim profligatus interiit.

Decies centena & ducenta ſexaginta ſex aurei nummi milia per ſex tantum hujus anni menſes in Mediolanenſi bello à Florentino populo expenſa ſunt atque integrè perſoluta.

Joannes Rex Caſtellæ in equo currens cecidit & mortuus eſt, cui ſucceſſit filius ejus Heinricus III. annorum novem XVI. Rex Caſtellæ, regnavit annis XVII.

MCCCXCII.

Studium generale Erfordenſe incepit, per Bonifacium confirmatum.

MCCCXCIII.

Clemente VII. Antipapa Avenione mortuo electus eſt in ſciſmate Petrus de Luna dictus Benedictus XIII. ſedit annis XXIIII. usque ad concilium Conſtantienſe.

MCCCXCIIII. MCCCXCV.

Albertus Dux Auſtriæ die Joannis decollationis obiit, Wiennæ ſepultus. Poſt ejus mortem Albertus filius ejus cum fratruele Wilhelmo Auſtriam rexerunt.

MCCCXCVI. MCCCXCVII.

Nicolaus Medicus eximii nominis habetur doctiſſimus.

Albertus Comes Palatinus Rheni & Dux Bavariæ, nec non Holandiæ, Hannoniæ, Selandiæ Comitatuum atque Dominii Friſiæ gubernator obiit. Fundator Monaſterii Carmelitarum in oppido Straubing, in choro ſepultus.

MCCCXCVIII.

Albertus junior Dux Auſtriæ dominicum ſepulchrum viſitavit.

Chryſoloras Bizantius diſciplinam litterarum Græcarum in Italiam retulit qui per ſeptingentos jam annos apud noſtros homines in uſu non habebantur.

MCCCXCIX.

Mirabilis dealbatorum peregrinatio in Italia per tres ferè menſes.

MCCCC.

Wenczeslao Romanorum Rege depoſito ob inſolentiam Rupertus Comes Palatinus Rheni & Dux Bavariæ eligitur XIII. kal. Aug. in Colonia, & regnavit annis X. Wenzeslaus tamen, quamdiu vixit, Regem Romanorum ſe ſcripſit. Rupertus verò Benedictionem Imperialem non habuit, fuitque orthodoxus, manſuetus, in rebus bellicis ſtrenuus, in defenſione oppreſſorum ſolicitus. Hujus Conſiliarii inter cæteros fuère Doctores egregii: Conradus de Soltaw Epiſcopus Urdens. * *Verdenſis.

Matthæus de Cracovia Epiſcopus Wormacienſis, Nicolaus Prowin natione Misnenſis, & Ulricus natione Suevus Epiſcopus Verdenſis, qui propter adhærentiam Gregorii Papæ XII. ab eodem Epiſcopatu removetur & tandem in concilio Conſtantienſi per Eberhardum Archiepiſcopum Saltzburgenſem ad Eccleſiam Secovienſem in Epiſcopum promovetur.

Juhileus annus celebratur Romæ inſtituto Bonifacii.

MCCCCI.

Rupertus Romanorum Rex intravit Italiam pro Imperiali Benedictione Romæ accipienda, ſed impeditus per Ducem Mediolanenſem, qui civitates Romani Imperii occupabat, cum magno detrimento ſuorum ad propria eſt reverſus.

Eodem anno circa finem Februarii apparuit cometa plus quam per menſem in occidente.

Eodem anno Magiſter Petrus Presbyter, Profeſſus monaſterii in Caſtello Ord. S. Benedicti in Reichenbach conſtitutus Boetium de conſolatione Philoſophiæ transtulit de Latino in Theotonicum, ſepultus in Caſtello.

Wilhelmus Marchio de Misna cum filiis obſedit Pragam multa damna faciens.

Ladislaus filius Caroli Neapolitani Regis ab Bonifacio Papa in regnum reſtituitur.

Judæi in oppido Dieſſenhofen interfecerunt puerum quadriennem emptum à Chriſtiano prò III. R. * quapropter idem morti addicti ſunt, poſtea in Schafhawſen XXX. Judæi exuſti. * puto Renenſibus.

MCCCCII.

Margareta Regina trium Regnorum ſcilicet Daciæ, Sueciæ & Norwegiæ publicè in Halſterbode fecit quemdam cremari, qui affirmabat ſe eſſe filium ejusdem Reginæ.

Tamburlanus Tartarorum ſive Parthorum incredibilis potentiæ Rex moritur. Tantas vires adeptus eſt ut ſupra duodecies centena hominum milia haberet in caſtris.

Galeazius primus Dux Mediolanenſis tertiâ die Septembris peſte corruit. Ex teſtamento ejus ſucceſſit prior ejus filius Joannes Maria nuncupatus in ducatu Mediolanenſi, cum omnibus territoriis & ejus pertinentiis. Inſuper & Dominium Bononiæ, Senarum, Peruſii & Aſſiſii eſt illi adjectum; ſecundo filio ſcilicet Philippo Maria, Papia, Verona, Vincentia, plurimáque præter eas oppida ceſſere, Gabrieli verò, filio naturali Piſæ relictæ ſunt.

Bonifacius creavit Cardinalem Diaconum S. Euſtachii Baldaſarem Coſſam Neapolitanum, qui Bononiam ſedis Apuſtolicæ legatus cum eſſet miſſus eam urbem liber-

tati

tati poſt vita functum Ducem Mediolani ſtudentem, obſidione recepit.

MCCCCIII.

Duciſſa uxor olim Galeacii Ducis Mediolani, & mater Johannis Mariæ, qui ſucceſſerat in Ducatu, ordinavit ut omnes de conſilio ſuo ad eam accederent in artem ubi degebat, & cum acceſſiſſent nil ſibi ſiniſtrum ſuſpicantes poſt colloquia alios dimittens, tres retinuit quos decapitari mandavit. Manè autem facto fecit corpora in feretris collocata in platea deponi, ut aſpicientes cæteri timorem haberent; demum Ipſa Duciſſa veneno extincta eſt.

MCCCCIIII.

Paulus Cretenſis ſubtilis diſputator in Italia agnoſcitur.

Bonifacius Papa obiit, & xvii. Octobris Innocentius eligitur.

MCCCCV.

Innocentius VII. Papa, ſedit annis duobus.

MCCCCVI.

Innocentius Papa, migtavit ad Dominum menſe Novembri.

Henricus III. Rex Caſtellæ moritur & ſepelitur in civitate Toleti, cui ſucceſſit filius ejus Johannes II. Rex Caſtellæ XVII. regnavit annis XLVIII.

MCCCCVII.

Gregorius XII. Papa ſedit annis II. menſibus vii.

MCCCCVIII.

Adhuc regnante in Boemia Wenczeslao Rege deſolatum eſt ſtudium generale Pragenſe, quod Carolus IIII. Imperator, Pater dicti Wenceslai erexerat & litteris imperialibus privilegiavit, cujus deſolationis cauſa hæc dicitur fuiſſe: Fuêre in eodem ſtudio quatuor Nationes ſcilicet Bavarorum, Boemorum, Saxonum & Polonorum. Boemi igitur, ut canes in foribus propriis audaciores, per plures annos ut aliis ſe poſſent præferre opiniones ſive vias contra conſuetum modum ſtudii Pragenſis in arguendo tenebant, appellantes illas viam ipſorum, in qua tamen ipſimet vel rarò vel nunquam concordabant. Hanc viam Magiſtri cæteri conſiderantes dicebant eam eſſe viam veriſſimam ad Hæreſim, ut factum eſt: nam idem Bohemi ut viam ſui peſtiferi affectûs deducerent in effectum, Hæretica dicta ſeu Erronea Joannis Wicleff ſuis viis inſeruerunt & ut hoc defendere poſſent occaſionem recedendi ab aliis tribus nationibus quæſiverunt, à Rege etiam Wenzeslao obtinent privilegium, ut ſola natio eorum æquare debeat in voce aliis tribus nationibus, quod licet Privilegium ipſe Wenzeslaus ad inſtantiam aliarum trium nationum poſtea infringeret, conſtans tamen in hoc non permanſit. Interea ſceleſtus quidam laicus, Magiſter tamen artium nomine Jeronymus auctor iniquitatis, & Joannes Huſs Baccalaureus in Theologia cæterique eorum complices de natione Boemorum, occultè & manifeſtè ſibi attrahebant Regem, Reginam & populum. Penſantes hoc aliæ tres nationes unanimiter voverunt velle potius ab univerſitate Pragenſis ſtudii recedere & ad eam nunquam reverti, quam Privilegia Imperialis Majeſtatis pati infringi. Exulantes igitur collegiatos nobilis Princeps Fridericus Margravius Miſnenſis & Landgravius Thuringiæ fratérque ejus Wilhelmus recolligit & in civitate ſua Lewbs ſtudium generale erigit.

Eodem anno poſt paſcha factum eſt torneamentum Ratisponæ præſentibus Stephano & Henrico Ducibus Bavariæ. Hujus Stephani filius Ludovicus tunc temporis regnum Franciæ gubernavit, eo quod Sororius ejus Karolus Rex Francorum compos rationis non eſſet. Prædictus verò Henricus adhuc adoleſcens filius Friderici de Lantzhut fratris Stephani Ducis de Ingelſtat circa feſtum S. Bartholomæi congregat exercitum magnum, faciens famam, quod velit venire in auxilium Ducibus Auſtriæ, ſed dolosè. Invitat enim conſules civitatis in Lantzhut in caſtrum ibidem quaſi commendaturus ipſis regimen Principatûs in ſui abſentia, quos omnes facto prandio captivavit cogens complures alios quoque ex dicta civitate captivos præſentari, quos cum prædictis conſulibus numero ferè XL. depecuniavit. Propter quod anno ſequenti in die paraſceves ortâ ſeditione in civitate una pars caſtrum ibidem aggreditur, ſed fruſtra. Ob quod Dux multos miſerabili morte damnavit, alios verò proſcriptos in exilium miſit. Cauſa autem hujus rei originaliter, ut dicitur, fuit odium Nobilium in cives & quodammodo proſcriptio civium.

Cometa apparuit, & ſtatim perdiderunt Leodienſes XXXVI. millia hominum in bello contra Joannem electum Epiſcopum Leodicenſem.

MCCCCIX.

Albertus Stauffer eligitur in Ratisponenſem Epiſcopum, hic caſtrum Hohenburg in Norico ſitum quod prædeceſſor ejus Joannes alienaverat, à Ludovico Duce de Ingelſtat, habitis multis laboribus, tempore Concilii Conſtantienſis pro octo Milibus florenorum redemit & Epiſcopatui adjecit. Idem Pontificatûs ejus ultimo, feriâ ſecunda poſt Dominicam *quaſi modo geniti*, in Eccleſia cathedrali ſolemniter degradavit Udalricum Grünsleder presbyterum de Vahendraz oriendum, & Ratisponæ ab adoleſcentiâ educatum, propter hæreſim Huſſitarum quia Concilium Conſtantienſe impugnabat. Defendens & dicens Joannem Huſs Hæreſiarcham in eodem concilio non fuiſſe legitimè condemnatum in eâdem pertinaciâ permanens traditur

ditur

ditur Curiæ ſeculari, qui mox à Judice, cujus quondam Pædagogus fuerat, ducitur ad comburendum.

Studium generale inchoatur Univerſitatis Lipczenſis annuente Friderico Marchione Misnenſi poſtea Duce Saxoniæ.

Concilium ingens Piſis celebratur, in quo accuſati de colluſione Pontifices Gregorius XII. & Benedictus XIII. ambo privantur, & tertius ſubſtituitur Petrus Cretenſis Alexander V. dictus.

Antonius Gruarienſis Patriarcha Aquilegienſis per Gregorium Papam Patriarchica ſede dejectus eſt, nec multò poſt per Alexandrum reſtitutus.

MCCCCX.

Rex Rupertus in Propoſito ſuo contra Concilium Piſanum in obedientia Gregorii XII. in Oppenhaym moritur, & Haidelbergæ ad S. Spiritum xvi. die menſis Maji ſepelitur. Et ſequenti anno mortua eſt Conthoralis ejus Regina, filia Burgravii de Nurenberg, relinquentes quatuor filios: Ludovicum, Joannem, Stephanum & Ottonem.

Alexander V. Papa ſedit menſibus viii.

Joannes XXIII. Papa mortuo Alexandro ſedit annis IIII. menſibus x.

Hujus temporibus ortum eſt ſchiſma peſſimum per particulares Eccleſias in Alemania, quod accidit hoc modo, damnatis in concilio Piſano Gregorio XII. & Benedicto XIII. & electo Alexandro V. Rupertus Rex Romanorum ad diverſas terras & loca litteras ſcripſit, declarans & conquerens quomodo ipſe ſemper ut fidelis Eccleſiæ advocatus à longis temporibus toto cordis affectu optaverit, & optet unionem ſanctæ matris Eccleſiæ. Ipſum autem Concilium Piſanum non eſſe legitimè celebratum & ex multis cauſis pro generali Concilio non tenendum nec unionem ſed ſciſſuram Eccleſiæ induxiſſe. Quapropter ipſe ſicut hactenus fuerat in obedientia Gregorii conſtanter vellet manere, quousque de ipſo Gregorio legitimè & canonicè eſſet decretum. Interea Alexander Papa, cui major pars Chriſtianitatis adhærebat, & Rupertus Rex Romanorum infra annum rebus excedunt humanis & Alexandro ſucceſſit Joannes XXIII. Ruperto verò ſucceſſit in regno Sigismundus. Mortuo igitur Ruperto filii ejus conſtanter in obedientia Gregorii, ſicut & pater eorum perſeverant. Unde omnes ſub eorum dominio ut obediant Gregorio & non Joanni potenter compelluntur. Nolentes verò obedire beneficiis privantur, eadem aliis conferendo. Tunc quidam Clericus ſecularis natione Haſſo, nomine Hermannus, titulo Ebronenſis Epiſcopii à Gregorio impetrato venit Ambergam, celebrans ibidem & in territoriis adjacentibus, quæ erant ſub Dominio filiotum prædicti Ruperti Regis, Pontificalia. Ex quo Epiſcopo Alberto Ratisponenſi cæteriſque magna fiebant detrimenta, & duravit hoc ſchiſma usque ad Concilium Conſtantienſe, in quo fuit totaliter ſopitum.

Eodem anno in diviſione Apoſtolorum maxima ſtrages facta eſt inter fratres Pruthenos ex parte una & Witoldo Rege, unà cum fratre ſuo Rege Poloniæ ſive Cracovienſi ex parte altera; ceciderúntque de Chriſtianis LXXX. milia, de Paganis quaſi infiniti, & victoriam belli obtinentibus.

Eodem anno Ruperto Rege Romanorum vitâ functo vivente adhuc Wenzeslao depoſito (qui quamdiu vixit Regem Romanorum ſe ſcripſit) Electores duo, ſcilicet Archiepiſcopi Moguntinenſis & Colonienſis ſecretè quodammodo Sigismundum Regem Ungariæ fratrem dicti Wenzeslai ad ſuſcipiendum regnum Romanorum per internuntia invitârunt, qui Sigismundus in caſtro Ungariæ vicegradu (vulgariter Plintenburg dicto) nuntios gratanter ſuſcipiens, remunerationem tamen jam dictorum Electorum quam petebant, relinquens in ſuſpenſo, eo quod nollet celſitudinem tantæ dignitatis ſimoniacè intrare. Obſtabat inter cætera, quod nolebat ſacere moleſtiam fratri ſuo, dicens.: quamvis eſſet per Principes regni depoſirus, tamen quia frater ſuus eſſet, utriusque eandem eſſe famam & infamiam. Fit interea ipſi etiam difficultas propter Electores, præſertim Archiepiſcopum Treverenſem & Comitem Palatinum Rheni, qui vota ſua in alium poſſent dirigere. Quapropter ſi ipſe publicè pro regno videretur laborare, eo non obtento pro hujusmodi aſpiratione cunctis his audientibus ridiculum faceret ſe ipſum. Fit etiam difficultas propter Jodocum Marchionem Moraviæ Patruum ſuum, qui etiam tenebat Marchionatum Brandeburgenſem, ne fortè ipſe eligeretur, vel vota ſua in alium dirigeret. Dum hæc agerentur, memorati duo Electores, qui ſecretè Sigismundum ad regnum invitârunt, hoc idem apud memoratum Jodocum Marchionem faciebant. Qui auditis eorum poſtulationibus, annuit eisdem. Igitur dum Electores (præter Ducem Saxoniæ, qui non aſſenſerat depoſitioni Regis Wenzeslai) in Franckfordia conveniſſent, Moguntinenſis & Colonienſis in Eccleſia Franckfordienſi dictum Jodocum in Romanorum Regem elegerunt, clausisque foribus Eccleſiæ ab Archiepiſcopo Moguntinenſi (eò quod Decanus ſit ipſe Electorum, ipſáque Eccleſia ſuæ Diœceſis) cæteri Electores non potuerunt intrare; quapropter Archiepiſcopus Treverenſis & Ludovicus Comes Palatinus Rheni, filius quondam Ruperti Regis Romanorum, in cemiterio ejusdem Eccleſiæ ſæpedictum Sigismundum in Romanotum Regem elegerunt. Ex quo cœpit iſtud commune vulgi proverbium:

Zu Franckfurt bindern Kor
Haben gwelt einen Kunig, ain Kind und ain Tor.

puerum dicebant Comitem Palatinum propter juventutem; ſtultum verò Archiepiſcopum Treverenſem propter ſenectutem. Affuit ibidem tunc ex parte Regis Sigismundi Fridericus Burgravius Nurnbergenſis, qui videns rem ſic variatam, Ulricum Mey-

Meyler Baccalaureum Decretorum Conſtantienſis Diœceſis, qui fuerat nun ius ab Electoribus ad Sigismundum, ſerioſius convenit, eo quod ipſi duo Electores dicerent aliter quam habuiſſet in mandatis apud Sigismundum Regem perorâſſet: qui viriliter pro ſe reſpondens in publico conventu Principum per litteras, quas habuit à dictis Electoribus contra ipſos in teſtimonium perhibuit veritatis.

Jodocus igitur ſic electus aſſenſit electioni de ſe factæ, dixitque ſe habere vocem Marchionis Brandenburgenſis in electionem Regis Romanorum, Sigismundum verò ſibi promiſiſſe, quod ſi ſimul quoque in Romanorum Regem fuerint electi, ipſe ſibi vellet cedere, cúmque non impedire, hæc animadvertens Sigismundus diſſimulavit; Jodocus verò ad obſidionem Franckfordiæ ſecundum morem electi in Romanorum Regem ſe præparavit. Et dum hæc fierent Jodocus ipſe moritur, & in Brunna civitate Moraviæ ſub regali ſceptro tumulatur. Poſt hæc Electoresiterum in Franckfordia conveniunt & concorditer omnes memoratum Sigismundum in Regem Romanorum elegerunt,appoſitâ hâc conditione,quod ab illa concordi electione, & non à prima Regem ſe ſcribere deberet: quod quidem promiſit, ſed ratum non tenuit. Aſſenſit etiam eidem electioni Wenzeslaus Rex Boemorum, qui dum à quibusdam conveniretur, quare per hujusmodi aſſenſum vellet facere ſciſma in regno Romanorum? reſpondit, quod nequaquam faceret ſciſma, quod ipſe & nullus alius quamdiu viveret, & nullus alius Rex eſſet Romanorum; electioni autem fratris ſui ſe vivente aſſentiret, quemadmodum pater ipſorum Carolus Imperator adhuc vivens Regem Romanorum fieri ordinâſſet, quod & hoc anno ſcilicet MCCCCLXXXVI. per Fridericum tertium Romanorum Imperatorem factum eſt.

MCCCCXI.

Jodocus Marchio Brandeburgenſis & Moraviæ, electus à quibusdam Electoribus in Regem Romanorum, ſine hæredibus moritur & Brandenburga ad Sigismundum, Moravia verò ad Wenceslaum patrueles ejus devolvitur.

Nicolaus Medicus Florentiæ moritur, grande relinquens opus, quod de omni medicina veterioribus Auctoribus exquiſitis ediderat.

MCCCCXII.

Concilium celebratur Romæ per Joannem XXIII. Papam.

MCCCCXIII.

Circa feſtum Penthecoſtes Roma miſerabilem caſum patitur per Ladislaum Regem Neapolitanum & Papa Joannes ab urbe fugatur.

Ludovicus Dux Bavariæ in Ingelſtat ex ordinatione Joannis Ducis Burgundiæ Pariſius à carnificibus detentus fuit, ſed per Delfinum ſalubriter liberatus. Hujus Ludovici Ducis abſentia tunc temporis in Bavaria multum deſiderabatur, in cujus Provincia Bavaria tunc variis Guerris incendiisque vaſtabatur.

MCCCCXIIII.

Auctoritate Papæ Joanois XXIII. & Sigismundi Regis Romanorum Concilium generale in civitate Conſtantiæ provinciæ Moguntinæ terræque Sueviæ celebrandum ſtatuitur, atque prima die menſis Novembris initiari pronuntiatur, ad quod Joannes Papa tempeſtive auxilio Ducis Auſtriæ Friderici perſonaliter venit, & adventum Regis Sigismundi per duos menſes expectavit. Qui poſtquam venit ad Aquisgranum ſe tranſtulit, & ibidem cum uxore ſua Barbara filia Comitis de Cili, octavo die Novembris coronam regni Romani accepit, dein ad concilium rediit.

Ladislaus Rex Neapoli moritur. Joanna ſoror ejus ſuccedit annis XXI.

Leonardus Brunus Ariſtotelis libros Ethicorum per hæc tempora Latinos fecit, & XVIII. annos poſt Politicorum quoque libros tranſtulit.

Joannes Papa XXIII. XXVIII. die menſis Maji à Papatu ejicitur.

Eodem anno in die Matthæi Apoſtoli & Evangeliſtæ natus eſt Fridericus filius Erneſti Archiducis Auſtriæ, poſtea Imperator.

Sedes Romana vacavit annis II. menſibus VI.

Ludwicus Dux de Deck Patriarcha Aquilegienſis bellum habuit cum Venetis, tandem in Concilio Baſilienſi moritur.

MCCCCXVI.

Ludovicus Dux Bavariæ in Ingelſtat ab Henrico Duce de Landzhuet avunculo ſuo, in civitate Conſtantia lætaliter vulneratur. Cujus rei cauſa porior fuiſſe dicitur hæc: In Concilio Conſtantienſi iidem duo Duces coram Rege Sigismundo pro hæreditate paterna judicialiter certabant, ubi in præſentia Regis Ludovicus Henrico, quod junior erat ætate, improperat. Ex quo motus ipſe Henricus egreſſus à facie Regis,die quodam Equeſter Ludovicum ſimiliter equeſtrem aggreſſus in civitate prædicta ipſum lætaliter vulneravit. Quo ex improviſo facto Ludovicus gladium de manibus Henrici ut vir ſtrenuus abſtulit, & cedens in domum vicinam evaſit. Henricus autem fugiens, illæſus, usque in terram ſuam pervenit. Super hujusmodi autem exceſſu Sigismundus Rex placatus vindictam contra Henricum Ducem diſſimulat; interea ipſe Henricus Elizabeth ſororem Ducis Alberti Auſtriæ ducit in uxorem, & Ludovicus de vulnere convaleſcit, nulláque aperta guerra inter dictos Duces movetur, usque in annum XXI.

Rex Sigismundus in cauſa Concilii Conſtantienſis proficiſcitur ad Regem Aragoniæ, ubi inter hanc profectionem Amedeum Comitem Sabaudiæ ducalis tituli honore exaltat.

MCCCCXVII.

Wiennæ in Monaſterio Scotorum & Nurnbergæ ad S. Egidium Scoti ejiciuntur, & Alemanni inſtituuntur.

Ratisponenſes litigantes cum Joanne Staufer, in ejus damnum caſtrum Ernvels in Ebdomade Paſchæ obſident, & die tertia viriliter obtinent, quod tamen poſtea factâ pace redditum eſt ei.

Martinus V. Papa in Concilio Conſtantienſi eligitur III. Idus Novembr. & ſedit annis XIIII. menſibus III.

MCCCCXVIII.

Concilium Conſtantienſe XXII. menſis Aprilis per Martinum Papam V. ſolvitur, & ipſe circa feſtum S. Urbani verſus Italiam proficiſcitur.

Saltzburgæ Concilium Provinciale XVIII. menſ. Novembris celebratur.

Circa feſtum B. Martini Rex Sigismundus in Ungariam deſcendens ex conceſſione Papæ Martini decimam reddituum & fructuum à Clero per Alemanniam accepit.

Vincentius de Valentia Ordinis Prædicatorum migravit ad Chriſtum menſe Aprilis die Mercurii ante ramos Palmarum, ætatis ſuæ LXX. anno.

MCCCCXIX.

Rex Wenzeslaus Boëmiæ, quondam Romanorum moritur ſine hæredibus & regnum Boëmiæ & Marchionatus Moraviæ ad Sigismundum Regem Romanorum fratrem ejus devolvitur. Poſt cujus obitum ſtatim hæretici in regno Boëmiæ ceperunt Eccleſias deſolari & fideles variis modis perſequi. Sigismundus verò XVIII. menſis Julii coronatur in Regem Boëmiæ in Eccleſia Pragenſi.

Univerſitas Roſtockienſis fundatur, incipiens lectiones in craſtino Martini, facto prius ſermone coram Epiſcopo Swerinenſi Henrico, & toto Clero.

MCCCCXX.

Sigismundus Rex ad extirpandum hæreticos civitatem Pragenſem obſedit, ſed exercitus ille magnus, qui centum milium virorum dicebatur, ſolutus eſt, nihil dignum peractis.

Joannes Dux Burgundiæ à Delfino occiditur, ubi par pœna facti accidit. Ita ipſe Joannes Dux ante paucos annos ducem Aurelianenſem, ut regnare poſſet in Francia, Pariſius occiderat.

Hoc tempore Henricus Rex Angliæ, cujus uxor erat Catharina filia Regis Caroli Franciæ, ipſum Carolum, quod furibundus erat, unà cum regno Franciæ potenter, contra voluntatem Delphini ſibi ſubjicit. Et dum quamdam civitatem obſidet timens Delphinum, auxilium Ludovici Comitis Palatini Rheni, filii Ruperti Regis invocat, qui cum exercitu militari ei in adjutorium venit, ſicque compulſa civitas fame à Rege Angliæ obtinetur, Ludovicus verò ad propria revertitur.

MCCCCXXI.

Opidum Neuſtat propè Abensberg ſitum, quod erat ſub dominio Ducis Henrici, jure verò proprietatis ad Duces in Monaco pertinebat, à paucis inopinatè & paucis verbis non explicabili cauſa, civibus improviſis in principio quadrageſimæ obtinet & Saccomanus in eo paratur ac poſtremo in toto exuritur. Quo facto lis publica in tota Bavaria cæteris Principibus, aliis etiam cauſis, Henricum Ducem juvantibus contra Ludovicum Ducem concitatur, fiúntque incendia plurima, túncque caſtrum Payprun propè Monacum, & caſtrum Törring verſus Saltzburgam ſitum, per Henricum Ducem totaliter deſtruitur. Similiter per Joannem Ducem caſtrum Fetzenſtain propè Haſpruck deſtruitur; Ipſéque Joannes Dux adjutorio Friderici Margravii Brandenburgenſis ſororii prædicti Ducis Henrici obtinet civitates Weyden, Freinſtat, Stain, caſtráque Flozz, Pargſtain eodem anno.

In die Gregorii Papæ per omnem terram Ducis Auſtriæ omnes Judæi igne cremati & deleti ſunt propter irreverentiam corpori Dominico illatam.

Ratisponenſi Eccleſiæ præficitur Epiſcopus Joannes Streitperger Canonicus ejusdem. Exercitus ducentorum triginta milium virorum, per Electores cæteróſque Principes & comunitates ad expugnandum hæreticos Huſſitas in Boëmiam ducitur, & oppidum Satzenſe obſiderur. Sed heu! in eadem obſidione totus exercitus diſſolvitur ſine omni effectu.

Sigismundus Rex Elizabeth filiam ſuam unicam Alberto Duci Auſtriæ copulat in matrimonio, ex quibus naſcitur Ladislaus Rex.

Circa feſtum S. Nicolai fuit excreſcentia inſolita aquarum, quæ in Anglia & Hollandia multa damna dicitur feciſſe.

MCCCCXXII.

Congregatio Principum Nurnbergæ fit ubi Feriâ VII. videlicet in Octava S. Auguſtini cantata Miſſa ſolemni de S. Cruce per Hermannum Præpoſitum in Newenkirchn Ordinis S. Auguſtini. Branda Cardinalis per Germaniam Apoſtolicæ Sedis Legatus vexillum vivificæ crucis tradidit in Eccleſia S. Sebaldi Sigismundo Romanorum, Ungariæ & Boëmiæ Regi, ad Huſſitarum in regno ſuo Boemiæ deletionem; Qui ſtatim vexillum dedit Friderico Marchioni Brandenburgenſi faciens ipſum capitaneum ad opus id exequendum.

Hoc in tempore caſtrum Karlſtain in Bohemia ab Huſſitis fuit obſeſſum ſed factis treugis non obtentum.

Contentio & lis ſæviſſima inter Ludovicum de Ingelſtat ex parte una & aliorum plurimorum ex parte alia ſolicitudine Sigismundi Regis Romanorum & Brandæ Apoſtolicæ Sedis Legati factis treugis Ratisponæ eſt ſedata die Sanctorum Remigii & Vedaſti.

MCCCCXXIII.

MCCCCXXIII.

Feriâ ſecundâ poſt Dominicam Quaſimodo geniti Joannes Epiſcopus Ratisponenſis in Eccleſia cathedrali coram Clero & populo Henricum Ratgebe Presbyretum de Gotha Diœceſ. Mogunt. in hæreſim Huſſitarum relapſum canonicè & ſolemniter degradavit, relinquens eum curiæ ſæculari, à qua ductus ad ignem & ibidem combuſtus.

Petrus de Luna quondam Benedictus XIII. in ſua obedientia nuncupatus & in Concilio Conſtantienſi tanquam ſciſmaticus & hæreticus condemnatus, in partibus Arragoniæ in ſua pertinacia moritur. Cui in Antipapatu ſuccedit quidam Egidius, nunquam tamen conſecratus. In die S. Cyriaci obiit Dominus Georgius de Hohenloch Epiſcopus Pataviensis almæ Strigonienſis Eccleſiæ Adminiſtrator nec non Sacri Romani Imperii Cancellarius, in Eccleſia Pataviensi tumulatus. Hic de favore Sigismundi Regis Romanorum, partem reliquiarum, quas idem Rex de Boëmia in Ungariam propter perſecutionem Huſſitarum duxerat, in Eccleſiam Patavienſem apportavit.

MCCCCXXIIII.

XXVI. Menſis Februarii Concilium Senenſe eſt ſolutum, quod anno priore inchoaverat, aliúdque concilium in Baſilea Biſuntinenſis Provinciæ ad ſeptennium celebrandum auctoritate Martini Papæ eſt publicatum.

Reliquiæ ſeu inſignia imperialia de caſtro Karlſtain tempore quadrageſimali per Sigismundum Regem ad Vicegradum in Ungariam propter hæreticorum perfidiam deductæ, de Ungaria iterum in civitatem imperialem Nurnbergam ſunt portatæ, ubi usque huc permanſerunt.

Gens quæquam Ciganorum in Bavaria vaga exulabat hoc anno.

Brachius peritiſſimus rei militaris cum Aquilam urbem obſideret à copiis Papæ Martini ſuperatus occiditur, qui gloriabatur ſe velle Apoſtolicum tantum humiliare, quod pro duobus quadrinis Miſſam dicere deberet.

MCCCCXXV.

Die Epiphaniæ Domini obiit Joannes Dux Bavariæ inferioris Comes Honigoniæ, Holandiæ & Seelandiæ & Dominus Dominii Friſoniæ veneno ut dicitur à Magiſtro curiæ ſuæ interfectus in villa dicta Hag in Holandia, ibidem ſepultus.

MCCCCXXVI.

Congregatis Principibus Nurnbergæ ad tractandum de abolitione Huſſitarum in Boëmia, commiſſum eſt prælium magnum à Miſnenſibus à Huſſiris in obſidione oppidi Awsk * XVI. kal. Julii, in quo Catholici, proh dolor! miſerabiliter ſunt proſtrati. Fuerunt, qui dicebant, plagam illam juſto Dei judicio fuiſſe permiſſam ex eo quod Fridericus Marchio Miſnenſis, vir antiquus poſt obitum Ducis Alberti Saxoniæ Limburg, Electoris, qui deceſſit ſine liberis, per favorem Sigismundi Regis Romanorum, nobilem Ducatum Saxoniæ cepit poſſidere, quem Ericus, Bernhardus & Otto fratres Duces in Brunswig hæreditario jure dicebant ad ſe pertinere.

* erat in margine *Tauſk*.

Eodem anno IIII. Non. Martii obiit Katherina Ducissa Pomeranorum, uxor Joannis Ducis Bavariæ filii Ruperti Regis in Newmarckt tumulata. Fundatrix hæc eſt Monaſterii *Montis Gratiæ* Ordinis Salvatoris, ſeu ſanctæ Birgittæ non multum inde diſtantis.

Rupertus filius Ludovici Comitis Palatini Reni, circa feſtum Pentecoſtes obiit, viceſimum habens annum ætatis.

MCCCCXXVII.

Fridericus Burgravius Nurenbergenſis & Marchio Brandenburgenſis à Sigismundo Rege Romanorum, cui ex obitu ſine liberis Jodoci hæreditate competiit, marchionatu dotatus caſtrum ſuum Nurnbergæ, quod ſitum fuit in monte ſecus caſtrum Imperatoris, civibus Nurnbergenſibus vendidit, quod ſtatim ab eisdem eſt dirutum & deletum, ut non appareant ultra veſtigia ejus.

Joannes Dux Bavariæ, filius Ruperti Regis, circa feſtum S. Egidii venit in Rietenburg, ubi Beatricem relictam Comitis Ciliæ duxit uxorem, præſentibus Erneſto Socero & Alberto ſororio ejus, Ducibus Bavariæ.

Otto Dux Bavariæ filius Ruperti Regis Johannam filiam Ducis Bavariæ Henrici in Lantzhut duxit uxorem.

Otto Archiepiſcopus Treverenſis & Fridericus Marchio Brandenburgenſis ſupremi capitanei cum exercitu valido ingrediuntur, Boëmiam & oppidum Miſa obſident. Quo non obtento exercitus verſus Tachaw progreditur, ubi in campo die Lunæ IIII. menſis Auguſti ab Henrico TT. S. Euſebii Presbytero Cardinali Angliæ vulgariter nuncupato Apoſtolicæ Sedis Legato vexillum imaginis Chriſti erigitur; ſed heu terrore à ſpiritu timoris percuſſi, quaſi lepores galeati fugerunt, nihil dignum peregerunt. Hæc fuit tertia expeditio generalis ad expugnandum hæreticos in Boëmia.

MCCCCXXVIII.

IX. Menſis Junii Huſſitæ Nitenaw in Bavaria exuſſerunt & Dominum Joannem plebanum ibidem, catenâ ferreâ vinctum ad currum ligatum in Tawſt captivum ducentes, in vinculis afflictum mori coegerunt. Eodem tempore pauci ex iisdem Hæreticis in Monaſterium Walderbach Ordinis Ciſtercienſis venerunt, ubi quosdam vulneraverunt, quosdam occiderunt, januas ruperunt, organum & Sanctorum imagines confregerunt, fratrem Fridericum tunc temporis Burſarium poſtea Abbatem & per manum & brachium ſagittaverunt.

Monaſterinm Ramſaw Ordinis S. Auguſtini Heremitarum in territorio Hohenburg ſuper Ænum fluvium à Georgio Frawnberger fuodatur. Hoc Monaſterium ſecundum Teſtamentum Wilhelmi Frawnberger militis inter Bavaros famoſi in Kirchdorf Friſingenſis Diœceſis, ſepulti. Debebat ſundatum ſuiſſe in loco qui dicitur Olnchofen ſecùs Danubium non multum à Ratiſpona diſtante de Ordine Carthuſienſium; ſed rebus variis difficultatem facientibus Teſtamehtum illud non fuit conſummatum, in refuſionem autem prædicti loci in Ramſaw memoratus Georgius Frawnberger prædictum caſtrum Hohenburg quod impignoratum pro certâ ſummâ pecuniarum ab Epiſcopatu Ratiſponenſi poſſidebat, poſt mortem ſuam liberè voluit ad ipſum Epiſcopatum redire.

Eodem anno kal. April. in die Cœnæ Joannes Streytperger Epiſcopus Ratiſponenſis obiit. Huic ſuccedit Dominus Conradus de Suſaw, doctor Theologiæ datus per Papam Martinum V.

MCCCCXXIX.

Surrexit quædam puella ſeu virgo, nomine Johanna filia cujusdam paſtoris de Ducatu Lotharingenſi, quæ veniens in Franciam, dixit ſe eſſe miſſam à Deo ad reformandum regnum Franciæ. Hæc ordinatione ſuâ procuravit quod Karolus filius Elizabeth Reginæ Franciæ, ſororis Ludovici Ducis Bavariæ de Ingelſtat, quod & Delphinus in Regem Franciæ coronabatur. In propria etiam perſona pugnando contra Anglicos duxit vexillum in quo depictum erat extremum judicium, & mira fecit contra eos, magnas victorias obtinendo, quæ tandem à Duce Burgundiæ capta & Anglicis tradita, Rothomagi eſt combuſta, Domino Egidio Decano Cameracenſi prius eandem examinando, tandem interrogando utrum examini & judicio Dei vellet obedire, ultimo ſententiam legendo, quæ usque ad perlationem medietatis ſententiæ facere renuit; ſed ſententiâ ad medium perlata aſſenſit, Judex dein ſententiam totaliter ferre recuſans, tutæ cuſtodiæ ipſam mancipavit. Sed poſtea neſcitur qualiter ſeducta, finaliter eſt ſententiata, & tanquam relapſa concremata. Ajunt veridici prædictam virginem poſt primam ſententiam in cuſtodia poſitam ſeductam fuiſſe, quemadmodum Cæleſtinus quintus ut Papatum reſignaret.

Eodem anno in vigilia S. Joannis Baptiſtæ facta eſt diviſio ducatus Bavariæ inferioris in quatuor partes, cujus capitalis civitas fuit Strawbing; Wilhelmo Duci ceſſit Wildenſtain, Dyetfurt, Chelhaym, Abach, Schonperg, Sigenſtain, Valkenſtain, Werd, Sawlberg, Lindel, Peylnſtain, Aigen, Eſchelkam, Newkirchn, Furt, Kõzring, Gekkendorf, & poteſtas redimendi oppidum Chamb. Erneſto Duci fratri ejus ceſſit Haydaw, Strawbing, Mitterfels, Pogen, Domus quæ eſt Ratiſponæ cum omni Dominio & jure ibidem, pariter & Moneta, exceptis Judæis. Ludovico Duci ceſſit Scherding, Newhauſen, Tyeſſenſtain, tertia Pars Dingolſing, Kirchberg & Judæi Ratiſponæ. Henrico Duci ceſſit Landaw, Natterberg, Pledling, Wintzer, Hilkersperg, Hofkirchen & Vilshoven.

Eodem anno VI. Idus Februarii Eberhardus de Starhenberg Archiepiſcopus Saltzburgenſis Pontificatûs ſui anno ſecundo obiit.

Dom. Joannes de Haydegk Epiſcopus Eyſtetenſis obiit, cui ſucceſſit Albertus de Rechberg.

MCCCCXXX.

Huſſitæ Hæretici de Boemia cum potentia valida crudelitatem ſuam in Catholicos in Miſna, Franconia & Bavaria exercebant, tantùsque timor ſuit chriſticolis ut etiam antequam hoſtes viderentur, civitates munitæ & caſtra ſine habitatoribus deſerta relinquerentur.

Eodem anno IX. die Aprilis quæ fuit vigilia Palmarum, corpus Beatæ Monicæ, Matris S. Auguſtini de Oſtia Tyberinâ ad urbem tempore Martini Papæ V. eſt tranſlatum & in Eccleſia S. Tryphonis, in qua ſunt Monachi Ordinis S. Auguſtini Heremitarum apud Turrim ſanguineam eſt locatum.

Eodem anno celebratum eſt capitulum eorundem fratrum Heremitarum in Monte Peſſulano, ubi diffinitum eſt idem feſtum tranſlationis B. Monicæ ſub officio duplici perpetuis temporibus celebrandum.

Ante feſtum Pentécoſtes Principes Nurnbergæ congregantur. Sigismundus Rex in Ungaria conſtitutus expectatur, ſed non venit. Ad hanc congregationem Fridericus Marchio Brandenburgenſis Huſſitis præfixit certam Dietam, convocavitque Catholicos doctores hâc intentione, ut ibidem cum Huſſitis de articulis eorum diſputarent, miſitque ob hoc ad Martinum Papam, petens ad hoc aſſenſum præbere: qui indignè ferens petitionem, ſub poenis & cenſuris prohibuit id fieri.

In Ingelſtat Eccleſia Parrochialis Sanctæ Mariæ ampliatur, in cujus medio à Duce Ludovico ſepultura paratur, in qua oſſa Ducis Stephani patris ejus, de Schõnnfeld allata tumulantur.

Erneſtus Dux Bavariæ filiam ſuam Elizabeth Duci de Monte deſponſavit.

MCCCCXXXI.

Martinus V. Papa xx. menſis Februarii, quæ fuit Feriâ III. poſt invocavit, obiit; ſepultus ad S. Petrum. Hic ſedit annos XIIII. menſes III. dies XIX. Hoc tempore Murilegus ſive cattus quidam (o) Romæ (o)
multos infantes in cunis jacentes, dum à nutri-

(o) Ex Andreæ Ratiſp. Chron. generali videtur inſertum, quibus veterum nugas, Petronii Lycantropos & Apuleii aſinos, Circes porcos videmus renovari. Adeo vulgus, ſemper vulgus.

nutricibus non benè cuſtodiebantur nactâ opportunitate interficiebat. Tandem quidam vir Senex & Sapiens, cuſtodiens puerulum ſibi commiſſum, ſimulans ſe cattum per feneſtram ingredientem non videre, dum acceſſiſſet ad puerum ſuffocandum, ipſe eundem cattum cum gladio usque ad effuſionem Sanguinis vulneravit. Ex tunc per veſtigia Sanguinis & vulnus illatum compertum ſuit illum cattum eſſe vetulam unam de prope commorantem, quæ à cyrologo in cura habebatur, & quando voluit, in cattum mutabatur, ſicque de interfectis pueris, ut ſe diutius conſervaret, recentem Sanguinem ſugebat Quæ vetula tanquam Striga judicata ſententialiter igne eſt combuſta. Ecce altera Circe Maga famoſiſſima quæ ſocios Ulyſſis mutâſſe fertur in beſtias.

Eodem anno tertiâ menſis Martii Gabriel Epiſcopus Senenſis Cardinalis TT. Beatæ Mariæ trans Tyberin, natione Venetus in Papam eligitur, & xi. ejusdem menſis coronatur. Eugenius IIII. nominatur. Sedit annis XVI.

Eodem anno in congregatione Principum Nurnbergæ caſus quidam de violenta manuum injectione, qui inter Ludovicum & Henricum Duces Bavariæ in concilio Conſtantienſi dudum emerſerat, à Sigismundo Rege Romanorum judicialiter terminatur, ita quod Dux Henricus ad ſatisfaciendum læſo in certis locis debeat fundare Miſſas & armaturam militarem in certo numero eidem ſtipendiare.

Sigismundus Rex in eadem congregatione unacum Juliano TT. Sancti Angeli Diacono Cardinali, Apoſtolicæ ſedis legato edicta Regalia quæ dederat pro Expeditione in Boemiam fienda iterum ſerioſius litteratoriè eſt proſecutus. Exercitus itaque magnus congregatur, & in primo menſis Auguſti Boemiam ingreditur, & propè Tachoviam aliquot diebus caſtra metatur. In hoc exercitu fuêre præcipui: Jordanus Cardinalis Apoſtolicæ ſedis legatus, Theodericus Archiepiſcopus Colonienſis, Fridericus Marchio Brandeburgenſis & Burgravius Nurnbergenſis, ſummus Capitaneus; Fridericus Dux Saxoniæ Marchio Misnenſis Signifer Papæ; Joannes Dux Bavariæ Signifer Regis Romanorum, Joannes Epiſcopus Herbipolenſis Signifer regni Bohemiæ, & - - - - * Filius Marchionis Brandenburgenſis Signifer vexilli S. Georgii. Hæc fuit expeditio quarta generalis & maxima in Boemiam ad exterminium Huſſitarum ordinata; ſed triſtia cuncta ſunt & dolore plena, nam in vigilia aſſumptionis B. Mariæ, manè propè Tuſtam exercitu ſe movente, hi qui præerant cæteros hortantur ut montem vicinum ibidem aſcendant hoſtium adventum ibi expectaturi, quod dum fieret Fridericus Marchio Brandenburgenſis ſummus capitaneus non ad montem illum, ſed ad ſylvam exiturus Boemiam feſtinabat, hoc viſo regimine deſeritur, ordo confunditur, conturbantur iltimi cum curribus, mutuo ſe percutiunt & occidunt. Alii relictis curribus, fugæ præſidium quærunt, è quibus multi ab hoſtibus crudeliter occiduntur, complures verò captivantur. Magna copia armorum, bombardarum, pecuniarum, valorum aureorum & Argenteorum, pretioſarum veſtium & aliorum bonorum ibi relicta ad manus hoſtium tunc pervênit. Albertus verò Dux Auſtriæ, qui in tertia expeditione non erat, in hâc viriliter permanſit & complurima glorioſè peregit.

* hiebant hoc.

Eodem anno in die S. Calixti quidam Huſſitæ nomine Socoll ſenior & junior, Dominus de Platz, Gamor & de Serawitz, Dominus de Fleſching, Dn. Zesm de Geuſpitz & alii plures cum duobus millibus equitibus & pedeſtribus & centum curribus intraverunt terram Auſtriæ contra Pernegk & montem S. Martini, occurrentibus eis Domino Leopoldo de Chrey, Georgio de Puechaym, Nicolao Druchsäs aliisque vicinis cum mille Ruſticis, eodem die viriliter triumphârunt & ceperunt de Huſſitis ſexcentos & mille perierunt, pauci fugerunt. In ſignum victoriæ vexilla & panneria Huſſitarum delata ſunt in capellam curiæ Domini Ducis in Wienna.

Eodem anno circa feſtum B. Lucæ Boemi validâ manu Bavariam intraverunt & incendium & prædam magnam in Schonſe & locis vicinis fecerunt.

Eodem anno auctoritate generalium conſiliorum Conſtantienſis & Senenſis mandatisque Martini V. & ſucceſſoris ejusdem Eugenii quarti à Domino Juliano TT. S. Angeli Diacono Cardinali, Apoſtolicæ ſedis Legato concilium Baſilienſe provinciæ Biſuntinæ primâ die menſis Octobris inchoatur, atque à Sigismundo Rege Romanorum Wilhelmus Comes Palatinus Rheni & Dux Bavariæ, Protector ejusdem concilii ordinatur. Sed parvo tempore elapſo Eugenius Papa, certis ex cauſis in litteris ſuis expreſſis ac in univerſum miſſis, hoc ipſum concilium diſſolvere & in alium locum transferre conatur; quapropter ad idem concilium citatur & terminus ad veniendum vel concilium confirmandum eidem præfigitur.

Eodem anno XXVI. menſis Novembris Huſſitæ ad concilium Baſileenſe litteris optimis invitantur & vocantur.

MCCCCXXXII.

Obiit Domina Elizabeth filia Bernabovis Vice - Comitis Mediolanenſis, uxor Erneſti Ducis Bavariæ, Monaci ſepulta.

Eodem anno circa feſtum Exaltationis ſanctæ Crucis, ordinatione Joannis Ducis Bavariæ, caſtrum Reichenſtain ſitum in ſylvâ Boemorum, quod Huſſitæ per tradimenta occupaverant, obſidetur, & fortiter impugnatum tandem per placita obtinetur.

Sigismundus Rex regium Diadema Italici regni in Domicilio S. Ambroſii Mediolani aſſumpſit die S. Katherinæ.

Circa adventum Domini Huſſitæ cum magnâ ſecuritate & libertate, eunte cum eis inter alios Conrado Epiſcopo Ratisponenſi

nenſi, in propria perſona ad Concilium Baſileenſe venerunt.

Eodem anno circa feſtum S. Nicolai facta eſt ſtrages aliquanta in Moravia ex parte Ducis Auſtriæ & Huſſitarum, & ſecundum vulgarem famam de Huſſitis quaſi quingenti, & de Auſtralibus ferè totidem perierunt, victoriâ Huſſitis cedente. Poſt hæc Huſſitæ obtinuerunt potenter quamdam civitatem circa metas Hungariæ nomine Tierna, & interfectis incolis multa bona ibidem inventa ſibi vendicantes ipſam illico poſſederunt.

MCCCCXXXIII.

Wilhelmus Dux Bavariæ Protector Concilii Baſilienſis cum ſolemni Ambaſiatâ ipſius Concilii ad Boemiam redierunt, qui habitis Pragæ variis tractatibus ſignificarunt de Pace; rebus variatis coacti ſunt per aliam viam in regionem ſuam redire. Iisdem temporibus fuit tanta tempeſtas aëris, immenſitas grandinis ac excreſcentia aquarum Pragæ, à multis retroactis temporibus inaudirum. Non fuit denique domus aliqua, in qua non eſſet mortuus aut infirmus, præterquam in Domo Ambaſiatoris, cunctis admirantibos. Ex tunc ſtatim circa feſtum ſanctæ Margaretæ, Huſſitæ cum valido exercitu oppidum Pilsua, plenum Catholicis obſederunt.

Rex Sigiſmundus Romam veniens pro corona Imperiali accipienda die ſancto Pentecoſtes, qui fuit ultima Maji ab Eugenio quarto coronatur, anno regni Romanorum XXIII. Interim Concilium Baſilienſe contra Papam, qui id revocaverat, procedit. Sigiſmundus verò poſt coronationem circa menſem Novembrem, omnibus ferè ignorantibus quo tenderet, ad Concilium Baſilienſe venit, & ſe pro defenſione Papæ ſerioſius interpoouit.

Interea Pilsna opidum in Boemia obſidione cinctum anguſtias patitur, dein partem exercitus obſidionis, numero duorum millium virorum, Huſſitæ miſerunt in Bavariam XVI. Menſis Septembris, in qua per ſex continuos dies, incendiis, ſpoliis, depecuniationibus & Catholicorum captivationibus crudeliſſimè debachabantur. Audiens hæc Joannes Dux Bavariæ, filius quondam Ruperti Regis Romanorum, in opido Newnburg conſtitutus, contra filios peſtidiæ cum filio ſuo Chriſtophero pararus erat, inire bellum, ſed prohibitus à Militia. Cum autem tot mala videret, equeſtres paucos, minus ut dicebatur Ducentis cum plebe ruſticanâ cupidâ & fervida ad pugnandum miſit; & factum eſt donante Domino Bonorum omnium Largitore, ut de hoſtibus victorioſè triumphatet, occiſis de hæreticis mille quadringeotis viris, de Catholicis ſolum decem interemptis. Hujus prælii Capitaneus fuit Henricus Pflueg, vexillifer autem Wilhelmus Paulstotter ſagittâ graviter vulneratus, Joannes Zenger Miles ſeptuagenarius.

Dum hæc agerentur, Epiſcopus Lugdunenſis ex parte Concilii Baſilienſis fuit Ratiſponæ, tractabátque de pace inter Ludovicum & Henricum Duces Bavariæ, quos cum concordare non potuiſſet, citavit ad Concilium.

MCCCCXXXIIII.

Joannes de Polomar decretorum Doctor, Archidiaconus Barchiondinenſis, Papæ Capellanus, ac ipſius Palatii cauſarum auditor, nec non Sacri Baſilienſis Concilii nuntius, Dominicâ poſt aſcenſionem mulierem nomine Magdalenam Walpotin in Eccleſia cathedrali Ratiſponæ perſonaliter coram populo ſtatuit in habitu crocei coloris cum cruce rubeâ & infula de papyro facta, in quâ ante & retrò ſcripta fuerunt hæc veba: hæc mulier in hæteſibus fuit comperta ſed per Dei gratiam eſt converſa. Hæc aſſeruit & tenuit Errores in generali Viennenſi Concilio damnatos, videlicet quod aliquis poſſet in tantum proficere in hac vita, quod efficeretur omninò impeccabilis. Item aſſeruit & multiplicitet publicavit ſpiritu ſuperbiæ & mendacii decepta, quod ipſa eſſet illa, quæ priſtinis tempotibus in Francia multa exercuit bella, & ſe habuiſſe divinas revelationes & gratiam ſanandi infirmos. Dixit etiam quod ipſa eſſet mater Chriſtianitatis à Deo conſtituta & plura alia. Quaptopter ad peragendam pœnitentiam in carcerem eſt retruſa.

Eugenius Papa approbavit Concilium Baſilieoſe, quod prius revocaverat, ſpondendo etiam ulterius non rurbare, & erat bona ſpes de ipſius ſatisfactione pro eo, quod tandem concilii diſtulit confirmationem.

MCCCCXXXV.

Lis inter Ludovicum ſeniorem Ducem Bavariæ ex parte una, & Epiſcopum & civitatem Patavienſem ex parte altera per placita ſedatur. Cauſa litis fuit: Ludovicus de caſtris Scherding & Kunigſtain Patavienſibus multa incommoda & damna fecit; ècontra cives Patavienſes in territorio Scherding magnum incendium potenter fecerunt.

Menſe Auguſto Januenſes propè Gaicetam civitatem Apuliæ, magnam victoriam habuerunt in mari; nam capti ſunt Rex Arragoniæ, Rex Naverræ, Rex Portugalliæ, Dux Soſſiæ, Principes Tarenti, xxxv. Barones, lxxx. milites, & populus communis innumerabilis.

Eodem anno iii. Idus Septembr. obiit Wilhelmus Dux Bavatiæ ſepultus Monaci. Reliquit filium nomine Adolſum & poſthumum Wilhelmum.

Ante feſtum Nativitatis Domini caſtrum inferius Pataviæ exurirur, dum minus cautè & improvidè ageretur cum pulveribus Bombardarum, magnum damnum faciens Eccleſiæ Patavienſi & ejusdem Privilegiis ibidem conſumptis.

Eodem

Eodem anno Græci Chriſtiani concilia habuerunt in Ruſſia, in Bulgaria, in CPoli, in Trapeſunda, in Hieruſalem & Alexandria.

MCCCCXXXVI.

Henricus Dux Bavariæ in Lantzhuet caſtrum Laber emptum, in poſſeſſionem accepit. Ex tunc Barones dicti de Labercaſtrum tituli ſui poſſidere deſerunt.

Circa feſtum Penteceoſtes opidum Dingolfing ab Henrico Duce obſidetur, & in Octava Corporis Chriſti obtinetur. Dein Leonardus Epiſcopus Pataviensis & cives, habitis cum Duce Henrico tractatibus opidum Scherding & caſtrum Kunigſtain, quod erat Ducis Ludovici, obſidione circumdederunt.

Joannis Baptiſtæ caſtrum Kirchberg ab Henrico Duce obſidetur, & infra decem dies obtinetur; ſimiliter caſtrum Churnſtain ab eodem obtinetur. Dein ab eodem Henrico caſtrum Rotenegk, quod Dux Ludovicus in offenſam dictorum de Layming obtinuerat, exuritur. Rogatu igitur Ducis Erneſti Ducis Bavariæ fratris Wilhelmi quondam Protectoris concilii, ſacrum Concilium miſit Ambaſiatores in Bavariam ad pacem componendam inter Henricum & Ludovicum Duces Bavariæ, Joannem Epiſcopum Lubicenſem Provinciæ Bremenſis & Magiſtrum Nicolaum de Cuſa Diaconum, præpoſitum Monaſterii Meinfeld Treverenſis Diœceſis Doctorem Decretorum, ad quorum ſolicitudinem in Diæta Ratiſponæ habita factæ ſunt treugæ præter ſpem à Dominica poſt feſtum Jacobi inſtantis ad quatuor annos, adinſtar treugarum prius per Sigiſmundum Imperatorem Ratiſponæ factarum, inter Ludovicum ſeniorem & Ludovicum juniorem filium ejus Comites Palatinos Reni & Duces Bavariæ Comiteſque Mortaniæ & Graiſpach ex parte una, & Ducem Henricum & cum eo in Liga exiſtentes, ſcilicet Fridericum Marchionem Brandeburgenſem & Joannem Ducem Bavariæ, Ludovicum, Ulricum & Wilhelmum Comites in Oting, & cives imperialium civitatum ſcilicet Rotenburg ſuper fluvio Tawber, Schwabiſchwerd, Nordling, Dinklſpyhel, Weiſſenburg & Poppfingen & ſpecialiter Dominum Leonardum Epiſcopum & cives Patavienſes ex parte altera; cum certis clauſulis, videlicet quod caſtrum Kunigſtain propè Patavium deberet deſtrui & non reædificari, niſi judicialiter fuerit obtentum: Quod oppidum Scherding Dux Ludovicus deberet poſſidere & ejus ordinatione ita cuſtodiri, ne aliquis exinde periculum patiatur: Quod Eccleſiaſticæ & ſeculares perſonæ & earum adjutores uti debeant ſuis antiquis libertatibus & juribus & nullis novitatibus gravari. Secundum illa compactata caſtrum Kunigſtain à Patavienſibus funditus deſtruitur, & ſolo æquatur. Quod caſtrum primum ab Henrico Nothaft dum eſſet Vice-Dominus inferioris Bavariæ in die trium Regum cepit in ſtructuram ordiri & ideo Kunigſtain nominari.

In vigilia S. Bartholomæi Sigiſmundus Imperator cum magna ſolemnitate ingreſſus eſt Pragam & in Regem Boëmiæ ſecundo eſt coronatus.

Albertus filius Erneſti Ducis Bavariæ Annam filiam Ducis de Brunswig duxit uxorem & nuptias Monaci celebravit.

MCCCCXXXVII.

Ludovicus Comes Palatinus Rheni & Dux Bavariæ filius Ruperti Regis Romanorum obiit III. kal. Januarii, relinquens tres filios, ſcilicet Ludovicum, qui ei ſucceſſit in comitatu ----

Sigiſmundus Imperator circa feſtum S. Martini cum conthorali ſua à Praga receſſit, & in Znoyma oppido Moraviæ anno regni Romanorum XXXVII. Imperii verò IIII. v. Idus Decembris, cum contritione & devotione magna, obiit; Ductus in Eccleſiam Baradienſem Provinciæ Strigonienſis & ibi ſepultus.

Eodem anno XVII. Decembris in opido Ungariæ Poſonio Strigonienſis Diœceſis, Albertus Dux Auſtriæ, gener Sigiſmundi Imperatoris electus eſt in Regem Ungariæ.

Anna uxor Alberti Ducis Bavariæ peperit filium nomine Joannes.

Eodem anno II. cal. Aug. Concilium Baſilienſe ſexaginta dierum terminum Papæ Eugenio quarto peremptoriè præfigit, infra quem in concilio per ſe vel per alium ad hoc deputatum debeat comparere. Sigiſmundus autem Imperator in congregatione Principum in Egra conſtitutus ſe interponens, ut non fieret nova ſciſſura, ſcribit Principibus & civitatibus, dicens inter alia: potius velle ſuſtinere mortem, quam videre novam in Eccleſia Dei ſciſſuram.

Eodem anno XIIII. kal. Octobris Papa Eugenius Bononiæ reſidens Concilium Baſilienſe ſub gravibus pœnis ſolvit & mandat, ut infra certum terminum dierum ad Ferrariam ſe transferat, econtra idem concilium non aſſentir, & ideo per Decretum ſuum ſimili modo ſub gravibus pœnis proceſſum Papæ caſſat & annullat, mittitúrque ab eodem Concilio Baſilienſi Dominus Gregorius Vicienſis Epiſcopus, natione Catalanus ad Sigiſmundum Imperatorem tunc Pragæ exiſtentem, ut in re tam grandi ejus voluntas & conſilium audiatur. Imperator autem prius quam illa legatio ad eum perveniret gravi infirmitate laborans ſubito circa feſtum S. Martini à Praga receſſit in Moraviam ad civitatem Znoymam.

Eodem anno Fridericus Parſperger Præpoſitus Ratiſponenſis eidem Eccleſiæ præficitur Epiſcopus.

MCCCCXXXVIII.

Ipſo die circumciſionis Dominus Albertus Dux Auſtriæ electus in Regem Ungariæ coronatur in Alba regali per Archiepiſcopum Strigonienſem. Deinde in die ſancti Joannis Evangeliſtæ eligitur idem Albertus in Regem Boëmiæ in civitate Pragenſi, poſtea die Sanctorum Petri & Pauli ibidem coronatur & inungitur per Philibertum Epiſcopum Conſtantienſem Provinciæ Rothomagen-

magenſis & Epiſcopum Olomucenſem, die verò Mercurii XIX. menſis Marcii in opido Franckfordienſi Diœceſ. Moguntinenſis ab electoribus, Theoderico Moguntinenſi, Theoderico Colonienſi, Rabano Trevirenſi Archiepiſcopis, Ottone Comite Palatino Rheni, Friderico Duce Saxoniæ, & Friderico Marchione Brandenburgenſi, concorditer in Regem Romanorum eligitur; Romanorum CXIII. à Julio, regnavit annis duobus.

Eodem anno primo die Julii obiit Erneſtus Dux Bavariæ Monaci ſepultus, relinquens filium Albertum. Hujus uxor eodem anno peperit filium nomine Erneſtum, * prius Joannem, poſtea Sigiſmundum Albertum, Chriſtoferum & Bolfgangum.

* hæc poſtea adſecta.

Eodem anno fuit inundatio aquarum maxima & ex crebris illiſionibus ejus corruit cenaculum cum ſtuba in Monaſterio Formbach Pataviensis Diœceſis, quod ſitum fuit inter Domum Abbatis & piſtrinum, & in eadem Stuba fuerunt Dominus Georgius Abbas, Joannes Prior, Georgius Schmältzl, Petrus Præpoſitus in Glocknix, Liebhardus & Udalricus fratres dicti monaſterii, tractantes negotia Eccleſiæ, nihil præter mortem expectantes, ſed inter Newnburg & Newfels auxilio nautarum ſunt erepti.

Eodem anno IX. kal. Febr. Concilium Baſilienſe in Seſſione publica in majori Eccleſia Baſilienſi celebrata Eugenium Papam ab omni adminiſtratione Papatûs in ſpiritualibus & temporalibus ſuſpendit, ac ſuſpenſum declaravit.

Concilium generale auctoritate Eugenii Papæ indicitur Ferrariæ celebrandum, quo ipſe Papa cum curiâ ſua è Bononia profectus ſed peſte invaleſcente Florentiam translatum eſt. Fuerunt in eodem Concilio Imperator & Patriarcha Græcorum cum magnâ comitivâ Epiſcoporum & Prælatorum & aliorum numero quaſi quingentorum.

MCCCCXXXIX.

Albertus Rex Romanorum, Ungariæ atque Bohemiæ, obiit in Hungaria in villa Nesmel die Symonis & Judæ, ſepultus in Albâ regali.

MCCCCXL.

In die cathedræ S. Petri natus eſt Poſthumus Ladiſlaus Rex Hungariæ in Gumorn filius Alberti Regis & in Albâ in Regem Hungariæ eſt inunctus & coronatus ab Archiepiſcopo Strigonienſi, nondum quatuor menſes ætatis habens.

Fridericus III. Dux Auſtriæ, Romanorum CXIIII. cepit.

Amedeus Dux Sabaudiæ XV. kal. Jan. Antipapa erigitur Felix quartus nuncupatus.

Hypotromus civitas eſt Æthiopiæ, ubi univerſitas fuit Hæreticorum qui Jacobitæ appellantur, qui & Evangelium prædicabant & lecturas de eo faciebant, hoc anno per Eugenium Papam de fide inſtructi, eam ſecundum Romanam formam ſuſceperunt, & ſuper hoc lecturas ſuas tranſmiſit Rex eorum & ſtationem & altare in Sancto Sepulchro in Jeruſalem meruerunt.

MCCCCXLI.

Fridericus Filius Erneſti Archiducis Auſtriæ coronatur Aquiſgrani XVII. Junii in Regem Romanorum.

Bernardinus Ordinis Minorum obiit ætatis ſuæ anno LXIII. in vigilia aſcenſionis.

MCCCCXLII.

Alfonſus Aragonenſium Rex poſt diuturnam obſidionem Neapolin capit & Apuliæ regnum obtinet.

MCCCCXLIII.

Leonardus Brunus Hiſtoriographus Florentiæ moritur VII. Idus Martii, ætatis ſuæ anno LXXIIII.

MCCCCXLIIII.

Triginta fermè Turcorum milia inter Andrinopolin, Danubiumque à Chriſtianis ſunt cæſa, in qua pugna Ladiſlaus Hungariæ Rex & Julianus Cæſarinus Diaconus pro Chriſti nomine obierunt.

MCCCCXLV.

Chriſtoferus Rex Daciæ Dux Bavariæ in uxorem duxit filiam Joannis Marchionis Brandeburgenſis.

MCCCCXLVI.

S. Nicolaus de Tolentino Ordinis Heremitarum ab Eugenio Romæ tunc exiſtente communi Conſilio Cardinalium Sanctorum cathalogo adſcribitur.

Philippus Maria Dux Mediolanenſis apoplexia, correptus defecit.

MCCCCXLVII.

Nicolaus V. Papa ſedit annis VIII.

MCCCCXLVIII.

Chriſtoferus Rex Daciæ moritur paucis dolentibus.

Matthæus Palmerius Florentinus Chronicam ſuam hucuſque perduxit.

MCCCCXLIX.

Fredericus Imperator Nicolao V. precibus procurante Amadeum Sabaudiæ Ducem in Pontificem ſub nomine Felicis V. per Conſilium Baſilienſe electum coëgit Pontificatum deponere, quem annos IX. menſes VI. dies VII. tenuerat, relictâ illi Cardinalatus dignitate Germaniæque Legatione.

Amedeus Dux Sabaudiæ Antipapa Felix V. nuncupatus in ſe reverſus per procuratores ſuos Nicolao ceſſit, renuntians omni juri quod prætendebat habere in Papatu, certis conventionibus adhibitis.

Franciſcus Sfortia Mediolanum per Deditionem cepit & Ducis nomen aſſumpſit.

MCCCCL.

Jubileus annus Romæ celebratur.

Ama-

Amoratus Turcorum Imperator moritur relicto Mahumeto filio, regni ſucceſſore.

Bernardinus Senenſis Ordinis Minorum Sanctorum Catalogo aſcribitur.

MCCCCLI.

Fredericus Imperator unàcum ejus ſponſa Leonorâ Heduardi Luſitaniæ Regis filia Romam veniens à Pontifice coronatur inungitúrque, unde mox Neapolin ad nuptias celebrandas proficiſcitur, quæ excellenti Alfonſi Regis munificentiâ perficiuntur.

Leo Baptiſta Albertus, vir ingenio præditus acuto & perſpicaci bonisque artibus & doctrinâ excultus eruditiſſimos à ſe ſcriptos de Architectura libros Pontifici oſtendit.

MCCCCLII.
MCCCCLIII.

In die Simonis & Judæ Ladislaus Rex Hungariæ coronatur Pragæ in Regem Bohemiæ.

CPolis orientis Imperii ſedes vi & armis expugnata à Mahumeto Turcorum Rege cæde diripitur XXIX. menſis Maji, anno regni ejus tertio. In hujus urbis Populatione Conſtantinus Paleologus, & ipſe matre Helena genitus, orientis Imperator capite truncatus regni ſimul & vitæ finem fecit, defecitque Imperium Græcorum.

Theodorus Theſſalonicenſis vir græca lingua apprime eruditus Pontificis juſſu tum alia egregia Græcorum volumina, tum Theophraſti de arboribus plantisque inſignè opus in latinum vertit.

Joannes II. Rex Caſtellæ XVII. poſtquam regnavit annis XLVIII. moritur, ſepultus in monaſterio Carthuſienſium de Miraflores civitatis Burgenſis; Cui ſucceſſit filius ejus Henricus IIII. Rex Caſtellæ XVIII. regnavit annis XXII.

MCCCCLIIII.

Gregorius Tiphernas utriusque linguæ facundus interpres habitus, egregium Strabonis volumen à ſe latinè factum Pontifici offert.

MCCCCLV.

Nicolaus Papa obiit XXIIII. menſis Martii ad S. Petrum ſepelitur.

Caliſtus III. Papa ſedit annis III. menſibus tribus.

Vincentius Natione Hiſpanus Ordinis Prædicatorum Sanctorum numero adſcribitur.

Ariſtotelis Bononienſis Architecturæ inſignis habetur quod lapideas Turres integras illæſas ſubjectis fundamento lapſibus* ad alium traduxit locum.

*ita cod.

Mahumetes Turcorum Imperator Miſiam inferiorem dedentibus ſe ſe principibus obtinet, anno regni ſui quinto.

MCCCCLVI.

Edmundus Sariſberienſis Epiſcopus Angliæ inter Sanctos relatus eſt.

Mahumetes Turcorum Imperator ad Taurinum oppidum, quod Bellogradum ſibi Alba Græca dicitur, ad confluentes Savum Danubiúmque ſitum, à paucis Chriſti cruce ſignatis fuſus, fugatus, cæſiſque caſtris exutus eſt VIII. Idus Aug. die S. Sixti. Ob id Caliſtus feſtum Transfigurationis Domini eo die conſtituit.

MCCCCLVII.
MCCCCLVIII.

Mahumetes Turcorum Imperator Corinthum expugnat atque in omni Peloponeſo Tributa imponit, Demetrio & Thoma fratribus Palæologis inter ſe de regionis Imperio diſcordantibus.

Calixtus Papa VIII. Idus Auguſti obiit.

Pius II. Papa ſedit annis VI.

MCCCCLIX.

Pontifex in dicto fidelium omnium Mantuæ conventu, ipſe profectus ſtatuto die Mantuam venit, quo confluentibus ex toto Chriſtiano orbe fidelium principibus ac oratoribus, de inferendo Turcis bello ac gerendi modu agitur. Poſt octo menſes diſſolvitur conventus.

Franciſcus Philelphus vir Græcâ latináque linguâ facundus Poëta, inſignis oratórque illuſtris agnoſcitur.

MCCCCLX.

Armiger quidam Auſtriæ dictus Gamredus Fronawer fecit forte Fortalitium in Trebnſee, exigens ab omnibus exactiones multiplices, diripiens ſingula Prædia Eccleſiæ Patavienſis, & fuit quaſi Principium totius mali vexantis Auſtriam per multos annos.

Nicolaus Cuſa Romanæ Eccleſiæ S. Petri ad vincula Cardinalis, vir omni doctrinâ clarus, dom Eccleſiæ ſuæ Brixinenſi juta acrius tuetur, à Sigismundo Auſtriæ Duce capitur atque honeſto ſervatur carcere, quapropter ipſe Dux excommunicatur & tota ejus provincia diſtrictè interdicitur Mahometes Turcorum Imperator Thoma Paleologo & fratre ſecum deducto Peloponeſum occupat anno ejus undecimo.

Eodem anno Trapezuntii Rege capto & interempto Pontum obtinet.

MCCCCLXI.

Katherina Senenſis Sanctarum numero aſcribitur.

MCCCCLXII.

Ludovicus Dux Bavariæ XIIII. kal. Julii habuit bellum maximum ante oppidum Gyengen contra Albertum Marchionem Brandenburgenſem & XXVIII. civitates Imperiales eidem adhærentes & alios Principes plures & glorioſè triumphavit. Dein IIII. kal. Julii capti & vulnerati Principes, Epiſcopus Metenſis, Karolus Marchio Badenſis, Ulricus Comes de Wirtenberg per Fridericum Comitem Palatinum Rheni adhærentem præfato Ludovico.

Ludovicus Francorum Rex undecim graviſſimos regni viros ad Pontificem legat cujus legationis Princeps fuit Joannes Jo-

ſredi Attrebatenſis Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, qui publico Conſiſtorio liberam Eccleſiæ & Pontificis regni obedientiam ejus nomine præſtitit, abrogatâ veteri lege quam Pragmaticam appellant ac magna inſuper in Turcos auxilia pollicetur. Mahumetes Turcorum Imperator Mytilenem expugnat diripitque.

MCCCCLXIII.

Peſtis valida ſæviit per Bavariam, Auſtriam, Bohemiam, Sueviam & quaſi per totam Germaniam multos mortales abſumens.

Eodem anno ſecunda die menſis Decembris in caſtro Wienn obiit Archidux Auſtriæ Albertus frater Friderici Imperatoris, ex Toxico, uti fama univerſalis fuit, licet veritas comperi non potuit, & abominabiliter fuit inflatus cum diverſitate colorum quaſi Iridis, proh! dolor ſine ſacris, neque eviſceratus, ſed ita ad S. Stephanum in ſepultura Ducum ſeorſim ſatis in terra profunde ſepultus.

Flavius Blondus Hiſtoricus ætatis ſuæ anno LXXV. Romæ moritur.

Stephanus Superioris Miſiæ ſive Bosniæ Rex blanditiis à Mahumeto Turcarum Imperatore à caſtello clam evocatus captus decoriatúsque, regnum quod à Patre dolo ſurripuerat ſimiliter cum vitâ amittit.

MCCCCLXIIII.

Caput S. Andreæ Apoſtoli à Thoma Paleologo ex Peloponneſo Romam defertur & in Baſilica S. Petri deponitur.

Pius Papa dum contra Turcos proficiſci ſtatuit, Anconæ moritur XIX. kal. Sept.

Eodem anno eligitur Paulus II. ſedit annis VII. menſibus X.

Ferdinandus I. Neapolitano Patri defuncto ſuccedit.

MCCCCLXV.

Rupertus filius Ottonis Ducis Bavariæ de Novoforo, Epiſcopus Ratisponenſis, moritur in oppido Ibs, partibus Auſtriæ, cui ſucceſſit Henricus de Absberg, ejusdem Eccleſiæ Canonicus & Decanus Pataviensis qui præſuit annis XXVI. menſibus VII.

MCCCCLXVI.

Paulus Papa publico Conſiſtorio Georgium Boemiæ Regem hæreſi damnat, dignitatéque ac regno privat.

MCCCCLXVII.

Secundâ die menſis Junii rogatu Concilii oppidi Wiennenſis, horâ ſecundâ circa veſperas Rev.mus Præſul Pataviensis Dominus Udalricus Cancellarius Imperatoris, In Pontificalibus apparamentis, cum Suffraganeo ſuo & Abbate Gottwicenſi & Abbate in Geyſm, cum ſolemnitate cantûs & Cleri repoſuit primum lapidem ſuper fundamento novæ Turris ad S. Steffanum in cæmiterio verſus curiam Præpoſitalem.

Philippus Burgundionum Dux, magnis rebus geſtis obiit; Karolus ſuccedit filius.

Benedictus Capra Romani Pontificiique Juris clarus Commentarios Peruſiæ edidit.

Antonius Roſellus, natione Thuſcus, vir conſultiſſimus, editis de Monarchiâ libris eruditiſſimis, Patavii moritur.

Leonora Romanorum Imperatrix obiit in nova civitate, ad S. Trinitatem Monaſterio Ciſtercienſi ſepulta.

MCCCCLXVIII.

Leodium urbs Germaniæ populoſiſſima à Karolo Burgundionum Duce, præſente & favente Ludovico Francorum Rege, expugnatur, diripitur, incenditur, quoniam ſuum ex ſorore nepotem, eorum Præſulem, in vincula conjeciſſent.

Mahumetes Turcorum Imperator Syrios Egyptiosque magno prælio ſuperat.

Lewinus Wirsperger Hæreticus Huſſita captus, Ratisponam vinctus ducitur, ubi poſt plurimas articulorum ejusdem examinationes & eorundem caſſationes judici ſæculari traditus in perpetuas traditur carceris pœnas.

Albertus Dux Bavariæ de Monaco caſtrum Degenberg Domini Joannis Gewolf funditus ejecit, caſtrum quoque Nusberg eodem modo dirupit, Joannem de Nusberg in Bohemiam fugavit, caſtro ejus Calmberg obtento.

Paulus Papa II. XV. kal. Febr. anno ejus quinto ad petitionem Friderici tertii Romanorum Imperatoris Eccleſiam collegiatam S. Stephani Viennenſem, Præpoſitutam vocatam, in Eccleſiam Cathedralem erexit, & Epiſcopalis dignitatis honore & titulo inſignivit, & oppidum ipſum, tanquam locum inſignem in civitatem erexit, & perpetuis temporibus ita nuncupari decrevit.

MCCCCLXIX.

Beſſarion CPolitanus Patriarcha, Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Sabinenſis Platonis Apologiam egregii doctiſſimique Operis voluminibus quinque Græco Sermone conſcriptam per Theodorum Theſſalonicenſem latinam factam edidit.

Imperator Fridericus Religionis gratia hyemis media Romam venit.

Tergeſtum oppidum cum rebellâſſet Fridericus Imperator per Duces ſubvertit, diripitque magnâ civium cæde, in qua neque ſexui neque ætati parſum eſt.

Turci Germaniam populabundi ingreſſi multos mortales abduxerunt.

MCCCCLXX.

Mahumetes Turcorum Imperator CCCC. navium claſſe, inter quas Triremium CC. erant, & equitum centum milia Eubœam adortus, Calcidem quæ & Negropontus dicitur, triceſimâ die expugnat, ſubvertitque magnâ ſuorum cæde.

MCCCCLXXI.

Georgius Boemiæ occupator obiit.

Paulus Papa VI. kal. Aug. Apoplexiâ ſuffocatus interiit.

Sixtus IIII. Papa ſedit annis XIII. electus Nonis Auguſti.

Paulus Papa Borſium Marchionem Eſtenſem, Ducem Ferrariæ inſtituit.

Portu-

Portugaliæ Rex magnâ claſſe fretum Gaditanum ingreſſus, magnæ Mauritaniæ oppida Tingam Argillámque expugnat.

MCCCCLXXII.

Cometes magnus per menſem Januarium viſus Beſſarion Cardinalis Nicæous, in Gallias Legatus proficiſcitur.

In Aſia Haſſoncaſſan magno prælio devictis Perſis, magnus habetur.

Studium generale in urbe Auripolenſi ſive Ingolſtadenſi per Ludovicum Bavariæ Ducem de Lantzhueta erigitur, & per Sixtum Papam IIII. coofirmatur.

Conradus cæcus de Nurnberga, in omnibus muſicalibus ſuo tempure nulli ſecun-
(p) dus Monaei obiit. (p)

MCCCCLXXIII.

Sixtus Papa Stephanum Archiepiſcopum Mediolanenſem, Arelatenſem, Matiſconenſem, Novarieoſem, Calcenſem, Malficanum Epiſcopos in Patrum numero aſcivit atque galero inſignivit.

In Cypro Jacobus Rex moritur, relicto infantulo ex uxore Veneta, ob quam rem Veneti admioiſtrationem regni obtinuere, nec multo poſt extincto Infante regnum occupant.

Haſſoncaſſan in Armeniæ finibus magno prælio cum Maumete Turcorum Imperatore confligit, in quo XXX. Turcorum milia cæſa dicuntur.

MCCCCLXXIIII.

Turci exercitum centum milium Scutarim Illyrici littoris oppidum non procul à flumine. Carolus Burgundiæ Dux Nuſſiam Colonienſis agri oppidum ad Reni ripas obſidet, ſed cum Fridericus Imperator obſeſſis auxilio veniſſet, inito fœdere diſceſſit.

Aoo, veterémque Appoloniam obſident, ſed tandem defendentibus Venetis fatigati, ac morbo ex fluminis aura vexati in montes diſceſsère.

Inſolita aquarum ſiccitas perennes quoque fontes exhaurit.

Turci transnato Danubio per ſuperiorem Pannoniam Provinciam deprædantur.

Chriſternus Rex Daciæ, Sueciæ, Norvegiæ, Gothiæ Romam ſolvendi voti gratiâ ad Pontificē veniens celebri honore excipitur.

MCCCCLXXV.

Jubilæus à Papa Paulo prius per univerſum orbem Chriſtianum inſtitutus à Sixto Pontifice hoc anno celebratur.

Ad Hyſtri fluminis partem, quam Moldaviam Vallachiámque appellant, ingens Turcorum cædes facta eſt, in qua primI exercitus periere. Judæi, qui Tridenti degebant, furtim puero arrepto cui nomen Simon fuit, viu. kal. April. qui dies Paſſionis Domini fuit, in eo omnia Paſſionis myſteria operati ſunt, quo divinitus cognito, judæi qui id egerunt, variis ſuppliciis crudeliter oecati meritas pœuas luerunt, corpori verò ipſius pueri ob maxima, incredibiliáque miracula, Baſilica erecta eſt.

Turci iterum inferiorem Miſiam ſive Valachiam ingreſſi magnâ cæde ſternuntur, dehinc magnam Genuenſium urbem Caſam quam Genuenſes adhue poſſidebant ad Mæotidem, Turci expugnant.

Carolus Dux Burgundiæ, Lotharingiam expugnat.

In Hiſpania Henrico IIII. Rege Caſtellæ & Legionis XVIII. mortuo, Fernandus Joannis Regis Aragoniæ filius traducens Elizabeth Henrici ſororem in matrimonium, & Alfonſus Portugaliæ Rex Joannam filiam ex ſorore, oeptem Henrici fovens, regnum diviſerunt.

(p) Ejus Monumentum marmoreum hodie extat, nemini noſtrorum cognitum, etſi in oculis omnium, ad lævam Portæ Meridionalis Collegiatæ Eccleſiæ ad D. Virginem muro inſertum, vetuſto opere, in quo cæcus ille Inſtrumentis muſicis, præcipuè organo aſſidens conſpicitur, cum hoc Epitaphio, uncialibus Litteris inciſo.

Anno MCCCCLXXIII. an Sant Pauls bekerungs Abent iſt geſtorben und hie begraben der Kunſtreichiſt aller inſtrument und der Muſica Maiſter Conrad Paulman Riter Burtig von Nurnberg und Blinter geboren, dem Gott Gnad.

Eſt præterea in manibus meis ſpiſſum volumen MS. in folio, in quod, neſcio quis, diligentior tamen quam doctior collector plurima, hiſtoriam maximè Ratisponenſem ſpectantia, ex diverſis Monumentis ineditis (quæ tamen exactius indicare non excuſandâ negligentia omiſit) coacervavit, in cujus pag. 297. inſignis locus de *Magiſtro* CONRADO noſtro extat quem exinde hic, velut opportuno loco ſuo, juvat interere:

Nota quod Anno Domini MCCCCLXXIIII. (rotius Epitaphio creditur quod anno uno prævertit) *obiit Magiſter* CUNRADUS *de Nurinberga, qui cum a Nativitate eſſet cæcus, in omnibus tamen Muſicalibus artibus expertiſſimus ac famoſiſſimus extitit, nulluſque ſui temporis ſibi ſecundus in organis, Lutina, cythera, ſidella, ac fiſtula Tibiis ac Buccina* (hæc omnia Inſtrumenta circum & ponè ipſum exprimit Lapis) *& in omnibus inſtrumentis Muſicalibus, ſed & in longinquis regionibus apud nonnullos Principes fama ejus divulgabatur, qui ad ſe illum invitantes copioſis muneribus, ad propria in ſuo curru remittunt; videlicet Fridericus Imperator, Dux de Mantua, qui inter cætera Tunicam auro contextam & gladium militarem capulo deaurato & Cathenulam ſeu armillam auream ſibi largitus eſt: Princepsque Ferrarienſis qui & ſimiliter pallium auro contextum cum aliis munuſculis donavit. Sed & Dux Albertus de Monaco in cujus curia commoratus eſt annuatim pro ſe & uxore & familia ſua LXXX. florenos Rhenenſes dare conſuevit & cætera. Plurimos artis ſuæ reliquit Diſcipulos optimos, quos propria perſona artificialiter inſtruxit, ſepultus in Eccleſia Virginis Mariæ Monacenſi.* Ita Anonymus ille, qui tamen in anno mortis & ſepulturæ loco fefellit.

Habent ergò hic, unde Cl. V. JOANNIS GABRIELIS DOPPELMAYRI, mihi dum viveret amici litterariis officiis probatiſſimi, inſigne Opus *de Mathematicis & Artificibus Noribergenſibus*, ſuppleant atque adaugeant cives ſui; noſtri verò, quem HULDERICO SCHVENBEROERO *Weidano* Bavaro jungant, qui amiſſo, tertio ætatis ſuæ anno, oculorum uſu, non Muſica tantum ejùsque Inſtrumentis conficiendis ſed omnibus Matheſeos partibus linguiſque inſuper præter Latinam Græcámque orientalibus, Danos inter & toto illo Baltico Littore inclaruit.

MCCCCLXXVI.

Mathias Hungariæ Rex caſtellum Turcorum ad ripam Savi fluminis, xxx. diebus expugnat ingenti gloria.

Joannes de Munte Regio, Aſtronomus moritur.

MCCCCLXXVII.

Galeatius Maria Mediolanenſis Dux die ſancti Stephani in templo à Joanne Andrea Lamprogniano confoditur.

Carolus Dux Burgundiæ in pugna occiditur.

MCCCCLXXVIII.

Florentiâ inteſtinâ ſedirione turbata eſt menſe Aprili, nam Julianus Medices in templo S. Repararæ, dum Miſſa nova celebraretur, aſtante Cardinali S. Georgii Savonenſi nepote Comiris Jeronimi gladiis confoſſus eſt, Laurentio Medice à Sacerdotibus defenſo & in Sacriſtiam poſtibus æreis clauſam reſerato. Factionis auctor fuir Archiepiſcopus Piſatum, Florentinus de Salviatis & Franciſcus & Jacobus Pactii, qui ad feneſtras Prætorii ſuſpenſi, & ad terram fracto laqueo projecti eádem die cum ſociis ſceleris ad LXXV. obierunt.

Aſſamberus Haſſoncaſſanus, Parthiæ, Perſiæ, Mediæ, Meſoporhamiæ & Armeniæ Rex magnæque orientis partis quam armis ditionis ſuæ fecerat poſt ingentia facinora diem obit. Cujus filius major natu cæteris fratribus interfectis paternum arripuit imperium. Theodorus Gaza Theſſalonicenſis græcè latinéque etudiriſſimus, traductis Theophraſti de plantis ſtirpibúſque libris, nec non Ariſtotelis problematibus, XVIII. de animalibus voluminibus abſolutiſſimis, non ſine utriusque linguæ jacturâ Romæ moritur.

MCCCCLXXIX.

Die S. Priſcæ Virginis, obiir Ludovicus Dux Bavariæ, Landshutæ ſepultus in Saldenthal.

Eodem anno XVI. kal. Sept. primarius lapis Eccleſiæ S. Salvatoris, ſcilicet in monte S. Georgii Pataviæ ponitur per Rev.mum Patrem & Dominum Udalricum Epiſcopum ibidem, qui poſtea IIII. Non. Sept. debitum carnis exſolvir in arce ſuperiori.

Eodem anno XVIII. die Octobris eligitur Fridericus Mawrkircher, juris utriusque Doctor, Cancellarius Ducis Bavariæ in Epiſcopum Patavienſem, ſed Papa denominavit Dominum Georgium de Häſeler Cardinalem, quem & confirmavit, & ſecuta exinde mulra mala.

Joannes Tarraconenſium Hiſpaniæ citerioris Navarræ Majoriſque Balearum Rex Ferdinando filio Caſtilionis, Siciliæ ac Corſicæ Regi, moriens regnum reliquit.

Ludovicus Gallorum Rex pactis induciis magna manu Maximiliani Burgundiæ Ducis fines ingreditur, ubi xx. milia militum amiſit. Mahumetes Rhodum obſedir, ſed divinitus præſervatur, amiſſis multis ex ſuis.

MCCCCLXXX.

Mahumetes valida claſſe in Apuliam trajiciens XVII. die Hidruntum expugnat.

Franciſcus Philelſus græcè larinéque apprimè eruditus plurimis utriusq; editis monumenti Octagenarius Florentiæ moritur.

Mathias Hungariæ Rex Boſnam, Pannoniam inferiorem olim dictam vexavit.

Judæi opidum Motam incolenres, quod & in finibus agri Taurizani & Fori Julii, non diſſimilirer quam ſuperioribus añis Tridenti egerant, puerum mactaverunr, quorum tres Venetiis atroci ſupplicio concremanrur.

Mathias Hungariæ Rex ingenti exercitu Myſiam inſeriorem, quæ nunc Valachia dicitur, ingreſſus, nihil memoratu dignum geſſir.

Macedones tumultu præſidio Turcorum ejecto trucidatóque, Scodra poriuntur, quam retinere diffidentes in Apuliam auffugiunt. Exercitus Maumeti valida claſſe multisque hominum milibus in Apuliam trajiciens XVII. die Ydruntum expugnat, Beſſias oppidum ad Garganum ſitum, totum demolitus infiniris cædibus quacunque diſcurrens omnia perdidir ferro ignéque.

MCCCCLXXXI.

Mahumetes Græciæ Aſiæque Imperator, dum in orientis expeditionem proficiſcitur, poſt ingentia facinora terra marique geſta non ſine veneni ſuſpicione v. Non. Maji in exercitu ſuo moritur, anno Imperii CPolitani XXVII. menſe XI. die v. Mortuo Mahumete ingens tumulrus CPolim invaſit, aliis Baizetum in Imperatorem poſcentibus ex liberis natu majurem; aliis Zaliabum minorem. Vicetunt tamen partium Bajazeti ſtudioſi & XVI. kal. Julii ipſe Bajazetus Imperator ſalutatur.

Hoc anno XII. menſis Junii, quæ fuit tertia Feria Penrecoſtes, fuit tam vehemens & imperuoſus grando, qualis non fuit viſus per multa tempora, ira ut projiceret complures lapides ad magnitudinem pugni, infinitos vero ad modum ovorum in pondere unius libræ.

MCCCCLXXXII.

In die S. Matthæi Apoſtoli & Evangeliſtæ, quæ fuit Sabbatho quatuor temporum obiit Reverentiſſ. in Chriſto Pater & Dominus Dominus Georgius de Heſeler Presbyter Cardinalis TT. S. Luciæ in Silice, Epiſcopus Patavienſis in navi non longè à Medlico, ſepultus ad beatam Virginem in litrore Wiennæ. Poſt ejus mortem prædictus Fridericus obtinuit confirmationem ſuæ electionis.

MCCCCLXXXIII.
MCCCCLXXXIIII.

Mortuô Sixtô Papâ Innocentius VIII. Papa eligitur Idibus Auguſti. ſed annis VII. menſibus XI.

MCCCCLXXXV.

XXI. Novembris obiir Fridericus Maurkircher clectus & confirmatus Patavienſis in oppido Prawnaw ſepultus. Dein ſecunda menſis Decembris poſtulatur Fridericus Comes de Oting in Paravienſem; eodem anno XVI. die Martii infra quartam & quintam

horam

horam poſt meridiem fuit totalis & integra Eclypſis Solis ſuper medium ſeptimi climatis & loca ſibi coovicina.

MCCCCLXXXVI.

XVI. Menſis Febr. Fridericus à Papa Innocentio VIII. confirmatur.

Eodem Fridericus Imperator Maximilianum filium Cæſarem fecit.

MCCCCLXXXVII.
MCCCCLXXXVIII.

Corpus Joannis Elemoſynarii Patriarchæ Alexandrini ex CPoli juſſu Turci, Mathiæ Regi Hungarorum dono mittitur, quod magno tripudio & celebritate excipitur, & in Buda debito honore locatur, ſequenti anno in capella regia in caſtro. Cujus feſtum inibi celebratur ſequenti die poſt feſtum B. Martini Epiſcopi.

MCCCCLXXXIX.
MCCCCXC.

III. Menſis Martii, Feriâ quartâ obiit Fridericus Comes de Oting, confirmatus Pataviensis, in Lintz; ductus ad Pataviam ibique ſepultus. Et XI. ejuſdem menſis eligitur in Epiſcopum Chriſtoferus Schachner Canonicus & Decanus ejuſdem Eccleſiæ & ab Innocentio Papa confirmatur.

Eodem anno quinta die Aprilis infra ſeptimam & octavam poſt Meridiem obiit Mathias Rex Ungariæ in Wienna.

MCCCCXCI.
MCCCCXCII.

Alexander Papa VI. Hiſpanns, antea Rodericus dictus Vice-Cancellarius fuit, ſedit annos XII. & anno MDIII. XVIII. Aug. obiit.

MCCCCXCIII.

Fridericus Imperator XIX. menſis Auguſti circa horam XII. in meridie, ſuſceptis Eccleſiæ ſacramentis magnâ devotione ſpiritum Deo reddidit in Lintz. Cujus corpus regali magnificentia ad Wiennam delatum debito honore ſepelitur.

Chriſtoferus Dux Bavariæ de ſepulchro Domini rediens, Rodis obiit.

MCCCCXCIIII.

Mortuo Friderico Imperatore Maximilianus ejus filius Romanorum Rex ſolus regnat, qui cum patre anoos VIII. reipublicæ præfuit.

MCCCCXCV.
MCCCCXCVI.
MCCCCXCVII.
MCCCCXCVIII.
MCCCCXCIX.

Otto Dux Bavariæ de novo ſoro Noricæ obiit I. menſis Aprilis.

Kupertus Comes Palatinus filius Philippi Electoris duxit in uxorem Elizabeth filiam Ducis Georgii. Nuptæ inceſtuoſæ parum duraturæ.

Bellum Regis Romani cum Switenſibus, qui & ipſi victores extitêre.

MD.

Chriſtoferus Schachner Epiſcopus Pataviensis obiit IIII. Januarii. Wigulæus Tröſchl ejuſdem Eccleſiæ Decanus ſucceſſit.

Albertus Dux Saxoniæ menſe Auguſti, obiit in Hollandia, vir ita ludo deditus, ut nihil præter id peteret; in rebus bellicis doctiſſimus eo anno geſſit præclarum facinus, nam & filius ejus Joannes vix cum octingentis equitibus ultra octo milia vicerunt, & maximam ſtragem fecerunt in Hollandia.

Maximilianus Romanorum Rex convocationem Principum fecit in Auguſta ad diem S. Mathiæ Apoſtoli, ubi præſentes fuerunt, Bertholdus Archiepiſcopus Moguntinus, Erneſtus Primas Magdeburgenſis Dux Saxoniæ, frater Friderici Electoris, Fridericus Dux Saxoniæ Elector, Albertus Dux Bavariæ de Monaco, Georgius Dux Bavariæ de Lanshuet, Albertus Dux Saxoniæ, Fridericus Marchio Brandenburgenſis, Fridericus Comes de Zolern Auguſtenſis, Gabriel de Eyb Eiſtettenſis, Laurentius de Bibra Herbipolenſis.

Mulier quædam io Atheſi inter Stain & Lueg eoixa eſt novem infantes uno partu, medios mares, reliquos fœminas qui partim baptizati paucos dies ſupervixeruot.

Elizabeth uxor Ruperti Comitis Palatini menſe Novembri peperit filium nomine Georgium.

MDI.

Margareta filia Ducis Ludovici de Landshuet ſoror Ducis Georgii, uxor Philippi Comitis Palatini Rheni Electoris XIX. Januarii obiit, ſepulta in Heidelberg.

Bartholomæus quidam artis piſtoriæ, ætate juvenis priori anno Viennæ occidit quemdam piſtorem, uxorem, filiam, ſamulum & ancillam unâ horâ, causâ rapiendi bona eorum. Is auffugiens & Ratisponam veniens carceribus eſt mancipatus, ſed mandato Regis Romanorum Viennam miſſus eſt pro executione ſui ultimi ſupplicii, die Dominicâ *Eſto mihi*, ubi duriſſimis mortis geoeribus punitus, nam ſerventibus ignitis forcipibus excoriatus, demum palo vivus immiſſus & ſurſum levatus vitam in pœna finivit.

Eodem anno ſcolaris quidam vix XII. annorum Monaſterlum inferioris Althæ incendio maximo damno affecir. Is deprehenſus ultimo ſupplicio affectus eſt in Hengerſperg.

Mulier in Atheſi, quæ priori anno novem pueros pepererat, circa feſtum Clementis hoc anno undecim infantes uno partu edidit, qui omnes diſcretè noti, baptiſati ſuot, ſed ſtatim mortui. Ferunt ventrem ejus à ſovea cordis ad umbilicum habuiſſe palmas quatuor & digitos duos.

MDII.

Hermaonus Marchio de Baden, Archiepiſcopus Treverenſis obiit. Jacobus Marchio

chio de Baden, nepos ejus, ex reſignatione ei ſucceſſit.

Rupertus Dux Bavariæ Comes de Sponhaym, filius Ducis Friderici, Adminiſtrator Eccleſiæ Ratisponenſis, in Epiſcopum conſecratur.

Sereniſſima Domina Hedwigis, filia Regis Poloniæ, uxor Georgii Ducis Bavariæ, XVIII. menſis Februarii obiit, ætatis non ultra quadrageſimum, Matrona honeſta & venuſta, omnium deliciarum expers, parum ſolatii præter ſolitudinem habuit, altera Danaes in arce Burckhauſen latuit & reſedit, rariſſimè à marito conſolata, liberata ex carcere in aliud ſeculum tranſivit, ſepulta in Raytenhaslach.

Eodem anno XII. Martii, quæ ſuit Sabbatho ante judica, circa meridiem Joannes Waldner, Friderici III. Imperatoris quondam Cancellarius, in propria domo Wiennæ mortem ſibi conſcivit ſuſpendio, an ſurore an impatientiâ vitæ, neſcitur. Homo apud omnes benè habitus, ſervilis, Romano Regi charus, in bonis temporalibus ita crevit, ut plus quam quadringentos ſupra mille florenorum annuos redditus, & in prompta pecunia ultra ducenta millia florenorum, demptis pateris, clenodiis, veſtibus & cæteris rebus, reliquerit.

Eodem anno die reſurrectionis Dux Georgius Cancellarium ſuum Bolſgangum Comitem de Kolberg vinctum in arcem ſuam recepit, caſtra, bona, & omnia quæ habuit, detinendo, cauſa latet, ſed Comes ex humili genere natus videlicet Scholaſtico in Alten-öting, ſic crevit, ut in Comitem, Baronem & Equitem auratum ſublimaretur. Hic fuit ſtaturâ Zachæus, pomposus, ſplendidè incedens, pauperibus & nobilibus gravis; cujus detentionem nemo
(q) ægrè tulit, ſed favebanr omnes. (q)

Otto Heinricus filius Ruperti Palatini XVI. Aprilis circa medium noctis natus eſt, levatus ex ſonte per Dominum Vitum Epiſcopum Bambergenſem & Rupertum Epiſcopum Ratisponenſem.

MDIII.

Alexander Papa VI. XVIII. Auguſti moritur, in cujus morte tale habetur Epigramma:

Sævitiæ, invidiæ, rabies, furor, ira, libido
Sanguinis atque auri ſpongia, dira ſitis
Sextus Alexander jacet hîc; jam libera gaude
Roma, tibi quoniam mors mea vita fuit.

vacat ſedes menſe uno, diebus V.

Eodem anno XXII. Sept. Conelave Cardinales XXXVIII. intraverunt, & in Summum Pontificem elegerunt Pium III. qui ante Franciſcus Cardinalis Senenſis vocabatur. Is omnium hominum voto gratiſſimus, ſperabatur futurus Pontifex bonus & optimus. Nepos fuit ex ſorore Pii II. linguam Alemanicam optimè novit, vir probiſſimus. Hic XVIII. Octobris vitâ deceſſit.

Julius II. ultima Octobris eligitur in Papam, prius Julianus Cardinalis ad vincula Petri dicebatur, nepos Sixti IIII. fuit.

Vitus Truchſeſs de Pomersſelden Epiſcopus Bambergenſis de menſe Auguſti obiit, antea Præpoſitus ejusdem Eccleſiæ, cui ſucceſſit Georgius Marchal de Ebrat.

Georgius Dux Bavariæ in die S. Andreæ Apoſtoli obiit in Ingelſtat, ductus ad Landshuetam, in Monaſterio Seldental ſepultus, ſive Saligtal.

Joannes de Talberg Epiſcopus Wormatienſis doctiſſimus deceſſit.

MDIIII.

Bertoldus Comes de Henneberg Archiepiſcopus Moguntinus, Archicancellarius per Germaniam obiit in menſe Decembri, cui ſucceſſit Jacobus de Liechtenſtain Decanus.

Rupertus Dux Bavariæ filius Philippi Palatini XX. Auguſti, durante bello Bavarico in arce Landshuetæ, in morbo diſſenteriæ obiit. Non longè poſt uxor ſua Elizabeth, filia Ducis Georgii deceſſit, ambo ſepulti in Monaſterio Felicis vallis extra Landshuetam, relinquens duos filios, Ottonem, Henricum & Philippum.

Eodem anno XII. menſis Octobris, quæ fuir Sabbatho die S. Maximiliani oppidum Kopfſtain captum eſt à Rege Romanorum. Poſtea Feriâ quartâ poſt Galli, quæ fuit XVII. Octobris expugnatum eſt caſtrum ibidem, omnibus ibi inventis interfectis, Joanne Pientzenawer præfecto, D. Magno de Habſpurg & aliis ſedecim gladio percuſſis.

MDV.

Georgius Marſchalk de Ebrat Epiſcopus Bambergenſis menſe Aprile deceſſit, cui ſucceſſit Georgius Pincerna de Lymburg Præpoſitus ibidem.

Fridericus Comes de Hohenzolern Epiſcopus Auguſtenſis menſe Marcii obiit, cui ſucceſſit Hainricus de Liechtenaw Canonicus & Vicarius ibidem.

MDVI.

Albertus Dux Bavariæ, Epiſcopus Argentinenſis, Frater Ottonis Ducis in Novo foro, obiit I. menſis Auguſti, cui ſucceſſit Comes de Honſtain.

MDVII.

Civitas Freinſtat XIII. menſis Septembris ex integro cum Eceleſiis exuſta eſt, præter caſtrum inſra tertiam & quartam poſt meridiem, multis extinctis.

MDVIII.

Philippus Comes Palatinus Rheni obiit.

Albertus Dux Bavariæ de Monaco, obiit XVIII. Martii.

(q) De hoc fortè plura in mea de Cancellariis Bavariæ Diatribe ſi non in ſpongiam incumbat, ut Auguſti ille Ajax.

Fr. CHRISTOPHORI HOFMANNI
Erythropolitani Tubertini
Ord. S. Ben. Monachi Emmeramenſis
EPISCOPORUM RATISPONENSIUM
NEC NON
ABBATUM Monaſterii D. EMMERAMI
HISTORIA.

✲ ✲ ✲

Ex Cod. MSC. Bibliothecæ ſuæ edidit

ANDREAS FELIX OEFELIUS.

De Vita & Scriptis
Fr. CHRISTOPHORI HOFMANNI
Commentatiuncula Editoris.

POſtquam Rebus Ratisponenſibus editâ tandem HOCHWARTI Hiſtoriâ lucem non tenuem attulimus; parum æqui videamur, ſi eam CHRISTOPHORO HOFMANNO eodem pulvere nobili obſito, invideamus diutius. Præterquam enim quod uterque Aras Eccleſiæ illius egregiè illuſtret, pro ſuis inſuper ſuorúmque focis (quod genus commiſſionis, memoriæ rerum geſtarum conſervandæ ſaventiſſimum eſſe conſuevit) ſtrenuè depugnat. Dum enim quisque pro virili rationum domeſticarum præſidia & argumenta colligit, accidit plerumque, ut, velut motis ruderibus, antiquitates patriæ acceſſionibus inexpectatis augeantur. Quod genus contentionis litteratæ olim apud nos deficiens, longæ pacis inertiâ tantam rebus Hiſtoricis patriæ vaſtitatem induxit, ut venerandis antiquitatis Boicæ cumulis ſacræque maceriæ paſſim contigua imminere novalia audeant.

Sed nos ad inſtitutum noſtrum reverſi, HOFMANNI memoriam quantum ejus, majorum ſive modeſtia ſive negligentia, reliquum nobis fecit, imus illuſtratum.

Fuerat autem is *Rottenburgi* ad *Tuberum* fluvium, quem intra *Francorum orientalium* fines ad *Wertheimium* oppidum *Mœnus* haurit, Seculo XV. inclinante in vitalem hanc auram editus; unde & in Codice meo *Erythropolitani Tubertini* nomen, recepto Litteratorum illius ævi more, uſurpavit.

In ſacram D. BENEDICTI apud *Emmeramenſes* familiam adſcitus depoſito *Joannis*, & CHRISTOPHORI nomine accepto à terra natali OSTROFRANCUS
paſſim appellatus eſt, ſub quo in inſtrumento quodam capitulari jam inde
ab anno MCCCCXC. occurrere dicitur (r). (r)

Lubet de vita ejus monaſtica verba Cl. V. HIERONYMI PEZII repetere (s): (s)
„Monaſticen elegit vertente ac progrediente (t) proximo ſeculo ſub S.Em- (t)
„merami

(r) apud Celſiſſ. Auctorem Præf. in P. II. Catalogi Bibliothecæ Emmeramenſis.
(s) ex obſ. prævia in ejus Chron. Bohem. T. II. rer. Auſtriac.
(t) imo, ſuperiori proximo.

„merami Abbatibus ERASMO I. qui rerum Hiſtoricarum *dum peritiſſimus „foret, obſervantiſſimus quoque ſemper fuit amator & inquiſitor*, id quod ipſe „Hofmannus teſtatum facit in Epiſtola nuncupatoria *Hiſtoriæ* ſuæ *de Expul„ſione Judæorum ex urbe Ratisbonenſi:* & AMBROSIO, cui etiam mox lauda„tum opuſculum inſcripſit, ac, ut avunculi & præceſſoris ſui in bonas litte„ras amorem æmularetur, author fuit.„ Hæc quidem Pezius, cui tantum debent res Bojorum quantum Auſtriacæ. Cæterum HOFMANNUS ipſe in præſenti, quam proferimus operâ nonnunquam & ſui ipſius memoriam inſperſit, ingenuâ licentia &, ſi prudenter ſumatur, laudabili. Ita ad annum MDXVII. conſecrationi Eccleſiæ *Waldſaſſenſis* ex devaſtatione belli Bavarici reſurgentis; & anno MDXXV. diſſidio Cleri cum Magiſtratu Ratisponenſi de officio civis contendentis interfuiſſe ſe memorat, quos etiam motus verè decumanos ante Hochwartum in commentarios retulit.

Eodem anno *Sermonum* ſuorum opus in ordinem redegit, de quo iterum Cl. Pezius. *Præter ſtudia Hiſtorica, quibus præcipuè delectabatur, etiam ſacram Eloquentiam egregie coluit, quod probat ejus inſignium volumen ſermonum &c.*

Quam ſedulus & ſolicitus fuerit circa cultum divinum, multa liturgica
(u) manu ejus deſcripta, hodie quoque teſtantur (u), unde liquido colligamus, quâ alacritate neceſſarios labores ſubierit, qui tot ſuſcipere voluntarios non refugerit. Morbis pluribus conflictatus & articulari præcipuè, ſuſceptam non rarò, eo ſæviente, operam affectámque, ſuſpendere differréque coactus eſt. Eam ipſam, quam hic præferimus Hiſtoriam, olim ſuſceptam, ſæpiúsque ſepoſitam anno MDXXXI. ad incudem revocavit, & per chronici morbi inducias abſolvit. Humanitatis eſt, patientis calamitates ex ipſo audi-
(x) re (x): *Adde quod novus neſcio, quis chronicus pedum meorum morbus me propemodum turbavit; quorum deſtitutus officio in communi ægrotantium biennio & amplius decubui latibulo. Nunc verò proſperiori me ſorte reſpiciente D. O. M. gratia opitulante, ut alter Miphiboſet claudus utroque pede, hinc & inde utcunque deambulo, pedibus nihil minus tanti corporis meimolem ferre recuſantibus, quod longo jam tempore imperfectum poſtpoſueram, iterum reſumere libuit, complevíque pro virili multis laboribus, multorúmque adhortatione pulſatus.*

(y) Vivendi finem fecit anno MDXXXIIII. (y) quo etiam Hiſtoriæ Bojorum lumen JOANNES AVENTINUS occubuit noſtro amiciſſimus, à quo *Hominis undecunque doctiſſimi* & *Hiſtoricorum Principis* elogio decoratur.

Et de vita quidem viri meritiſſimi hactenus; reſtat modo viri litterati vita altera, ſcripta; quorum ſequentia indicat *Bibliothecæ Emmeramenſis*
(z) *Catalogus* typis excuſus (z).

I.

Sermones varii in Feſtivitates Sanctorum totius anni.

Extant manu Auctoris anno MDXXV. deſcripti, Cod. MS. Bibl. Emmeramenſis Numero CCCXXI. ſignato. Habitos ab Auctore, dum è ſuperiori loco ad populum verba faceret, monet celſiſſimus Catalogi Auctor. Initio carmen ipſius legitur, in quo de patria ſua, de ſe in Ord. D. Benedicti aſſumpto vitæque inſtituto, omnem ferè, quæ de ipſo extat, notitiam præbet. Carmen illud, cum uterque Pezius ſeorſim, & noviſſimè laudatus Catalogi Auctor retulerit, denuo repetere ſuperſedemus.

II.

Chronicon Andreæ Presbyteri deſcriptum per fratrem Chriſtophorum Hofmannum.

Ita ex Cod. MSC. DLXXV. Emmeramenſi recenſet Catalogus, unde colligas merum Andreæ apographum eſſe. Plus aliquid dicit Cl. Hieronymus

(u) Cod. DCXXIX. Diurnale; Cod. DCLXI. Lectionarius matutinal Omeliar diebus Quadrageſimæ à capite Jejunii usque in Paſcha. Cod. DCLXXII. Hymnulogia nocturna de Sanctis. Omnes manu Hofmanni noſtri deſcripti, hodicque ſuperſtites.

(x) in Præf.

(y) ita notatur in volum. MSC. *Sermonum* ejus, & noviſſimè in *Catalogo Bibliothecæ Emmeramenſis.*

(z) Tomis IIII. in 8. 1748.

mus Pezius, qui & ipſe vidit atque inſpexit; *Chronicum* inquiens *Ducum Bavariæ idem Hofmannus concinnavit, aut verius, ut ipſe fatetur, exſcripſit ex Andreæ Ratiſponenſis Ord. Can. Reg. Opere, ejusdem inſcriptionis & argumenti.*

III.

Chronicon Bohemiæ à gentis Bohemicæ primordiis usque ad annum Chriſti MCCCXX. perductum.

Illud ex autographo Emmeramenſi Num. DLXXVII. ſignato, primum à Bernardo Pezio promiſſum, frater poſtea ipſius Hieronymus, edidit, Tomóque ſecundo ſcriptorum Rer. Auſtriacarum à col. 1020. ad 1112. inſeruit; de eo ita cenſet Editor: *Chronicon quo res Bohemicæ atque adeo Auſtriacæ non modicè illuſtrantur &c. tametſi non pauca complectatur, quæ apud alios ejusdem inſtituti Scriptores, Bohuslaum etiam Balbinum virum cætera induſtrium & de Hiſtoria Bohemica unum omnium maximè meritum, nequicquam inquiras, quod dum in præſentis Operis laudem & commendationem commemoramus, nequaquam id equidem volumus quaſi id nullis nævis reſperſum ſit, imo ipſi non paucas fabellas & aberrationes obſervavimus, dum illud ex autographo chartaceo minoris folii Codice Bibliothecæ Sanct-Emmeramenſis &c.* & quæ plura ibi in rem præſentem legi poſſunt. Et huic opellæ ſuæ verſiculos quosdam præmiſit Auctor, qualibus plerumque lucubrationibus ſuis præcinere conſueverat. Scripſit autem Chronicon illud vernaculo ſermone, & ex Chronicis Bohemico idiomate ſcriptis, Boleslavienſi & Opatowitzenſi præcipuè, conſarcinavit.

IIII.

Hiſtoria Expulſionis Judæorum ex urbe Ratisbonenſi.

Hanc ex Cod. MS. Rerum Germanicarum indefeſſus aſſertor BURCHARDUS GOTTHELFIUS STRUVIUS *Actorum litterariorum* ſuorum *Tomo II. Faſciculo I.* publici juris fecit. Hujus nullum hodie in Bibliotheca Emmeramenſi veſtigium ſupereſſe monet Auctor Catalogi in doctiſſima ad fratres ſuos Adhortatoriâ. *

* pag. LXXVI.

V.

Chronicon Breve de primis Ducibus Bavariæ: Epiſcopis Ratisbonenſibus & de S. Emmeramo.

Cod. DXC. ſignato Bibliothecæ hujus nominis. Primas lineas & velut ductus interpretor, quibus Hiſtoriam ampliorem à nobis editam, velut adumbravit.

VI.

Catalogus Epiſcoporum Ratiſponenſium & Abbatum Monaſterii S. Emmerami oblatus Ambroſio Abbati A. MDXXXI.

An idem Opus ſit, quod nos ſub *Hiſtoriæ* titulo proferimus, haud affirmârim. Concordat quidem annus, ſed in noſtro Codice nulla niſi ad lectorem præfatio. Inter Codd. Emmeramenſes, Codex iſte Num. DXXIII. memoratur.

Ex eodem Codice *Catalogum Abbatum Emmeramenſium* depromptum ad finem Tomi II. CATALOGI *Bibl. Emmeramenſis* edidit, unà cum nuncupatoria Auctoris ad *Ambroſium* Abbatem Celſiſſimus ac Reverendiſſimus S. R. I. Princeps JOANNES BAPTISTA, Studiorum Monaſticorum ex Magni illius MABILLONII præſcripto aſſertor efficacior quo eminentior.

VII.

Chronicon ubi tractatur de Imperatoribus à Julio Cæſare incipiendo: dein de Pontificibus: Epiſcopis Ratiſponenſibus & Abbatibus ad S. Emmeramum.

Ita quidem Codicem hunc MS. num. DCXIX. ſignatum refert Catalogus ſæpè dictus. Exactius paulò Cl. HIERONYMUS PEZIUS, quippe ex

inſtituto in rebus HOFMANNI diſertus: *Scripſit etiam* CHRONICON *quoddam* GENERALE, *cæptum à Julio Cæſare & usque ad Seculum XVI. productum, cujus tamen priorem duntaxat partem, quæ in anno Chriſti DCCCCI. deſinit, vidimus, cum Emmeramenſem Bibliothecam paucis abhinc annis luſtraremus.: Eſtque cauſa ſuſpicandi, poſteriorem omnino deperiiſſe.*

VIII.

Repertorium ſeu Vocabularius ſuper Jus Canonicum.

Conſcriptus à Fr. Chriſtophoro Hofmann. Extat ibidem Cod. MSC. DCXXXII. ſignato.

IX.

Epiſcoporum Ratisponenſium nec non Abbatum Monaſterii D. Emmerami Hiſtoria.

Ea ipſa eſt, quam tibi è Codice Bibliothecæ propriæ exhibemus coævo illo quidem, ſed mendoſo & ab homine vix ſemilatino, exarato. Nec fuit, quocum conferrem, alter emendatior. Ego tamen edere conſultius duxi quam premere, quod expedire Muſis patriis viſum eſſet, talem extare potius quam nullum. Cæterum non dubito eandem eſſe Hiſtoriam hanc, cum ea quam ex Cod. MSC. quingenteſimo vigeſimo ſecundo memorat Catalogus Emmeramenſis, nec multum etiam abſimilem ab eo Catalogo, quem Num. VI. recenſuimus, è quo Abbatum ſeries excepta fuit, cujus ad eundem numerum meminimus. Adeò ad verbum ſæpè cum apographo noſtro ea, quæ de Abbatibus ibi habentur, concordant. Sed in aliis plenior eſt noſter Codex & ſecundas curas præſefert. Eum nos, ut hoc quoque adjiciamus, ante annos benè multos inter abjectas & emporeticas chartas repertum, in hanc editionis ſpem unàcum aliis reſervavimus. De Opere ipſo pauca, quæ moneam, ſe offerunt; Lectores ipſi dijudicent & arbitrentur. Multa etiam huc faciunt, quæ ad Hochwartum annotavimus. Fabuloſis traditionibus Hiſtoriam ſuam haud temerè oneravit HOFMANNUS, bonum ducem ſecutus AVENTINUM, cujus in diſcutiendis Monachorum figmentis, acre judicium non raró conſuluiſſe gloriatur. In rebus tamen Conradi Auguſti affectui haud dubiè maluit, quam rectæ rationi indulgere, atque ei affectui qui neſarii criminis ipſo aſſenſu ne dicam laude, reum faceret. Usque adeò difficile eſt homini quantumvis bono, ſed in communitate privata viventi, inter immodicos modum tenere.

Fr.

Fr. Chriſtophori Erythropolitani Tubertini

In Hiſtoriam Epiſcoporum Ratisponenſium

Nec non

Monaſterii D. EMMERAMI Abbatum

Præfatio.

DUdum Ratisponenſis Eccleſiæ Præſulum, nec non Monaſterii S. Emmerami Abbatum conſcribere volui Cathalogum, & ſi qua utrinque egregia patrata forent facinora; adhibiturus nihilominùs incidentes non injucundas Hiſtorias, ſed exemplarium annorúmque diſcrepantia usque adeò me moleſtavit, ut, quod cœperim majorique ex parte proſecutus fuerim, omnimodo poſthabuerim.

Adde quod novus neſcio quis chronicus pedum meorum morbus me propemodum turbavit, quorum deſtitutus officio, in communi ægrotantium, biennio & amplius, decubui latibulo. Nunc verò proſperiori me ſorte reſpiciente Dei Opt. Max. gratiâ opitulante, ut alter Miphiboſet claudus utroque pede, hinc & inde utcunque deambulo, pedibus nihil minus tanti corporis mei molem ferre recuſantibus, quod longo jam tempore imperfectum poſtpoſueram, iterum reſumere libuit, complevique pro virili, multis laboribus multorúmque adhortatione pulſatus.

* * *

ENim verò hoc primum occurrit, quomodo divæ memoriæ Paulinus, ut in Hiſtoria S. Severini legitur, Ratisponenſis Eccleſiæ ex advena primus fit Epiſcopus, Anno videlicet Domini CCCCLXXXIIII. Quot verò annis idem Paulinus In Epiſcopatu ſederit Ratisponenſi, vel quem habuerit Succeſſorem immediatum, vel quando de hac vita ſublatus fuerit, nusquàm legitur. Habuit quidem Eccleſia Ratisponenſis Epiſcopos poſt Paulinum ſed Poſterotum non ſunt memoriæ, ſive cognitioni traditi, quia aut fuerunt Hæretici aut Adventitii.

Hîc libet de Monaſterio noſtro S. Emmerami notabile dictu Inſerere: cum enim Divus Emmeramus apod viculum Helfendorf fuiſſet ſcalæ ſuperpoſitus, & à carnificibus membratim inciſus, Ratisponam venit navigio devectus, ubi tum Theodo ejus nominis Quintus Bojariæ Dux ſedit, atque ob ſcelus tam enorme, quo ſanctum Emmeramum filius ejus Laudabertus occidit, mox ipſo facto Monaſterium S. Emmerami inchoavit, anoo videlicet Domini DCLII. Quo anno pius ille Pater paſſus fuerat. Sic enim juxta ſepulchrum ejus in ſacello S. Georgii (quod ipſe, dum vivebat, frequenter Incoluit) legitur: *Emmeramus Pictavienſis Epiſcopus, prædicando verbum Dei venit in Barbariam & ibidem in Helfendorf pro Chriſto paſſus eſt anno Domini DCLII. & hîc primò tumulatus.*

Hoc Igitur modo Monaſterium S. Emerami per Theodonem ſupradictum inchoatum Deus O. M. multis miraculorum ſignis colluſtravit, eáque propter plerique nobiles & ignobiles utriusque ſexûs homines, bona illuc ſua ob merita Martyris prædicti contradiderunt, nec abſurdum cuiquam videatur, quia ante tempora Divæ Memoriæ Caroli Magni Monaſterium S. Emmerami fundatum eſſe ſcribimus, quum idem Carolus in uno quod huic tradidit Monaſterio, Privilegiorum: confirmamus, inquit, omnia bona, quæ à patre meo Pipino & aliis Chriſti fidelibus ſunt tradita, vel in futurum conferenda ad Sanctum Emeramum.

Crevit igitur Monaſterium noviter fundatum, ut intra XLV. annos vel circiter, dicto Monaſterio primus Abbas præficeretur nomine *Appolonius* anno videlicet Domini DCCXCVII. qui præfuit annis XIII. Anno poſthac Domini DCCCVI. Ratharius quidam ex Advena Ratisponenſis Eccleſiæ præficitur Epiſcopus, ſed quot annis in Epiſcopatu ſederit, vel quis huic in Epiſcopatu ſucceſſerit, nusquam reperitur, idcircóque Paulinus & Ratharius in Catalogo Epiſcoporum Ratisponenſium non numerantur.

Appollonius *Abbas I.*

Fuêre quidem & alii Epiſcopi Ratisponenſes, ſed Advenæ, ut Divus Erhardus & Albertus Lupúsque ſanctus quoque noſter Emeramus & alii, ſed in Catalogo non ponuntur. Certum verò & ſine intermiſſione continuatum à S. Gaubaldo inchoabimus.

Sub prædicti Ratharii temporibus Monaſterio S. Emerami Ratisponenſi ſecundus Abbas præfuit nomine *Sandradus*, qui præſidere cœpit anno Domini DCCX. ſedit annos XXV.

Sandradus *Abbas II.*

Jam nunc Epiſcopos Ratisponenſes ſine ioterpolatione ſibi invicem ſuccedentes adnotabo, interpoſitis quoque noſtri Monaſterii Abbatibus, quos ut promprius prudens Lector iotelligere poſſit, Epiſcopos in principio chartæ, Abbates verò in medio, vel versùs finem, cum majori calamo deſignabo.

S. GAUBALDUS anno Dom. DCCXXVIII. à S. Bonifacio Moguntino Archiepiſopo, Ratisponenſi Eccleſiæ, ex præcepto Gregorii Pontificis Maximi, Epiſcopus præficitur, Bojoariâ ab hæreticis purgatâ & in Parochias diviſa.

S. Gaubaldus *Epiſcopus I.*

Erat autem hæc hæreſis, ſacerdotes uxores ducebaot, laici quoque plures habebant uxores. Iſte Boniſacius genere Anglus antea Winiſridus appellarus, poſtea quam Bojoariam noſtram in Parochias diviſir, Salesburgenſi Eccleſiæ Juannem, Friſingenſi ſanctum Corbinianum, Ratisponenſi verò ut diximus ſanctum præſecit Gaubaldum; Epiſcopatum vero Wyrzburgenſem, cui ſanctum Burckhardum; & Aichſtettenſem, cui S. Willibaldum præfecir à novo in ſuâ Parochia fundavit.

Hic vir Sanctus à Gregorio II. Rom. Pont. in Germaniam ab urbe Româ miſſus, eâque legatione XXXVI. annis, ſioe intermiſſione, optimè functus, ſub qnatuor Romanis Pontificibus, ſub Gregorio II. & III. Zacharia & ſub Stephano II. ultra centum millia hominum ab Errore Idolatriæ ad Chriſtum convertit, & poſtremò à Freſonibus interemptus Martyrio eſt coronatus, Hic Gaubaldus ſedit in Epiſcopatu annis XXIIII. In Eccleſia S. Emmerami ſepultus.

Allaboldus *Abbas III.*

Sub hujus Gaubaldi Epiſcopi temporibua rertius Abbas Monaſterii S. Emmerami, nomine *Allaboldus* præſidere cœpit anno Domioi DCCXXXV. ſedit annis XVI. menſes XI. qui & ipſi pro anno reputanrur, diebus VII.

Sindpertus *Epiſc. II.*

SINDPERTUS Ratisponenſi Eccleſiæ ſecunda præficitur Epiſcopus anno Domini DCCLII. Imperante Conſtantino V. & Stephano II. P. M. ſcdit annis XXVI.

Hic Sindpertus ſi ſcriptis veterum crediderimus Monaſterium S. Emmerami juſſione & ſumptibus Divæ Memoriæ Caroli M. dum adhuc Patritius ſuerat, magnificentius quam antehac fuerat, conſtruere cœpit. Fuerat quippe puſillum Monachorum habitaculum usque ad id tempus quo hæc fiebaot. Ea vero ſtructura oun hodie cernirur ſed anno Domini MCLXVI. totaliter igne cooſumpta ſuir ſub Imperatore Friderico I. tempore D. Adalberti hujua monaſterii Abbatis. Sæpiſſime vero hanc urbem, ut in veterum ſcriptis legimus igne periiſſe offendimus, è quibus pauca de pluribus annorare libet:

Anno Dom. MCXXX. Rarispona penè tota per ignem conſumpta teria ſexra Paſchæ.

Anno præterea Domini MCLII. Cathedralis Eccleſia, Eccleſiæ S. Joannis, Inſerius Monaſterium & ſuperius, Eccleſia Veteris capellæ, Monaſterium S. Pauli, Monaſterium quoque S. Emmerami & tota urbs Ratispona igne conſumpta eſt; fugerant enim homines eâ tempeſtate ſuras in agros, tanta illic rum fuerat Miſeria.

Anno Domini MCCLXXXIIII. Eccleſia S. Pauli Ratisponæ exuſta eſt III. kal. Octobris.

Hæc per incidentiam ſcripſimus; nunc ad Syndpertum Epiſcopum Rarisponenſem calamum revocemus. Sub hujus temporibus Taſſilo Dux Bojoariæ, Carolo M. cognato ſuo rebellabar immemor Juramenti ſui, quod Carolo filiiſque ejus, tactis Sacroſanctis reliquiis Dionyſii præſtiterat. Is enim cum Hunnis contra dictum Carolum ſcedus inierat, ſtimulis uxoris ſuæ Luitpagæ incitatus, cujus patrem Deſiderium, Regem Longobardorum Papiæ obſcderat, captumque ad Belgas cum uxore in Exilium transmiſerat, ſed Taſſilo cum Caroli potentiam ſerre non poterat, veniam à Carolo petivit, quam obtinuit datis XII. obſidibus, inter quos filius ejus Theodo fuerat, quos ſupradictua Syndperrus in propria perſona præſenravit. Quod cum Amoinus de geſtia ſcribens Francorum notaret, hunc Sympertum reginenſem Epiſcopum appellat. Regina quippe Antiquitus nominata urbs Ratispona ſæpè numero legitur.

Iſte Syndpertua ſepultus eſt in Eccleſia S. Emmerami, ubi & D. Gaubaldus prædeceſſor ejus.

Sabo *Abbas IIII.*

Sub hujus Syndperti temporibus, *Sabo quartus Abbas* huic ooſtro Monaſterio S. Emmerami præfuit anno Domini DCCLI. feditque annia XXVI. decem menſibus, pro anno computatis; qui nil memoria dignum geſſit. Huic immediatè ſucceſſit *Quintus Abbas* monaſterii S. Emmerami, ſub ſupradicto Symperto *Sigismundus* nomioe, à Carolo M. inſtitutus anno Domini DCCLXXVII. præſuit vero annis XIX. menſcs VI. dies X.

Sigismundus *Abbas V.*

CONSTANTINUS, ut aliqui ſcribunt, poſt ſupradictum Sympertum uno anno Eccleſiæ Ratisponenſi præſedit Epiſcopus, ſed communiter in catalogo Epiſcoporum Ratisponenſium non habctur.

Adelvvinus *Epiſcopus III.*

ADELWINUS Ratisponenſis Eccleſiæ *tertius* Epiſcopus præſidere cœpit anno Dom. DCCLXXXVIII. ſub Carolo M. Hadrianóque Pontifice Max. ſedit annis XXIIII.

Hic *Adelwinus* juxta Decreta canonum in Synodali Concilio, cum judicio Epiſcoporum & Clericorum, nec non nobilium laicorum de loco in quo nunc eſt Mooaſterium S. Emmerami cathedram Pontificalem muiavir, & canonica auctoritate in Eccleſiam S. Stephani Proto-Martyris in urbe Ratispona ſtatuit. Sepultus eſt iſte Adelwioua in Eccleſia S. Emmerami juxta Prædeceſſores ſuos.

Richbaldus *Abbas VI.*

Sub hujus *Adelwini* Epiſcopi temporibus, *ſextus* Abbas Monaſterio S. Emmerami præſidere cœpit, anno Dom. DCCXCVI. Sedit annis XVI. *Richbaldus* nomine, qui nil memoriæ dignum geſſit dum præſuit.

Baturicus *Epiſc. IIII.*

BATURICUS Ratisponenſis Eccleſiæ *quartus Epiſcopus*, præſidere cœpit anno Dom. DCCCXIIII. quo anno divæ memoriæ Carolus M. morre obiir, imperiumque filius ejus Ludovicus cognomento pius ſuſcepit, Leooe III. Pontifice Maximo in Petri cathedra ſedeote.

Hic Baturicus ſedit in Epiſcopatu annis XXIIII. hic denique primus fuit, qui Monaſterium noſtrum S. Emmerami ſub ſuam redegit ditionem & *commendam*, ut paulò poſt clarius parebit. Ab hoc denique Baturico, Hemma Regina, uxor Ludovici Regis Germaniæ, filii Ludovici Pii, & genitrix *Caroli* ejus nominis *Tertii* cogno-

gnomento *craſſi*, accepit per modum concambii ſuperius Monaſterium B. Mariæ Virginis Ratisponenſe pro ſuo Monaſterio Manſec.

Sigefridus *Abbas VII.* Hic Epiſcopus Baturicus ſepultus eſt in Eccleſia S. Emmerami cum cæteris ſuis prædeceſſoribus: Poſt ſupradictum Abbatem Richbaldum, *ſeptimus Abbas* Monaſterio S. Emmerami præſidere cœpit anno Dom. DCCCXII. nomine *Sigefridus*. Præfuit annis VII. menſes IX. & dies XIII. Hic venerabilis Abbas tradidit Monaſterio S. Emmerami res hæreditario jure ſibi ſuccedentes: Lauterbach præpoſituram cum mancipiis utriusque ſexus, terris cultis & incultis, paſcuis, pratis, ſylvis, aquis & cæteris id genus rebus & poſſeſſionibus. Poſt hos VII. Abbates ſupramemoratos hoc venerabile Monaſterium S. Emmerami ſuo caruit Abbate usque ad tempora S. Wolfgangi, annis CLVI. nam Epiſcopi Ratisponenſes ſe intromiſerunt de ordinatione & regimine noſtri monaſterii, conſentientibus ad hoc imperatoribus; erantque Epiſcopi & Abbates, dabant quoque munachis, undecunque victum & amictum ſibi conquirere poſſent, licentiam. Beatus verò Wolfgangus his malis condolens Treverim miſit, indeque B. Ramuoldum ibidem tunc Monachum, ad ſe Ratisponam accerſitum, primò noſtro Monaſterio Præpoſitum, deinde Abbatem conſtituit, & hoc modo Monaſterium S. Emmerami ex faucibus Epiſcoporum Ratispunenſium eripuit; ob quod egregium facinus merito alter fundator reputatur. De hoc infra latius dicemus.

Erchanfridus. *Epiſc. V.* Epiſcopus quintus Ratisponenſi Eccleſiæ Eachanfridus præficitur, anno Dom. DCCCXLII. imperante Lothario I. Ludovici Pii filio, ſedit annis IX. Sepultus in Eccleſia S. Emmerami cum cæteris.

Emricho *Epiſc. VI.* Emricho, ſive ut alibi legimus Emericus Ratisponenſi Eccleſiæ ſextus præficitur Epiſcopus, anno Dom. DCCCLI. Ludovico II. imperante, tempore Leonis Papæ ejus nominis Quarti. Sedit annis XXXI. Sepulrus ubi ſupra, in Eccleſia D. Emmerami M. & Pontificis.

Aſpertus *Epiſc. VII.* Aspertus Eccleſiæ Ratisponenſi *ſeptimus* præficitur *Epiſcopus* anno Domini DCCCLXXXI. ſub Joanne VIII. Pont. Max. *Carolo*, *tertio* ejus nominis Imperatore, qui & *Craſſus* dictus eſt. Sedit annis VII. ſepultus eſt in Eccleſia S. Emmerami.

De his præmemoratis tribus Epiſcopis nil reperire memoriâ dignum, usquam potui.

Tuto *Epiſc. VIII.* Tuto Beatæ memoriæ monachus, cuſtósque Eccleſiæ S. Emmerami, Ratisponenſi Eccleſiæ *octavus* præficitur *Epiſcopus* anno Domini DCCCLXXXVIII. Seditque annis XXXVI. Imperante Arnolpho & Stephano V.* Pontifice Maximo. Hic Tuto Secretarius ſupradicti fuerat Imperatoris Arnulphi, cujus etiam tempore Oſſa S. Dionyſii Areopagitæ ſacratiſſima per ipſum Arnolphum Imperatorem arguto furto Pariſius ſunt ablata & ad Monaſterium S. Emmerami honorifice translata. Cui negotio cum pius ille Epiſcopus intereſſet Pariſius usque Imperatorem Comitatus Oſſa eadem ſacratiſſima per Arnulphum Imperatorem ad proprias ſibi manus credita dum accepiſſet Ratisponam Metropolin ſibi chariſſimam deferenda, ſic dixiſſe legitur: cum placeat Petro Pauloque Roma, tibi ô Machari Dionyſi Ratispona. Aliud quoque egregium facinus de hoc viro clariſſimo Tutone, dum adhuc Eccleſiæ S. Emmerami cuſtos erat, legimus: Cum enim Conradus Romanorum Rex, qui Ludovico in choro Eccleſiæ S. Emmerami ſepulto, immediatè ſucceſſit, urbem Ratisponam, regni negotiis ſic poſcentibus, dum expediiſſet Eccleſiam quoque S. Emmerami prædeceſſorum ſuorum more intravit; cumque ſacras illic contentas ſibique oſtenſas pervidiſſet reliquias grandem quoque & nullo pretio æſtimandum Evangeliorum dum vidiſſet codicem omni poſthabitâ morâ uni ex Satellitibus ejus juſſit ut hunc arriperet, unâcum Rege ad ſuam aſportaret provinciam, cumque infelix ille librum arripuiſſet & hunc ſecum, ut juſſus fuerat, aufferret; prædictus Tuto; ſit is, inquit, reus Deo, ſanctoque Emmeramo in die diſtricti judicii Dei, qui hunc abſtulerit librum, ſuoque uſui applicuerit. Sic beatus Tuto; Quem verò verba hæc ſortita fuerint effectum, candidus lector accipiat; mox enim infelicem hunc, ſacrilegumque morbus ille Letifer, quem Græci Diſſinterion vocant, invaſit; ut qui librum ſecum auferre volebat, hunc morbum in ſuam domum reduxit, & non ita multò poſt, quod amplius eſt, diem clauſit extremum; codice ſæpè dictò, hoc in loco ubi eſt hodie, relicto.

* imo *Sexto* potius.

Sepultus eſt idem Tuto Epiſcopus in Eccleſia S. Emmerami, in angulo circa oſtium monaſterii, juxta aram S. Wolfgangi.

Iſengrinus *Epiſc. IX.* Isengainus Ratisponenſi Eccleſiæ nonus præficitur Epiſcopus anno Domini DCCCCXXI. Heinrico ejus nominis Primo regnante, patre Ottonis I. qui & Magnus, ob egregia à ſe patrata ſacinora dictus eſt, ſedente in cathedra Petri Joanne X. Hic Iſingrinus ſedit in Epiſcopatu annis XI. ſepultusque cum cæteris in Eccleſiâ S. Emmerami. Poſt hunc Epiſcopum quidam ſcribunt Eccleſiæ Ratisponenſi præfuiſſe Conradum, nec non Guntherium, quorum primus ſex menſes, alter verò quinque menſes præfuit, ſed hi in Epiſcoporum Ratisponenſium catalogo communiter non ponuntur, ſepulti in Eccleſia S. Emmerami. Quidam unum ex his duobus decimum ponunt.

Michael *Epiſc. XI.* Michael Eccleſiæ Ratisponenſi præficitur Epiſcopus in Ordine decimus anno Dom. DCCCCXXXIII. qui cœpit ſub Hainrico Romanorum Rege prædicto, & continuavit, ſub Ottone I. pluribus Romanis Pontificibus ſibi invicem ſuccedentibus. Sedit annis XXXIII. ſepultus in Eccleſia S. Emmerami.

S. Wolfgangus Epiſc. XII.

S. WOLFGANGUS Paſtor egregius, monaſteriis Solitariorum nigræ, quod vocant, Sylvæ Ordinis S. Benedicti monachus Profeſſus, Ratisponenſis Eccleſiæ Epiſcopatum invitus ſuſcepit, anno Dom. DCCCCLXVIII. ſub Ottone I. continuavit quoque ſub Ottone II. Imperatoribus, Joanne XIII. Pontifice maximo, in Petri cathedra ſedente. Sedit annis XXII. vir omni ſanctitate pietateque præclarus, in Ordine Pontificum Ratisponenſium duodecimus.

Hic pius pater, inter plura quæ geſſit pietatis opera, monaſterium Dominarum ad S. Paulum in urbe Ratispona ſub Ordine & Regula S. Benedicti à novo fundavit & conſtruxit; in quo Cœnobio tantam Sanctimonialium illic tunc degentium devotionem & regularis vitæ obſervantiam concitavit, ut Heinricus Dux Bajoariæ, genitor S. Heinrici Imperatoris, filiam ſuam illuc traderet quæ & ibidem Abbatiſſa conſtituta, beato fine quievit, ibidem ſepulta. Tanta denique monialium ſanctimonia illuc habitantium excrevit, ut harum exemplo reliquæ quoq; duo monialium urbis Ratisponenſis Monaſteria, ſuperius videlicet & inferius ad ſuſcipiendam regularis viræ obſervantiam à prænominato S. Wolſgango provocarentur. Sed hodie taota in his ternis Monaſteriis vitæ eſt deſormitas, ut nec moniales nec Monachæ ſed canonicæ irregulares, ſive ſeculares dici & eſſe velint, quales pius pater Wolfgangus per S. Herhardum in viſione præmonitus reperit & reſormavit; quales notantur in canone: *Dilecta Filia* &c.

Hic pius pater Wolſgangus in Boemia, quæ tum ſub Ratisponenſi extitit Eccleſia & nuper Chriſtianam imbiberat fidem, rogatu Cæſaris Ottonis, Epiſcopatum per modum concambii fieri conceſſit, ſuper quo & ipſe Privilegium conſcripſit. Dedicavit quoque primum altare in Monaſterio S. Joannis Evangeliſtæ in Malherstorſ, quod noviter inſignes viri Heinricus & Erneſtus Comites de Kirchberg fratres fundaverant, cujus Monaſterii primus Abbas fuerat Burcardus. Oſtenditur hodie in eodem Monaſterio cultellus quem ibidem reliquerat.

Idem præterea Beatiſſimus Pontiſex Wolſgangus ſtatum hujus cum perpendiſſet Monaſterii, quod Prædeceſſores ſui, Epiſcopi Ratisponenſes malè in ſuam redegerant ditionem omnia ferè ejusdem Monaſterii bona usque adeo diſſipaverunt, ut calices miſſaléſque libros conſumerent. De hoc ſupra ſatis ſcripſimus.

Beatus igitur Wolſgangus Monaſterium S. Emmerami à jurisdictione ſuâ, ſuorumque ſucceſſorum omninò abſolvit, fratribusque ibidem Deo ſervire volentibus, Beatum Ramuoldum primo præpoſitum, deinde Abbatem præfecit.

Alia quoque plurima in hoc fragilitatis corpore conſtitutus mira peregit, quæ ſi ſingula ſcribere velim non parvum pio lectori tœdium inferre me non dubitaverim, quæ tamen prudens lector, legere ſi velit Hiſtoriam ſæpè dicti Patris Wolfgangi legere poterit; nos propoſito inſervientes, quem finem pius Pater Wolfgangus acceperit annotare curabimus.

Poſt multa igitur pietatis Opera, quibus Deo ſervire ſtudebat, quibusque Eccleſiam ſibi commiſſam accuratiſſimè regebat, ſæpè nominatus præſul Wolfgangus cum Ratispon. conſtitutus rerum neceſſitate poſcente in orientalem Marchiam, quæ modo Auſtria quaſi Oſtria vocatur, iter ſuum deſtinaret, febricitare cœpit, ſicque partes orientis petiturus illum qui neſcit occaſum, ſedulis precibus pro ſelici fine imploravit, cumque per Hiſtri fluminis decurſum ventum eſſet ad locum qui Pupping dicitur, ultra tendere non valebat, quia tempus reſolutionis inſtabat; juſſit igitur, ut in Oratorium S. Othmari, quod illic ſitum erat, deſerretur & ante altare deponeretur. Ibi ergo poſt Chriſti fidelium ſuorúmque familiarium admonitionem, ſaluberrimámque doctrinam tanquam dormiturus, oculos clauſit. Septimo igitur die, poſtquam pius Pater, vita functus fuerat, corpus illud ſacroſaoctum ad Ratispon. eſt perlatum, ubi cum ad S. Petrum fuiſſet ſuſceptum vigiliarum Miſſarúmque ſolenniis ritè peractis, Canonici cathedralis Eccleſiæ ſacratiſſimum illud ſancti Spiritus ſuſtollentes habitaculum, cum magnâ devotione primum Monaſterio S. Herhardi, deinde Eccleſiæ S. Pauli, poſthâc, ſuperiori monaſterio, tandem Eccleſiæ S. Emmerami, cujus honorem dum vixerat maximo affectu excolebat, intulerunt: ubi Miſſarum ſolenniis exequiarúmque officiis devotiſſimè peractis honorificè ibidem ſepultus eſt, in Ordine Pontificum Ratispooenſium Duodenario, congruo ſatis numero tali viro defuncto, in quo Dominus variis poſtea miraculis evidenter manifeſtavit, quia hunc cum Principibus populi ſui collocavit.

Anno præterea Domini MLII. Heinricus hujus nominis ſecundus Imperator, Cunradi Imperatoris filius, ſive, ut aliqui voluot, Gener unà cum Romano Pontifice Leone ejus nominis Nono, Ratisponam venit, ſæpedictúmque patrem noſtrum, S. Wolſgangum inter Divos retulit, & hunc in cryptam occidentalem transtulit. Altera quoque die, hoc idem de S. Herhardo Pontifice in inſeriori Monaſterio peregit; Oſſa denique S. Dionyſii Areopagitæ eâ tempeſtate in hoc Monaſterio reperit, vidit & attrectavit, præſente ſupradicto Heinrico Imperatore ſub Abbate Reginhardo, ſcriptóque Apoſtolico, illic eſſe, coofirmavit, de quo infra dicturi ſumus.

Sub hujus Beatiſſimi Wolfgangi Epiſcopi Ratisponenſis temporibus anno videlicet Domini DCCCCLXXV. divæ memoriæ *Ramuoldus*, ab ipſo S. Wolfgango Monaſterio S. Emmerami Abbas in ordine Octavus præficitur. Præfuit annis XXVI. menſ. XI. dies XVI. Hic primo fuit Monachus Treveri profeſſus, patruelis S. Wolſgangi. Hic pius Pater Ramuoldus, hoc Monaſterium ad tempus coactus fuit deſerere ob — S. Ramuoldus *Abb. VIII.*

Gwer-

Gwerras urbem Ratisponenſem moleſtantes. Incurrerat quippe Ottonis Imperatoris indignationem, demum pace urbi reddita, indignatione quoque Imperatoris ceſſante, rediit; ſecúmque reliquias Sanctorum detulit plurimas; quarum incitamento cryptam orientalem exſtruxit, ſexque altaribus decoravit, hiisdem ſacris reliquiis impoſitis.

Hanc cryptam S. Wolfgangus conſecravit, quam hodie vulgares *Sant Randolfs-Gruft* vocitant, rectius *Sant-Ramuolds* dicerent. Sub hujus Ramuoldi Abbatis temporibus S. Aurelia Virgo Regina Fraociæ ob vitandum maritale commercium, quo pater ſuus Rex eam lnnectere volebat, clam abiit, atque Ratisponam profuga venit; quam cum beatus Ramuoldus adeſſe in ſpiritu præcognoviſſet, benigoè ſuſcepit, & juxta ſacellum D. Andreæ ad urbis Ratisponenſis mœnia, ſub perpetua clauſura depoſuit, ubi LII. annis jejuniis & orationibus Deo ſerviens, clauſa permanſit, eáque mortua in ambitu Monaſterii noſtri juxta ſacellum D. Georgii M. ſepulta in Domino quieſcit; circa cujus ſepulchrum hoc legitur Diſtichon:

Hìc pia floreſcit Aurelia virgo ſepulta,
Quæ pœnas neſcit cœli dulcedine fulta.

Hic pius Ramuoldos, migravit ad Dominum anno MI. vixit CX. annis, ſepultus in ſupradicta ſuo nomine protitulatâ cryptâ, ante aram D. Gregorii Pontificis Maximi, ad cujus tumulum hoc legitur Diſtichoo:

Signis clareſcit pius hic Ramuoldus humatus,
Cœlo fulgeſcit, cœleſtibus adſociatus

poſt S. Wolfgangum.

Gebehardus I. *Epiſc. XIII.*

Gebehardus hujus nominis I. in ordine XIII. Ratisponenſi Eccleſiæ præſidere cœpit Epiſcopus anno Domini DCCCCXC. Imperatore Ottone III. ſub Jnanne XVI. Poot. Max. ſeditque annis XXXI.

Iſte fundavit Monaſterium Prul, extra urbis Ratisponenſis mœnia, cujus fundus Monachis ad S. Emmeramum ſubjacebat. Eáque propter ne in futurum qualiscunque, ut fieri ſolet, exſurgeret diſceptatio inter hujus illiúsque Monaſterii Monachos, præfatus Gebehardus quædam bona firmiter concambiendo Monachis ad S. Emmeramum conceſſit.

Fuerat verò hoc ipſum Monaſterium Pruel ſub Ordine S. Benedicti fundatum; ſed per Ducem Albertum Monacenſem expulſis inde S. Benedicti Monachis, Carthuſiani prænominato Monaſterio Prul ſunt intruſi. Qui prænominatum Monaſterium, usque hodie quo hæc ſcribimus anno videlicet MDXXXI. poſſident.

Iſte Gebehardus ſucceſſoribus ſuis, in uno privilegiorum, quod dicto Monaſterio contradidit, imprecatur poſt plurima „proinde quisquis es, inquit, meus ſucceſſor „futurus, te precor, te flagito, te poſco, „te peto, te admoneo, te obteſtor, per Spiritum Paracletum, quem in Baptiſmo ac„cepiſti, in cujus videlicet honore hæc do„mus ſpecialiter eſt coofecrata, oe regula„rem vitam inibi patiaris deſtrui, nec in „aliquo minui, ſed certus de æterna remu„neratione facias augeri & ſemper in melius „provehi.„ Eadem clauſula duo ſucceſſores ejus, ejusdem nominis, videlicet Gebehardus II. & III. privilegia, quibus dictum Monaſterium privilegiaverunt, concluſerunt.

Sepultus eſt iſte Gebhardus in Eccleſia S. Emmerami.

Wolframus *Abb. IX.*

Sub iſto Gebhardo *Wolframus* nonus Abbas Monaſterio S. Emmerami præſidere cœpit anno Domini MI. Præſuit annis V. menſem unum, diéq; uno, iojuſtè depoſitus.

Richoldus *Abb. X.*

Cui absque medio, ſub eodem Gebhardo decimus Abbas *Ricboldus* ſucceſſit anno Domini MVI. Præſuit annis XXII. menſ. I. dies XXVIII. Hic Abbas cæcitate percuſſus dies duxit mœſtiſſimos, indéque mortem more cæterorum obiit.

Gebehardus II. *Epiſc. XIIII.*

Gebehardus II. decimus quartus Ratisp. Eccleſiæ præficitur Epiſcopus anno Domini MXX. imperante ſancto Henrico, Henrici Hezilonis Ducis Bajoariæ filio, Beoedicto VII. in cathedra Petri ſedente. Sedit in Epiſcopatu annis XIIII. Hic fuerat Canonicus Auguſtenſis, ſepultus in Eccleſia S. Emmerami; ſub hujus Gebehardi temporibus Collegium veteris capellæ Ratisponenſis erigitur per ſupradictum Henricum Imperatorem.

Harvvicus *Abb. XI.*

Sub hujus Gebehardi Epiſcopi Ratisp. temporibus noſtro Monaſterin undecimus Abbas *Harwicus* nomine, præſidere cœpit A. D. MXXVIII. Præfuit anoo uoo, quia Abbatiam ſpoote reſignavit.

Burckhardus *Abb. XII.*

Huic absque medio ſub eodem Gebehardo ſucceſſit duodecimus Abbas Monaſterii *Burckhardus* Augenſis antea Monachus. Præſuit annis VII. menſes VIII. diebus totidem, hic ipſo die Paſcæ Romæ obiit, atque apud S. Petrum ibidem ſepultus requieſcit.

Gebehardus III. *Epiſc. XV.*

Gebehardus III. decimus quintus Ratisponenſis Epiſcopus, præſidere cœpit anno Domini MXXXIIII. imperante Cunrado S. Heinrici Imperatoris Succeſſore, quem *Salicum* à Lege Salica appellant. Joanne XX. in cathedra Petri ſedeote. Sedit annis XXVIII.

Iſte Gebehardus, ut aliqui ſcribunt, Patrinus fuit, S. Heinrici Imperatoris, & frater Heinrici Hezilonis, Ducis Bojoariæ.

Hujus Gebhardi temporibus Hungari iterum rebellârunt, quibus Gebhardus Epiſcopus, vice Imperatoris, obviam veniens, in fugam vertit, & non minimâ cæde perdomavit. Sepultus eſt in Eccleſia S. Emerami; ſub hujus denique temporibus Monaſterio S. Emmerami *Decimus tertius* Abbas *Udalricus* nomine præfuit Anno Domini MXXXVI. ſeditque annis octo, menſibus XI. diebus XXIX. Poſt quem immediatè præſidere cœpit *Eckenpertus*, XIIII. Abbas Monaſterii S. Emmerami. Præſuit anno uno. Sed & huic mox ſucceſſit decimus quintus Abbas Monaſterii S. Emmerami, ſæpè nominato Gebhardo adhuc præſidente anno Domini MXXXXV. *Peringerus* ejus nominis *Primus*, præſuit annis IIII. menſ. VI. dies XII.

Udalricus *Abb. XIII.*

Eckenpertus *Abb. XIIII.*

Peringerus *Abb. XV.*

Sub

Reginbardus *Abb. XVI.*

Sub prædicto Gebhardo, XVI.tus Abbas, Monaſterii ſancti Emmerami nomine *Reginbardus* præſidere cœpit anno Domini MXXXXIX. Præfuit annis XIIII. menſes x. dies xxviii. Iſte Reginbardus reperit oſſa S. Dionyſii Areopagitæ in hoc noſtro Monaſterio S. Emmerami, nec non coctos ex luto lapides teſtimonium, indiciúmque præbentes de reliquiis ibidem contentis, ejuſdem S. Dionyſii, muro Eccleſiæ, verſus occidentem, incluſos qui hodie in eodem Monaſterio S. Emmerami in magna veneratione.

In primo itaque lapide legitur: *Emmeramus Aquitanus & Dionyſius Areopagita hic requieſcunt. Sub Arnolpho Imperatore & Odone Rege.* Hic Odo fuerat tunc temporis Rex Franciæ, per Arnolphum inſtitutus. In ſecundo lapide, ſequens continetur elogium: *Sub Ebulone Abbate Monaſterii S. Dionyſii Iſilbertus furatus eſt.* In tertio verò lapide ſequentia ſcripta ſunt verba: *V. Nonas Julii furatus eſt. Hic venit pridie Nonas Decembris tempore Tutonis Epiſcopi.*

Hic denique Reginbardus exſtruxit chorum S. Dionyſii.

Temporibus denique ſæpè fati Epiſcopi Gebhardi, anno videlicet Domini MLII. S. Leo Papa *Nonus*, juncto Heinrico Imperatore hujus nominis II. ab inferiori Panoniâ Ratiſponam venit, ibique S. Wolfgangum, ſanctúmque Herhardum inter Divos retulit, cryptam quoque occidentalem, conſecravit, necnon Oſſa S. Dionyſii Areopagitæ, in eodem ſæpè nominato Monaſterio S. Emmerami vidit & illic eſſe Apoſtolico ſcripto confirmavit, quod in eodem Monaſterio cernitur & legitur, cujus confirmatioois Apoſtolicæ copia ſequitur, & eſt talis: *In Salvatoris noſtri*
(b) *Jeſu Chriſti nomine Amen. &c.* (b)

Hæc pro confirmatione oſſium D. Dionyſii Areopagitæ in hoc eſſe Monaſterio dicta ſcriptaque ſufficiant.

Capellam quoque in urbe Ratiſpona, ſub dominio & poſſeſſione civium Trainer hodie exiſtentem honori & nomini Apoſtolorum Simonis & Judæ Thadæi, idem Vir ſanctus, Leo Papa in propria perſona conſecravit; cumque rebus ex ſententia Ratiſponæ peractis, iter ſuum verſus Norichbergam dirigeret, inter pergendum à Comitibus de Schwarzburg, ſuis ut ajunt coosanguineis municipium inſerius Viechhauſenſe tunc inhabitantibus, ſubrogatus, ut illis ſacellum non ita loogè diſtans in honore S. Crucis coonſecraret, quod hodie Pruchdorffium ad Plebanum Sintzingam ſpectans, appellatur. Mira res, difficileque creditû! cum enim vir ille Beatiſſimus Leo Sacellum à longè videret, conſecravit, ut rogatus fuerat, in honore S. Crucis; cumque hâc conſecratione qui hunc ſubrogaverunt, minimè contenti fuiſſent, eumque ut ad ipſam pergeret Eccleſiam, & ut moris eſt conſecraret, inſtantius peterent, vir Dei reſpondit; ite, & niſi omnia conſecratæ Eccleſiæ inveneritis indicia, veniam & Eccleſiam veſtram iterum conſecrabo. Quæ cum, ut Vir Sanctus, Leo, dixerat offendiſſent, laudantes Deum qui in ſanctis ſuis mirabilia perficit, conquieverunt. Habentur hodie in eâdem Eccleſia hujus rei monumeota, quæ & nos, dum illic eſſemus, vidimus: „ Anno Domini Milleſimo Quinquageſimo „ Secundo. Nonas Maji dedicata eſt hæc „ Eccleſia à S. Leone Papa IX. in honore „ S. Crucis. Hæc per digreſſionem & incidentiam diximus, nunc propoſito noſtro, à quo digreſſi fueramus, ſerviemus.

Otto *Epiſc. XVI.*

Otto XVI. Epiſcopus Ratiſponenſis Eccleſiæ præſidere cœpit anno Domini MLXII. ſub Heinrico III. Imperatore, Alexandro Pontifice Maximo in Petri cathedra ſedente. Sedit annis XL.

Hujus temporibus quidam ſcribunt ſeptem fratres Scotorum gente progenitos Ratiſponam veniſſe, quorum hæc ſunt nomina: Marianus (de quo mira leguntur, qui ſcripſit Pſalterium, quod hodie in Monaſterio inferiori habetur, quod & nos vidimus; in quo frequeoter adducit ſcripta illius vetuſtiſſimi inter Elumbrantes Pſalterium, Arnobii) Machantius, Miocharhetus, Clemens, Gervaſius, Iſaac & Donatus; habitaverúntque in eo loco ubi hodie eſt Prioratus extra urbis Ratiſponenſis Moenia *in Viben*, quem locum Scoti interpretantes, *conſecratum S. Petri* appellant, eo quod Divus Petrus hanc Eccleſiam conſecraverit, ut Scoti dicunt, quæ ſi vera ſunt, credimus & nos. Sunt in eo loco Eccleſiæ parietes variis horriſoni prælii delibuti picturis, quibus Scoti garriunt Carolum Magnum Imperatorem grande in eodem loco contra infideles commiſiſſe prælium, quem locum Scoti collem victoriæ vocant; ubi infinita millia occiſorum ſepulta affirmant, quod nos ſicut & plerique alii erroneum atque à Scotis excogitatum dixerimus; Quandoquidem ante Caroli M. tempora Chriſtianiſmus in urbe fuit Ratiſponæ, & quod amplius eſt, in tota Bojaria, improbamentum rei benevolus lector attendat, quod Joannes Aventinus, homo undecunque doctiſſimus de hoc ſic ſcribit: „ Ducentus, inquit, ante annos quam „ Carolus naſceretur in Bojoaria Chriſtiani ſuimus. Rupertus, Ingenuinus, Columbaous, Euſtaſius, Hemmeramus, „ Herhardus, Hildulphus, Altonas, Corbinianus, Bonifacius, Willibaldus, Virgilius, Sinopertus, Erntrudis, Reginotrudis, Walborgis, Theſſalonus tot „ Sanctiſſimos Martyres, Pontifices, Doctores, Principes, tot Sanctarum Virginum, Sacratorum Virorum examina „ populorúmque greges in cœlum præmiſimus & oondum Carolus M. Bojoariâ „ potiebatur, ne dicam natus erat. Hæc „ ille. Videant nunc ſinguli & judicent quam ſit erronea Scotorum fabulatio, quam ſimplicium ingerunt auribus. Vidimus & legimus Scotorum chronicum io nullo fun-

(b) Exhibuimus in Hochvvarto de Epiſc. Ratiſpon. ſub Gebehardo III. emendatius.

fundatum, ſed ſuapte ab ipſis præter Quæſtum adinventum, quod quantos contineat Errores aniléſque fabulas & meras nugas haud facile dixerimus. Sic ſentiunt Doctores, Hiſtoriarum Principes, quales dixerim Joannem Stabium Cæſaris Maximiliani quondam Hiſtoricum & Mathematicum, hominem adprime doctum, nec non Joannem ſupra memoratum Aventinum, & alios quibuscum ſæpe mea ſuper hoc fuit diſputatio. De quo alibi ſatis ſcripſi.

Libet hic inſerere Copiam Privilegii, ab Henrico tertio ejus nominis Imperatore ſæpè dictis Scotis contraditi: „In nomine „ Sanctæ & individuæ Trinitatis. „Henri„ cus Divina favente Clementia tertius „ Romanorum Imperator Auguſtus omni„ bus Chriſti fidelibus tam futuris quam „ præſentibus notificamus &c. (b)

(b)

Hæc de Eccleſia S. Petri in loco, quem Imperator ſupradictus in Wihen vocat; credo dicere voluit: Eccleſiæ ad conſecratum S. Petri.

Sub hoc Ottone Epiſcopo Ratisponenſis XVII. Abbas Monaſterii S. Emmerami præfuit anno Domini MLXIIII. nomine *Eberbardus*. Sedit annis VI. menſes IIII. diebus XI.

Eberhardus *Abbas XVII.*

Poſt hunc mox ſub eodem Ottone Epiſcopo, XVIII. Abbas noſtri Monaſterii S. Emmerami *Rupertus* nomine præſidere cœpit A. D. MLXX. Sedit annis XXV. menſ. I. dies VIII. Sepultus denique eſt ſæpè nominatus Otto Epiſcopus in Eccleſia S. Emmerami, cum cæteris ſuis prædeceſſoribus.

Rupertus *Abbas XVIII.*

Gebehardus IIII. *Epiſc. XVII.*

Gebehardus IIII. Ratisponenſis Eccleſiæ Epiſcopus præficitur anno Dom. MXCVIII. ſub Heinrico Imperatore tertio, de quo ſupra, tempore Paſcalis II. Pontificis Maximi. Sedit annis ferè VII. nam ſeptimo anno Electionis ſuæ in Pechlarum occiſus eſt, nondum conſecratus; cujus cauſam nusquam reperire potui.

Sub hoc Pontifice, XIX. Abbas Monaſterii S. Emmerami præſidere cœpit anno Domini Milleſimo Nonageſimo Quinto *Reinbardus* nomine. Præfuit annis XV. menmenſibus II. diebus XVII.

Reinhardus *Abb. XIX.*

Hartwicus *Epiſcopus XVIII.*

Hartwicus hujus nominis primis Ratisponenſis Eccleſiæ XVIII. Epiſcopus præſidere cœpit anno Dom. MCVI. Imperante Heinrico IIII. Paſcali II. Pontifice Maximo in Sede Petri ſedente. Sedit annis XVI.

Hic Hartwicus Monaſterium Pruel ruinoſum & diſſipatum auxiliantibus Chriſti fidelibus reſtauravit.

Hujus Epiſcopi temporibus Monaſterium Bruſening propè Ratisponam à S. Ottone Babebergenſe Epiſcopo Pomeranorúmque Apoſtolo fundatum eſt.

Hic quoque Hartwicus Monaſterium Scotorum D. Jacobi Ratispona conſecravit.

Theodericus *Abb. XX.*

Sub hujus Hartwici Epiſcopi Ratisponenſis temporibus Monaſterin S. Emmerami præfuit *Theodericus* Viceſimus Abbas. Præſidere cœpit annn Domini MCX. Præfuit annis XIX. menſes III. dies VII.

Sepultus eſt Hartwicus Epiſcopus In Eccleſia S. Emmerami ubi & prædeceſſores ſui quieſcunt.

Chuno I. *Epiſc. XIX.*

Chuno primus hujus nominis Ratisponenſi Eccleſiæ præficitur Epiſcopus anno Domini MCXXIII. Sub Lothario Imperatore tertio & Innocentio II. Pontifice Maximo. Sedit annis VI. hic antehac fuerat Abbas Sibergenſis, ad quem Rudpertus Abbas Tuicenſis libros de victoria verbi Dei ſcripſit.

Sub hujus Chunonis Epiſcopi temporibus fundatum eſt Monaſterium Sanctæ genitricis Mariæ Waldſaſſenſe Ordinis Cyſtercienſis Ratisponenſis Dyoceſis à quodam Divæ memoriæ Gerwico milite nominatiſſimo ac ſtrenuo de familia Rolmundſtein, qui poſtea fuit converſus in monaſterio ſupranominato Siberg, ſed priusquam Ordinem S. Benedicti aſſumpſit, familiaris Illuſtriſſimi Principis Theodobaldi ſive Dietpoldi Marchionis de Vochburg, qui poſtmodum amore ipſius Gerwici, quem ſincere dilexit in Seculo, locum ipſum pro fundatione dicti Monaſterii Waldſaſſenſis donavit & certis bonis & prædiis ditavit tempore Chunonis Epiſcopi Ratisponenſis: cujus Dominus Gerwicus etiam in habitu religionis, de ſui Prælati aſſenſu familiaris fuit. Hæc Pater Andreas memorati Monaſterii Abbas dum illic eram eum Domino Petro Jerapolenſis Epiſcopo in dedicatione dictæ Eccleſiæ manu ſua ſcripto exhibuit. De hoc Monaſterio Waldſaſſenſe infra ſub Chunone Epiſcopo anno Domini MCXXIX.

Engelfridus. *Abb. XXI.*

XXI. Abbas noſtro Monaſterio præſidere cœpit nomine *Engelfridus* præfuit annis XIIII. menſes IIII. diebus VI. ſub cujus Abbatis temporibus Eccleſia S. Emmerami à capite quadrageſimæ usque ad feſtum S. Jacobi ab Innocentio Papa II. divinis officiis interdicitur, multiſque litteris pro hujusmodi negotio Epiſcopo Henrico, de quo mox dicemus, directis, ut olim, in jus Beati Petri vendicatur. Quinimo idem Heinricus Epiſcopus dictum Abbatem Engelfridum ſine omni audientia non ſcribo depoſuit, ſed abegit, omnéſque monachos de monaſterio noſtro violenter expulit.

Multa denique de hoc ſcribam cum de eodem Heinrico Epiſcopo memorationem fecero. Poſt prædictum Engelfridum XXII. Abbas noſtro Monaſterio præfuit nomine *Percholdus*, Admontenſis dictus, præſidere cœpit anno Domini MCXLIII. Sedit verò annis VI. menſes III. diebus XIX. Poſt hunc Pertholdum viceſimus tertius Abbas noſtro Monaſterio præſidere cœpit Beatus *Adalbertus* anno Domini MCXLVIIII. Præfuit annis XXVII. menſes VI. diebus V.

Percholdus *Abb. XXII.*

B. Adelbertus *Abbas XXIII.*

Hujus Abbatis tempore corpus Hemmæ Reginæ uxoris Ludovici Regis Germaniæ & Bojoariæ qui Ludovici Pii, filii Caroli Magni fuit filius, ejusdemque Caroli M. nepos, inventum eſt in Monaſterio S. Em-

(c) Exhibuimus hoc Præceptum in Ottone Epiſcopo apud Laurent. Hochwardum.

merami, quo tempore, anno videlicet MCLXVI. Monaſterium S. Emmerami totum crepitante igne conſumptum eſt, murique illi à Syndperto Epiſcopo Ratisponenſe juſſione & ſumptibus Caroli Magni extructi, funditus collapſi, de quo ſupra diximus dum Ejusdem Syudperti Hiſtoriam texuimus.

Circa Hemmam prædictam grandem creavit antiquitas diſcrepantiam inter nos Divi Emmerami monachos ex una, intérque mulieres ſive monachas Superioris Monaſterij ex parte altera, nobis hanc Hemmam in Eccleſia noſtra circa D. Achatii aram ſepultam dicentibus, Monialibus verò hanc in Eccleſia earum ſepultam pertinaciter defenſaotibus, cujus Eccleſiæ fundatricem haud negamus. Dicunt quoque ad erroris eorum augmentum Hemmam fuiſſe Caroli Magni genitricem, quod quam à vero deviet, audiant Amoinum, qui matrem hujus Caroli M. Berchtradam, Gotfridus verò Bertham dictam eſſe ſcribunt. Nec intelligunt quod habent Privilegium à Carolo III. cognomento Craſſo illarum Eccleſiæ conceſſum, quod cum de profligatione Judæorum à Ratispona ſcripſimus, omnimodo inſeruimus, cujus Principium eſt: In nomine ſanctæ Trinitatis Carolus divina favente Clementia Imperator Auguſtus &c. data XIIII. kalendas Marcii, anno Dominicæ incarnationis MCCCLXXXVI. videat nunc prudens Lector, ſi privilegium hoc à Carolo M. emanaverit, cum idem Carolus M. ut cuncti norunt Hiſtoriographi, mortem obierit anno Domini MCCCXIIII. At cæci ſunt Duces cæcorum, diſcitque minor bos arare cum majori. Ad Hemmam reginam redeo, quam in Eccleſia noſtra ſepultam & poſt tempora inventam, interritus auſim dicere. Nam Hetimannus Contractus in chronicis ſuis, quæ apud nos in vetuſtiſſimo habentur exemplari, anno, inquit, Domini DCCCLXXVI. Hemma Regina Ratispona obiit & in Baſilica S. Emmerami ſepulta eſt. Nec non illud quod ſequitur, quod etiam in vetuſtiſſimo comperimus, legimúsque libro. Anno Domini MCLXVIII. Inventio corporis Hemmæ Reginæ facta eſt Nonas Maji. Cum enim Monaſterium S. Emmerami anno Domini MLXIII. Itemque anno Domini MCLXVI. igne conſumptum fuiſſet, priusquam nova fieret ſtructura, ruinas murorum auſferre neceſſe fuit. Inter hæc dum Prædeceſſores noſtri Eccleſiam reſtaurare conarentur, corpus ſæpè memoratæ reginæ repererunt. Sed de hoc ſatis ſuperque. Ad Adalbertum Venerandum revertor Abbatem, ſub cujus temporibus claruit B. Eberhardus Monachus Bruſeningenſis, poſtea Abbas Biburgenſis, poſtremo Archiepiſcopus Salesburgenſis. Hic Adalbertus floruit in Humanis ſub Friderico I. Romanorum Imperatore, à quo ſententiam & rem judicii obtinuit coram multis principibus, regníque Romanorum primoribus contra quondam nobilem fœminam Margaretham de Than (e) de non infeodandis mulieribus, quæ prædictum Abbatem non parum ſuper hoc moleſtaverat, cujus tenorem his libet inſerere ſcriptis: In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Fridericus Divina favente Clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus. Decet omnes Chriſtianæ fidei amatores &c. (d)

(c)

(d)

Hos teſtes ideo adjunxi ut veterum nobilium nomina innoteſcant. Obiit Pius ille Pater Abbas Albertus anno Domini MCLXXVII. ſepultus in Ambitu S. Emmerami in ſepulchro cancellato habens hoc Diſtichon:

Floruit hic ſignis Abbas Albertus opimis,
Illius precibus Jeſu Rex parce Redemptis.

Hainricus I. Epiſc. XX.

Hainricus I. Ratisponenſi Eccleſiæ præſidere cœpit Epiſcopus XX. anno Domini MCXXXII. Innocentio II. Pontifice maximo, nec non Lothario Imperante, ſedit annis XXI. Hic Epiſcopus multa mala Monaſterio S. Emmerami intulit, quemadmodum paulo ſuperius mentionem fecimus. Sed hoc unum dicendum erit neceſſarium, quo dicti Henrici veſaniam immitémque tyrannidem & avaritiam notificaverimus. Calicem ſacrificii valdè pretioſum cum aliis ſacris utenſilibus, nec non aliis Eccleſiaſticis rebus de noſtro Monaſterio abſtulit, a cepto tamen tandem reſipuit, & cuncta ſublata memorato reſtituit Monaſterio, ſactus ibidem monachus pœnitentiam egit.

Hi omnes ſupra memorati Epiſcopi ſepulti ſunt in Eccleſia S. Emmerami. Quod ne cui abſurdum forſan videatur creditúque difficile, cum horum hodie non appareant monumenta, præterquam S. Wolfgangi Tutonisque, accipiant cuncti hujus eſſe cauſam, quia Eccleſia S. Emmerami ſæpius ut diximus igne abſumpta eſt, monumenta quoque plurima quæ illic erant tunc obruta fuerunt. Gebhardus tamen quartus, apud Pechlarum occiſus, & Hartwicus I. cum cæteris Epiſcopis in ſæpedicta Eccleſia non ſunt humati.

Hartvvicus II. Epiſc. XXI.

Hartwicus II. Salesburgenſis Eccleſiæ Canonicus Ratisponenſi Eccleſiæ XXI. præficitur Epiſcopus anno Domini MCLIII. Friderico I. Imperante, ſedente in cathedra Petri Hadriano IIII. ſedit annis XII. Hic Monaſterium S. Magni Ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini in pede pontis Ratisponenſe à Gebhardo Ratisponenſis Eccleſiæ Canonico nuper ædificatum & fundatum dedicavit & authoritate ordinariâ privilegiavit, cujus præter id, nihil aliud memoria dignum repetire potui.

Eberhardus Epiſc. XXII.

Eberhardus cognomento Suevus Auguſteoſis Canonicus poſt prædictum Hartwicum Ratisponenſis Eccleſiæ XXII. præficitur Epiſcopus anno Domini MCLXIII. Friderico I. adhuc imperante & Alexandro

(d) in apographo meo de Thaun.
(e) exhibuit hoc Præceptum ex autographo ſigilli illæſi Celſ. Princeps Joannes N. LVIII. libri Traditionum Ratisponæ Monaſticæ ſuæ ſubjuncti.

dro Pontifice maximo, ſedit annis tribus. Hic ob temporis quo præfuit brevitatem nihil dignum memoria geſſit. Poſt hunc Eberhardum demortuum Chuno II. Ratisponenſis Canonicus, ejuſdem Eccleſiæ factus eſt Epiſcopus in Ordine XXIII. Anno Domini MCLXV. ſub principibus ſupradictis Friderico I. & Alexandro, III. Sedit annis XVIII.

Chuno II. *Epiſcopus XXIII.*

Sub hoc Chunone conſummatum eſt Monaſterium Waldſaſſenſe & conſecratum ut paulo poſt dicemus. Hoc Monaſterium ut in vererum ſcriptis legimus anno Domini MCCCCXXXIIII. ſub Sigismundo Imperatore ab Hæreticis, qui ab Alumno eorum Hus, Huſſitæ nuncupantur ſacris utenſilibus, calicibus, miſſalibos ornamentis, aliisque id genus divinatum rerum ſupellectilibus ſuerat omnino deſpoliatum. Et Hæretici quidem hæc fecerunt. Præterea de Chriſticolis noſtris quid attinet dicere? qui hoc ipſum Monaſterium in Bojorum nuper bello anno Domini MDIIII. Solo renus ut ita dixerim ultricibus diruerunt flammis, de Marchionis Brandeburgenſis ſatellitibns loquor, qui aris ſacratiſſimis, quod potiſſimum eſt, diruerunt, capſas non parvas reliquiis ſacris refertiſſimas aſportaverunt, nil ſanum, nil intactum relinquentes præter Abbatialem Arcem habitationi Abbatis deputatam, ad quam præ ſui Munimento & Robore pertingere non potuerunt, tametſi banc, ut Judæi quondam Hiericho, circumierunt; quod reliquum erat, utpote fratrum bina refectoria, cellam dormitoriolam, Ergaſtulum infirmaotium, cunctáque monachorum diverticula, granaria quoque cum blado exuſtulavere, nec non ipſam Eccleſiam Dei genitricis Mariæ ſacram funditus concremavere. Enimverò tantum condigna non caruit pœna flagitium. Cum enim grandem ſe ab hoſte gauderent ſumpſiſſe triumphum, virgo intemerata Dei genetrix Maria, cujus templum réſque ſacras diſſipaverant, gravem horrendámque ab Hoſtibus accepit vindictam, usque adeo etenim cuncti hujus mali participes debitum pro delicto ſumpſere ſupplicium, ut perpauci, qui eventum rei poſteris nuntiarent évaſerint usque ad internecionem profligati. Nunc verò ſupradictum Monaſterium Dei gratia reædificatum, octava nuper Novembris die, anno Domini MDXVII. à Reverendo in Chriſto Patre & Domino Petro Jerapolenſi Epiſcopo, Ratisponenſi Suffraganeo conſecratum eſt præſenre venerabili Patre & Domino Andrea Abbate ejusdem Monaſterii. Ad Chunonem Ratisponenſem Epiſcopum revertor, qui primo poſt fundationem dicti monaſterii Eccleſiam in propria perſona conſecravit. Ut enim legirur, Fridericus I. Imperatot filiam Theobaldi, ſive ut frequentius reperi Dietpoldi Marchionis de Vochburg fundatoris Monaſterii Reichenbach ſibi deſponſaverat uxorem, à quo tamen poſtea in Conſtantienſi ſynodo ob vicinam conſanguinitatem per divortium fuerat ſeparatus. Cumque apud Egram Imperiale tunc oppidum haud ita longè à dicto Monaſterio Waldſaſſenſe diſtans, Imperiales celebraret nuptias, Bojoariæ, ſicut & aliarum regni Romanorum Epiſcopi Eccleſiatum ad tanti Principis paſſim confluerent nuptias, accidit quoque ſupradictum Chunonem Ratisponæ Epiſcopum hiisdem nuptiis intereſſe; quibus Regio more peractis, ſæpedictus Epiſcopus Chuno à prænominati Monaſterii incolis requiſitus & rogatus dictum Monaſterium in propria perſona primum conſecravit. Cujus ſigillum grande in eodem hodie habetur monaſterio, quod in chorali arâ per ipſum Chunonem Epiſcopum fuerat clauſum depoſitúmque, ſed in Boico nuper bello dum per ſacrilegos parricidaléſque effractores & latrones altare ipſum temere fuerat diſfractum, ſigillum tandem ad manus fratrum illic habitantium devênit, quod & nos cum dictæ Eccleſiæ conſecrationi interreſſemus anno Dom. MDXVII. vidimos, contrectavimus, hujusque ſupraſcriptionem legimus.

Sub Chunone ſupradicto Ratisponenſi Epiſcopo, XXIIII. Abbas Monaſterio S. Emmerami præſidere cæpit anno Domini MCLXXVII. nomine *Peringerus*, hujus nominis ſecundus vir omni bonitate conſpicuus. Præfuit annis XXIII. menſes x. diebus xxii. Hic pius Pater familias Reipublicæ conſulens, Aquæductum in canalibus ex plumbo ſabreſactis de Viculo Dechperenſi ad ipſum Monaſterium S. Emmerami non ſine maximis impenſis traduxit. Pro quo tam egregio facioore perpetuum apud dicti Monaſterii Alumnos promeruit anniverſarium. Idem Abbas Peringerus Baſilicam Abbatialem fieri fecit, quam Chunradus Epiſcopus Ratisponenſis in propria perſona conſecravit addicti Peringeri Abbaris petitionem, in cujus occidentali pariete hæc leguntur ſcripta: „ Anno „ ab iocarnatione Domini MCLXXXIX, „ Indictione XII. regnante Friderico I. Imperatore, obtentu Peringeri Abbatis dedicata eſt hæc Baſilica, à Venerabili hujus ſedis Epiſcopo Chunrado V. kalendas Novembris in honore SS. Trinitatis, „ S. Michaelis Archangeli & omnium Angelorum &c.

Peringerus *Abbas XXIIII.*

Poſt annotationem verò reliquiarum in eadem capella contentarum hæc leguntur carmina pervetuſto Calamo inſcripta bene menſurata ſed leonina ut vocant, & caudata:

Bis duo Sanctorum tenet urbs hæc corpora, quorum
Hic tria credo ſita variis ſignis redimita,
Emmeramus adeſt, ſacer & Dionyſius hic eſt.
Wolfgangúsque pius jacet hic, ſed abeſt homo Dius
Felix Herhardus ægris ſuaviſſima nardus,
Ille Monaſterio tumulatus in inferiori eſt
Cælorum Domino ſociatur & ejus amori
Quatuor illotum prece nos conducat ad ethra
Sanctus Sanctotum noceant ne crimina tetra.

 Sepul-

Sepultus eſt iſte Peringerus in cripta Beati Ramuoldi Abbatis.

Gotefridus *Epiſcopus XXIIII.*

GOTEFRIDUS, Friderici I. Imperatoris Cancellarius Ratisponenſis Eccleſiæ præficitur Epiſcopus XXIIII. in Ordine Pontificum anno Domini MCLXXXIIII. ſub eodem Imperatore, Alexandro III. Romano Pontifice, ſeditque anno vix uno, mox etenim Epiſcopatum liberè reſignavit. Iſte Gotfridus chronicon carmine & proſâ conſcripſit emendatiſſime, cujus Exemplare admodum vetuſtum in Monaſterio Bruſenige vidimus, in quo ea quæ ſeqnuntur de ſe ipſo ſcripſit: „Ego Gotfridus hujus li„bri Auctor Capellanus & Notarius fui „Regis Chunradi tertii & Friderici Impe„ratoris primi, & Henrici ſexti filii ejus, „quorum temporibus hæc omnia cis ci„tráque mare per annos quadraginta ſum „perſcrutatus, ex omnibus armariis lati„nis, Barbaricis, Judaicis & Chaldaicis. Hæc in fine libri ſupradicti.

Chunradus I. *Epiſc. XXV.*

CHUNRADUS I. hujus nominis dictus de Raichling Vicedominus cognominatus, Ratisponenſis Eccleſiæ canonicus, eidem Eccleſiæ XXV. præficitur Epiſcopus anno Domini MCLXXXV. Imperante Friderico I. Urbanóque III. in cathedra Petri ſedente, ſedit annis XXIIII. de quo nil memoria ſcitúque dignum reperire potui.

Eberhardus II. *Abb. XXV.*

Sub hujus Epiſcopi temporibus anno Domini MCCXXV. Abbas *Eberhardus* nomine ſecundus Monaſterio huic noſtro præſidere cœpit, præfuit annis XVII. hic ptimo vendidit aream & ortum pro ſepultura perfidiſſimis Judæis de agro Praitten, ſepultúsque eſt ante aram S. Stephani, juxta introitum cryptæ S. Ramuoldi.

Chunradus II. *Epiſcopus XXVI.*

CHUNRADUS II. Friſingenſis Eccleſiæ Canonicus Ratisponenſi Eccleſiæ præficitur Epiſcopus XXVI. Anno Domini MCCIIII. Henrico ſexto Imperante. Sedit annis XXII. Hic fuit vir juſtus, religioſus & caſtus, omnibúsque amabilis & in actionibus ſuis valdè commendabilis, maxime tamen quia Patrimonium ſuum vendidit ſex millibus librarum Ratisponenſis monetæ, cum eſſet ex antiqua nobili familia ortus, filius videlicet Heinrici Comitis de Frontenhauſen, hoſpitaléque in pede Pontis Danubiani, ut pleriq; voluot, fecit, & poſſeſſionibus extulit. Caſtrum Deyspach, caſtrum Werde, caſtrum Kunigswart Ratisponenſi adjecit Epiſcopatui, Eccleſiámque ſuam in multis defenſavit. Incepit ſub Friderico I. & continuavit ſub Henrico VI. Poſt mortem hujus Chunradi Epiſcopatus vacavit anno uno.

Udalricus II. *Abbas XXVI.*

Sub bujus tempore XXVI. Abbas Monaſterio noſtro præſidere cœpit anno Domini MCCXVII. nomine *Udalricus*, ejus nominis ſecundus, præfuit annis IIII. menſes VIII. diebus XX. ſepultus ad S. Cholomannum in ſiniſtro ferè, cornu & habet hoc Dyſtichon Heroicum:

Mundi flore brevi functus Pater hic tumulatur
Ulricus, qui pace Dei ſine fine fruatur.

Poſt quem ſub eodem Epiſcopo XXVII. Abbas noſtro Monaſterio præſidere cœpit anno Domini MCCXX. *Percholdus* nomine ſecundus. Præfuit annis XV. menſes VI. diebus XXVI. ſepultus & ipſe in majori quod vocant capitulo apud Aram S. Cholomanni Martyris.

Percholdus II. *Abbas XXVI.*

Sifridus *Epiſcopus XXVII.*

SIFRIDUS Ratisponenſis Eccleſiæ Canonicus eidem Eccleſiæ XXVII. præficitur Epiſcopus anno Domini MCCXXVIII. Mortuo namque ſupradicto Chunrado Epiſcopo Ratisponenſi, gravis diſſenſio orta eſt inter Chorum & Miniſteriales. Minor pars Chori Gotfridum præpoſitum elegit, cui ſavebant Miniſteriales laici adſerentes Electionem pontificalem in ſuo plusquam chori, Cum Abbate S. Emmerami Berchtoldo ſupradicto, viro per omnia venerando Romam venit, & rebus apud Papam Honorium ex ſententia determinatis; cum idem Honorius in feſto S. Gerdrudis mortem obiiſſet, apud ſuum ſucceſſorem Gregorium IX. prænominatum Sifridum, qui tunc Romæ aderat, virum literatum & caſtum elegit, & in Epiſcopum ab ipſo Domino Apoſtolico conſecratum ſecum Ratisponam adduxit. Hic Syfridus ſedit annis XXIII.

Anno Domini quo ſupra, idem Epiſcopus Syfridus de bona volnntate Chunradi Decani & omni Capitulo Ratispon. Eccleſiam S. Blaſii in eadem urbe, quæ ad Epiſcopum & Canonicos pleno jure pertinebat, contulit Fratribus Prædicatorii Ordinis, & factum eſt ibi poſtea ſolenne Monaſterium usque eum in modum, ut plerumque in eodem circiter quinquaginta Fratres dicti Ordinis viderimus. Nunc verò his temporibus quo Lutherana peſtis in toto orbe invaluit, anno videlicet MDXXXI. quo hæc ſcribimus, non amplius in eodem loco quinqne aut ſex ſuperſunt. Hujus Monaſterii potiores extitêre Fundatores Nobiles Truckſeſſen de Eckmül. Hic Sifridus alia privilegia utilia pro Eccleſia Ratisponenſi impetravit à Friderico II. Imperatore, ſub quo præfuit. Sedit annis XVIII. ſepultus in choro cathedralis Eccleſiæ poſt ſummum altare, in cujus Buſto hoe legitur Dyſtichon:

Secretis gratum Regalibus hic cathedratum
Sifridum ſtravit mors & cinis incineravit.

Wulfingus *Abbas XXVIII.*

Hujus Sifridi temporibus XXVIII. Abbas noſtro præfuit Monaſterio *Wulfingus* nomine, qui præſidere cepit anno Domini MCCXXXV. præfuit annis XII. menſes III. diebus XXVIII. à Prælatura depoſitus, ſepultúsque tandem in capitulo majori in angulo, cujus hoc eſt Epitaphium in carmine Heroico:

Gaudia dulcoris capiat poſt facta laboris,
Veri paſtoris conſors hic paſtor honoris.

Albertus I. *Epiſcopus XXVIII.*

ALBERTUS hujus nominis Primus Halberſtatenſis Canonicus Ratisponenſi Eccleſiæ XXVIII. præficitur Epiſcopus anno Domini MCCXLVII. Friderico II. adhuc imperante, Innocentio IV. in Petri cathedra ſedente, ſedit annis XIII.

Hic Albertus anno Domini MCCL. potiores ex Ratisponenſibus Conſulibus cepit, & captos in arcem Thuemſtauff, vel ut alibi legimus Thunauſtauff, duxit, ex quo

plurima

plurima ſubſequebantur mala, ut prudens Lector paulò poſt lecturus eſt.

Sub hujus Alberti temporibus XXIX. Abbas Monaſterio S. Emmerami præfuit,

Udalricus *Abbas XXIX.*

nomine *Udalricus*, qui præſidere cepit eodem anno, quo & dictus Albertus anno videlicet XLVII. ſedit annis XIII. aſſumptus de Monaſterio ſuperiori Altach. Cujus nec non dicti Epiſcopi Alberti temporibus attemptatum fuit mirabile quiddam vixque à ſeculo auditum: Anno quippe Domini MCCLI. Chunradus Friderici II. Imperatoris filius à patre nuper faventibus quibusdam Principibus Romanotum Rex deſignatus & Chunradus IIII. appellatus Ratisponam venit, inque ædibus S. Emmerami dum hoſpitio functus dormiret à Chunrado quodam Nobili de Hohenvels miniſteriali ſupradicti Epiſcopi Alberti, ejus ut ajunt juſſione, in tempeſtate noctis ſilentio invaſus vix mortem evaſit, plerisque militibus occiſis, mortémque evaſit, plerisque militibus occiſis, mortémque ſponte pro Rege obeuntibus. Inter quos quidam Fridericus de Euuesheim Regi nimium familiaris & fidelis, dum intellexerat, quod futurum erat, præcurrens, ut Rex ſe mox abſconderet, ſuaſit, ipſe verò ad lectum, nbi Rex dormire credebatur, ſe ponens à nobili prædicto cum aliis fermè ſex Regis familiaribus occiſus eſt. Sic igitur Rex Chunradus mortis evadens periculum, altera die populo univerſo vivus ac cum gaudio devotiſſimè veneratus, à civibus oſtenſus eſt, & ne ipſis tanti criminis inſidioſa proditio impingeretur, humiliter exorârunt. Verùm tanti in ſe commiſſi ſceleris vindictam Rex Chunradus ulterius * Monaſterium S. Emmerami cum Hainrico Duce Bajoariæ, cujus ſororem duxerat uxorem, rurſus ingreditur, ac plura inibi ædificia ſubvertens funditus demollitur. Eáque propter Monachi obligatis pretioſiſſimis libris tyrannidem redimere coacti altare quoddam portatile aureum Pondo Marchatum LXVII. quod à tempore Heinrici IIII. extructum usque ad ea duraverat tempora diſtrahere ſunt compulſi. Nec illo contentus tyrannus Chunradus Rex, Monaſterium S. Emmerami maximè moleſtavit, inſuper omnibus privilegiis & bonis privavit, atque prædictum Abbatem Udalricum tanquam ſceleris conſcium vinculis injectum ſecum abduxit. Non immerito igitur ſupradictus Chunradus de Hohenvels ſæpè nominatum Chunradum impium, imo Eccleſiæ hoſtem atque tyrannum interficere ſtatuit. Eccleſiam denique cathedralem tunc maximè dehoneſtavit poſitis ibidem caballis pro ſtabulo. Námq; Eccleſia Ratisponenſis plurimis his temporibus turbabatur inſultibus, imo cuncti totius urbis Ratisponenſis Clerici & maximè majoris Eccleſiæ Canonici ita ut plures ex eis vitæ fuga conſulerent, cæteriquc cum periculo formidinéque proprias ædes incolerent, ut mox infra clarius patebit, quod noſtrum hoc ſacrum concernit Monaſterium primo deſcribeotes.

* ſupplæ *proſecutuſus* vel ſimile.

Chunradus itaque Rex Monachotum tandem motus lachrymis indignatione utrumque ceſſante pleraque, quæ abſtulerat, reſtituit, ea tamen adjuncta conditione, ut domus illa, in qua prænominatus Rex inſidias paſſus fuerat, cruoréque interfectorum reſperſa ſolotenus deſtrueretur, ibique nova Baſilica, quæ regalis deinceps dicatur, conſtrueretur, & in perpetuum per Sacerdotem provideretur, ut clarè habetur in privilegio reconciliationis dicto Monaſterio S. Emmerami ab eodem Chunrado Rege contradicto, cujus tenor ſub hac forma ſequitur ex originali conſcriptus & eſt talis.

Conradus Divi Auguſti Imperatoris filius Dei gratia Romanotum in Regem electus ſemper Auguſtus & hæres regni Hieruſalem. Regale faſtigium totiens læditur &c. (f) (f)

Enimverò dicta capella, quam Chunradus Rex capellam regiam vocari voluit, usque hodie extructa non fuit, cujus cauſam eſſe credimus, quia idem Chunradus Rex Bojoaria relicta Italiam petiit, ubi quidam ſcribunt paulò poſt, per Manfredum ex concubina genitum ſed à patre Friderico II. fratrem ſuum, ut Antoninus ſcribit, auxilio medicotum veneno per Clyſterin de medio viventium ſublatus, vitam cum morte mutavit. Sic Prædeceſſores noſtri capellam extruere diſſimulavère. Sunt tamen, qui hanc capellam eſſe credunt, quæ hodie Abbatialis eſt Baſilica, ſed errant, quia hæc ante hunc eventum LXXX. annis ſub Friderico I. ut ſupra diximus, fuerat ædificata.

Poſt Fridericum I. imperavit Hainricus V. poſt quem Fridericus II. monſtrum ex Conſtantia moniali quondam genitum, deinde ille Chunradus Rex, qui ſupradictum Abbatem Udalricum, quem ſecum abſtulerat, Monaſterio Wermitzahauſenſe Abbatem præfecit, ubi & mortuus eſt & ſepultus. Qui verò de familiaribus Regis interempti fuerant in medio Eccleſiæ S. Emmerami ſub majori candelabro, quod vulgus hodie coronam appellat, ſunt tumulati. Iſte Udalricus Abbas primus pro ſe tantum pontificalem obtinuit mitram. Albertus verò Epiſcopus Ratisponenſis cum in Epiſcopatu annis XIII. ſediſſet, & ipſe pari modo depoſitus, factus eſt Monachus in Sittenberg.

Rebus igitur in Chunradum Regem ſanctique Emmerami Monaſterium compoſitis, ut ſupra diximus, nihil minus venerabilis Cletus Ratispooenſis, qui multum in rebus & ſubſtantiis à communi popello dam-

(f) Exhibet diploma Celſ. Auctor Ratisponæ Monaſticæ libro probat: Num. LXXIX. p. m. 172 qui autographum in Archivo jam non amplius extare monet, à Maximiliano Cæſ. Aug. ſibi ſervatum. Vidiſſe id tamen memoratur, Hofmannus cujus nos apographum cum Edito conferentes per omnia reſpondere deprehendimus. Non erat autem, quare ſe majeſtatis reum faceret imprudens monachus impio voto ſuo, cum Ulricum nefariæ proditionis reum fuiſſe ex diplomate illo palam eluceat. Vide quæ nos ad *Hochvvartum*.

nificatus fuerat, cum civibus, qui & Burgenſes ejusdem urbis concordare cœperunt, ut patet in copiis litterarum compoſitionis, quas Canonici majoris Eccleſiæ ejusdem civibus dedêre, quarum tenor ſequitur, & eſt talis:

„ In nomine Domini amen. Univerſis
„ Chriſti fidelibus præſentem paginam in-
„ ſpecturis, Henricus Dei gratia Decanus
„ cum univerſitate capituli majoris Eccle-
„ ſiæ Ratisponenſis ſalutem in Domino.
„ Cùm occaſione generalis diſcordiæ inter
„ ſanctum Papam noſtrum Dominum Inno-
„ centium ac Fridericum quondam Impe-
„ ratorem ſuſcitatæ, Membra Eccleſiæ ca-
„ piti ſuo adhærentia, quia non decet à ca-
„ pite diſcedere in multis partibus, & ma-
„ ximè per Theutoniam ſolitæ pacis & quie-
„ tis ſolatio fuit orbata peſtem illam inſtar
„ cancri ſerpentem in his ultimis tempori-
„ bus usque ad nos plus quam credi poteſt,
„ contigit derivari. Nam cum Venerabi-
„ lis Pater noſter Albertus Ratisponenſis
„ Epiſcopus, quosdam ejusdem civitatis
„ Burgenſes captivâſſet, & in vinculis cap-
„ tivos teneret, Dominus Chonradus na-
„ tus quondam Friderici Imperatoris, unà
„ cum Illuſtri Duce Bojoariæ liberis ſuis ad
„ civitatem Ratisponam manu armata &
„ copioſo exercitu divertentes, Clerum
„ & alios Religioſos Ratisponenſis Civita-
„ tis & Diœceſis in perſonis & rebus hoſti-
„ liter & graviter offenderunt, adeò quod
„ quidam à domibus eorum & univerſis re-
„ bus ejecti, alii verò bonis ſunt ſpoliati,
„ quidam etiam ut perſonas ſalvarent, &
„ id quod habebant cum ipſis tranſigere
„ ſunt coacti. Et quia non caret ſcrupulo
„ ſocietatis occultæ, qui manifeſto faci-
„ nori deſinit obviare, & culpam procul
„ dubio habet, qui quod poteſt corrigere,
„ negligit emendare; cum ſcriptum ſit,
„ quod non ſolum qui faciunt, ſed & qui
„ facientibus conſentiunt, participes judi-
„ cantur, videbatur nobis & aliis & non
„ immeritò, quod ex conniventia civium
„ Ratisponenſium hæc damna nobis fuiſ-
„ ſent tam atrociter irrogata. Unde fugæ
„ ſubſidium eligentes quidam ex nobis ſe
„ ad alia loca tranſtulerunt, alii verò me-
„ diantibus treugis non ſemel ſed ſæpius
„ interpoſitis, in ipſa civitate non ſine me-
„ tu tamen rerum & corporum ſteterunt.
„ Dicti verò Burgenſes innocentiam no-
„ ſtram & reliqui Cleri conſiderantes, quod
„ nullis noſtris exigentibus meritis jacturam
„ iſtam pateremur, mœrentes etiam diſ-
„ ſidium unionis noſtræ; cum hæc tam no-
„ bis quam ipſis non modicum diſpendium
„ generaret, ſtudiosè tractare cœperunt,
„ qualiter ad concordiam & unionem nos
„ cum ipſis pariter revocarent, & fratres
„ noſtros abſentes per litteras ipſorum pa-
„ tentes ad civitatem Ratisponenſem evo-
„ cantes, multis ſe circa nos allegationi-
„ bus excuſârunt, & non parvam nobis
„ compaſſionem de damnis ex injuriis ir-
„ rogatis ex parte communitatis ipſorum
„ ſæpius obtulerunt, allegantes etiam &
„ firmiter adſerentes, quod univerſitas
„ ipſorum in damnis nobis illatis culpam
„ aliquam non haberet præter hoc, quod
„ circa tutelam & defenſionem noſtram mi-
„ nus ſolliciti & deſides aliquantulum ex-
„ titerunt. Obtulerunt inſuper, quod ſi
„ ſingulariter ex ipſis aliqui in perſonis vel
„ rebus univerſos vel ſingulos gravâſſent,
„ de illis amicabiliter nobis ſatisfacerent,
„ vel juſtitiæ complementum exhiberent.
„ Quare poſt varios hinc & inde tractatus
„ inter nos habitos, ſub iſto tenore cœpi-
„ mus concordare, quod ipſi Burgenſes ad
„ omnia jura & libertates, quas ab anti-
„ quo nos & totus Clerus Ratisponenſis ci-
„ vitatis habuit, & anteceſſores ſoliti ſunt
„ habere, reſtituerent, & quod perſonas,
„ res, honores, libertates & jura noſtra
„ ſicut ſe ipſos quantum poſſent rebus &
„ corpore protegerent ac defenſarent, & ipſi
„ defendendo propenſius conſervarent. Nos
„ autem omni actioni, quæ nobis contra
„ ipſorum communitatem ratione præmiſ-
„ ſorum damnorum & injuriarum com-
„ petere poterat, renuntiavimus, & ipſos
„ reddimus abſolutos, qui nos in aliquo
„ læſerunt, vel damna intulerunt, amicabi-
„ liter ſatisfaciant, vel juſtitiæ faciant com-
„ plementum. Promiſimus etiã, quod quan-
„ docunque dicti Burgenſes à nobis require-
„ rent, ſalva tamen obedientia noſtra &
„ libertate conſilium & favorem ipſis me-
„ lius, quoad poterimus, impendemus, ut
„ autem hæc unio noſtra & concordia firma
„ perſeveret, nec à quoquam poſſit vio-
„ lari, litteras noſtras mutuo nobis ad in-
„ vicem tradidimus, ſigillorum noſtrorum
„ munimine roboratas. Acta ſunt hæc an-
„ no Domini MCCLI. Data Ratisponæ me-
„ diante & approbante fratre Henrico de
„ Ordine Prædicatorum primario & Nun-
„ tio Domini Papæ, kal. Aug. indictione
„ Octava. (g) (g)

Copia litterarum initæ unionis & concordiæ ac civibus Ratisponæ venerabili Clero ejusdem urbis tradita:

„ In nomine Domini amen. Univerſis
„ Chriſti fidelibus hanc paginam inſpectu-
„ ris, Fridericus Magiſter civium cum uni-
„ verſitate civium Ratisponenſis ſalutem in
„ Domino. Cum occaſione generalis diſ-
„ cordiæ &c. (h) (h)

Hæc concordia vix quadraginta duraverat annis, quin conſules Ratisponenſes novas contra immunitatem Eccleſiaſticam exactiones excogitaverunt, ut clariſſimè prudens Lector, infra reperiet, cum de Epiſcopo Heinrico de Rnteneck dicemus, interim ad alia nos divertentes.

His temporibus anno videlicet MCCLV. in civitate Ratispona quidam Sacerdos deferens ſacratiſſimum Dominici corporis Sacramentum ad ægrotum, quendam communi-

(g) Et has litteras in Hochvvarto vide.
(h) Concordant per omnia cum ſuperioribus, niſi quod IIII. kal. Aug. datæ, notâ numerica ſuperius fortè omiſſa.

municandum, & inter eundum in publica ſtrata tunc lutoſa cecidit in eo loco à vicinis illic Judæis habitantibus Judenburg, ſive ut alibi reperi Judenbrug nuncupato, diſperſis hinc inde ſalutaris hoſtiæ particulis, ubi mox facta eſt capella in honore corporis Chriſti ſacratiſſimi largitione Chriſti fidelium, poſtea annis ſuccedentibus ſolemne fratrum Heremiratum S. Auguſtini Monaſterium, lo quo pletumque circa quadraginta vidimus fratres, nunc verò invaleſcente Lutherana pravitate anno videlicet XXXI. quo hæc ſcribimus, duntaxar ſex ihi permanent fratres. Hujus Monaſterii fabricæ præpoſiti fuêre quondam felicis reminiſcentiæ Chunradus, Hiltprandus & Ulticus de Prunleiten cives Ratisponenſes.

Albertus II. *Epiſcopus XXIX.*

Albertus II. cognomento Magnus non corpore ſed magnarum ſcientiarum & rerum experientia & cognirione, Lector enim erat Colonienſis, Præceptórque D. Thomæ Aquinatis Ordinis Prædicatorii, poſt prædictum Alberrum Ratisponenſis Eccleſiæ XXIX. Epiſcopus præficitur anno Domini MCCLX. ſedir anno vix uno ſpoorè quippe Epiſcopatum reſignavit propter rumultuariam populi proclamationem, qua illum ligatum calceum appellabant. Deſerebat namque etiam Epiſcopus calciamenta prout hodie Fratres Prædicatorii Ordinis deferunt, de quorum Ordine & ipſe erat. Hic pius pater notabilem ſuper Lucam Evangeliſtam edidit commentarium, manibúsque ſuis in caſtro ſuo Stauff ſcripſit, ubi habitans Deo ſacræque Scripturæ & contemplationi vacabat. Habetur hodie ejus in Eccleſia B. Blaſii apud Fratres Prædicatores Ratisponæ, quod nos quoque vidimus, legimus, manibúsque attrectavimus. Fuit iſte Albertus in humanis usque ad annum MCCLXXX. cujus corpus Coloniæ fuit depoſitum, inteſtina verò, ur quidam ſcribunt, Ratisponam fuêre delata ibique humata.

Multos hic Albertus conſcripſit libros, de Corpore Chriſti, deque adhærendo Deo, de Myſtetio quoque Miſſæ, de animalibus, & alia complurima. Quod verò vir pius de Nigromantia inſimulatur, frivolum & fictitium eſt, quippe quem usque in finem religioſiſſimè conſtat vixiſſe.

Leo *Epiſc. XXX.*

Poſt hunc Leo Ratisponenſis Eccleſiæ Decanus triceſimus eidem Eccleſiæ eligitur Epiſcopus anno Domini MCCLXII. Tempore interregni Romanorum ſub Clemente ſupradicto Pontifice maximo, ſedit anois XV.

Hujus Leonis tempore anno videlicet MCCLXIII. cathedralis Eccleſia Ratisponenſis voragine ignis penitus eſt deſtructa, & campanæ omnes exuſtæ & reſolutæ.

Eodem anno ipſo die commemorationis S. Pauli conſecratus eſt primus lapis Eccleſiæ cathedralis S. Petri à Venetabile Epiſcopo Leone.

Fridericus *Abb. XXX.*

Sub hujus Leonis Epiſcopi temporibus XXX. Abbas Monaſterii S. Emmerami præſidere cœpit, nomine *Fridericus* dictus de Theurn, præſidere autem cœpit anno Domini MCCLXIII. ſedit annis VIII. menſes VII. diebus VIIII.

Hic obtinuit uſum inſulæ Pontificalis pro ſe ſuisque ſucceſſoribus, ſepultus in capitulo veteri ad dextram aræ D. Collomani, & habet hoc Diſtichon, quod juſſione Parris Laurenrii Aicher Prioris hujus Conventûs luſimus:

Obtinuit mitram qui primus Pontificalem
Hujus cœnobii fruitur qua quilibet Abbas.

Sub hujus Fpiſcopi Leonis temporibus anno videlicet MCCLXXII. triceſimus primus Abbas huic Monaſterio noſtro S. Emerami præſidere cœpit nomine *Udalricus*, hujus nominis quartus dictus de Prunn, Prior anrequam in Abbarem præficetetur. Sedit tantum menſes tres, dies novem, homo puſillus brevisque velut alrer Zachæus ſtaturæ, ſepultus in ambitu è regione oſtii ſacelli D. Georgü habens hoc Epitaphium: Udalricus IIII. *Abb. XXXI.*

MC bis L de nobis & uno tranſiit anno
Ante kalendas Jani nono menſe Decembri
De Prunn Ulricus Abbas virrutis amicus,
Vir prudens caſtus humilis pius atque modeſtus.

Qui mox ſucceſſit XXXII. Abbas *Haimo* nomine, ſedit annis quatuor, menſes totidem, dics XXIX. Iſte multum laboravit pro libertare Monaſterii, & demum ſponte reſignavit ſepultus --- * dicti Abbaris Ulrici de Prunn, habens hoc Epiraphium: Haimo *Abbas XXXII.*

* fortè *ad latùs*

Haimo ſub hac Petra jacet Abbas, Ultima Cetra
Cum ſonat à tetri ſtige liber ſcandat ad Etbra.

Huic mox ſucceſſit XXXIII. Abbas Monaſterii S. Emmerami *Wolfgangus* nomine inttuſus, ſedit annis quatuor & tandem ipſe quoque ut prædeceſſor ſuus Abbatiam reſignavit. Wolfgengus *Abbas XXXIII.*

Hainricus II. *Epiſcopus XXXI.*

Hainricus II. Comes de Roteneck Ratisponenſis Canonicus ibidem XXXI. præficitur Epiſcopus anno Domini MCCLXXVII. tempore Innocentii IIII. Ponrificis Maximi, Rudolpho Romanorum Rege regnante, ſedit annis XIX. Hic Patrimonium ſuum & caſtrum Roteneck cum ſuis attinentiis Ludovico Duci Bojoariæ vendidir, & Eccleſiam Ratisponenſem multis debitis oneratam, & aliis damnis liberavit. Advocatiam quoque Velden. Eberspount, Deyspach, Frontenhauſen, Ergeltspach, Eſſenbach Pilsting & Erbing à Ducibus Bojoariæ & alia multa magna pecunia comparavit. Is denique fieri fecir duas majores campanas, quarum una dicitur Apoſtolorum, altera S. Petri, hic ſepultus eſt poſt altare majus cathedralis Eccleſiæ, hoc habens Epitaphium:

Hanc cathedram rexit Henricus quem Petra texit
De Roteneck ortus, cœli pateat ſibi Portus.

Sub hoc Heinrico, trigeſimus quartus Abbas Monaſterio S. Emmerami præſidere cœpit anno Domini MCCLXXIX. nomine *Wernherus*. Præfuit annis XII. menſes VII. diebus XIX. Hic aſſumptus fuerat de Mo- Wernherus *Abbas XXXIIII.*

naſterio

naſterio Pruſening, cujus tempore Monaſterium S. Emmerami, in tanta fuit paupertate, ut redditus non ſufficerent pro annuali proviſione, ſed ſingulis annis fratres cogebantur aliquid vendere vel impignorare. Ea propter idem Abbas Wernherus perfidis Judæis Ratisponenſibus vendidit aream ex agro Praiten centum libris Ratisponenſis monetæ, quibus decimam in Auffhauſen impignoratam redemit. In eodem agro ſua ſepelierunt cadavera ſpurciſſima usque in annum MDXIX. quo ab urbe Ratiſpona ſunt proſcripti prorſus & profligati. Sepultus eſt idem Abbas Wernherus in ambitu è regione D. Aureliæ virginis.

Sub hujus Heinrici Epiſcopi Ratisponenſis temporibus facta eſt firmiſſima compromiſſio & conſœderatio totius venerabilis Cleri Ratisponenſis, tam Eccleſiarum Collegiatarum quam Prælatorum Abbatum Abbatiſſarúmque & aliorum, cujus conſœderationis litterarum copia ſubſequitur
(i) & eſt talis: (i)

Carolus *Abbas XXXV.*

Poſt ſupradictum Abbatem Wernherum trigeſimus quintus Abbas Monaſterio ſancti Emmerami præſidere cœpit anno Domini MCCLXXXII. *Carolus* nomine, ſedit annis XIII. partim ſub Henrico Epiſcopo ſupradicto, partim ſub Chunrado, de quo mox dicetur. Hic Carolus fuit Procurator cum cæteris ſupradictis totius venera-
(k) bilis Cleri ſupra deſignatus (k). Sub hujus temporibus infula & baculus Pontificalis fuêre impignorata perfidis Judæis Ratisponenſibus. Sepultus eſt iſte Carolus juxta arã S. Martini. Cui ſucceſſit triceſimus ſextus Abbas anno Domini MCCCV. præſuit annis VIII. menſes totidem, diebus xvi. *Heinricus* nomine, qui fuit de Wintzer, ſepultus in ambitu propè oſtium ſacelli S. Georgii. Hic nihil dignum memoria geſſit, quod ſcire potui.

Heinricus *Abbas XXXVI.*

Conradus III. *Epiſc. XXXII.*

Chunradus III. Comes de Luppurg, Præpoſitus Eccleſiæ Ratisponenſis, eidem Eccleſiæ XXXII. præficitur Epiſcopus anno Dom MCCXCVI. ſedit annis XVII. Adolpho Romanorum Rege regnante, ſub Cæleſtino V. Pontifice Maximo. Hic dedit caſtrum Luppurg Eccleſiæ Ratisponenſi, ſepultus in eadem Eccleſia juxta aram S. Andreæ, in cujus Epitaphio hoc legitur Dyſtichon:

Hæc ſervat foſſa Chunradi Præſulis oſſa
De Luppurg natus, ſit tibi Chriſte datus.

Baldvvinus *Abbas XXXVII.*

Poſt prædictum Henricum Abbatem XXXVII. Abbas præſidere cœpit Monaſterio S. Emmerami anno Domini MCCCXIII. nomine *Baldwinus*, præfuit annis XII. menſem unum, diebus xvi. in hujus electione maxima diſcordia ſuborta fuit in Eccleſia S. Emmerami, ita quod pars conventus in caſtris Abach & Abenſperg ſe recepit, & contra Nicolaum Epiſcopum & aliquos de ſuis ſe fortiter oppoſuerunt, donec per arbitros revocati ad propriam Eccleſiam redierunt. De hoc Baldwino infra clarius ſub Epiſcopo Nicolao dicemus.

Nicolaus *Epiſcopus XXXIII.*

Nicolaus Regis Bohemiæ quondam Cancellarius Ratisponenſis Eccleſiæ XXXIII. præficitur Epiſcopus anno Domini MCCCXIII. qui fuit annus ſecundus ſupradicti Abbatis Baldwini, quem multum moleſtavit. Præſidere cœpit ſub Ludovico Imperatore cognomento Bavaro & Joanne XXII. Pontifice Maximo, ſedit annis XXVII.

Hic Nicolaus Epiſcopus multum utilis fuit Eccleſiæ Ratisponenſi, Monaſterio verò S. Emmerami multum contrarius. Multa ſuorum prædeceſſorum debita ſolvit, majorémque campanam honori & nomini Sanctæ Dei Genitricis Mariæ ſacram fieri fecit, quæ hoc in ſe legentibus exhibet Monoſtichon:

Sanctos collaudo, tonitru fugo, funera claudo.

Hujus Epiſcopi temporibus fundatum eſt Monaſterium ſub Ordine S. Patris noſtri Benedicti Ettal, per Ludovicum ſupradictum Imperatorem, quem Itali Hiſtoriographi *Baverum* appellant. Ad Baldwinum Abbatem noſtrum regredior. Hic Abbas anno Dom. MCCCXIX. contra prænominatum Nicolaum Ratisponenſem Epiſcopum præſidente Joanne XXII. Rom. Pont. propter quædam gravamina prædicta & principaliter libertatem & exemptionem dicti Monaſterii proſequens fideliter, tandem anno Domini MCCCXXIIII. Avinione, ubi tunc erat Sedes Apoſtolica in profeſto Beati Udalrici vitam cum morte mutavit, & ibidem in Eccleſia cathedrali eſt ſepultus, cujus memoriale habetur in ambitu noſtro juxta oſtium ſacelli S. Georgii. Huic Baldwino Dominus Papa fratrem Albertum de Schmidmülen, dicti Baldwini Capellanum & in tota illa cauſa fidum adjutorem in profeſto S. Egidii anni prædicti authoritate Apoſtolica in Abbatem Monaſterii S. Emmerami ſubrogavit. Qui acceptâ ibidem confirmatione & benedictione ſolemni libertatem & exemptionem dicti Monaſterii S. Emmerami proſequens, ſententiam & rem judicatam tandem obtinuit. Anno itaque Domini MCCCXXVI. in craſtino S. Joannis & Pauli prædictus D. Papa Joannes in cauſa præfata ſententiam tulit pronuntians Monaſterium S. Emmerami eſſe liberum & exemptum, eximens nihilominus de Novo, adjudicavit tamen Epiſcopo Ratisponenſi quot annis X. libras Ratisponenſes. In Bulla Apoſtolica apud Avenionem conſcripta fit mentio de X. libris Turonenſibus, quod vulgares noſtri Thurnus appellant.

Iſte Epiſcopus Nicolaus inter Sedis Apoſtolicæ & regni diſſenſionem ſic ſibi ſuóque Clero ſive Epiſcopio providit, quod à proceſſibus & ſententiis contra Imperatorem Ludovicum fulminatis ſeu fulminandis ex ſpeciali Papæ gratia ſubportatus indignationem Cæſaris non incurrit.

Hic

(i) Exhibet Gevvoldus loco pag. 209. nota C. Tomi I. Scriptor. Rer. Boicar. citat.
(k) in Litteris Confœderationis apud Gevvoldum.

Hic denique Epiſcopus Nicolaus duobus Heremitis Godfrido & Alberto ob humilem eorum defenſionem, nec non interceſſionem dilecti & fidelis ſibi Reymari de Prennberg io ſede montis Schopfloch cellam duorum vel trium & aliorum poſſit conſtruere Oratorium. Hic eſt locus ille, in quo nunc eſt Abbatia Ordiois S. Benedicti, quam cellam Mariam adpellant.

Iſte Nicolaus Epiſcopus ſepultus in Monaſterio ſuperiori Altach, cujus ſepulturæ cauſam ſic pius Lector accipiat. Quidam piſtor in civitate Ratispona per ſaltum gradus, qui vulgò Pechenpruck dicebatur, culpis ſuis exigentibus punitus eſt. Qui dum de palude egrederetur, per inſolentiam cujusdam civis in paludem iterum retruditur immemor communis Elogii, afflictis non debere addi afflictionem. Quod dum piſtor ille miſer ægerrime ferret, civis utpote glorioſior non magni pendit. Die igitur quadam dum ſacerdos per publicam ſtratam Sacramentum Euchariſtiæ deferret, piſtor ſupradictus in proceſſione ob Sacramenti revereotiam ſubſequitur. Cúmque caſu civis ſupramemoratus, qui nuper piſtori injuriam iotulerat, in vico prope aulam Epiſcopalem ob reverentiam Sacrameoti ſua illic flecteret genua, piſtor dictum civem io codem loco interfecit, concitóque gradu fugiens in aulam Epiſcopalem (quæ hodie quoque gaudet immunitate) ad Epiſcopi etiam penetralia pervenit. Inde violenter extractus, capite plectebatur. Quod non æquo animo ferens Epiſcopus Nicolaus, urbem Ratisponam egreſſus jurejurando firmavit, ſe nunquam ſive vivum ſeu mortuum in Ratisponam venturum donec de hujusmodi violeotia, immunitatisque fractione debita redderetur talio, quod & factum eſt. Nam haud ita multo poſt Nicolaus Epiſcopus vita fungitur, &, ut diximus, in ſuperiori Altach tumulatur. (1)

(1)

Sub iſto Nicolao Epiſcopo XXXVIII. Abbas noſtro Monaſterio S. Emmerami per Dominum Papam Joanoem XXII. io Avinione dicto Baldwino ſubſtituitur anno Domini MCCCXXV. *Albertus* oomine de Schmidmülen, præfuit annis XXXI. Hic terminavit litem ſupradictam contra ſæpedictum Epiſcopum Nicolaum, quem damnavit in expenſis taxatis quinque millibus florenis, ſed æſtimo, quia parum perceperit. Sepultus eſt in ambitu juxta introitum chori, circa ſepulchrum D. Adalberti Abbatis, ſub marmore in angulo.

Albertus III. *Abbas XXXVIII.*

Fridericus I. *Epiſcopus XXXIIII.*

Fridericus I. Ratispooenſis Eccleſiæ Præpoſitus oatione Nornbergenſis Burggravius. XXXIIII. Ratisponenſis Eccleſiæ Epiſcopus præſidere cœpit anno Domioi MCCCXLI. temporibus Benedicti Papæ duodecimi, Ludovico Quarto adhuc imperante, ſedit annis XXIIII.

Hic nil aliod memoria digoum geſſit, quam quod Epiſcopatum propemodum diſſipavit & deſtruxit, & Capitulum Dominorum Canonicorum flebiliter attenuavit, poſt cujus obitum Eccleſia Ratispona vacavit per triennium.

Sub cujus Epiſcopi Friderici temporibus Mooaſterio noſtro præfuit XXXIX. Abbas dictus *Alto* Tanſtainer præſidere cepit anno Domini MCCCLVII. ſedit annis XXVII. menſes III. diebus V. Hic Abbas Alto comparavit magnam crucem auro gemmisque redimitam. Sepultus in capella S. Benedicti habens hoc Epitaphium:

Alto *Abb. XXXIX.*

Qui bene bis binis ter ſex annis quoq; quinis
Rexit & Hebdomatas ſeptem puto vix melius quis.

Conradus IIII. *Epiſc. XXXV.*

Conradus IIII. dictus de Haynberg Eccleſiæ Ratisponenſi Præpoſitus præſidere cœpit eidem Eccleſiæ XXXV Epiſcopus, poſtquam vacaverat trieooiom anno Domini MCCCLXVIII.

Hic confirmatur per Urbanum V. Pontificem Maximum, regnante Carolo IIII. Romanorum Imperatore & Boemiæ Rege. ſedit annis XIII. hic fuit vir valde humilis Clerúmque ſibi commiſſum ſupra modum dilexit. Feſtum S. Barbaræ Virginis celebrandum inſtituit, ante cujus aram io Eccleſia cathedrali ſepultus quod ipſe conſtruxit.

Theodericus *Epiſcopus XXXVI.*

Theodericus Baro de Abenſperg, Babenbergenſis Eccleſiæ Præpoſitus Ratisponenſis quoque Canonicus eidem Eccleſiæ XXXVI. præficitur Epiſcopus anno Domioi MCCCLXXXI. ſedit annis II. Hic priusquam fuerat Epiſcopus aram in Eccleſia cathedrali in hooore S. Hieronymi juxta puteum fundavit, annóqoe ſui Pontificatûs primo charitativum à Clero expetiit ſubſidium, & arcem Stauff à Ducibus Bajoariæ redemit, aliáque multa ad Epiſcopatum reduxit, & longe plura bona feciſſet, ſi immitis Atropos ſua illi fila oon diripuiſſet. Quo mortuo caſtrum Stauff ab Epiſcopatu Ratisponenſi & Clero abalienatum in ditionem civium Ratisponenſium eſt redactum

Bbbb &

(1) R. P. Æmilianus Hemmennerus Prior Altahenſis in Chronico Monaſterii ſui, Straubingæ 1731. typis Caſſiani Pezil in 4. vernaculè edito, p. m. 215. è Codice vetuſto Altahenſi MS., Epitaphium profert, è tabella fortè, ut conjicit, ad ſepulchrum quondam ſuſpenſum:

Poſt M. poſt tria C. cum X X. bina fuêre
Iſta tegit foſſa Nicolai Præſulis oſſa
Imbripolis quem cœli Chriſtus beet ædis
Temporibus cujus in pace Diœceſis hujus,
Gaudebat Clerus cultor Dei quia verus,
Omne bonum nactus ſtetit omnibus omnia factus:
Prudenti more ſub regni ſedis amore
Nunc virgo Mater, Petrus ſacer impetret Ipſi
Ante Deum, quo ſalvet eum pia paſſio Chriſti.

& ab eis poſſeſſum donec urbs ipſa anno Domini MCCCCLXXXVI. ditioni & Dominio Ducis Alberti Monacenſis peſſimè ſe ſubjecit, &, ut vulgi fabula tunc erat, prædictum caſtrum Stauff prænominato Duci Alberto cives Ratisponenſes dono dedere, ut libentius promptiùsque urbem Ratisponam in deditionem reciperet, de quo infra ſub Henrico de Abſperg Epiſcopo Ratisponenſi plus dicemus. Poſt hujus Theoderici mortem conſanguinei ejus omnia utenſilia ex auro argentóque abſtulêre. Poſt hunc Theodericum jam defunctum Canonici Ratisponenſis Eccleſiæ Paulum, Canonicum ejusdem Eccleſiæ decretorum Doctorem Pathavienſem quoque Canonicum elegerunt in Epiſcopum, ſed qnia Pathaviæ ante confirmationem vita functus eſt, in catalogo Epiſcoporum non numeratur.

Joannes I. *Epiſcopus XXXVII.*

Joannes I. Friſingenſis Præpoſitus à Capitulo non electus Ratisponenſis Eccleſiæ XXXVII. præficitur Epiſcopus. Cum enim poſt mortem Theoderici, ſupradicti Capitulum in eligendo Epiſcopo, tardaret, ipſe Joannes fretus proviſione Urbani Papæ VI. potentiáque fultus conſanguineorum ſuorum, Magiſtro Paulo ſe oppoſuit, quo in brevi defuncto, ipſe Epiſcopatum obtinuit & ab Apoſtolico confirmatur anno Domini MCCCLXXXIIII.Carolo IIII. adhuc imperante. ſedit annis XXVI. Hic poſuit primum lapidem in fundamento turris cathedralis Eccleſiæ Ratisponenſis verſus ſeptentrionem, ſynodúmque ordinariam anno Domini MCCCCIIII. celebravit. Tunc quoque à Syfrido Hierapolenſi Epiſcopo Suffraganeo Ratisponenſi dedicatum eſt ſummum Altare in Eccleſia cathedrali ipsáque dedicatio ad celebrandum in commemoratione S.Pauli eſt inſtituta. Hic quoque Johannes Epiſcopus feſtum S. Eliſabethæ inſtituit. Sepultus in Eccleſia cathedrali ante Aram S.Andreæ Apoſtoli.

Fridericus II. *Abbas XL.*

Sub hujus Joannis Epiſcopi Ratisponenſis temporibus XL. Abbas Monaſterio S.Emmerami nomine *Fridericus II.* præſidere cœpit anno Domini MCCCLXXXV. dictus de Weydenberg. præfuit annis X., menſes v. die uno, ſepultus in capella S. Benedicti juxta dictum Althonem prædeceſſorem ſuum, habens hoc Epitaphium:

Menſibus hic quinis, bis quinis præfuit annis
Sit Chriſto gratus de Weydenberg generatus.

Joannes *Abb. XLI.*

Cui ſucceſſit in Prælatura S. Emmerami XLI. Abbas *Johannes* dictus Hauner, præfuit annis VII. menſe I. diebus xx. Sepultus & ipſe in capella S. Benedicti, juxta prædictum Althonem ſed in alio latere. Huie ſucceſſit XLII. Abbas hujus Monaſterii anno Domini MCCCCII. *Ulricus* nomine, dictus Pettendorffer, præfuit annis XXI. menſes VI. diebus XXIII. Hic multas in Prælatura ſuſtinuit adverſitates, maximè propter electionem & confirmationem, pro qua ad urbem Romam mille XXXVI. ducatos expendit. Item Epiſcopo ſupra memorato Joanni ex parte plurimarum cauſarum maximè tamen ratione cenſus annui propter exemptionem octingentos quinquaginta duos florenos. Legimus in Annalibus noſtris, quia idem Epiſcopus Joannes usque adeo hunc Ulricum Abbatem anguſtaverit, ut coactus fuerit mittere Turonis in Franciam pro Moneta Turonenſium, ſic námque habetur in privilegio Apoſtolico, ut ſupra ſub Baldwino Abbate diximus. Sunt hodie ejusmodi nummi in Monaſterio noſtro quamvis pauciſſimi. Ad Ulricum Abbatem redeo. Idem Abbas Rudperto Romanorum Regi pro feudalibus quadringentos expendit florenos. Hic quoque biennio ſuſtinuit defectum annonæ maximum, quem taxavit duobus millibus florenorum, & alia plura ſuſtinuit incommoda, quæ in unam ſummam taxata ſunt decem millibus florenorum, eáque propter miſer ille Abbas decimam in oppidulo Abach fratribus Auguſtiniani Ordinis Ratisponenſis præter omnem redemptionis ſpem vendidit perpetuò poſſidendam. Sepultus eſt in capitulo majori haud ita longè ab altari S.Cholomanni Auſtriæ Patroni.

Ulricus *Abbas XLII.*

Albertus III. *Epiſc. XXXVIII.*

Albertus III. Stauffer Canonicus ſummúsque Scholaſticus Eccleſiæ Ratisponenſis per Capitulum canonicè electus XXXVIII. præficitur Epiſcopus anno Domini MCCCCX. ſedit annis XVI. Hic ſuit vir valde humilis, cuique tranſeunti reverentiam capitis inclinatione exhibuit. Hic Albertus caſtrum Heuſeckh & oppidum Pechlarn Patavienſis Dyoceſis, quæ cum omnibus redditibus, cenſibus, juribus & aliis attinentiis ſuis per anteceſſorem ſuum immediatum cuidam Reinperto de Walſee pro magna pecuniarum ſumma per plures annos impignorata integrè redemit multis laboribus & expenſis, & hæc omnia bona ad Eccleſiam Ratisponenſem tanquam bonus paſtor reduxit. Caſtrum quoque Hohinburg per prædictum Joannem anteceſſorem ſuum Ludovico Duci Bojoariæ de Ingolſtad pro VIII. millibus florenorum cum maxima difficultate redemit & ad ſæpenominatam ſuam Eccleſiam Ratisponam reduxit. Synodum quoque anno X. ſui Pontificatûs celebravit. Sepulturam denique Dominorum Canonicorum teſtudine de novo ſecit coneamerari. Sepultus tandem apud altare S.Florini in Eccleſia Ratisponenſi, quod ipſe fundavit. Sub hoc Alberto Epiſcopo, XLIII. noſtri Monaſterii Abbas *Wolfhardus* nomine, dictus Straus, præſidere cœpit anno Domini MCCCCXXIII. ſedit annis XXVII. menſes VIII. die uno, vir pius & optimus multúmque Monaſterio utilis, fierique juſſit ſecundam, poſt majorem campanam. Sub hujus Wolfhardi temporibus anno videlicet ſequenti poſtea quam Abbas effectus erat, IIII. Julii die exuſta eſt domus allodii noſtri, ſtabulum quoque annexum. Quod incendium committebatur (mirabile dictu difficiléque creditu) per quoddam plauſtrum fœno refertum; erat enim calor maximus, æſtúsque intemperatiſſimus. Sic igitur ex nimia confricatione axis rotæ flagrare potentiſſime cœpit, sicque domus tota

Wolfhardus *Abbas XLIII.*

tota, ut ſupra diximus, exuſta fuit. Iſte Wolſhardus Abbas anno Dom. MCCCCLI. v. kal. Marcii Abbatiam ſponté reſigoavit cuidam Hartungo Pfersfelder dicto, authoritate Apoſtolica, quod conventus ægerrimè tulit. Deinde ſequebatur viſitatio eadem authoritate & reformatio. Reformatores adſumebantur de Monaſterio Caſtell. Sepultus eſt iſte Abbas in ſacello B. Benedicti ante altare ſub marmore.

Joannes II. *Epiſcopus XXXIX.*

JOANNES II. dictus de Streytberg Canonicus & cuſtos judéxque Conſiſtorii Ratisponenſis Eccleſiæ poſt prædictum Albertum XXXIX. eligitur Epiſcopus anno Domini MCCCCXXII. vit per omnia Reverendus, eáque propter ab omnibus ut par erat, amatus eſt plurimum. Hujus temporibus & aſſenſu juxta Oenum fluvium à Georgio nobili milite de Fraunberg Monaſterium Ramſaw Ordinis S. Auguſtini Heremitatum fundatum eſt. Sepultus eſt in medio Eccleſiæ Ratisponenſis.

Conradus V. *Epiſc. XL.*

CONRADUS V. dictus de Suſato, Doctor Sacræ Theologiæ, qui crucem ante Martinum Pontificem maximum ferre ſolebat, XL. Epiſcopus Eccleſiæ Ratisponenſis ab eodem Papa præficitur anno Domini MCCCCXXIX. ſedit annis VIII. defuncto nempe prædicto Joanne de Streytperg, Domini Canonici ex Canonicis Dominum Erhardum Satelberger elegerunt, ſed exorta peſtifera diſcordia, Prælatis Eccleſiæ Ratisponenſis in urbe Roma exiſtentibus Conrado ſupradicto de prædicto Epiſcopatu providetur, cui prænominatus Erhardus Satelberger quibusdam placitis intermediis ceſſit. Hic Conradus ſynodum ordinatiam celebravit. Sepultus eſt in Eccleſia cathedrali ante altare S. Stephani.

Fridericus II. *Epiſc. XLI.*

FRIDERICUS II. de Parsperg Decretorum Licentiatus, Præpoſitus & Canonicus Ratisponenſis eidem Eccleſiæ quadrageſimus primus præficitur Epiſcopus anno Domini MCCCCXXXVII. ſedit annis XVI. Hic à Joanne Archiepiſcopo Salesburgenſi authoritate Concilii Baſilienſis eſt confirmatus, multum animoſus, qui benè & potenter rexit, & Eccleſiæ ſuæ defenſor impiger & acerrimus fuit, qui etiam Imperatori Friderico III. aliisque Principibus quibuscunque Eccleſiam ſuam moleſtantibus intrepidè opponere ſe non formidabat. Hic in caſtro Werde puteum valdè profundum perneceſſariom fieri fecit & utilem. Sepultus eſt in medio cathedralis Eccleſiæ juxta ſtatuam, quam vocant ſancti Petri.

Fridericus III. *Epiſc. XLII.*

FRIDERICUS III. dictus de Plaockenfels Decretorum Doctor Cuſtos Eccleſiæ Ratisponenſis, Babenbergenſis, Friſingenſis & ejusdem Eccleſiæ Ratisponenſis Canonicus vir manſuetiſſimus anno Dom. MCCCCL. dictæ Eccleſiæ XLII. præficitur Epiſcopus. De quo ob temporis brevitatem nil memoria dignum reperire potui, quia VII. duutaxat ſedit annis. Quo mortuo ſucceſſit per electionem Capituli Ratisponenſis Eccleſiæ Heinricus de Abſpetg dictæ Eccleſiæ Ratisp. Caoonicus, nec non Patavienſis Eccleſiæ Decanus, ſed confirmationem à Papa obtinere non potuit, qui tum Calixtus III. erat, quia Dux Rudpertus filius Ottonis Bojoariæ Ducis ſibi contrarius fuit, qui promiſſionem ab Apoſtolico obtinuit, & in adminiſtrationem Eccleſiæ Ratisponenſis confirmatur.

Hartungus *Abbas XLIIII.*

Sub hujus Friderici temporibus Monaſterio S. Emmerami præſidere cœpit XLIIII. Abbas nomine *Hartungus*, anno Domini MCCCCLI. præfuit verò annis VII. menſes IX. diebus XXII. Hic primo ſuit Abbas in Michelvelt, poſthac in monte Monachorum Babenbergi, demum hujus Monaſterii Abbas, cui ſupra memoratus Wolfhardus Straus Abbatiam reſignavit. Hic Hartungus prudens eloquióque promptus cum eſſet, Ludovico Bojoariæ Duci chariſſimus eſt habitus, unde & ipſum Hartungum Abbatem ad urbem Romam Legatum transmiſerat. Qui operam ſibi commiſſam cum egregiè navâſſet ab urbéque Roma parumper rediiſſet, ad caſtellum Wulſenam pervenit, ibique moritur anno Dom. MCCCCLVIII. Et in Beatæ Virginis & Martyris Chriſtinæ Eccleſia ſepelitur. Poſt cujus deceſſum Conventus noſter, qui tum erat, multum laboraverunt apud Provinciæ Bojoariæ Principes, ut ad Romam transmitterent, ne Monaſterium S. Emmerami ad fauces Cardinalium deveniret. Obierat prædictus Hartungus Abbas in Provincia Papæ. Sed res ipſa Deo volente proſperum habuit progreſſum. Sub his temporibus anno videlicet MCCCCXLIX. Fridericus III. Imperator Albetto Rege Romanorum demortuo quarto kal. Aprilis communi voto in Regem Romanorum eſt electus, qui priusquam coronam imperialem à Romano ſuſcipere Pontifice, Hieroſolymam petiit, felicémque reditum cum gloria habuit. Deinde anno Domini MCCCCLII. Romam petiit & coronam imperialem à Nicolao V. Pontifice maximo percepit. Sub hoc Friderico III. anno videlicet ſequente, qui fuit LIII. CPolis civitas Otientis, unicum Græcæ ſapientiæ domicilium à Mahumere turca ultra L. dies obſeſſa expugnata eſt & obtenta.

Rupertus *Epiſcopus XLIII.*

RUPERTUS Comes Palatinus Rheni Bojoariæ Dux Ducis Othonis filius pet Pium Papam ſecundum in adminiſtrationem Eccleſiæ Ratisponenſis præficitur XLIII. in otdine. Anoo Domini MCCCCLVII. ſedit anvis VII. ſuerat verò ſupradictus Henricus de Abſperg per Canonicos electus, ſed Papa Epiſcopatum Ratisponenſem Rudperto prædicto adjudicavit, & quia non per oſtium ad ovile intravit Anno &c. LXV. inopinabili ſubitáque corporis cotreptus infirmitate, diem clauſit extremum in opido Auſtriæ Ips, cujus corpus navi impoſitum per Hyſtri flumen ad Ratisponam eſt perlatum, ibique in Eccleſia cathedrali juxta ſacrarium ſepultum. Sub hujus Rudperti temporibus quadrageſimus quintus Abbas Monaſterii S. Emmerami anno videlicet MCCCCLVIII. præſidere cepit *Conradus* nomine ſedit annis VI. menſes VII. diebus totidem. Hujus Abbatis tempore, tanta lues deſævit peſtilentiæ, ut inſra unius aoni ſpatium XVI. ex Conventu noſtro Fratres de medio tollerentur

Conradus *Abbas XLV.*

rentur viventium. Eapropter Abbas prænominatus cum Conventu ſano ducti conſilio voverunt feſtum S. Sebaſtiani Martyris, & ipſi & eorum ſucceſſores in perpetuum ut feſtum D. Joannis Baptiſtæ celebrare, ideoque ſucceſſor ejus Abbas *Michael* aram in honore prædicti Martyris S. Sebaſtiani juxta Eccleſiæ oſtium extruxit. Sepultus eſt iſte Conradus Abbas apud S. Martini.

Michael *Abbas.*

Heinricus III. *Epiſcopus XLIIII.*

Heinricus III. de Abſperg Præpoſitus & Canonicus Ratisponenſis & Decanus Pataviensis Eccleſiæ, defuncto Rudperto prædicto, iterum per Capitulum Ratisponenſe eligitur in Epiſcopum XLIIII. in ordine, anno videlicet Domini MCCCCLXV. Hic vir pius & humilis año Dom. &c. LXXXVII. adſumpſit Rudpertum Comitem Palatinum & Ducem, quem vocant, Weſterriche in adjutorem Eccleſiæ Ratisponenſis. Anno præterea Domini MCCCCLXXXVI. cives & tota Coṁunitas Ratisponenſis ſe & ipſam civitatem imperialem ſubjecerunt Alberto Monacenſi Duci Bajoariæ, qui hanc nobilem vixque usquam huc ſimilem conſtructam in deditionem accepit urbem & eandem in die SS. Sixti, quæ fuit Dominica poſt Laurentii in propria perſona cum magno ſubintravit exercitu. Poſthac die ſequenti quæ fuit ſanctæ Affræ, cives cum omni populo Ratisponenſi dicto Alberto Duci Bojoariæ fecerunt homagium, qui eandem urbem ſub ſua tenuit ditione usque in ſextum annum, qui fuit MCCCCXCII. Ideoque non immeritò Imperator Fridericus commotus in oppido ſuo Lintz Auſtriæ in publico Conſiſtorio cives Ratisponenſes proſcripſit & damnavit, atque ut publicos regni hoſtes, cunctis hos perſequi volentibus liberam plenámque tribuit facultatem, móxque vicinas regni Romanorum coadunavit civitates, quales erant Nornberg, Windesheim, Rotenpurgum Tuberinum, Ulma, Auguſta Vindelicorum, Nordlingum, Argentoratum, reliquásque Sueviæ civitates ad arma citavit, ut ad feſtum S. Georgii in campo Lyci fluminis cum maxima armatorum copia convenirent, ibidémque in provincia propè Monacum inciperent, cunctáque ferro & igne devaſtarent, ſi dictus Albertus urbem Ratisbonam reſignare noluiſſet. Dux igitur Albertus in arcto poſitus, ne totam ſuam provinciam, juncta Ratispona amitteret cedere ratus urbem Ratisponam liberè reſignavit, civésque Ratisponenſes à juramento ſibi præſtito mox abſolutos liberóſque eſſe cenſuit. Et hoc eſt dicterium quo Imperator Fridericus jocando (ut erat homo ſacetiis & jocis deditus) foramen, dixerat, quo nos intraturi ſumus, minimè nobis obſtruent. Juſſerat enim ſæpè dictus Dux urbis Ratisponenſis mœnia dum hanc habebat parumper obſtruere, ut hodie per circuitum in muro cernitur, ne ut olim ea paterent amplitudine qua ante ad tempus. Mox igitur, ſi rectè memini, ipſo die aſcenſionis Dominicæ anno Domini MCCCCXCII. Fridericus Marchio Brandenburgius Comésque de Zollern Ratisponam venerunt & prænominatam civitatem Ratisponam, Imperatoris Friderici & totius regni nomine ſuſceperunt, præſtito iterum à novo per cives juramento. Aliud quoque idem Dux Albertus attentavit, quod ſilentio tranſire nefas cenſeo. Carthuſianum nempe Ordinem in Monaſterio Prul extra urbis Ratisponæ mœnia collocavit, expulſis fratribus S. Benedicti Ordinis anno &c. LXXXIIII. qui Carthuſiani prædictum Monaſterium ad iſt usque tempus, quo hæc ſcribimus, anno videlicet MDXXXI. injuſtè poſſident. Quos prænominatus Heinricus Epiſcopus Ratisponenſis confirmare quoad vixit, recuſavit; quoniam quidem dictum Monaſterium Pruel per Ratisponenſem Epiſcopum Gebhardum I. fundatum primo fuerat, ut ſupra clarius diximus. Hainricus denique Epiſcopus grande contra Sacerdotes Ratisponenſis Diœceſis concubitores publicavit edictum, aliáque multa bona Epiſcopatui fecit, tandémque de omnibus benè meritus dormivit in pace anno Domini MCCCCLXXXXII. Sepultus in Eccleſia cathedrali, haud ita longè ab ara S. Stephani Protomartyris in ſiniſtro chori latere. Sedit in Epiſcopatu annis XXVI. menſes VIII. Sub hujus Heinrici Epiſcopi temporibus XLVI. Abbas noſter præeſſe cœpit Monaſterio nomine *Michael* ipſo anno electus, quo & dictus Hainricus Epiſcopus, anno videlicet MCCCCLXV. Hic Abbas dictus Deyer Rotenburgius Tuberinus piſtoris viri optimi filius, præfuit annis VI. menſes II. diebus IIII. Hic Abbas Stalla choralia noſtræ Eccleſiæ à Prædeceſſore ſuo Chonrado inchoata perfecit ex lignis quercinis, quæ Ludovicus Bojoariæ Dux Georgii Ducis Genitor, Hartungo Abbati dono dederat. Sepultus eſt ante aram S. Sebaſtiani, quam ipſe ob cauſam ſupradictam extruxerat. Cui mox *Joannes* ejus nominis *ſecundus* XLVII. Abbas dictus Tegernpeck de Vilspiburg ſucceſſit. Præſidere autem cœpit anno Domini MCCCCLXXI. ſeditque annis XXII. completè, nec minus nec plus uno die. Id nempe à quodam acceperat Vate ſe in prælatura XXII. annis completè victurum. Quod & factum eſt: Nam ipſo die D. Leodegarii, qui eſt II. dies Octobris, in Abbatem electus eſt, & in die S. Remigii Epiſcopi, quæ eſt prima ejusdem menſis, poſtquam ſol occubuerat, ultimum efflavit ſpiritum.

Michael *Abbas XLVI.*

Joannes II. *Abbas XLVII.*

Hic Abbas divini cultûs & cantûs acerrimus fuit obſervator & defenſor. Organum denique inter cætera, quæ pro Dei Domus decore peregit, fieri fecit, quod nunc L & amplius permanet annis; Magnam quoque campanam, qua major in hac non eſt urbe, fieri juſſit, cujus cauſam effectus ſic candidus Lector accipiat: Habebant Conſules Ratisponenſes campanam grandem, quam nuper, anno videlicet Domini MCCCCVIII. opere fuſorio fecerant, eámque haud ita longè à Prætorio, in arce turrigera huic contiguo, penſilem fecerant, ut ſi quoquo modo ſeditio oborta fuiſſet, hanc tangere & reſonare pro coacervandis communis populi armatorum copiis facerent. Eáque propter dicti Conſules apud ſe decernentes, hanc campanam tam egre-

giam,

giam, Monaſterio S.Emmerami dono dedere, ea tamen adjecta conditione, ut ſingulis Hebdomatibus die Veneris ob memoriam amariſſimæ Paſſionis & Mortis Jeſu Chriſti Servatoris noſtri cum eadem campana fieret pulſus paulò ante meridianam refectionem. Facta eſt verò hæc donatio Eccleſiæ S. Emerami anno Dom. MCCCCLX. Abbas verò qui tum præerat Conradus Pebenhauſer libenti animo Donativum quod offerebant Conſules ſuſcipiens, paulóque poſt vita functus, rem imperfectam relinquens; Abbas denique Michael magnam ex lignis fieri ſecit ſtructuram, plus millibus florenorum conſtantem qua tam egregium opus, campana videlicet poni poſſet. Quid plura? Cum ſæpè dicto Alberto Duci Monaceoſi cives, Ratisponam urbem ſéque ipſos dediderant, caſtrum quoque Stauff & hanc ipſam dedere campanam. Circa igitur Dominicam Jubilate anno Domini MCCCCLXXXVII. ſæpè nominata campana ab Eccleſia noſtra eſt ablata per ducales Satellites pérque Danubii defluvium usque ad Plädlingen deducta, denique usque ad Monacum contra curſum Iſari fluminis caballotum adminiculo eſt traducta. Sed Nauta, qui hanc campanam ad Monacum deduxerat, circa Penthecoſtes diem mortem obiit. Eodem anno, quo ſupra ab Eccleſia S. Emmerami ſublata fuerat, ipſa die Natalis Domini ſacratiſſima, fracta fuit.

Anno Domini &c. LXXXX. xxvii. die Maji, Maximilianus Romanorum Rex per Danubium Auſtriam petiturus, cum Ratisponam navigio præteriret, inter duos pontes carmen illud quod in pletisque Eccleſiis in tribus noctibus tenebrarum pro contumelia deſperati Judæ Scariothis proditori Chriſti modulari conſueverat: *O! du armer Judas &c.* ſuis joculatoribus tubis & fiſtulis, buccinis quoque in vituperium civium Ratisponenſium, qui urbem tam egregiam Duci Alberto ſubdiderant, juſſit magno tumultu modulari. Enimverò ad Abbatem Joannem redeo, à qoo pauliſper digreſſus fueram. Idem Abbas quod jus fásque foret, quodque ſuum Monaſterium contingere cernebat, io eo haud facile cuiquam credebat. Dixeram jam ſuperius de campana per Albertum Ducem ab Eccleſia noſtra, ablata, ferrum quoque illud grande quinque centenaria ponderans quo tacta campana ſonum reddit, quod Doctores piſtillum appellare conantur, pariter ablatum eſt, cúmque cauſis Monaſterium noſtrum concernentibus ſæpefatus Abbas Monacum peteret, hujus quoque ferri pretium exegit à dictóque duce percepit, quia de ſumptibus Monaſterii idem factum fuerat. Fuit enim is Abbas animoſus & imperterritus. Dicam unum è pluribus. Cum aliquando negotiis Monaſterii exigentibus caballi functus adminiculo cum familiaribus alicubi pergere voluiſſet, rebúsque ex ſententia geſtis rediret, veniſſet quoque haud longè prupè Ratisponam juxta viculum Chumpſmul, generoſus & Nobilis Baro Nicolaus de Abenſperg hunc obvium habuit. Qui ut ſe captivum dederet verbis impertinentibus hunc inclamavit: *Monache*, inquiens, *captus eris.* Tum ille, ut animoſus erat: *vah*, ioquit, *nequam captivos duxeris, nequam latrones ſiccarióſque tibi ſimiles; me verò honeſtum Prælatum intactum relinque. Memineris, quia hanc abs te mihi illatam injuriam de te conqueſturus ero, ubi merito debebo*, ſicque ab utrisque diſceſſum eſt. Paulò poſt prædictus Abbas Joannes Monachium petiit, ibique hanc ſibi à Domino Nicolao de Abenſperg Duci Alberto, torique Provinciali Conſiſtorio cooqueſtus injuriam, ſatisfieri ſibi popoſcit. Tum Dux ut Abbatem præmemoratus Nicolaus peteret, juſſit; ſicque ille hanc libenti animo injuriam donavit. Cumque poſtremo vii. M. floren. coacervâſſet, viam univerſæ carnis prima menſis Octobris ingreditur anno Dom. MCCCCXCIII. ſepultus juxta aram S. Jacobi Apoſtoli, quam ipſe conſtruxit.

Eodem anno Imperator Fridericus III. xix. die Auguſti fato conceſſit in oppido ſuo Lintz, ſepultus Viennæ ſuperioris Pannoniæ in Eccleſia S. Stephani.

RUDPERTUS II. Comes Palatinus, Dúxque Bojoariæ & Weſterrichæ Heinrico ſupradicto defuncto Ratisponenſis Eccleſiæ Epiſcopatum moderari cœpit in ordine XLV. Anno Domini MCCCCLXXXXII. Rudpertus II. *Epiſcopus XLV.*
Hic antehac fuerat adjutor ut ſupra patuit, anno videlicet Domini MCCCCLXXXVII. induſtria & ſollicitatione Georgii & Ottonis Palatinorum Ducúmque Bojoariæ. Qui quidem Rudpertus caſtrum Werde cum ſua familia incoluit usque ad annum ſupradictum, quo Henricus Epiſcopus obiit. Anno denique ſequenti, qui fuit MCCCCXCIII. Dominica proxima ante adventum Domini, quæ fuit dies S. Katherinæ Virginis & Martyris, per Reverendum Patrem & Dominum Fridericum de Zollern Comitem Auguſtenſem Epiſcopum in cathedrali Eccleſia Ratisponenſi in Epiſcopum ejusdem urbis eſt conſecratus, adſiſtente illi Abbate S.Emmerami Eraſmo, de quo paulò poſt dicturi ſumus.

His temporibus Societas quædam & Liga nobilium oboriebatur contra Albertum Monacenſem Ducem Bojuariæ, qui à Leone, quem in veſtitu deſerebant, Leoniani ſe volebant appellari *. Albertus verò parum advertens, caſtra illorum & habitacula funditus deſtruxit & demolivit. Nam in vigilia ſacratiſſima Natalis Dominici dum in Monaſterio noſtro ſub collatione lectioni vacabamus ab urbe Ratispona cum maxima bellatorum copia & aliis ad hujusmodi joca requiſitis Ratisponam exivit, caſtrúmque Keferingen Dominorum Stauffer oppugnavit, ipſóque die S. Joannis Evangeliſtæ obtiouit, & usque ad ſolum demolivit. Nec mota, ad Ernfels movit ſub eorundem Stauffer Dominio exiſtens, mox usque ad fundamentum deſtruxit. Sic caſtro Fligelſperg Nobilium de Parsberg fecit, ſicque aliis domibus Nobilium dictus Albertus Dux facere non timuit, dooec his quoque finem accipiebat, domibus Nobilium deſtructis.

* *Lövvler-Bund.*

 Enim-

Enimverò ad Rudpertum Epiſcopum regredior, qui divini cultus amator & obſervator maximus ſuit Monachorum quoque Pater & Patronus præcipuus, ſed grandem à dicto Alberto Duce perpeſſus jacturam, perſecutionem & tribulationem, qui pleroſque Parochos ad Eccleſiæ ſuæ Ratisponenſis Diœceſim pertinentes deſpoliavit & mirabiliter damnificavit. Hæc perſecutio Cleri cœpta eſt anno MCCCCLXXXXIIII. hoc
(m) Monaſterio (m) jubebat ſæpefatus Dux quibusdam Parochis vina de caſtro Stauff propriis ſuis impenſis ad Monacum traducere, qui dictum Epiſcopum Rudpertum ſuper hoc conſulentes, id fieri prohibuit: unde Dux admodum motus, pleroſque ex ſatellitibus ſuis res Sacerdotum fruentibus contra hujusmodi Parrochos jubendo concitavit, qui fuère, ut ſcriptis reperi ex nomenclatura deſignati: Leonhardus Eck, Wilhelmus Prertsrorffer, Leonhardus Spenmeſſer, Caſpar Heltritt. His ut hanc perſequendi Parochos abundantes ſubirent provinciam, commiſſum eſt. Idcirco apud Chelhaim interdictum à dicto Rudperto ponebatur. Sunt qui ſcribant Sacerdotibus ejusmodi damna illata fuiſſe, non minus decem millia florenorum. Enimverò Rudpertus Epiſcopus divinum & omnium Sanctorum implorabat auxilium, quod illi minimè defuit. Nam omnium Sacerdotum Monachorum cunctorum Monaſteriorum perebat ſubſidia, eo quidem tenore ut quivis Sacerdos Monachus (de Sacerdotibus ſecularibus nihil certum habui) quindecim Miſſas nomine & honore per eum ſpecificatas celebraret, eáque propter mox reddita pace per Maximilianum Romanotum tunc Regem res fuit complanata. Sub hujus Rudperti temporibus accidit quiddam mirabile terrificúmque, anno nempe Domini MDIII. adparuere civibus lividi coloris aliæque figuræ in veſtibus hominnm, pro quarum proſpero eventu ſæpedictus Rudpertus Epiſcopus Ratisponenſis ſolemnem fieri juſſit proceſſionem ſacris prolatis reliquiis. Quid verò portentum illud deſignaverit candidus Lector facile deprehendere poterit. Námque eodem anno Georgius Dux Bojoariæ ex hac luce apud Angelipolin ſublatus eſt circa feſtum omnium Sanctotum; ideóque poſt D. Georgii Militis & Martyris feſtum multiplicabantur mala quamplurima in tota Bojoaria, ſequebantur prælia, ſeditiones, tumultus, immites depopulationes, incendia, aliáque id generis incommoda plurima, & non modo in Bojoaria, verum quoque in Suevia, in Marchionatu Badenſi & in Haſſia in Rhetianáque Palatinorum provincia. Cauſam hujus neminem eſſe puto, qui neſciat. Fuerunt ante hæc tempota hujuscemodi contractus firmati inter Duces ſuperioris inferiorisque Bavariæ, ut ſi quis hominum absque legitimis maſculini ſexus fato concederet hæredibus, alteri ejus proveniret Dominium, litteris ſuper hoc per Imperatores plurimorúmque ſigillorum munimine roboraris. Enimverò Georgius inferioris Dux Bojoariæ hâc uſus technâ. Filiam quam habebat ex uxore Regina Poloniæ, Rudperto ſororis ſuæ filio, ſummo Pontifice permittente in conjugem tradidit, cúmque Dux Georgius mortem oblit, Albertus ſuperioris Bojoariæ Dux pactum firmatum habeti voluit. Rudpertus verò ratione uxoris ſuæ provinciam ſoceti ſui habere conabatur, eóque modo dietim mala multiplicabantur, miniſterialibus provinciæ plerisque Comitibus & nobilibus, non ea quæ pacis ſunt rogantibus. Impia igitur Bellona hinc & inde turpiter debachanre Rudpertus Dux Palarinus cum conjuge arcem & oppidum Landeshut obtinuerunt. Interea prænominatus Dux Rudpertus cum uxore, dum Bojoariæ Ducatum uſurpare conantur, vitam pariter cum provincia amiſerunt, duos poſt ſe relinquentes Orphanos Othonem Henricum & Philippum. Nec tamen ſic immittis requievit Bellona. Venerunt interea Bohemi natura corporibúsque fortiſſimi, propéque Ratispnnam plerasque depopulabantur Eccleſias viculósque concremantes. Cúmque apud viculum Mentzenbach ventum fuiſſet, ſubito Maximilianus Romanorum Rex cum plerisque aliis ſupervenit Principibus, totámque illam Bohemorum multitudinem occidit, paucis ſe dedenribus armis projectis vitam concedens. Factáque eſt ſtrages illa XII. menſis Septembris anno quo ſupra.

Hic Rudpertus Epiſcopus præter ea, quæ ſcribere longum eſſet divini culrûs obſequia, quæ inſtituit, duas intemeratæ Dei Genitricis Mariæ ſolemnitates viſitationis videlicet & conceptionis per totam ſuam Diœceſim feſtivè celebrari inſtiruit & ordinavit. Rudpertus denique Epiſcopus Ratisponenſis Carthuſianos per Albertum Bojoariæ Ducem in Monaſterio Pruel collocatos confirmavit, quos prædeceſſor ſuus Hainricus quoad vixit, confirmare noluit. Cujus confirmationis litterarum copia ſequitur, & eſt talis: „ Nos Petrus Prior cæte-
„ rique diffinitores Capituli generalis ma-
„ joris Carthuſiæ fatemur, & notum faci-
„ mus univetſis præſentes litteras Inſpectu-
„ tis, quod cum nuper Revetendiſſimus
„ in Chriſto Pater Illuſtiſſimúsque Prin-
„ ceps & Dominus Rudpertus Dei & Apo-
„ ſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Ratispo-
„ nenſis Comes Palatinus Rheni, Bojoariæ
„ Dux ex una, & religioſi Fratres Prior
„ & Conventus Monaſterii Pruel prope ci-
„ vitatem Ratisponam ſiti Ordinis Carthu-
„ ſienſis partibus ex altera, occaſione ju-
„ risdictionis & ſuperioriratis, quam jam
„ dictus Epiſcopus in præſatum Monaſte-
„ rium antequam dictus Ordo Carthuſien-
„ ſis in eodem introduceretut, habebat &
„ adhuc habere contendebat tam ſuper eis-
„ dem quam aliis: nonnullis differentiis
„ per medium bonorum virorum in unum
„ conveniſſent, ac juxta mentem ſubinſer-
„ tarum à præfato Domino Epiſcupo & ejus
„ venerahili Capitulo emanatarum com-
„ poſiti & amicabiliter concordati fuiſſent,
„ & interea religioſus Pater Prior dicti Mo-

„naſte-

(m) laborat ſenſus in MS.to meo Cod. quem unum habeo.

naſterii Pruel, ſub ſuo & Conventûs ſui ſigillis litteras teverſales & obligatorias de obſervandis omnibus & ſingulis, quæ in hujusmodi concordia expreſſa fuiſſent pro ſe & ſucceſſoribus ſuis memorato Domino Epiſcopo adſignâſſent, ne à nonnullis verteretur in dubium, ſi litteræ hujusmodi nbtinerent roboris firmitatem, cum à nobis tanquam præſati Ordinis ſuperioribus non emanâſſent, aut ſaltem ſigillo noſtro roboratæ minimè fuiſſent. Ad ejusdem ergo compoſitionis ut præmittitur celebrare corrobotationem, utique à Priore & Conventu Monaſterii Prul antedicti, præſentibus & futuris omnia & ſingula in hujusmodi compoſitionis litteris contenta, prout eos reſpectivè concernunt, inviolabiliter obſerventur & adimpleantur, & omnia & ſingula ptout inter Epiſcopum, Prinrem & Conventum, ut præmittitur, rite & rationabiliter acta fuit, ratificamus & adprobamus, rataque & grata habemus, & nihilominus in ea de nnvo conſentimus, & per Prinrem & Conventum Mnnaſterii ſæpedicti pro tempore exeuntes, ptout eos concernit, perpetuò oblervari & cuſtudiri voluimus & demandamus ſtatutis Ordinis exemptionum confirmatione Apoſtolica ſive privilegiis non obſtantibus quibuscunque, littetas verò compoſitionis hujusmodi ad majorem rei declarationem præſentibus de verbo ad verbum fecimus inſeri, quarum tenor talis eſt: Nos Rupertus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Ratisponenſis Comes Palatinus Rheni ac Bnjoariæ Dux &c. ad furutam rei memotiam præſentibus litteris innoteſcere voluimus univerſis, quod ſuperioribus annis à felicis recordationis ſanctiſſimo Domino noſtro Sixto Papa Quarto ex cauſis ſuæ Sanctitati expoſitis, Ordine S. Benedicti in Monaſterio Pruel juxta civitatem Ratisponam noſtræ Diœceſis ſito tunc hactenus obſervato, prorſus extincto, ipſúmque Monaſterium Ordini Carthuſienſis & illius fratribus pro eorum domo, juxta ſuos ritus & mores perpetuo regendom & gubernandum conceſſo & adpropriato, intétque anteceſſorem noſtrum quondam D. Heinricum Epiſcopum Ratisponenſem ex una ac Priorem ac Ftatres dicti Ordinis Carthuſienſis modernos de & ſuper juribus Epiſcopalibus nobis ſeu Epiſcopo pro tempote exiſtente in Monaſterio Pruel jam dicto, à tanto tempore cujus initium ſive contrarium in hominum memoria non exiſtit, competentibus ſeu debitis & eorum occaſione partibus ex altera, materia quæſtinnis ſuborta, illis exemptionem & privilegia Otdinis ſui allegantibus, anteceſſore vero noſtro & nobis exiſtimantibus præfatum runc ſanctiſſimum Dominum noſtrum Papam Sixtum ptopter conceſſionem ipſi Ordini Carthuſienſi ut præmittitur factam, nullatenus voluiſſe, nec intentionis ſuæ Sanctitatis fuiſſe Eccleſiæ noſtræ Ratisponenſi in tam yeteribus & de jure competentibus juribus præjudicare, ſeu quovis modo per hujusmodi generales eis conceſſas litteras derogare. Nunc verò precibus generoſorum ac nobilium, nec non venerabilium virorum partes ſuas in ea cauſa pro amicabili concordia ſincere interponentium permoti, de venerabilis Capituli noſtri aſſenſu & voluntate ad concordiam finalem redacti ſumus in hunc, qui ſequirur, modum: Quod præſati Ftatres Carthuſienſes præſentes & futuri juxta & ſecundum eorum titus mores & conſuetudines ac privilegia poſſint & valeant liberè & quotidie omnipotentl Deo ac Monaſticæ religioni in hoc loco inſervire absque omni noſtro ac ſucceſſorum noſtrorum & aliorum quorumcunque impedimento, ſeu quavis eorumdem quovis quæſito colore ſeu ingenio moleſtia & controverſia, eo tamen ſalvo, ac nobis & ſucceſſotibus noſtris perpetuo teſervato, quod pro omnibus juribus Epiſeopalibus, quæ nobis quoad jurisdictionem ſeu alias quomodolibet, ut præmittitur, competebant, quibus nos in præſentiarum prorſus renuntiamus. In recompenſum illorum præfati Fratres Carthuſienſes, ſeu Prior & Conventus eorum in Prul moderni, eorúmque Succeſſores perpetuis futuris temporibus nobis & ſucceſſoribus noſtris Ratisponenſibus Epiſcopis omui & quolibet anno VIII. flnrenos Rhenenſes angariatim, qualibet angaria duos perſolvant absque omni excuſatione ſeu controverſia. Ultra illos nobis à ſucceſſoribus noſtris alias in nonnullo ex debito obligaturi, illis tamen præſertim juribus Epiſcopalibus nobis & ſucceſſoribus noſtris ſalvis & protſus reſervatis, quibus etiam per has noſtras litteras minimè derogare ſeu renuntiare intendimus, quæ nobis in exemptos & quælibet Monaſteria noſtræ Dyoceſis, quoad conſecrationem, aut alias de jure extra præmiſſa, & præſertim quoad in Prul ſancti Viti Alligen, S. Martini Talmeſing parrochiales Eccleſias ratione primariorum fructuum cathedratici, & aliorum jurium Epiſcopalium inſtar aliarum parochialium Eccleſiarum Dyoceſis noſtræ quomodolibet, de jute vel conſuetudine competere poteſt. Præterea etiam ipſi Prior & Carthuſienſes in tecompenſum ulterioris beneficentiæ ac in gratitudinis vicem pro ſe & ſucceſſoribus ſuis ſe obligârunt petpetuis futuris tempnribus annuatim anniverſarium pro nobis & ſucceſſoribus noſtris in Eccleſia dicti Monaſterii Prul quartâ feriâ poſt Dominicam Lætate in Quadrageſima certis ceremnnialibus & neceſſariis ad hoc adhibitis, in quorum omnium & ſingulorum fidem ac evidens teſtimonium præmiſſorum, præſentes noſtras litteras exinde fieri, noſtrique ac venerabilis Capituli noſtri in vim majoris firmitatis & ſubſiſtentiæ præmiſſorum, ac pec eos ad hoc præſtiti conſenſus juſſimus ſigillorum noſtrorum adpenſione communiri. Datum & actum die quartâ menſis Junii anno Domini MCCCCXCVI. In hujusmo-

di

„ di autem conſenſus & adprobationis fi- „ dem & evidens teſtimonium præſentes „ litteras ſigilli noſtri majoris fecimus ad- „ penſione roborari. Actum in Carthuſia „ majori xvii. die menſis Maji anno Domi- „ ni MD. ſedente Capitulo. „

Hujusmodi confirmationem dicti Carthuſienſes à ſupradicto Hainrico Epiſcopo Ratisponenſi, quoad vixit, obtinere non poterunt, meminerat fortaſſis quia prædeceſſor ſuus Gebhardus I. ſæpedictum Monaſterium Prul, ſub Ordine D. Patris noſtri Benedicti fundaverat.

Anno præterea MDVII. ſæpè memoratus Rudpertus Ratisponenſis Epiſcopus, Galliæ Pſore tabefactus ægritudine in caſtro ſuo Werd moritur, alteráque die ad portam urbis Ratisponenſis orientalem ſubvectus, cum toto venerabili Clero Ratisponenſi populóque ad Eccleſiam S. Petri delatus, & in choro juxta ſacrarium dictæ Eccleſiæ ſepultus, ſedit annis XIIII. Sub dicto Rudperto Epiſcopo Ratisponenſi XLVIII. Abbas Monaſterio S. Emmerami præſidere cepit anno Domini MCCCCXCIII. *Eraſmus* nomine, dictus Muntzer de Napurg, ſedit annis XXIII. menſes vii. die uno, vir omnium bonitate conſpicuus. Hic tertio ſuæ prælaturæ anno, qui fuit MCCCCXCVI. in facie Eccleſiæ lectorium ex ſculptis conſtruxit lapidibus, atque ſubtus ternis decoravit altaribus.

Eraſmus Abbas XLVIII.

Anno deinde MDII. ambitum Monaſterii feneſtralibus lapideis capſis à novo exciſis contra turbinum intemperiem communivit; unicuique feneſtræ figuram ex Hiſtoria S. Benedicti duobus verſiculis coaptans, cellas quoque vinarias & promptuaria juxta coquinam fortiſſimis teſtudinibus exſtruxit. Abbatiale quoque conclave inſertis cubiculis & ſtubis compluribus in una domo, ſub unóque tecto à fundamento erexit. Cænaculum quoque æſtivum viſu delectabile conſtruxit, deſupérque granaria ampliſſima pro coacervando blado collocavit, ſtabulum denique caballinum & utile & pernecesſarium contra voracis incendii exuſtulationem à fundamento extruxit, & teſtudine adſecuravit. Hæc omnia pius paterfamilias brevi tempore conſumavit, non obſtante Boico bello, quod ſub ejus temporibus anno MDIIII. noſtrum Monaſterium præter modum damnificavit, ut etiam plurima prædia noſtra igne conſumpta teſtantur, quæ idem Pater Abbas reædificare cogebatur, quorum impenſas ultra duo millia florenorum taxavit. Imperialis denique exactio hunc haud parum moleſtavit. Terna nempe florenorum millia & amplius, tempore, quo idem Pater Abbas præfuit per regium exactorem in fiſcum dedit Imperatoris & perſolvit.

Fuit is homo natura probitatis, æquitatis & juſtitiæ amator, qui omnibus, quod ſuum, tribuere toto mentis conamine nitebatur. Cum enim illi inter illatos cenſus à pauperculis noſtris ſubditis, ſive quibusvis aliis moneta deterior inferretur non hanc eo valore, quo acceperat, iterum expendere volebat, ſed mox nummis ejusmodi perforatis, ferreo quem habuit ad id depoſito impendebat arculo, donec replebatur, mox igne admoto, ſi quid argenti inerat à cupro diligentiſſimè ſeparabat. Erat namque harum rerum peritiſſimus. Id quoque egit, ut ſi qua nova undecunque emanaret moneta, hujus valorem ad unguem nôſſe voluit, quod & per ignem probavit, quem mox manuſcripto reliquit, quod hodie in Monaſterio noſtro habetur. De pocalibus quoque, phialis, cyathisque & id genus aliis ad libandum pocula bachi, quid attinet dicere? quandoquidem ejusmodi in tanta copia comparavit, ut ad duo florenorum millia ſe extendant. Cum enim quinque cives Ratisponenſes neceſſitate compulſi hoc vendere cogebantur, clam ad ſæpe dictum Abbatem ea deferebant ſuámque illi neceſſitatem pandentes, ut ea compararet, ſuppliciter petebant, quibus ille miſertus non minori, quam valebant, pretio comparare voluit, ſed plerumque majori in viam pietatis pretio redemit & accepit. In cura rei Domeſticæ usque adeo providus fuit & diligens, ut ſi quidpiam ab eo ſemel expoſtularetur, decies hoc ipſum præſtare poſſet. Teſtabantur poſt mortem ejus armaria pañis lineis refertiſſima, quibus domui ſuæ priusquem neceſsè fuerat, providit. Ad omnes inſuper pientiſſimus fuit maximè tamen erga Sacerdotes Eccleſiæ S. Rudperti annexos, quos apud ſe (ut ita dixerim) die noctéque habere voluit, quibuscum ſua ſolatia agebat, capillatis beſtiis prorſus excluſis. Nulla unquam ad eum quoad in humanis fuit fœmina ſuſpecta intromittebatur. Pauperum quoque amator obſervatórque fuit ſedulus, maximè tamen Scolarium noſtri ludi litterarii palæſtram frequentantium, laceris induſiis procedentium, pro quibus ſemper ſingularem ſepoſitam habuit togam, ut neceſſitate urgente pauperculis illis Scholipetis veſtium, tunicarum, caligarúmque nec non plerumque tunicellas impenderet chorales. Cum quandoque, quod rarò fiebat, in publicum prodibat, tanta utriusque ſexûs infantium copia in omnibus ſtratis catervatim confluebat ſolitum à Patre Abbate præſtolantes donativum, ut uno exitu autatum his diſtribueret nummum, & plerumque amplius, ut quisque infantium aſſem minutiſſimum acciperet. Ideoque hanc illi vicem mortuo reddebant, ut, poſtea quam Pater ille pius defunctus fuerat, confluebant pari modo infantes ad ejus ſepulchrum per totum & amplius triceſimum, comploſis manibus ſua flectentes genua, ac cereolos accendentes, orantes lamentantésque, ſuum, qui eis ſæpius aſſes impenderat, Patrem, ſublatum ingemiſcebant. Hic pius Abbas Eraſmus, ut cœptis finem imponam, tandem de cunctis optimè meritus viam univerſæ carnis ingreditur, & quaſi ſomno deditus ultimum efflavit ſpiritum, quem ſuo haud dubium reddidit Creatori viiii. die Maji anno Domini MDXVI. Sabbato ante Dominicam Cantate. Ad cujus exequias tanta utriusque ſexûs conveniebat multitudo, ut vix domi remanſiſſe crederentur

Cu-

Cuſtodes. Inprimis Illuſtriſſimus Princeps Comes Palatinus Dux Bojoariæ Joannes, Eccleſiæ Ratisponenſis tunc Adminiſtrator, hujusque Suffraganeus Petrus Epiſcopus Hierapolenſis, totúsque omnium Eccleſiarum urbis Ratisponenſis venerabilis Clerus, Magiſter quoque civium urbis cum Senatoribus univerſis, & omnis communis populus in ea convenerat copia ut mortalium, ad cujuscunque etiam Regis, Imperatoris vel Principis magis conveniſſe viderit nemo. Sepultus eſt ante aram ſanctæ Crucis, quam ipſe, ut ſupra diximus, de novo fundaverat. Vixit annis LXXIIII. menſes v. diebus xv.

Joannes III. *Epiſcopus XLVI.* JOANNES III. & ipſe quoque Comes Palatinus Rheni Dúxque Bavariæ, Philippi quondam Electoris filius, frater quoque Philippi Friſingenſis Epiſcopi, defuncto Rudperto ſupradicto anno Domini MDVII. adſumptus eſt ad Ratisponenſem Epiſcopatum in ordine XLVI. Nam hucusque fuerat dicti Rudperti adjutor, quod vocant, habitans in caſtro ſuo Werde, præmortuo verò Prædeceſſore ſuo Rudperto, Adminiſtrator præſidere cœpit, & hucusque in annum præſentem, quo hæc ſcribimus annum Domini MDXXXI. præſedit.

Hic piiſſimus Princeps quanta pro Eccleſia ſibi commiſſa Cleróque ſuo fecerit, in ſequentibus candido patebit Lectori. Nunc alia, quæ occurrunt, inſerere libet. Anno etenim Domini MDXI. terræ motus fuit magnus in Bojoaria & Boemia, maximè Ratisponæ, Deckendorff, Landeshut apúdque Angeliopolim.

Anno eodem maxima fuit Ratisponæ & propè ſubita undarum tempeſtas usque adeo ut prædia muros domúsque diripuerit. Teſtatur id Monaſterium Pruſening, ubi tam fortis invaluit in momento tempeſtas, ut in ſtabulo bovino boves cum præſepi diſſolverit, & usque ad Monaſterii portam detulerit. Anno deinde ſequenti incendium grave apud Bathaviam ipſo die ſacratiſſimo Paraſceves, dum in Eccleſia cathedrali ibidem Paſſio Dominica legebatur, increverat, atque in brevi tempore CCLXXXXIIII. domos abſumpſerit. Teſtis eſt Jacobus Locherus Philomuſus, qui hanc miſeriam Bathavinam carmine deſcripſit. Eodem anno, qui fuit MDXII. ſævus mulciber totum oppidulum Cham delevit. Anno deinde MDXIII. Conſul quidam Ratisponenſis inter primos potiſſimus prudens & eloquens ipſo die S. Ambroſii ſecunda feria poſt octavas Paſchæ penſilis factus eſt, multa hominum multitudine circumſpectante. Eodem die annis poſthac VI. transactis alius Conſul Ratisponenſis & Judex fuit decollatus quamquam ad diſpendium dijudicatus, & apud D. Laſarum extra urbis D. Jacobi portam ſepultus. Hæc per incidentiam ſcripſimus, nunc ad Joannem Ratisponenſem Adminiſtratorem ſtilum vertimus. Cum enim nuper anno Domini MDXIIII. Conſules Ratisponenſes novam datiam ſive exactionem Clero ejusdem urbis imponere volebant, ſuúmque & ſuorum prædeceſſorum neglectum hoc modo reſarcire contenderent ac mandata ſuper hoc, ut Clerus Ratisponenſis timebat, ab Imperatore Maximiliano obtinuiſſent, prædictus Illuſtriſſimus Princeps Joannes Ratisponenſis Adminiſtrator in propria perſona Cæſarem jam dictum adiit, totúmque id caſſavit & impedivit, ut conatus ille pro tunc conquieverit, de quo paulò poſt amplius dicturi ſumus.

Eodem anno quo ſupra dominos Joannes Zenger Canonicus Ratisponenſis à Conſulibus ejusdem urbis captus & carceri mancipatus, ideoque interdictum per Epiſcopum in tota urbe Ratisponenſi denuntiatum, & in omnibus Eccleſiis dictæ urbis ſervatum à manè usque veſperum præterquam in Eccleſia noſtra S. Emmerami, cui nihil fuerat ſuper hoc commiſſum.

Anno Domini MDXVI. Hieronymus dictus Stauffer nobilis Baro, Dominus in Ernfels ob læſæ Majeſtatis crimen juſſione Wilhelmi Ducis Bojoariæ apud Anglipolin capite fuit plexus.

Eodem anno Zelimus Magnus, XI. Turcarum Imperator vigore belli Syriam & Jeruſalem obtinuit, duos Sultanos ſibi invicem ſuccedentes interſecit, & totum Terræ ſanctæ necnon Egypti & Arabiæ Dominium obtinuit.

Anno poſthac MDXIX. xii. Januarii die, Maximilianus Imperator apud oppidum Wels vitam cum morte mutavit. Cujus morte Conſules Ratisponenſes comperta mox de Judæorum, qui plurimis illic annis in maximum Reipublicæ detrimentum habitaverant, tractare cœperunt proſcriptione, manſitque res occulta, donec xxi. menſis Februarii dies illuceſceret, quæ fuit prothofeſtum S. Petri in cathedra. Illo etenim die Judæ urbem Ratisponam exire, infráque triduum deſerere ſunt juſſi. Sed datis induciis ultima Februarii gens illa perditiſſima abſceſſit. Judæis igitur hoc modo à Ratiſpona profligatis Conſules Ratisponenſes res & bona à chriſticolis Judæis pro pignoribus locata ad prætorium Ratisponenſe deferri, illicque ſervari juſſerunt, donec horum poſſeſſores aliquando pretio cuncta redimerent. Quod quidem pretium dictorum pignorum ad vi. aureorum millia nummorum ſe extendebat. Non habentibus igitur Conſulibus tantam pecuniæ ſummam ſubito à Judæis exactam, grande ut dicunt charitativum ab omnibus totius urbis Ratisponenſis Eccleſiis & Monaſteriis exigere conabantur ſubſidium. Nam ut de cæteris ſileam, à Monaſterio noſtro mille auratos nummos poſcebant. Fiebat igitur hac ratione grandis in venerabili Clero Ratisponenſi Inquietudo & murmur. Eáque propter cunctarum EccleſiarumMonaſteriorúmque Prælati tempus petebant deliberandi. Interea Domini Canonici majoris Eccleſiæ vocatis amicis, conſanguineis & affinibus non paucis, hanc illis cauſam proponebant. Dominus quoque Commendator Ordinis Theutonicorum domus S. Egidii Commendatorem è Nornperg advocavit. Haud aliter trium Monaſteriorum Monialium Abbatiſſæ fecerunt. Hi omnes & alii plures longo ordine Conſules in prætorio tunc conſiſtentes acceſſêre, atque per prolocutorem quemdam

dam Nobilem grandævum capite canum Baltprunner dictum, eloquio præſtantem negotium, pro cujus cauſa venerant, memoratis Conſulibus hoc renore inſinuaverunt, venerabilem Clerum Ratisponenſem exactionibus novis contra imunitatem Eccleſiaſticam nequaquam gravari debere, quin potius vereri libertate gaudentem intactum relinquere, nec quod injuſtum eſt, exigere, le ſe ut cognatos ſuis conſanguineis deeſſe non poſſe, ſed pro virili adſiſtere velle. Conſules itaque Ratisponenſes tam & res iſthæc minimè placuiſſet, bilem tamen continebant, nec quicquam non amicum machinari ſe velle dicebant. Sic igitur concio illa ſoluta eſt venerabili Clero plurimum gaudente, ſed gaudium illorum haud ita multo poſt in luctum vertebarur, ut clarius infra patebit.

Anno Domini MDXIX. XII. die Novembris mane inter quintam lextámque minoris horologii horam terræ motus fuit Rarisponæ, maximè tamen in Monaſterio S. Emmerami in Eccleſia, in dormitorio, in ægrotantium ergaſtulo, in Abbatiali quoque habitaculo & in aliis locis propè Ratisponam.

Anno eodem, quo ſupra peſſima Hæreſis Lutherana à quodam Martino de Luther (oppidum eſt) mendicantium Ordinis S. Auguſtini, monſtro perfidiſſimo primum pullulare cœpit, quæ in id usque rempus, quo hæc ſcribimus annum videlicet Domini MDXXXI. usque, eum in modum crevit, ut tota ferè Germania hâc peſſima labe ſit infecta. Habet alumnos complurimos ut alter Machumet, quoniam quidem hæc ſecta nimium carnalis eſt, quod ventri libuerit, absque delectu admittit, nihil quod ſancti Patres Prædeceſſores noſtri obſervavêre, advertens. Clericis & Monachis uxores (dicerem libens inceſtuoſas ſacrilegásque meretrices) admittens, confeſſiones auriculares in Paſca vel alias fiendas prohibens, ſacris quadrageſimæ diebus, ſextísque fetiis & omni rempore carnium eſum ſine delectu admittens, fidem hominibus ad æternam ſalutem absque bonis operibus ſufficere dogmatiſans. Sacros Canones & Statuta Conciliáque Patrum contemnens, Beatiſſimam Virginem Mariam noſtris mulieribus ſimilem eſſe docens, oblationes in Eccleſia pro vivis & pro defunctis intercipiens, neque aliquem Sanctorum nec beatam Virginem Mariam venerari debere hæretico ore proclamans, aliáque id genus plurima blaſphemans, plurimos ſibi peſſimum hoc monſtrum, Arrio deterius coacervavir Alumnos. Pullulârunt allæ quædam novæ & inauditæ Hæreſes eorum, qui dicuntur Anabaptiſtæ, Sactamentarii, Iconomachi & alii.

Anno deinde MDXXI. XXIII. Februarii Sabbatho Dominicam *Reminiſcere* præcedente, circa horam minoris horologii VII. Ratispon. juxta aulam Epiſcopalem in nube apparuerunt tres ſoles cum duabus S. Crucis figuris, paulóque poſt diſparuerunt.

Anno Domini MDXXIII. circa feſtum Penthecoſtes, quædam regiæ civitates junctis quibusdam Principibus, qui ante hac fœdus, quod ligam vocant, inicrant, pariter congregati cum XV. millibus totam orientalem Franciam, quam modo Franconiam appellant, pervagati plurima caſtra ſive domos etiam fortiſſimas Nobilium diruerunt, ex quibus ſe dudum ſæpiúsque deſpoliatos & damnificatos compererant, in quorum numero fuerunt Sotenperg, Reuſſenberg, Dingen, Pachsperg, aliáque plurima numero XX. quorum ſingularem Nomeoclaturam habere non potui.

Anno quoque ſuperiori videlicet MDXXIII. Soleymannus Turcarum Imperator ſæviſſimus Albam Græcam, quam vocanr, olim apud veteres, Belgradum appellatam, Pannoniæ urbem oppugnavit & obtinuit; Rhodum quoque inſulam fortiſſimam ipſo die ſacratiſſimo Natalis Domini, ſex menſes oppugnatam obtinuit, anno videlicet MDXXIII. Poſthac in Hungariam movit, Peterwardinam pari modo in deditionem accepit, duos quoque Epiſcoparus Bachienſem & Syrmienſem expoliavit.

Anno poſthac MDXXVI. eadem gens Turcarum fœdiſſima Pannoniam iterum cum ducentis millibus ſubintravit, cui Rex ejusdem regni Ludovicus bonæ indolis, adoleſcens XXI. annos natus, cum inæquali pugnatorum copia occurrit, ſed fraude dolóque ſuorum circumventus, dum fugeret, in lacum incidit, & miſerabiliter ſuffocatus interiit. Turcæ igitur progreſſi plures civitates oppugnaverunt, inter quas Peſtam dicunt & Budam, ſedem regiam, quam poſteaquam obrinuit, exuſtulavit. Quinque Eccleſiæ quoque ſimiliter fecit, alias denique civitates expugnavit & incendit, quas nec ſitu nec nomine novi. Fœminas quoque turpiter dehoneſtavir, & poſtea fruſtatim diſſecuit. Poſt horum omnium nefaodam patrationem bonis rot naves oneravit, ut ſi numerum certum exprimere velim, nemo me verum ſcribere crediderit. His hoc modo onuſtus ad maledictum ſuum, ubi nunc reſidet, habitaculum pervenit, compluribus Chriſtiani nominis fratribus noſtris abductis; ferunt numerum Chriſtianorum quos partim truncavit, partimque duriſſimo ſervitutis jugo mancipavit, ad XXXM. ſe extendere. Et nemo eſt, qui percipit corde. Dormiunr capita, ſic faciunt membra, donec cuncti peribimus.

Eodem tempore Illuſtriſſimo Principe Joanne Ratisponenſem Eccleſiam adminiſtrante anno videlicet, quo ſupra varii tumultus ſeditionésque in Germania ſuborlebanrur, rurales quique infimum genus hominum ſubeſſe nolentes, de ſuo jugo conſueto collum ſubtrahere cogitanres, in pleriſque Ducatibus, Provinciis & Domiolis plurima damna Clericis, Monachis, Monialibus, Nobilibus quoque intulêre maximè in Suevia, Francia, Orientali, quæ mihi patria eſt, nec non in Haſſia, Buchovia, Turiogia, Saxonia, Rheoanáque Provincia, plutima Monachorum Monaſteria

&

& Nobilium caſtra diruerunt, deſpoliaverunt, & ultricibus flammis tradiderunt.

Año denique quo ſupra Rurales apud Ro-
(n) tenpurgum Tuberinum (n) oppidum plerique congregati verſus Wirtzbourg ſe tranſtulerunt, inter eundum plerique caſtra diruerunt & incenderunt; cúmque ad Würzburg deveniſſent, Montem Beatæ Mariæ, ubi Epiſcopi Habitaculum munitiſſimum eſt, obſederunt, propéque erat, ut obtinuiſſent, venerunt urbium confœderatarum & quorumdam Principum ſatellites, quos Ligam vocant, auxilium Epiſcopo urbis prænominatæ præbuerunt, multis ruralium militibus interfectis, dignum quidem opus, nam cunctas domos Dominorum Canonicorum Minoris Eccleſiæ aut à fundamento diruerunt, aut flammis tradiderunt, aliáque id genus multa præſumpsêre, quibus merito mortem meruêre. Hoc igitur modo Epiſcopum eidem urbi reſtituêre, qui fugæ præſidium petierat, in eadem quoque civitate non minus LXX. Civibus capite plexis, triduo in publicis ſtratis capitibus ad genua poſitis, inhumatis (quod miſerabile fuit ſpectaculum) derelictis. Itáque rebus hoc modo apud Würzburg compoſitis ad Babenbergum pergentes Epiſcopo hoc ipſum præſtantes auxilium pacatum reddidêre. Eodem anno rurales quoque Archiepiſcopi Salzeburgenſis rebellare præſumpsêre, nam & dictum Epiſcopum in arce juxta eandem urbem obſedere, eúmque juxta eorum placitum & malam voluntatem ad deditionem compuliſſent, niſi huic Illuſtriſſimus Ludovicus Dux Bojoariæ, cum plerisque de Liga (quod vocant) auxilio veniſſent. Illi verò Bellona impióque Marte ſtimulati anno ſequenti cum maxima iterum copia convenêre, quorum armiductor capitaneúsque fuit quidam Gaismair memorato Archiepiſcopo nimium contrarius, qui hoc modo vindicare ſe cogitabat. Acta ſunt hæc in menſe Majo; poſtea eodem anno res tandem omnino fuit ſedata, neſcio quibus mediis, prius tamen plerisque ex utraque parte truncatis. Hæc per incidentiam anticipavimus. Nunc ad Joannem Illuſtriſſimum Principem Comitem Palatinum, Ratisponenſem Adminiſtratorem calamum flectamus. Cum nempe eodem anno, quo peſſimi rurales ſæviebant in Germania, Illuſtriſſimus Princeps Fridericus Comes Palatinus Rheni Dúxque Bojoariæ veritus, ne quod cæteris ſibique in ſua contingeret provincia, undique copias congregare cœpit. Accidit idcirco ſæpe nominatum Dominum Adminiſtratorem Joannem, fratri ſuo Friderico adſiſtere, ſéque cum ſuis ad Oppidulum novum forum recipere. Cujus abſentiam Conſules Ratisponenſes cum percepiſſent, quod dudum contra venerabilem Clerum Ratisponenſem ratione exactionis conceperant, jam nacta opportunitate effectui mandare dignum judicabant, namque præſente Domino Adminiſtratore ſæpememorato tantum facinus attentare non præſumebant.

Quomodo Conſules Ratisponenſes Venerabilem Clerum ejusdem urbis ad ſubeundum onera reliquorum civium vi compulerint.

Anno ſalutiferi partûs MDXXV. ſub Clemente VII. Pont. Max. imperante glorioſiſſimo Imperatore Carolo V. ſecunda Maji venerabilis univerſus Clerus Ratisponenſis per ejusdem urbis Conſules ad Fratrum Minorum Divi Franciſci Eccleſiam peremptoriè fuit citatus. Subſequenti igitur die, quæ fuit vivificæ crucis inventionis feſtum univerſus venerabilis Clerus totius urbis Ratisponenſis à minimo usque ad maximum, à Prælato usque ad ſubditum in prænominatæ Eccleſiæ choro ut juſſus fuerat, comparuit. Inprimis Rev. Pater & Dominus Petrus Suffraganeus Ratisponenſis, nam Illuſtriſſimus Princeps Adminiſtrator tunc aberat, cujus cauſam ſupra meminimus, Reverendus Pater & Dominus Ambroſius Monaſterii ſancti Emmerami Abbas Ratisp. cum omnibus ſui Conventûs Fratribus XXV. numero, Abbas Monaſterii Scotorum ſancti Jacobi cum fratribus ſuis, venerabilis Dominus Chriſtophorus Welſer Ratisponenſis Eccleſiæ Præpoſitus, venerabilis & Nobilis Dominus Caſpar de Gumppenberg ejusdem Eccleſiæ Decanus cum omnibus Dominis Canonicis, venerabiles & Nobiles Dominæ Abbatiſſæ Domina Barbara de Ahaim inferioris Monaſterii cum omnibus ſuis Monialibus, Domina Catharina de Redwitz ſuperioris Monaſterii cum omnibus ſuis Monialibus, Domina Anna de Eglolfſtain Abbatiſſa Monaſterii S. Pauli cum omnibus ſuis Monialibus, Dominus Joannes Diettenhamer Doctor Præpoſitus Eccleſiæ veteris capellæ cum omni ſuo Collegio, D. Petrus Veichner Præpoſitus cum Decano & toto Collegio Eccleſiæ S. Joannis, cum omnibus Capellanis Presbyteris, Beneficiatis ſine commenda viventibus, Dominus Commendator Ordinis cruciferorum S. Joannis domus, S. Leonhardi, Prior ad Prædicatores cum omni ſuo Conventu, Prior quoque cum omnibus Fratribus ſuis ad Heremitas Auguſtinianos, Guardianus poſtremo Fratrum Minorum cum ſuis, in quorum Eccleſiæ choro pavidi rei eventum præſtolabantur. Nobis igitur eo modo congregatis, inque dextra chori conſiſtentibus, procedebant Conſules Ratisponenſes chorum dictæ Eccleſiæ grandi (ut ipſis videbatur) maturitate ingredientes, quorum Nomenclatura hæc eſt: Inprimis Urbanus Trunckel Magiſter Civium, quem Camerarium appellant, Joannes Oſenpeck Judex, Joannes Hyrsdorffer, Sigismundus Swabel, Fridericus Stuchs, Wolfgangus Kitzendaler, Joannes Hetzer, Wilhelmus Wielant, Adam Cholner, Wolfgangus Steyrer, Joannes Weinzurl, Georgius Schmidner, Sebaſtianus Paungartner, Joannes Dimner, Ambroſius Amman, Wolfgangus Lyndpeck, ac poſtremo Joannes Reyſolt urbis Notarius. Hos comitabantur exterio-

(n) Urbs hæc natalis Auctoris noſtri, quod miror, cum tam opportuno loco diſſimulâſſe.

res (quod vocant) Conſules XXIIII. Quorum nomenclaturam hic inſerere neceſſarium fore non judicavi. Alii denique ex communi urbis popello quos ſelectos adpellant XL. His omnibus longo ordine in ſupradictæ Eccleſiæ chori ſiniſtra, Prælatis verò, Abbatiſſis, Canonicis ac reliquis Venerabilis Cleri Ordinibus è regione in dextra conſiſtentibus facto ſilentio, prænominatus Joannes Reyſolt Notarius in medium progrediens patria voce ſucclamans, plerisque quibus benevolentiam captaret præmittens prælocutiones, eo tandem adpulit puppim, ut omnes cujuscunque ſtatûs ſive dignitatis Ratisponam inhabitantes Clerici vel Monachi ſive Moniales, nemine dempto, ternos hos deinceps obſervare volunt Articulos. In primis ut de vini ſive alterius hujusmodi potûs proventu *Taliam*, quam vulgares *Ungelt* adpellant, déque cunctis rebus eorum mobilibus vel im̃obilibus ſive quibuscunque intra urbis Ratisponenſis mœnia ejusque diſtrictum Poſſeſſionibus tributum quotannis perſolvere, necnon vigiliarum excubias ut cæteri Burgenſes urbis ejusdem obſervare ac reliqua Burgenſium onera & conditiones velint ſubire. Hucusque Joannes Reyſolt ſcriba civitatis Ratisponenſis; Quo audito venerabilis & nobilis Dominus Caſparus de Gumppenberg cathedralis Eccleſiæ Ratisponenſis Decanus, cui dicendi commiſſa ſuerat Provincia, breve interloquendi nomine totius venerabilis Cleri ſpatium petivit. Quo admiſſo & per dictum ſcribam proclamato, mox Prælati, Abbates & Abbatiſſæ, Præpoſiti, Decani, Canonici, Capellani quoque à præfato Domino Decano Majoris Eccleſiæ requiſiti, ut ex omni totius venerabilis Cleri cœtu, eligerentur, penes quos omne penderet negotium, quique, quid facto opus eſſet, conſulerent. Fuêre igitur ex omni Clero ſelecti & vocati, imprimis Reverendus Pater & Dominus Petrus Ratisponenſis Suffraganeus, Dominus Præpoſitus & Dominus Decanus cum quatuor majoris Eccleſiæ Canonicis, D. Abbas Monaſterii S. Emmerami cum quatuor ſui Conventûs Fratribus, inter quos & ego eram, qui cuncta hæc fieri vidi & audivi. Abbas proinde Scotorum S. Jacobi cum adjuncto ſibi Priore Eccleſiæ S. Petri in Wihen prope urbis Ratisponenſis mœnia, Domina Abbatiſſa inferioris Monaſterii cum totidem ſuis Monialibus, Domina Abbatiſſa Monaſterii S. Pauli cum totidem Monialibus, Doctor Joannes Diettenhamer cum Seniore Canonico veteris capellæ, D. Præpoſitus cum Decano Eccleſiæ S. Joannis, D. Commendator Ordinis Joannitarum domûs S. Leonhardi, Prior quoque ad Prædicatores, nunc Apoſtata ſacrilegus, adjuncto Confeſſore Monialium S. Crucis Ratisponæ; Prior quoque Heremitarum S. Auguſtini cum duobus ſui Conventûs Senioribus, Guardianus cum Vice-Guardiano Fratrum Minorum, nec non ex reliquis Presbyteris Capellanis quinque. Hi omnes fuêre ex omni Clero ſelecti & vocati numero XLV. ut pro Republica noſtra conſulerent, quod ſuper hoc novo, & inſolito nobis, propoſito gravamine Conſulibus dandum foret reſponſum, Chorum igitur egreſſi, Conclave Sacrarii Choro annexum petivimus, de cauſa res noſtras contingente conſulturi, ubi quisque quod ſibi bonum videbatur, proferebat Conſilium. Inprimis Dominus Præpoſitus Cathedralis ſe nihil niſi Præpoſituram habere, & hanc ipſam à Summo ſibi Pontifice collatam, nil ſine hujus conſenſu in hac parte diffinire debere, cum venerabilis Clerus omnimoda gaudere debeat immunitate, nec Conſules de jure id poſſe exigere, nec venerabilem Clerum id debere ſubire. Sic venerabilis & Nobilis Dominus Decanus ſentiebat; eodem modo Dominus Suffraganeus conſulebat. At ubi Dominus Abbas Monaſterii S. Emmerami requirebatur breviter, & ſub compendio replicuit. Monaſterium, inquit, S. Emmerami privilegiis, exemptionibus & immunitatibus à Summis Pontificibus, nec non Romanorum Regibus & Imperatoribus præditum & privilegiatum, quorum ſine præſentia conſenſu & voluntate nil debere præſumere, poſſeſſiones inſuper & cenſus annales ſive proventus, ſi quos dictum Monaſterium haberet, in Ducatu ſive Dominio Illuſtriſſimi Bojoariæ Principum conſtitutos, ſi quo modo ſe ſubmitteret, fortaſſis horum indignationem incurreret. Cui ſententiæ Domini Canonici adſtipulabantur; Domina quoque Abbatiſſa inferioris Monaſterii hanc aſſentiendo approbabat opinionem. Sic Domina Abbatiſſa ſuperioris Monaſterii ſentiebat; Domina verò Monaſterii S. Pauli quid ſubmurmuraverit, percipere non potui, exili vixque perceptibili voce loquebatur: Abbas quoque Scotorum S. Jacobi, quod ſibi bonum videbatur, latio depromebat Eloquio, ſe nullatenus inquit Conſulum acquieſcere poſſe poſtulationi, cum id gravi Summo Pontifici nec non Cæſareæ Majeſtati foret offendiculo, à quibus Monaſterium S. Jacobi privilegiis non paucis fuerit condonatum, Dominus quoque Præpoſitus juncto Seniore Eccleſiæ veteris capellæ dictis adſentiebat. Sic Dominus Præpoſitus & Dominus Decanus Eccleſiæ S. Joannis conſulebant. Dominus quoque Commendator domûs S. Leonhardi id ipſum confirmabat. Priores inſuper Ordinum Mendicantium ſe nil niſi ſaccum, quo ſacra comportetur Eleemoſyna, poſſidere, quæ hodie usque adeo exilis foret, ut nimia constructi penuria vix vivere poſſint de his oſtiatim laborioséque conquiſitis, nullatenus qualibet poſſe triburum rependere, quibus vix victus & veſtitus ſuppeterent neceſſaria.

His itaque peractis placuit omnibus tam Prælatis quam Canonicis ſive quibuscunque etiam Capellanis, qui tum in ipſa erant Concione, ut Conſulibus ſuper tam inſolita támque nobis oneroſa poſtulatione, negativum daretur reſponſum, præterquam infimæ conditionis cuidam Sacerdoti ſive Capellano, commenda plusquam beneficio viventi, Domino *Wolfgango* Creutzer. Is nempe ante diem prorumpens inſtar cujusdam, qui gallinæ pullum priusquam ab

ovo

ovo prodierit anhelo pectore deotibus vorare contendit vel ut canis, quem ſæva fames perurget, poſita haud facile menſa retinetur, hic ſolus ut Conſulum poſtulatis, omnimodum mox præberemus aſſenſum præſumptuosè nimis perſuadebat; alioquin plures eſſe ajebat ex Capellanis, qui ſuapre hac ipsâ hora civium onera conditionésque ſubire velint. Pro qua ſua indiſcreta intempeſtiváque præſumptione à venerabili majoris Eccleſiæ Decaoo decenter, ut demeruerat, objurgatus conticuit.

Eo igitur modo, ut præmiſſum eſt, ut Conſulibus negativum daretur reſponſum à cæteris omnibus diffinitivè conſultum fuit & concluſum. E ſacrario igitur, ubi diutius conſtituti fucramus progredientes, chorique locum conſuetum repetentes facto ſileotio Venerabilis & Nobilis Dominus Decanus, quod juſſus fuerat, luculento ſermone peroravit, venerabilem Clerum nequaquam poſſe aſſeoſum præbere poſtulatis, cum id Clericorum immunitatibus omnimodè obverſetur, maximè tamen Prælatorum & Prælatatum exemptionibus, longè magis velle charitativum contribuere ſubſidium, quam inſolito ſe ſe oneri ſubmittere. His auditis Conſules cum eis adhærentibus per prænominatum eorum Notarium deliberandi tempus ſuper hoc reſponſuri petebant. Quo admiſſo, chorum mox egredientes, refectorium Fratrum conſulturi ingrediebantur, confeſtimque regreſſi, loco quo ſupra, conſiſtentes, ſæpenominatus urbis ſcriba, quod illi commiſſum fuerat, alta voce promulgabat, dicens: Conſules & reliquos illis adhærentes non mediocriter demirari quod poſtulatiooem ipſorum tam amicam, rationabilem, neceſſariam & profuturam, non adſumpſerimus, & reſponſum negativum reddiderimus, cum veterem imperialem & laudatiſſimam hanc urbem Ratisponenſem non parva laborare noverimus egeſtate, ſe ſe omnino ratos, nullam io hac parte habituros repulſam, nec Prælatos ſive Prælatas de privilegiis debere præſumere, cum & ipſi ſuper hoc plerisque fuerint privilegiis communiti, iterum iterúmque inſtantiſſimè ſollicitare ut poſtulatis aſſenſum præberemus dato deliberationis tempore usque in craſtinum, ut eadem diei hora, eóque loci in majori rediremus copia, cum jam pauciores longe plutes plerumque viſi fuerimus,
(o) in calce ſubjungens appendicem (o):
„ Alioquin Dominos Conſules alio modo
„ ſe ſc exhibituros fore, quod tamen prorſus invitos facere; immo cordicitus &
„ longe libentius velint intermittere.

Adverte candide Lector, quid hoc prætendat Elogium. Sic igitur concio illa tandem ſoluta eſt, in qua à ſummo manè, ab hora videlicet diei minoris horologii quinta usque in horam conſtiteramus nonam. Corporibus igitur noſtris ineſcatis, nam hora prandendi illuxerat, cum ad proprias redieramus ædes, Dominus Abbas noſter cum Fratribus ſui Conventûs, quid facto opus eſſet, tractare cœpit, nos vero vulgatum tritúmque animo volentes dicterium:

Ut corpus redimas ferrum patiaris & ignes

Conſulibus aſſenſum iri longè melius rati, quam rebus ablatis, corporibúsqoe nil minus dehoneſtatis, vitam poſthac dereſtabilem ducere & ingloriam. Hucusque primæ diei actio. Cæterum in craſtino IIII. Maji, iterum in loco ſæpè nominato Fratrum Minorum eadem diei horâ omnes qoi heri & fortaſſis in majori comparuimus copia, chori oſtio poſt nos obſerato, pérque Scabinos & alios Conſulum Miniſteriales diligenter obſervato, ne Clerico vel Monacho quavis occaſione exeundi daretur facultas, nam & triduo ante hac immediatè transacto Clericis cujuscunque conditionis, urbem neceſſario exire habentibus, minimè permittebatur. Facto igitur ſummo ſilentio (nam cupida mente cuncti ex popello illic adſtantes, aderant autem plures audire volentes, quodnam Conſulibus ſuper tam inſolita exactione daturi eſſemus reſponſum) Venerabilis & Nobilis, omnique laude digniſſimus D. Decanus majoris Eccleſiæ in medium conſurgens, ternos heſterna die à Conſulibus poſtulatos articulos, de vini videlicet proventu collectam ſive taliam, déque cunctis rebus mobilibus & immobilibus infra urbem Ratisponam ejúsque diſtrictum poſitis, tributum rependere, vigiliarúmque excubias nec non cætera onera ſive conditiones ut reliqui cives Ratisponenſes, venerabilem Cletum velle ſubire luculento ſermone, ut is homo facundus eſt, promiſit. Omni igitur mora poſthabita ſæpenominatus Notarius (quia jam à Conſulibus habuerat commiſſiuoem) in eodem loco de amico conſenſu verbis quidem blandioribus, grates ut par erat veoerabili Clero gratias habuit. Enim verò hoc unum reſtare dicebat, quod Domini Conſules exigerent quemlibet, quod jam per venerabilem Decanum polliciti fueramus, etiam juramento præſtito ut reliqui cives confirmare. Dii boni! quid faceremus? quove nos verteremus cum tanquam oves in ovili concluſi intérque cardinem & oſtium poſiti, nimiúmque ſuper inſolitæ rei exactione conſternati nos qui ſupra in ipſum ſeceſſimus ſacrarii locum ibidem quid hoc miſerrimo eventu opus eſſet conſultantes perquiſivimus. Proponebant Prælati & Prælatæ, qui exemptionibus hucusque freti fuerant, ut ſupra ſuas exemptiones Cæſareæ Majeſtati ſe juratos, juramentum aliud ſe nequaquam præſtare poſſe, nec Dominos Conſules exigere debere de jure, nec nos conſentire pari modo debere; cæteri verò ſuo ſe Ordinario fidem feciſſe; ex hoc inſuper rebellionem ſubditorum & contemptum facile ſuboriri, obedientiam tolli, totiúsque religionis obſervantiam perditum iri cauſabantur, maximè cum juramcoti nobis non cooſtet cunditio, qui hucusque privilegiis & immunitatibus Clericotum communiter, & prout de jure gaudentes, de ejusmodi Laicorum

(o) quæ ſequuntur in Cod. meo rubricâ ſunt expreſſa.

juramento nihil compertum habuerimus. Placuit igitur omnibus, qui, ut ſupra, illic congtegati eramus, venerabilem & Nobilem Dominum Decanum, ad Conſules in fratrum refectorio tunc conſiſtentes progredi, ab eisque, quænam juramenri, quod à nobis exigebatur, foret conditio, perquirere, cum id hactenus prorſus nobis fuerit incognitum. Venerabiſis igitur & Nobilis Dominus Decanus adſumpto Abbate Scotorum (nam Dominus Abbas noſter ob cauſam imminentem ire recuſavit, concito gradu Conſules adgrediens, operam ſibi commiſſam egregiè navavit. Mox iterum Conſules è refectorio regredientes per ſæpedictum urbis ſcribam conſuetum reliquorum civium juramentum eo modo proclamabat ut ternos ſupradlctos articulos, reliquáque cæterorum urbis Ratisponenſis civium onera & conditiones obſervare, damna quoque Reipublicæ Ratisponenſis pro virili intercipere & utilitatem velimus promovere. Juramento taliter denuntiato videbatur pleriſque ex nobis juramentum ad malefactores parricidáſque ſeſe extendere, tanquam nos flagitioſorum fore proditores debere, quo quisque Clericorum irregularitatem facile incurreret, murmúrque intet plerosque erat non modicum. Nec mora, nos qui ſupra conſuetum ſacrarii Conclave ſubintravimus de novo nobísque inaudito conſulturi gravaminc. Prælati igitur & Domini Canonici majoris Ecclcſiæ, necnon Priores Ordinis Mendicantium, & quicunque in ſubditos hactenus jurisdictionem habuerant, aut ſupra conſuetam ſibi tolli adſerebant obedientiam, irregularitatem inſuper ſe haud dubiè ineurrere, ſi malefactores, ſicarios, fures, & latrones, alióſque id genus quoslibet perdere compellerentur flagitioſos, juramenti denique modum ternis in altum digitis protenſis, Clericis nimis inſolitum cauſabantur. Eapropter venerabilem Dominum Decanum majoris Eccleſiæ adjuncto Scotorum S. Jacobi Abbate & Præpoſito veteris capellæ, iterum ad Dominos Conſules placuit transmittere, qui his modeſtè ſuggererent juramenti publicè nobis promulgati formam, ob cauſas ſupra dcſignatas venerabilem Clerum nequaquam poſſe ſubire, cum non ſolum Clericalis dignitatis verùm etiam in Monaſticæ religionis & Ordinis, totiúsque ſpiritualis diſciplinæ prorſus vergat diſpendium & depopulationem, modeſtius in hac parte procedere, cum id nobis omnino ſit intolerabile. Conſules igitur rem ut erat penſitantes, aliam nobis juramenti formam publicè per dictum urbis ſcribam denuntiabant, in quo irregularitas & ſi qua id genus alia nobis eontraria præcavebantur, nec nt ſecularibus moris eſt, ternis in altum digitis porrectis, ſed neque quivis per ſemetipſum, ſed Prælati quique pro ſe ſibique ſubditis, manu duntaxat Magiſtro civium ſive urbis Camerario exhibita fidem facere deberent.

Nos itaque in tanta rerum perturbatione ſatyrici illius non immemores elogii: *Hoc volo, ſic jubeo, ſtet pro ratione voluntas,* poſt plerosqne evaſionis anfractus & adinventiones, ne rebus vitáqne pariter deſtitueremur, vel ſaltem perpetuo ſnbjiceremur Poſtliminio, in Dei nomine tandem per venerabilem & Nobilem Dominum Decanum majoris Eccleſiæ, conſenſimus vel inviti.

Sunt qui ſæpè nominatum Joannem Reyſolt urbis Notarium mox patria voce, ſed ſubmiſſa dixiſſe audiverunt: *Das hat Gott gewalt.*

Acceſſit igitur ſuptamemoratus Urbanus Trunckel urbis Camerarius dicto Notario comitante, qui omnes Prælatos & Snperiores pro ſe ſibique ſubditis fidem facere decretos, ſcripto deſignatos habebat, & primum Reverendi Patris & Domini Petri Suffraganei Ratisponenſis porrectam ſnſcepit manum, ſubortis parumper lachrymis, deinde Domini Abbatis noſtri Monaſterii S. Emmerami, poſt hæc Abbatis Scotorum, deinde trium Abbatiſſarum, poſtea omninm Dominorum Præpoſitorum & Decanorum, poſtremo Priorum Ordinis Mendicantinm, pro ſe ſibique ſubditis fidem promittentium. Sicque oſtiis chori reſeratis, in quo à ſummo mane ab hora undecima minoris horologii quinta, usque in horam ejusdem horologii duodecimam jejuni, clauſi & aridi conſtiteramus, ad deſideratum tandem pervenimus Monaſterium noſtrum, Deo & noſtris ſanctis Patronis gratias agentes, qui nos à malis imminentibus præſervavêre. Acta ſunt hæc in Choro dictæ Eccleſiæ Fratrum Minorum Ratisponenſium, anno biduóque quibus ſupra Indictione XIII. quæ hoc modo fieri vidi & audivi, ideóque præmiſſa eo modo conſcripſi.

Eodem anno menſéque quibus ſupra XXVII. die menſis, quæ fuit Sabathum poſt Dominicæ aſcenſionis Feſtum Sacratiſſimum hora diei minoris horologii XII. omnium Eccleſiarum Ratisponenſium, tam Collegiatarum quam Monaſteriorum, Monachorum & Monialium etiam clanſuram obſervantium ſed & Fratrum Mcudicantium, nec non Eccleſiarum patrochialium omnia ornamenta & utenſilia ex auro argentóque ſive gemmis divinum cultum absque medio concernentia, ut ſunt calices, Sanctorum imagines auro argentóque redimitæ, Monſtrantiæ, cruces, miſſalia, quoque indumenta ex Coco damaſcato & oloſerico, & id genus alia per Conſules utbis ſupradictæ ſunt requiſita, perluſtrata, viſa & ſcripto deſignata.

Anno præterea quo ſupra menſe Julio, VIII. menſis Frater Mauritius, quem Fuerſt appellant de viculo Lueg dominii Wiſpeck ortus, quondam indignus & inutilis Prior Ordinis Domus Fratrum Prædicatorum Ratisponæ, nunc Apoſtata ſacrilegus, hoſpite inſalutato dictum Monaſterium, cui præerat, reliquit, & Monachum aſſumpſit ſecum, nummorum theſauris, quos ad id opus nefandum coacervaverat, & quod deterius eſt, plerisque Eccleſiæ ſuæ ornamentis & argenteis Sanctorum imaginibus ablatis quas in minutiſſimas conflaverat ſphærulas ſive globulos, accepta ſecum abductáque nobili

Digitized by Google

nobili Fœmina de ſamilia Syntzhauſer moniali & Prioriſſa Monaſterii Pettendorff ejusdem Ordinis à Ludovico IIII. Imperatore Ducéque Bojoariæ fundati, & ſic convenêre Prior cum Prioriſſa, Leno cum Lena. Hac ratione Conſules Ratisponenſes non immeritò de tanto permoti flagitio, XIII. die menſis ejusdem à ſupra memorati Monaſterii Prædicatorum Eccleſia, omnia ornamenta de auro argentóque, Iconas Sanctorum, Monſtrantias, calices miſſalia quoque, Indumenta, caſulas Dalmaticas, Chorales ex Lino tunicas, IIII. tantum illic calicibus pro quotidiano uſu ſacrificii relictis, cætera omnia, urbis Prætorio intulerunt, ne quod reliquum erat, per cæteros dicti Monaſterii Fratres eo quoque modo diſtraheretur. Sunt nempe inſtabiles, & ubicunque locorum gentiúmque illis ejusmodi Ordinis eſt Monaſterium, illic his natale Patriúmque eſt diverſorium.

Quarta decima verò ejusdem menſis die eodémque anno Conſules Ratispon. ſimilem præcaventes eventum, omnes res Eccleſiæ Fratrum Minorum & ornamenta de auro ſive argento, cocco damaſcato, oloſerico & his ſimilia, litteras quoque & quævis monumenta illic reperta Prætorio urbis Ratispoenſis pari modo intulerunt. Quinta decima denique die ejusdem menſis, quæ fuit diſperſionis SS. Apoſtolorum de Monaſterio Auguſtinianorum hoc ipſum fecêre. Et Conſules quidem hæc fecerunt.

Anno Domini MDXXV. homo quidam pauperculus nomine Joannes Baptiſta baud longè à civitate Senenſi natus, nudus plerumque usque ad femur, Romæ incedens, Eleemoſyna vivens, ab omnibus Morus reputatus, is ipſa Die ſacrariſſima Dominicæ Cœnæ, quæ erat XVIII. Aprilis, cum Summus Pontifex Clemens VII. in Eccleſia S. Petri juxta veterem ritum officium Eccleſiaſticum perageret, grandem D. Petri imaginem, quæ in eadem habetur Eccleſia conſcendit, ejúsque ad pedes reſidens alta voce ſucclamare cepit: Convertimini! convertimini! ad Dominum Deum veſtrum, tempus adeſt, recedite à peccatis, quod niſi confeſtim feceritis, vos, totáque Roma deſtruemini, quoniam Deus omnipotens optimus maximus deinceps non diſſimulabit. Hæc & his ſimilia longè plura illo proclamante Eccleſiam S. Petri plerique egredientes cum audiſſent, quid diceret tanquam Morus neſciret, ajebant. Tum ille, non ſum modo fatuus, inquit, ſed manifeſtè loquor; convertimini ad Deum, tempus adeſt, Deus veniet. In die inſuper Paſcæ ſacratiſſima, dum Pontifex maximus ſolitum in dicta Eccleſia S. Petri perageret officium, homo præfatus iterum prænominatam S. Petri imaginem conſcendit ad pedésque ejus conſidens, eadem quæ ante triduum ſucclamare cœpit. Convertimini, convertimini, pœnitemini, pœnitemini! aliáque plura id genus longo ordine serioſe contra Summ Pontificem ſuáque membra pronuntians, ut ad Deum converterentur, vitámque pravam ſuam emendarent, alioquin Roma (inquit) cum omnibus ejus incolis, nocentibus innocentibúsque ſimul peribit; Summúmque Pontificem plerisque verbis ratione Genealogiæ ſuæ carpens. Quod ſuis familiaribus cum diſpliouiſſet, de prædicta S. Petri imagine deſcendentem, manibus hunc miſerum in faciem duriter ceciderunt. Is miſer ſe ad id libenti animo pro amore Domini Dei ſui paſſurum. Quem mox in caſtrum S. Angeli, quod vocant, duxêre ibique carceri mancipavêre, ubi & ſine intermiſſione verbum Dei prædicare non deſtitit; inter cætera dicens, ut olim Chriſtum ſuis dixiſſe Diſcipulis Evangelica tradit Hiſtoria: tempus meum nondum advenit, eáque propter è dicto caſtello in aliam hunc tranſtulêre manſionem. Cúmque hoc modo duceretur, homo idem dixit: Non diu me carceri mancipatum habebitis, neque in me vos habituri eſtis poteſtatem. Paulóque poſt ſexta videlicet Maji die, quæ era ſecunda feria poſt Dominicam, qua in Eccleſia canitur miſericordia Domini &c. venere ſatellites glorioſiſſimi Imperatoris Caroli, viri nimia conſtricti penuria, Hiſpani quidem ſub Duce de Burbon, Germani verò ſub Georgio de Frontsperg Capitaneis, qui inſævientem catervam eorum continere nequibant, quin Romam obruerent & expugnarent, & omnia bona diriperent, tantámque illic tyrannidem exercuêre, tantámque beſtialem væſaniam, ut in mille & amplius annis huic ſimilis viſa vel audita minimè fuerit. Dixiſſe ferunt Romanos & omnes eorum uxores deſtructionem Hieruſalem huic Romanorum haud ſimilem eſſe miſeriæ. Adde, quod Romani eorúmque conjuges videre compulſi ſunt in filiabus eorum flagitia nephanda, quibus longè libentius cum minoríque dolore filiarum carnes aſſas comedere maluerint. Et hæc quidem Hiſpani fecerunt, Germani verò modeſtius ſe tenuerunt. Hæc & alia multa perpetraverunt inhumana, quæ ſcribere longum foret, que cuncta Deus Opt. Max. huic populo in deliciis viventi immiſit; necdum ſic quoque à cœpto ceſſavit, idcirco novam & aliam ſæpè nominatæ urbi Romæ ingeſſit tribulationem. Nam Sabatho, quæ fuit VIII. dies Octobris anno XXX. Tybris ſupra modum increvit, usque adeo ut plerasque domos diſſolverit & ejecerit, & ineffabile damnum incolis intulerit, in vino, blado, pecoribúsque. Sunt, qui dicunt, majus damnum per inundationem hanc incolis Romanis illatum quam cum urbs ipſa Hiſpanis nuper præda patuit, hoc uno dempto, quia minor pars hominum interiit. Deus Opt. Max. à majoribus nos malis præſervet. Ad venerabilem Clerum Ratisponenſem regredior, quonam medio à civilitatis onere fuerit liberatus & priſtinæ libertati reſtitutus.

Supradictis igitur civium oneribus conditionibúsque eo modo, quo ſupra anno Domini: MDXXV. venerabili Clero Ratisponenſi præter jus phasque impoſitis continuóque triennio in annum usque XXVIII. ab eodem venerabili Clero accuratiſſimè obſervatis, Deus de cœlo reſpiciens afflictionem populi ſui perpendens vineámque ſuam à ſingulari fera depaſtam viſitans, Reverendum Dominum Adminiſtratorem Ratisponenſem,

Joan-

Joan̄em Comitem Palatinum Ducémque Bojoariæ com̃onuit, qui pro creditis ſibi nvibus ſe murum ponens ipſe ſéque ex imo cordis compariens, in animo volvere cœpit, quonam modo Cletum ſibi com̃iſſum ex adverſariorum poſſet eripere faucibus durúmque ſervitutis jugum ab eodem Clero excutere.

Accidit autem divina volente Clementia Illoſtriſſimum Principem Fridericum Comitem Palatinum Rheni, dicti Domini Adminiſtratoris Ratisponenſis Fratrem ad Sereniſſimum Bojemiæ Regem &c. pro feudalibus quibusdam Pragæ tunc conſiſtentem petiturum, qui quidem Fridericus Comes Palatinus &c. hanc à fratre ſuo acceperat com̃iſſionem ut apud memoratum Regem Bojemiæ pro venerabili Clero Ratisponenſi ſollicitaret, quem dictæ civitatis Ratisponenſis noverat Protectorem, quatenus dictus Ferdinandus Rex à ſupradicto dignaretur civilitatis onete emancipare, priſtinámque qua Sum̃orum Pontificum Sanctionibus Cæſarearúmq; legum inſtitutis meritò gandet, im̃unitatem illi reſtituere. Quod quidem adeo clandeſtinè ſæpedictus Dominus Adminiſtrator Ratisponenſis agere cœpit, ut nemini quidem pateret, donee nuper in menſe Julio Illuſtriſſimi Principes Comites Palatini Ducésq; Bojoariæ, ſupradictus Fridericus Domini Adminiſtratoris frater & Ludovicus de Landshut Ratisponæ advenêre: Quotum quidem adventûs hanc eſſe cauſam ferebant, qua ſupramemoratus Ferdinandus Rex tributa pecuniarum contra ferociſſimos Turcas Chriſtianæ reipublicæ hoſtes infenſiſſimos comportatam inque certis Germaniæ urbibus depoſitam pro regni ſui Hungariæ defenſione exigebar, ob quod notabiles Ratisponam transmiſerar Legatos. Quo tandem negotio ſnplto Cleti Ratisponenſis cauſam Reverendiſſimus Dominus Adminiſtrator &c. ut bonus paſtor proponere priſtinámq; coram regiis com̃iſſariis Cleri ſui cœpir immunitatem repoſcere. Conſules verò pro tunc ſe non deliberaros neque ad reſpondendum in hac parte ſe dicebant diſpoſitos terminum deliberationis petivête; cúmque petitis fuiſſet aſſenſum, regales Com̃iſſarii, nec non Principes ſupradicti Fridericus & Ludnvicus abſceſsêre. Haud longè poſt hæc Conſules Ratisponenſes novam excogiravêre technam; univerſum nempe Clerum Ratisponenſem, tam Monachos quam Moniales, eunctarúmque Eccleſiarum Sacrificulos xx. die menſis Julii, ad Oratorium Fratrum Minorum peremptoriè citavêre, ut in craſtinum, quæ fuir dies S. Praxedis virginis, ubi ſupra, omnes & ſinguli conveniremus. At longè aliter, quam volebant, accidit, ars etenim arte deludebatur. Hoc itaque Conſulum mandato nobis per Dominum Abbatem ante veſpertinam ſynaxin inſinuato, mox Dominus Adminiſtrator Ratisponenſis, qui tum in caſtro ſuo Werde manebat, cunctis collegiaris collegiis nec non Monaſteriis urbis ſæpè nominatæ, præterquam Mendicantium & S. Jacobi Scotorum, ſcripto & ſerio præcepit, ne Conſulum juſſioni in hac parte obtemperaremus, in Monaſterio ſive Choro Fratrum Minoritarum minimè convenientes, quod & factum eſt. Nam craſtina illuceſcente præter Fratres Mendicantes & S. Jacobi Scotos, & Com̃endatores utriusque domûs S. Ægidii & S. Leonhardi nemo prorſus comparuit, quod quantum Conſulibus com̃unique popello diſplicuerir, exitus rei probavit eventum. Hac iraque techna, vanisque ſpebus privati, aliam excogitavêre, quæ nec ipſis quoque profuit, quia Deus Opt. Max. nos de maledicto civilitatis jugo velur filios Iſraël de Egypto emancipare voluit, viceſima namque & nona die dicti menſis Julii, ex Conſulibus, ſelectis quoque ut vocant, bini & bini, cum urbis ſeriba hoſtiatim ad cunctas pervenêre Eccleſias Monaſteriáque, inſtar Filiorum Iſraël urbem Jericho pervagantes, à cunctis exigere conabantur, ſi Domini Reverendiſſimi Ratisponenſis Adminiſtratoris conatuum qualemcumque habuerimus præſentiam ſive cognitionem, ſicque eidem Adminiſtratori adhærere velimus. Sic oniverſis hujus nrbis Eccleſiis & Monaſteriis ſe exhibuêre. Ad nos verò cum perveniſſent, de & ſuper his, ut jam dictum eſt, requirentes, Dominus Abbas cum Conventu tempus deliberationis indefinitum petivit, quod & nobis admiſſum fuerar, sicque Conſules & reliqui illis adjuncti via, qua venerant, abibant, nec pro reſponſo redière. Præterea Illuſtriſſimus Princeps Joannes Rarisponenſis Adminiſtrator medio minimè quievit tempore, ſed omni poſthabita mora iterum iterúmque apud Sereniſſimum Regem Bojemiæ Ferdinandum pro termino conſtituendo ſollicitavit. Rex itaqne mox Legatum Conſulibus Ratisponenſibus miſit, ipsisque D. Laurentii Martyris diem pro termino peremptorio deſignavit. Reverendiſſimus igitur D. Adminiſtrator interea haud ſegnis, omnium ferè Principum Comitúmque Palatinorum & Ducum Bojoariæ, Fratrum ſuorum, Nepotum & Cognatorum auxiliarem ſibi conquiſivit adſiſtentiam. In primis Illuſtriſſimus Princeps Comes Palatinus Rheni Dúxque Bojoariæ, Ludovicus Elector Domini Adminiſtratoris Frater de Heydelberg, ſolemnem admodum miſit Doctorem, Fridericus quoque Comes Palatinus & ipſe dicti Adminiſtratoris Frater, Nobilem quemdam de Slam̃ersdorff, alio ſibi adjuncto miſit; Philippus inſuper Friſingenſis Epiſcopus fratérque Domini Adminiſtratoris Doctorem adjuncto ſibi Friſingenſis Eccleſiæ Canonico, deſtinavit; Otto Heinricus dictorum omnium Principum ex fratre nepos Doctorem Hieronymum Alberum, virum adprimè doctum, quocum mihi colloquium fuerat, transmiſit. Wilhelmus quoqne Monacenſis Dux Bojoariæ Ulricum Mareſcalcum de Pappenhaim, nec non Ludovicus frater ejus Mareſcalcum Pienzenawer, Protonotariúmque Weiſſenvelder, aliósque nomine & perſona mihi incognitos pro Adſiſtentia Domini Adminiſtratoris Ratisponam transmiſêre, quatenus cauſa venerabilis Cleri Ratisponenſis facilius debitum ſortiretur progreſſum. Nec minus Conſules Rarisponenſes ſe aliarum quoque Germaniæ urbium Conſulibus, Normbergæ, Auguſtæ & Ulmæ munire ſatagebant: poſtquam verò dies conſtituta D. Laurentii illuxerat, venêre Ratisponam

ponam legales Cořiſſarii à Sereniſſimo Rege Ferdinando miſſi, Nobilis videlicet Starnberg Auſtriæ Baro, & Doctor quidam eximius Beatus nomine, non ille Seleſtadienſis, qui triumphum Annæi Senecæ de morte Claudii Cæſaris elucubravit, ſed alius; his tanquam arbitris à dicto Rege Ferdinando totum cořiſſum eſt negotium. Advenerunt quoque cunctorum Principum Ducúmque Bojoariæ prænominatorum à conſiliis & ſecretis Doctores & nobiles viri famigeratiſſimi non pauci, pro adſiſtentia Reverendiſſimi Domini Adminiſtratoris Ratiſponenſis deputati & decreti. In craſtino itaque D. Laurentii M. omnibus congregatis Illuſtriſſimus Dominus Adminiſtrator Ratiſponenſis coram dictis regiis Commiſſariis cepit reſtitutionem; Conſules verò Ratiſponenſes urbis ejusdem egeſtatem, reique publicæ dejectionem, añuos proventus nequaquam ſuppetere, Clerum eapropter nonihil reipublicæ debere impendere, ea quæ per Clerum in Oratorio Fratrum Minoritarum ſtipulata manu promiſſa ſunt obſervari velle, Cleri inſuper vitam moréſque carpere, aliáque id genus plurima in medium proferre, quibus cauſam ſuam, tametſi minus juſtam conabantur defenſare: Cořiſſarii verò cauſam Cleri penſitantes, ne quod juſtum eſt, defenſarent, hortabantur.* In eo itaque conflictu quindenam ferè conſumentes dierum, totum infectum remanebat negotium. Cúmque Illuſtriſſimus Princeps Joannes Ratiſpon. Adminiſtrator inflexibilis permaneret, neque ad dextram quoque neque ad ſiniſtram tendere vellet, ſimpliciter Cleri ſui poſcebat libertatem. Conſules verò Ratiſponenſes toto mentis conamine Clerum disjungere volebant, Clericis Domino Adminiſtratori Ratiſponenſi ſubjectis priſtinam promittebant immunitatem, modo Eccleſiæ, ſive Monaſteria exempta, ut ſunt Monaſterium S. Emmerami, ſuperius & inferius, conſuetum promiſſúmque ſolverent tributum, aliáque deinceps ſufferrent onera civilitatis. Cui poſtulationi Dominus Adminiſtrator nequaquam adſentire voluit, quandoquidem cunctarum hujus urbis Ratiſponenſis Eccleſiarum & Monaſteriorum ante trecentos annos firma contracta fuerat confœderatio, cujus copiam ſupra cum de Epiſcopo Ratiſponenſi Heinrico de Roteneck ſcripſimus, ſub cujus tempore hæc confœderatio facta eſt, omnino inſeruimus, quæ incipit: *Nos Chunradus Dei gratia Præpoſitus* &c. poſt varios itaque tractatus, poſt pleraque interpoſita media tandem eo ventum eſt, ut Conſules Ratiſponenſes, quamdam quot annis à Clero acciperent pecuniæ ſummam, qui mille nummos auratos annuatim his exſolvere poſcebant; quod quam Domino Adminiſtratori diſplicuerit, prudens Lector facile comperiet, ſi quod ſequitur, animo volverit: Is nempe Illuſtriſſimus Princeps animo motus quod tam grandem pecuniæ ſuñam petierant, nec minutiſſimum illis aſſem admittere volebat, ſic firma ejus ſtetit ſententia, donec ſæpedictum Dominum Adminiſtratorem regii Commiſſarii magnis conatibus eo induxerunt, ut minorem ſaltem admitteret ſummam per venerabilem Clerum ſingulis annis tribuendam, tandem Dominus Adminiſtrator conſenſit, ita tamen ut ſumma à Clero Conſulibus annuatim perſolvenda ducentenarium florenorum non attingeret numerum. Ferunt igitur concluſum eſſe, ut univerſus venerabilis Clerus Ratiſponenſis omnium Eccleſiarum & Monaſteriorum conjunctim quotannis Conſulibus Ratiſponenſibus CLXXX. florenos deinceps perſolvant. Sicque ſæpè nominati Conſules ſæpè nominatæ urbis nos à juramento & ab obligatione civilium onerum abſolutos pronuntiavêre. Nos verò gaudentes tanquam de carceribus emancipati canebamus, ut cantat vacuus coram latrone viator, conſueta & ab antiquo de jure & conſuetudine fruentes libertate. Acta ſunt hæc anno Domini MDXXVIII. in menſe Auguſto, imperante glorioſiſſimo Carolo V. Indictione prima.

* ita Cod. diſtinctè.

Anno Domini MDXXIX. XXII. Septembris, quæ erat dies S. Matthæi Evangeliſtæ Turcarum Imperator Soleymannus Viennam ſuperioris Pannoniæ Metropolim, quæ apud veteres Favianus dicebatur, cum CCC. millibus pugnatorum obſedit & oppugnavit, cúmque hanc urbem vario eſſet adgreſſus conatu poſt ternarum Hebdomadarum dies, ipſo die S. Galli infecto negotio cum grandi confuſione abſceſſit plurimis utriusque ſexûs Chriſticolis obtruncatis, brevi reverſurum timor eſt. Deus Optimus Maximus vineam ſuam Populi Catholici defendet, ne hanc ferus & ſpurciſſimus ille Turcarum populus depaſcatur, quod velit Deus omnipotens Amen. Poſt ſupradictum Abbatem *Eraſmum* XLVIII. in ordine, año Dom. MDXVI. defunctum in locum ejus ſucceſſit XLIX. concorditer ab omni quodammodo congregatione electus *Ambroſius Mentzer* dictus. Præfuit huic Monaſterio annis XVIII. menſes IIII. diebus XVIII. Hic fuit vir doctus, gravis & conſtans, prudens, veritatis, juſti rectique amator, omnibus ſtuduit benefacere, maximè tamen fovit amavitque pauperes, & abunde eis contribuit, citra Monaſterii detrimentum aut damnum, ſed cum magno ejus emolumento, adeo ut vulgò de eo jactitatum fuerit dicterium: ut ſi indigentibus & pauperibus erogaret, unicum cruciatum, ſtatim tres aut quatuor lucrifaceret. Poſt fata theſauros haud exiguos reliquit. Sumo amore complexus eſt ſubditos ſuos, fideliter ſibi debita munia ſolventes eisque in neceſſitatibus ſubſidio & auxilio fuit, ita ut in hunc usque diem optimè apud omnes audiat, & mortuus vivat. Miniſtri ſui ſummoperè eum & reveriti ſunt & amavêre propter vitæ integritatem & morum dexteritatem. Optimus fuit Pater familias, qui non ſolum propriam domum, ſed etiam Eccleſiam Dei optimè novit gubernare. Item præclara ædificia extruenda curavit; utpote ſplendidum illud & regium ædificium adjunctum Curiæ Abbatiali (quod Caminum vocant *) funditus extruxit præclarum illud & ſumptoſum cœnaculum viſu delectabile, quo infirmi fratres hoſpitantur & cuſtodiuntur conſtruxit in Monaſterii penetralibus anno Domini MDXXXIIII.

Ambroſius *Abbas XLIX.*

* ita Cod. meus, cui timidè fido in ignotis.

Domum pinſendorum & conficiendorum panum, cum adjuncto ſibi equorum ſtabulo lapideis fornicibus ſive teſtudinibus contra voracis ignis vehementiam magnis impenſis fecit & communivir, ædes coquendæ cereviſiæ conſtitutas, igne conſumptas reſtauravit. Campanam quæ dicitur S. Wolfgangi fieri jubet anno Domini MDXXXI. hæc bis fuſa eſt, & altera tantum vice ſtetit. Habet hoc Diſtichon:

Ad laudem Domini Patronorúmque piorum
Abbas Ambroſius vas ut fieret, jubet iſtud.

Anno Domini MDXXX. & XXXI. maxima fames in tota invaluit Bavaria, Bojemia, Auſtria, Orientali Francia, Suevia, Rhenanáque provincia, imo in tota Germania usque eum in modum ut Ratiſponæ ſcaſa Siliginis decem florenis venderetur, Tritici verò XII. aut XIII. florenis. O qualis quantáque miſeria, manducabant tunc rurales porcorum ſiliquas ex furfure mixtas, nuces quoque Avelanas molebant, & panem inde conficiebant vim horribilem. Eodem anno XXXI. in menſe Auguſto cometes plerisque noctibus apparuit. Eodem anno XXXI. paulò ante omnium Sanctorum feſtum Conſules Ratiſponenſes D. Abbatem Ambroſium requiſiverunt pro amicabili conſenſu, ſuper quodam fontis ſive cannæ traductione in porta juxta cretam * Eccleſiæ S. Emmerami annexam, in domum ſive Xenodochium Fratrum Veteranorum (quod vocant) ad ipſos Conſules pleno jure pertinentium. Quam quidem traductionem ſumptibus & impendiis dictæ urbis Ratiſponenſis ad prænominatum volebant traducere locum, enimverò D. Abbas provida proſpiciens cautela, veritus ne Conſules ſi id ſuis, ſive civitatis præfatæ extruerent ſumptibus & impenſis hujus fonticuli fluorem deinceps ad ſe pertinere pertinaciter deffenſarent, rem ipſam & laborem ad nurum & voluntatem dictorum Conſulum, Monaſterii S. Emmerami impenſis perficere maluit, perfecitque anno quo ſupra. Cum hæc & alia innumerabilia bona egiſſet pius & optimus antiſtes, tandem naturæ, uti neceſsè erat, conceſſit anno Domini MDXXXV. die XXVIII. Januarii. Sepultus ante altare S. Crucis. Epitaphium illius tale eſt: „Viator deſine mirari duos „hic Monaſterii hujus Reverendos Dominos „Abbates Eraſmum & Ambroſium conditos. „Nam quos ſanguine & mutua charitate „junctos communis patria produxit, idémque in eorum bono & utili regimine ſucceſſivo religionis & Chriſtianarum virtutum ſtudium, pari laude celebres ad cœlos evexit hoc merito unicum pii Succeſſoris cura factum, tegit Monumentum.

* ita Cod.

Leonhardus Abbas L.

Leonhardus Viſcher alio nomine *Pfennigman* quinquageſimus Monaſterii S. Emmerami Abbas eligitur anno MDXXXV. præfuit annis V. menſes II. Hic dum in Conventu Fratrum eſſet, vir erat pius, devotus, nulli contrarius, neminem lædens, ſed omnibus ſe officioſum præſtabat; ac in primis Fratribus infirmis (quod artis Medicinæ non imperitus erat, ac propterea id officii ſibi demandatum) plurimum inſervivit & magnos ſuſtinuit labores, curando eos & miniſtrando eis. Sed poſtquam ad dignitatem Abbatialem provectus eſt, priſtinos mores exuens, novos induit. Conjunxit & appropriavit huic Monaſterio quinque prædiola ſive poſſeſſiones ruſticanas in Hofmarchia, Obernlauternpach ſitas. Magnificam & ſumptuoſam inſtar arcis domum in præpoſitura Vochenreut magnis, & vix credendis impenſis è fundo ſplendidè conſtruxit, utilem & bonam operam navavit, viam illam aquis & colluvie prius ſemper ſtagnantem & vix per viam, à Domo ruſticana ad cellas usque vinarias, lapidibus ſternendam procurando; aquarum pluvialium & ſtagnantium tranſitum per murum civitatis, à Senatu Ratiſponenſi obtinuit, anno Domini MDXL. vitam morte commutavit. Sepultus ante aram S. Catharinæ Virginis.

Eraſmus II. Abbas LI.

Eraſmus hujus nominis II. quinquageſimus primus Monaſterii S. Emmerami Abbas eligitur anno Domini MDXL. Feriâ II. Paſchæ. Hic dictus Nittenauer oriundus ex caſtello Werd, ſub ditione Epiſcopi Ratiſponenſis honeſtiſſimis parentibus prognatus ſolerti ingenio prædirus, à primis pueritiæ annis liberaliter educatus: cæterum poſtulantibus jam annis, ut aliquo exercitio aut ſtudio imbuendus videretur, Ratiſponam à parentibus ablegatus, honeſtis diſciplinis (uſus Patrono Presbytero conſanguinitate ſibi juncto) obnixè operam dedit. Cúmque hauſiſſet Grammatices & artium fundamenta, pietatis & religionis fervore ductus Monaſterium S. Emerami ſponte ingreſſus eſt, atque in eo multos annos in honeſtis ſtudiis & piis exercitiis ita accrevit & perſeveravit. (p)

(p) hactenus Apographum meum à coæva manu ſed parùm exacta.

(p)

JACO-

JACOBI PARFUESII

ORDINIS S. BENEDICTI

ENSDORFFENSIS MONACHI

CHRONICON ENSDORFFENSE

Ab Anno Chriſti MCXXI. ad annum MCCCCLXXX.

*
* *

Ex Apographo

HARTMANNI SCHEDELII

deſcripſit atque edidit

ANDREAS FELIX OEFELIUS.

Accedunt

VALENTINI SCHWAIGHAUSERI

JC. BAVARI

Excerpta Diplomatica Enſdorffenſia.

Monitum prævium Editoris.

MOnaſterii *Enſdorffenſis* Ord. S. Benedicti Res, & in his WITTELSPACENSIUM FUNDATORUM (ad quos domûs regnatricis Origines revocantur) memoriam, copioſo Commentario, Diplomatum quoque auctoritate munito viginti quinque abhinc annis complexus eſt loci Abbas ANSELMUS MEILLERUS (q) vir diligens & rerum ad inſtitutum illud (q)
ſuum pertinentium, ſolers & ſedulus collector, ſed qui Hiſtoriam tum primum cum ſcienda erat, ut plerique noſtri, diſcere aggreſſus, nec ſtyli, nec methodi, nec judicii ſubſidiis ſatis præcinctus indigeſtam eruditionem declamatorio tumore in medium protruderet. Quod ipſum tamen tantum abeſt, ut viro optimo imputemus, ut potius condoleamus ſummopere, præclara ingenia, jam inde à teneris, difficilibus, obſcuris & magnam partem dediſcendis litteris ita deteri, ut ad amœniora poſtea indolis bonitate velut in aliud ſolum translata jam nec cotis nec ferri officio rectè defungantur. Sed ille tamen ex eo ſemper Poſterorum memoria & benevolentia digniſſimus quod rebus patriæ exornandis ſymbolam ſuam, tot aliis militiam detrectantibus & ſtipendia interim accipientibus, non refugerit, in ea potiſſimum dignitate conſtitutus in qua etiam accenſa antea ſtudia torpeſcunt.

Uſus autem eſt MEILLERUS Abbas in iis, quæ Monaſterium Enſdorffenſe reſpiciunt, domeſticis ſubſidiis Monachi cujusdam Enſdorffenſis JACOBI PARFUESII, qui membranas & chartas Monaſterii ſui quotquot ſupererant ſollicitè colligens Librum inde Donationum ſive Traditionum confecit, cujus ipſemet in *Chronico brevi Enſdorffenſi* rationem reddit (r). Illud nos Chroni- (r)

Dddd 2 con

(q) *In Mundi Miraculo ſeu S. Ottone Epiſcopo Bambergenſi Pomerania Apoſtolo & exempti Monaſterii Enſdorffenſis præcipuo Dotatore cum ejusdem Monaſterii fundatorum Ottonis C. Palat. de Wittelſpach & Helica conjugum, eorumque filiorum Hiſtoria, antiquorum Abbatum ſerie & Actis, Bullis Diplomatibus Privilegiis &c. &c. Amberga typis Joannis Georgii Koch 1730. in 4.*

(r) circa finem, quæ digna relegi.

con in ſupellectile MS. *Hartmanni Schedelii* repertum (unde & Apographum,
(s) quo *Meillerus* uſus fuerat, ſuperiori ſeculo deſumptum fuerat (s)) in lucem aliquando producendum exiſtimavimus, ut res Bojorum Hiſtoricæ hoc quoque monumento ſervato (cum indies ejusmodi anecdotorum ex paucitate jactura fiat irreparabilior) noſtra curâ augerentur.

Exhibet illud Codex MS. inter Latinos Num. CCCLI. ſignatus, totus à manu HARTMANNI SCHEDELII, cujus viri ſtupendam in tranſcribendis libris diligentiam & miratus ſum ſæpè & juxta mecum mirabuntur, qui eam, quam de viri illius meritis litterariis paramus, Diſſertationem perlegerint.

Cæterum nactus hoc Chronicon haud dubiè ab ipſis *Ensdorffenſibus* SCHEDELIUS, cum Ambergæ praxi clinicæ aliquamdium navaret operam, & inde in varia ſubinde Monaſteria excurreret. Synchronus certè ipſi auctori fuit, qui Chronicon illud ad annum usque MCCCCLXXX. perduxit. Quis autem fuerit JACOBUS ille PARFUESIUS, nec *Schedelius* nec *Meillerus* meminerunt; poſterior Libro XIII. C. I. p. m. 429. Monachum duntaxat Ensdorffii vixiſſe memoravit. Ex VALENTINI SCHWAIGHAUSERI *Repertorio*, ut vocat, *Diplomatico Monaſteriorum Palatinatûs ſuperioris*, inter Excerpta Ensdorffenſia Num. CCCLXVII. ad annum Chriſti MCCCCLXXXVI. annotatur; JACOBUM PARFUESSIUM Abbati ſuo *Joanni* adminiſtrationem Eccleſiæ *Lindtenhartenſis* (cujus in Excerptis illis & apud Reverendiſſimum MEILLERUM crebra mentio) *ad manus reſignâſſe coram notario & teſtibus*; non diu autem Eccleſiæ illius curam geſſiſſe, aliæ litteræ ibidem arguunt, quibus conſtat eandem Parochiam *Joanni* cuidam *Strebelio* anno MCCCCLXXXIII. ab Abbate fuiſſe commiſſam. Quidquid demum ſit de Auctore, quem totum emori non ſumus paſſi, certum eſt atque indubium, virum fuiſſe, priſci moris candoríſque, qui res majorum cum ſibi in compendium mittendas ſumpſiſſet, non quemadmodum Comicus ille

Id ſibi negoti credidit ſolum datum
——— *Populo ut placerent quas feciſſet fabulas.*

ſed, ut erat amantiſſimus veri, nil habuit antiquius quam vitia majorum non diſſimulando, id denique mereri ut laudanti libentius crederes.

Mantiſſæ loco Excerpta Ensdorffenſia *Schwaighoferiana*, quemadmodum ſuperius in Monumentis *Reichenpacenſibus* à nobis factum eſt, adjecimus, quod ex collectaneis illis non exigua ſæpè lux Geographiæ & Hiſtoriæ, nec non & Genealogiæ exoriatur.

Cæterum ex occaſione hîc monere Lectorem viſum eſt, *Chronicon Ensdorffenſe* vernaculum *Ulrici*, cujus à ſe in *Bibliotheca Bavarica* viſi, mentionem obiter facit Cl. V. BERNARDUS PEZIUS (t) non aliud à noſtro eſſe, &
(t) perperam Ulrico neſcio cui, à feſtinante adſcriptum, cum JACOBI PARFUESII nomen circa finem diſtinctè exprimatur; nec alium etiam codicem quam ipſiſſimum, è quo nos edidimus, vidiſſe Pezium, id quod ex ſyllabo contentorum nobis certum eſt. Sed cum fugientibus oculis percurrerent Primariam Bojorum Bibliothecam Illuſtres Fratres, & Muſarum ſortem miſerti ex ſecularibus araneorum telis pulvere ſordibus (ut erant tum tempora & homines) properanter ſe proriperent, fieri non potuit, quin non aliqua perperam in ſubitaneos commentarios eorum irreperent, & velut illatebrarent.

(s) Lib. XIII. C. I. p. m. 429.
(t) Iſag. Tomo I. præmiſſâ §. XL. pag. XXIII.

JACOBI

JACOBI PARFUESS

Monachi Enſdorffenſis Ordinis S. Benedicti

CHRONICON ENSDORFFENSE.

Enſdorff Monaſterium, qualiter & per quem fundatum ſit?

MAn liſt in einer Kroniken dy gemacht iſt von den Hern von Bayeren das Arnolffus der Romiſch Kayſer ſey geweſen ein mechtiger Hertzog zu Bayeren und ein Erblichen ſun Karolomanui. Und do man zalt von Chriſti geburt achthundert und acht und nchzig jahr wart er von meniglichen zu einem Romiſchen Kayſer erwelt. Nunn was er der allermechtigſt Kayſer, und pawt in Europa ein purck in Bayrrland Scheyren, und macht da ein gefurſte Graffſchafft. Der Kayſer Arnolfus nam zu der Ee Frauen Agneten des Konigs Tochter von Kriechenlant, und het bey ir zwen ſunn, das Arnoldum und Bernherum.

Nu wart Arnoldo Kaiſer Arnolfi erſter ſun von rechter erſchafft ertaylt das Herczogthum auf dem Norckaw, der nam zu der Ee Frawen Agneten des Konigs tochter von Ungern, dy was dennoch unglaubig, und wart bekert zu dem Heyligen Chriſtenlichen Glauben und ward getaufft in der purck zu Scheyrn, davon gebert der benant Herczog Arnolt ein tochter war genant Adelhaydis, dy ſelbig tochter in lang zukunftigen zeiten wart verheyrat Herczog Otten in Saxen gepert von ir Heinricum genant der diemuettig, des beſaß auß gunſtikait ſeines unhern̄ Arnoldi das Herczogthum in Bayrn, und ward darnach Romiſcher Konig, und het auch ein tochter genant Baben nach der ward genant der Berck Babenberck.

So wart Wernhero Kayſer Arnolfi ander Sun unt Herczog Arnolt leplicher bruder. Nun wart Bernhero von rechter erbſchafft erthailt die Graffſchafft zu Scheyrn und dy Pfaltz am Rein. Derſelbig Wernherus nam zu der Ee Frawen Beatricem, auch des egenanten Konigs tochter von Ungern, und wart auch getauft mit ſampt ir Schweſter Agneten zu Scheyrn in der purck und unterweist in Chriſtenlichen Gelauben, do vongebert er zwen ſun und ein tochter, der nam was Otto und Eckardus und Heilbigis.

Die doſigen zwen pruder nach dem tod irs vatters, taylten das land mit eynander: Eckardo gevill die gefurſtente Graffſchafft zu Scheyrn; Ottoni die Pfaltz am Reyn und die purck zu Wittelſpach, und ward darnach genant Ott Pfaltzgraff von Wittelſpach: bey im belaib dy ſchweſter Heylbigis.

Man liſt in einer Cronicken zu Kaſtel, das zu Kayſer Otten zeiten des andern von dem See Methodie genant von waſſert wegen, das dot lant-verflogt het ein Herzog genant Erneſtus komen ſey: den hat der genant Kayſer Otto verlihen ein teil des walds auf dem Norckaw, do nun gelegen iſt das egenant Cloſter Caſtell: do ſelbſt het er ausgerewt den wald und gepeulich gemacht von dem ſelben Erneſto ſindt vil nambafft Grafen auf dem Norckaw komen ſonderlich die Graffen zu Sultzpach und Caſtell.

Von denſelben kom und entſprang ein gotfurchtiger Graff genant der alleredeliſte Graf Friderich von Caſtell, derſelbig het ein tochter dy was genant Heylica nam Ott Pfalzgraff von Wittelſpach zu der Ee, und gab ſein ſchweſter Frauen Heylbign Graff Gebhart vom Leuttenberg.

Nun was Ott Pfaltzgraff von Wittelſpach vaſt verdinlich an Kayſer Heinrichs hof des vierden zu Babenberg, und um ſein getrewe dinſtperlikeit begabet er in mit einem hoeff und herlikait Weynpach genant, das da lag in der Graffſchafft hern Ottonis Graven von Horchurgk: und gab im dy genanten Herlikait und allen ſeinen Erben mit aller irer und iglicher anhangenter zugehorunge dorffern guttern peyd man und weib, wiſen, wun und walde mit ſamt iren wilpann, waſſer, waſſerleuffe, viſchwaſſer mölſtein und muelen kundig und unkundig, weg, ſtock und ſtein Und alles das, das er darzu erſuchen und gefinden mag, beſucht und unbeſucht, mit aller der nutzperkait, dy im und allen ſeinen Erben, do von komen und entſprieſſen mochten. Gab er alles Graff Otten Pfaltzgraff von Wittelſpach, als das volkomenlich innen hält der Keyſerlich brieff daruber ausgangen. Iſt geſchehen als man zalt von Chriſti geburt tauſent und hundert jar, und in dem zwelfften Kayſer Heinrich des vierden regierung vor vil erbergen zeugen ſagt der brieff.

Zu den egenanten zeiten iſt geweſen ein Herczog in Bayrn geſeſſen zu Ambertall genant Otto, und iſt begraben zu Caſtell in dem Cloſter. Derſelbig Otto hat ſein tochter genant Sophia geben zu der Ee den Graven von Andechs. Dovon hat er gepert Graff Pertold den ſant Otten Piſchoff von Babenpergk vater iſt geweſen, und Graff Friderich der darnach zu Ambertall ſaß und hat dem Cloſter Caſtell vil guts gethon.

Nun was Sant Otto Piſchoff zu Babenbergk vaſt wol eins mit Ott Pfalzgraven von

Wittelſpach und rat slug oft mit im: Er ſolt ein Cloſter pawen an dy Statt, dy im der Romiſch Kayſer Heinrich der IIII. für ſein trew dinſtperlikait gegeben hett, daran und ſamt der hoeff Weylupach; darzu wolt er im ſein hantreichente hilff thun, darzu der Ott Pfalzgraff von Wittelſpach nit vaſt ungenaigt was, und ſagt darczu, er woltz gern vergunnen, wer do ein Cloſter wolt pawen, und wolt auch gern darzu geben alle ſein Herlikait, dy im der Kayſer doſelbs gegeben hett, im und allen ſeinen Erben. Die red kom zu den oren ſeines lieben Swehers Graff Friderich von Caſtell, und fieng an ein Cloſter zu bauen an der Statt do der Hoff ſant Weylnpach genant: und verwandelt im den namen, und hieß das Enßdorff: und in demſelbigen anfangs des Cloſters ſtarb er und wardt begraben an dy ſtadt dy durch den pawmeiſter was abgezeichent worden zu dem Capitul der Convent Bruder, da do ligt zu der lincken hant, ſo man aus der kirchen get von unſer lieben Frawen Capellen.

Do nun ſach Ott Pfalzgraff, das ſein Sweher mit tod was abgangen: und das er das Cloſter ſo herlich het angefangen, gewan er lieb dazu, und unterſtund ſich des gepews und richtet das auff nach allem ſeinem vermugen, und do iczund der Kor des lieben Heiligen Zwölfpotn Sant Jacob ſtet, was nichtz dan ein altar und ein kleins hulzes heuslein darob von des ſchattens wegen der Mittäglichen hiz und fir die ſicherheit der Regen und ungeſtumigkait des ſtaubs und der wind.

Tempus inceptionis Monaſterii Ensdorf.

MCXXI. *Als man zalt von Criſti unſers Hern gebnrt Tauſent Hundert und ayns- und zwainzig jar an der zehendt Kalend des Monats Junii, wart angefangen zepauen das wirdig Kloſter und Stiefft zu Enßdorff, unter der gepietung und regirung Kayſer Heinrich des vierden. Domit aber das der wirdig Stifft Enßdorff wolrichent und allermeinglichen kundig wurd, ſo wolt der benant Ott Pfaltzgraff von Wittelſpach und ſein aller andächtigiſte Hausfraw aufnemen ein hochgelerten, tugenthafftigen frumen heiligen Man von Sant Blaſii Cloſter, das do ligt in Coſtnitzer Biſtumb Sandt Benedicten Orden, und zu einem Apt machen Waltkumin mit namen mit andern frumen und geiſtlichen Herren mer auch aus den ſelbigen gereformierten Cloſtern und dy obſervantz, dy er vormals in ſeinem Cloſter gelert hät, hielt er auch hie zu Ensdorff, und macht ein puchlein, das gab er den Novicien zu lernen, und iſt noch in der Liberey genant* Liber Conſuetudinum.

Dedicatio Ensdorff.

MCXXIII. *Als man zalt nach Criſti gepurt .1123. jar in der erſten indition, das iſt Kayſerlicher Pietung, regiernt Kayſer Heinrich der fünfft mit gunſt und willen, auch hilff des Piſchoffs zu Regenſpurg der genant was Chuno, was das würdig Cloſter Enßdorff von Sant Otten Piſchoff zu Babenpergk geweicht an der achten Kalend des Monats Auguſti in den namen der Heiligen untailhafftigen Drivaltikait: und in den Eren der Hochgelobten Junckfrawen Marie, und des lieben hern Sant Johans Tauffer und Sandt Jacob der ein pruder iſt Sant Johans Evangeliſten, und wart nach ſeinem namen angezeichet und genant Sant Jacobs Cloſter zu Enßdorff.*

Damit aber das männiglich kund wurdt mit was muntrikait Walckimus, der aller vernunftigſt Prelat ſeiner newen gepflantzten Kirchen gut und hab, zins und rent firſichtiglichen auch in zukunftigen zeiten mocht in rechten frid und ſtilligkait ſetzen, pracht er Freybrieve von Keiſer Heinrich dem funften, auch von etlichen Biſchoven, der glaublich copey vindt man in pergamenen Salpuch, das ich auch geſchriben hab.

Kayſer Heinrich der V. hat gefreyet das Cloſter und Convent und gewalt gegeben als oft ein Abt ſterbt, das ſie vollen gewalt haben ſollen ein andern aus ihrem Cloſter Enßdorff zu welen, ſo anderſt ein tauglicher unter in erfunden wirt. Doch in der geſtalt das er inveſtieret werdt durch dem ring und ſtab von dem Biſchoff Bamberg, und zu ainem zaichen rechter behiſen gehorſamckait alle jar zu rechten ewigen zins geb ein corporal, und ſol ewiglichen mit ſambt der vogtey in der beſchutzung und ſchirmung beleiben der Pfalzgraven: doch das ir keiner dem benandtn Gotzhaus ewiglichen kain beſchwerung ſol thun, und ſy ſullen auch nichts do von nemen: dan einſchaf waitz: ſo ſy im jar von der bruder gepet begentat komen, als dan das der Kayſerlich brieve volkumenlich innen helt. Privilegia Monaſterii Enſsdorff.

Was aber zuverſicht und ſorgveltigkait hab gehabt der lieb Heilig Piſchof Sant Otto Bambergn. umb ſein geſtiffts Cloſter, mag man erkenen in dem nachvolgentem brieff, der im geſandt iſt worden und gegeben von Caliſto dem Pabſt, und ſtet geſchriben in ſeinem Leben oder Legend, ſuſt hab wir ſein kain ander copey nicht. Privilegium Ottonis Epiſcopi à Calixto Papa.

Calixtus Biſchof ein knecht der Diener Gottes den Erwürdigen Bruder Otten Bambergiſchen Piſchoff, hail und päpſtliche Benedeyung. Wir ſullen nicht allein den guten ubungen unſer bruder gunſtig ſein, ſunder wir ſullen fleiſſig auch ir gemute bewegn, hierumb du allerliebſter und wirdiger bruder Otto Biſchoff zu Bamberg ſey wir geneigt deinen peten durch dy du dy Cloſter Sant Johans des Tauffers zu Reginsdorff: Sant Johans Evangeliſten zu Michelfeld: Sant Jacob zu Enßdorff, Sant Lorentzen zu Urach; Sant Georgen zu Bruffingen, dy du ſelbſt durch dein aigne koſtung gepawt haſt, und verlichen der Bambergiſchen Kirchen, und uns erſucht zu beveſtn mit kraft des Päpſtlichen Stuls, und wir nemen ſolche Kloſter in Sant Peter und ſeiner Romiſchen Kirchen ſchutze: dy zu beſchirmen wider dy ſchalkait der poßhaftigen menſchen; wir

wollen

wollen auch das dy beſitzung und alle guter dy dein pruderſchafft den ſelbigen Cloſtern umb willen der gottlichen lieb verlihen hat, und alle dy durch rechte gab der glaubingen verlihen ſind wordeu oder hinfir rechtlich oder ſchicklich gewunnen oder gegeben möchten werenn, dy ſullen ſtett und unverſert ſo ſy Got mere beleiben. Die Ordnung der Ebtey oder Munch ſullen ſy entphahen von den Chriſtlichen Piſchoffen iver piſtumb, wir wollen auch zu beleibn dy ſorg und pfleg der gutter der ſelbigen Cloſter in deinen gewalt und deiner nachkomen, und darumb keinen menſchen gewalt ſey diſe Cloſter freuenlich umbtreybungen zu mudigen, ſunder alle gutter ſullen behalten werden, den ganz zu der Enthaltung und ſchickung ſy verlihen ſind mit allem geprauche. Darumb ſo geiſtlich oder werntlich perſon diſe unſere beſtetigung wiſſen wider ſich verſuchent ichtz freventlich ze tun und vermant iſt zu den andern oder drytten mal: und ſo dieſelb perſon ſolchs nit abtett durch bequeme benugthuung: du ſol mangelen ires gewalts und Ere, ſy ſol auch ſchuldig ſein dem gottlichen gericht von der verprochen misbandelung wegen und von dem allerheiligiſtē Leichnam und pluet Gottes uud unſers Erloſers Jeſu Chriſti, gantz entpfremt ſein und in der lezten verborung ſol ſy unterligen der ſchwerē rachſall. Aber mit allen dy dieſen benambten Cloſtern ire recht halten und hant haben, ſey der frid unſers Herrn Jeſu Chriſti. Alſo dy der frucht guter wurckung tailhafftig werden, und pey dem ernſtlichen Richter die belonung des ewigen Frids vinden. Geſchribn durch dy handt Gervaſii Scrivarii und offenbaren ſchreibers des Heiligen Palaſt. Anno Domini MCXXIII. *in dem andern jar des Regiments unſers heiligiſten vatters Calixti des andern &c.*

Wie aber der benant Biſchoff Sant Otto und Ott Pfaltzgrave von Wittelſpach das egenant Cloſter Enßdorff gereicht haben, und was ſy von gütter zinſen und renten darzu geben haben, vindt man als clärlich geſchriben in den Stifftbrief, und wird hernach auch geſchriben.

Primus Abbas. *Zu den zeiten* Walkunus *der erſt Abt, domit er den allmächtigen Got deſter geruſamer gedinen möcht: gab er auf die Ebtey, und ward nach im erbetten* Dyetwinus *von Munchpergk, der auch einer was von der obſervantz auß Sant Blaſy Cloſter, derſelbig* Dyetwinus *zoch gen Rom, und pracht ein groſſen freybrief aus von* Celeſtino *den Papſt, der noch volkumenlich verhanden iſt, des glaubig copey findet man auch in den pergamenen Salpuch. Iſt geſchehen als man zalt von Chriſti geburt MCXLIII. jar.*

Obitus Fundatoris Ottonis Palatini. *Als man zalt von Chriſti geburt MCLV. jar in dem erſten jar des vierdten Abts des Cloſter Enßdorff* Helmericus *genant, Ott Pfaltzgraf Stiffter des Gotzhaus ſtarb des naturlichen töts, und ward gelegt fur unſer lieben FrauenKirchen in dem Capitel: do vormals der Stiffterin vatter Graff Friderich und ſein hausfraw und Fraw Heilwig von Lewtenbergk und Gebhard ir man Graff von Leutenperg mit ſamt iren beyden ſunen Friderich und Gebhart ir rueſtat haben, wart er auch begraben. An dem tag der begängnus wart von der Stiffterin und iren ſunen den doſigen Cloſter geoppfert ſibenzig pfund pfenning und das Dorff zu Wmbaſig, als dan das ſagt der brieff von der Stiffterin und irn ſun darüber ausgangen.*

Der Ott Pfalzgraff von Wittelſpach hat unter ſeinen guten wercken than, geſtifft und gebaut diz Cloſter Enzdorf, und das Cloſter Underſtorf geiſtlicher Chorhern, auch ein Frauen Cloſter genant zu Arlesberg: und hat vier ſun nach im gelaſſen, das iſt Ottonem *dem Eltern, und* Conradum *und* Fridericum *und* Ottonem *de jungern.* Ottoni *dem eltern dem ward das Herzogtum verbliben zu Bayrn,* Conrado *das Ertzbiſtumb zu Saltzburg:* Friderico *dy Pfaltz am Rein und* Ottoni *dem jungern dy purch Wittelſpach.*

Als man zalt von Criſti unſers Hern gepurt tauſent hundert und ſibentzig jar in der driten indicion Kal. Septembris *ſtarb Frau* Heilica *Pfaltzgräffin von Wittelſpach Stiffterin des Gottzhaus Enßdorff. Dieſelb Frau* Heilica *hat hie in diſen leblichen leben verdint, das ir nam nach irem todt geſucht wird von einem Geſchlecht in das ander. Sy hat alwegen und unzt an ir lezt end geben groſſe zirlikeit zu dem dinſt Gotz: auch hat ſy gezirt das augeſicht des tempel Gotz mit funf koſtperlichen tepichen, hat auch gemacht ein koſtperlich mes gewant mit golt und perlein und edeln geſtain gantz ausgeſtebt; und ſuſt auch ander vil caſel mer, und koſtperlich kor kappen, dy noch heut vorhanden ſindt. Auch hat ſy laſſen ſchreiben ein pleuary mit golt und edelen geſtain beſlahen, und darzu laſſen machen ain gulden kelch mit edelgeſtain gantz beſezt unten am fueß und oben am kör: hat auch zwen leuchter und ein rauchvaß von geſchmeltzten diugen laſſen machen und zwu ampullen von zwaien edelngeſtain das iſt von* anichino *und* berillo *zu der dinſtperkait des altars.*

Succeſſio Abbatum in Monaſterio Enßdorff.

Der erſt Abt des Cloſter Enzdorff Walckimus *mit nomen iſt kumen aus Sant Blaſy Cloſter, das do ligt oberhalb Coſtnitz, und iſt eiu Heiliger und ein wolgelerter man geweſen* Anno Domini M. C. XXIII. *und hat* XIII. *jar loblich geregirt. Under dem ward das Gotzhaus geweicht von dem lieben heiligen Piſchoff Sant Otten von Bamberg in dem namen der heiligen untaylhafftigen Drivaltikait, und in den Eren der ubertrefflichen Junckfrawe Marie.* Anno &c. XXXVI. reſignavit Abbatiam &c. Walckimus *I. Abbas.*

Anno Domini MCXXXVI. *iſt geſtorben* Walikimus *der erſt Abt hy zu Enßdorf, und iſt gelegt worden fur den eingang der capellen zu allen Heyligen: do hinach die Stiffterin auch begraben ward, und wart nach im erpetten* Dyetwinus *ein frumer heiliger Man von der Congregation auß dem Kloſter zu Munchperg, und in dem ſexten jar* Dyetwinus *II. Abbas.*

jar ſeiner regirung zoch er gen Rom, und pracht Freybrieff aus von Cæleſtino dem Babſt, und ſtarb darnach, als man zalt MC. und 44. jar. Zu des zeiten is Otto der lieb heilig Piſchoff zu Bamberg geſtorben.

Harindus III. Abbas.

Anno Domini M. C. XLIV. Harindus von Biburch noch einer von der Congregation des Cloſters zu Abt erwelt. Zu des zeiten zoch man an das Heilig Grab: und er regirt wol untzt piß in das jar als man zalt MCLV. jar, do ſtarb er, und ward loblich begraben.

Helmericus IV. Abbas.

Anno Domini M. C. LV. wart Helmericus von der Congregation des Cloſters erwelt zu dem vierden Abt. In dem erſten jar ſeiner regierung ſtarb Otto Pfalzgraff Stiffter des Cloſters, und regirt XVI. geiſtlich und loblichen, und ſtarb Anno MCLXX.

Woto V. Abbas.

Anno Dom. MCLXX. ward Wuto einer von der Congregation des hieigen Cloſters zu dem funfften Abt erwelt: und in dem dritten jar ſeiner regierung ſtarb Heilica die Stiffterin, und in dem XXVI. jar ſtarb Fridericus Pfaltzgraff der Stiffterin ſun, und wart begraben in dem creuz-gang.

Albero VI. Abbas.

Anno Domini MCCII. ſtarb Woto der Abt, und het XXXIII. jar regirt, und wart nach im erwelt einer von der Congregation Albero genant, und ſtarb auch daſſelbig jar, und wart auch einer aus unſer Congregation erwelt was genant Rudigerus.

Rodigerus Abbas VII.

SIGISMUNDUM quidem jam olim à ſimili criminatione, ac ſi is nobilem è Gynecæo Auſtriaco puellam compreſſiſſet detecto calumniatore abſolvit EBERHARDUS WINDECKIUS à Cl. MENCKENIO editus; ſed impudentius multo mentitur, qui verecundiſſimum Cæſarem cum fratris uxore, muliere quinquagenaria in *gravem* ſcilicet *ſuſpicionem* vocat. SOPHIAM invitam in Aula Hungarica hæſiſſe, quod in ejus ære gravi hæreret SIGISMUNDUS, ſemper ille quidem pro illo faſtigio in re tenui & anguſta verſatus, ex ipſis, quas videre & excerpere mihi contigit, SOPHIÆ ad fratres ERNESTUM & WILHELMUM Bojorum Duces, litteris conſtat. Habebat Auguſta poſſeſſiones prædiáque in Bohemia partim ex Donatione WENCESLAI conjugis, partim proprio ære eoque non modico compta, (quorum omnium in ſupremis quas vidimus tabulis mentionem facit) quid niſi totidem catenas, quæ Aulæ illi alligarent tanquam ſcopulo vel nolentem? ut taceam de ſupellectile regia & mundo muliebri, quem ad Bavaros transferri ægre ferens Sigismundus, eam ad ſuos dimittere, novas ſemper moras texendo, ſtudioſè tergiverſabatur, donec ſemper abiturientem noviſſimè morbus & mors opprimerent. Quæ ipſa fortè aliquando explicatius ex tabularum atque litterarum fide (ſi otium & vita ſuppetierint) daturi ſumus. In præſens ſufficiat nullâ ratione nixam ſuſpicionem & callidè aſſertam, ex Hiſtoria SOPHIÆ delibatis argumentis retudiſſe.

NICOLAI BURGMANNI

ECCLESIÆ SPIRENSIS DECANI

HISTORIÆ IMPERATORUM ET REGUM

ROMANORUM SPIRÆ SEPULTORUM

A CAROLO M. AD CAROLUM IIII.

KArolus Magnus de Franconia Theutuniæ oriundus patre Pippino Breve Rege Francorum, Matre verò Bertha, Rex Francorum Chriſtianiſſimus veniens invitatus Romam, pro calumpnia Leoni Papæ ingeſta diſcutienda, & Natale ibidem celebrans in ipſa die ſanctiſſima ad Miſſarum ſolemnia dum ante altare B. Petri Apoſtoli ab oratione ſurgeret, Leo Papa coronam ſibi impoſuit, & Imperatorem Romanorum ipſum pronunriavit, & à cuncto Populo Romano acclamarum eſt: Karolo Auguſto à Deo coronaro Magno & Pacifico Romanorum Imperatori vita & victoria. Poſt quas laudes unctus ab Apoſtolico antiquorum more anno Domini DCCCI. & imperavit Karolus Primus Teuthonicorum annis XIIII. menſe uno diebus quatuor. Sic igitur in perſona Karoli Magni Dominium pervenit ad Theutonicos, ut habetur in gloſſa Burcardi de Elec. ſuper C. venerabilem.

Hic Karolus Fidem Catholicam dilatavit & multas Eccleſias fundavit, tandem Aquisgrani DCCCXV. obiit, cum magna laude eſt ſepultus. Cui ſucceſſit Ludovicus Pius filius ſuus primogenitus & imperium adeptus anno Domini DCCCXV. Fuit autem iſte Ludovicus vir naturaliter clementiſſimus, in præceptis Domini exequendis ferventiſſimus & Legis Sanctæ ſtrenuiſſimus propagator; Clericis formam vivendi regulariter ordinavit. Ex Yrmengarde uxore ſua prima tres filios genuit, ſcilicet Lotharium Pippinum & Ludovicum, & ex Judith uxore ſua ſecundâ genuit Karolum, qui ſucceſſit ſibi in regno Francorum. Irem Lotharium fecit Cæſarem, Pippinum Regem Aquitaniæ, Ludwicum Bavaris & Germanis conceſſit in Regem.

Hic Ludwicus Pius multas Eccleſias cathedrales, ſcilicet Hildeſinenſem, & Monaſteria in Alemania fundavit & dotavit, Concilium

cilium magnum Aquisgrani convocavit, & Statum Eccleſiaſticum utiliter reformavit.

Hic Ludovicus Pius habuit duos fratres, unus Theutuniam, alius Hiſpaniam regebat ſibi adverſantes, ambos ſuperavit & eis regna recepit. Et ſic Ludovicus coronam imperialem filio ſuo Lothario primogenito Italiam regendam reliquit, diémque clauſit extremum & in Eccleſia Metenſi ſepultus anno Domini DCCCXLI.

Item dictus Lotharius regnavit annis XL. & ipſe cum duobus fratribus ſuis ſcilicet Pippino & Ludwico diviſerunt regna inter ſe, Carolo Calvo ex Judith nato in Gallia remanenre & regnanre. Hic Lotharius habuit duos filios Ludwicum & Lotharium & quadrageſimo imperii ſui anno partito regno inter dictos filios ſuos renuntiavit ſeculo, & ſuſcepto habitu monachali Monaſterium ſancti Salvatoris Prumienſe ingreſſus eſt Treverenſis Dioceſis, non poſt multos dies ibidem cum magna devotione in Domino quievit.

Ludwicus II. poſt patrem ſuum Lotharium adeptus eſt imperium anno Domini DCCCLXI. à Sergio Papa in Regem coronatus eſt & imperavit cum fratre Lothario XIX. annis & frater ejus Lotharius Lotharingiam tenuit, & Ludwicus in Italia mortuus eſt. Poſt Ludwicum ſecundum filium Lotharii Carolus II. Imperator, patruus ſuus, ſcilicet filius Ludovici Pii & Judith Rex Galliæ in Imperatorem ſublimarur, cognominatus Calvus año DCCCLXXVII. Hic Carolus Calvus tam in Francia quam Italia Monaſteria diverſarum Religionum & magnarum poſſeſſionum conſtruxit, & per unum Judæum venenatus, dum pergeret ad Italiam, in alpibus diem clauſit extremum, & imperavit per annum unum & menſes novem. Cui ſucceſſit Carolus junior, qui & Groſſus dicitur, filius Ludwici Regis Germanorum filii Ludovici Pii, filii Caroli Magni anno Domini DCCCLXXIX. & imperavir XI. annis imperio & regno Franciæ & anno XII. imperii ſui Karolus junior corpore & animo deficiens ab Optimatibus regni Galliæ repudiatur & regno privatur, & Arnolfus filius Karolomanni Regis Fratruelis ejus in Regem ſubſtituitur in Regno Franciæ & Karolo mortuo anno Domini DCCCLXXXX.

Karolomannus minot cum fratribus ſuis Karolomanno & Ludwico regnavit, Ludwicus tenuit Oſtrofranciam, Karolus Almanniam, Karolomannus Bavariam, cujus filius Arnulphus poſtea obrinuit Monarchiam anno Domini DCCCXC. & VII. annis regnavit, non tamen niſi quinque annis imperavit.

Hic Arnolfus male rexit, Eccleſias offendit ad paupertatem deductus & anre finem vitæ pediculis devoratus. Hojus tempore Huni ſeu Ungari habebant magnum bellum cum Bavaris, Saxoniam & Franconiam devaſtantes.

Arnolpho turpiter mortuo ſucceſſit ſibi fillus ſuus Ludwicus in imperio tertius hoc nomine; Hic Ludwicus pugnavit cum Ungaris & victus eſt ab eis, & hic Ludwicus imperavit annis VI. Tempore verò ipſius Italici cœperunt imperare. Exempto enim imperio à Francis quia non propugnabant Romanam Eccleſiam contra Lombardos rebellantes, propter quam cauſam tempore iſtius Ludovici dividi incepit imperium, quidam enim in Italia tantum & quidam per Almaniam tantum imperabant usque ad Othonem Primum, qui cepit utrobique regnare.

Hic Ludwicus Berngarium, qui tunc regnabat, per Italiam fugavit. Sed tandem hic Ludwicus Veronæ capitur & excæcatur, & Berengarius regno reſtituitur Italico, unde ipſe Ludwicus fuit ultimus Imperator quantum ad poſteros Karoli Magni culpis ſuis exigentibus, & obiit anno Domini DCCCCXII. cui ſucceſſit in imperio Conradus Almanus primus filius Conradi fratris Ludwici Regis anno Dom. DCCCCXII. & regnavit annis VII. Eum inter Imperatores non annumerant, quia non imperavit in Italia, & ideo caruit benedictione imperiali. Anno VII. Conradus Rex moriens coram Principibus regni deſignat filium Ottonis Ducis Saxonum in Regem, ſcilicet Henricum. Et iſto tempore Berngarius ſecundus imperavit in Italia. Henricus Primus filius Ottonis Ducis Saxoniæ cepir anno Domini DCCCCXIX. regnare in Almania.

Iſte Hainricus ſicut & anteceſſores ſui Ludwicus & Conradus non annumerantur inter Imperatores, quia non regnavit in Italia, ſed regnavit per Almaniam annis XVIII. Hujus tempore Spitzegerus Dux Bohemorum ad fidem convertitur. Hic Henricus plura bella proſperè peregit contra barbaros. Item ſexto anno ſui regiminis Karolus Rex Franciæ ſe & Franciam Henrico Regi ſcilicet filio Ducis Saxoniæ ſobmittit, & regnum Lotharingiæ Henrico Regi reddit.

Item Heinricus Rex eum mortem appropinquare cerneret convocato omni populo deſignavit, Ottonem filium ſuum primogenium cæteris filiis ſuis prædiatum cum theſauris ſuis tribuens, obiit in Saxonia anno Domini DCCCCXXXVII. regnavit autem annis VIII. vitæ verò LX. ſepultus eſt in civitate Lingheburg.

Otto Magnus Heinrici Primi filius ex Machtolda filia Theoderici Regis Saxonum poſt Henricum patrem ſuum regnavit annis XXXVII. ſic tamen quod in Alamania XXVIII. annis regnavir, & anno regimiois ſui XXIX. à Joanne Papa XII. coronatur Imperator, & ex tunc imperavit annis XIIII. Iſte fuir primus Imperator Theutonicorum poſt illam diviſionem imperii qua quidam regnaverunt in Theutonia tantum, quidam autem in Italia de qua prius dictum eſt. Abſolutè enim primus Imperator Theutonicorum fuit Karolus Magnus, in cujus perſona imperium translatum fuit in Theutonicos anno Domini DCCCI. exempto enim Imperio ab Italicis, ſoli Theutonici imperaverunt usque in præſentem diem. Otto ele-

electus fuit & coronatus primo Aquisgrani & XXVIII. anno Italiam repetit & obtinuit.

Item anno XXXI. Otto junior filius Ottonis à patre vocatus ad Romam à Joanne Papa in Natali Domini in Imperatorem benedicitur. Anno XXXVII. Otto Imperator regreſſus de Italia cum filio ſuo juniore Ottone coimperatore Italiam ingreſſus eſt, & inde Germaniam vênit, & in magna tranquilitate ſpiritum Domino reddidit Nonas Maij ante Pentecoſten in civitate Meydenburg quam ipſe conſtruxit, ibidem honorificè ſepultus eſt.

Hic Otto venit ad Romam tertia vice Eccleſiam ad pacem ponendo.

Otto ſecundus Ottonis Magni filius anno Domini DCCCCLXXIIII. cepit imperare poſt patrem. Hic vivente patre in Regem electus & poſt Romæ Imperator conſecratus, mox ut patet defunctus eſt, ab omnibus, qui aderant, in regni ſedem locatur, & vivente patre in Regem inunctus fuit. Hic Otto ſecundus filio ſuo Ottone relicto in Saxonia, cum Græcos & Barbaros incaute perſequeretur, amiſſis militibus ſuis vix ſolus evaſit, ad regnum Siciliæ pervenit, & ibi cum gaudio ab Imperatore receptus, pergens Romam cum Imperatrice decidit in languorem & apud S. Petrum in porticu honorificè ſepultus eſt.

Otto tertius filius Ottonis II. Imperatoris cepit regnare anno Domini DCCCCXCIIII. & regnavit annis XIX. Iſte cognominabatur mirabilia Mundi & à Gregorio Papa quinto in Imperatorem coronatus eſt.

Hic Otto Papa humiliavit Romanos in manu forti, mortuus eſt in Roma & ſine liberis deceſſit, & licet iſti tres Ottones per ſucceſſionem generis regnaverunt, poſt Ottonem tamen tertium fuit inſtitutum, quod Principes officiales imperii Imperatorem eligerent, qui ſunt ſeptem, ſcilicet tres Cancellarii Moguntinus per Germaniam, Treverenſis per Galliam, Colonienſis per Italiam, Comes Palatinus Reni Dapifer, Brandenburgenſis Camerarius, Dux Saxoniæ Enſifer & Pincerna Rex Bohemus.

Ottonem tertium ſucceſſit & ſequebatur Heinricus primus Bavarus conſanguineus Ottonis & imperium vacavit per biennium & ab officiatis imperii canonicè fuit electus & primus qui intravit per electionem, & nota quod plures ſunt Heinrici Reges quam Hainrici Imperatores, unde cum legitur Henricus primus, ratione imperii dicitur primus. Sed, ratione regni dicitur ſecundus. Præfuit enim Henricus ante ipſum, ſed non meruit benedictionem imperialem, & idem intellige de Conradis. Hujus Heinrici Imperatoris uxor fuit ſancta Kunegundis, & ambo virgines permanſerunt, & in Babenbergenſi Eccleſia quam de novo ædificavit & dotavit, requieſcit miraculis coruſcando.

Hic Henricus primus Dux Bavarorum de ſanguine Ottonis tertii ab omnibus Principibus concorditer electus, multa bella proſperè geſſit in Germania, Bohemia & Italia.

Poſtremo volens ſe Deo vacare Epiſcopatum fundavit Babenburgenſem, Regi Ungariæ Stephano ſororem ſuam dedit in uxorem, & per hoc tam ipſum Stephanum quam totum regnum ad fidem vocavit. Obiit ætatis ſuæ anno LII. regnavit ut Rex XXII. annis & ut Imperator annis XIII. & deſignavit pro ſucceſſore Conradum Salicum Ducem Franconiæ conſanguineum ſuum anno Domini MXV.

Conradus Salicus Dux Franconum primus ad imperium electus regnavit añis XX. hic multas leges condidit, hic pacem in terra ſervare cupiens, ſtatuit, quicunque pacem generalem infringeret, capite plecteretur. Etiam adeo ſtrenuus fuit, quod in hoc propriis conſanguineis non pepercit.

Hic Dux Franconiæ, regii generis, ſcilicet Brunswigenſis, Conradus Salicus hujus nominis Rex ſecundus & primus Imperator deſignatus per Heinricum, electus & coronatus in Regem Romanorum Italiam intravit, Muros Mediolanenſium ſubvertit, tandem Romam perveniens pacem Romanæ Eccleſiæ & Italiæ dedit. regnavit annis XX.

Hic Conradus totus Catholicus Princeps & mirè ſtrenuus fuit in juſtitia reddenda. Hic fundamentum Eccleſiæ Spirenſis poſuit, & magnificè dotavit, quod Henricus filius ſuus tertius Rex & ſecundus Imperator poſt obitum patris feliciter complevit, in qua quidem Eccleſia Spirenſi idem cum ſua poſteritate in Domino requieſcit. Hic Conradus habuit uxorem nomine Giſelam, neptim Hainrici Imperatoris primi. Hic Conradus Imperator Franciam petit, & Burgundiam vaſtat, & imperio ſubjugavit anno ſuo decimo.

Item XII. anno Conradi Hainricus Rex filius Conradi duxit uxorem filiam Regis Angliæ nomine Agnetem, & XX. anno Conradus obiit, & in Spira ſepultus eſt cum uxore ſua Giſela. Hic Heinricus anno quinto ſui regiminis rebellizantibus Sclavis ad eos debellandos proficiſcitur, & eodem anno ſimiliter contra Ungaros rebellizantes glorioſè triumphat.

Heinricus tertius Rex, Imperator ſecundus, filius Conradi Imperatoris & Giſelæ Imperatricis, alias gener ſuus, dudum patre vivente Rex conſtitutus Romanorum, cepit anno Domini MXL. regnare, & regnavit annis XVII. Hic Heinricus Windelicos, qui fortunam adorant, ſibi ſubjugavit & imperavit annis XVII. & victorioſus in bellis. Hic fecit de Theutonicis Papam fratrem Ducis Lotharingiæ, qui dimittens Papatum, Monachus factus eſt in Monte Caſſino. Deinde etiam Epiſcopum Eiſtetenſem conſtituit Papam. Hic Hainricus habuit uxorem nomine Agnetem filiam Regis Angliæ. Ex qua filium habuit nomine Heinricum, qui in vita patris unctus Aquisgrani per Hermannum Colonienſem Archiepiſcopum.

Hic

Hic Heinricus Bohemis & Ungaris rebelliſantibus, cum potentia ſibi ſubegit, anno quarto & quinto ſui regiminis.

Hic Heinricus tertius Ungaris ſibi ſubjectis ſexto anno ſui regiminis reverſus de Ungaria ſynodo Conſtantiæ affuit, ubi cunctis, qui deliquerant, in ſe dicta remiſit, omnibùsque inimicitiis deſtructis pacem hactenus inauditam tam in Suevia quam in aliis ſui regiminis provinciis per edictum regiæ cenſuræ confirmavit.

Item hoc anno maxima fuit peſtis pecudum & hyems dura & nivoſa. Item ſeptimo duobus contendentibus pro Papatu Heinricus contra eos Romam vadit, & eos canonicâ & imperiali cenſura depoſuit, & Schwickherum Babenbergenſem Epiſcopum in Papatu conſtituit. Item eodem anno uxor ejus Agnes filiam genuit in Ravenna. Impetatot pet Apuliam & multas provincias feliciter ducens exercitum cum magno honore revertitur. Hic Henricus fecit multa utilia in Germania & Gallia, & ſynodis canonicis habitis ſtatum Eccleſiæ meliorabat.

Item anno XII. Agnes Imperatrix peperit Henricum quartum Regem III. Idus Novembris.

Hic Heinricus XVII. anno ſui regiminis, à cunctis ab eo læſis, quibus potuit, veniam petiit, quibus etiam ablata prædia reſtituit, omnibus etiam invaſoribus in eum & in regnum ſuum culpas relaxat, & ſic Quarto Nonas Octobris vitam præſentem in Deo finivit.

Poſt mortem Imperatoris quia filius ejus Heinricus adhuc puerulus fuit ſeptem annorum, Imperatrix, Mater ejus Agnes, ſtrenuè regnum rexit & vigilanter, & dictus Heinricus in Eccleſia Spirenſi ad latus ſui patris ſepultus eſt cum uxore ſua Agnete &c.

Heinricus quartus Rex, Imperator tertius filius Heintici tertii Regis Imperatoris ſecundi cepit regnare anno Domini MLVII. & regnavit annis quinquaginta.

Iſte Heinricus patre mortuo adhuc vix ſeptem annis Agoeti Matri ſuæ Imperatrici commeodatus eſt ad educandum, & poſt plures annos vocatus eſt Henricus ſenior Imperator reſpectu filii ſui Hainrici quinti Regis & quarti Imperatoris.

Hic Heinricus ſenior habuit magnum paſſagium, ſed non perfecit, ut legitur in Chronica Martini.

Hic Heinricus quartus XXII. anno ſui regiminis in Italia exiſtens, Principes in Almania Rudolfum Ducem Saxoniæ in Regem elegerunt. Heinricus Imperator de Italia Almaniam cum exercitu petit cruento bello & victoriam contra Rudolfum cum ſuis complicibus cum mulrorum interfectione obtinuit, dein Romam iterum veniens, & Eccleſiâ pacificatâ inde revetſus ad Almaniam multas inſidias habuit cum filio ſuo propter expulſionem Archiepiſcopi Moguntini, de civitate, petſecutus filium ſuum, & filius tandem prævaluit, & à proprio filio ſuo ſcilicet Heinrico Rege quinto & Imperatore quarto captus eſt & in vinculis mortuus, & in Spira circa patrem ſuum ſepultus. Hic Hainricus habuit uxorem nomine Bertham de Italia oriundam, quæ fuit Mater Hainrici quinti, quæ circa maritum Spiræ eſt ſepulta anno Domini MCVI. iſte Heinricus diu regnavit, & ideo Senior vocatus reſpectu filii ſui & tandem incarceratus à filio &c.

Hainricus quintus Rex, Imperatot quartus filius Haintici ſenioris Imperatoris præſcripti cepit anno Domini MCVII. Imperatoris autem Heinrici quarti Patris ſui anno quinquageſimo primo, & imperavit annis XX.

Iſte Hainricus junior, ſuſcepto regno, capiens patrem, ut ſuperius, in vinculis eum mori fecit, & quia patrem dehoneſtabat, qui tot annis glorioſè imperavit juſto Dei judicio ſine hærede deceſſit & ad latus patris ſui ſepultus eſt in Spira, & ambo in portico Eccleſiæ Spirenſis ſuper januam ſunt in ſuis Majeſtatibus ſculpti, ut decet depingere regiam Majeſtatem.

Iſti quioque Imperatores in Spira ſunt ſepulti cum uxoribus & filiabus: *verſus:*
Filius hic, pater hic, avus hic proavus extat:
Cui Henrico ſucceſſit Lotharius Dux Saxoniæ anno Domin MCXXVII. qui imperavit annis XI. Hic Lotharius fundavit Monaſterium apud Brunswig & ibidem ſepultus eſt.

Deinde Conradus tertius Rex, Imperatot ſecundus, filius Friderici Ducis Swevorum cepit anno Domini MCXXXVIII. & regnavit annis XV.

Iſte Conradus in oppido Franckfurt à Beato Bernardo cruce ſignatus cum multis Principibus, quibus etiam ſocii peregrinationis ſuper oumerum multiplicabantur, de Lotharingia videlicet, Flandria, Anglia & Francia; ſed ptopter dolum Græcorum multa paſſi ſunt.

Contadus Imperatot poſtquam de ultramari rediit, ſcilicet anno Domini MCLI. motitur, & in Spira ſepellitur.

Anno Domini MCLI. Fridericus I. Dux Suevorum, impetium eſt adeptus & imperavit annis XXXVII. & coronatus eſt in Eccleſia S. Petri.

Iſte Fridericus, largus, ſtrenuus, facundus & nobilis & in omnibus glorioſus fuit. Iſte Ftidericus anno MCLXII. Mediolanum cepit & expugnavit, muros ejus ſubvertit, & omnia ibi vaſtavit. Tunc Reynoldus Archiepiſcopus Colonienſis, qui potenti manu Regem ſociavit, loco ſolatii ſui ab Imperatore impetravit trium Magorum corpora, & ad Coloniam ſecum portavit.

Iſte Fridericus peregrè profectus ultra mare cum multa militia cruce ſignatus, poſtquam triumphaverat glorioſè contra inimicos crucis Chriſti anno MCLXXXX. in modico fluvio in quem balneandi cauſâ poſt meridiem deſcendetat, apud Armeniam in die S. Barnabæ Apoſtoli multis videntibus & præſentibus à caſu ſubmerſus eſt.

Iſte Fridericus magnam diſcordiam habuit cum Papa Alexandro, qui fugit ad Franciam & tandem Romam reverſus honorificè ad ſedem Papalem eſt tepoſitus.

Dictus Fridericus Imperator per Henricum filium ſuum ultra mare honorificè ſepultus eſt.

Heinricus ſextus Rex, quintus hujus nominis Imperator filius dicti Friderici Imperatoris cepit regnare anno Domini MCXC. & imperavit annis VII. Hic anno quarto ſui imperii totum regnum Siciliæ & Apuliæ ſibi ſubjugavit, & tandem rediit potenter ad Almaniam veneno intoxicatus & ſepultus in Spira.

Iſte Hainricus reliquit filium in regno Ciciliæ Fridericum nomine, qui poſtea licet per intervalla fuit ab Honorio IIII. in Imperatorem coronatus, & eſt Fridericus ſecundus Imperator Rex Ciciliæ & Dux Swevlæ. Item poſt Hainricum IIII. Imp. Patrem Friderici, Electores in diſcordia elegerunt Philippum fratrem Hainrici V. qui fuit Dux Sweviæ, & Ottonem IV. Ducem Brunsvigenſem; qui Philippus regnavit in ſciſmate regni annis XII. & porentior contra Ottonem in Alemannia. Philippus tandem per inſidias in Babenberg occiſus eſt, & in Spira ſepultus, & dedit Eccleſiæ Spirenſi decimam in Eſslingen. Item Innocentius III. Ottonem in tali ſciſmate coronavit, & tandem propter ſua demerita ipſum excommunlcavit, & mortuus eſt in excommunicatione, ſepultus in Brunswig. Hic Innocentlus mandavit & procuravit eligl Fridericum II. Imperatorem filium Hainrici Imperatoris, qui fuit Rex in Apulia & Dux Swevorum, & regnavit annis XXXI. Hunc Fridericum Honorius conſecravit Imperatorem anno MCCXXI. Hic per infantiam per Eccleſiam tanquam pet matrem educatus eſt, & ad imperium Ottone mortuo & damnato promotus, & poſtea Eccleſiam non novit ſicut matrem ſed tanquam novercam cum potuit, lacerabat, propter quod Honorius ipſum tanquam rebellem Eccleſiæ anathematizavit, & ab Innocentio Papa quarto, qui ſequebatur Honorium, fuit ab imperio depoſitus; & de Mandato Innocentli Princlpes Electores Friderico vlvente elegerunt Heinricum Landgravium Thuringiæ, qui eodem anno in fluxu ventrls obiit, & in Yſnaco ſepultus eſt. Quo mortuo Electores elegerunt Wilhelmum Comitem Flandriæ, qui ſtatim à Friſonibus eſt Interſectus.

Anno MCCLII. Fridericus iſte quondam Imperator, ſed imperiali honore privatus veneno interiit, & miſer mortuus in die S. Luciæ ſepultus eſt apud Frigiam. Rex verò Conradus filius ſuus poſt breve tempus etiam mortuus eſt ſepultus apud patrem ſuum ut Rex Napulæ non ut Rex Romanorum. Et ſic Fridericus, de quo fit mentio in ſexto libro decretalium, licet multa glorioſa ſecerit, tamen finaliter per demerita ſua malè concluſit in honore & vita naturali, & ceſſavit ſua poſteritas in regno Romanorum.

Poſt mortem Friderici II. Imperatoris depoſiti Electores in duo ſe dividentes, quidam elegerunt Alfonſum Regem Caſtellæ; quidam Richardnm Comitem Cornubiæ fratrem Regis Angliæ, quod ſciſma multis annis duravit, & Richardus in ſecundo anno ſuæ electionis durante ſciſmate inter ipſum & Alphonſum Aquisgrani coronatur in Regem Romanorum per Conradum Archiepiſcopum Colonienſem, & deinde in Roma, & regnavit annis XVIII.

Richardo defuncto electus fuit concorditer Rudolphus Ruſus Comes de Haphſperg Suevus in Regem Romanorum anno Domini MCCLXXII. in menſe Octobri. Annis XVIII. feliciter regnat, ſed benedictionem imperialem non habuit.

Anno Domini MCCLXXV. in die aſſumptionis profectus eſt Rex Rudolffus cum magno exercitu contra Odagerum Regem Bohemiæ, & eum devicit & occidit in corde terræ ſuæ ſcilicet in Moravia laudabiliter triumphando, & ſic ſubjugavit regnum Bohemiæ & quatuot provincias, ſcilicet Auſtriam, Karinthiam, Styriam & Moraviam & filium ſuum Albertum, qui poſtea regnum Romanorum fuit adeptus, præfecit Ducatui Auſtriæ, & tandem in Spira diem clauſit extremum, & ibidem honorificè ſepultus eſt, anno Domini MCCXCI. in diviſione Apoſtolorum.

Anno revoluto, ſcilicet MCCXCII. Philippi & Jacobi Apoſtolorum conveniunt Principes Electores in Franckſordia & nobiliſſimum Comitem Adolphum de Naſſawe elegerunt coneorditer, & regnavit annis VI. Tandem Clerum & Nobiles opprimens Gerhardus Archiepiſcopus Moguntinenſis de Eppenſtein cum cæteris ſuis Suffraganeis & Comitibus Albertum Ducem Auſtriæ filium quondam Rudolphi contra dictum Adolphum excitaverunt, qui Adolfus propè Wormatiam per Albertum eſt io campo occiſus, conperante Archiepiſcopo Maguntino. Statim poſt infra menſem dictus Albertus per Electores concorditer eſt electus ſcilicet anno MCCXCVIII. & regnavit annis XI. & doloſè à fratruele ſuo eſt interfectus Kalendis Maij.

Anno Domini MCCCVIII. Heinticus VII. Comes magnificus de Lutzelburg poſt feſtum S. Andreæ Apoſtoli à civitate Germani ſui Baldwini Archiepiſcopi Treverenſis concorditer in oppido Renſe in Regem Romanorum eſt electus & cum conjuge ſua Margaretha Aquisgrani coronatus.

Anno ſui regiminis ſecundo edicta curia regia ac parliamenta ſolenniter per ipſum Heinricum, in civitate Spirenſi, quæ eſt Pomerium delectabile Regum & in cujus civitatis Eccleſia virginis glorioſæ Romani Principes mole carnis diſſoluta requieſcunt in pace. Ad quam curiam menſe Auguſto celebrandam convenerunt Principes & regni devoti, & eodem tempore tres ibidem Romanorum Reges convenerunt: ipſe glorioſus Dominus Rex vivus, Adolfus & Albertus mortui, & in præſentia Ipſius Heinrici & aliorum Principum humectantur in Baſilica ſen Eccleſia Virginis glorioſæ, & in ipſa curia regali ac famoſa collecta caterva Nobilium innumeroſa prædictus Dominus Rex Joanni Comiti de Lutzelborg filio ſuo unigenito filiam Illuſtris Principis quondam Regis Bohemiæ matri-

monialiter affeodavit, ac ipſum Joaonem in Regem Bohemiæ coronavit. Tandem regnis Theutuniæ & Bohemiæ in pace diſpoſitis Mediolanum venit, honorificè ſuſceptus tertio anno regni ſui & poſt paucos dies certi Nobiles de curialibus ſeditionem contra Heinricum excitaverunt. Rex prævaluit, & fertur, quod in hac ſeditione quindeclm millia hominum erant interfecta.

Quarto anno Hainricus Rex Brixiam invadit contra obtenta, quinto anno Januam & Piſam intravit; de Piſa Romam progrediens & tranſiens per mare Margaretha uxor Regis imprægnata obdormivit in Domino, qua reducta Januam cum magno gemitu cordium traditur Eccleſiaſticæ ſepulturæ. Quo facto ulterius Rex Romam progreſſus & ibidem in feſto Petri & Pauli ln Eccleſia Lateranenſi imperiali diademate coronatus à Romanis Patritius & Imperator Auguſtus cum magna lætitia Romanos pacificat, & rediens ad Pyſanam civitatem quidam prævaricator Jacobinus de Ordine Prædicatorum, de genere Welphinorum & canino, concordiam ordinare fingens inter Imperatorem & cæteras civitates, rogans ut in feſto aſſumptionis coram Rege celebrare poſſet & ſibi corpus Dominicum porrigere; quod ſibi conceſſum fuit: & ſic veneno io calice miſſo piiſſimum Principem veneno interfecit. Cujus ſanctiſſimæ recordationis Imperatoris funus per Ottonem Comitem Lutzelnburgenſem cum nobilium caterva innumeroſa poſitum eſt in tumulo argenteo & ſuper quatuor columnis fixa & ſumptuosè ſepulta in civitate Piſana corpus ſuum requieſcir in pace. Acta ſunt hæc anno Domini MCCCXIII. anno regni ſui quinto, imperii verò ſecundo, Pontificatûs Clementis Papæ V. & eodem anno celebratum fuit generale Concilium Viennæ.

Ludwicus hujus nominis quartus Dux Bavariæ cepit anno Dominl MCCCXV. & regnavit annis XXXIII. Hic fuit electus in diſcordia cum Friderico Duce Auſtriæ, & à quatuor ſcilicet Archiepiſcopo Moguntino, Duce Saxoniæ, Rudolpho Comite Palentino Rheni & Marchioni Brandenburgenſi fuit electus. Fridericus Dux Auſtriæ fuit electus à Colonienſi, Treverenſi; Moguotinenſis Ludovicum coronavir.

Item Ludwicus bello publico Fridericum in campo obtinuit, captivatúmque tenuit, & tandem inter ſe concordanes Fridericus electioni ſuæ renuntiavit.

Hic Ludwicus corpore magnus & formoſus & quarto anno Ludovici Waldemarus Marchio Brandenburgenſis in acutiſſima febre correptus mortuus eſt, nullo penitus hærede relicto; unde Marchia tota vacabat imperio. De qua anno ſequenti filium ſuum Ludwicum ſolemniter infeodavit, & tradidit ſibi & poſteris ſuis perpetuis temporibus poſſidendam, quam usque ad annum Domini MCCCXLVIII. quietè poſſedit, & hoc fuit anno ſexto Ludwici Regis.

Item hoc anno erant ſciſmata & ambitiones inter ſeculares & religioſos.

Item XV. anno regnl ſui à Papa Joanne XXII. Ludovicus depoſitus declaratur, & ipſe à Papa Joanoe à vero hæreſiarcha appellavit, & quidam de Ordine Minorum per Clerum & populum Romanum in Papam eligitur.

Item XV. anno Ludovici, qui fuit annus Domioi MCCCXXXIIII. Papa Johannes moritur, & Benedictns ei ſuccedit.

Item XXIII. anno Ludovici Carolus Rex Francorum moritur ſine hærede maſculino.

Philippus Pulcher Comes de Wallis frater Caroli regnum occupat. Edwardus Rex Angliæ jure hæreditario regnum Francorum ad ſe pertinere confirmat, ex hoc quod habuit filiam Philippi Pulchri Regis Franciæ (qui ſucceſſir Carolo, quia frater ejus) in uxorem, & dictus Rex Franciæ mortuus eſt ſine hærede maſculino. Et dicta regna Franciæ & Angliæ habent pro Lege & Jure in dictis regnis, quod filiæ ſuccedunt in hæreditate dictorum regnorum, quando non ſupereſt maſculus, & Reges Angliæ hodie viventes deſcenderunt de dicta filia Regis Franciæ.

Item anno XXVII. Ludwici Benedictus Papa moritur.

Item anno XXXIII. imperii Ludwici, Ludowicus Imperator viam univerſæ carnis ingreditur menſis Octobris die XII. Cum enim jocundus & lætus eſſet in menſa cum Burgravia de Nurnberg, quam amabat, & à qua ſæpè viſitabatur, ſubito puncturas ad cor percipiens, ſtatim ut facere ſolebat cum aliquid tale ſentiret, ſæpè namque creditur intoxicatus fuiſſe, exiliit de menſa vomitum quærens, poſtea venatum ivit, ut motu & calore calefactus in corpus reſormaretur. Urſus magnus occurrit venantibus, quem Ludwicus viriliter petens inſequitur. Contigit autem ipſum impetu euntem cum equo cadere & corpus ejus gravi colliſione vexari, & cum repentè cepiſſet viribus deſtitui levatis in cœlum manibus & oculis flentibus oravit, dicens: Miſericors & omnipotens Deus miſerere mei pauperis peccatoris; & hæc dicens ſpiritum efflavit & in Monaco imperiali ſaſtu ſepultus eſt, ſed heu Eccleſiæ non fuit reconciliatus, ſed in excommunicatione mortuus.

Karolus quartus Bohemus Romanorum Rex cepit anno Domini MCCCXLIII. & regnavit anois XXIX. minus uno menſe. Iſte Carolus in Baptiſmo & confirmatione nominatus eſt Wenceslaus, ſed cum aſſumeretur in Regem Romanorum Carolus quartus eſt appellatus. Iſte Carolos ad XIIII. menſes ante mortem Ludwici Imperatoris contra eum electus eſt per Baldowinum Archiepiſcopum Treverenſem & Volcmarum Archiepiſcopum Colonienſem & Rudolphum Ducem Saxoniæ de Mandato Papæ Clementis VI. qui ipſum Ludwicum ab imperio depoluit; ſed Ludwici poteſtas adeo magna fuit, quod Carolus in vita non potuit ſortiri effectum electionis ſuæ in debito loco, nec coronationem ſuam. Nam Archiepiſcopus Moguntinus de Vierenburg & Ludwicus Comes Palentinus Rheni, nec

non Ludwicus filius Imperatoris Marchio Brandenburgenſis conſtanter & fideliter adhæſerunt Imperatori, ſimiliter & omnes civitates imperiales, ita quod Carolus non poterat venire ad Franckfordiam in vita Ludwici Imperatoris. Imperatore Ludwico jam mortuo, Comes Palentinus Rheni ad eligendum convocat, & quatuor non venientibus, Archiepiſcopus Moguntinenſis de Vierenburg, & Ludwicus Marchio Brandenburgenſis filius Ludwici Imperatoris, & ipſe Comes Palatinus Rheni, Guntherum Comitem de Schwarzenburg in campis ante oppidum Franckfurt in Regem Romanorum potenter elegerunt. Aliis tempore diſſimulantibus, qui Guntherus mox exercitu validiſſimo congregato Franckfurt potenter obſedit ſecundum conſuetudinem antiquam. Habebant ſiquidem Franckenfordenſes conſuetudinem quod nullum in Regem habentem adverſarium ſuſciperent & in urbem, niſi prius ipſam urbem ſex ſeptimanis obſediſſet, ut hac occaſione bello congrederentur in campo & diviſioni finem imponerent, & unus regnaret, & alius timidus & inglorioſus remaneret. Guntherus per quemdam Medicum intoxicatur, quod ſentiens, cum jam viribus cepiſſet deſtitui Principes ad placitandum admiſit. Guntherus moritur, Carolus cum Ludwico Palentino primo venit in concordiam ducens filiam ejus in uxorem. Poſt cum Archiepiſcopo Moguntino de Vierenburg ultimo ut per Theutuniam & Bohemiam intrare poſſet treugas faciunt in Yſenaco Carolus & Ludwicus, & ipſi duo ſoli concludunt in conclavi in Conventu Fratrum Prædicatorum, ubi convenientes in concordiam & amicitiam, quod ſciebatur ex hoc, quod Ludwicus Carolum ut Regem reverebatur & inſignia imperii, quæ pater ſuus habebat ſcilicet lanceam Chriſti, brachium ſanctæ Crucis cum clavo Chriſti, Menſale quod Chriſtus habuit in cœna, gladium Caroli Magni, quem recepit ab Angelo, præſentavit & dedit ipſi Carolo. Eidem mittuntur autem hæc in Pragam & cum inæſtimabili gaudio ſuſcipiuntur.

Rex Ludwicum Marchionem de Marchia Bavaria, Carinthia ſolemniter inſeodavit, Margaretham uxorem ſibi pacificè dereliquit, quam germano Karolo abſtulerat. Hic Karolus procuravit filium ſuum Wenzeslaum eligi in Regem Romanorum in vita ſua & Aquisgrani coronari.

Hic Carolus obiit in caſtro ſuo Pragenſi Anno Domini MCCCLXXVII. & cum magna ſolennitate & honorificè & devotè cum planctu non modico ſepultus eſt in Eccleſia Pragenſi. *

Hucusque collecta per Dominum Decanum Spirenſem, ſcilicet Dominum Nicolaum Burgman ad inſtantiam Sereniſſimi Domini Sigismundi Romanorum Regis ac Ungariæ, Decretorum Doctorem.

* ſequebatur in Codice.

ANONYMI
AD
HISTORIAM
NICOLAI BURGMANNI
APPENDIX
Ad SIGISMUNDUM Cæſ. Aug. deducta.

Huic Carolo ſuccedit in regno Bohemiæ & Romanorum Wenzeslaus filius ſuus ſine contradictione. Hic itaque Wentzeslaus malè rexit, nam ſub anno Domini MCCCLXXXIX. poſt Penthecoſtes inter Rupertum ſeniorem Ducem Bavariæ ac Comitem Palentinum Rheni Ducem Adolffum de Altzea, & Eberhardum Comitem de Wurtenberg ex una parte & civitates imperiales Rheni & Sueviæ parte ex altera, quarum erant LXX. numero, habentes inter ſe Ligam magna lis eſt ſuborta, quæ duravit præcisè ad annum ſcilicet ad feſtum Penthecoſtes ſequentis anni; & tunc pacificatur ad nutum dictorum Dominorum. Nam medio tempore in vigilia Bartholomæi de ſtipendiariis & civibus dictarum civitatum ſuccubuerunt ante oppidum Wyle ferè duo millia XVI-centis captis, aliis vero interfectis in bello. Item modicum poſt hæc dictus Dominus Adolffus proſtravit & captivavit ex civibus milia hominum & ultra inter Bockenheim & Wormatiam. Item poſt hæc ſextâ feriâ poſt feſtum Galli, ſuccubuerunt cives oppidi Franckfortenſis & eorum ſtipendiarii numero mille ducenti inter Franckfordiam & Cronenburg. Hæc omnia facta ſunt Rege dormiente, & ſub eo incepit grande ſciſma Eccleſiæ, quod initium ſumpſit ab Urbano VI. & Clemente Avenionenſi, & duravit conſequenter ferè XL. annis usque ad celebrationem Concilii Conſtantienſis, de quo ſequitur poſt multa quidem alia particularia, quæ idem Wentzeslaus permiſit & commiſit in Eccleſia & regno de mane ſobrius poſt meridiem ut frequen-

frequenter ebrius, anno Domini MCCCC. circa feſtum Pentecoſtes in oppido Franckfurt ab Electoribus imperii, videlicet Joanne de Naſſawe, Moguntinenſi Wernhero de Falckenſtain Treverenſi Friderico de Sarwede Colonienſi Archiepiſcopis Ruperto aliàs dicto Clem filio Adolffo de Altzea dicti Branditz Duce Bavariæ & Comite Palentino Reni & à Duce Saxoniæ deponitur à regno, ipſo prius multoties per Electores vocato ſed minimè veniente, & XXI. die menſis Auguſti dictus Rupertus Comes Palentinus Rheni in Regem Romanorum eligitur.

Rupertus igitur iſte regnare cœpit anno Domini MCCCC. die XXI. menſis Auguſti. Hic natione erat Bavarus, & dicebatur Dux Clem, habens conjugem Elizabeth filiam Friderici Burggravii Nurnbergenſis, & ex ea multos filios & filias genuit. Defuncto namque Ruperto ſeniore, de quo in præcedenti paragrapho anno Domini MCCCCXXI. in craſtino cinerum ac ſepulto in nova civitate Spirenſis Diœceſis, ſucceſſit ei in Palatio Reni Dux Adolffus de Altzea de quo ſopra, avunculus ejus & pater dicti Ruperti Regis, quo defuncto anno XCVIII. & ſepulto in Schönawe Ciſtercienſis Ordinis ſucceſſit ſibi Rupertus prædictus filius ſuus in Palatio Rheni.

Hic Rupertus pius, devotus ac Deum timens pacem & juſtitiam quærens Eccleſiam dilexit & Clerum & omnem ſcientiam litteralem. Hic anno Domini MCCCCI. circa feſtum Michaelis cum multo exercitu Italiam intrare attemptavit & conſequenter Romam pro reformatione imperii & Eccleſiæ, ſed perficere non potuit, quia Dominum Mediolanenſem adverſarium habuit. Veniens igitur Brixiam videns quia proficere non potuit, ad partes Rheni ſalvus cum exercitu ſuo venit.

Sub eo Concilium io civitate Piſana per Cardinales indicitur & celebratur, ipſo tanquá Advocato Eccleſiæ ac tutore hujus Concilii minimè requiſitó, ac Domino Gregorio XII. Sedem Romanam occupante ſucceſſore Bonifacii IX. à quo idem Rupertus confirmatus erat, & Benedicto XIII. ſedem Avenionenſem occupante aliàs Petrus de Luna dictus, depoſitis à Papatu alium videlicet Petrum de Candia Ordinis Fratrum Minorum in Papam elegerunt ac Alexandrum V. nominaverunt; cui electioni ac omnibus Actis ejusdem Concilii dictus Rupertus non conſenſit, imo ab eisdem per ſolemnem ſuam Ambaſyatam ibidem publicè appellavit, & eum Domino Gregorio prædicto Romanam Sedem occupante firmiter ſe tenuit, & per talem electionem Concilii Piſani Eccleſia incepit habere tres Papas.

Alexander V. vix ad medium annum pontificavit, quo defuncto alium elegerunt, videlicet Balthaſar de Coſſa Cardinalem Bononienſem & ipſum Joannem XXIII. nominaverunt. Cum ipſo Joanne ferè totus mundus ſpirituales & ſeculares ſe tenuerunt, qui tamen poſt in Concilio Conſtantienſi depoſitus fuit contemptabiliter, de quo paragrapho ſequenti, qui etiam Sedem Romanam in urbe occupavit Gregorio inde fugato. Dominus autem Rex ſemper ſe tenuit firmiſſimè cum Domino Gregorio cum paucis ſibi adhærentibus, filium ſuum Ludwicum nomine ſeniorem filiæ Regis Angliæ maritavit, Joannem poſt hoc ſeniorem Ruperti virgini de Sweden copulavit, ac Stephanum poſt hoc ſeniorem filiæ Friderici de Veldentz conjunxit, quarto filio ſuo ſcilicet Otrone manente innupto, & anno regni ſui undecimo, videlicet anno Domini MCCCCX. in octava Pentecoſtes ſcilicet Dominica Trinitatis in ortu diei audita Miſſa in lecto & benedictione recepta feliciter in Domino requievit in caſtro Oppenheim ac io oppido Heydelberg ſepultus eſt honorificè occ imperium eſt adeptus.

Sigiſmundus Ungarorum Rex filius Caroli quarti & frater Wentzeslai Regis prædicti ex parte patris anno X. poſt obitum Ruperti à Wernhero de Falckenſtain Archiepiſcopo Treverenſi, Ludwico filio dicti Ruperti Regis Comite Palentino Reni & Duce Saxoniæ in Regem Romanorum eligitur, Joannes verò de Naſſawe Moguntinenſis & Fridericus de Sarwerde Colonienſis Archiepiſcopi Jodocum Marchionem Brandenburgenſem & Dominum Moraviæ in Regem elegerunt. Tandem tamen electioni ſuæ renunciavit, & electioni Sigismundi gratificatur & approbavit. Marchione Brandenburgenſi defuncto, ſcilicet Jodoco, Friderico Burggravio Norinbergenſi tradit Marchionatum & eundem de eodem infeodavit, & ſic in Electorem imperii conſtituit. Sigiſmundus deliberavit, & anno undecimo primo hujus electionem approbavit, & regnum Romanorum acceptavit, & anno Domini MCCCCXIII. cum conjuge ſua Barbara filia Comitis de Zille in Aquiſgrano coronatur. Comes de Clivis ab eo Dux creatur.

Hic Sigiſmundus in perſona fuit regalis ſenſu perſpicuus in bellis ſtrenuus, cum paganis, eo quod ſint contigui regno Ungariæ ſæpè bella committens, quandoque vincebat, quandoque vincebatur.

Hic ex ſui fama fide & nomine per univerſum orbem Concilium generale ad civitatem Conſtantienſem, & hoc anno Domini MCCCCXIIII. & ad primam diem menſis Novembris circa feſtum omnium Sanctorum, regni verò ſui anno quarto ordinavit, nec ab initio Eccleſiæ fuit tam ſolenne concilium. Nam ibi fuerunt homines ex omni natione, quæ ſub cœlo eſt, etiam de ſepulchro Dominico & de terra Presbyteri Joannis, de Græcia & aliis & copia Prælatorum & Dominorum ſpiritualium & ſecularium ſine modo. Iſtud concilium duravit tribus annis cum dimidio fere ut liquet ex ſequentibus tempore iſtius Concilii erant tres Papæ ſcilicet Gregorius XII. aliàs dictus Angelus de Corario, Joannes XXIII. aliàs Balthaſar de Coſſa & Benedictus XIII. aliàs Petrus de Luna. Joannes in urbe Romana pontificat, & quaſi totum mundum habet

habet ſub obedientia ſua, etiam Regem Sigismundum, Regem Franciæ, Regem Angliæ; & tertius Gregorius circa Romam Armii & paucam habet obedientiam, quia ſolum Wernherum Archiepiſcopum Treverenſem, Rupertum Regem dum vixit, cum hliis ſuis Ludwico Palentino &c. Dominum Rabanum Epiſcopum Spitenſem, Joannem de Fleckenſtain Epiſcopum Wurmatienſem, Lantgravium Haſſiæ &c. Benedictus Avinione pontificat, habens ſub obedientia Regem Arragoniæ, Navarræ, Cathaloniæ & circumjacentia loca & Dominia Duminus Gregorius per Procuratorem ſcilicet Catolum de Malateſta Papatui cedit & omnem ſuum ſtatum liberè ad manus Concilii ponit, nec perſonaliter comparuit, & idem facere juravit Joannes, ſi neceſſe foret, confidens de majoritate & præcellentia ſuæ obedientiæ, videns autem negotia ſe non diſponentia ad nutum ſuum anno XV. feria quarta ante palmarum tempore nocturno & habitu transſormato clam de Concilio fugit, & Schaffhuſen adiit, & totum Concilium diſſipare conatur, & conſequenter ad alia loca Friderici Ducis Auſtriæ ſcilicet Lauffenberg & Friburg, magis à Concilio declinando & partes Italiæ repetendo tranſiit. Sed nutu divino ex ordinatione Domini Regis dictus Johannes cum Duce Friderico ſuo redire compelluntur ad gratiam & omnem ordinationem Concilii & Regis pro hujusmodi exceſſu ſe offerentes, etiam totum dominium ipſius Friderici & ejus perſona ad gratiam Regis certis litteris deſuper confectis per omnia ſtatuit.

Poſt feſtum Pentecoſtes articuli LIIII. & plures criminoſi & deteſtabiles contra Papam Joannem in Concilio producuntur & probantur, & Joannes à Papatu deponitur contemptabiliter & Ludovico Palentino Rheni, filio Regis Ruperti de quo ſupra, quem maximè odivit, eo quod ſemper obedientiam refutavit, cuſtodiendus traditur. In caſtro Manheim, inter Heidelbergam & Wormatiam Joannes cuſtoditur, & usque ad finem Concilii & poſt detinetur.

Item eodem anno menſe Julii die ſexta Magiſter Joannes Huſs natione Bohemus, qui ab annis Domini MCCCCIX. vel X. & circiter ſub Wenceslao Rege prædicavit, & renovavit articulos Joannis Wyckleff dudum in Anglia condemnati, & Clerus ex hoc in toto regno Bohemiæ maximas tribulationes patitur, Eccleſiæ deſtruuntur, imagines Sanctorum vilipenduntur, conculcantur, comburuntur, univerſitas Pragenſis ſtudii tota diſſipatur & anichilatur. Hic Joannes Huſs ibidem in Concilio cum ſuis articulis condemnatur & igne crematur. Et anno ſequenti ſcilicet anno XVI. die penultima menſis Maij complex ejusdem Johannis Huſs, videlicet Magiſter Jeronymus ſimili pœna multatur. Cedente itaque à Papatu Gregorio ac depoſito Joanne Rex anno prædicto ſcilicet XV. poſt feſtum Pentecoſtes Benedictum XIII. in loco ſuæ ſedis adit, gubernationem Concilii Ludovico Palentino usque ad ejus reverſionem ſollicitè committit, ipſum Benedictum ad viam ceſſionis pro unione ſanctæ matris Eccleſiæ conſequenda inducere non poteſt, multos tamen de obedientia ſua ſcilicet Regem Arragoniæ, Regem Navarræ & plures alios ad obedientiam & Acta Concilii traxit & induxit, ac inde recedens ad Regem Franciæ & Angliæ tranſit. Sic itaque Dominus Rex moratur quaſi per biennium, de quo Concilium magno afficitur tædio.

Anno XVII. circa Feſtum Michaelis Dominus Rex ad Concilium redit & honorificè ſuſcipitur, & in die S. Martini Dominus Martinus V. in Papam eligitur, Romanus, aliàs dictus Otto de Columna. Eligitur autem ipſe Martinus ab XXVIII. Cardinalibus & ex qualibet quatuor nationum ſex, quu numerus erat LII. incluſorum in Conclavi.

Anno XVIII. Concilium licentiatur feſto Papæ Dominus Martinus Gebernam adit, deinde Florentiam, ibidem per biennium moratur, deinde Romam vadit; Rege itaque revertente ad Concilium, ut præſcribitur, petit & exegit à Ludwico Palentino præmemorato oppida, caſtra, villas & multa alia, quæ ipſe Ludovicus detinet ad imperium ex proprietate pertinentia, ut Lutra, Oppenheim cum attinentiis. Dux Ludwicus quaſi indignans Concilium dimittit, & ad propria redit.

Anno Domini MCCCCXIX. circa Feſtum Michaelis Wentzeslaus Rex Bohemorum frater dicti Domini Sigismundi ex parte patris moritur. Dominus Sigismundus regnum Bohemorum petit, ſed non adipiſcitur, quia ſuperiores Domini & inferiores plebei quaſi per totum regnum Bohemiæ per Joannem Huſs ſeducti & Huſſitæ, Regem nolentem cum eis tenere ſectam eandem ſed penitus ab eis arcere, recuſabant & admittere refutabant.

Anno XX. Dominus Rex & Dominus Marchio Miſnenſis civitatem Pragenſem cum xxx. millibus & amplius circumdant, ſed non proficiunt. Et Dominus Rex cum ſuo exercitu tepidè egit, etiam aliquoties occultè & habitu transſormato civitatem Pragenſem intravit, quod ſuſpicione non caruit. Excuſabatur tamen, quia dicebatur Dominum Regem attentâſſe diligenter hujus populi converſionem glorioſam & ut conſequenter præſervaret regnum ſuum ab exterminatione, ad quod idem populus etiam ſe obtulit, ut dicebatur. Credit Rex, ſed decipitur, quia ex poſt id ipſum fortiſſimè reclamârunt, & Dominum Regem hoſtiliſſimè perſecuti ſunt, ſimiliter & Marchionem Miſnenſem anno viceſimo primo, Feſto Bartholomæi Apoſtoli Dominus Otto de Ziegenhaim Archiepiſcopus Treverenſis, Theodericus de Mörſe Archiepiſupus Colonienſis, Dux Ludwicus Comes Palentinus Rheni, Dux Albertus Auſtriæ gener Domini Regis, Marchio Miſnenſis & alii multi

Domini

Domini & homines de diverſis civibus & partibus mundi, numero centum millia & ultra ad inſtigatiooem & excitationem Domini Regis & Domini Palentini, Cardinalis miſſi à Domioo Martino V. cum indulgentiis à pœna & culpa regnum Bohemiæ intrant, pro exterminio ſectæ prædictæ, Regem etiam expectant, ſed non comparet, de qua grandis ſuſpicio & diffidentia iterum contra Regem oritur. Venientes itaque usque Satz civitatem nihil proficiunt, ſed ad propria remeant.

Inde anno XXII. ſexta feria poſt Viti & Modeſti Dux Ludwicus Palentinus Rheni, Otto frater ſuus, & Dominus Rabanus de Helmſtatt Epiſcopus Spirenſis diffidati civitati Spirenſi in adjutores acquirunt, Dominum Conradum Reyngraffe Archiepiſcopum Moguntinenſem & Ottonem de Ziegenham Archiepiſcopum Treverenſem & Theodoricum Archiepiſcopum Colonienſem, pro & ex eo, quod ipſi cives Spirenſes facta prædicta diffidatione ſtatim Collegium S. Germani extra muros Spirenſes circumjacentibus curiis & habitaculis penitus deſtruxerunt. Sic itaque civitas Spirenſis per dominos concluditur, ut nihil penitus intrare vel exire poſſet. Poſt circa feſtum Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis Dominus Rex & Electores Imperii convenerunt in Nurnberga ad tractandum de diverſis Eccleſiæ & Imperii negotiis, & inter cætera dicta Dominorum & civitatis Spirenſis diſſenſio ac controverſia ibidem per Dominum Regem pacificatur, ſub certis gravibus pœnis & emendationibus dictæ civitatis Spirenſis faciendis, dictis Duci Ludwico & Rabano Epiſcopo, eo quod ipſi cives multum defecerant in jure, & inſuper ex ordinatione Domini Regis, idem Dominus Conradus Archiepiſcopus Moguntinenſis in Vicarium Regis conſtituitur ad decennium civitates Imperii ſibi jurare debebant, ſed recuſant omnes, nec de hoc dictus Dux Ludwicus ſtetit benè contentus, eo quod Vicariatus Romani Imperii neceſſitate exigente ad Palentinum Rheni ſpectat.

Item ex ordinatione Regis ibidem Dux Ludwicus & Dominus Theodoricus Archiepiſcopus Colonienſis feſto exaltationis ſanctæ Crucis cum - - -(e) Equis intrant Pruſſiam ad bellandum contra Paganos, nec bellum committitur. Reliqui verò Electores ſcilicet Moguntinenſis, Trevirenſis, Brandenburgenſis Saxoniæ Dux cum civitatibus imperialibus cum cætera hominum ſumma regnum Bohemiæ iotrant ad expugnandum Huſſitas. Dicti vero Domini de Pruſſia revertuntur feſto purificationis Beatæ Virginis, ſed medio tempore & ante reverſionem eorum Dux Ludwicus tranſit de Pruſſia & Regem quærit, quem invênit in regno Ungariæ in civitate Presburg cum uxore ſua Barbara, & uxore Wenzeslai fratris ſui quondã Regis Bohemiæ quam ſecum tenuit, non ſine ſuſpicione gravi, ſicut Herodes Herodianam. Et ibidem Dux Ludovicus à Rege honorificè ſuſcipitur, & cum ſolemni occurſu in campo magnificè adventatur, & per plures dies per Regem ſolemniter tractatur, & Vicariatus Romani Imperii Domino Moguntino aſcriptus ibidem caſſatur & annullatur. Recepta quoque licentia per Ducem Ludwicum à Domino Rege & deſiderata obtentâ voluntate idem Dux Ludwicus per Wyennam & Auſtriam & alias partes ad propria revertitur feſto purificationis Beatæ Mariæ Virginis &c. & ſic eſt finis. (e)

(e) in Cod. diſtinctè eſti ineptè *Duodingentis.*

ANONYMI BAVARI
BREVE
CHRONICON
RERUM SUO TEMPORE GESTARUM

Ab anno Chriſti MCCCXCVI.
Ad annum MCCCCXVIII.

* * *

Ex Cod. MS. Bibliothecæ Bavaricæ & Apographo
ANDREÆ PRESBYTERI RATISPONENSIS
curatè deſcripſit atque edidit
ANDREAS FELIX OEFELIUS.

Monitum prævium Editoris.

EX eodem Codice ANDREÆ RATISPONENSIS, è quo varia jam deprompſimus, hoc *breviculum* Rerum Seculo XIIII. exeunte & ineunte XV. geſtarum *Chronicon* deſcripſimus, quod illud quantivis pretii, dignum habuerit ANDREAS noſter, quod manu ſua deſcriberet. AUCTOREM ejus Bavarum fuiſſe memoria *Stephani Schmiheri* Equitis Bavari ſtrage Nicopolitana in captivitatem abducti & Burgundiæ Ducis lytro liberati (f), multáque præterea alia Boica paſſim inſerta, mihi perſuadent. Eſt his talibus, etſi primo obtutu exilibus, pretium ſuum in tempore & loco: ut enim in obſcuro verſantibus, tenuiſſimus lucis radius per rimam immiſſus uſum non tenuem præbet, ita in temporum caligine ceſpitantibus ejusmodi velut ſtricturæ litterariæ, optatam non raró lucem accendunt.

(f) *Hund. Geneal. Bav. P. I. p. m.* 284. Ex *Vito Arenpeckio* hujus & aliorum Equitum Bojorum meminit, qui infelici illi expeditioni interfuiſſent. Hinc noſter paulò ante: *Et ben multi bellicoſi milites noſtra è Provincia in exilio remanſerunt.*

Anno

ANno Domini MCCCXCVI. Juvenis Dux Burgundiæ cum magno exercitu & ſplendido ſuæ patriæ, adjuncto exercitu regni Franciæ ivit contra Turcos, & vênit ad civitatem ultimam Hungariæ in magna diſtancia, quæ vocatur Nyacopolis vulgariter Schiltorn & ibidem ex negligentia & deordinatione diſcordia noſtrorum Rex Turcorum cum ſuo exercitu nomine Wayſan Ducem cum quibusdam captivavit, multitudo occiſa eſt, plures in Danubio ſubmerſi ſunt, vaſa aurea argentea & innumerabiles divitiæ deperditæ & heu multi bellicoſi milites noſtra è proviocia in exilio remanſerunt. Conſtavellio Regis Franciæ in vinculis mortuus eſt, cujus corpus ad Franciam ductum eſt. Dux cum aliquibus per magnam pecuniam liberatus eſt, inter quos fuit Stephanus Schmichär in eodem prælio miles factus & per eundem Ducem liberatus.

Anno MCCCCII. Wenzeslaus Rex Bohemiæ per fratrem ſuum videlicet Sigismundum Regem Ungariæ captivatur, io Schawnbergam ducitur: & iveruot Wiennam volentes intrâſſe Hungariam, & non ſunt intromiſſi, & Dux Albertus Auſtriæ io Vicarium regni Ungariæ eſt aſſumptus, & ſic duo fiatres Bohemiæ & Ungariæ in Auſtria per præfatum Ducem ſunt tanquam exules recollecti.

Item eod. anno Mediolanenſis menſe Augusti eſt defunctus.

Hoc aooo per Regem Angliæ mille quingenti Monachi Fratrum Minorum & Prædicatorum ſunt miſerabiliter trucidati propter machinationem Ipſorum inceptam factam.

Eodem anno circa finem Februarii & menſe Martii plus quam per menſem aparuit cometa cum magna cauda.

Item eodem anno Princeps Chananæorum alio vocabulo Princeps Tamerlin inivit bellum cum Wayſan Principe Turcorum, qui devaſtavit Græciam & Imperatorem profugum fecit, qui Imperator Pariſiis per biennium fuit. Quem Principem Turcorum Tamerlin ſuperavit, & ex utraque parte ſunt proſtrati vigeſies quinquies centum millia homioum & ob victoriam obtentam omnes Chriſtianos ibidem detentos relaxavit, & unicuique liberam poteſtatem ad fidem convertendi Chriſtianam tradidit, ipſe per ſe fidem recepit, & Imperatorem Græciæ revocavit.

Anno Domini MCCCCIIII. Papa revocavit jubilæos & Indulgentias plures ab eo datas, gratias, incorporationes per eum factas & multa pericula multis Eccleſiis per hoc iotulit.

Eodem anno circa feſtum Nativitatis Rex Bohemiæ evaſit captivitatem Ducum Auſtriæ, & vênit ad Bohemiam.

Eodem anno Dux Albertus Auſtriæ gener Ducis Alberti Bawariæ & Hollandiæ obſedit oppidum Snaym & in obſidione morbo gravatus cum aliis plurimis diem ſuum clauſit extremum, menſe Septembri Zeſator Cleri & multum religioſus.

Eodem anno primâ die menſis Septembris Bonifacius Papa IX. defungitur, & Innocentius eligitur ſeptimus, qui defunctus 1406. in vigilia Leonhardi.

Anno MCCCCV. circa feſtum Nativitatis Chriſti in vinculis Venetorum defunctus eſt Dominus Paduenſis, miſerabiliter derelictus à Rege Romanorum, videlicet Rudperto cui omnia bona fecit.

Eod. anno MCCCCV. Dominus Albertus Dux Bawariæ & Hollandiæ circa feſtum Nativitatis Chriſti defunctus eſt, Princeps pius & manſuetus.

Anno MCCCCVI. fuerunt duæ Eclypſes Lunæ una menſe Junii, altera menſe Decembris & una eclypſis Solis in chraſtino S. Viti, quo anno varietas fuit auræ & peſtilentiæ per orbem fuerant diffuſæ & fructus bladi, vioi, arborum fatis immaturi.

Eodem anno menſe Novembris Innocentius Papa defunctus eſt, & Gregorius XII. eſt electus natione Fenetious Magiſter Theologiæ.

Anno Domini MCCCCIX. celebratum eſt Concilium Piſanum, in quo depoſitus eſt Gregorius XII. & Benedictus X. ſic nuncupati in ſuis obedientiis, electúsque eſt Alexander V. de Græcia natus Ordinis Fratrum Minorum, de cœtu Cardinalium. Hic Alexander novas edidit Conſtitutiones & anno Domini MCCCCX. in inventione ſanctæ Crucis diem clauſit extremum.

Item anno MCCCCX. cruciſeri de domo Teutonicorum in die diviſionis Apoſtolorum inierunt bellum cum Rege Poloniæ & Bytoldo fratre ejus pagano & ſuccubuerunt plus quam LXXX. millia in parte cruciferorum, & multi etiam in parte Regis prædicti proſtrati fuerunt in campo civitatis Goſtorode: & cruciferi victoriam amiſerunt proſtrati, & ipſe Rex, qui cum innumerabili multitudine paganorum, ſcilicet Tartarorum Samaritanorum Litovienſium & etiam Judæorum quaſi totam Pruſiam devicit: & quidam crucifer de Plaam cum fratre ſuo laico de Plaam cæteriſque ſuis coadjutoribus obtinuit caſtrum Marieburgk & theſauros cruciferorum ibidem & in dicto bello interempti fuerunt Magiſter generalis ſupremúsque Marſchalcus & multi præcipui commendatores cruciferorum, & detentus fuit per paganos Dux Stetinenſis & plures Comites & Barones, milites & militares, & dicitur, quod fuerunt de numero paganorum & Regis Poloniæ benè XIIC. * millia, qui dictum bellum ſeu prælium perfecerunt, inter quos, ut dicitur, fuerunt benè VII. vel VIII. vel IX. qoi Principes & Reges, & finaliter introductâ pace cruciferi rehabuerunt totam terram ſuam & Magiſter generalis de Newſen durante lite prædicta Witoldo Duci pagano prædictam terram ſuam manu validâ maximè devaſtavit.

* ita Cod.

Eadem Hiſtoria ſub aliis verbis: * Eodem anno meoſe Julii Domini de domo Teutonicorum in Pruſia cum paganis habuerunt prælium & tribus vicibus triumphaverunt, quarta vice venit multitudo Tartarorum latenter per aquas & proſtrave-

* ita Cod.

runt heu! exercitum totum Chriſtianorum, ut dicitur centum millia & quinquaginta novem millia pugnatorum.

Eodem anno mortuus eſt Rudpertus Rex Romanorum in propoſito ſuo contra Concilium prædictum *, & ſequenti anno mortua eſt Conthoralis ſua Regina.

* ſc. Piſanum.

Anno 1410. Alexander Papa defunctus eſt in die S. Floriani. Rex Rudpertus adhærens Gregorio defunctus eodem anno & menſe in Oppenheim, ſepultus in Heidelberga ad ſanctum Spiritum XVI. die Maij. Poſt Alexandrum electus eſt Walthaſar, qui dicitur Joannes XXIII. Cardinalis Bononienſis, qui ſtatim à civibus urbis prædictæ quaſi interemptus fuit, ſed à carnificibus liberatus.

Item eod. anno Sigismundus Rex Ungariæ electus eſt in Romanorum Regem, qui contra Venetos potentia valida inſurrexit eos potentialiter opprimendo ac incommoda plurima inſerendo.

Eodem anno, obiit Marchio Moraviæ, per cujus obitum Moravia ſine hæredibus ab eo relinquitur, & Rex Bohemiæ ſibi Moraviam ſubjugavit.

Item anno MCCCCXII. Rex Ungariæ Marchiam Brandenburgenſem Friderico Burggravio Nürnbergenſi ſubjugat, qui cum Marchiam inhabitanribus bellum fecit, & cum difficultate victoriam obtinuit, ſibique interfectus fuit Albertus Comes de Hohenlo.

Anno MCCCCXIII. circa feſtum Pentecoſtes Rex Neapolis acquiſivit ſibi Romam, fugando Papam Joannem ab urbe & Romanorum plurimos deducendo ad Neapolim.

Eud. anno Dux Ludwicus Bavariæ, filius Ducis Stephani Pariſius ex ordinatione Ducis Burgundiæ à carnificibus detentus
fuit (g) & tandem ſalubriter liberatus (g)
per Telphinum & populum ejusdem maximo cum honore & poſtea effectus fuit valde potens.

Anno MCCCCXVIII. circa feſtum Michahel Dux Burgundiæ & Dux Hollandiæ pro liberatione Ducis Hollandiæ & Bavariæ, qui fuit obſeſſus in Trajecto ab illis de Lutique & ſuorum, & inierunt bellum cum eisdem, in quo interempti ſunt exercitus Lutichenſium - - & plures poſtmodum, ita quod ferè æſtimantur ad XL. milia utriusq; ſexûs, qui interempti ſunt.

(g) i. e. *Lanionibus*, hinc in necrol. Sand. Hyppolitano apud Illuſtrem Virum Raym. Duellium in excerpt. genealog. Hiſt. pag. 125. ad VII. Idus Januar. *Philippus carnifex confrater noſter*.

BREVE

BREVE CHRONICON
BAJOARIÆ & SUEVIÆ
Ab A. Chriſti DCCCCVI. ad A. C. MCCLXXX.

* * *

Ex Schedis

Cl. V. CONRADI PEUTINGERI

deſcripſit atque edidit

ANDREAS FELIX OEFELIUS.

Monitum prævium Editoris.

PRæſens Chronicon, unà cum proximè ſequenti ex ſchedis Autographis viri celeberrimi CONRADI PEUTINGERI deſcripſimus, repertum à nobis, aliud fortè quærentibus in Tabulario Patrio, ſpiſſo volumini MS. inſertum (h). Quod, etiam ſi nomen Peutingeri non acceſſiſſet, à manu viri ſummi primo intuitu non potui non ſtatim dignoſcere. Ita crebrò mihi illa & familiariter uſurpata, dum anno MDCCXLIII. Aulam & Principem meum, Auguſtam Vindelicorum ſecutus, horas matutinas aliquot menſium ſpatio in perluſtranda BIBLIOTHECA PEUTINGERIANA (quæ Patrum Societatis nunquam oblitterando beneficio mihi patuit) eo ponerem jucundius, quod his litterariis divitiis velut iñatans miſeriarum Patriæ & illius vertiginoſi temporis interim obliviſcerer. Quam quidem malaciam, poſt animum affectibus liberum, ſolæ præſtare litteræ poſſunt. (h)

Unde autem hoc & ſequens Chronicon deſcripſerit PEUTINGERUS, antiquitatum omnium ſuo ævo promus & condus, cum ipſe indicium nullum fecerit, æquè difficile eſt divinare, ac dicere à quo ditetur, qui ab omnibus accipit.

(h) Signato in Fol. T. I. *der Reichshändel* ab A. C. 1440. ad annum 1486.

BREVE CHRONICON

BOJOARIÆ & SUEVIÆ.

ITem anno Domini DCCCC. & ſexto ſub Arnulſo • Imperatore . Conradus Dux . . . occiſus eſt, & Ungari Saxoniam vaſtârunt.

Item anno Domini MXXXVIII. obiit Rex Conradus.

Item anno Domini MXLVIIII. Papa Leo IX. obiit, qui Beatus Lco fuit in Alemannia & quam plurimas Eccleſias conſecravit.

Item anno Domini MLXXI. amiſit Dux Otto ducatum Bavariæ, & Hainricus Rex Romanus quartus Ducem Ottonem perſequitur.

Item anno Domini MLXXVII. Rodolffus indigena Sueviæ in Regem Romanorum eligitur, & Hainricus Imperator quartus anno ſequeoti Ducem Ruodolff aggreditur.

Anno Domini MLXXXII. Hermannus ex Germania Rex creatur, & anno ſequenti primo Hermannus . . . Franciam invadit.

Anno MCXXXVII. Luipoldus Marchio efficitur Dux Pauriæ.

Anno Domini MCL. Dux Welffo dimicavit cum Rege Conrado.

Anno MCLXXVII. Hainricus Dux Saxoniæ projicitur Ducatu Bavariæ & Otto Marchio de Scheuren ſubſtituitur.

Anno Domini MCLXXIX. Fridericus Imperator ipſum Ducem Hainricum omoino delevit, & Berenhardus & Otto Marchiones ducatus ſuos obtinuerunt.

Anoo Domini MCLXXXIII. obiit ipſe Dox Otto Bauariæ.

Anno Domini MCLXXXIX. Fridericus Imperator Jeroſolymam tendit, exercitus verò mortaliter perit.

Anno Domini MCLXXXX. primo, Hainricus Dux Sueviæ filius Imperatoris Friderici movit exercitum contra Appuliam ubi penè totam militiam perdidit.

Anno MCCXXXVI. Fridericus ſecundus vadit contra Lampardos, & Vincentiam oppidum cepit.

Anno Domini MCCXXXVII. Fridericus ſecundus Imperator aggreſſus eſt Mediolanum & triumphavit, & anno ſequenti Lampardos diverſis modis flagellat.

Anno Domini MCCXLVI. Hainricus Landgravius Turingiæ, filius S. Eliſabethæ fuit in Regem Romanorum ſublimatus.

Anno MCCLXVII. Corradinus filius Conradi Ducis Sueviæ interremptus fuit & decapitatus in civitate Neapolitana.

Anno MCCLXVIII. Princeps Cunradus filius Friderici ſecundi à Rege Franciæ dicto Karlote interſectus eſt, & ex utraque parte ad XXM. corruerunt, & illud factum eſt apud civitatem Nuslur.

Item anno Domini MCCLXXX. obiit Nobilis Domious Ruodolffus de Ratzeoſtein.

Ex iisdem ſchedis. *

* manu ipſius Peutingeri V. Cl.

Anno Domini MCCC. Præpoſitus Auguſtenſis dictus Zoller occiſus eſt in Ulma.

Anno Domini MCCCVII. Nobilis de Ortenwerg dictus Dapiſer fuit devictus & captus per Marchionem Miſoenſem in publico conflictu.

BREVE
CHRONICON AUGUSTANUM
Ab anno Chriſti MCCLVI. ad annum MCCCCLXVII.

* * *

Ex Schedis
CONRADI PEUTINGERI V. CL.
deſcripſit atque edidit

ANDREAS FELIX OEFELIUS.

ANno MCCLVI. *da ließ Herzog Ludwig ſeiner Hawsfrawen Maria das Haupt abslagen, die was ain Herzogin von Bruchsln, das geſchach im Sloß zu Werd, und geſchach ir unrecht, darumb ſi ſwärlich darnach gerochen ward, und zu peſſerung wurd das Kloſter Fürſtenfeld gemacht.*

Anno MCCXIX. *ſtarb Herzog Ludwig, und was begraben zu Werd im Klo-*
(i) *ſter.* (i)

Anno Domini MCCXCV. *gab der jung Burgraf Nörlingen ſeinen ſun in dem teutſchen Orden der Veſt Weinsperg, und ſtifftet*
(k) *auch die ... zu Spalt.* (k)

Anno Domini MCCXCVII. erat in vita Elizabet vidua, uxor Heinrici de Reichn militis.

Anno MCCCII. *bracht Herzog Ruedolff von Pairn ſein Mutter in ain gros laymung*
(l) *mit ainem Ritter, hieß der Ettlinger.* (l)

Anno Domini MCCCV. *ſtarb Graf Gebhard von Hirſchberg on leibs erbn, und dem Biſchof von Aichſtet ward Hirsperg, und das Land-gericht ward den Herrn von Bairn, und daſſelbig jar ward Kunig Wentzlaw erslagen, und ließ auch kain Erbn.*

Anno Domini MCCCVI. *ſant Kunig Albrecht ſeinen ſun Rudolff gen Behem zu dem Kunig, und der legt ſich für ain Statt, und ſtarb in dem nächſten jar darnach.*

Anno MCCCVIII. *ward Kunig Albrecht erſchlagen von Hertzog Hannſen ſeinen Vetter, was des Kunigs Wenzelaws Schweſter ſun. Urſach was das er im ſein vetterlich erb verhub.*

Anno MCCCXXII. *ward Herzog Fridrich zu Oeſterreich gefangen von Kunig Ludwign, das geſchach in Bairn bey Autling auff der früchten wis.*

Anno MCCCXXIIII. *da lag Kunig Ludwig vor Lawbing.*

Anno MCCCXXXIIII. *da was ain prunſt zu Augsburg bey Sant Margret.*

Anno MCCCXL. *an Sant Bartolomeus tag da gewunen die von Augsburg Pirentz.*

Anno MCCCXLVIII. vel XLIX. *warden die Juden zu Augsburg verprennt an Sant Cecilien tag.*

Anno Domini MCCCLI. *ward zerbrochen Villenbach von deñ von Augspurg, ſechs tag in Mayen.*

Anno MCCCLIII. *da ward gefangen der Kintlinck und ſein ſun, und ſechs mit im.*

Anno MCCCLX. *ward Biſchof Balthar von Hochenſchlitz erſtochen vor Mindelham.*

Anno MCCCLXI. *da ward die groß glocken gegoſſen zu Sant Moritzen.*

Eodem anno *was Vorgañ von Willmpach und Öchſenpurger von Willmpach der Statt veind, die abbranten die vorſtatt zu Augsburg von Streſſinger thor, und angſteten die Statt ain jar, und ſtimleten die pam in den garten.*

Anno MCCCLXXI. *da zochen die von Bairn und der Jung von Wirtenberg für Laubing, und Herzog Conrad von Teck, und gewunnen es, und erslugen und fiengen vil leutt.*

Item in denſelben jar wurd Erwick ain Burgraf zu Augsburg von des weins wegen ertodt.

Anno MCCCLXXII. *wurden der von Ulm und Reichsſtett vil erſchlagen voñ dem von Wirtenberg und dem von Teck, auch in demſelben jar ward Schwabegg gewunnen und craft Waler ſelbt vierdt gefangen, und die erſturben all in der fancknuß, und ſechzehen man legt man in den turn zu Schwabegg, die verprant man all in den turn.*

Eodem anno *da ward Graff Ulrich von Helffenſtain ſein habt abgeſchnitten in der nacht*

(i) malè; Fürſtenfeldii enim ſepelitur inter ſuos.
(k) hoc loco in autogr. meo folium excıſum.
(l) vid. Henr. Rebdorffenſ. annal.

nacht, in des von Wirttingen gefancknus, der was der Stett diener, und ließ ſiben Kindt.

Anno MCCCLXXIII. *an dem nächſten Sontag vor Liechtmeß da ſazt man zu Augsburg das ungeld, alweg zehen maß von ainem aimer, und von allen tranck den ſibenten Pfenning.*

Anno MCCCLXXV. *slug man Wencelin Hangenor das habt ab zu Augsburg auff dem platz bey mitternacht von der ſtewr wegen, nach Liechtmeß. Da waſent Burgermeiſter Ulrich Rehlinger und Hanns Rem.*

Anno Domini MCCCLXXVII. *an dem nächſten Suntag vor Sant Johanns tag zu Sunewenden da hett Herzog Fridrich, und Herzog Hanns, und Herzog Steffan all von Bairn ain groſſen hoff zu Schwebiſchen Werd.*

Anno MCCCLXXVIII. *an Sant Jörgen tag gewanen die von Augsburg Wall, und zerbrachen das.*

Anno MCCCLXXX. *was ein groß tod in der Statt zu Augsburg, und auf dem Land uberall.*

Anno MCCCLXXXII. *ward gewunen Biberach aber nit zerſtörrt, da hett Erckinger Marſchalck ſein weib, ain Lewtenpeckin geborn, die was ſchwanger, und er hett auch ainen gefangen von Augsburg, da begert der Marſchalck, das man ſein Fraw herab ließ, ſo wolt er den gefangenen ledig laſſen, das beſchah; da ließ man ſie an ainem ſail, zu ainer laden herab. Zu hand gewan die Fraw ain Kind.*

Anno MCCCLXXXIIII. *an Sant Steffan tag kam ain Erdpiden in der nacht, und kam ain anderes an den Obriſten.*

Anno MCCCLXXXVIII. *an Sant Gertruden nacht zogen die von Augsburg aus mit gewalt gen Pairn, für Schernegg und Rechlingen, und gewunnen das Schloß.*

Eodem anno *ward die Statt Wertingen und was darzu gehort verkauft von dem von Reichn dem Langenmantel burger zu Augsburg.*

Eodem anno, *am Sant Bartholomeus abend da wurden die von Stetten erſchlagen und gefangen vor der Statt Weyl. Das tett Graff Eberhard von Wirtenberg. Da ward im auch ſein ſun Graf Ulrich von Wirtenberg erſchlagen, es wurden auch vil anders Volck erſchlagen von baiden tailen.*

Anno MCCCLXXXIX. *was ein groß ſterb zu Augsburg, da gieng man um die Statt mit der Proceß nach der Friemeß, und kam zwo ſtund nachmittag haim.*

Anno MCCCXC. *was ain Romfart, da gieng vil Volcks gen Rom bey dem Babſt Bonifacio. Und Wenceslaw was ain Kunig zu Prag, da fieng der Huſſen glauben an, und ſein Fraw was von Bairn.*

Anno MCCCXCIII. *da verprannt man die Ketzer und die Gleiſtier lewt, und ain tail wurden bekert.*

Item in demſelben jar was ain Romfart zu München, da kam groß gelt dahin.

Anno MCCCXCIX. *an Sant Veits tag am Samſtag da gewunnen die von Augsburg Biberpach, und Erckinger Marſchalck der vatter kam davon, und fiengen ſeinen ſun Hannſen, und verprannten die veſt, und alles des darin was.*

Anno MCCCCI. *was Kunig Ruprecht zu Augsburg, und zoch auf den ſelben tag us, und zugen für Brixen an dem Gartner See, und zug herwider, dan der Herzog von Mayland und ſein hawsfraw wolten in überfallen haben, und der Biſchof von Koln und der Biſchoff von Speir, und Herzog Hainrich von Bairn, und der Burgraf zu Nurnberg, der von Oeſterreich, die von Straßburg, die Teutſchen Herrn &c.*

Eodem anno *kämpft der Geholff mit dem Ulrich von Hasperg zu München.*

Anno MCCCCII. *da hetten die Prediger hie ain groſſes Capitel.*

Anno MCCCCIII. *fieng man an zu pawen Sant Lienhard Kirchen bey Gegingen.*

Anno MCCCCV. *ward Graf Eberhard von Kirchberg erwelt zu ainem Biſchof und ufgeſezt, und ward geweiht zu Werd.*

Eodem anno *löſet Herzog Ludwig, Herzog Steffans ſun die Stett an der Thunaw von dem von Würtemberg und dem Biſchof von Augsburg.*

Anno MCCCCVI. *da hettn Herzog Steffan, Ludwig, Ernſt, Wilhelm, Hainrich von Bairn ain Täding, da ſchäzt Herzog Hainrich uf Herzog Ludwigs land, das ſi ſolten alle jar zwölff tauſind guldin geben, da wards darnach tädinget uff ſechs man, die ſoltens uſprechen.*

Eodem anno *an Sant Jorgn tag reitt Biſchof Eberhard von Kirchberg ein, auch kam ins land der Kunig von Portugal mit hundert pferden, und gen Ausburg, auch ward der turn gemacht auf den Rath-haws, der pleiern, auch die taffel auf den Friemeß altar zu Sant Ulrich coſtet drewhundert guldin.*

Anno MCCCCVII. *da was ain groſſer ſterben zu Augsburg, der gieng durch alle Land, und was ain kalter winter, wäret ain vierdtl ains jars.*

Eodem anno *zoch der Burgraf von Nurnberg für Rotenburg an der Tauber, und was Herzog Heinrich, und Herzog Ludwig und Herzog Hanns von Bairn und der von Wirtenberg und vil Herrn und Edllewt darvor der Statt, und tetten ain groſſen ſchaden an iren Veſten, und irer Statt nichts nit, und lagen lange zeit darvor.*

Anno MCCCCVIII. *an Sant Elspeten tag ritt ain Biſchof zu Augsburg ein, da ritten mit im ſiben von Schellenberg und vil ander Edl lewt mer.*

Anno MCCCCIX. *da ſchmidet man vier Prieſter an den Perlach thurn, an iedlichs Eck ain; in fogel hewſer mit hend und mit fieſſen, der ain hieß herr Jörg Watelech Prediger Ordens, der ander hieß Hanns der Küß, auch herr Hanns zu dem heyligen Creuz, herr Hanns der Frey zu Sant Johanns, und Hanns zu Gerſthoffen. Die ſturben hungers, die drew am dornſtag, als man ſie am ſamstag hinuff ſezt, der vierdt ſtarb am freytag darnach, und was auch ain Lay unter den in ainer geſelſchaft hieß der Gaislacher ain Lederer, den verprannt man deſſelben ſamstag an Sant Valentins tag.*

Eodem

Eodem anno *an Sant Peter und Pauls abend da kämpfet Goswein Marſchalck von Dornſperg, mit ainem von Bairn, Dietrich Häcbſenacker zu Augsburg an dem weinmarckt, da erſtach der Häcbſenacker den Marſchalck ze tod über den ſchlund hinein.*

Anoo MCCCCX. *bawt Lorenz Egen genant von Argon das Spital zu Augsburg.*

Eodem anno *ließ Herzog Heinrich zu Landshuet ſeinen Burgern die Häupter abſchlagen, bey achtzehen.*

Anno MCCCCXII. *ſolten kämpft haben Burckhard von Ellerpach und Hanns Gumpenperger, aber es gieng ab.*

Deſſelben jar ſtarb Biſchof Eberhard von Kirchberg.

Anoo MCCCCXIIII. *da was das* Concilium *zu Coſtniz, und wäret von dem aller Hailigen tag, bis zu dem hailigen Pfingſttag in dem MCCCCXVIII. jar.*

Eod. anno XIIII. *kämpfet Herzog Fridrich zu Augsburg.*

Anno eodem *ward herr Fridrich Graffenecker uf den altar geſezt.*

Anno MCCCCXV. *zog man vor Erlingen in das Lechtall uff den von Oeſterreich.*

Eodem anoo *ſchluegen die von Landſperg dem Schmid und dem Veſtenſtainer und dem Rott das haupt ab.*

Anoo MCCCCXVI. *was ein Stech hoff hie, und was auch Herzog Ludwig hie, und hueb man auch an zu pflaſtern die Statt und die Gaſſen.*

Anno MCCCCXVII. *ſtach zu Coſtnitz Herzog Hainrich Herzog Ludwigen.*

Anno MCCCCXXII. *zu der mitter vaſten zoch man fur Fidlingen, da gewan man den marckt, und lag vor dem Sloß bis Jacobi, das kunt man nit gewinnen. Da verpranndt man den Marckt. Herzog Hainrich, Herzog Ernſt und Herzog Wilhalm die tettens.*

Anno MCCCCXXIIII. *an dem dritten tag nach Sant Jacobs tag erſtach Peter Rechlinger Sebaſtian Ilſung zu tod bey Pergen, und er was alter Burgermaiſter.*

Anno MCCCCXXXI. *hebet das Concili zu Baſel an, und weret bis* anno Domini MCCCCXXXXIIII.

Anno MCCCCXXXV. *ſtarb Herzog Wilhalm von Bairn am montag vor heiligen Creutz achtenden. Auch daſſelb jar ertranckt man die Pernawerin am micktn vor Sant Galli tag, auch deckt man den Perlach thurn mit plei.*

Anno MCCCCXXXVIII. *was auch ain ſterb zu Augsburg.*

Anoo MCCCCXXXIX. *zoch der jung Herzog Ludwig für Fridberg, das was ſeines Vatters Herzog Ludwigs. Das Schloß ward gewunnen auf Jacobi, und lägen ein halb jar darvor.*

Anno MCCCCXLI. *an Sant Blaſi tag da fiengen die von Augsburg Jörgen von Rietham mit ſeinem knecht, den ſchlueg man baiden ir habt ab zu Werdt.*

Anno MCCCCXLII. *da fiengen die von Ulm Burckhard von Weſternach, und ſchluegen im das habt ab.*

Anno MCCCCXLIII. *da fiengen die von Ulm Herting von Ramingen bey Geislingen, und ſchlugen im das habt ab.*

Eodem anno *zoch Herzog Ludwig der jung für ſeinen Vatter fur Neuburg zu Oſtern, und gewun das vier tag nach Sant Gilgen tag. Si zochen darfur zwen tag nach Sant Gregori tag.*

Eodem anno *ward das gewölb zu Sant Moriz gemacht.*

Anno MCCCCLVI. *erſtach Hans von Schawburg Michel Rem zu tod, bey der Lech pruckl, geſchach in der Vaſten Oculi.*

In dem ſelben jar an Sant Veits ſach man ain ſtern, der hett ain langen ſchwantz als ain pfaw, den ſchazt man als lang als von Augsburg gen Sant Lienhard.

Auch dis jar an Sant Ulrichs tag erſchlueg das wetter ain Ritter zu tod zu Schongaw, hieß Werner von Pientzenaw.

Eodem anno *näet man die creutzer auf wider die Türcken, und zochen ir vil aus, und mer darnach an Sant Moriz tag zochen ir bey hundert aus, und darnach acht tag nach Sant Michels tag zugn ir vierdthalb hundert hin weg, darnach an Sant Katarinen tag kamen ir vil herwider.* Eodem anno *verprann das tanzhaws zu Augsburg.*

Anno MCCCCLVIII. *ward Werdt gewunnen durch Herzog Ludwig umb Sant Gallen tag.*

Anno MCCCCLX. *an Sant Endres nacht da verpran das Kloſter zu unſer Frawen brüder zu Augsburg.*

Anno MCCCCLXII. *am Miktn vor Ulrich hat der Pfaltzgraf die Fürſten gefangen mit namen den Biſchof von Mets und den von Baden und ſein brueder Carl und Ulrichen von Wirtenberg, und in demſelben jar uberwand Herzog Ludwig vor Giengen die Reichs-Stätt.*

Anno MCCCCLXVII. *ward die groß glogg zu unſer Frawen gegoſſen, und darnach die groß glogg zu Sant Ulrich.*

JOANNIS GAIRII

NÖRDLINGANI

Annorum MCCCXCII. & XCIII.

BREVIS

HISTORIA.

✲ ✲ ✲

Ex Autographo Auctoris ſemiputrido

deſcripſit atque edidit

ANDREAS FELIX OEFELIUS.

Monitum prævium Editoris.

Extat in Bibliotheca Bavarica Codex MS. chartacerus in folio, valdè detritus, præcipuè circa finem, ubi Chronicon hocce foliis vacuis adſcriptum, ſed ab eadem manu, quæ Codicem integrum exaravit. Continet autem *Guidonis Columnæ Hiſtoriam Trojanam* (Latino-Barbarorum Iliadem) è Latino proſâ germanicâ redditam. Hanc excipit Chronica, quam hîc deſcriptam damus. Codex omnibus quas ævum illud ferebat (Anno ſiquidem MCCCXCIII. conſcriptus fuerat) elegantiis exornatus, corio rubeo tectis aſſeribus, cornubus præterea & umbilicis æneis. Hodie inter Codd. MSC. vernaculos Num. CXVIII. ſignatur. In fine interpres rithmos Germanicos adſcripſit, pro modulo illius temporis avenæ non ita inſcitos. Eos velut in guſtum, & quod in iis Auctor nomen ſuum prodat, hic duximus adſcribendos.

Von Latein in Tütſch gemaht
Ditz Büch und volebraht
Iſt, ſo ich beſte kund
Von mir bie uf diſe ſtund
Alz ich ez vand vor mir ſtann
An einem Buch wie ich wann
Daz in Latein geſchriben waz
Vil hat geſlorieret
Und mit luſt gezieret
Dann ich ymmer künd und müg
Noch mein witz darzu trüg
Doch hann ich daz beſt
Getann, daz ich weſt
Alz verr ich verſtünd Latein
Die an dem ſelbn Büchlein
Ich geſchriben vand
Der Maiſter iſt genant
Gwido von der Colum
Von der Stat hieß Meſſum,
Ain Maiſter von hoher kunſt
Alz ich main, und ſein gunſt
Mich dez iſt beweiſen
Wann er von wil weiſen

Maiſtern

Maiſtern daz hat genomen
Da nach ich nahe gomen
Bin, und han ez geticht
In tütſch, mit worten bericht
Dez beſten ſo mir fur kam,
Ich furcht ob ich meinen Nam
Nenn, die weiſen ſpotten mein
Doch wär mir daz kain pein
Wann ein redlich weiſer man
Spot nit ains der lützel kan
Und ſpricht, ich wais künd er baz
Er tät ez gern one Hazz
Ob ez dann ainen nit gefellt
Der zu den ſnöden iſt gezelt
Dez acht ich hait klain
Meines namen main
Iſt H A *und darzu* N
Der mich ebn nenn
S. G A *und* I R
Iſt meines rechten namen Gir
Und auch der Zunam
Dez ich mich nit ſcham,
Von Nördlingen der Stat
Alz von Criſtes geburt ſtat
Tuſend und vierhundert
Und darab geſundert
Nün jar und lützel mer
Iſt ez volbracht mit Er.

Codicis initium: *Ain Kunkreich hiezz Theſalia in dem Land zu Romany* &c. Finis aûtem: *und taten doch ain grozz mort und übel an dem Kunig, und dar Stat gemainlich.*

In Chronica quædam ita exeſa & ab udore putrida ut planè effugerint.

ANno Domini M. CCC. LXXXXII. Dominus Papa Innocentius . . . . . dedit remiſſionem plenariam omnium peccatorum, ſicut in . . . . ad petitionem Ducum Babariæ videlicet Stephani Friderici . . . . . fratrum, & ob Reverentiam quarundam reliquiarum quæ inventæ . . . io quodam monte dicto Anndechſs, quæ portatæ fuerunt in . . . . . . omnibus viſitantibus dictas reliquias in dicta terſa München . . Dominica Lætare usque ad Octavam S. Jacobi ſequentis & fuit . . . . . Concurſus maximus Gentium diverſarum de Partibus ſuperioribus Alemanniæ.

Eodem anno veniebat quidam Rex Turggorum cum maxima multitudine infidelium, & invaſit regnum Ungariæ, cui reſiſtebat potenter Dominus Rex Ungariæ Sigismundus cum adjutorio Ducum Auſtriæ & Comitum . . . . de Cyli, & per eos fuerunt prædicti Turggi fugati, & multi ioterfecti, de parte verò Regis prædicti pauci fuerunt mortui. Rex verò prædictus reverſus fuit ad partes ſuas cum maximo gaudio.

Anno Domini MCCCLXXXXIII. idem Rex Turgorum reverſus eſt . . . . . Uogariam, cum maxima multitudine & devaſtavit ibi magnam partem terræ Regis Ungariæ, & multi Chriſtiani fuerunt interfecti & multi capti, intraverunt enim Turggi in regno Ungariæ cum magno potentatu, ita quod Rex cum ipſis non audebat inire bellum, ipſi enim devaſtârunt bonam contradam, quæ dicitur *in den Werd*, & in aliis contradis circa XXVI. villas & oppida; & ſunt usque adhuc ad devaſtandum regnum Ungariæ. Dicitur, quod Rex Turggorum perſonaliter non ſit ibi, ſed ſolum ſui capitanei.

Eodem anoo Rex Romanorum & Bohemiæ Wenceslaus miſit militem unum de ſuis dictum Borſaboi cum gente ſua ad partes Alemaniæ, cui etiam . . . . . . mittebant auxilia multi Principes Alamaniæ, & faciebant iſtam congregationem ita occultè, nullo ſciente, cui dictus Rex nec alii inimici occurrunt. Tandem tamen poſuit exercitum ſuum cum gente Domini Epiſcopi Argentinenſis, Marchionis de Paden & Comitis de Wirtenberg contra civitatem Argentinam, faciendo ipſis magnum damnum in vinis & bladis. Tandem concordiâ factâ in quadam ſum̃a pecuniæ reverſi ſunt.

Eodem anno fuit habundantia omnis frumenti, ſed fructus arborum quaſi per totam Alemaniam eudem anno pauci inveniebantur Eodem anno vites habundabant uvis, ſed tamen ante feſtum Michaelis venie-

bat ita intenſum frigus, quod illis duabus noctibus per totam Alemanniam, Ungariam, Bohemiam, uvæ fuerint per frigus ita combuſtæ, quod modicum vinum remanſit, & id quod remanſit, non fuit ita bonnm ſicut aliis temporibus.

Anno Domini MCCCXCIII. de menſe Auguſti fuerunt inventi in civitate Auguſtenſi Hæretici, qui tenebant articulos ſequentes:

Primo crediderunt, quod ſi fuerint confeſſi fratribus ſuæ ſectæ, puris Laicis, exinde pœnitentiam egerint, abſolutionem peccatorum ſuorum ex ejusmodi confeſſionibus habituros.

Item dixerunt ſe notos, & nos eſſe ignotos & alienos, & quod ipſi magis noti forent Deo in ſua fide ſeu ſecta quam nos, & conſequenter ipſos eſſe ſalvandos & nos non.

Item nil crediderunt de purgatorio, ſed quod eſſent duæ viæ, una ſalvandorum & altera damnatorum.

Item non crediderunt quod ſuffragia facta pro defunctis, qualiacunque eſſent, quidquam proficerent.

Item non crediderunt, quod Beata Virgo Maria ſive aliquis Sanctus invocandus eſſet, nam à Deo ipſi nobis nihil poſſunt impetrare.

Item non crediderunt, quod aqua benedicta peccata venialia deleret.

Item de conſecratione Eccleſiarum, cæmeteriorum, palmarum, herbarum, ſalis, candelarum & aliarum rerum juxta ritum Eccleſiæ ſtatutorum nihil omnino credebant.

Item de Indulgentiis, dedicationibus & aliis quibuscunque nihil crediderunt dicentes hæc & alia propter Cleri excogitata avaritiam & inſtituta.

Item crediderunt, quod cenſura Eccleſiaſtica non ligaret, & quod eſſet inſtituta proptet avaritiam Clericorum, ut ſupra.

Item crediderunt, quod Sacerdos ſimplex tantam poteſtatem habeat in peccatis abſolvendis, quantam habeat Papa vel Epiſcopus.

Item audiverunt Prædicationem Fratrum ipſorum, & illi prædicationi crediderunt.

Item quidam de Confirmatione nil crediderunt.

Item aliqui & ut plurimum, nunquam confeſſi ſunt errores præſcriptos, usque nunc, & tamen acceſſerunt ad Corpus Chriſti ut alii.

Item quidam crediderunt ſectam eorum manere usque ad futurum judicium, ſecretè tamen usque ad adventum Heliæ & Enoch, & tunc manifeſtari, & omnes generationes congregandas cum eadem ſecta.

Item crediderunt, quod nullus Judex aliquem condemnare poſſit ad mortem, quantumcunque culpabilem, ſine peccato.

Item dicunt Apoſtolos eorum, quos habent poſſe conſecrare Corpus Chriſti.

Nota quod iſtorum fuerunt in civitate Auguſta numero XXXXVI. qui omnes ad fidem rectam reverſi ſunt, & datum eſt eis pro emenda, primo quod crucem in veſtimentis parvam portare deberent per annum integrum in plateis: item quod debent ire per octo dies, de S. Udalrico usque ad Sanctam Mariam, ſemper duo & duo, & quod debent portare candelam ardentem, & in Eccleſia Beatæ Mariæ Virginis debent orare ſeptem Ave Maria, & Presbyter debet ipſis dare aſperſionem, & in cimiterio debent otare tria Pater noſter & Ave Maria pro defunctis.

Item poſtea in Werdea inventi ſunt eodem anno de eisdem Hæreticis cum eisdem articulis, numero XXXX. qui omnes reverſi ad fidem Catholicam in parvo tempore ad fidem priſtinam redierunt, & fuerunt combuſti viri X.(m) & mulieres XVI. (m)
ſed invocaverunt beatam Virginem & omnes Sanctos, & ſepulti ſunt in cemeterio. Epiſcopus recepit bona eorum, malè ſibi pauperes fuerunt dimiſſi, divites combuſti.

Item eodem anno in Dinckelſpihel inventi ſunt de iisdem Hæreticis aliqui, quorum numerum neſcio, ſed combuſti ſunt duo.

Item eod. anno in Wemding inventi ſunt de eisdem Hæreticis, quorum plures in omnibus converſi, ſed tandem ad ptiora revertentibus combuſti ſunt decem viri & mulieres.

Et ſic eodem annn in diverſis terris & villis inventi ſunt plurimi Hæretici ejusdem ſectæ, & multi cruce ſignati, & multi Apoſtatati & combuſti, & etiam quamplures ſignum crucis pro pœnitentia accipientes, fidem dereliquerunt, & patriam derelinquentes receſſerunt, & ſic inventi ſunt in diverſis civitatibus & villis in Suevia, Bavaria, Franconia multi Hæretici de eadem ſecta.

Tandem finaliter inventum eſt, quod Domini illorum, qui combuſti fuerunt, receperunt bona ipſorum, & pauperes dimiſerunt. Credo, quod cauſa principalis fuerit mala.

Anno Domini MCCCLXXXXIII.... per Barones Bohemiæ captus & detentus fuit Wenceslaus Rex Romanorum & Bohemiæ Rex . . . ipſum eſſe inutilem ad regendum Imperium Romannm & . . . . multis tractatibus hinc inde habitis non poterat liberari, tandem Principibus regni . . . . Principibus Alemanniæ convenientibus In Franckenfurt convenerunt in unum . . . . . ſua potentia ad libe-

(m) hoc in numero aliquid eraſum.

liberandum Regem eum cogere deberent . . . . . multis conventibus hinc inde factis frater prædicti Domini Regis, Dux Johannes de Görlitz cum Baronibus . . . ſe tantum interpoſuit, ut ipſe ſe ipſum cum L. Nobilibus pro obſide conſtitueret in Crumenaw, quod & Dominus de Roſenberg, qui & ipſum Regem habuit . . . . donec controverſia totaliter eſſet diffinita inter dictum Dominum Regem & Barones.

Anno Domini MCCCXCVIII. in die converſionis Sancti Pauli, quaſi in veſpera diei, fuerunt in multis regionibus maximi venti, ita quod multæ domus corruerunt, & fuerunt tonitrua & coruſcationes maximæ & pluviæ.

Eodem anno Rex Hungariæ Sigismundus & Dux Burgundiæ cum maxima comitiva Ducum, Comitum & Baronum de diverſis partibus mundi iverunt contra Turgos, & fecerunt eis magna dampna, & obſederunt quandam civitatem dictam Schiltach, ibique receperunt maximum conflictum, ita quod innumerabiles Chriſtiani fuerunt interfecti & capti, inter quos fuit captus Dux Burgundiæ, cum aliis Ducibus, Comitibus & Nobilibus, quorum quingenti fuerunt ſtatim decapitati, reliqui venundati, & ſimiliter Dux Burgundiæ cum aliquibus nobilibus pro certa quantitare pecuniæ relaxatus, non ſub aliqua ſpecie fiduciæ, ſed idem Rex Turgorum ſibi dixit, quandocunque venies cum gente tua me ad expugnandum invenies paratum contra te cum gente mea; Rex verò Ungarorum idem cum gente ſua & multis nobilibus evaſerunt.

Anno Domini MCCCXCIX. in die S. Pauli in converſione, circa horam ſecundam noctis; fuerunt tonitrua & coruſcationes cœlo exiſtente ſereno claro & ſtellato, quod in multis partibus eſt auditum & viſum.

---

* * *

Item anno 1514. *jar adi* 18. *May hat man einen hie zu Augsburg das haupt abgeſchlagen, der was wol 40. wochen hie gefangen gelegen; der wol ſy nit peichten noch das Hailig Sacrament nemen, und nemen, und ſtarb wie ein vich, und mieſt im der Hencker den kopf liglingen abſchlagen, und grueb man ihm zu den galgen; hieſ Anthoni Stols.*

Recentior quidem Poſſeſſor Codicis, ſuperioribus, quod charta vacaret, iſta allevit.

Und darnach den 22. *May ſchlueg man dem Hans Imhoff von Laugingen das haupt ab zu Laugingen, und thet der Hencker wol drew ſtraich, ee er im das haupt abſchlueg, der hat ſeinen Swager Hannſen Kāme, was Burgermeiſter zu Laugingen, vorwarten und ſchlug im hinden Wendlingen zu tod.*

ÇHRONICÆ VETERIS GARSTENSIS FRAGMENTUM.

* * *

Ex Apographo veteris Codicis, manu
CL. V. MATHÆI RADERI S. J.
deſcripto
Deprompſit atque edidit
ANDREAS FELIX OEFELIUS.

Monitum prævium Editoris.

QUo obſcuriores hactenus fuerunt GARSTENSIS ſuper Oeni ripam in Bavaria ſiti Canonicórum D. Aug. Monaſterii Origines, eo majus operæ pretium facturum exiſtimo, qui antiquiora ejusdem monumenta velut ex incendio rapta (pleraque enim HUNDIO & GEWOLDO magnis teſtibus, igne perierunt) Dominis ſuis & poſteritati, ad quam omninò pertinent, bona fide reſtituat. Horum in numerum haud dubiè, quod hic vulgamus *vetuſtiſſimæ Chronicæ Garſtenſis fragmentum* referendum eſt, quo jejuna valdè & exilis HUNDII GEWOLDIque eo de Monaſterio Hiſtoria jam inde à Seculo undecimo haud parum illuſtratur, ſive Fundatores ſpectemus, ſive res ab iisdem *pro remedio animarum* traditas, ſive modum denique, cui pietas & religio illorum temporum auctoritatem dedit. Ut jam nihil memorem de aliis uſibus, quos ſimilia Monumenta oculato & emuncto hoc Seculo habere poſſunt. Auctor ipſe, *Canonicus* haud dubiè *Garſtenſis*, poſtquam bilem evomuit benè ſperare Lectorem de morbo ſuo in peroratione finit, quam ita concluſit, quomodo exorſum fuiſſe optes. Cæterum quod hic edimus fragmentum, juſti operis partem fuiſſe & quædam præceſſiſſe, ipſa Exordii verba haud obſcurè præſeferunt. Quæ quo caſu aut cujus negligentia interciderint, nemo hodie facilè divinaverit. *Garſtenſes* ignem criminantur, non deerit fortaſsè, qui frigus litterarium incuſaverit, Monumentis ejusmodi plus aliquando, quam ipſa incendia, exitioſum. Quæ ſuperſunt ex Apographo piiſſimi & elegantiſſimi Bojorum Hagiographi MATHÆI RADERI deſcripta damus, qui tamen unde habuerit, in Adverſariorum Apparatu MS. non memoravit. Inſcripſit autem *Fragmentum vetuſtiſſimæ Chronicæ Garſtenſis de impia Matilde & ejus morte.*

Communicavit illud mecum pro ſua in me & bonas litteras ſingulari propenſione, quemque hujus inſtituti mei adhortatorem graviſſimum habui, vir ipſe in abſtruſiſſimis Hiſtoriæ abolitæ fontibus referandis conſumatiſſimus, JOANNES BAPTISTA DE MARNIUS *Namurcenſis* Soc. Jeſu Presbyter, ab illuſtratis RERUM NAMURCENSIUM, Eccleſiæ *Tungrenſis* & GALLIÆ BELGICÆ univerſæ Antiquitatibus, eam famam conſecutus quæ ex eruditione ſumma ſummo item judicio temperata contingere non niſi clariſſimis poteſt.

Notum

NOtum ſit omnibus Eccleſiæ filiis quod idem (n) qui ſupra vir Nobilis Wernherus de Geppinheim traditionem prædiotum quam ſecerat ſolempniter coram Advocato Cunone & filio ejus, multiſque teſtibus, nondum habens uxorem *filios* * cum ex ancilla advocati Machilda filios & filias ſuſcepiſſet, multis modis in irritam ducere remptavit contradicente ſibi fortiter Præpoſito Hugone (o) ſub quo traditio facta fuerat eo usque ut tandem multis placitis cum illo decertans legaliter per ſententiam Scabionum optineret poſſeſſionem prædiotum coram Comire Rapatone * qui ad reſtituendam Eccleſiæ poſſeſſionem Scabionem unum & duos præcones deſtinavit, cum necdum ceſſaret Wernherus ſed intenſiſſimè niteretur ſpoliare beatam Dei Genitricem Mariam ſanctámque Rad. * Bonis quæ dederar ſuggeſtione uxoris, quæ eum ad tale facinus inceſſanter impulit. Præfatus Hugo Præpoſitus querelam Archiepiſcopo Saltzburg: venerabili depoſuit Eberhardo, qui eundem Wernherum à divinis eliminavit, quousque litem remittetet. Mortuo interea Hugone præpoſito cum ei ſucceſſiſſet Henricus præpoſitus, mortuo Wernhet ſtatim poſſeſſionem occupavit, & de bonis Eccleſiæ datis ſe intromiſit. Uxor autem illius Machilda corpus matiti mortui, qui ſe Gärz ſepeliri cum progenitoribus ſuis longè ante petietat. O weh! ſepeliendum detulit, ut cujus eleemoſynam Beatæ Dei Genetrici fraudulenter ſubtrahere conabatur, & jam cadaver ei auferret, ſepulto itaque viro aucturitate pariter & potentia *advocata* * Domini ſui mox bona prædicta invaſit, ſibique ſervire ſecit cum mancipiis, quæ ſicut ſupra dictum Eccleſiæ tradita fuerant. Ob hoc præpoſitus Henricus advocatum ſæpè opportunè ſatis & importunè monuit, obſecravit & arguit, ſed nihil omnis conatus ejus profecit. Machildis ſiquidem mulier prædicta, quæ maritum ſuggeſtionibus perverſis ſeduxerat etiam Dominum ſuum contra beatam Virginem Mariam precibus iniquiſſimis erexit. Favore itaque Domini ſui non paucis annis invaſis uſa prædiis cum Eccleſia jam nihil ſpei haberet, & illa nihil amplius de amittendis, quæ violenter tenebat, timeret, muliebri ſubito levitate vel curioſitate cum magno faſtu in Saxoniam iter dirigit, quapropter intentione ejus cognita præpoſitus per Decanum & parochianum Udalricum de Emphingen litteris ei directis pro rapina acerrimo edicto intetdixit, ſi moteretur Corpus & Sanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ne corpus ejus in cimiterio ſepeliretur, & ne intraret Eccleſiam Dei, niſi reſipiſceret. Hâc neceſſitate compulſa impetravit à Domino ſuo, antèquam ſe moveret, cum tamen jam eſſet in procinctu, diem conſtitui & litem terminari quolibet modo, ita tamen ut filii ipſius ab hæreditate patris non omninò ejicerentur. Die igitur conſtituta venit advocatus multis ſtipatus militibus adducens ſecum & illam, & poſt multos circuitus diverſorum Conſiliorum ejus videns præpoſitus nihil aliud ſupereſſe niſi vel omnia perderet, vel ex multis aliqua acciperet, melius eſſe arbitrarus eſt aliquid quam nihil lucrari maximè deſtitutus omni ſolatio, majoris & melioris jndicis ad quem provocare utile ſibi putaret, unam itaque quam Erwinus inhabitabar, dum vivetet, curtem accepit, aliam quæ in pignore poſita fuerat pto quinq; libris nummorum tali ratione, ut ſi eam vendere vellet Wernherus nulli prorſus alii quam Eccleſiæ daret pro competenri augmento pecuniæ, reſutavit, cum prædicta pecunia nec non & ſamiliam totam, omnem videlicet poſteritatem Erwini & Entimanni. Sciendum autem quod eandem reſutationem Præpoſitus non pro alio quoquam niſi pro ſe ſolo ſecerit, ut ſi vel Archiepiſcopus vel de fratribus quiſquam litem redintegrare vellet à cauſa repelli nullatenus poſſet. Reſutarione facta Otto filius prædictæ Machildis ſimul cum matre pro omnibus ſratribus & ſororibus reſutationem fecerunt curtis, quæ in pattem ceſſit Eccleſiæ, juravitque idem Otto, quod adduceret Nepotem ſuum Filium Willihalmi patrui ſui, ut eandem cortem daret Eccleſiæ, eo quod in manu ejus diceretur conſiſtere traditio, utriusque autem reſutationis & quam fecit Præpoſitus pro curte una & pro mancipiis, & quam fecit Machildis & filii ejus Otto & frater ejus Udalricus & cunctis aliis quorum lis eſſe videbatut, nec non & juramenti, quod ſecit Otto ſicut dictum eſt: teſtes ſunt Heinrich de Ramſowe, Eppo & Otto de Kirhdorſ, Rupert filius Epponis, Willihalm de Kimpach, Heinrich Judex, Arnolt Sahſo, Adelo de Megilingen, Rudiger de Arnowe, Sigihart cognomento Puer, Cunrad de Tegernbach, Engelwertus filius Erwini, Sigehardus filius Gebehardi.

Sanè ſi quis ſcire deſiderat in quam grave periculum ſtatûs ſui ſeu vitæ vel honoris vergat omnis conceptus vel conflictus perverſus & iniquus contra beatam Dei Genitricem aulu ſacrilego habitus ex hujus mulieris id eſt Machildis, de qua ſupetius ſermo habitus eſt, morte miſerabili & lamentabili colligi poteſt, quæ, cum finita graviſſima & dinturna contentione contra Garzenſem Eccleſiam beatiſſimæ Virginis Mariæ profecta eſſet, ibi ut à multis ferebatur anxilio Dominæ ſuæ, quæ in terra eadem conjugio copulata fuerat Viro Illuſtri & Nobili Luitoldo de Dehſele, ſed infecto negotio reverſa eſt, contigit eam movere litem contra Ottonem filium ſuum pro prædio quod abſtulerat Eccleſiæ. Illo verò reverentiam ſervante matri, blandisque verbis reſpondente ſua eſſe omnia, faceret quod vellet, ſe nullum ei impedimentum de re aliqua illaturum, qui ei omnimodam ſubjectionem, ſicut deceret matri ſemper dum viveret exhibere promptiſſima voluntate paratus eſſet. Illa à fervore animi nullatenus mitigata eſt; cum itaque ille matris ſurorem, quem ſedare non poterar, declinaret, domúmque exiens aſcenſo equo abiret, illa quoque moræ impariens aſcendit caballum domúmque propriam, ubi

poſt

(n)

* *legendum haud dubiè* nondum habens uxorem & filios.

(o)

* celebri illo Bavariæ Palatino.

* *in marg.* Radegundam.

* ita apogr.

(n) Ejus ad A. MCVII, fit mentio in Libro Tradit. Garſenſi MS. apud Hundium Metrop. P. II. p. m. 89.

(o) Vid. Hund, l. c. in Catal. Præpoſitorum Garſenſium.

poſt mortem mariti habitare ſemper conſueverat, deſerens; ut in domo qua Beatam Mariam glorioſiſſimam ſpoliaverat, habitaret ſtomachando proficiſci cœpit uno ſervulo & puellâ eam ſubſequente, cum ergò domui, ad quam tendebat, jam appropinquare cœpiſſet, obviam habuit duos Monachos & declinare eos nitens ſive reverentiam eis ſervans ſive quod magis putabatur erubeſcens, quia honeſtum comitatum non habuit, frœno caballum de via flectere cœpit, frœno autem de manibus dimiſſo cum mantello vario quod ſuper humeros poſuerat, & ex parte collapſum erat, recolligere ſéque cooperire vellet palæfrerus incertum unde exterritus ſaltù proſiluit, & Dominam ſuam dejecit pendentémque pede uno in ſtrepa quia non muliebrem ſed virilem ſellam aſcenderat, per vepres & ſpinas huc illúcque trahebat diruptis itaque ſuis omnibus quibus induta erat veſtibus à cervice usque deorſum totóque corpore nudato & tam calcibus equi quam vepribus & ſpinis contrito & dilacerato mortua eſt, & ante domum cujusdam ruſtici vix capta eſt.

Talem habuit finem mulier, quæ in Matrem Domini noſtri Jeſu Chriſti Dominam videlicet mundi, Reginam cœli auſu nefando manus crudeliſſimas mittere non dubitavit, ut neque in domo propria neq; in domo qua ſpoliaverat Eccleſiam beatæ Mariæ quieſcere diémque extremum claudere mereretur.

Timeat itaque & expaveſcat totus mundus offendere tam ſanctam tam venerabilem & glorioſam Virginem quam mirabili dignatione Deus omnipotens, Creator cœli & terræ de univerſa generis humani maſſa dampnata ſingulariter elegit, ut ad reformandum opus, quod in Adam per Evam perierat, ex ea naſceretur, eſſétque unus idémque Filius Dei & Filius Virginis.

Quis itaque non devotiſſimo corde diligat, quis non veneretur tam ſanctam Matrem Dei, quæ totam plenitudinem divinitatis in utero novē menſibus portavit, & inviſibilem ſemper viſibilem exhibuit: quæ de ſacrario intemerati corporis protulit pretiū captivorum, redemptionem damnatorum, ſalutem totius mundi. Quis non toto mentis affectu amplectatur & honoret hanc S. Virginem Matrem Domini N. J. C. quæ ab ipſo quem de ſe incarnatum mundo hominem pariter & Deum exhibuit, ſic exaltata eſt, ut ipſam ſummæque divinitatis excellentiam medium nihil inveniri poſſit cum filio ſuo Rege, utique Rege & ipſa Regina cœlorum facta eſt; ipſa enim ſummis ſpiritibus ſupereminet, ſola ac ſingulariter Cherubin & Seraphin thronisque & dominationibus ſuperexaltata ab omnibus ordinibus Angelorum adoratur, & excellenter glorioſa prædicatur, unde nemo exiſtimet injurias atque offenſiones tantæ Virginis Dei filium utique & ipſius filium diſſimulare vel contemnere aliquatenus poſſe; timeátque & contremiſcat à facie tantæ poteſtatis homo vermis & pulvis; quia horrendum eſt in manus ejus incidere & tam glorioſam matrem ejus offendere. Tu autem Virgo beatiſſima & omni ſeculo venerabilis reminiſcere quia miſericorditer à Domino facta es Mater miſericordiæ & poſt dignas juſtásque injuriarum tuarum pœnas gravémque vindictam miſerere, miſerere mulieris Machildis, quæ non contemptu tuæ reverentiæ ſed amore filiorum uteri ſui te offendit, ut & nobis viventibus proſit, quoniam filius tuus Dominus noſter offenſiones tuas & læſiones pauperum ſervorum tuorum ſine ultione præterire noluit, oſtendens quam fortis zelotes & judex ſit injuriarum matris & quam miſericors ſit patronus pupillorum, illi quoque proſit ad veniam, quod præſumptionis ſuæ vindictam ſuſcepit, impetra ei Domina piiſſima apud clementiſſimum filium juſtum pariter & miſericordem judicem ſacinorum noſtrorum tuo ſancto patrocinio tuisq; precibus peccatorum indulgentiam, requiem animæ æternæ vitæ conſolationem cujus corpus duplici contritione contritum confuſionis & mortis graves, quas meruit, pœnas luit. Ora etiam pro nobis Domina benigniſſima, quatenus ad peccatum nobis nequaquam imputetur, ſi forè iniquitatem videntes fieri contra te & contra Eccleſiam tuam plus quam debuimus contra eandem mulierem zelum habentes Dei, ſed non ſecundum ſcientiam, deliquimus; fortaſſis enim in rebus temporalibus rerúmque temporalium diſpendio forenſi juſtitiæ plus juſto inſiſtentes & avaritiæ noſtræ magis conſulendo quam fraternam charitatem attendendo indignationem filii tui incurrimus, qui nobis præcipit in Evangelio ſuo proximum noſtrum ſicut nosmet ipſos diligere, temporalia autem contempnere & relinquere, quamvis ſi ſic proximos diligeremus, ut dampna Eccleſiæ contempnenda arbitraremur, longè ab illis diſſentiret mentis noſtræ & rationis judicium, qui bona Eccleſiæ tradita vel potenter vel fraudulenter auſerentibus omnino non parcendum judicant. Sed quia in utroque delictum eſſe oſtendit ſubtilis rerum diſcuſſio ſicut pro ſolicitudine nobis commiſſa contra perſecutores Eccleſiarum nequaquam viriliter dimicamus, aut pro temporali commodo contra proximum ultra juſtitiæ limitem progredimur, quorum alterum deſidiæ vel negligentiæ aſcribitur, alterum avaritiæ vel contentionis vanitati, quæ pars ſuperbiæ eſſe non dubium eſt imputatur. Tu Domina piiſſima obtine nobis à dilecto filio tuo per ſpiritum ſapientiæ & prudentiæ utriusque rei moderamine gubernari ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis, ut nec pro cupiditate rerum præſentium cor noſtrum declinet in odium proximorum, quæ noſtra videntur auferentium, nec pro inordinata charitate iniquitati pareamus vel conſentiamus ſacrilegorum. Obtine nobis Virgo glorioſiſſima Maria in tuo ſervitio manere cupientibus hanc à Domino noſtro dilecto tuo filio gratiam & miſericordiam quatenus ipſo nos ducente in ſemita mandatorum ſuorum curſum vitæ hujus inoffenſo pede percurrere, ut tuo parocinio, tua interceſſione ad illius viſionem pervenire mereamur.

Palinodia.

VITA

VITA S. HILTEGUNDIS VIRGINIS,

Anonymo Monacho Uracenſi Auctore.

* * *

Ex cod. MS. chartaceo Bibliothecæ BAVARICÆ *eruit atque edidit*

ANDREAS FELIX OEFELIUS.

Monitum prævium Editoris.

PAuca habeo, quæ de hac, uti inſcribitur, LEGENDA S. HILTEGUNDIS præmoneam. Invêni in Cod. MS. BIBLIOTHECÆ BAVARICÆ inter *Latinos* Num. CCCCLXVII. ſignato, qui quondam ad HARTMANNUM SCHEDELIUM pertinuit, à cujus manu ibi alia ferè omnia, præter hanc legendam, quæ ab ignota eâque paulò vetuſtiori exarata. An unquam typis excuſa fuerit, mihi non conſtat, nec puto factum. Ego certè, tanquam nunquam fuiſſet, hîc edo. Argumentum ejusmodi eſt, quod locum ſibi in hac collectione depoſcat, Antiquitates enim Boicas Suevicásque ex æquo tangit, & ad CONRADI SALICI tempora usque redit Seculíque decimi tenebras. Verum pretium ſtatuent ſuo tempore HAGIOGRAPHI ANTWERPIENSES, quorum maximè in uſum hîc apparet.

GOSWINUM HILTEGUNDIS patrem ex URACENSIUM *Comitum* proſapia ortum conjicio, cujus Origines altâ adhuc nocte premuntur. Manum admovere cœpit Heroibus hiſce refodiendis indefeſſus ille CRUSIUS, ſed jam copiâ jam inopiâ laborans, quam altè cubent, indicavit.

Auctorem *Legendæ* quod attinet, *Monachum Uracenſem* fuiſſe & ibidem Biographiam hanc conſcripſiſſe ſive declamâſſe verba produnt, quæ circa finem leguntur: *Hic autem in loco, qui Urach dicitur, Monaſticarum Perſonarum facta eſt à Comite Goſwino Inſtitutio.* URACH hodie AURACH WIRTTENBERGENSIS DITIONIS urbecula eſt ad ſecundum ab urbe Tubingenſi lapidem, quo nonnulli *Artanum* Ptolomæi collocant. De Monaſterii ibidem veſtigiis plura ex CRUSII Paralippomenis ad Annales Sueviæ Cap. VII. memorat AUCTOR *Sueviæ Eccleſiaſticæ*, quem optes Cruſianâ eruditione paulò magis accinctum ad opus tam utile vaſtúmque acceſſiſſe.

Incipit Prologus in Legendam Sanƈte Hiltegundis Virginis.

DIvina gratia qua paſſim terrarum ſpatio corda fidelium veri fontis venas ſitientium confiſi de vita moribúſque *Beate Hiltegundis* Virginis, que Chriſtum indeſinenter ſitivit ipſiúſque nuptiis terrenas reſpuens, ardenter intereſſe cupivit, loqui pro modulo noſtre facultatis ſatagantes & cognitionem ſanƈte Eccleſie repreſentari cupientes, exordio noſtre parvitatis prelationis adeſſe deprecamur Dominum Deum Patrem omnipotentem, unicumque Filium ejus Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, per quem omnia ſaƈta ſunt, & Spiritum ſanƈtum ab utroque procedentem per quem regitur cor devium & vulnere peccati ſaucium ſanatur, fideliter invocamus dicentes Veni ſanƈte Spiritus.

Incipit Legenda Beate Hiltegundis Virginis.

BEata igitur Hilteguntis ſecundum dignitatem hujus Seculi ex nobilioribus parentibus orta ſuit, ſed gloriam mundi caducam eſſe ſubtili mente conſiderans poſtpoſuit, illecebras carnis quas mundi amatores ampleƈtuntur, abhorruit, velut laudabilis rei exitus docuit: nam in primevo juventutis ſuæ flore, velut cara proles cum reliquis ſex ſororibus ſuis, à parentibus diligenti ſovebantur decore exteriori habitu ſcilicet ſericis indumentis decorabatur; ſed intra ſecreta conſcientie ſue pulchro apparatu manſio Dei exornabatur, & dum occulta mente faciem veri ſponſi Jeſu Chriſti ſcilicet meditatur, inſperatè utroque parente orbatur.

Quid ſaƈtura erit Virgo materno, quod fidiſſimum eſt, deſtituta alioquio, cujus ducatu regetur virgo patris privata ſolatio. Illius patrocinio non ambigo teneram puellam ſoveri, qui cunƈtos ſperantes in ſe non deſinit indeſeſsâ pietate tueri. Chriſtus profeƈtò hanc virginem ſovit, cujus meditatio in conſpeƈtu Domini erat, & que carnis hujus inquinamenta non novit. Erat namque illo tempore quidam homo prepotens Beate Hiltegundi proximâ connexus lineâ conſanguinitatis *Göſſwinus* Comes appellatus, qui curam virginis ſuſcipere gerendam ſecum diſputans eſt meditatus. Preterea uxor Ducis illo tempore Nobilis *Erneſti* in *Roſstal*, Duciſſa *Irmgardis* in proxima linea neptis beate Virginis fuit, que de obitu patris & matris deſolate virginis ioconſolabiliter doluit. Hec revera curam care neptis ſue geſſiſſet, ſi prediƈtus Comes illius rei aſſenſum dediſſet. Idem verò Comes, vir moribus ſtrenuus predia beate Virginis ceterarúmque ſororum ejus proportionaliter dimenſus eſt, & ſolam pre ceteris Beatam Virginem *Hyltegundim* cum facultate, que eam contingebat in oppidum ſuum non longè à *Babenberg* ſitum, quod *Hochſtet* appellatur, colligebat. Curam autem Beate Virginis cum tante fidei diſpoſitione velut Pater Felix gerebat, ut ſi quis alienigenarum quandoque domum ejus, gratia hoſpitandi vel alio quocunque modo, ſicut virotum excellentium hoſpitia viſitantur, intraverit; ipſam Beatam Virginem quaſi unam de filiabus ſuis, non alio obtutu aſpexerit.

Decurſo interea aliquanti temporis ſpatio faƈta eſt in domo *Gozwini* Comitis ex nobilioribus viris *Bavarie* congregatio, inter quos quidam homo forma & divitiis prepollebat, glorioſior etiam genere erat, qui ad deſponſandam ſibi Beatam *Hyltegundim* ſumma dileƈtione nuptiarum ſecularium venerat. Inito igitur utrarumque partium Comitis *Gozwini* videlicet, *Bauwarice* turbe conſiliu, habitóque de utriſque partibus prudentium virorum colloquio, beata Virgo H*iltegundis* faƈti totius neſcia, quia ſimplicitate floruit columbina à Pedegogo ſuo nobili viro deſponſatur, ſtatimque ſine dilatione, ut ſponſus eam deſerat ad propria, ea ignorante cum multo comitatu iter paratur. Quid dicemus de deſponſata Virgine, que apud Chriſtum ſibi preeleƈtum gaudet conjugali germine, virgo perſona abſens & aſſenſu viro deſponſatur, que nuptias hujus ſeculi abhorret, & ſi quidquam cum ea de hys conferatur, virginem eſſe, & ſic permanere decretum, cujus anima ſibi ſponſum Jeſum Chriſtum videlicet elegit ſecretum. Virgo terrenis nuptiis præter votum cordis deputatur, que nuptiis eternis veri ſponſi intereſſe meditatur. Namque Beata *Hiltegundis* virginem ſe permanſuram in obitu patris & matris ſue in ſecreto cordis ſui Chriſto ſovit. Virgo *Hyltegundis* ſponſo terreno debet copulari, que ſe cotidie veri ſponſi peroptati amplexibus precatur obtumbrari. Quid putatis Chriſtus faciet, cum ſibi ſponſam cum qua habitare dignatus eſt, preripi ſentiet.

Kariſſimi, Chriſtus proſeƈto ſponſam ſuam in ſinu ſuo locabit & eam intaƈtam ab omni corruptela mentis & corporis conſervabit. Quid plura? tandem Beate *Hyltegundi* à Pedagogo ſuo *Göſwino* ſcilicet legitimi connubii dilpoſitio ſecundum dignitatem hujus ſeculi ab eo promota diligenter declaratur, & ut idem à Beate Virginis mente non diſcordet ab ipſo & ab omnibus ibidem nobilioribus toto niſu commendatur. Quibus auditis Beata Virgo ſtupens puellari more conſervari ſuam virginitatem deprecatur à totius ſalutis Auƈtore. Erat namque Comiti *Goſwino* ſuéque uxori non longè ab oppido prelibato *Hochſtet* quedam ſingularis & ſpecialis manſio, que hodierno die *Uracb* in communi eloquio appellatur,

ibique

ibique capella in honore ſancti Petri dedicata, ad quem locum Comes unà cum uxore paucáque familia comoditatis ſue causâ vitandique tumultum populi perſepè confugit. Hunc locum Comes *Goſwinus* ſponſo permonſtraverat, ibique Beatam *Hildegundim* ſibi tradere ſpopunderat. Aurora igitur quadam die qua velut ſolet ortum ſolis prevenire, venit ſponſus opinatus Beatam *Hildegundem* cum magno tumultu reperere, audito vero famuli loci illius *Urach* hominum tumultu conſurgunt, ſuſcipitúrque ſponſus à Comite *Goſwino* & ab omnibus ibidem gratulabundo vultu. Kariſſimi providentiam Dei unanimiter animadvertamus, quidve Beata Virgo egerit ad ſponſi cum adventum ſenſerit, audiamus. Capellam ſancti Petri ingreditur, & ſacerdotem divina ibidem miniſtrantem columbinâ, ut erat, ſimplicitate alloquitur, & quod verbũ ipſius Beate *Hiltegundis* cunctis incognitum apud eum ſit diligenter rogitat, communionémque ſacram ſancti Corporis & Sanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti ſumma devotione ſibi ab ipſo exhiberi flagitat. Sacerdos ille precibus Beate Virginis Hiltegundis annuit, confeſſionéque ab ipſa audita Sacramentum Dominici Corporis & Sanguinis ſancte Virgini cum ammiratione vehementi tribuit, que in capella dum miſſarum ſolemnia complerentur, reſidebat, deinde ſicut mos erat, ad menſam procedebat, ſed ibi à carnali cibo potúque jejuna permanebat. O! beata abſtinentia! Virgo veſci differt cibo temporali, que ſe precognoſcit eſcâ refici ſpirituali, paranymphi terreſtris diſſimulat Epulas, que ſe tranſituram videt ad celeſtis ſponſi delicias. A prandio temporali abſtinet Virgo beata, cui jam occurſat celica turba ad preſentandum ſummo Creatori ſponſam electam preparata. O felix Beate *Hiltegundis* eſce tranſitorie dilatio, quam eterna requie pro cunctis dapibus dulcis preſtolatur preparatio. Que digna huic preparationi poſſumus fari aut que dona his que Deus preparavit diligentibus ſe valent comparari, que oculus non vidit, nec auris audivit, nec lingua cujuscunque poterit explicare. Quid plura dicemus? Menſâ ſublatâ ad abduceodam Beatam Virginem equi ſternuntur & ornamenta pretioſa diverſi decoris auri ſeu gemmarum mulis deducenda impoountur. Cum verò jam cuncta ad iter eſſent parata Beata *Hiltegundis* Comitem *Goſwinum* ſponſúmque ſuum ſic eſt affata. Sinite ut ego cum duabus puellis meis capellam ſaocti Petri ingrediar causâ orationis & ibi meo itineri depoſcam dextram divine Benedictionis. Quod iter eſtimatis hujus Virginis erit? aut cujus ſponſi thalamum querit, ſponſus accidentaliter formoſus à beata *Hiltegunde* deſpicitur, & ad ſponſum incircumſcriptibiliter & inedicibiliter formoſum anhelat, de quo per Pſalmiſtam dicitur: ſpecioſus forma pre filiis hominum: benè gloria faciei illius ſpecioſa predicatur, cujus pulchritudioem Sol & Luna mirantur. Hujus ſponſi thalamum beata Virgo amplecti intendit, qui cœlum & terram palmo potentie ſue comprehendit. Que hujus thalami tânta preparatio ſeu delectatio in quo reclinari ſanctis Virginibus tanta eſt meditatio? audi quod queris: ad hunc thalamum ſpecioſi ſponſi cum venitur, non eſuritur, non ſititur, non ſompnus appetitur non frigoris aut ulla caloris intemperantia ſentitur. Malum omne neſcitur, qui etiam thalamus inenarrabili decore omnium virtutum redimitur. Beata ergo *Hiltegundis*, quod petiit, obtinuit, Capellam ſancti Petri ingreditur, orationi ita dicens procubuit: Deus celi & terre, Creator mundi, cordis pius iohabitator, caſtitatis tibi dicate conſervator, tu ſcis cuncta priusquam fiant, tu ſcis, quod toto corde te amo, ad te Jeſu Chriſte fili Dei vivi pro conſervatione virginitatis mee ego famula tua clamo, ut noo ſinas corpus meum tibi dicatum violari nec ullam impudici contagii pollutione obfuſcari. Oratione finita Deus clemens, qui juſtis ſupplicationibus ſemper preſens eſt, ſpiritum electe ſue ad gaudia diu optata vocavit; ſicque genibus flexis ſancta *Hiltegundis* coram altari S. Petri feliciter expiravit *ſecundo ydus Octobris.*

Egreſſum autem ſancte Virginis de capella cunctis foris preſtolantibus, quodque orationi tamdiu vacaret amirantibus, puelle que cum ea intraverant corpus ſanctum accedebant, & qoaſi ſopitum dolci ſompno videbant, quod cum vidiſſent retrorſum abeuntes ſtabant, & quousque ſacra Virgo à ſompno evigilaret, expectare deſiderabant. O in Sanctis ſuis mira Chriſti operatio kariſſimi, quibus dulciſſimis orgaois ſpiritus Beate *Hiltegundis* à corpore ſine dolore putatis evocatum, quod à circumſtantibus duabus puellis ſanctum Corpus facili ſompoo ſopiri putatur. Felix eſt ille ſompous virginis que jam plene delectatur de preſentia Filii Dei. Denique puelle mirantes ſecundo Corpus ſanctum timidè tangere temptantes ſanctam *Hiltegundim* obiiſſe ſenſerunt, & mox oculis rorem lachrymarum ſtillaotibus magnâ voce clamaverunt. Audito clamore hi, qui cum ſpooſo aderant, accurrerunt viſáq; Chriſti operatione in ſancta Dei Virgine unà cum ſponſo ſtupefacti amare fleverunt. Sponſus dixit his, qui ſecum ſteterunt: accedite, corpúsque beatum diligenti apparatu curribus imponite, & hew quod viventis elegantia morum frui mihi conceſſum divinitus non erat, ſaltem deducam defunctam ad propria, quo vivam induxiſſe propoſitum fuerat. Hoc dicto quidam de melioribus accedentes ſanctúmque corpus Beate Hiltegundis quaſi in oratione proſtratum tollere preſumentes, ſed tanta detentum eſt ponderoſitate quaſi truncus arboris fuoditus quaſi ab antiquo radicatus mira imobilitate. Hoc ergo mitum cuncti videotes preſagium hoc eſſe divine ſervitutis future iotra ſe colligentes apud ſe diverſa ſuper his cooſerebant, & tandem ſanctum corpus in eodem loco ſepeliri decernebant. Mirum Dei providentie in ſepultura ſancte Hilteguodis preſagium quod ſibi ab eterno per ſamulos Dei io eodem loco providit futurum obſequium. Quid ſingula ſponſi hujus comitúmque ſuorum triſtitie exequimur. Ad laudandam ſumi Creatoris pietatem qua ſanctam Virgioem *Hiltegundim* in ſua

hodie

hodie excepit gaudia, devoto corde potius extollamus.

Lachrymabiles exequias Comes *Goſwinus* unà cum ſponſo cunctiſque, qui aderant, celebravit, & coram altari S. Petri venerabilis virgo *Hiltegundis* ſepulta eſt, quo expiravit: tunc ſponſus, ſed jam ſponſi nomine fruſtratus ad propria remeavit & dotes quas ſanctę Hiltegundi dare voluerat, in remedium animę ſuę pro Chriſti nomine erogavit. Procedente autem aliquanti temporis curriculo, Comes *Goſwinus*, qui omne patrimonium Beatę Hiltegundis poſſederat, memoriam ipſius minus continuavit, ſed ſeculari cura deditus pauca de vera felicitate tractavit. Verum quia Deus merita Sanctorum ſuorum ad laudem & gloriam nominis ſui mirè diſponit, ſublimare electę ſuę memoriam ſanctę Hiltegundis videlicet Chriſtiano cultui voluit intimare, ut ipſam ſacram Virginem Chriſtianus homo pro delictis ſuis ſatageret compellare, & ut ipſe Chriſtus per interceſſionem ipſius peccata ſibi ſupplicantium vellet relaxare. Profectò Comes *Goſwinus* dilectum Capellanũ *Adelbertum* nomine apud ſe habebat, qui per viſionem ſibi factam ſanctam *Hiltigundim* loqui audiebat: *Adelberte*, inquit, Comiti *Goſwino* mea verba refer, ut mei memoriam ad laudem Dei diligentius ſtudeat celebrare, & ne velit monitionem meam aſpernare. Capellanus autem Comiti viſum non referebat quod tyrañidem mentis ſuę ad fidem ſanctę viſionis inclinare non credebat. Deinde in brevi temporis ſpatio ſancta Virgo eundẽ Capellanum intempeſtę noctis ſilentio tali affatur alloquio: attende, inquit, *Adalberte* verba mea & ut memoriam meam ad laudem ſum̃i Creatoris exaltet Comiti *Goſwino* refer ea. Hanc verò viſionem alteram idem Capellanus apud ſe diligenti meditatione differebat, ſed tamen Comiti licet ultionis divinę pavidus non referebat. Tertia igitur quadam nocte negligens executor viſionis ſanctę Hiltegundis videt ſibi eandem aſtare ſanctam Virginem & dicentem verbis clamabundis, cur, inquit, verba mea Comiti non retuliſti, ſed actenus temerè neglexiſti, ut perſonas Eccleſiaſticas de Patrimonio meo, Chriſto obſequentes conſtituat, dicas Comiti *Goſwino*, quod ſi aliqua mora diſtulerit, non ambigat ſe moneri acriter nutu divino, cui pavidè Capellanus reſpondit: ſcio tyrannidem Domini mei Comitis, verbis meis ad fidem hujus rei flecti non valere, niſi per te ſancta Virgo hujus viſionis verum notamen manifeſtè poſſit videre. Quibus auditis ſancta Virgo *Hiltegundis* maxillam Capellani manu ſua tetigit, quod utique ſignum manus quaſi novo marmore impreſſum cunctis affinibus per omnes dies vitę ſuę patuit. Mane autem facto Capellanus Comiti *Goſwino* divinum expoſuit mandatum, & ut verbis ſuis fidem daret, maxilla ſua teſtimonium prebuit evidenter explicatum. Quo viſo univerſi vehementi admiratione replebantur glorificantes Creatorem celi ac terrę, per quod merita Sanctorum ſuorum mirificè ſublimantur.

Verum Comes *Goſwinus* quia quaſi furioſus crudeli mente fuit aſſertionem Capellani ſui Adelberti licet celitus approbatam extrinſecus recepit ac divinę diſpoſitioni tyrannus adhuc rebellis, quamvis fruſtra, ea quæ juſſus fuerat, exequi, queque per ipſum inchoanda fuerant futura ignarus minimè incepit. Eo quippe tempore Rex *Cunradus* ad promovendam regię neceſſitatis curam totius Alamaniæ Principibus ad *Longobardiam* iter monſtrantibus, quo profectò Comes Goſwinus unum filiorum ſuorum dilectum ſibi ad auxillum regalis Imperii cum aliquantis militibus deſtinavit. Cum igitur præfati Comitis filius trans *Alpenina* juga cum ſuis iter exegiſſet & in una civitatum illius provincię, quę usque hodie in vulgari *Ruina* vel *Colliſio* nuncupatur quadam nocte poſt laborem vię requiem cepiſſet, in ipſius noctis ſilentio montium deſuper civitatem pendentium prenominatam, vehemens facta eſt colliſio. Nimirum tale factum longè latéque divulgatur & filius Comitis *Goſwini* quia ſecondum dignitatem hujus ſimiliter glorioſus erat, à multis in curia Regis *Cunradi* deplorabatur, ac tandem Comiti *Goſwino* filii ſui oppreſſio inopinata inſinuatur, quo audito mente conſternitur, cordéque virium vigore repente conteritur, & quę & qualia per Capellanum prelibatum ſibi à Beata Virgine dicta ſint ſagaci cogitatione amplectitur, & ad id inchoandum majorem Dei expaveſcens iram convertitur. In *Longobardia* enim flebilis facta eſt hominum perditio. Hic autem in loco, qui *Urach* dicitur, Monaſticarum perſonarum facta eſt à Comite *Goſwino* & ab eterno divinitus procurata inſtitutio, mundana igitur cecitate obductus Comes *Goſwinus* divinę diſpoſitioni per aliquot dies contraierat, ſed nunc inductus terrore ultrò divinę juſſioni ſe objicere ſed nec diſſimulare auſus erat. Unde popolus clamat: tange montes, & fumigabant. Quid autem per montes niſi potens hujus ſeculi deſignatur, quid verò per tactum Dei, niſi flagellum ſuę ſanctiſſime correctionis figuratur. A Deo igitur montes tanguntur, quoties ſeculi potentes divinâ correctione à malis deſideriis reprimuntur, quid autem per fumum niſi pœnitentia denotatur? Ex calore & humore fumum conſtare declaratur: per calorem verò fervor divini amoris quo corda hominum accenduntur ad pœnitentiam inſinuatur: per humorem profectò fons lachrymarum, quo crimina lamentantur, intelligatur. A Deo igitur celeſti verbere tacti fumigare narrantur quando calore ſancti Spiritûs ad fletum, quo commiſſa defleant, provocantur. Et alibi etiam per Pſalmiſtam dicitur: in chamo & freno maxillas eorum conſtringe, qui non approximant ad te. Comes *Goſwinus* profectò nec mente nec opere Deo approximabat, donec eum divina correctio in morte filii ſui ad viam veritatis frenabat. Conſtruxit verò de prediis Beatę *Hiltegundis* & ſuis, in loco ſupra memorato Monaſterium, & ad hoc monaſticatum perſonarum coadunavit collegium, ipſe verò cum legitima ſua *Lutgarde* * ſeculo abdicârunt, & ad idem ſe transferentes Monaſterium, ille tamen inter fratres, hæc autem ſingulari manſione cum quinque famulabus divinum flagitabat ſubſidium.

* ſuperius *Irmgardim* nominaverat.

MONU-

MONUMENTA TEGERNSEENSIA.

I.

Fragmenta bina CHRONICI TEGERNSEENSIS, *ex membranis rejectitiis vetuſtis.*

II.

Excerpta ex NECROLOGIO TEGERNSEENSI *membranaceo, operâ & ſtudio R. P. D.* MICHAELIS LORII, *Ord. S. Benedicti in eodem Monaſterio Cœnobitæ.*

Edente

ANDREA FELICE OEFELIO.

Monitum prævium Editoris.

UT nihil ſpernit curioſitas, ita nihil Hiſtoria negligit, eorum præcipuè, quæ ſemel elapſa, reparari revocarique, nullis facultatibus, nullis ſtudiis poſſunt, quo majori curâ & ſolicitudine ab interitu præſervanda ſunt, quibus injuria & incuria temporum hominúmque exitium minatur. Illud quidem mihi & ſæpè antehac & nuper admodum uſu venit. Etenim cum non ita pridem Codex MS. chartaceus obtigiſſet, qui UDALRICI FÜTERERI Pictoris & Poëtæ *Monacenſis* CHRONICON BAVARIÆ ineditum vernaculè ſcriptum & propè diem in lucem edendum complectebatur, circa initium & finem Codicis hujuſce Membranacea folia ſingula Emporeticæ chartæ loco inſerta, & in his curatius examinatis CHRONICI TEGERNSEENSIS triſtes exuvias deprehendi, quas illico ut Penthei à ſuis lacerati membra diſperſa, in hunc editionis finem collegi. Codex, unde nefarius culter reſciderat, eleganter ſcriptus in quarta quam vocant forma fuerat, litteris majuſculis minio ſubinde interſtinctis. Continent bina hæc fragmenta, anterius quidem Res poſtremas *Udalrici II. de Parterhauſen*, quem exinde anno MCCLXI. denatum diſcimus, nec non ſequentium Abbatum ad annum usque MCCCXLVII. Poſterius ídque brevis, Regimen *Caſpari Aindorffer* complectitur, ad annum usque MCCCCXLV. porrectum. Utrumque, non rebus ſolum Monaſterii antiquiſſimi celeberrimique etſi non perinde Monumentis illuſtrati, ſed Patriæ univerſæ cognoſcendis accommodatum atque perutile judicavimus. Erit fortaſſe (eventum tamen & affectus aliorum in me non recipio) ut hanc promulſidem, plenius epulum ponè excipiat.

Alterum quod hic damus Monumentum *Tegurinum* PARS eſt NECROLOGII antiquiſſimi, cujus generis Monumentorum in Hiſtoria utilitatem etiamſi non commendâſſet Illuſtris SCHANNATUS (p) plauſus & gratia, (p) quibus excipi à Litteratis ſolent, fidem facerent. Excerpſit in noſtri gratiam Superiorum ſuorum indulgentia ſanè laudabili Plurimum Reverendus MICHAEL LORIUS cœnobita *Tegurinus*; quem unà cum ſuis optamus è theſauro illo Codicum vetuſtorum (qui vel tumultuariè inſpectus Illuſtres PEZIOS, aſſuetos horum, attonitos reddidit) depromere aliquando, quod

Kkkk 3 Poſteros

(p) Vindem. P. I. Præf. Num. XV.

Poſteros juvet, famam & gratiam antiquiſſimi Bojorum Aſceterii adaugeat, Patriámque communem, exornet viciſſim & ditet, BIBLIOTHECASque MONASTERIORUM SACRARIA eſſe doceat, in quibus MONUMENTA GENTIS deponuntur, non, in quibus computreſcant, SEPULCHRA.

I.

Fragmenta duo veteris Chronici Tegernſeenſis.

***PLura indicia reliqnit. Scripſit anno Domini MCCLXVI. tunc temporis pro pace in congregatione ſervanda Mortilogium ſatis utile. Ex quo tamen claret eiſdem temporibus Monachos plus legeprivatâ quam juxta regularem vixiſſe traditionem. Hic comparavit calicem argenteum magni ponderis & quantitatis, qui ad noſtra tempora ſervatus, ejus argentum pro imagine pectorali S. Quirini cum argento tabulæ cujusdam, quod ad eadem tempora noſtra remanſerat, eſt conflatum. Anno Domini MCCCCXLVI. regnante venerabili Patre Domino Caſpar, qui & duos flaſcones argenteos per dictum Dominum Udalricum comparatos, quod corundem rarus uſus habebatur in picaria argentea novem numero commutavit. Obiit anno Domini MCCLXI. ad ſuam tumbam ejusmodi obtinuit Epitaphium:

Hic jacet in tumba, vir bonus, ſine felle columba
Abbas Udalricus de Parterhauſen generatus.

Cui ſucceſſit Hainricus II. qui circa annos Domini MCCLXVI. rexit, ſed annis paucis.

Hainrico mortuo Dominus Ludwicus Monaſterii curam ſuſcepit. Hic genere nobilis, Comes de Grünſpach primo in Monaſterio Schyrenſi Monachus à puero nutritus ſuis bene meritis poſcentibus, primum in Weychenſteſen & poſtea in Schyrenſi Monaſterio Abbatiali fungens dignitate, ordinatione Illuſtrium Principum Ludwici & Ottonis ac venerabilis Domini Chunradi Pii & per omnia manſueti Epiſcopi Friſingenſis, præfectus eſt in Abbatem huic Monaſterio, ubi factâ ſibi à Fratribus obedientia & reſignantibus ei officia ſingula, quæ regebant, repperit ipſum Monaſterium in ſola civitate Monacenſi in quingentis libris denariorum Monacenſium obligatum præter debita & obligationes rurales, quæ non minus quam ad CCC. libras denariorum ſe extendebant, quibus licet omnis exſolutis, cum gratus eſſet ſingulis Principibus & Nobilibus, domeſticis & extraneis pauperibus & mendicis, fratribus tamen quibusdam comoda privata quærentibus extitit ingratus. Hic Friſingæ domum comparavit in pede montis apud S. Andream, ubi deſcenſus eſt in civitatem, quam poſtea Dominus Enicho Epiſcopus recipiens, aliam in foro Monaſterio largiens, quæ ſingulis annis quatuor libras exſolvebat. Quæ qualiter ſucceſſorum incuria eſt à Monaſterio alienata, cum nullum hodie proprium in civitate eadem hoſpitium habeat, ignoratur.

Comparavit quoque alia prædiola quædam in Auſtria, & cenſus porcorum & Tritici - (q) Chünczowe redemit. Inſuper de (q)
conſenſu Chunradi Epiſcopi & Capituli Friſingenſis Parrochiam in Gemunden menſæ ſuæ incorporavit, & ut per Vicarium eandem regere poſſet ab eodem impetravit.

Acta ſunt hæc anno incarnationis Dominicæ MCCLXXIIII. clauſtrum etiam muro circumdedit in duobus annis, quem erexit ſuper antiquum fundamentum ſtabiliendo. Comparavit etiam poſtea unam domum Monaci ſituatam apud ſorores, quæ de ordine ſunt ſanctæ Claræ, ubi tunc temporis Fratres Minores reſidebant, & ipſam aream domûs ejusdem ampliavit per ortum adjacentem, quem pro decem libris comparavit. Hic poſtea per unum latus paraliticatus decidit per VIII. dies in ſtratu decumbens, Eccleſiaſticis Sacramentis proviſus obdormivit anno Domini MCCLXXXVI. quinto ydus Februarii.

Poſt cujus deceſſum ſucceſſit ei in regimine Dominus Marquardus, Comes de Vergen, hujus temporibus anno videlicet Domini MCCXCVII. ad tantum ſtatus Monaſterii eſt collapſus, ut Epiſcopo Enichone locum viſitante, cuidam de Fratribus Udalrico Perchtinger Monaſterii regimen per quadriennium commendâſſet, Fratribus omnibus, præter ſex Sacerdotes & juniores pueros emiſſis. Abbati Marquardo annua penſio tribueretur, cum libera facultate morandi in caſtro Eberczhauſen vel in Weiſſach vel ad ſtudium ſe transferendi. Quo in tempore dictum caſtrum una cum turri propè Monaſterium caſtellanos habuêre deputatos.

Dominus autem Marquardus Abbas anno Domini MCCXCI. caſtrum ipſum in Eberczhauſen cujus alienatione quondam Monaſterium plurima diſpendia & rerum dampna perpeſſum erat. Ita ut quidam ejusdem Poſſeſſor violenter jus prendendi in lacu usque ad capellam ſontis S. Quirini ſibi uſurparet, quod quidam Weychnandus de Eyrerspurg infeodatum à Monaſterio habebat. Ab eodem cum nonnullis prædiis circumjacentibus, pro trecentis libris denariorum comparavit. Et ne inpoſterum ſimilia damna Monaſterio occaſione ejusdem evenirent, jurejurando unà cum conventu obtulit id ad Aram S. Quirini, ne quovis modo per ſe aut ſucceſſores ſuos alicui infeodaretur & alienaretur, ut in litteris con-

fectis

(q) verbum hut inferendum in margine ſcriptum fuit, ſed à Bibliopego reciſum.

fectis habetur. Quod caſtrum poſtea ſic ut cernitur, ſolo tenus eſt deſtructum, & ejus ſores ſerreæ in Monaſterio ad Bibliothecam una, altera in ſacriſtia appenſæ pro memoria reſervantur.

Hic anno Domini MCCCVI. Plenarium magnum, in quo S. Quirini & aliorum Reliquiæ Sanctorum incluſæ fuerant aperiens, in duo plenaria preriosa auro fulvo tecta & gemmis decorata repoſuit, quæ quidem plenaria hodie habentur. Obiit anno Domini MCCCXXIIII. ſepultus ante altare ſanctarum Virginum & Viduarum.

Defuncto Marquardo concordi fratrum electione ſucceſſit ei in regimine Dominus Haintricus tercius dictus Rayner. Hic plurimas Monaſterii ruinas reparavit, intérque ambitum per circuitum clauſtri reſtudinavir: dormirorium cum refectorio æſtivali Fratribus conſtruxit, & capellas plures cum ſornicibus decoravir. Comparavit & opus cum ſuſile æreum pro ſratrum lavatorio anno Domini MCCCXXX. pro quo tertiâ vice ſuſo quingentas libras denariorum expendit. Hic anre obitum ſuum prælaturam ſponre quietis ut creditur amore reſignavir. * Reſiduum vitæ ſuæ ut plurimum circa capellam S. Leonardi conſumens.

* *erat in marg.* A. 1339.

Huiç in regimine, ut æſtimatur, ſucceſſit Karolus Hauczendorfer dictus, quo non diu regente, anno MCCCXLVII. dum concordi voluntate ſrarrum, Dominus Chunradus Chaczpeck dictus, eſſet electus, contra fratrum electionem liberam Sigibrandus quidam Gelringet nominatus, potenria Principum Monaſterio eſt præfectus. Sed eodem non diu regenre, ipſe dum de Auſtria poſt collectos Monaſterii fructus ad cœnobium rediret, inſidiante ſibi quodam Ottone Chaczpeck ſrarre germano præſati Domini Chunradi, qui ipſum inrer Roſenhaim & Aybling *auf dem Grabbeg* hoſtiliter interſecit. *

* *erat in marg.* Año Domini MCCCXLVII. vi. kal. Auguſti.

Cujus corpus ad Mooaſterium delatum jacet ſepultum * * *

Fragmentum Chronicæ Tegernſeenſis alterum de Rebus Caſpari Aindorffer Abbatis XLIII.

**** Laicus cunverſus hujus Monaſterii Monachus profeſſus in arte lignaria ut in ipſo opere cernitur nulli ætate noſtra inferior. Exreriorem quoque tunc temporis domum in curia, quod manentibus in ea tutum non præbebar habitandi locum, à ſundo per duas æſtates cum omnibus officinis neceſſariis, & repoſitorio decimarum erexit, quo in tempore ſimilirer pro fratrum ſolatio & uſu infra biennium piſcinam piſcium grandem magno ſtudio & impendiis non modicis in Jörgenried congregavit, qui & hoc anno ſcilicer MCCCCLV. aliam non minorem in aquis propè Hartpenning in luco, qui dicitur Stumpſbach, colligere cœpit, ſed perficete nequivit, quæ piſcinæ ex conſilio peritorum in arte piſcandi nunc deſertæ & vacuæ aquis & piſcibus derelictæ ſunt, & omnimodis ſuadetmus Abbatibus ſuccedentibus, ne in eisdem expenſas plus ſaciant, quod ſine ſructu & non absque magno damno Monaſterii id fieret. Probatæ enim ſunt ex arte & cum maximis expenſis & dampnis, & viſa ſunt omnia eſſe nullius utilitatis & profectus. Ordinavit & Molendinum cum piſtrino infra cœnobii ſcpta conrra mulrorum ſpem, unde plurimum emolumenti Monaſterio provenir. Derivavit inſuper cum labore grandi ſontem ad Monaſterii ſingulas officinas trans torrentem impetuoſum Alpach. Sed & ædificia neceſſaria extra Monaſterii ſepta & in ſundis Monaſterii ſita diligenter reſtauravit pluribus in locis. In Monaco domum noſtram, cujus reſtauratio ultra CC libras denariorum ſe extendebat, curtem eriam principalem in Auſtria in Achleutten eodem tempore, pro qua non minus quam CCC. libras denariorum expoſuit. Ad tutamen inhabitantium, contra inſultus ſpoliatorum & guerrarum fortiter munivit. Fodit etiam illis in temporibus pureum altom in Holczchirchen cum labore grandi per triennium priusquam aquæ reperirentur, cujus expenſæ ad CCC. libras denariorum ſe exrendebant, ubi & domum muratam comparavit; ſed & capellam muratam ad ſontem S. Quirini de novo erexit, quæ antea lignea ſuit.

Ejus etiam remporibus circa initium obſervantiæ regularis trans lacum ex oppoſiro capellæ jam dictæ, reperra eſt per fratres vena olei Petrolei jam per XL. ferè annos manans, quo liniti præſertim paralitici & conrracti priſtinæ ſanitati ſunt plures reſtituti. Quanquam in diverſis ægritudinibus & morbis ſalutis anridotum præſtat: Præcipuè tamen efficaciſſimum remedium eſt conrra Uſtiones, ut ſi quis linitus ſtatim ſibi mitigabit dolorem, quod probatum eſt per experientiam efficacirer, unde in magna veneratione apud exteras Nationes habetur.

Jam inſuper anno ſcilicet Dominicæ incarnationis MCCCCLV. regiminis ſui xxix. quod animo pii patris ſemper inſidebat ad inſtaurandum officinas conventûs torum ſe dedir, quo anno murum unum ambitûs pro dormirorio fratrum à ſundo erexit, atque pro perficiendo opere tam grandi videlicet rorius Monaſterii reſtauratione, quod, quantum ad loca conventualia undique toralem minabatur ruinam, neceſſarias impenſas in lapidibus, lignis & aliis neceſſariis ac opportunis, omni induſtriâ ſollicitè comportavir, ac deinceps annis ſequentibus vetera deſtruens, & omnia per Gyrum ædificata ſunditus evertens, nova prout hodie cernuntur cum mulrorum admiratione infra quinquennium erexit. Admirans & ipſe quam ſæpius, unde tot & tantæ quas tunc quottidie ſaciebat, ſibi provenirent expenſæ non enim occaſione hujus Monaſterii fratribus, quos habebar circiter quinquaginta ſolitam annonam in aliquo diminuit, ſed more conſueto largiter miniſtravir, neque debira ulla contraxir, ſed Deo aſſiſtente ſibi arridebant ei tunc proſperè cuncta. Ea quoque tempeſtate librum

Fun-

Fundatorum Monaſterii & librum reddiruum jurium & conſuetudinum Monaſterii, pro futura fratrum inſtructione magna cum diligentia colligens, per unum de fratribus conſcribi ordinavit.

Privilegia quoque Monaſterii, quæ anteceſſorum negligentia diſperſa fuerant, diligenter recollegit, & in archa ſpeciali ſub cuſtodia plurium clavium repoſuit. Quare ne ut olim cauſa teſtificandi extra Mnnaſterium efferri opus foret autentica manu potiora ex eis transſummi fecit; quæ etiam notabiliter adauxit: Nam à Rege & poſt Imperatore Sigismundo ſub bulla aurea, ſimiliter à Friderico V. moderno Romanorum Imperarore & aliis Principibus Bavariæ & Auſtriæ privilegia plura nova & antiquorum coofirmationes impetravit.

Rurſum anno MCCCCXLV. cum capella S. Andreæ ubi tumuli erant fuodatorum terra implenda eſſet, & murus unus à latere meridionali, cui dictum ſepulchrum annexum erat, funditus erigendus erat, aperta ſunt cum magna reverentia per dictum Dominum Abbatem Caſpar præſara ſepulchra, ubi à ſexcentis & amplius annis corpora eorundem venerabilium & ſanctæ memoriæ Principum & Dominorum in Domino quieverunt, & præſentibus conventu cum cereis & luminaribus ac Nobilibus Viris ac populo utriusque ſexus non parvo in uumero, collecta ſunt cum magna diligentia oſſa eorum & perambitum cum cantu & pulſu religiosè per Eccleſiam usque ad chorum ante altare majus reportata, atque in archa ad hoc ordinata ſunt condita & ut ſic in ſacriſtia per annum & amplius reſervata, tandem ad Eccleſiam majorem ante altare S. Crucis cum omni diligentia in novo ſepulchro repoſita ſunt, ibique dum annis XIIII. repausâſſent, Abbas venerabilis Caſpar ea ampliori cenſuit honore decoranda. Unde cum ingenti deſiderio ſummóque ſtudio nec non maximo pretio pretioſum ſepulchrum de marmore rubeo, quod ad præſens cernitur, fieri diſpoſuit, in quo & oſſa prædicta cum reverentia condigna reponere curavit, ubi & hactenus recondita manent. Deniq; ob comendationem ipſorum fundatorum geſtorúmque memoriam eorundem jam dictum ſepulchrum Metrorum Epitaphio talismodi arte ſculptoria voluit adornari:

Annis à Domini-nati de Virgine Chriſti
Cum rota D duo C revolvit quater X. quinque
Diva ſunt orti parili progenie ſorti
Inter primores tunc cunctis celebriores
Burgundi ſunt patre ſed editi Bavara Matre,
Albertum Primum die Okariúmque ſecundum
Hii multas verè quia divitias habuêre
Sed Chriſto grati ſunt linquere cuncta parati.
Hinc gladios aræ fratres ſimul impoſuêre
Trabeas hinc chlamydémque libens * * * *

II.

Excerpta ex Necrologio Membranaceo

MONASTERII TEGERNSEENSIS.

JANUARIUS.

III.	Non.	Jan.	Thomas Abbas de Lambacn.
-	Nonis	-	Wilrammus Abbas S. Sebaſtiani.
VIII.	Idus	-	Franciſcus Abbas in Seon.
VII.	Idus	-	Hainricus Ikchingerius & Gertrudis uxor ejus.
-	-	-	Petrus de Mellico Presbyter dictus de Roſenhaym Reformator hujus Monaſterii.
-	-	-	Udalricus Præpoſitus in Undenſtoff.
III.	Id.	-	Wolfgangus Præpoſitus in Ror.
-	-	-	D. Eraſmus Abbs montis S. Georgii.
II.	Id.	-	Wilburgis de Schaſtloch.
-	Idibus	Jan.	Beruherus Abbas S. Emmerami.
-	-	-	Wolfgangus Abbas in Krembsmünſter.
-	-	-	Nicolaus Abbas Cellæmariæ.
XIX.	Kal.	Febr.	Hylprandus de Vinſterwald & Dyemudis uxor ejus.
-	-	-	Sebaſtianus Præpoſirus in Underſtorff.
XVIII.	-	-	Dyettricus Abbas S. Wichberti.
XVI.	-	-	Georgius Abbas. 1424. * *n. Congreg.*
-	-	-	Caſpar Abbas hujus Monaſterii.
XV.	-	-	Conradus Epiſcopus Friſingenſis.
XIV.	-	-	Lucas Præpoſitus in Nova Cella.
XII.	-	-	Goſpertus Abbas. 1001. * *n. Congreg.*
XI.	-	-	Udalricus Abbas de Fürſtenfeld.

IX.	-	-	Conradus Abbas n. Congreg. 1492.
VIII.	-	-	Paulus Abbas in Elchingen.
VII.	-	-	Paulus Abbas in Scheyrn.
VI.	-	-	Bernherus Abbas in S. Georgio.
V.	-	-	Wilhelmus Dyenger.
-	-	-	Joannes Abbas S. Udalrici Auguſte.
III.	-	-	Melchior Abbas de S. Udalrico Auguſt.

F E B R U A R I U S.

	Kal.	Febr.	Udalricus Vellslos.
-	-	-	Joannes Abbas. * *de Weyhenſteſen.*
IIII.	Non.	-	Conradus Abbas ad S. Udalricum Auguſt.
			1518.
-	-	-	Thomas Haimpuecher Vicarius noſter in Egern & Confrat.
III.	-	-	Berngerus Abbas noſtræ Congreg. 1012.
-	-	-	Leonardus Donatus noſtræ Congreg. 1509.
	Nonis	-	Chunradus Decanus in Wolferczhauſen. Annó MLVI.
	-	-	Dñs Benedictus Ellingerus Abbas n. Congreg.
VI.	Idus	-	Petrus Abbas S. Petri Salczburge.
-	-	-	Nicolaus Præpoſitus in Tiernſtain.
			1286
V.	-	-	Dñs Ludovicus Abbas ** *Udſchalchus preſb. n. Congr.*
-	-	-	Joannes Prepoſitus in Pollingen.
IIII.	-	-	Eberhardus Abbas in S. Sebaſt.
III.	-	-	Otto miles de Irenſpurgk.
-	-	-	Wolfgangus Abbas in Gotwico.
-	-	-	Georgius Prepoſitus in Raitnpüch.
XV.	Kal.	Mart.	Perchtoldus Abb. * *n. Congreg.*
X.	-	-	Narciſſus Abb. in Benedictn Pewrn.
IX.	-	-	Joannes Prepoſitus de Dyeſsn.
V.	-	-	Ludwicus Caſtner & Agnes uxor ejus.
-	-	-	Sigismundus Domicellus in Peyharting.
IIII.	-	-	Domnus Ockarius Fundator & Mooachus hujus Monaſterii.
III.	-	-	Baltherus Abbas in S. Benedicto.
-	-	-	Joannes Abbas in Malharſtorff.
-	-	-	Jodocus Abbas Cellemarie.

M A R T I U S.

IIII.	Non.	Mart.	Chunradus de Winden & Gerdrudis uxor ejus & Conradus filius dicti Conradi.
-	-	-	Eberhardus Abbas n. Congreg. 1003.
-	-	-	Paulus Abbas in Campoprincipum.
III.	-	-	Joannes Awer.
II.	-	-	Eyfridus Abbas n. Congr. 1058.
-	-	-	Paulus Abbas in Lambaco.
	Nonis	-	Auguſtinus Abbas de Mellico.
VIII.	Idus	-	Johannes Præpoſitus in Rör.
VI.	-	-	Otto Unholtzinger.
-	-	-	Leonardus Præpoſitus Novecelle.
IIII.	-	-	Heinricus Abbas S. Georgii.
-	-	-	Udalricus Præpoſitus in Undenſtorf.
III.	-	-	Gebhardus Abb. 1393. * *n. Congreg.*
-	-	-	Hainricus Præpoſitus Pewlberg.
	Idibus	-	Hainricus Plebanus in Gemünden & Albertus fratruelis ejus, & Baltherus Scherman de Monaco.
-	-	-	Erhardus de Gotwico Abbas.
			1462
XVII.	Kal.	April.	Eberhardus olim noſtre Congreg. profeſſus Abbas primus in monte S. Andex.
XV.	-	-	Eberhardus miles de Saxenchaim Ingrámus miles ibidem & Dyemuedis uxor ejus.
-	-	-	Conradus, Abbas de Monte S. Georgii.
-	-	-	Henricus Præpoſitus in Tiernſtain.
XIIII.	-	-	Chuoradus de Preyſing miles. Udalricus de Meron.
-	-	-	D. Conradus Abbas n. Congr. 1372.

XIII.	Kal.	April.	Ortolfus Abbas de S. Benedicto.
-	-	-	Domini Berchtoldus & Thomas Abbates cum aliis quindecim Monachis in Gärſtñ.
-	-	-	Georgius Abbas de Kremsmünſter.
-	-	-	Leonardus Abbas de monte S. Georgii.
XII.	-	-	Benedictus Abbas in Mänſee.
XI.	-	-	Benedictus Abbas in Weyhenſteürn.
X.	-	-	Oſwaldus Præpoſitus ad S. Yppolitum.
IX.	-	-	Petrus Præpoſitus in Raytñpüch.
-	-	-	Henricus Abbas in Weſeſprün.
VIII.	-	-	Joannes Præpoſitus in Raittñpuech.
VII.	-	-	Dominus Udalricus Abbas in S. Georgio.
-	-	-	Antonius Abbas in Weyhenſteuen.
IIII.	-	-	Udalricus Præpoſitus in Dyetramszell.
III.	-	-	Benedictus Abbas in Gärſtn.
II.	-	-	Hainricus Abbas in Blapewrn.

A P R I L I S.

IIII.	Non.	April.	Caſpar Abbas de monte S. Georgii.
III.	-	-	Heinricus Abbas de S. Agapito.
-	-	-	Dyemo Abbas in S. Georgio.
-	-	-	Caſpar Præpoſitus ad S. Ipolitum.
II.	-	-	Erhardus Abbas in Sewn.
VI.	Idus	April.	Hainricus Peyſser.
-	-	-	Eberhardus Abbas in Weychñſtefen.
V.	-	-	Agnes de Hohenburg.
-	-	-	Hainricus Abbas. 39. * *n. Congr.*
III.	-	-	Goſpertus Abbas de S. Wichperto.
II.	-	-	Weichnandus de Irenſpurgk.
-	-	-	Albertus Abbas in Altach inferiori.
XVIII.	Kal.	Maij.	Joannes Abbas in Sewn.
XVII.	-	-	Oſvaldus Abbas. 1418.
XVI.	-	-	Stephanus Abbas.
XV.	-	-	Kilianus Abbas in Seyttñſtetñ.
XIII.	-	-	Placidus Abb. Scotorum Wiennæ profeſſus in Saltzpurga.
X.	-	-	Chunradus miles de Wächkirchen.
IX.	-	-	Marquardus Abbas. n. Congr. 1324.
-	-	-	Bartholomeus Præpoſitus S. Yppoliti.
IIII.	-	-	Erhardus Præpoſitus in Undensdarf.
III.	-	-	Philippus Præpoſitus ** *ad S. Yppolitum.*
II.	-	-	Johannes Abbas montis S. Georgii.

M A J U S.

VI.	Non.	Maij.	Joannes Abbas in Mellico.
V.	-	-	Conradus Præpoſitus in Dieſſen.
IIII.	-	-	Iſcharius Abbas ** *n. Congreg.*
III.	-	-	Hernandus Abbas n. Congr. 1047.
-	-	-	Johannes Spira Presb. de Cella Maſe.
			1443.
II.	-	-	Udalricus Abbas in Weſſenſprunn mo. n. Congreg.
VIII.	Idus	Maij.	Perchtoldus Vellslos & uxor.
VII.	-	-	Hainricus Abbas ad S. Udalr. Auguſt.
-	-	-	Eraſmus Abbas de S. Emeramo Ratispone.
VI.	-	-	Conradus miles de Geysling. Meinhardus miles de Geysling. Chunigundis uxor ejus.
			29 1091
V.	-	-	Eberhardus Abbas ** *n. Congreg.*
IIII.	-	-	Heinricus Abbas S. Emerami.
-	-	-	Michael Abbas in Malcherſtorff.
XVI.	Kal.	Jun.	Udalricus Abbas. 1042. ** *n. Congreg.*
-	-	-	Criſtánus Abbas in Sey-tenſtetn.
XV.	-	-	Petrus Præpoſitus in Ror.
XIIII.	-	-	Conradus Presb. olim Abbas in Reichenbach.
-	-	-	Andreas Præpoſitus in Tirñſtain.

XIII.

XIII.	-	-	Erhardus Abbas Alte inferioris.
-	-	-	Georgius Abbas in Gärſtn.
XI.	-	-	Rupertus Abbas n. Congr. 1186.
X.	-	-	Jacobus Abbas in Krembsmünſter.
IX.	-	-	Symon Abbas in Mänſee.
-	-	-	Joannes Abbas de Lambaco.
-	-	-	Udalricus Præpoſitus in Peurperg.
VI.	Kal.	-	Rudolphus Abbas. Abb. 1265. ** *n. Congr.*
-	-	-	Sebaſtianus Abbas in Eberſperg.
IIII.	Kal.	-	Udalricus trunculus. Dyemuedis uxor ejus.
III.	-	-	Otto Abbas * *in S. Benedicto.*
II.	-	-	Engelſchalcus Abbas in S. Benedicto.

J U N I U S.

	Kal.	Junii.	Joannes Abbas de monte S. Andex.
III.	Non.	Jun.	Joannes Beſtendarſer.
-	Nonis	-	Hildebrandus Abbas n. Congr. 1446.
VI.	Idus	-	Wilhelmus n. Congr. Abbas in Scheyrn.
V.	-	-	Manigoldus Epiſcopus Pataviensſis & Abb. n. Congr.
-	-	-	Judocus Abbas in Fürſtenfeld.
-	-	-	Martinus Abbas in Atel.
III.	-	-	Albertus Türndel. Conradus Turndel.
-	Idibus	-	Albertus Abbas in Ensdorſ Monachus S. Emeram.
-	-	-	Leonardus Abbas in Krembsmunſter.
XVI.	Kal.	Julii.	Altmanus Abbas in S. Sebaſt.
XV.	-	-	Ramuoldus Abbas in S. Emeram.
XIV.	-	-	Wolſgangus Abbas S. Petri Saltzburg.
XIII.	-	-	Megilo Abbas * *noſtræ Congreg.*
XII.	-	-	Martinus Superior de Eberſperg.
IX.	-	-	Albinus Abbas. 1037. * *noſtræ Congreg.*
			39
VII.	-	-	Conradus Abbas. 1372. * *noſtræ Congr.*
V.	-	-	Erneſtus Abbas in S. Agapito.
IIII.	-	-	Martinus Abbas in S. Agapito.
-	-	-	Domini Udalricus & Georgius Præpoſiti in Peybätting.
III.	-	-	Conradus Abbas n. Congr. 1155.

J U L I U S.

-	Kal.	Julii.	Caſtulus Præpoſitus in Pewrbergk.
VI.	Non.	-	D. Oswaldus Straubinger Doctor & Plebanus Eccleſiæ Bratislavienſis Confrater noſter.
-	Nonis	-	Walthaſar Abbas in Sewn.
VIII.	Idus	-	Conradus Abbas in S. Agapito.
-	-	-	Quirinus Abbas noſtræ Congr. 1510.
VII.	-	-	Udalricus Abbas in Krembsmunſter.
VI.	Idus	Julii.	Landtſridus Abbas in S. Benedicto.
-	-	-	Criſtannus Abb. de Altach ſuperiori de noſtra Congr.
IIII.	-	-	Hermánus Abbas S. Geori.
-	-	-	Conradus Abbas de Wiblingen.
II.	-	-	Symon Abbas de Saltzburga.
-	Idibus	-	Mathias Abbas in Gotwico.
XVII.	Kal.	Aug.	D. Hagano de S. Petro Abb.
-	-	-	D. Conradus de S. Georgio Abb.
XIII.	-	-	Richardus Abbas Fuldenſis.
XII.	-	-	Stephanus Abbas in Mellico.
IX.	-	-	Conradus Abbas de S. Emeran.
VII.	-	-	Georius Snekkenrewt.
-	-	-	Joañes Presb. noſtræ Congr. olim Abb. Celle Maie. 1497.
			1261. 1347.
VI.	-	-	Domini Udalricus & Sigbrandus Abbates noſtræ Congr.
V.	-	-	Heinricus n. Congr. Abbas in S. Benedicto.
IIII.	-	-	Georgius Abbas ** *de Reichenbach.*
-	-	-	Benedictus Abbas in Krembsmunſter. 1488.
III.	-	-	Criſtannus olim Abbas in Mellico.
-	-	-	Leonardus Abbas in Eberſperg.

A U G U S T U S.

IIII.	Non.	Aug.	Hertwicus Abbas de S. Emeram.
-	-	-	Caſpar Præpoſitus de nova Cella.
-	Nonis	-	Joannes Abbas de Mellico.
-	-	-	Wolfgangus de S. Yppolito.
VII.	Idus	-	Georgius Abbas Althe ſuper.
VI.	-	-	Hertvicus Abb. n. Congr. 982.
III.	-	-	Fridericus n. Congr. Abbas in S. Benedicto.
-	-	-	Sebaſtianus Abbas in Gottwico:
	Idibus	-	Conradus Abbas in S. Sebaſt.
XIX.	Kal.	Septembr.	Erchenpertus Abbas in S. Emeram.
XVII.	-	-	Joannes Abbas de Cella Maîe.
XIII.	-	-	Perchtoldus II. Abb. 1244. * *noſtræ Congr.*
-	-	-	Joannes Abbas Alte inſer.
XI.	-	-	Joannes Abbas in Campo principum.
X.	-	-	Leonardus Abbas * *in Krembsmunſter.*
XIX.	-	-	Gotſchalcus Abbas de S. Petro Salisb.
VIII.	-	-	Anniverſarius D. Friderici Principis Auſtriæ & omnium ſuorum progenitorum.
VI.	-	-	Byritto Abbas de S. Sebaſt.
III.	-	-	Heinricus miles de Hag. Duringus miles de Auſtria.
-	-	-	D. Eberhardus Abbas in S. Gedio.
II.	-	-	Anna Regina Bohemiæ.
-	-	-	Rupertus Abbas in S. Sebaſt.

S E P T E M B E R.

IIII.	Non.	Sept.	Petrus Abbas in Campo principum.
	Nonis	-	Joannes Præpoſitus in Dyetramszell.
VIII.	Idus	-	Andreas olim noſtri Monaſterii profeſſus Abbas tertius Monaſterii S. Andex. 1491.
VI.	-	-	Wolfgangus Abbas in Weichenſteuen.
V.	-	-	Joannes Abbas Celle Marie.
III.	-	-	Petrus Abbas in Reychenbach.
	Idibus	-	Illuſtris Princeps Dominus Wilhelmus Dux Bavariæ pauperum amator & relligioſorum pater.
XVII.	Kal.	Octob.	Ludovicus Abbas in Mellico.
XVI.	-	-	Chunradus, Eberhardus, Jeutta, Mathildis de Egling.
XIII.	-	-	Michael Præpoſitus in Pollingen.
XI.	-	-	D. Otto Epiſcopus Friſing.
X.	-	-	Fridericus Abbas * *S. Emerami.*
			29
IX.	-	-	Hainricus Abbas * *n. Congr.*
-	-	-	Leonardus Abbas de Campo Principum.
-	-	-	Udalricus Wülfing de Oſtiñ & Chunigundis uxor.
VIII.	-	-	Karolus Abbas in S. Emeram.
VII.	-	-	Leonardus Abbas in Weichenſteuen.
VI.	-	-	Menigerus Abbas de S. Wichperto.
V.	-	-	Michael Abbas de S. Emeram.
III.	-	-	Zacho Abbas * *noſtræ Congr.*
II.	-	-	Hartungus, Lampertus Abbates de S. Wichperto.

O C T O B E R.

	Kal.	Octob.	Joannes Abbas S. Emeram.
VI.	Non.	-	Karolus Abbas. 1349. * *n. Congr.*
IIII.	-	-	Gregorius Abbas in Blabeürn.
VII.	Idus	-	Joannes Præpoſitus in Dyetramszell.
VI.	-	-	Conradus Kaſtner in Achleüten. Kylianus Scheck de Auſtria.
V.	-	-	Anniverſarium ... D. Imperatoris Maximiliani.
IIII.	-	-	Otto & Otto Comites de Valay.
II.	-	-	Wolfgangus Abbas in Manſee.

II.

II.	-	-	Joannes Præpoſitus de S. Yppolito.
-	-	-	Wolfgangus Abbas de Mellico.
	Idibus	-	Hainricus Præpoſitus in Novacella.
XVI.	Kal.	Novem.	Joannes Querſus de Undenſtorff.
XV.	-	-	Joannes olim noſtræ Congr. profeſſ. [29] Abbas in monte S. Andex.
XIIII.	-	-	Joannes Abbas Scotorum Wyenne.
-	-	-	Andreas Abbas in Seittnſtettn.
XIII.	-	-	Eckhardus Presb. olim Abbas ad S. Sebaſt.
IX.	-	-	Fridericus Abbas S. Georgii.
-	-	-	Chriſtoferus Abbas in Weyhenſteuen.
VIII.	-	-	Joannes Presb. dictus Schlitpacher de Mellico.
VI.	-	-	Pbilippus Abbas in S. Agapit.
V.	-	-	Fridericus Abbas in Gärſten.
III.	-	-	Burkardus Abbas. 1017. * *n. Congreg.*
II.	-	-	Rupertus Abbas in S. Georgio.

NOVEMBER.

	Kal.	Nov.	Dñus Adalbertus Abbas primus & Fundator hujus Monaſteril.
IIII.	Non.	-	Joannes Presb. olim Abbas ad S. Udalricum Auguſt.
-	-	-	Auguſtinus Præpoſitus in Novacella.
VIII.	Idus	-	Udalricus n. Congreg. Abbas in Scheyrn.
VII.	-	-	Heinricus Abbas. 1242. * *n. Congreg.*
VI.	-	-	Albericus Abbas * *de S. Emeram.*
V.	-	-	Joannes Præpoſitus in Undenſtorf.
-	-	-	Auguſtinus Abbas Cellæ Mariæ.
IIII.	-	-	Udalricus Abbas in Wibling.
-	-	-	Petrus n. Congr. olim Abbas in Weſſelprunn.
-	Idibus	-	Udalſchalcus Abbas. 1103. * *n. Congr.*
-	-	-	Raphael olim noſtræ Congreg. profeſſus Abbas Alte ſuperioris. 1483.
-	-	-	Leonardus Abbas in Reichenbach.
XVIII.	Kal.	Decemb.	Chunradus Sneck miles & Gertrudis uxor ejus. Hainricus Sneck.
XV.	-	-	Egkbertus Abbas Fuldenſ.
XIIII.	-	-	Conradus Abbas de S. Georgio.
XIII.	-	-	Albero Abbas de S. Wichperto.
XI.	-	-	Henricus Abbas n. Congr. 1345. [49]
VI.	-	-	Criſtannus Abbas in S. Agapito.
V.	-	-	Albertus Abbas in S. Agapito.
III.	-	-	Stephanus Præpoſitus * *de S. Dorothea.*
-	-	-	Wilhelmus olim n. Congr. profeſſus Abb. in Benedictpeyrn.
-	-	-	Gregorius Præpoſitus in Tyrenſtain.
II.	-	-	Otto de Parterhauſen. Henricus Antlocher.

DECEMBER.

	Kal.	Dec.	Virgilius Abbas ad S. Petrum Salisburge.
IIII.	Non.	-	Nicolaus Præpoſitus in Peyharting.
II.	-	-	Joannes Præpoſitus in Pewrberg.
VII.	Idus	-	Georgius Abbas in Scheyren.
-	-	-	Rupertus Abbas S. Petri Salzburg.
V.	-	-	Joannes Abbas.
II.	-	-	Teſſilo Dux Bavariæ.
-	-	-	Petrus Abbas Althe infer.
-	-	-	Leonardus Abbas in Garſten.
	Idibus	-	Joannes Præpoſitus in Peyrberg.
XVII.	Kal.	Januar.	Conradus Abbas noſtræ Congreg.
XIIII.	-	-	Bernhardus Abbas de S. Benedicto.
XIII.	-	-	Jeronymus Præpoſitus in Rayttenpuech.
-	-	-	Joannes Abbas in Elchingen.
XII.	-	-	Aribo noſtræ Congreg. Abbas. 1119.
XI.	-	-	Wolfhardus & Hartungus Abbates cum aliis 5. Monachis de S. Emeramo.
X.	-	-	Joannes Presb. in Scheyrn quondam Abb. in Weſſelprunn.
IX.	-	-	Wolfgangus de Lambaco.

VIII.	Kal.	Jan.	Andreas Abbas in Malharſtorff.
-	-	-	D. Caſpar Mgr. hoſpitalis in Mēmyngen.
VII.	-	-	Paulus Abbas in Scitenſtetn.
-	-	-	Laurentius Abbas in Gotwico.
-	-	-	Bernardus Abbas Alte inferioris.
-	-	-	Auguſtinus Præpoſitus in Undenſtorff.

ROTULUS
ANNIVERSARIORUM.

VIII.	Idus	Jan.	Heinricus Ikchingarius & Gertrudis uxor.
prid.	Idus	Jan.	Wilbirgis de Schaftloch. ibidem Albanus.
XIX.	Kal.	Febr.	Hiltprandus de Vinſtervald & Dyemudis uxor.
V.	-	-	Wilhelmus Dyenger.
-	-	-	Udalricus Vellslos & Elizabeth uxor ejus, & Adelhaydis.
-	Nonis	Febr.	Conradus Decanus in Wolfertzhauſen.
III.	Idus	Febr.	Otto miles de Irenſpurgk.
V.	Kal.	Mart.	Depoſitio D.Ortkeri Monachi Fundatoris Monaſterii noſtri.
IIII.	Non.	Mart.	Conradus de Windn. Gerdrudis uxor. & Conradus filius.
III.	-	-	Joannes Awer.
VI.	Idus	-	Otto Unholtzinger.
	Idibus	-	Heinricus Plebanus in Gemunden & Albertus fratruelis.
-	-	-	Waltherus Scherman de Monaco.
XV.	Kal.	April.	Ingramnus miles de Sachſnkhaim. & Dyemudis uxor.
-	-	-	Eberhardus miles de Sachſnkhaim.
XIIII.	-	-	Conradus de Preyſing miles.
-	-	-	Udalricus de Meron.
VI.	Idus	-	Heinricus Peyffer.
V.	-	-	Agnes de Hochenpurg.
II.	-	-	Weychnandus de Irenſpurgk.
X.	Kal.	Maij	Conradus miles de Wacbkirchn.
VIII.	Idus	-	Perchtoldus Vellslos.
-	-	-	Item Perchtoldus Vellslos.
VI.	-	-	Conradus miles de Geysling.
-	-	-	Meinhardus miles de Geysling.
IIII.	Kal.	Junii	Dyemudis uxor Udalrici Trunculi, qui accepta benedictione & adepta fraternitate noſtra de ſe & uxore ſua præſcripra ordinavit Mono. ...
III.	Idus	-	Albertus Turndel. Conradus Turndel.
VIII.	Kal.	Sept.	Anniverſarius D. Friderici Principis Auſtriæ.
III.	-	-	Heinricus de Hag miles. Duringus miles in Auſtria.
** *XXVI. Julii*		-	Georios Snekkenrewt'.
II.	Kal.	Sept.	Anna Regina Bohemie & Karinthie Duciſſa.
XIIII.	-	Octobris	Conrdus de Egling. Eberhardus de Egling. Jeutta de Egling. Mathildis de Egling.
VIII.	Kal.	Octobr.	Udalricus Wulfing de Oſtiñ & Chunigundis uxor.
VI.	Idus	-	Conradus Kaſtner. Kylianus Scheck de Auſtria.
IIII.	-	-	Otto Comes de Valay. & alius Otto Comes de Valay.
	Kal.	Nov.	Depoſitio D. Adalberti Fundatoris & primi Abbatis noſtri.
	Idibus	Nov.	Perengerus famoſus aurifaber.
XVIII.	Kal.	Decemb.	Conradus Sneck miles & Gerdrudis uxor.
II.	-	-	Otto de Parterhauſen.

BREVE

BREVE

CHRONICON SCHEFFTLARIENSE

Ord. Præmonſtratenſis

Ab anno MCXL. ad annum MDLXII.

ANONYMO Monacho SCHEFFTLARIENSI Auctore.

✲ ✲ ✲

Ex Apographo

V. CL. JOANNIS LIEBII

Chartophylacis Bavarici

Deſcripſit atque edidit

ANDREAS FELIX OEFELIUS.

Monitum prævium Editoris.

ANtiquiſſimum hocce Monaſterium primo (uti habet *Traditio* PETTONIS *Epiſcopi* ſeu *Abbatis* à GEWOLDO prolata (r)) *ſub patrocinio D. Dionyſii in regno Francorum, in Ducatu Bojoariæ ſuper fluvium, qui dicitur Iſura conſtructum*, & Canonicis traditum AVENTINUS, HUNDIUS GEWOLDUS MEICHELBECKIUS memorârunt. Iidem Auctores monumentorum majori copia adjuti, quomodo ab OTTONE FRISINGENSI Epiſcopo, magno illo temporum teſte, è ſitu & buſto reſtauratum, *Præmonſtratenſis* Ordinis Fratribus (quem ipſe MORIMUNDI amplexus fuerat) traditum fuerit, non obſcurè explicârunt. Sed quæ inde ad noſtra usque tempora memoriæ digna evenêre, nemo unus in ſcripta miſit, ſi *Catalogum Præpoſitorum* excipias à GEWOLDO vulgatum. Qui tamen cum multis in locis hiulcus ſit, non parum lucis à CHRONICO BREVI SCHEFFTLARIENSI, quod ex LIEBII Adverſariis MS. proferimus, accipiet. Unde illud acceperit JOANNES LIEBIUS, tabularii Bavarici ſub GUILIELMO V. & MAXIMILIANO I. Ducibus Bojorum cuſtos diligentiſſimus, in farragine ſua Hiſtorico-Genealogica non indicavit. Ego quidem è vetuſto Codice *Schefftlarienſi* ex parte depromptum ex iis conjicio, quæ ad annum MCCCXLVI. in Geſtis BERTHOLDI *Præpoſiti* leguntur: *multum laborioſus fuit in libris ſcribendis, qui adhuc in Conventu reperiuntur. Scripſit & hunc librum cum adhuc eſſet Supprior.* (r)

Cæterum maximam monumentorum veterum jacturam feciſſe Monaſterium illud ſuperiorum temporum ignavia, dolenter ſanè memorant hodierni incolæ & reliquias diſperſas, ſapienti conſilio interim colligunt, ne inſidioſa poſteritas, ammiſſis his præſidiis irrecuperabilibus, triſtem illam Mneſthei Virgiliani næniam ſerius citius occinat

Quos alios muros? quæ jam ultra mœnia habetis? (s) (s)

(r) ad Metrop. Salisb. P. III. pag. m. 200.
(s) Æneid. L. IX. ꝟ. 782.

Breve

Breve Chronicon Scheſſtlarienſe.

ANno MCXL. data eſt Eccleſia Scheſſtlarienſis Ordini Præmonſtratenſi à Domino Othooe Epiſcopo Friſingenſi.

Eodem anno primus in Prælatum eligitur nomine Engelpertus, qui annus fuit Innocentii Papæ V. Pontificatus II. Rexit hic Prælatus annos XIII. & reſignando obiit ıx. kal. Maji.

Anno MCLIII. eligitur Dominus Eberhardus. Præfuit annis VII. Obiit pridie Idos Januarii.

Anno MCLX. eligitur Dominus Arnoldus & quarto anno obiit vı. Idus Junii.

Anno MCLXIIII. Heoricus vir multæ probitatis ac Religionis eligitur, & io XXXVI. anno obiit v. Non. Julii. Hic Eccleſiæ Scheſſtlarienſi multa bona ſecit in prædiis augmentandis, libris ſcribendis & bonis omnibus ampliandis:

* Liebii nota.

Anno MCLXIX. * *in Biſchof Albrechts von Freiſing Stiftbrief, den er den Cloſter Scheſſtlarn geben, iſt unter andern gezeugen* Memherus de Mamminga, Conradus de Sconnegaw, *und iſt dis jar das X. in Biſchof Albrechts regierung.* Irem Rapoto Abbas de Weihenſteven eſt teſtis.

Añu MCXCII. Ind. x. kal. Martii, Comes Dietricus de Waſſerburch & uxor ejus Heilca (Hailwica) & filiæ ejus Hadwichæ, Mechilt. Traduot ad Eccleſiam S. Dionyſii in Scheſſtlarn teloneum apud Hohenderwe, de ſale & aliis ejus Eccleſiæ rebus ibi transeuntibus., pro remedio animarum ſuarum. Inter teſtes Sibotto de Scunſtette & Sibotto filius ejus, Ortolfus de Leiming. *

* nota Liebii.

Anno MCC. Wernharus Pius Pater eligitur, & XVIII. annis obiit, ıv. Non. Febr. hic etiam multa bona ſecit in ædificiis conſtruendis. Hic etiam Fundator Capellæ S. Mariæ & ambitûs antiqui. Sub ipſo etiam tapetia hujus Eccleſiæ textili facta ſuot opere.

Anno MCCXVIII. Conradus Præpoſitus eligitur. Obiit anno MCCXXXIX. ııı. kal. Febr. hujus tempore quamplurima prædia comparata ſunt.

Anno MCCXXXIX. Luipmannus Præpoſitus eligitur, & tertio anno deponitur.

Anno MCCXLI. Ulricus Suevus præficitur & nono anno deponitur.

Año MCCXLIX. Cunradus dictus Wishaimer decem diebus præeſt.

Eod anno Berchtharus præficitur, & poſt decem annos reſignat.

(t) Anno MCCLIX. Hainricus dictos Chozmar (t) dimidium annum præeſt.

Anno MCCLIX. Sighardus eligitur, ac quinto anno propter ſuam negligentiam & ſuperbiam non ſolum ab Eccleſia ſed etiam de Provincia depellitur, & penitus extirpatur.

Anno MCCLXIIII. Dietricus Suevus eligitur, & anno nono occultè reſignavit, & ſic ab Eccleſia diſceſſit, cum tamen huic Eccleſiæ in multis multa bona feciſſet, præcipuè in emptione curiæ Winckoln juxta Bozanum.

MCCLXXIII. Berchtharus ſecunda vice eligitur, anno quarto moritur.

MCCLXXVII. Gerwicus èligitur, & poſt dies xx. obiit, in quibus diebus emit quatuor hubas & unum beneficium in Peygarten pro LX. libris denariorum Monacenſium.

MCCLXXVII. Fridericus natione de Swawing eligitur, & anno nono voluntariè reſignavit.

MCCLXXXVI. Conradus eligitur, & quarto anno obit vııı. kal. Aug. hic emit curiam in Gelachen de Domino Wichmanno de Eyraſpurg pro LXX. denariorum Mooacenſium.

MCCXC. Conradus dictus de Witſcheid eligitur, poſtea in Abbatem conſecratur, & poſt hæc aono quinto deponitur.

MCCXCV. Henricus dictus Gieſinger præficitur, qui anno ſeptimo poſt diſpenſationem Domini Præmonſtratenſis voluntariè reſignavit.

MCCCI. Fridericus ſecunda vice èligitur, & anno quinto obiit. Hic emit curiam in Planchenhoſ pro decem libris denariorum Monacenſium.

MCCCV. Ulricus dictus Tuifelhart eligitur, & poſt novem menſes obiit. Hic comparavit decimas in Holtzhauſen & in Ampach, cum adhuc eſſet cuſtos Eccleſiæ.

MCCCV. Conradus nomine de Swewing & de familia Eccleſiæ eligitur, & anno XIII. obiir vı. Cal. Martii. Hic emit decimam in Waenelhauſen & ſeodum unum in Poſſenhoven & dimidiam vaccariam in Mülberg, & duas urnas vini *an der Schol.*

MCCCXVII. Rudolphus eligitur, & poſt III. annos, Ebdomades ııı. dies ııı. obiit Idus April.

MCCCXX. prid. Non. Maji Conradus Sachſenhauſer eligitur. Hic conſtruxic ambitum novum cum lavatorio novo, præter alia ædificia. Scripſit propria manu tria Matutinalia parva cum valde magno, præter alios libros. Ædificavit novum chorum cum quinque feneſtris ſubtiliter vitreatis, novum dormitorium, item Conradsmül & Sachſenmül. Obiit anno MCCCXLVI. xvı. kal. Jan. regiminis xxvı.

MCCCXLVI. Bertholdus dictus Nöderdorffer eligitur, in tertio año obiit ıv. kal. Feb. multum laborioſus fuit in libris ſcribendis, qui adhuc in Conventu reperiuntur. Scripſit & hunc librum, cum adhuc eſſer Supprior.

MCCCXLVIII. Wernherus vir multæ probitatis ac religionis, in Prælatum eligitur, & in quarto anno obiit xıııı. kal. Sept. Hic

(t) Lieb. *forte Kazmair, veteri Familia Monacenſi.*

Hic ſcripſit tria Matutinalia, comparavit Advocatiam Curiæ in Viechhauſen pro XIII. libris Monacenſibus.

MCCCLII. II. Non. Sept. Henricus dictus Pbanar eligitur & confirmatur. Præfuit annis X. Fuit Fundator Capellæ Corporis Chriſti in ambitu.

MCCCLXIII. Ulricus dictus Oſterhover eligitur pridie Non. Sept. hic comparavit decimam in Maſſenhauſen, cum adhuc eſſet ſubditus. Obiit anno MCCCLXXX. XVIII. kal. Decembr.

MCCCLXXX. Idibus Decembr. Joannes dictus Valer, natus de Murnaw eligitur die S. Luciæ, præfuit annis XXX. reſignavit liberè anno MCCCCX. die Nativitatis Mariæ. Obiit anno MCCCCX. cal. Nov. comparavit organum MCCCCVII.

MCCCCX. Exaltationis S. Crucis Joannes natus de Trosperg. Hic conſtruxit novum atrium Monaſterio annexum cum quinque altaribus ibidem reædificatis. Rexit XXVIII. annis. reſignavit.

MCCCCXXXVIII. vigilia S. Martini Henricus dictus Saytſch eligitur. Præfuit annos XIX. Obiit Dominicâ poſt feſtum S. Martini anno MCCCCLVII.

MCCCCLVII. proxima die poſt Andreæ Willielmus Oberndorffer eligitur, præfuit annos VII. Obiit anno MCCCCLXIII. die converſionis S. Pauli.

MCCCCLXIII. Eraſmus Golnhueter eligitur. Hic reperit reliquias brachio antiquo celatas anno quarto regiminis obiit XI. kal. Junii.

MCCCCLXVIII. Leonhardus Volckl. hic debita nulla reliquit, hoſpitibus domum novam conſtruxit, plurimos libros ſcripſit. Anno octavo ſui regiminis reſignavit, XII. kal. Junii eodem anno obiit.

MCCCCLXXVI. Georgius Trumetter in die translationis S. Dionyſii eligitur. Hic tabulam chori novam depingi curavit. Præfuit annis XIIII. Obiit die S. Ulrici Epiſcopi.

MCCCCXC. Leonhardus Schmid in die S. Praxedis eligitur. Hic conſtruxit ambitum recentem, Bibliothecam forinſecam, ſacriſtiam, capitulum, dormitorium, vaccariam, ſtabula, granaria, cellas vinarias, infirmariam &c. præfuit annis XXXVII. Obiit XVI. kal. April.

MDXIIII. XXX. Dec. Maximilianus Cæſar Monaſterium Scheſtlarn comitatu non medioeri veſperi circa occaſum ſolis hilariter adiit, per noctem ibi manſit, & porcum ſylveſtrem à propria ſua manu enſéque necatum Prælato & Conventui dari juſſit.

MDXXVII. IV. Idus Aug. Georgius Volckenpeurer. præfuit annis XVII. Obiit in vigilia Sanctorum. Sepultus ante altare S. Crucis MDXXXXIIII.

MDXXXXIIII. Joannes Eckher die SS. omnium eligitur. Hic Bibliothecam ornavit. Sacellum in exteriore cemiterio & domum Parochialem in Scheyring viſu pulcherrimam extruxit. Præfuit annis XII. Obiit pridie Udalrici MDLVI.

MDLVI. Georgius Pachperger eligitur. Anno ſequenti VIII. Febr. per D. Thomam Mang Abbatem Urſpergenſem ritè confirmatur, tabernam juxta Einhauſen ædificavit. Præfuit annis VI. obiit vigilia S. Joannis Baptiſtæ MDLXII.

MDLXII. Ludovicus Holtzmair eligitur prid. Magdalenæ & poſtmodum per Dominum Thomam Mang Abbatem Urſpergenſem legitimè confirmatur. Præfuit annis XXIX. (u) (u)

(u) numericam addidit Liebius diu poſt transſcriptum Chronicum.

SPICILEGIUM
LECTIONUM VARIARUM
IN
HERMANNI CONTRACTI
ET
BERNOLDI CONSTANTIENSIS
Continuatoris ejus
CHRONICA.

Accedunt:

CATALOGUS PONTIFICUM ROMANORUM
SECULI XI.

NECROLOGIUM Antiquiſſimum partim à BERNOLDO Conſtantienſi, partim ab ANONYMO Monacho SCHAFHUSENSI collectum.

* * *

Omnia ex membranis Autographis ipſius
BERNOLDI CONSTANTIENSIS
Ab eodem, Monaſterio S. Salvatoris Schafhuſeni contraditis,
Hodie verò
BIBLIOTHECÆ BAVARICÆ
Collegit atque edidit
ANDREAS FELIX OEFELIUS.

Monitum prævium Editoris.

HERMANNI CONTRACTI ex Comite *Veringenſi*, *Augienſis* Monachi Chronicon, ita commendatum Rerum Germanicarum ſtudioſis ſemper extitit, ut de ejus excellentia prolixius agere, ferè ſit, pro Græcorum Proverbio, Herculem laudare. Nemo enim Rerum Imperii noſtri notitiâ vel perfunctoriè tinctus facile ignorat, quantis eum Auctorem laudibus cumulârint cum *Anonymus* ejus Continuator, *Anonymus Mellicenſis*, TRITHEMIUS NAUCLERUS & Bibliothecarii omnes, tum Editores ejusdem, SICHARDUS, URSTISIUS, PISTORIUS, H. CANISIUS, BASNAGIUS, STRUVIUSque, nec non Viri alii Illuſtres, qui vel res antiquiſſimi in Occidente Ordinis Monaſtici, vel Germanicas ſibi exornandas ſumpſerunt.

Qui omnes aliíque quamplures cum ferè nihil nobis reliquum fecerint eorum, quæ ad Auctorem ſpectant, nihil in præſens occurrit potius, quam unde varias illas Lectiones, quæ Chronicum BERTHOLDI non parum emendatius reddunt, deſcripſerimus, declarare. Deſumpſimus autem ex Cod. membraneo in *quarta* quam vocant forma, Bibliothecæ Bavaricæ, inter Latinos Num. CCCCXXXII. ſignato; qui præter HERMANNI CONTRACTI Chronicon, *Continuatoris* quoque ejusdem, BERTHOLDI Conſtantienſis

(qui

(qui in Codice BERNOLDUS vocatur (x)) continuationem ab anno MLIII. ad annum usque MC. complectitur. Eſt autem ille Auctoribus ſuis coævus ab ipſóque BERNOLDO exaratus, idquod ipſa ſcriptura lituræque, nec non raſa ſubinde membrana omnia quidem ab eadem manu, atramento tamen & tempore diverſo, aucta, mutata & correcta non obſcurè videntur innuere. Titulus miniatus Codicis, magis etiam conjecturam firmat, qui ita habet: *Hæc ſunt Cronica Bernoldi, quæ contradidit Monaſterio Domini Salvatoris.*

In margine litteris minutis valde legitur expreſſum: *Inſunt Auctores Cronicorum, Euſebius, Jeronymus, Proſper, Dionyſius, Jordanes, Beda, & noſtri temporis Heremannus & deinceps noſter liber, ſui temporis deſcriptores.*

Illud memorabile in hoc Codice ad A. MLIIII. à BERNOLDO verba illa, quæ in *Urſtiſiano* de HEREMANNI morte habentur, non legi; nec ullum præterea extare vel finitæ Chronicæ *Hermanni*, vel incipientis *Bernoldi* indicium, ſed omnia velut eodem filo conſuta continuari. Quæ verò in utriusque Chronico ab *Urſtiſiano* Exemplari, à noſtro diverſa habebantur, collatis inter ſe codicibus diligenter annotavimus, SPICILEGIUM inde aliquod VARIARUM LECTIONUM conficientes, quod uſum habere, ſi quando utrumque emendatius recudi contigerit, non omninò nullum poterit.

Illa porro quæ in HERMANNO ad annum MIX. & in BERNOLDO ſive BERTHOLDO *Conſtantienſi* Presbytero de *Monaſterio S. Salvatoris Scafhuſenſi* ad annos MLXXXIIII. & XCI. inſerta leguntur, nec in editis comparent, Auctorem haud dubie habent, Anonymum quemdam ejusdem Monaſterii Monachum, cui etiam BERNOLDUS eum ipſum Codicem velut plenum aliquod Hiſtoriæ corpus (quod illis temporibus ſatis ſupérque fuit) *contradiderat.*

Inde verò temporum tractu, Codicem iſtum ad *Fabarienſe Monaſterium* delatum fuiſſe ea probant, quæ in fine à manu Seculi XIIII. labentis, membranæ vacanti adjecta fuêre, quæ ipſa ne intercidant, cum ad res *Fabarienſes* faciant, transſcribere viſum eſt: *Nota, quod Dominus Burkardus de Wolfurt Monachus Monaſterii Fabarienſis primam ſuam Miſſam celebravit in Dominica die proxima poſt feſtum Aſcenſionis Chriſti anno Domini MCCCLXXV. & poſtea Venerabili in Chriſto Patri Johanni de Mendelburen bonæ memoriæ, idem Burkardus electus fuit in Abbatem præfati Monaſterii unanimi deliberatione ſuorum Confratrum Fabariæ anno Domini MCCCLXXXVI. ſecunda die poſt feſtum Thomæ Apoſtoli & poſt jam dictam electionem fuit confirmatus in die B. Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ in civitate Curienſi per honorabilem in Chriſto Patrem D. Joannem beatæ recordationis Epiſcopum, cui & poſt talem confirmationem Dominica die proxima poſt Epiphaniam à jamdicto Domino Epiſcopo in Monaſterio S. Lucii Regis extra muros Curienſes ſituato in præſentia Venerabilis in Chriſto Domini Joannis Abbatis Monaſterii, diſcreti Præpoſiti præfati Monaſterii S. Lucii, & Domini Prioris Domûs Prædicatorum Curienſis ſupradictus Dominus Abbas Burkardus fuit ordinatus in Abbatem, Amen.*

Adjecimus præterea CATALOGUM PONTIFICUM ROMANORUM ex eodem Codice decerptum, qui ibidem Chronicis cernitur præmiſſus, & à D. PETRO ad CALISTUM II. P. M. usque progreditur. Quantum autem interſit Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ejusmodi *Pontificales Libros* alicujus ætatis, colligi atque in lucem proferri non uno in loco monuerunt (ut de aliis jam taceam) HAGIOGRAPHI ANTWERPIENSES maximi perpetuíque Operis Auctores graviſſimi; in quorum maximè gratiam & uſum hic prodit. Memini enim me id in me recepiſſe cum anno MDCCLIII. IIII. Non. Jul. Vir ſummus & omnibus, quibus ſacrorum & litterarum reverentia eſt Plurimum Reverendus, P. JOANNES STILTINGIUS, unà cum doctiſſimo itineris & laborum ſocio R. P. CONSTANTINO SUYSKENIO, AUGUSTISSIMÆ IMPERATRICIS AMALIÆ auctoritate & invitamento, Bibliothecam Bavaricam accederet.

Denique & NECROLOGIUM ex eodem Codice adjecimus, quod ibidem vetuſtiſſimo Calendario in alveolis vacuis ab ipſo ut videtur BERNOLDO, aliisque ſucceſſu temporis Codicis poſſeſſoribus, quantivis pretii adſcriptum inve-

(x) Bernoldus etiam audit apud Mart. Cruſium Annal. Suev. L. VII. P. II. p. m. 233. rariſſimi Operis.

invenimus. De omnibus autem iſtis, ſi cui tenuia nimis videantur, hiſce ſacris non ritè initiato, in univerſum verba magni ſanè Antiquitatum Germanicarum Myſtagogi JOANNIS PETRI de LUDEWIG, pronuntio atque obtendo: *Uti in rebus medii ævi nil ſperni debet, quod rerum geſtarum habet memoriam: ita merentur illa inprimis* FRAGMENTA *pretium præ aljis, quæ*
(y) *rebus obſcuris adferunt lucem.* (y)

I.

Variæ Lectiones & Emendationes in Hermanni Contracti Chronicon.

A. CCCXCVII. *Codex novus apud* URSTISIUM: S. Martinus Epiſcopus. *Codex* BAVARICUS: Turonorum Epiſcopus. URSTIS. Epiſcopatus verò XXII. BAV. Epiſcopatus XXVI.

A. CCCXCVIII. *Cod. nov.* URSTIS. S. Ambroſius m. a. d. e. m. a. d. BAV. *addit:* v. kal. Maji.

A. CCCC. *Cod. nov.* UASTIS. INVITOS in urbe Manichæos damnavit. BAV. INVENTOS, *& refert ad h. a. quæ* URSTIS. *ad præcedentem.*

A. CCCCXV. *De corporibus SS. Stephani Protomartyris Gamalielis & Nicbomedi inventis.* BAVARICUS *addit:* Hyeroſolymis inventa.

A. CCCCXXVIII. *Cod. nov.* URSTIS. Hominémque puerum ex Virgine natum. BAVARICUS: Hominémque puerum ex Virgine natum.

A. DXIIII. *Cod. nov.* URSTIS. Hormiſda Papa &c. ſedit annis VIII. BAVAR. IX.

A. DXXVI. *Cod. nov.* URSTIS. Romæ Felix IV. Papa LVI. ſedit annis IIII. menſibus *. *Cod.* BAVAR. menſibus II. *qui refert ad A. DXXV.*

A. DXXX. *Cod.* BAV. *melius Cod.* URSTISIANO *novo*: Romæ Bonifacius II. Papa LVII. ſedit annis II. menſe ferme uno.

A. DLIX. BAV. *ad h. a. addit:* S. Medardus Epiſcopus plenus virtutibus migravit ad Dominum & à Lothario Rege Francorum Sueſſionis cum magna gloria ſepelitur.

A. DLX. BAV. *add. de Clodovæi morte:* Anno regni LI.

A. DLXV. *Add. Cod.* BAVAR. S. Columba Presbyter & Abbas de Hibernia veniens Britannis verbum Dei prædicat.

A. DLXXV. *In Cod. nov.* UASTISII *transpoſita omnia ineptum ſenſum faciunt* CONSTANTINUS SEPTEMVIR &c. *Cod.* BAV. Pro quo Tiberius Conſtantinus, qui & ipſo mente capto palatium rexerat, regnavit annis VII. vir Deo devotus.

A. DLXXX. *Cod. novus* URSTISII *de Pelagio Papa*: ſedit annis X. menſibus undecim, BAVARICUS: menſibus II.

A. DLXXXIII. *Cod. nov.* URSTIS. Acceptis quinquaginta ſolidorum auri. BAVARICUS: Quinquaginta millibus ſolidurum auri.

A. DLXXXVII. *Cod.* URSTIS. Richaredus &c. cum tota gente Gothorum ad Catholicam fidem revertitur. BAVARICUS: convertitur.

A. DLXXXVIII. *Cod.* UASTIS. Arnulphi Regis Perſarum. BAV. Aunulfi Regis Perſarum.

A. DCXXX. *Cod. nov.* URSTIS. Dagobertus &c. nimio amore juſtinæ flagravit. *Cod.* BAV. juſtitiæ flagravit.

A. DCXLVI. *Cod. nov.* UASTIS. Invalenſis cœnobii. *Cod.* BAV. Nivalenſis.

A. DCLXXV. *Cod.* BAV. *ad h. a. Geſtis Doni Pontificis hæc in marg. adjicit*: Hic Papa apud Imperatorem effecit, ut quantitas relevaretur, quæ pro ordinatione Pontificis ſolita erat dari; ita tamen ut Decretum generale de electione Papæ prius ad Imperatorem mitteretur, quam ille conſecraretur. *Cod. nov.* URSTISII *refcrt ad A. DCLXXVIII. In Geſtis Agathonis P.*

A. DCLXXXIIII. *Cod. nov.* URSTIS. Romæ defuncto Leone ceſſavit Epiſcopatus menſes ferè duos. *Cod.* BAV. ceſſavit Epiſcopatus annum ferè unum.

A. DCLXXXVII. *Cod. nov.* URSTIS. Romæ defuncto Conone, exactis ferè quatuor menſibus. *Cod.* BAV. tribus menſibus.

A. DCCXXXVI. *Cod. nov.* URSTIS. Audonius Epiſcopus obiit. BAV. Audoinus.

A. DCCXLVII. *In Cod. nov.* URSTISII *vacat. Cod.* BAV. *habet*: Karlomannus pro Dei amore mundo abrenuntians in caſtro Caſſino Monachum ſe fecit.

A. DCCLIII. *Cod. nov.* URSTIS. Pipinus Rex Saxoniam vaſtat, ibique Hildigarius Colonienſis Archiepiſcopus. *biantem ſenſum ita claudit* BAVARICUS: occiſus eſt.

A. DCCLIIII. *Cod. nov.* URSTIS. Stephanus Papa Hieronymo &c. *Cod.* BAV. Duce Hieronymo.

A.DCCLIX.

(y) Præf. ad T. II. Script. Rer. Germ. præcipuè Bambergenſium. §. III.

A. DCCLIX. *Cod. nov.* URSTIS. In Inſula Rheni Flein. *Cod.* BAV. in Inſula Rheni Stein.

A. DCCLXXXV. *Cod.* UASTIS. Augiæ poſt Petrum Waldo Abbas Octavus præfuit annis decem. *Cod.* BAVAR. annis XX.

A. DCCXCVIII. *Cod. nov.* URSTIS. Herena mater Conſtantini Imperatoris CPolitani. *Cod.* BAV. Imperatoris cæci.

Ad hæc tempora in margine Codicis BAVARICI *hæc extra ordinem à manu vetuſta adſcripta:* Sciendum Karolo Magno Adrianum Papam Romæ librum dediſſe continentem Canones Apoſtolorum cum Conciliis, Nicæno, Ancyrano, Neocæſarienſi, Gangrenſi, Antiocheno Laodicenſi, CPolitano, Calcedonenſi, Sardicenſi, & quoddam Excerptum ex Africanis Conciliis continentem, cum Decret. S. Romanor. Pontificum Siricii, Innocentii, Zoſimi, Bonifacii, Celeſtini, Leonis, Hilarii, Simplicii, Felicis, Gelaſii, Anaſtaſii, Symmachi, Hormisdæ, Gregorii. Hunc Librum quidam Adrianum cognominant. Idem Karolus duos libros extractibus ſive ſermonibus ſanctorum Patrum, per Paulum Diaconem ſuum collegit, eo quod quælibet Apocrifa nollet legi in Eccleſia. Nam prædicti duo libri per circulum anni ſingulis feſtivitatibus pene ſive jejuniis ad nocturnales lectiones ſufficere poſſunt cum Bibliotheca. Perfecti ſunt autem illi duo libri anno Domini DCCCVIII.

A. DCCCI. *Cod. nov.* URSTIS. Laudes ſucclamantibus. *Cod.* BAV. Romanis laudes ſucclamantibus.

A. DCCCVIII. *Cod. nov.* URSTIS. Cardolf Rex Nodnumbrorum. *Cod.* BAVAR. Nordanumbrorum.

A. DCCCXII. *Cod. nov.* URSTIS. XXV. ſolidorum auri. *Cod.* BAV. XXV. ſolidorum millia auri.

A. DCCCXXII. *Cod. nov.* URSTIS. Exlebaldus Abbas. *Cod.* BAV. Erlebaldus.

A. DCCCXXX. *Cod. nov.* UASTIS. Katolfus Veronenſis Epiſcopus. *Cod.* BAV. Ratolſus.

A. DCCCXXXVIII. *Cod. nov.* URSTIS. Voto Diaconus Palatii in judaiſmum lapſus. *Cod.* BAV. Puoto.

A. DCCCXL. *Cod. nov.* URSTIS. Remis ſepelitur. *Cod.* BAV. Mettis ſepelitur.

A. DCCCXLIII. *Cod. nov.* URSTIS. & Galliam. *Cod.* BAV. & Belgicam Galliam.

A. DCCCXCV. Synodus magna apud Triburiam collecta. Itémque Rex à Papa rogatus Italiam petit. *In Cod. nov.* URSTIS. *nihil ad h. a.*

A. DCCCCXVI. *Cod. nov.* URSTIS. Synodus coram miſſis Apoſtolici apud Altheim eſt habita. *Cod.* BAV. Synodus coram miſſo Apoſtolici Petro Oſtienſi Epiſcopo apud Altheim eſt habita &c.

A. DCCCCXXXVI. *Cod. nov.* UASTIS. Chiertilineburg: *Cod.* BAV. Chutilineburg.

A. DCCCCXLVI. *Cod. nov.* URSTIS. Rihildis. *Cod.* BAV. Rachildis.

A. DCCCCXCIIII. *poſt verba in Cod. nov.* URSTIS. ſucceſſit Ruodofus. *Cod.* BAV. *addit*: Filius ejus in regnum.

A. MIX. *Vacat in Cod. nov. & vet.* URSTISII. BAVARICUS *Codex ab alia manu Monachi Anonymi Schafhuſenſis, ut videtur, hæc inſeruit*: Temporibus his Ebbo Comes de Nellenburg, conſobrinam Hainrici Regis, Hedewigam nomine de curia Regis duxit uxorem.

A. MXV. *Cod. nov.* URSTISII: Egingaudus. *Cod.* BAV. Megingaudus.

A. MXXIIII. *Cod. nov.* UASTIS. Nec multo poſt uxor ejus (Conradi II.) à Piligrino Archiepiſcopo Coloniæ Regina benedicitur kal. Octobris. *Cod.* BAV. XI. kal. Oct.

A. MXXXII. *Cod. nov.* URSTIS. Privilegium eum Scandaliis. *Cod.* BAV. Sandaliis.

A. MXLVII. *Cod. nov.* URSTIS. *in hoc annali, noſtro Codice multo eſt copioſior & prolixior; ea quæ pag. m. 329. minori typo ab Urſtiſio exhibentur, & noſter continet, reliquis in hoc & ſequenti annali omiſſis.*

A. MXLVIII. *Cod. nov.* UASTIS. Damaſus ſedit XXXII. diebus. *Cod.* BAVAR. XXX. diebus.

A. MXLIX. *pag.* 331. *Cod. nov.* URSTIS. poſt Eberhardum nuper defunctum promeruit. *Cod.* BAV. promovit.

Eod. anno, *Cod.* UASTIS. Odilo Cloniacenſis Abbas venerabilis migravit ad Dominum kalendis Jan. *Cod.* BAV. IIII. N. Jan.

A. MLII. *Is quæ apud* URSTISIUM *pag. m.* 334. *minori typo leguntur*, *Codex* BAVARICUS *addit ſequentia, quæ eundem, de quo ad A. MIX. egimus, haud dubiè Auctorem agnoſcunt:* Hoc anno B. Eberhardus Comes de Nellinburc Scafhuſenſem locum conſtruere cœpit, in quo S. Papa Leo VIIII. x. kal. Decembr. Altare in honore Dominicæ reſurrectionis conſecravit, & locum ſuis ſanctis benedictionibus initiavit & confirmavit.

II.

Lectiones variantes ex Autographo Chronici Bernoldi Conſtantienſis.

A.C. MLIII. Urstisius *pag.* 341. lin. 22. *ad v.* cum pluribus Teutonicorum rediens. *Cod. MS.* Bavaricus: Romam rediens.

Lin. 46. *ad v.* Herimannus Wolfradi Comitis filius &c. *Hæc in Codice non habentur.*

Lin. 4. *p.* 342. Uastis. Goteſridus clam ingreſſus &c. *Cod. MS.* Bav. Godeſridus Dux.

P. 343. *lin.* 5. *ad verb.* Clericorum incontinentium. *Cod. Mſc.* Bav. Clericorum à parte incontinentium.

MLXIIII. Magna ſeditio orta eſt inter Adalbertum Haminburgenſem Epiſcopum & Principes regni. Hoc etiam anno à Ruomoldo Conſtantienſi Epiſcopo Eccleſia S. Salvatoris dedicatur in Cœnobio Scafenſi, quod Comes Nobilis Eberhardus de Nellenburc conſtruxerat, & prædiis ſuis dota-
(z) verat. (z) *Apud* Urstisium *hæc deficiunt: refert ille ad hunc annum, quæ Cod. noſter ad ſequentem rejicit de concrematione domus regalis Goslariæ.*

MLXV. p. 343. *l.* 28. *ad verb.* Altimannus Imperatoris Capellanus. *Codex MS.* Bav. *habet* Imperatricis Capellanus.

Ad A. MLXV. incipit uno anno prævertere Cod. Uastisianus; *ubi Cod. MS.* Bernoldi *Autographus omnia in annum ſequentem refert. Sic quæ* Uastisianus *habet de obitu Eberhardi Trevereuſis Archiepiſcopi ad A. MLXV. noſter ad A. MLXVI. refert. Ille diem obitus memorat* XIII. kal. Maji. *noſter:* XVII. kal. Maji.

Eod. anno de Conrado Colonienſi à Theodorico Comite quatuor militibus ut necaretur tradito, Urstisius *habet:* qui dum eum tunc per quoddam præcipitium dejeciſſent &c. *noſter habet:* ter dejeciſſent &c. *Ad verb.* Udo poſt interfectum Cunradum Præſul Trevirenſis conſtituitur, *ad ordinem annorum redit* Urstisianus, *hæc ad A. MLXVI. referens.*

Fol. 346. *lin.* 2. *ad A. MLXXV. ad verba:* in qua cauſam Spirenſis Epiſcopi. *Cod.* Bav. in qua cauſam Heinrici Spirenſis Epiſcopi.

Fol. 346. *lin.* 14. *ad annum eundem ad verba:* juxta flumen nomine Ooſtrut. *Cod.* Bav. Unſtrudt.

P. c. l. 17. *ad verba:* Haimo veoerabilis Colonienſ. Archiep. *Cod.* Bav. Anoo venerabilis c. a.

Pag. 346. *lin.* 48. *ad A. MLXXVI. ad verba:* ante medium noctis. *Cod.* Bav. ante medium quadrageſimæ.

Pag. 347. *lin.* 3. *eod. anno ad verba:* Eidem multum ægrotante. *Cod.* Bav. eidem multum ægrotanti.

P. eod. lin. 11. *ad A. MLXXVII. ad verba:* generalem auctoritatem ſubterfugiens. *Cod.* Bav. generalem audientiam ſubterfugiens.

P. 347. *lin.* 24. *Anno eod. ad v.* quadrageſimæ occurrit, coronârunt. *Cod.* Bav. Moguntiæ coronâtunt.

P. 348. *lin.* 5. *A. eod. ad v.* ferro & igne non ceſſavit devaſtare, *Cod.* Bav. *addit:* homines quoque more pecudum captivare.

P. 348. *lin.* 37. *ad annum eund. ad verba:* in una Eccleſia. *Cod.* Bav. *addit:* apud Wizenloch.

P. 349. *lin.* 27. *ad verba:* Facto autem alio Concilio Romæ x. calend. Decembr. *Codex* Bav. XIII. calend. Decembr.

P. 350. *lin.* 35. *ad A. MLXXX. ad v.* apud Vultam prope Manruam. *Cod.* Bav. apud Veltam.

P. 350. *lin.* 44. *ad A. MLXXXI. ad verb.* ſed mactè reverſus eſt. *Cod.* Bav. inactè reverſus eſt.

P. 351. *lin.* 11. *A. MLXXXII. ad verb.* iterum Romam ioviſurus. *Cod.* Bav. invaſurus.

P. 351. *lin.* 40. *A. MLXXXIII. poſt verba:* Romam impugnaturus aggreditur. *Cod.* Bavaricus *addit:* Et domum S. Petri in Sabbato inſra Epdomadam Peotecoſtes armata manu aggreditur &c.

Ibid. ad verba: Statim ergo juxta S. Petrum quemdam monticulum nomine Palatiolum in caſtellum. *Cod.* Bav. palatiolom incaſtellavit.

Ibid. Uastisianus: multi tamen ex Romanis conſenſerant. *Cod.* Bav. Henrico conſenſerant.

Ibid. Urstis. Omnes penè Romani præter Principem Salernitanum hoc laudaverunt. *Cod.* Bav. Omnes penè Romani præter Principem Salernitanum hoc cum Henrico laudaverunt.

P. 352. *ibidem eod. anno* Urstis. inter quos & Udalricus Goſcezchim. *Cod.* Bav. de Goſcezhcim.

Ibid. Urstis. ex quadringentis autem miliribus. *Cod.* Bav. Ex trecentis.

Eodem loco: Urstis. capti & ſedati ſunt. *Cod.* Bav. capti & prædati ſunt.

Pag. 353. *lin.* 26. *ad A. MLXXXIIII. od v.* eo quod Gregorium Papam ad Heinricum flectere non poſſet. *Cod.* Bav. ad hoc flectere noo poſſet.

Pag. 354. *lin.* 31. *b. a. ad v.* ſed in ipſa paſcali Hebdomada fideles aggredirur. *Cod.* Bav. fideles Apoſtolici bello aggreditur.

Pag. 354. *lin.* 43. *b. a. ad verba:* Ipſe ad recuperandam terram S. Petri reverſurus in brevi plurima caſtella &c. *Cod.* Bav.

(z) *vid. eund.* ad annum MXCI. & *Auctorem* magni Chronici Belgici T. III. *Piſtorii* Script. à Cl. *Struvio* recognitor. ad A. MLXVII. *pag. m.* 132.

BAV. Ipſe ad recuperandam terram S. Petri cum Papa Gregorio de Roma exercitum promovir, iterum Romam in feſtivitate S. Petri reverſurus. In brevi autem plurima caſtella &c.

Pag. 354. *lin.* 56. *eodem anno ad verba:* facultatem transvadendi. *Cod.* BAV. transvadandi.

Pag. 355. *lin.* 21. *eod. anno ad v.* Dominus autem Papa collecta ſynodo irerum &c. *Cod.* BAV. collecta ſynodo Salerni, iterum &c.

Pag. 356. *lin.* 6. *A. MLXXXV. ad v.* Interſuit autem huic ſynodo Gebehardus Reverentiſſimus Juvanienſis Archiepiſcopus. Item Venerabilis Hartungus &c. *Cod.* BAV. Juvavenſis Archiepiſcopus. Item Venerabilis Hartwicus.

Pag. 358. *lin.* 10. *ad A. MLXXXVI. ad v.* exercitum ſextas kalendas promovit. *Cod.* BAV. VI. kal. Februarii &c. *Et paulò poſt* URSTIS. macte eum tepedare. *Cod.* BAV. inactè.

Pag. 358. *lin.* 42. *ad b. a. ad verba:* longo tempore inſecuti. *Cod.* BAV. longo itinere inſecuti.

Pag. 360. *lin.* 28. *ad A. MLXXXVII. ad verba:* Romæ Victor Papa jam pluribus annis. *Cod.* BAV. *addit:* infirmus.

Pag. 361. *lin.* 16. *ad A. MLXXXVIII. ad v.* in honorem S. Gregorii. *Cod.* BAV. in honorem S. Georgii.

P. 361. *lin.* 29. *eod. anno ad v.* Gebehardus &c. Juvavienſis Archiepiſcopus &c. de hac luce ſubtractus XVII. kal. . . . *Cod.* BAV. *biatum complet, ponendo:* XVII. kal. Julii.

Pag. 361. *lin.* 33. *ad b. a. ad v.* Eruditione præcipui. *Cod.* BAV. Eruditione & errore præcipui.

Pag. 362. *lin.* 16. *ad A. MLXXXIX. ad verba:* nempe in rota Alemannia, Bajoaria Saxonia & aliis vicinis tegionibus prædicto Gebehardo Epiſcopo vicem ſuamcommiſit. *Cod.* BAV. Prædicto Gebehardo Epiſcopo & Venerabill Almanno Paravienſi Epiſcopo vicem ſuam commiſit, ut ordinationes improbandas improbarent &c. *ibid. poſt pauca:* anathemiſaret. *Cod.* BAV. anathemizatum cenſeret.

Pag. 362. *lin.* 33. *b. a. ad v.* ab eorum contagio *Cod.* BAV. ab ejus (*excommunicationis videlicet*) contagio.

Pag. 362. *lin.* 41. *anno eod. ad v.* Bonizo piæ memoriæ Sutreienſis Epiſcopus. *Cod.* BAV. Sutrienſis Epiſcopus.

Pag. 363. *lin.* 46. *A. MXC. ad v.* in cauſa S. Petri ſtrenuus. *Cod.* BAV. ſatis ſtrenuus. *ibid.* Quintileninburc. *Cod.* BAV. Quittelineburg.

Pag. ead. lin. 54. *A. eod. ad v.* multa incendia & damnationes. *Cod.* BAV. multa incendia & depredationes. *Ibid. ad v.* in cauſa S. Petri ſtrenniſſimus Guibertum & ejus complices. *Cod.* BAV. contra Guibertum & ejus complices. *Ibid. pag.* 364. *lin.* 7. *ad verba:* quod Laubach vocatur. *Cod.* BAV. Lanbach.

Pag. 365. *lin.* 3. *A. MXCI. ad verba:* ad venerabilem Hartungum Magideburgenſem Epiſcopum. *Cod.* BAV. Harrwicum *nominat.*

Pag. ead. lin. 28. *an. eod. ad v.* ſed utcunque. *Cod.* BAV. ſed uterque.

Pag. 366. *lin.* 8. *an. eod. ad v.* autoritate firmatam, *Cod.* BAV. autoritate firmavit.

Pag. 366. *lin.* 44. *ad A. MXCII. ad v.* Hainricus quoque impius imperator. *In Cod.* BAV. *vox* impius *deficit.*

Pag. 367. *lin.* 37. *b. a. ad v.* fluvius quoque nomine Thizalia. *Cod.* BAV. Thizaha.

Pag. 369. *lin.* 9. *ad A. MXCIII. ad v.* annuente Welſone. *Cod.* BAV. annitente Welſone.

Pag. ead. lin. 20. *anno eod. ad v.* Dudum ibidem inſtituit. *Cod.* BAV. *illud* dudum *omittit.*

Ibid. lin. 36. *anno eod. ad v.* uxor egregii Comitis. *Cod.* BAV. uxor egregii Comitis Adelberti. *in margine legitur, ſed à manu multo recentiori* de Calwe.

Pag. 369. *lin.* 40. *anno eod. ad v.* ſignum in ſole factum eſt VIII. kal. Oct. *Cod.* BAV. *habet* IX. kal. Oct.

Pag. 370. *lin.* 26. *A. MXCIIII. ad v.* ſuſceperunt & tractaverunt. *Cod.* BAV. & honorificè tractaverunt.

Pag. 371. *lin.* 36. *anno eod. ad v.* nam In Monaſterio apud Utenburzon. *Cod.* BAV. Uttenburon.

Pag. ead. lin. 39. *anno eod. ad v.* Monaſterium Canonicorum apud Marbach. *Cod.* BAV. *habet:* Clericorum.

Pag. 372. *lin.* 3. *anno eod. ad v.* Venerabilis Presbyter Percherus multorum Sanctimonialium Proviſor. *Cod.* BAV. Ven. Presb. Pethicherus mulrarum Sanctimonialium.

Pag. 374. *lin.* 43. *A. MLXXXXV. ad v.* Luttolſus ſanctiſſimi Leonis Papæ filius. *Cod.* BAV. Leonis noni Papæ filius.

Pag. ead. lin. 53. *anno eod. ad v.* honorem dedicara. *Cod.* BAV. honorem ſolemniter dedicara.

Pag. 375. *lin.* 34. *A. MXCVI. ad verba:* non parva pars occubuit. *Cod.* BAV. non parva pars in Hungaria occubuir. *paulò poſt: pro* macte, *Cod.* BAV. *habet:* inactè.

Pag. 376. *lin.* 3. *anno eod. ad v.* apud hortarium. *Cod.* BAV. apud Mortarium.

Pag. ead. lin. 12. *anno eod. ad v.* Luirfridos Abbas &c. diem clauſit extremum II. kal. Maji. *Cod.* BAV. Luitfredus Abbas &c. d. c. e. II. kalend. Jan.

Pag. 376. *lin.* 30. *A. MXCVII. ad v.* Heinticus vero cum paucis Ratisponam devenit. *Cod.* BAV. Heinricus &c. Ratisponam in Penrecoſten devenir.

Pag. ead. lin. 36. *anno eod. ad v.* Carentini. *Cod.* BAV. Ducis Carentani.

Pag. 377. *lin.* 30. *ad A. MXCVIII. ad v.* per omnes partes cœli pervagavit. *Cod.* BAV. per omnes partes cœli, prætet meridiem, pervagavit.

III. *Cata-*

III.

CATALOGUS

(a) ## *Sanctorum Romanorum Pontificum.* (a)

I. Beatus. PETRUS	Apoſtolus ſedit annis XXV. Menſibus ferme III. usque ad XIIII. Neronis annum.
II. Linus Martyr	ab ipſo ordinatus Epiſcopus ann. XII. Men. ferme IIII. usque ad XII. Neronis annum, & juxta Chronic. Euſeb. ad II. Titi annum.
III. Cletus	à S. Petro ordinatus Epiſcopus ann. XII. M. ferme II. usque ad I. Domitiani annum, & juxta Euſebii Chronica usque ad XII. Domitiani annum.
IIII. Clemens Martyr	à Beato Petro ut ajunt ordinatus an. VIIII. M. ferme III. usque ad VIII. Veſpaſiani annum. Juxta Chronica Euſebii usque ad IIII. Trajani annum.
V. Anacletus Mar.	VIIII. Ann. M. II. usque ad X. Domitiani annum. Qui in Chronica Euſebii noo habetur.
VI. Evareſtus Mar.	Ann. VIIII. M. X. usque ad VII. Trajani annum. Juxta Chronica Euſebii ad XI. Domitiani annum.
VII. Alexander M.	An. X. M. VII. usque ad XV. Trajani annum. Juxta Euſebium ad III. Adriani annum.
VIII. Sixtus M.	An. X. M. II. usque ad VI. Adriani anoum juxta Chronica Euſebii ad XII. Adriani annum.
VIIII. Teleſphorus M.	An. XI. M. fermè IIII. tempore Antonini & Marci. Juxta Euſebium usque ad primum Antonini annum.
X. Yginus	An. IIII. M. III. juxta Chrooica Euſebii usque ad V. Aotonini annum.
XI. Pius	Annos XVIII. M. IIII. juxta Chronica Euſebii annos XV. usque ad XX. Antonini annum.
XII. Anacetus	An. XII. M. IIII. juxta Chron. Euſebii usque ad VIII. Veri annum.
XIII. Soter	An. VIIII. M. fermè VII. usque ad X. Veri añum. Juxta Chron. Euſebii ad VIIII. Severi annum.
XIIII. Eleutherius	An. XV. M. III. usque ad VI. Commodi annum, juxta Chron. Euſeb. ad XIII. Commodi annum.
XV. Victor M.	An. X. M. II. usque ad IIII. Severi annum. Juxta Chronica Euſebii usque ad VIIII. Severi annum.
XVI. Zepherinus	An. XVIII. M. VII. usque ad VI. Antonini Caracallæ annum. Juxta Chronica Aurelii ad II. Aurelii annum.
XVII. Kaliſtus M.	An. V. M. II. juxta Chronica Euſebii usque ad III. Alexandri annum.
XVIII. Urbanus M.	An. VIII. M. X. juxta Chronica Euſebii usque ad III. Maximini annum.
XIX. Pontianus M.	An. VI. M. V. juxta Chronica Euſebii usque ad III. Maximini annum.
XX. Antherus M.	M. I. qui in III. Maximini anno paſſus eſt.
XXI. Fabianus M.	An. fermè XV. qui ſub Decio paſſus eſt.
XXII. Cornelius M.	An. II. M. II. qui ſub Valeriano, & ut alii, ſub Decio paſſus eſt.
XXIII. Lucius M.	An. III. M. III. usque ad I. Valeriani annum. Juxta Chronica Euſebii tantum VIII. M.
XXIIII. Stephanus M.	An. VI. M. V. juxta Chronica Euſebii an. III.
XXV. Sixtus II. M.	An. I. M. fermè XI. Poſt hunc præfuerunt Presbyteri. In Chronica Euſebii an. XI. usque ad XIIII. Gallieni annum.
XXVI. Dionyſius	An. VI. M. II. usque ad XV. Gallieni annum. In Chroo. Euſeb. an. IX. usque ad I. Probi annum.
XXVII. Felix M.	An. IIII. M. fermè IIII. usque ad III. Aureliani annum. In Chronicis Euſcb. an. V. usque ad V. Probi annum.
XXVIII. Eutichianus M.	Annum I. M. I. anno Aureliani IIII. Io Chron. Euſeb. M. VIII. tantum; id eſt V. Probi anno.

XXIX.

(a) Erat in principio adſcriptum ab alia ſed æquè vetuſtâ manu: *Nota hic Romanos Pontifices juxta Pontificalem librum eſſe digeſtos, in quo Linus & Cletus non tam Succeſſores quam Coadjutores S. Petri fuiſſe leguntur. Nam & Linus ante obitum S. Petri diſceſſiſſe, & Cletus non ſolum S. Petri ſed & Clementis tempore legitur fuiſſe. Nihil enim S. Petrus Apoſtolicæ Poteſtatis Lino & Cleto conceſſit, ſed ſucceſſori ſuo Clementi, ſicut Decreta Pontificum teſtantur, quibus ſicut & prædicto Pontificali, magis credendum videtur quam Euſebio.*

XXIX. Gajus M.	An. XI. M. IIII. usque ad IX. Diocletiani annum. In Chronica Euſebii XV. an. usque XIII. Diocletiani annum.
	Poſt quem juxta Romanum Pontificale ceſſavit Epiſcopatus annis VII. M. VI Dies XXV.
XXX. Marcellinus M.	An. VIIII. M. IIII. usque ad XVII. Diocletiani annum, iu Chronica Euſebii usque XX. Diocletiani annum.
XXXI. Marcellus M.	An. V. M. fermè VIII. qui in Chronicis Euſebii non habetur.
XXXII. Euſebius	An. VI. M. I. Iu Chronicis Euſebii M. VIII. anno XX. Diocletiani.
XXXIII. Melciades	An. IIII. usque ad IIII. Couſtantini annum.
XXXIIII. Sylveſter	Annos XXIII. M. X. in Chronica Euſebii an. XXII. usque ad XXV. Conſtantini annum.
XXXV. Marcus	An. II. M. VIIII. In Chronico Jerouimi. M. VIII. XXV. auuo Conſtantini.
XXXVI. Julius	An. XV. M. II. In Chronico Jeronimi anno XVI. M. VIIII. usque ad XII. Conſtantini annum.
XXXVII. Liberius	An. VI. M. IIII. In Chronieo Jeronymi XVII. anno usque ad ſecundum Valentiniani annum.
XXXVIII. Felix II. M.	An. I. M. III. inter Exulatum Liberii anuo Conſtantini XX.
XXXIX. Damaſus	An. XVIII. M. III. Iu Chronico Proſperi an. XIX. usque ad quiutum Gratiani annum.
XL. Siricius	An. XV. qui in Chronico Proſperi Urſinus nomine, ſedit annos XIIII. usque ad III. Archadii annum.
XLI. Anaſtaſius	An. III. In Chronico Proſperi an. IIII. usque ad VII. Archadil annum.
XLII. Innoceutius	An. XV. M. fermè quatuor. In Chronico Proſperi annos XIIII. usque ad VIII. Honorii annum.
XLIII. Zozimus	An. III. M. fermè V. usque ad XI. Honorii annum.
XLIIII. Bonifacius	An. III. M. VIII. usque ad XV. Houorii anuum.
XLV. Cœleſtinus	An. VIII. M. X. usque ad VIIII. Theodoſii annum.
XLVI. Sixtus III.	Au. VIII. usque ad annum Domini CCCCXL.
XLVII. Leo Doctor	An. XXI. M. II. fermè, usque ad annum Domini CCCCLXII.
XLVIII. Hilarius	An. VI. M. III. usque ad annum Domini CCCCLXVII.
XLIX. Simplicius	An. XV. M. I. usque ad annum Domini CCCCLXXXII.
L. Felix III.	An. fermè IX. usque ad annum Domini CCCCXCI.
LI. Gelaſius	An. IIII. M. VIII. usque ad annum Domini CCCCXCVI.
LII. Anaſtaſius	An. fermè II. usque ad annum Domini CCCCXCVIII.
LIII. Simmachus	An. XV. M. fermè VIII. usque ad annum Domini DXIIII.
LIIII. Hormiſta	An. VIIII. usque ad Couſulatum Simmachi & Boetii, id eſt ad annum Domini DXXIII.
LV. Johannes M.	Annos II. M. VIIII. usque ad annos Domini DXXVI.
LVI. Felix IIII.	Annos IIII. M. II. usque ad annum Domini DXXX.
LVII. Bonifacius II.	An. II. M. fermè unum. uque ad annum Domini DXXXII.
LVIII. Johannes II.	qui & Mercurius an. II. M. IIII. usque ad an. Dom. DXXXIIII.
LIX. Agapitus	Anno fermè uno, qui CPoli defunctus, Romam relatus eſt anno Domini DXXXV.
LX. Silverius M.	An. I. M. V. qui in exilio obiit XII. kal. Jul. Indict. XV. anno Domini DXXXVII.
LXI. Vigilius	An. XVII. M. fermè VII. qui CPoli diu exulatus & demum relaxatus obiit anno DLIIII.
LXII. Pelagius	An. XI. M. X. usque ad annum Domini DLXV.
LXIII. Johannes III.	An. fermè XIII. usque ad annum Domini DLXXVIII. ceſſatum eſt X. Menſibus.
LXIIII. Benedictus	An. IIII. M. fermè II. usque ad anuum Domini DLXXXII. ceſſatum Menſ. III.
LXV. Pelagius II.	Anuos X. M. II. obiit Indict. VIIII. Anno Domini DXCII. ceſſatum M. IIII. ferè.
LXVI. Gregorius Doctor	An. XIII. M. VI. obiit indict. VIII. Anno Domini DCV. ceſſatum M. V.
LXVII. Sabinianus	An. I. M. V. usque ad annum Domini DCVII. ceſſatum annum fermè unum.
LXVIII. Bonifacius III.	Menſibus ferè VIIII. usque ad annum Domini DCVIIII.
LXIX. Bonifacius IIII.	An. VI. M. VIII. usque ad annum Domini DCXVII. ceſſatum Menſes VII. ferè.
LXX. Deusdedit	An. III. M. I. ferè usque ad an. Dom. DCXX. ceſſatum M. I.
LXXI. Bonifacius V.	An. V. usque ad annum Domini DCXXV.
LXXII. Honorius	Aunos fermè XIII. usque ad annum Domini DCXXXVIII. ceſſatum anno I. M. VII.
LXXIII. Severinus	Menſ. II. Anno Domini DCXL. ceſſatum Menſes V.
LXXIIII. Johannes IIII.	An. I. M. fermè X. usque ad annum Domini DCXLII.

LXXV. Theodorus	An. VI. M. fermè VI. usque ad annum Domini DCXLVIIII. ceſſatum M. fermè II.
LXXVI. Martinus M.	An. VI. M. II. fermè usque ad annum Domini DCLV. qui in exillo obiit.
LXXVII. Eugenius	An. II. M. X. fermè. usque ad annum Domini DCLVIII. ceſſatum M. II.
LXXVIII. Vitalianus	An. XIIII. M. VI. obiit indict. XV. anno Domini DCLXXII. ceſſatum M. II.
LXXIX. Adeodatus	An. IIII. M. II. usque ad an. Dom. LXXVI. ceſſatum M. IIII.
LXXX. Donus	An. I. M. V. usque ad an. Dom. DCLXXVIII. ceſſatum M. II.
LXXXI. Agatho	An. II. M. VI. usque ad an. Domini DCLXXXI. ſub quo ſexta univerſalis ſynodus, Indict. IX. ceſſatum an. I. M.VII.
LXXXII. Leo II.	M. fermè XI. Anno Domini DCLXXXIII. ſub quo Indict. XI. XVI. kal. April. Luna eclypſin paſſa eſt. Ceſſatum anno uno fermè.
LXXXIII. Benedictus II.	M. X. poſt paſcha obiit an. Dom. DCLXXXV. ceſſatum M. II.
LXXXIIII. Johannes V.	An. I. anno Domini DCLXXXVI. ceſſatum M. III. fermè.
LXXXV. Conon.	M. XI. anno Dom. DCLXXXVII. ceſſatum M. III. fermè.
LXXXVI. Sergius	An. XIII. M. VIIII. fermè. obiit Indictione XIIII. Tiberio Imperatore anoo Dom. DCCI. ceſſatum M. II. fermè.
LXXXVII. Johañes VI.	An. III. M. II. usque ad añ. Domini DCCV. ceſſatum M. I.
LXXXVIII. Johañes VII.	An. II. M. VIII. fermè. usque ad annum Domini DCCVIII. ceſſatum M. III.
LXXXIX. Siſinnius	XX. diebus, qui podagra ſubito moritur anno Domini DCCVIII. ceſſatum M. II.
XC. Conſtantinus	An. VII. usque ad annum Dom. DCCXV. qui in Græciam ad Imperatorem venit Indict. VIIII. & reverſus eſt in X.
XCI. Gregorius II.	An. XV. M. VIIII. fermè. obiit Indictione XIIII.
XCII. Gregorius III.	An. X. M. VIIII. fermè. obiit indictione X. an. Dom. DCCXLII.
XCIII. Zacharias	An. X. M. III. obiit indict. V. anno Domini DCCLII.
XCIIII. Stephanus II.	An. V. Menſe uno fermè, usque ad annum Dom. DCCLVII.
XCV. Paulus	An. X. M. I. usque ad annum Domini DCCLXVII.
XCVI. Stephanus III.	An. IIII. M. VI. fermè usque ad annum Domini DCCLXXII.
XCVII. Adrianus	An. XXIIII. M. X. usque ad annum Domini DCCXCVI.
XCVIII. Leo III.	An. XX. M. X. usque ad anoum Domini DCCCXVI.
XCIX. Stephanus IIII.	M. VII. obiit anno Domini DCCCXVII.
C. Paſcalis	An. VII. M. I. fermè, usque ad annum Domini DCCCXXIIII.
CI. Eugeoius II.	An. IIII. M. VIII. fermè. usque ad an. Dom. DCCCXXVIII.
CII. Valentinus	XL. diebus. Anno Domini DCCCXXVIII.
CIII. Gregorius IIII.	An. XII. usque ad annum Domini DCCCXLIIII.
CIIII. Sergius II.	An. III. usque ad annum Domini DCCCXLVII.
CV. Leo IIII.	An. VIIII. M. III. usque ad annum Domini DCCCLVI.
CVI. Benedictus III.	An. II. M. VI. usque ad annum Domini DCCCLVIIII.
CVII. Nicolaus	An. VIIII. usque ad annum Domini DCCCLXVIII.
CVIII. Adrianus II.	An. V. usque ad annum Domini DCCCLXXIII.
CIX. Johannes VIII.	An. X. usque ad annum Domini DCCCLXXXIII.
CX. Marinus	An. I. M. VI. usque ad annum Domini DCCCXXXXV.
CXI. Adrianus III.	An. I. M. IIII. usque ad annum Domini DCCCLXXXVI.
CXII. Stephanus V.	Annis paulò plus VI. usque ad annum Domini DCCCXCII.
CXIII. Formoſus	Portuenſis prius Epiſcopus annis IIII. M.VII. usque ad annum Domini DCCCXCVI.
CXIIII. Bonifacius VI.	Diebus XV. qui podagra mortuus eſt eodem anno.
CXV. Stephanus VI.	prius Campaniæ Epiſcopus anno I. M. I. qui dignè propter effoſſum Formoſum ejectus periit.
CXVI. Romanus	Menſes V. fermè, anno Domini DCCCXCVIII.
CXVII. Theodorus II.	Diebus XX. anoo quo ſupra.
CXVIII. Joannes IIII.	Annis II. usque ad annum Domini DCCCC.
CXIX. Benedictus IIII.	Annis III. M. V. usque ad annum Domini DCCCCIIII.
CXX. Leo V.	Menſes II. fermè, anno Domini quo ſupra.
CXXI. Criſtophorus	Menſes IIII. qui dejectus eſt anno Domini quo ſupra.
CXXII. Sergius III.	An. VII. M. III. usque ad annum Domini DCCCCXII.
CXXIII. Anaſtaſius II.	An. II. M. II. usque ad annum Domini DCCCCXIIII.
CXXIIII. Lando	M. V. anno Domini DCCCCXV.
CXXV. Leo VI.	Menſes II. fermè. Anno Domini quo ſupra.
CXXVI. Joannes X.	An. XIIII. M. II. usque ad annum Domini DCCCCXXIX.
CXXVII. Stephanus VII.	An. II. M. I. usque ad annum Domini DCCCCXXXI.
CXXVIII. Joannes XI.	An. IIII. usque ad annum Domini DCCCCXXXV.
CXXIX. Leo VII.	An. III. M. VI. usque ad annum Domini DCCCCXXXVIII.
CXXX. Stephanus VIII.	An. III. M. IIII. fermè, usque ad annum Dom. DCCCCXLII.
CXXXI. Marinus II.	An. III. M. VI. usque ad annum Domini DCCCCXLV.

CXXXII.

CXXXII. Agapitus II.	An. X. fermè. usque ad annum Domini DCCCCLV.
CXXXIII. Joannes XII.	Qui & Octavianus annis VIII. M. IIII. Qui Ottonem Imperatorem fugit anno Domioi DCCCCLXIII.
CXXXIIII. Leo VIII.	Anno I. M. III. Quo depulſo Benedictus à Romanis ordinatur, & poſt unum annum periit.
CXXXV. Benedictus V.	M. II. Quo ejecto, Leo ab Ottone Imperatore reſtituitur, ſedit annis plus minus duobus.
CXXXVI. Joannes XIII.	prius Narnienſis Epiſcopus ann. VII. fermè, qui expulſus & iterum reſtitutus & vindicatus ſedit usque ad annum Domini DCCCCLXXII.
CXXXVII. Benedictus VI.	An. I. M. X. qui à Creſcentio relegatus & ſtrangulatus eſt, eóque jubente Bonifacius ordinatur, ſtatimque pulſus eſt aono Domini DCCCCLXXIIII.
CXXXVIII. Benedictus VII.	Sutriæ ptius Epiſcopus ann. VIIII. usque ad annum Domini DCCCCLXXXIII.
CXXXIX. Joannes XIIII.	Qui & Petrus, Papiæ prius Epiſcopus. M. VIII. Anno Domini DCCCCLXXXIIII.
CXL. Bonifacius VII.	Anno fermè, qui prius malè ordinatus & expulſus fuerat, & iterum malè reverſus peſſimè poſttemo periit.
CXLI. Joaones XV.	An. X. M. VII. usque ad annum Domioi DCCCCXCVI.
CXLII. Gregorius V.	Qui & Bruno ann. III. M. VIIII. usque ad annum Domini DCCCCXCIX.
CXLIII. Silveſter II.	Qui & Gerbertus, primo Remorſi poſt Raveñatium Archiepiſcopus, Papa promotus ſedit annis V. usque an. Dom. MIIII.
CXLIIII. Joannes XVI.	Anno uno
CXLV. Joannes XVII.	Qui & Faſanus an. VI. usque in annum Domini MX.
CXLVI. Sergius IIII.	An. IIII. usque in annum Domini MXIII.
CXLVII. Benedictus VIII.	An XI. M. I. fermè. usque ad annum Domini MXXIIII.
CXLVIII. Joannes XVIII.	An. VIIII. usque ad annum Domini MXXXIII.
CXLIX. Benedictus IX.	Qui & Theophilactus an. XII. qui propter ſcelera pulſus iterumque reverſus & viciis deditus à Papatu ſponte receſſit anno Domini MXLVI.
CL. Silveſter III.	Qui ejecto Benedicto ordinatus ſtatimque depulſus eſt anno Domini MXLIIII.
CLI. Gregorius	Qui & Gratianus, qoem Benedictus ſe ipſum deponens pro ſe ordinari fecit anno Domini MXLVI.
CLII. Clemens II.	Qui & Suidegerus Babinbergenſis Epiſcopus Gratiano locum dante ordinatus ſedit M. VIIII. anno Domini MXLVII. ceſſatum M. X. fermè.
CLIII. Damaſus II.	Qui & Poppo Brixienſis Epiſcopus nec uoum menſem ſedit anno Domini DCCCCLI. ceſſatum M. VI.
CLIIII. Leo IX.	Qui & Bruno Leucorum anno V. usque ad an. Dom. MLIIII.
CLV. Victor II.	Qui & Gebehardus Aureatenſis Epiſcopus annis fermè III. usque ad annum MLVII.
CLVI. Stephanus IX.	Qui & Fridericus M. VIIII. qui apud Florentiam ſepultus eſt.
CLVII. Nicolaus II.	Qui & Gerhardus Florentiæ Epiſcopus ſedit annis III. fermè usque in annum MLXI.
CLVIII. Alexander II.	Qui & Anſelmus Lucenſis Epiſcopus anno XII. usque in annum MLXXIII.
CLIX. Gregorius VII.	Qui & Hiltebrandus Romanæ Eccleſiæ Atchidiaconus anno quo ſupra ordinatus. Sedit annos XII. & Menſem unum, usque in annum Domini MLXXXV. cujus merita & ante obitum ejus & poſtea multis miraculis claruerunt. In cujus VII. anno Guibertus Ravennas Hæreſiarcha Sedem Apoſtolicam tirannicè invaſit, eámque usque poſt obitum Gregorii Papæ plures annos infeſtavit, unde & duos annos ceſſavit Epiſcopatus.
CLX. Victor III.	Qui & Deſiderius Romanæ Eccleſiæ Cardinalis & Abbas Caſſinenſis anno Domini MLXXXVII. ordinatus Meoſes IIII. ſedit. Ceſſatum eſt M. V.
CLXI. Urbanus II.	Qui & Otto prius Oſtienſis Epiſcopus anno Dom. MLXXXXIII. ordinatus. Sedit annos XI. Menſes V. usque in annum Domini MXCVIIII. ceſſatum eſt xv. diebus.
CLXII. Paſcalis II.	Qui & Reginherius Presbyter Cardinalis ex titulo S. Clementis año quo ſupra ordinatus. Sedit años XVIIII. Menſes VI. usque in annum Dominicæ Iocarnationis MCXIX.
CLXIII. Gelaſius II.	Qui & Johannes Romanæ Eccleſiæ Archidiaconus, anoo quo ſupra, ordinatus, ſedit unum fermè annum.
CLXIIII. Caliſtos II.	Qui & Wido Viennenſis Archiepiſcopus anno Dominicæ Incarnationis MCXX. ordinatus eſt,

IV.

Necrologium Bernoldi Conſtantienſis.

JANUARIUS.

	X. Kal. Febr.	Otto III. Imperator obit.
	VI. Kal. Febr.	Reginaldus Epiſcopus obit.
	V. Kal. Febr.	Karolus Magnus Imperator obit.

FEBRUARIUS.

(b)	XIII. Kal. Mart.	Widerolt, Marcuart cum CXIII. Jeruſalem tendentes naufragio emundati dormierunt. (b)
	IX. Kal. Mart.	Petrus Damiani Cardinalis Epiſcopus requievit in pace.
	V. Kal. Mart.	Depoſitio Walburgæ Virginis.
	II. Kal. Mart.	Gerunch vere Monachus diſceſſit.

MARTIUS.

	Kal. Mart.	Marchuart obit.
	VI. Idus Mart.	Diethalmus Laicus migravit ad Dominum.
(c)	IIII. Id. Mart.	Bertoldus Doctor egregius migravit ad Dominum. (c)
	Idus Mart.	Bernhardus Monachus obit.
	XIIII. Kal. April.	Erchinbertus Presbyter obit.
	VI. Kal. April.	Riwinus Presbyter obit.

APRILIS.

(d)	Kal. April.	Chouno de cella obit. (d)
	II. Non. April.	Imma obit.
	XIIII. Kal. Maji.	Beatrix Comitiſſa obit.
	XI. Kal. Maji.	Alexander PP. II. diſceſſit.
	VII. Kal. Maji.	Sigeboto Presbyter obit.
(e)	VI. Kal. Maji.	Heremannus ex Marchione Monachus obit. (e)
	V. Kal. Maji.	Oudalricus Clericus obit.

MAJUS.

	Non. Maji.	Primus Otto Imperator obit.
	II. Idus.	Miginfredus Presbyter obit.
	XV. Kal. Jun.	Bertaldus Dux Alemanniæ obit. Reginlindis obit.
	VIII. Kal. Jun.	Depoſitio Gregorii Papæ VII.
	VII. Kal. Jun.	Beda Presbyter obit.
	III. Kal. Jun.	Ordinatio Gregorii Papæ VII. anno Dom. Incarnationis MLXXIII.

JUNIUS.

	III. Non. Jun.	Walto verè Monachus obit.
	II. Non. Jun.	Chonradus Imperator obit.
	V. Id. Jun.	Magna Eccleſia facta eſt apud Saxones.
	XVII. Kal. Jul.	Gebehardus Juvavenſis Epiſcopus obit. Poppo Treverenſis Epiſcopus obit.
	XII. Kal. Jul.	Ludowicus Imperator obit.
	VIIII. Kal. Jul.	Pilgerin Monachus, verè ſeculo peregrinus requievit in pace.

JULIUS.

	VI. Non. Jul.	Heinricus Rex obit.
(f)	III. Non. Jul.	Willihelmus Abbas Hirſaugienſis obit. (f)
	V. Idus Julii.	Translatio S. Benedicti. Pobbo Comes obit.

III. Idus

(b) Vid. *Bernold.* in Chron. ad A. MLXXIII.
(c) Vid. *Bernold.* ad A. MLXXXVIII.
(d) fortè *cella S. Aurelii*, h. e. *Hirſaugia* de qua *Bernoldus* ad A. MLXXVII. & A MLXXXIII.
(e) Vid. *Bernold.* in Chron. MLXXIIII. ubi VII. Kal. Maji.
(f) Vid. *Bernold.* in Chron. ad A. MXCI.

III. Id. Jul.	Prior Heinricus Imperator obit.
XIII. Kal. Aug.	Berhardus Abbas Maſſilienſis requievit in pace. (g) (g)
V. Kal. Aug.	Victor II. P. P. obit.

AUGUSTUS.

Idus Aug.	Richinza ſoror obit.
XVI. Kal. Sept.	Oudeſcalcus Monachus obit.
VI. Kal. Sept.	Gebehardus Epiſcopus obit.
III. Kal. Sept.	Othere Monachus obit.

SEPTEMBER.

V. Id. Sept.	Marchvart adoleſcens obit.
IX. Kal. Oct.	Heremannus Doctor egregius obit.
VIII. Kal. Oct.	Conceptio S. Johannis Baptiſtæ.
VII. Kal. Oct.	Hugo religioſiſſimus conjugatus obit.
III. Kal. Oct.	Gebino obit.

OCTOBER.

III. Non. Oct.	Heinricus II. Imperator obit.
VII. Id. Oct.	Clemens II. PP. obit.
Idus Octob.	Ruodolfus Rex S. Petri miles migravit ad Dominum.
	Giſilbertus Presbyter diſceſſit. (h) (h)
XIIII. Kal. Nov.	Hezel Laicus obit.
V. Kal. Nov.	Sigefridus Abbas obit. (i) (i)

NOVEMBER.

Kal. Novembr.	Amezo & Fridericus frater ejus obit.
VIII. Id. Nov.	Bertoldus piæ memoriæ Dux Carinthiorum obit.
III. Id. Nov.	Fr. Kadalaus obit. (k) (k)

DECEMBER.

III. Non. Decembr.	Adelbertus Presbyter & verè Monachus migravit ad Dominum.
VIII. Idus Decembr.	Geraldus Oſtienſis Epiſcopus obit.
VI. Idus Decembr.	Arnolfus Imperator obit.
XVIIII. Kal. Jan.	Agnes Imperatrix obit.
XV. Kal. Jan.	Reginlindis obit.
XIIII.	Adelheida Taurinenſis Comitiſſa obit.

(g) Vid. Chron. *Bernoldi* ad A. MLXXXIX.
(h) Vid. Chron. *Bernoldi* ad A. MLXXX.
(i) Vid. *Bernold.* ad A. MXCVI.
(k) Vid. Chron. *Bernoldi* ad A. MLXXVI.

BREVE

CHRONICON

BAVARIÆ

Ab Anno MCLVI. ad annum MCCCCX.

E Cod. MS. BRUELENSI *excerpſit*

HARTMANNUS SCHEDELIUS,

E cujus Autographo deſcripſit atque edidit

ANDREAS FELIX OEFELIUS.

Monitum prævium Editoris.

COdex, unde hæc excerpſimus, idem ipſe eſt, cujus in Commentatione noſtra de *Vita & ſcriptis* ANDREÆ RATISPONENSIS *Presbyteri* Num. IIII. pag. 10. meminimus, à HARTMANNO SCHEDELIO, illo incredibilis diligentiæ Poligrapho, exaratus; in quo præter nonnulla alia ejusdem ANDREÆ *fundationum nonnullorum inſignium Bojoariæ Monaſteriorum Hiſtoriæ*, à FREHERO pridem typis editæ continentur. Eæ, licet mihi prima fronte nihil ſingulare ab editis habere viſæ eſſent, curatius tandem examinatæ atque collatæ, Acceſſiones præterea novas nec contemnendas ſuppeditârunt. Usque adeo verum eſſe illud veteris Philoſophi verbum expertus ſum: *Secundas curas ſemper prudentiores exiſtere.*

Deſcripſerat autem totum SCHEDELIUS è Cod. MS. *Bruelenſi*; qua Bibliotheca ita familiariter utebatur SCHEDELIUS ut ex ea non paucos Codices, & in his PROBI *Grammatici Commentarios in* PERSIUM, à Cl. PYTHOEO duntaxat delibatos, emptione vel permutatione ſuos fecerit. Apographum verò Schedelianum Bavarica inter Codd. MSC. Latinos Num. CCCLXI. ſignatum hodie conſervat.

Breve Chronicon Bavariæ.

ANno Domini MCLVI. Ducatus Bohemiæ mutatur in regnum per Fridericum Imperatorem & Ladislaus Dux Bohemorum Rex conſtituitur.

Anno Domini MCLVIII. Vilſa fluvius in Ensdorff III. kal. Febr. ſiccum iter præbuit.

Anno Domini MCCIIII. Lantzhuta conſtruitur.

Anno Domini MCCVIII. Berchtoldus Comes de Pogen moritur.

Eodem anno Strawbinga nova conſtruitur.

Anno Domini MCCXXIIII. Landaw conſtruitur.

Anno Domini MCCX. caſtrum Abach Dux ædificat Ludowicus.

Anno Domini MCCXXXI. Sanctus Anthonius Frater Minorum, & Sancta Elizabeth Landgravia Thuringiæ filia Regis Ungariæ migraverunt ad Dominum, quos Gregorius Papa Nonus canonizavit.

Anno Domini MCCXXXIII. Idem Gregorius S. Dominicum canonizavit.

Anno Domini MCCXXXI. Ludowicus Dux Bavariæ apud Kelhaim à quodam ignoto præſente ſua Familia occiditur.

Anno Domini MCCLV. Ludowicus & Henricus Duces Bavariæ, filii Ottonis Bavariam dividunt. Ludowico, qui major natu fuit, ceſſit Bavaria ſuperior cum Comitatu Palatini Rheni & civitate Monaco: Heinrico verò Bavaria inferior cum civitate Landshuet. Eodem anno Dux Otto Pater Prædictorum, qui fuit Comes in Scheyrn & Conradus Rex moriuntur.

Ad

Ad A. Chriſti MCCLVI. ubi agitur de Fundarione Monaſterii Fürſtenſeld, per Ludovicum Severum in expiationem cædis in Mariam Brabantinam uxorem innocen-
(1) tem commiſſæ, conditi (1) ſequentia in Co-
dice Schedeliano adduntur.

Hic Ludovicus montem oppoſitum monti Ratisponæ, qui Geyrſperg dicitur, invitis civibus incaſtellavit, ac ipſum caſtrum Landeskron appellavit.

Irem anno Domini MCCLXXXV. Dominus Albertus de Hallis ſuâ virtute & ſtrenuitate meruit à Rudolpho Romanorum Rege honore & nomine Comltis inſignlri.

Item Paterach Judæi hominem Chriſtianum Wernherum nomine occultè occiderunt, qui dicitur miraculis claruiſſe. Simlle priori anno accidit in civitate Monacenſi.

Anno Domini MCCLXXXVI. Ratisponæ in Dominica invocavit ſorores Eccleſiæ, quæ nunc ad S. Claram vulgariter ob pœnitentiam Rewerin nuncupatæ, ordinem S. Mariæ Magdalenæ mutaverunt, & hortantibus Fratribus Minoribus, Ordinem & regulam S. Claræ receperunt.

Item civitas Muldorff à Duce Heinrico reſtituta eſt Epiſcopo Salzburgenſi, quam anno priore expugnaverat.

Anno Domini MCCLXXXIX. Ludovicus bonæ indolis filius Ludovici Ducis Bavariæ cum ludo haſtarum Norimbergæ intenderet, lanceâ cujusdam Baronis de Hohenloch gutture tactus occubuit.

Anno Domini MCCXC. Heinricus Dux Bavariæ frater Ludovici bono fine apud Purckhauſen mortem obiit relinquens filios tres, Ottonem, Ludovicum & Steffanum. Hujus Heinrici Ducis uxor fuit Elizabeth filia Belem Regis Ungariæ, qui fuit frater S. Elizabeth.

Anno Domini MCCCXXXVII. inventum eſt corpus Dominicum in Deckendorff, quod ibidem Judæi per innovationem quandam martyrii irreverenter tractantes omnes vivi incenſi ſunt. & hoc MCCCXXXVIII.

Anno MCCCXV. Ludovici Imp. anno primo regni facta eſt fames magna ita ut Scaffa ſiliginis pro quinque libris & LX. denariis Ratisponenſis Monetæ emeretur.

Anno Domini MCCCXXXVIII. de Judæis orta eſt ſuſpicio, quod in ſuis ſynagogis venerandam & ſalutarem Chriſti Corporis Hoſtiam irriſerunt. Propter quod circa feſtum S. Michaelis in omnibus civitatibus præter Ratisponam & Wiennam per totam Bavariam & Auſtriam à populo pauperum miſerabiliter & crudeliter ſunt occiſi. Quod autem hæc vindicta à Deo proceſſerit, patet, quia Principes & omnes eorum officiales pro eorum defenſione ſeriosè laborabant, nec ramen eos defendere poterant. Quidam enim Princeps, qui perſonaliter cum ſuis militibus ſtetit, cum ad trucidandum perveniſſent, cum eis ferè necatus fuiſſet, ſi quantocius non fugiſſet. Unde & reverſus in ſe dixit: Nunc ſcio verè, quod vindicta hæc à Deo eſt, cujus voluntati nemo reſiſtere poteſt. De numero annorum cum hæc acta ſunt, vide verſus;

Annis millenis ter denis & octo trecentis
Judaicus populus tunc temporis eſt trucidatus.

Anno Domini MCCCLXXIIII. Marchionatus Brandenburgenſis à Ducibus Bavariæ venditur.

Anno Domini MCCCLXXV. in die S. Gregorii Papæ obiit Leupoldus ultimus Comes de Hals in Oſterhofen ſepultus.

Anno MCCCCX. &c. &c. Defecerunt his temporibus plures Genealogiæ militares, ſcilicet Dominorum dictorum de Stain: Hohenfelſer: Ernfelſer: Mäſſenhauſer: Harskircher & Wichsär in Dominio Ducum Bavariæ &c.

Item Ladislaus Rex miſerabili morte vitæ finem fecit. In paruſio enim dum per vim quamdam puellam impudicè amaret, quod fratres puellæ ægrè ferentes, matri dixerunt: Ecce Rex ſororem noſtram polluit, accipe ergò hoc unguentum & ſorori noſtræ da, & committe, ut Rege volente ſe cum ipsâ commiſcere, ſecreto virgam virilem cum illo perungat, quod mox ut fecerit, ipſa concipiet, vel Rex eam ſemper adamabit, & hoc modo per eam omnes ditabimur. Quod dum factum ex ſuaſu matris fuiſſet, mox ipſa infecta moritur, & Rex circa genitalia putrefactus moriendo etiam pœnam ſuæ libidinis accepit.

(1) mendosè apud Freherum l. c. legitur *Conjugis otioſa* pro *occiſa.*

ANNA-

ANNALES
HERMANNI
Altahæ inferioris Ordinis S. Benedicti
ABBATIS,

Ab Anno Chriſti MCLII. qui eſt primus FRIDERICI I.
Imp. Aug. usque ad RUDOLPHUM *Habsburgicum, annum videlicet* MCCLXXIII. *hactenus* HENRICO STERONI *ejusdem Monaſterii Monacho & Capellano perperam attributi*

Ex Apographo JOANNIS AVENTINI *Viri Clariſſimi, ad duorum Codd. MSS.* ALTAHENSIS & OSTERHOVENSIS *fidem deſcripto, multis partibus auctiores, veróque Auctori redditi, prodeunt*

Cura & Studio

ANDREÆ FELICIS OEFELII.

De Hermanno Abbate Altahenſi, ejúsque Annalibus
Comentatio prævia Editoris.

HERMANNUS Abbas ALTAHÆ *inferioris* XXXVII. inter alia laudabiliter geſta, relictis ad Poſteros Annalibus, à morte etiam de communi patria benè mereri non deſiit. Nec quicquam tamen propius eſt factum, quam ut eum illi honorem HENRICUS STERO, Capellanus ejus, cum minimè animum in id intenderet, recentiorum errore interciperet. Cum enim STERO ad finem Chronici Elogium adſcriberet Patrono ſuo, FREHERUS ita accepit, ac ſi totus Chronici Auctor STERO ille extitiſſet; quod etſi ille timidè & ſubdubitanter aſſereret, alii mox confidentius (ut fieri ſolet, quoties magno Auctore fallimur) uſurpare cœperunt. Id quod nos paulò explicatius, adducto in medium Elogio illo explanabimus.

HERMANNUS igitur Monaſterii Altahenſis, quod *Inferius* à ſitu dicitur, Monachus, mortuo anno MCCXLII. VI. kal. Nov. *Dietmaro III.* Abbati (cui mitræ honorem anno MCCXL. Romæ impetraverat) ea in dignitate mox ſuffectus eſt. Viennæ etiam Auſtriæ in æde D. Antonio ſacra, à RUDIGERO *Patavienſi* Epiſcopo, III. Id. Nov. in Abbatem conſecratus, benedictione Epiſcopali accepta, commendatitiis præterea ejusdem litteris inſtructus ad ſuos remiſſus eſt.

Acta regiminis *in Chronica* Monaſterii ſui, anno millenario MDCC-
(m) XXXI. (m) vernaculè editâ, pro ſubitanea opera ſic ſatis copioſè complexus eſt R. P. PLACIDUS HAIDENUS, ibidem Profeſſus, & tum temporis Præpoſitus *Rinchnavienſis*, deſumpa tamen pleraque ex Elogio HERMANNI quod HENRICUS STERO Annalibus Abbatis ſui, ut modo memoravimus, ſubtexuerat. Illud nos hoc loco integrum legi, quo de HERMANNO Hiſtoriographo noſtro, ex inſtituto agimus, non extra oleas, quod dicitur, futurum exiſtimamus.
(n) Ita autem ille in Codice *Freheriano* (n), unde acceptum HENRICUS CANISIUS, qui STERONEM recuſum dedit, in ANTIQUIS LECTIONIBUS repetiit:

In

(m) Ratisponæ A. 1732. in 4.
(n) Ad ann. MCCLXXIII.

In feſto B. Gregorii Dominus Hermannus Venerabilis Abbas Altahenſis, qui jam XXX. annis & amplius eandem Abbatiam cum tanta rexerat honeſtate ut in ſpiritualibus adeo profecerit, quod religionis vigeret illic obſervantia ſpecialis & cultus Dei per ipſius diligentiam fuiſſet multipliciter ampliatus, ita quod in Perſonis ibi ſub regula educatis excreverit, ut ſui regiminis tempore ex ejusdem loci Monachis Formbach, Aſpach, Obernaltach, Prul & Piburg Abbates electi eſſent. In temporalibus quoque poſſeſſionibus honore & pace & quiete per deſtructionem caſtrorum vicinorum videlicet Fleinsperg & Zirberch & Moſe, in turribus ejusdem Eccleſiæ abundantiæ ex dignè promerito favore Principum & Nobilium terræ Bavariæ facta erat. In ædificiorum quoque diverſis hinc inde ſtructuris tam in renovatione chori, quam aliis infra ſepta clauſtri quam extra, & utiliſſimo Aquæductu ad uſum Molendini & inundationem Areæ tanta per ipſum præclara opera cernebantur, ut merito poſſet dicere cum Cæſare Auguſto, urbem lateritiam inveni marmoream relinquo (o). Erat denique in hoſpitalitatis gratia totus hilaris, (o) omnino providus, cuilibet ordini, dignitati, conditioni, ætati vel ſexui adeo ſe conformans ut quaſi omnibus omnia factus in ſe & honorem ipſius loci affectus omnium provocaret. O virum omni religioſa dignum laude, qui ſub tanta tanquam fidei ſolicitudine tot annis ipſi Eccleſiæ præeſſe non timuit, nec tamen in ſpe quidem boni ſucceſſoris vivus & incolumis eidem regimini cedere recuſavit. Ipſo quidem die B. Gregorii in manu Domini Theodori tunc Abbatis de Alderſpach, qui ex mandato Domini Petri Venerabilis Epiſcopi Patavienſis acceſſerat Monaſterium Altahenſe, idem Dominus Hermannus, vergente quidem deorſum ex debilitate ſenilis ætatis conditione corporea, ſed ſpiritu in ſublimiora ſcandente, mitram & baculum cum cura Paſtorali coram poſitis fratribus, maximo ceſſionis jam diu fervens deſiderio, reſignavit. Ex quo planctus familiaribus ipſius Eccleſiæ & vicinis oritur nimis inſolitus atque gravis admiratio, ante Prælatis aliis per Bavariam conſtitutis, eo quod ſe illi in utilitate regiminis aut propoſito renuntiationis impares æſtimarent; omnibus in commune optantibus, tanto ceſſore ſucceſſorem idoneum ex Divina Providentia ſubrogari. Prædictus autem Dominus Hermannus poſt ceſſionem ipſius Abbatiæ ſupervixit duobus annis, detentus maximis infirmitatibus, ita ut de lecto, in quo decumbebat, non poſſet ſurgere, ſtare vel ire ſine adjutorio ſibi ſervientium: qui infirmitates & omnes moleſtias corporis patientiſſimè toleravit, cottidie abundantiſſimè fundens lachrymas & orans Dominum Jeſum pro peccatis ſuis. Qui, ut ſupra dictum eſt, laudabiliter rexit Eccleſiam Altahenſem annis XXX. menſibus IIII. *dies* XVI. *faciens maximas eleemoſynas & alia multa bona opera obiit bono fine pridie kalendas Auguſti anno vitæ ſuæ LXXV. Ego Heinricus Stero Capellanus ſuus hæc addidi videns in eo timorem Domini & ſapientiam magnam eſſe, & ſuper omnia ipſum habere miſericordiam circa omnes homines & alias virtutes multas, ad teſtimonium ſibi perhibeo & ſcio, quod verum eſt teſtimonium meum.*

Abdicationis etiam meminit Apographum Aventinianum ad annum MCCLXXIII. ſive poſtremum Annalium ſuorum, ubi ita de ſe HERMANNUS perorat: *Hermannus Abbas Altahenſis, qui deſtruxit caſtrum Flinsperch, Kirchberg & Moſe ceſſit in die B. Gregorii ſenio fatigatus viſúque. rexit XXX. annos, menſes* IIII. *dies* XVI.

Apud HEINRICUM inferioris Bavariæ Ducem ita gratioſum memorat laudatus PLACIDUS HAIDENUS, ut ejus liberos de ſacro fonte levare, qui honor in domo regnatrice non niſi ſummis vel potentia vel gratia, deferri ſolitus, conſueverit. Ipſe ad annum MCCLXXI. baptizati à ſe STEPHANI Bavariæ Ducis, HENRICI ex ELISABETHA Hungarica filii, meminit.

De agellis comparatis & rebus auctis, donatis, commutatis ínque fidem commiſſis cæteríſque Monaſticæ vigilantiæ argumentis nonnulla idem HAIDENUS, ſed ut in opere ſubitaneo, ſupinè retulit. Copioſius ea de re ex excerptis chartis Altahenſibus Aventinianis & aliunde collatis HUNDIUS atque GEWOLDUS (p). Nobis in litterarum duntaxat non fortunarum opes intentis, (p) illud maximè præcipuéque in geſtis HERMANNI laude & incitatione dignum eſt viſum, quod conſcripto TRADITIONUM LIBRO ex UROLFI, Abba-

(o) Hæc ſatis magnificè ob molendinum duntaxat extructum; ſed nimirum iſtis ubicunque molitur, Roma eſt.

(p) Metrop. Salisb. P. II. in Altah. inf.

tis Altahæ inferioris ordine tertii *membranis*, aliísque Monumentis ferè obſoletis, collecto, non magis ſuorum juribus quam memoriæ proſpexerit; de quo Codice prolixius agendi, non ita multo poſt occurret occaſio.

In præſens de Chronico HERMANNI quod ita Bojorum res illuſtrat, ut in vicinas etiam regiones radios ſpargat, nobis præcipuè agendum: Illud luculentus ille temporum ſuorum teſtis ab anno Chriſti MCCLII. qui fuit primus Friderici Imperatoris, usque ad Rudolphum Habsburgicum ſeu annum Chriſti MCCLXXII. continua ferè annorum ſerie proſecutus eſt, quo & dignitatem & penam depoſuit.

Primus qui ejus Operis, avidæ antiquitatum ſuarum Germaniæ orexin movit, JOANNES AVENTINUS fuit, vir oris & moris antiqui, quem poſtea, quod rigidi illius honeſti abnormis ſectator eſſet, non ſecus ignava cohors, ac anus rugoſæ ſpeculum, averſata eſt: maculas illi ſuas imputantes, tanquam faceret, non oſtenderet. Is igitur in ſyllabo Auctorum Monumentorúmque, quem Annalium Bojorum convulſo operi, ſed manſuro, præmiſit Hermannum Abbatem Altaichii inferioris, Ottonis & Heinrici Bavariæ Ducum Conſiliarium primus nominavit.

Cum enim inſtituto per Bojoariam itinere litterario antiquitatis reliquias undique inveſtigaret & Monaſticarum Bibliothecarum pulverulentos forulos plutéósque excuteret, atque ignoratos plerumque poſſeſſoribus ſuis theſauros refoderet. Anno Chriſti MDXVII. Altaham inferiorem, caput originum ſuarum ſub Thaſſilonum nubibus recondens Monaſterium acceſſit, & repertis ibidem, nec non in Oſterhovenſi aſceterio Monumentis *Rapſodiorum* ſuorum *Volumen decimum* implevit.

In eo nos HERMANNI noſtri ANNALES (ſive ut ibi audiunt) CHRONICON, & huic ſubjunctos HENRICI *Præpoſiti* OETTINGENSIS Annales, ignoratos hactenus vel cum EBERHARDI ALTAHENSIS confuſos, invenimus, ex Codd. MSS. ipſius AVENTINI manu deſcriptos; quos ille Codices ſi ſecum tum temporis abſtuliſſet (ut poſtea criminati ſunt, ignaviæ puto pudore Monachi quidam) poterat ſane illum tædio plenum deſcribendi laborem lucrifacere.

Proximus ab AVENTINO, qui Hiſtoriographi noſtri meminit, GASPAR BRUSCHIUS fuit, qui & ipſe in eodem Monaſterio ſub *Paulo* Abbate an-
(q) no MDLII. hoſpitatus Abbatum ejus Catalogum texuit (q) ubi ita de noſtro: *Hermannus Abbas XXXVII. Chronographus ſui Cœnobii &c. is anno Domini MCCLII. B. Virginis ſacellum Hengerſpergenſe, in ſuperioribus tumultibus direptum & vaſtatum præclarè renovavit, & denuo conſecrari fecit per Anſelmum Legatum quemdam Apoſtolicum conſenſu Ottonis Epiſcopi Patavienſis. Deceſſit ex*
(r) *hac miſera vita anno Chriſti MCCLXXIII.* (r) *Sepelitur in ſplendido Mauſolæo marmoreo in Abſide chori meridionali.*

AVENTINUS itaque invento hoc theſauro rerum Bavaricarum, ſatis habuit, eodem ad ſtruendam Hiſtoriæ Patriæ, quam meditabatur, molem, datâ occaſione uti; adoleſcentibus etiamnum & velut luxuriantibus in Germania litteris; ſed poſtquam oculatior eſſe cœpit Hiſtoria & teſtimoniorum teſtiúmque ſelectus fieri, de ipſis Monumentis, iíſque intemeratis in lucem producendis à viris gravibus & perinde minns credulis, cogitari cœpit.

Hos inter primus HERMANNI CHRONICON, tum adhuc HENRICI STERONIS creditum, publici juris fecit M·RQUARDUS FREHERUS vir cum de litteris in univerſum, tum de rebus Palatino-Boicis eximiè meritus.

Codice ad id uſus eſt Manuſcripto, cui inter alia & Chronica Auſtralis & Auguſtāna inſerta & ſubinde per partes HENRICUS ille STERO, cujus nomen ibidem apparebat. Accedebat in fine Elogium Hermanni Abbatis, cujus ſolius Auctor Henricus ille Stero, Hermanni Capellanus, ubi cum legeret Freherus: *Ego Heinricus Stero Capellanus ſuus hæc addidi*, Elogium intelligens, FREHERUS, vir tam oculatus, ita accepit, ac ſi integri Chronici Auctorem ſe ferret Stero, & falſus ipſe mox & Henricum Caniſium in eundem
(s) induxit errorem (s), qui non jam ſubtimidè ſed confidenter Chronici Auctorem

(q) Extat Centur. II. Monaſt. Germ. p. m. 40.
(r) decepit Bruſchium locus Steronis malè intellectus.
(s) hic Voſſium & Voſſius quotquot eum exſcripſerunt, Lexicographos.

remSteronem inſcripſit,ut ita minimè mirandum ſi JACOBUS poſtea BASNAGIUS
Caniſiani Operis Reſtitutor ille doctiſſimus, Batavus Batavum, ſed in media
Bavaria ſcribentem ſecutus, in eundem errorem inductus eſt.

Poſt FREHERUM alter Hermannum recuſum dedit HENRICUS CANISIUS
Noviomagus, Canonum in ſchola patria Ingolſtadienſi Profeſſor PETRI CA-
NISII ex fratre nepos, vir editis, inter alia minoris famæ, ANTIQUARUM
LECTIONUM immortali opere, dum memoria litterarum apud homines erit,
memorandus. Is beneficio viri verè ſummi & cujus ſolum etiam nomen Elo-
gii inſtar eſt MARCI VELSERI, Codicem MS. nactus ex *Udalriciana Auguſtana*
Hermanni noſtri Annales *multis partibus auctiores*, & ipſe ſub HENRICI STE-
RONIS nomine edidit (t). Habebat is, cum ſua ederet, ante oculos *Fran-* (t)
ckofurtenſem editionem; à loco enim maluit, quam à FREHERO Auctore indi-
care; putido illo more, hodie inter ingenuos abolito, & multum trahente
à temporum illorum fermento, quem dum imitari noluit JACOBUS BASNA-
GIUS Famæ Caniſianæ reſtaurator integerrimus quid CANISIUM decuiſſet,
docet. Ita autem iſte de editione Francofurtenſi: *Editi quidem ſunt hi Anna-*
les Francofurti (u), *ſed noſter MS. Codex habuit multis partibus copioſiores &* (u)
auctiores, eóque nomine Germanicarum Rerum ſtudioſis exoptatiſſimos. Qui con-
ferre has duas Editiones voluerit deprehendet in Francofurtenſi quædam eſſe, quæ
in noſtro MS. abſunt; eáque ferè ſunt de rebus Auguſtani Monaſterii, quæ à Mo-
nacho Auguſtano addita manifeſtum eſt. Quale eſt illud initio: in Capitulo no-
ſtro ſepultus eſt Auguſtæ &c. *quæ non à Sterone Altahenſi Monacho ſed ab Au-*
guſtano dici potuerunt, propter hæc editio Francofurtenſis Annales dat nomine Chro-
nicæ Auguſtenſis, inſertis ut ait rebus Bavaricis & inter alia Cœnobii Altahæ in-
ferioris per Henricum, ut veriſimile eſt Steronem. In qua editione ſubſequenti
parti horum Annalium ab anno videlicet MCCLXVI. expreſsè nomen Auctoris
Henrici Steronis adſcriptum eſt. In noſtro verò MS. hæc non ſeparata pars eſt ſed
ejusdem manus; unde & nomen Steronis, quod in noſtro MS. nullum erat,
appoſui. Varias lectiones quæ in Francof. Editione, in oram aliquas conjeci. Hæc
CANISIUS; è quibus aliud evincitur nihil, niſi obliterato ſemel Hermanni
nomine, antiquum illorum temporum morem obtinuiſſe, quo (obſervante
etiam in EBERHARDUM *Altahenſem* Caniſio) familiare erat illius ævi ſcripto-
ribus, alios tranſcribendo, infartis ſubinde Domeſticis rebus ſuis, ſuos
facere.

Multum ſe vertit poſt FREHERUM, CANISIUM atque BASNAGIUM Cl.
STRUVIUS, & ipſe Freherianæ Scriptorum collectionis Reparator & Scholia-
ſtes diligentiſſimus. Dum tandem pro ea, quâ pollebat in rebus Germanicis
notitiâ atque eruditione, id quod res erat, conjecturâ ex parte ſaltem aſſe-
cutus eſt. Ita autem ille in præfatione ad Steronem, ubi verba Encomiaſtis
Hermanniani vero ſuo ſenſu accipienda monuerat: *Quantum nobis conjectari*
licet, prioris Chronici (illius videlicet quod ad annum MCCLXXIII. pertingit)
Auctor fuiſſe videtur Hermannus, ita tamen ut dum Monachus quidam Auguſta-
nus multa inſereret de rebus Auguſtanis &c. Auguſtani illud ſibi vindicarent.
Utrumque vero Henrico Stero variè non interpolavit ſolum, ſed etiam &c. con-
tinuavit. Scilicet non infrequens erat ſuperiorum temporum Chronographis, alio-
rum Chronica vel interpolare vel continuare. Hactenus V. C. BURCARDUS
GOTTHELFIUS STRUVIUS, de HERMANNO non malè hariolatus, tam felici-
ter autem divinandi anſam ei præbuit Auctoritas Domeſtici Scriptoris & quo-
cum vel cum diſertiſſimis omnium gentium certare poſſumus, ANDREÆ
BRUNNERI, qui Annalium Boicorum P. I. Libro IIII. exeunte, ad annum
MCCLXXII. non ſecus ac quem in tenebris euntem fax deficit, conqueritur,
his verbis: *Quando hic quoque fidiſſimus Dux Hermannus Altahenſis Abbas, cu-*
jus Annalibus, qui Steroni vulgò attribuuntur, diu uſi ſumus, nos deſerit.

Quidquid nunc ſit de STERONE (de quo mox iterum ubi HENRICI *Præ-*
poſiti Oetingani ANNALES *Hermanno* ſuccenturiatos ex AVENTINI item apo-
grapho producemus, agendi recurret occaſio) nobis in præſens ſufficiat anti-
quiſſimo Rerum Boicarum Scriptori HERMANNO *Abbati Altahenſi*, quod ſuum
erat reſtituiſſe, ídque ex fide illius hominis, penes quem Hiſtoria Germano-
rum diu ſtetit, Bojorum ſemper ſtatura eſt.

(t) Tomo I. Lect. Ant. p. m. 227. Ingolſt. 1601. in 4.
(u) à Frehero videlicet.

Hermanni Altahenſis Abbatis Annales.

His temporibus Rogerius Siculus Apuliam rurſus ingreſſus cum Duce Rainam, quem Lotharius ibi præfecerat, habet conflictum victúsque fugatur. Interea Aoacletus filius Petri Leonis Romæ moritur, & eo mortuo ſciſma terminatur. Poſt pauca Dux Apuliæ Raimon vel Reginaldus, moritur: Rogerius in Apuliam revertitur, & terram Duce orbatam nec rebellantem occupat, Principem Robertum Capuanum cum omnibus nobilibus ejecit, & reſiduos variis tormentis affligit, ad ultimum ſe Regem Apuliæ & Siciliæ præcipit appellari. Princeps Capuanus Robertus cum omnibus Comitibus expulſus ad Regem Chunradum receſſit; Rex benignè omnes ſuſcepit, & longo tempore in Alemannia ſecum detinuit, ſed in Apuliam tranſire non potuit, quod gravis eum Imperii neceſſitas impedivit. Ad hæc Papa Innocentius vir magnanimus cum populo Romano contra Rogerium collecto exercitu Apuliam ingreditur, ubi incautè conductus in loco, qui vocatur Galazii, à Rogerio capitur, eóque cum teverentia coacto Rogerius nomen & auctoritatem Regiam cum jurisdictione Apoſtolica tam in Sicilia quam in Apulia, ſicut voluit, plenariè impetravit. Rogerius ex tunc Apoſtolica auctoritate Rex exaltatus, cum jam nullius præter Chunradum haberet obſtaculum Welſonem Ducem fratrem ſcilicet Heinrici Superbi ſupra memorati pecunia conductum contra Chunradum in Alemania concitavit, quem Rex in uno prælio juxta caſtrum Winsperch eleganter vicit, ſuóſque grandi occiſione proſtravit. Altera vice Henricus filius Conradi, qui ſi vixiſſet, poſt eum erat regnaturus, eundem Welphonem regno devicit. Welſo tamen, dum Chunradus vixit, pro Rogerio ſtetit, & regnum pro viribus impedivit. His temporibus Romani cœpetunt innovare Senatum, qui longis ante temporum curriculis ita ceſſaverat, ut nec mentio ejus Romæ haberetur, quem Papa Innocentius, ingenio precio & minis ſolvere conatus, non potuit, morbóque præventus ſub ea diſcordia diem ultimum clauſit, cui Sacerdos laudabilis Cœleſtinus ſucceſſit, quo infra annum defuncto, Lucius Papa in cathedra conſedit; Lucius II. itaque intendens Senatum extinguere, cum ingenti militia capitolium Romæ conſcendit, ut ſedentes ibi tunc Senatores cum dedecore removeret: Senatus autem populúſque Romanus ad arma converſus Papam cum omnibus à capitolio in momento repellit, ubi Papa, ſicut tunc audivimus, lapidibus magnis perculſus usque ad obitûs ſui diem, qui proximè ſecutus eſt, non ſedet in ſede; cui tunc Eugenius ſucceſſit Abbas S. Anaſtaſii Romæ de Ordine Claræuallenſium, cujus tempore obiit Rex Chunradus apud Bamberg.

MCXLVII.

Synodus Eugenii Papæ Remis habetur. Expeditio Hieruſalem facta eſt ſub Chunrado Rege: Chuoradus Archiepiſcopus Saltzburgenſis obiit, cui ſuccedit Eberhardus Piburgenſis Abbas, prius Monachus Priſingenſis.

MCXLVIII.

Clauſtrum Raitenhaslach conſtruitur.

MCXLVIIII.

Chunradus Rex de Hieruſalem revertitur; Henricus Dux Bojorum filius Liupoldi Marchionis, vir bonus, fortis, militiæ peritus, cum Cæſare quoque revertitur, filiam Ducis fratris Regis Græcorum nomine Theodoram in ea expeditione duxit uxorem.

MCL.

Synodus V. Epiſcoporum ſub Eberhardo Archiepiſcopo Saltzburgenſi habetur.

MCLII.

Chunradus III. Rex obiit. Tunc CPoli regnabat, Manuel; hujus uxor Teutonica ſoror ſcilicet uxoris Regis Chunradi, nata de Sultzbach filia nobiliſſimi Comitis in terra
Bavaratenſi nomine Bertha (x), ſed poſt (x)
mortem mariti reverſa eſt ad propria, ſepulta in Monaſterio Caſtel Ordinis S. Benedicti.

Eod. anno Fridericus I. Friderici Suevorum Ducis filius, fratris ſcilicet Chunradi Regis, natus ex clariſſima progenie Karolorum poſt Chunradum III. Patrem ſuum apud Franchenfurt communi votorum conſenſu omnium Principum eſt electus ad imperium
nonageſimus quartus. (y) (y)

MCLIII.

Ecclypſis Solis accidit. Eugenius Papa obiit, Anaſtaſius ſuccedit, & eodem anno obiit. Altahenſis Abbatia ſubjicitur Eccleſiæ Bambergenſi.

MCLIIII.

Adrianus IIII. Papa ſedit.

MCLV.

Hartwicus Salzburgenſis Canonicus fit Epiſcopus Ratiſponenſis.

Fridericus Rex in Italia aliquas urbes dituit, & Romam veniens Imperator conſecratur. Otto Palatinus Comes obiit.

MCLVI.

(x) *Avent. in marg.* Bertha Sultzpacenſis.

(y) *Avent. in marg.* A. MCLII. autumni principio Henricus Dux Bojariæ & Saxoniæ convocatis Principibus Bojorum in Cerpheim curiam triduo habuit. Interfuêre Bertholdus Comes de Bogen, Pertholdus Comes de Milech, Fridericus Dux Advocatus, Comes Gebhardus Hallenſis, Præfectus urbis Ratiſponenſis Henricus, frater ejus Otto. *Confer ad h. l. Aventinum L. VI. Cap. V. p. m. 606. edit. Gundling. & Brunnerum P. III. L. II. ad h. a. p. m. 112. Edit. Francof.*

MCLVI.

Fridericus Imperator Roma redeuns curiam Ratisponæ babuit, & reſtituto Ducatu Bavariæ, Hainricus Dux Saxoniæ Marchionatum Auſtriæ in Ducatum mutavit. Ex quo facto multum eſt diminutus honor & potentia Ducum Bavariæ, ſicut patet in
(z) privilegio Imperii hic tranſcripto. (z) Fridericus Beatricem Arelatenſem duxit uxorem.

Guilielmus Apulius cum Manuele Græco pugnans, vicit; cæſa ſunt ibi nt ajunt XL. millia Græcorum.

Imperator Puloniam adit, & fit inter eum & Apoſtolicum diſſenſus. Imperator Mediolanum obſedit, & ad deditionem coëgit.

Eodem anno Ladislaus Dux Boëmorum mutato ab Imperatore dignitatis nomine in Regem Boëmorum præficitur.

MCLVII.

Heinricus Comes de Wolfrathshuſen obiit.

Heinricus prius Dux Auſtriæ in Meten Monachos inſtituit, & Clericos, qui ibi erant, locavit in Münſter.

MCLVIII.

Imperator Fridericus urbem Mediolani obſedit, & ad deditionem cives ejus coëgit.

Otto Friſingenſis Epiſcopus obiit, Adal-
(a) bertus eligitur. (a)

MCLIX.

Adrianus Papa obiit, Octavianus Cardinalis à parte Cæſaris conſtitutus Victor dicitur, ſed Rulandus qui & Alexander ab Eccleſia eligitur.

MCLX.

Imperator Cremam deſtruit. Arnoldus Epiſcopus Mogontinus in Eccleſia S. Jacobi occiditur.

MCLXI.

Heinricus Dux Carinthiæ periit in Jonio mari; Hermannus frater ejus Ducatum gerit. Piligrinus Patriarcha obit, Udalricus
(b) ordinatur. (b)

MCLXII.

Imperator Mediolanum deſtruit. Gutſco Rex Ungariæ obiit, Ladizlaus frater ejus præficitur.

MCLXIII.

Imperator jam quarto Italiam adit. Imperator Moguntiæ muros & turres deſtruxit. Ladizlaus obiit, Stephanus frater ſuccedit.

MCLXIIII.

Octavianus Sciſmaticus obit; Guido, qui & Paſcalis per Cæſarem ſubſtituitur.

Eberhardus Saltzburgenſis Archiepiſcopus obit, Chunradus Patavienſis Epiſcopus patruus Imperatoris ſuccedit, ab Alexandro Papa pallio honoratur.

Hartmannus Brixinenſis & Hartwicus Ratisponenſis Epiſcopi obierunt.

Otacher Marchio Styriæ, Gebbardus de Burch *. Sifridus de Leubenove, Lintoldus de Plagen Comites obierunt. Ex tunc Duces Bavariæ caſtrum in Purckhuſen poſſederunt.

* *Burchhuſen.*

Chunrado Patavienſi Epiſcopo ſuccedit Rubertus.

MCLXV.

Imperator in curia Wirzburch Principes regni Guidoni Sciſmatico jurare compulit. Chriſtianus Mogunt. Chunrado ſuperponitur. Eo anno Imperator curiam Lauffen habuit.

Rubertus Patavienſis Epiſcopus obiit, cui
Albo ſuccedit. (c) (c)

Otachar Marchio Styriæ obiit.

MCLXVI.

Ordinatio Clericorum in Saltzburg ab Archiepiſcopo Chunrado.

Eodem anno MCLXVI. Imperaror curiam Nurnberg XVI. kal. Martii habuit, Chunradus Archiepiſcopus tertio pro regalibus venit; ſine gratia rediit, paulò poſt curia in Bavaria apud Lauffe IV. kal. April. tertia Hebdomade quadrageſimæ cúmque Cunradus in vitio exiſtens, nullo modo ad partem Imperatoris tranſiret, multum rogatus per fratrem ſuum, Henricum Ducem Auſtriæ alióſque Principes. Prædia Saltzburg ſententia Principum in beneficium dantur Laicis, cœnobia proſcribuntur, ut excommunicata à Paſcali, multa mala ſubſequuntur utrinque.

MCLXVII.

Imperator Italiam quintò adit. Salzburga concrematur Non. April.

Cædes Romanorum magna, dicitur enim ab Imperatore S. Petri templum effractum, Paſcalis inthronizatur, Epiſcopi conſecrantur, Regina quoque XVIII. kal. Sept. Imperatrix conſecratur, & tertia poſt die ingens peſtilentia Imperatorem cum exercitu & Papa Roma diſcedere compulit.

MCLXVIII.

Chunrados Archiepiſcopus Salisburgenſis obiit Admundt. Albertus filius Regis Boëmiæ ſuccedit, ab Alexandro Papa III. pallio honoratur. Paſcalis Schiſmaticus, qui & Guido, obiit.

MCLXVIIII.

Imperator ad Salzburg (d) curiam cele- (d)
brans, Salzburgenſem Epiſcopatum in dedito-

(z) Cod. Aventini habuiſſe videtur, ille tamen non tranſcripſit. Extat ad h. a. apud Steronem Caniſii & plenius in Cuſpiniani Auſtria.

(a) Caniſ. Cod. legit *Et Albertus*. Sed Aventiniano hic cum Freheriano convenit.

(b) Aventinus ad oram: *H Dux Rixoſus Bavariæ. Unde Ratisponenſis Epiſcopatus ſub Bavarico Epiſcopo durè cœpit vaſtari.*

(c) Freh. item *Albo* Caniſianus *Albero*.

(d) Caniſianus habet *Saltzburghoven*. habuit & Aventinus, ſed ipſe vocem *hoven* delevit, quæ à vicina voce *curia hove* irrepſit.

ditionem accepit. Albo Epiſcopus Patavienſis ab Eccleſia abigitur Imperatore jubente, cui Heinricus ſuccedit, Canonicus Spirenſis II. Non. Aug. Imperatore præſente. Albertus conſecratur Idibus Martiis in Quadrageſima ab Ulrico Patriarcha Aquilegienſi, pauló poſt pallium ei defertur à Papa Alexandro.

Curia Imperatoris Babenberch Pentecoſtes advenit, Archiepiſcopus Salzburgenſis cum Patre Rege Boëmiæ prohibiti à conſpectu, inde menſe Auguſto Imperator Saltzburg. potitur Epiſcopatu, Albertus impar perſuaſus ab avunculo ſuo, Duce Auſtriæ, Principibus permiſit ſe Imperatori cum Epiſcopatu.

MCLXX.

Imperator Salzburg XIIII. kal. Martii venit, & liberum cum Prælatis colloquium habuit. Rex Hieruſalem de Sarracenis triumphat.

Eberhardus Babenbergenſis Epiſcopus obiit, Hermannus ſuccedit.

MCLXXI.

Thomas Cantuariæ patitur. Vacca vitulum in montanis peperit, duo capita, octo pedes, duas caudas habentem.

MCLXXII.

Imperator curiam Salzburg habuit, volens Alberto Archiepiſcopo, qui huc venerat fruſtra nec vocatus, alium ſuperponere. Sed tunc dilatum eſt.

Heinricus Dux Bavariæ Hieruſalem profectus reverſus eſt in Ebdomade Quinquageſimæ, quæ erat XI. kal. Aprilis.

Imperator Patavium venit II. kal. Martii, & ibi Heinricus Patavienſis Epiſcopus ſponte ceſſit, ne ſciſmati contra Eccleſiam obediat, Friderico Imperatori, cui ſuccedit Theobaldus frater ejus, ſororius Pertholdi Pergenſis Iſtriæ (e) IIII. Id. Junii à (e)
tribus conſecratur Epiſcopis.

MCLXXIII.

Imperator Regem Bohemiæ depoſuit, Patruelem ejus illi ſuperpoſuit, nomine Sobizlaum.

MCLXXIIII.

Imperator in curia Ratiſp. Henricum Præpoſitum Berchteſgadenſem A. Archiepiſcopo ſuperpoſuit. VII. kal. Junii fuêre omnes Principes regni, affuêre omnes Prælati Saltzburgæ præter Albertum Friſingenſem Epiſcopum. Affuit Archiepiſcopus cum Avunculo Henrico Auſtriaco. Convenêre omnes in ſententiam Riherii Brixinenſis Epiſcopi. Quare electus Ratiſponenſis à Gurzenſi Epiſcopo contra interdictum Archiepiſcopi, die ſequenti poſt conſecrationem in Archiepiſcopum ſententiam depoſitionis promulgavit.

Imperator in Italiam ſexto pergens, Alexandriam obſidet.

Alexander Papa noſtrum Albertum Archiepiſcopum confirmat.

Henricus Gurzenſis Epiſcopus obit, ſuccedit Romerius.

MCLXXV.

Duces Auſtriæ & Carinthiæ nec non Marchio Stiriæ prædas & incendia invicem exagitant, inter quæ Eccleſia S. Viti cum trecentis hominibus arſit.

MCLXXVI.

Boëmi Auſtriam invadunt, Sultanus de Iconia cum Rege Græciæ pugnans, vicit, cæſis ei centum millibus, ut ajunt, & ſancta Cruce ſublatâ.

Albertus Archiepiſcopus vetus à Legato Papæ Gerlacho Epiſcopo Albanenſi adprobatur. Cauſa Alberti ſcribitur Prælatis ut eum recipiant, alii excommunicantur.

MCLXXVII.

Henricus Dux Auſtriæ poſt multa probitatis atque virtutum inſignia obiit. Le x poldus Dux filius ejus ſuccedit.

Imperator & Papa Venetiis pacificantur. Synodus Epiſcoporum convocatur, Albertus quoque Saltzburgenſis Archiepiſcopus à Papa vocatus venit, purgaturus ſe de criminibus ſibi objectis, de violenta electione, falſatione ſigilli, non expectatis confirmationis tabulis, perſonæ conſecratæ (f) à non palliato conſecratus. Papa (f)
adulationibus plus credens, perſuaſus cedit
nulla eum.... (g) validitate. Poſt Pata- (g)
vienſis, Gurcenſis, Epiſcopi alii, Saliſburgenſes Prælati accepto mandato Papæ eligunt Chunradum quondam Moguntinum Archiepiſcopum, cognatum Imperatoris,
virum doctum (h). Confirmatur à Papa & (h)
Imperatore per litteras datas ex Venetiis in rivo alto V. Idus Auguſti.

MCLXXVIII.

Principibus Eccleſiæ & Imperii convenientibus pax Eccleſiæ datur. Caliſtus deponitur, Alexander confirmatur.

MCLXXVIIII.

Alexander Papa Synodum Romæ
CCCC. (i) IIII. Idus Martii habuit. (i)

Henricus Dux Bavariæ & Saxonum ab Imperatore proſcribitur.

Ulricus Abbas Altahenſis obiit, cui ſuccedit Ditmarus Abbas.

Romanus Gurzenſis Epiſcopus obiit, ſuccedit Dietericus.

MCLXXX.

(e) Obſcura hæc & tranſpoſita. Theobaldus Comes Pergenſis fuit frater Henrici cedentis & Sororius Bertholdi Marchionis Iſtriæ. vid. Hund. Metrop. P. I. pag. m. 207.
(f) Dubia hæc lectio, ab obſcuro caractere Aventini, præcipuè properantis.
(g) Litura hic verbum abſumpſit; fortè *ulli*.
(h) Ottonis Magni Wittelſpachii fratrem.
(i) erat ſupra ſcriptum DC. ab eadem manu. Sed CCCC. Caniſianus quoque numerat.

MCLXXX.

*Canif. mutato. Styrenſis Marchio Othachar mutuato * antiquitatis nomine Dux appellari gloriatur.

Henricus Dux Bavariæ ab Imperatore ejicitur.

Otto Palatinus Comes de Schyra ei ſubſtituitur.

Manuel Græcorum Rex moritur, Andronicus ſuccedit.

Monaſterium Altah igne crematur.

Curia Imperatoris Ratisponæ III. kal. Jul. adfuêre tres Cardinales Legati Papæ. Conqueſtus publicè de Duce Bojoariæ Imperator vitæ regnóque inſidias poſuiſſe. Saxones quoque conqueſti contra Perſonam Principis, qui citatus non venit & reſpondit ad objecta, deponitur. Otto ſenior Comes Palatinus Ducatum Bojariæ de manu Imperatoris ſuſcepit.

MCLXXXI.

Alexander Papa obiit. Lucius ſuccedit. Vitalis, Virgilius, Hartwicus Eberhardus Epiſcopi ſignis claruerunt. Ita Piligrinus Epiſcopus Bathavienſis claret miraculis.

Hermannus Dux Carinthiæ obiit.

Otacher Dux Stiriæ obiit.

Bathavia combuſta.

MCLXXXII.

Udalricus Aquilegienſis Patriarcha obiit. Gotfridus ſucceſſit.

Leopoldus Dux Auſtriæ Hieruſalem proficiſcitur & revertitur.

MCLXXXIII.

Terræ motus accidit II. kal. Maji.

Chriſtianus Moguntinus obiit, Conradus Moguntiæ, Albertus Salzburgenſis Epiſcopi reſtituuntur, juſſu Friderici, qui proſcripſerat.

Otto Dux Bavariæ obiit, Ludovicus filius ejus ſuccedit.

MCLXXXIIII.

Filii Imperatoris, Henricus Rex, Chunradus Dux Sueviæ & Otto Moguntiæ gladiis accinguntur, & cum eis Rapoto & Heinricus Comites de Ortenberg.

Imperator ſeptimo Italiam adit, cum Lucio Papa familiare colloquium habuit.

Beatrix Imperatrix obiit.

Albertus Friſingenſis Epiſcopus obiit, pro quo Otto ſucceſſit.

MCLXXXV.

Andronicus tyrannus Græciæ occiditur.

Lucius Papa III. obiit, Urbanus ſuccedit.

Chuno Ratisponenſis Epiſcopus obit, Chunradus ſuccedit.

Theodora Duciſſa Auſtriæ obiit.

MCLXXXVI.

Heinricus Rex filius Imperatoris duxit filiam Rogerii olim Regis Apuliæ.

Cremam Imperator reſtaurat.

MCLXXXVII.

Imperator & Apoſtolicus pacificantur, Saladinus Babylonicus terram Jeruſalem intravit, Tiberiadem, Cæſaream, Nazareth, Accaron, pleraſque alias civitates invaſit. Principem & populum in prælio cepit, & occidit, ut ajunt, ferè ad XXXM. in circa Idus Julii.

In menſe Septembri Ecclipſis Solis accidit.

Idibus Octobris Urbanus Papa III. obiit. Gregorius, qui & Albertus ſuccedit, poſt hunc Clemens.

Eodem año in prima Dominica Quadrageſimæ Fridericus Imperator Ratisponam intravit, & ibi cum XVII. Epiſcopis & cum omnibus Principibus Bavarorum permaximam curiam celebravit, ac ibidem totam Quadrageſimam & Paſca peregit.

Chunradus Epiſcopus Ratisponenſis eligitur.

Otacher Dux Stiriæ lepræ morbo præditus, Ducatum Stiriæ, munitiones, prædia & omnes Miniſteriales cognato ſuo Duci Leupoldo Auſtriæ reliquit.

MCLXXXVIII.

Imperator curiam habuit Moguntiæ, medio Quadrageſimæ, adfuit Albanenſis Epiſcopus Cardinalis Legatus Apoſtolicus, recitata tragœdia Hieroſolymæ Imperator motus conſilio Principum, indicit exercitus.

MCLXXXIX.

Imperator à terra & mari movit expeditionem adverſus Saladinum, quem Rex Græciæ Iſachar primo miſſis Legatis Nurenberch, juravit ſe honorificè ſuſcepturum & ſecorum ei tranſitum præbiturum. Sed poſtea eo Græciam intrante mentitus eſt per omnia, quæ promiſerat, quem Imperator ad Sacramentum faciendum denno de pace & concordia & ſecuro tranſitu compulit, acceptis ab ipſo electis obſidibus.

MCXC.

Imperator & Rex Græciæ VIII. kal. Martii pacificantur, exercitus ex magna parte interiit, apud Iconium de Soldano triumphavit.

Guilielmns Rex Apuliæ obiit, Tanchradus tyrannos regnum invadit. Henricus Rex expeditionem in Apuliam movit, Fridericus Imperator in partibus transmarinis in parvo fluviolo eſt ſubmerſus IIII. Idus Junii.

Theobaldus Bathavienſis Epiſcopus obiit, cui Wolfkerus ſucceſſit.

Henricus Dux Saxoniæ, qui decem annos gratia regni & imperii caruit, recipitur à filio Imperatoris Henrico in gratiam.

MCXCI.

Anno Incarnationis Domini MCXCI. Heinricus VI. filius Friderici ſupradicti regnare cepit XCV. ab Auguſto. Hic anno ætatis ſuæ XXI. adhuc vivente patre cum Regina Conſtantia filia Rogerii Regis Siciliæ glorioſas nuptias Mediolani apud S. Ambroſium celebravit, & à Cœleſtino Papa ſucceſſore Clementis unctionem accepit imperii ſecunda feria Paſcæ. Ipſe Cœleſtinus Papa prædeceſſore ſuo Clemente

in

In Sabbatho ſancto viam uoiverſæ carnis ingreſſo, in die ſancto Reſurrectionis Domini electus & conſecratus fuit. Iſte Henricus audacia & largitate juſtitia & virtute, litteratura & ſapientia & aliis virtutibus pollens imperium ſuo brevi tempore benè rexit, regnum Siciliæ ſibi ſubjugavit, & multa alia bona & memoria digna in Imperio fecit, ac demum in Apulia inſidiis uxoris ſuæ, ut dicitur, veneno periit, cujus uxoris ferè totam miris cruciatibus interfecerat parentelam.

Eodem anno Fridericus Dux Sueviæ cum aliis Principibus & Epiſcopis in expeditione obiit XIII. kal. Febr. apud Acron.

Ecclypſis Solis VIII. kal. Julii circa meridiem & totus aër factus eſt purpureus. XVIII. kal. Maji Imperator in Apuliam fruſtra profectus contra Tanchradum Regem, peſtilentia exercitum vaſtat, obiit ibi Colonienſis Epiſcopus Cancellarius & Dux Boëmiæ, Regina capta.

Rex Galliæ & Rex Angliæ expeditionem per mare movent.

MCXCII.

Controverſia facta inter Regem Galliæ & Regem Angliæ. Rex Galliæ revertitur.

* Lect. dub. Otacher Dux Styriæ obiit. Auſtriam *frater* * accipit ab Imperio Wormatiæ Pentecoſtes, ibi accinguntur gladiis Dux Sueviæ Philippus & Dux Bavariæ Ludovicus.

MCXCIII.

Chunradus Marchio qui Rex Jeruſalem fuerat creatus, ut fertur, de conſultu Regis Angliæ à duobus inſidiantibus occiditur apud Sydonem.

Reichardus Rex Angliæ, pace cum Saladino compoſita ad Jeruſalem revertitur & ſuorum deſtitutus comitatu pedes apud Viennam civitatem à Duce Auſtriæ Leopoldo captus Imperatori traditur.

Bavari inter ſe diſſidentes omnem regionem incendio devaſtant; ubi Albertus Comes de Bogen Ludovicum Ducem fugavit auxilio Boëmorum. Nam Albertus Comes de Bogen cum fratre ſuo Comite de Noneberg, cum Ludovico Duce bellantibus per auxilium Otochari Ducis Bojemiæ ſuperior Bavaria vaſtatur, multis viris io Boëmiam captis abductis. In autumno Dux Leopoldus cum Duce Bertholdo Meraniæ & Principibus Bojariæ, Stiriæ, Carinthiæ adverſus Rapotonem Comitem de Ortenberg & fratrem ejus H. arma movent. Otakar Dux Boëmiæ, quod in auxilio Comitis de Pogen fuiſſet, deponitur, ſubſtituitur Henricus Epiſcopus. (k)

(k) Ludovicus Dux Bojorum judicio publico coovictum Gotfridum de Steio, Nobilem Suevum perimit.

MCXCIIII.

Otachar Dux Bohemiæ ab Henrico Imperatore ducatu ſuo privatur.

Henricus Brunswigæ obiit.

MCXCV.

Leupoldus Dux Auſtriæ & Stiriæ lapſus de equo, crure fracto obiit v. kal. Januar. cui Fridericus filius ejus ſuccedit in Auſtria & Leupoldus in Styria. Is extorſerat ab Rege Angliæ quinquaginta millia marcarum. Mortuo autem in tranſmarinis partibus Friderico Leupoldus poſſedit utrumque Ducatum, homo pacificus & virtuoſus, cujus tempore Monaſteria, Clerus & populus in ſuis provinciis pace maxima gaudebant, ut merito pacificus & pater Cleri vocaretur.

Eodem anno Henricus Imperator de liberatione Jeruſalem & Sancti Sepulchri omoibus modis intendens duas curias Geilnhauſen unam, Wormatiæ alteram celebravit, in quibus ipſo Imperatore mulrum Inſtigante infinitus Epiſcoporum & aliotum Principum exercitus ſibi crucem affixit, & contra Sarracenorum Gentem iter arripiunt.

Henricus Imperator ſecundam movens in Apuliam expeditionem terreſtri & navali fortiſſimo apparatu totam Apuliam & Siciliam cum palatio Panormitano & theſauris Regum antiquorum infinitis obtinuit, & Margaritam piratam cepit, & alios quam plures, qui contra eum conſpiraverant, diverſis ſuppliciis interemit, filium Tanchradi & uxorem ejus captivavit.

Henricus Dux aliquando Bavariæ & Saxoniæ in Brunswich obiir. (l) (l)

Eodem anno cum Maſſimuot in Hiſpaniis male pugnatum à Chriſtianis: multi eorum inrerierunt.

Magnus Richobergenſis Præpoſitus Hiſtoriographus obiit.

Litteræ à Papa ad Imperatorem. Fit pax Wolfkero Ratisponenſi Epiſcopo internuntio. Papa dolebat occiſum Epiſcopum Leodienſem & captum Regem Angliæ & ablatum Patrimonium Petri in Apulia.

MCXCVI.

Imperatrix peperit filium, qui vocatus eſt Fridericus, quod ut primum per Albertum Comitem de Pogen tunc in Apulia exiſtentem Henrico Imperatori innotuit, gratiam ſuam, qua tunc carebat, recipere meruit. Sed & Otacher Boëmo qui & Premizl gratiam Cæſaris & Ducatum priſtinum impettavit, deſtitutus enim io curia Wormatiæ celebrata fuerar, pro eo quod contra Ludovicum Ducem in auxilium Alberti Comitis Bavariam iotraverat.

Orto Epiſcopus Babenbergenſis obiit, ſuccedit Thiemo.

MCXCVII.

(k) Vid. Aventin. L. VII. C. II. n. VIII. Caniſiana hæc de Rege amoto ad an. ſeq. refert.

(l) In meo ad hunc & ſequentem annum memoratur mors Henrici, unde magis perſuadeor Aventinum duos Codices diverſos præ oculis habuiſſe, è quorum alterum, qui pleraque prætermiſſa continet, ex Oſterhovenſi Monaſterio habuiſſe ſuſpicor. In fronte enim Chronici Hermanni ad verbum Abbatis *Altea*, & *Oſterhoven.* quod niſi ſic explices, vix alia ratione conciliabis.

MCXCVII.

Chriſtianorum exercitus à quodam Gotfrido Duce de Brabant mare tranſivit, & civitates duas videlicet Sydooem & Baruch & alia quamplura caſtra, quæ poſſederant Sarraceni, occupavit.

Henricus Imperator adhuc in Apulia poſitus, mortuus eſt, quo mortuo Philippus Dux Sueviæ frater prædicti Imperatoris & Otto filius Heinrici aliquando Ducis Bavariæ Saxoniæque pro regno contenderunt, Philippo poſtmodum prævalente.

Iſte Philippus XCVI. ab Auguſto regni Romani jura ſtrenuè gubernavit, faciens judicium & juſtitiam omnibus, qui ad eum auxilii gratia confugerunt, & hæc uberius feciſſet, ſi non fuiſſet prædicti Ottonis & ſuorum fautorū obſtaculis præpeditus. Hic cum adhuc in regni ſolio ſublimatus non fuiſſet, promiſerat ducere matrimonialiter filiam Ottonis Palatini de Witlſpach, quam poſtmodum repudiavit, unde idem Comes commotus acceſſit in Babenberg ad cameram ipſius Regis, tanquam ei ſolus pacificè locuturus, gladio, quem occultè geſtabat, ipſum Regem ſubito interfecit.

MCXCVIII.

Adelbertus Archiepiſcopus Saltzburgenſis circa fluvium, qui dicitur Lamer à Miniſterialibus capitur, in caſtro Weren (m) per dies XIIII. captus teneтur, propter quam enormitatem facti Divina in Salzburgenſi Eccleſia aliisque Epiſcopatibus vicinis interdicta fuerunt. Liberâſti nos ex affligentibus, cantatum eſt ei dimiſſo.

Albertus Comes de Bogen obiit, relinquens tres filios Leupoldum, Bertoldum & Albertum.

MCXCIX.

Cœleſtinus III. Papa obiit, Innocentius Papa ſedit.

Epiſcopus Wolfkerus Patavienſis cum duobus Comitibus de Ortenberg Rapotone & Heinrico, qui Eccleſiam Patavienſem vaſtaverant, contendens miſerabiliter caſtellis eorum vaſtatis contrivit eos multis ibidem pereuntibus.

Idem Epiſcopus cepit ædificare caſtrum in Obernperg.

Corpus Domini in Auguſta civitate verſum eſt in cruentam carnem.

Ludovicus Dux Bojorum Chraiburch deſtruit.

MCC.

Adalbertus Archiepiſcopus VI. Idus Aprilis obiit, cui Eberhardus Brixinenſis Epiſcopus ſuccedit.

Chunradus Moguntinus Archiepiſcopus obiit.

MCCI.

Terræmotus multis terrarum locis factus eſt magnus, ita ut multas urbes & Eccleſias deſtrueret, & mortes hominum fierent. Cepit autem idem terræmotus IIII. Non. Maji.

Duravit in pago Lumgew annum cum dimidio homines illius terræ ſub Dio habitârunt relictis domibus.

MCCII.

Chunigundis Virgo & Regina uxor Imperatoris Heinrici Pii, Babenberg ſepulta multis ſulgens miraculis ab Innocentio Papa canoniſata eſt multis convenientibus Epiſcopis & Archiepiſcopis, inter quos etiam fuit Dominus Saltzburgenſis Eberhardus ab eis eſt translata.

Dietmarus Abbas Altahenſis cedit propter Senium, cui ſuccedit Poppo Abbas.

Thiemo Babenbergenſis Epiſcopus obiit, Chuno ſuccedit, & eodem anno obit, cui Eckebertus ſuccedit.

MCCIII.

Diſcordia facta eſt inter Ducem Bavariæ Ludovicum & Epiſcopum Ratisponenſem Chunradum, cui confœderatus eſt Dominus Eberhardus Archiepiſcopus Saltzburgeoſis in manu valida venit in auxilium nullo reſiſtente & diruta ſunt caſtra aliquanta ex utraque parte, factáque ſunt incendia plurima per univerſam Bavariam villarum, deprædationes Eccleſiarum, ita ut nec ab altaribus abſtinerent, & reliquias Sanctorum inde aufferrent, aliáque plurima infanda & inaudita perpetrarentur. Leupoldus Dux Auſtriæ & Styriæ Theodoram filiam Regis Græcorum duxit uxorem. Chunradus Babenbergenſis Epiſcopus obit, eligitur à Philippo Eckbertus adhuc puer filius Bertoldi Ducis Meraniæ.

MCCIIII.

Ludwicus Dux Bavariæ & Dominus Eberhardus Salzburgenſis Archiepiſcopus & Chunradus Ratisponeoſis Epiſcopus in concordiam redierunt.

Chunradus Ratisponenſis Epiſcopus obiit VIIII. kal. Maji, cui Chunradus Friſingenſis Præpoſitus ſuccedit.

Pilgrinus Patriarcha obiit, cui Wolſkerus Patavienſis Epiſcopus ſuccedit, quo pro Poppo Præpoſitus Aquilegienſis conſtituitur.

Bertholdus Dux Meraniæ obiit.

Ludwicus Dux Bavariæ caſtrum & oppidum in Lanshuet conſtrucre cepit.

Ecclypſis Lunæ XVI. kal. April.

MCCV.

Poppo Epiſcopus Patavienſis obiit. Manlgoldus Abbas de Tegernſee ſuccedit.

Otacher Dux Boëmiæ conſilio Ludovici Ducis reliquit Ottonem, & adhæſit Philippo, qui conſenſu Principum impoſuit ei Diadema, faciens eum & Succeſſores ſuos Reges, tradiditque filiam ſuam Wenzeslao filio ſuo, ex hinc Reges Bohemorum.

Ordo Fratrum Minorum inchoatur à S. Franciſco.

MCCVI.

Curia Nurnberg. Ecbertus ſuſpectus conjurationis cum Andrea Rege Ungariæ,

(m) Caniſ. *Wuren.* Aventinus in marg. *Werſen.*

purgatus in gratiam Regis redit. Rex Boëmiæ reconciliatur Philippo.

MCCVIII.

Philippus Rex cum Papa reconciliatus Babenberg ab Ottone Palatino Comite de Witelſpach per conſpirationem occiditur.

Suſpectus fit H. Marchio frater Eckeberti, quando Babenbergenſis proſcriptus Epiſcopus in Ungariam ire compellitur, ſed poſt Papæ ſe purgans, reſtituitur.

MCCVIIII.

Otto filius Ducis Heinrici de Braunswich in Regem eligitur, & ab Innocentio Papa conſecratur, à Ludovico Duce Bojorum electus, cum multi ambirent, per eum Aquisgranum ducitur.

Otto Palatinus Comes occiditur, homicidio commiſſo in Philippum, cui Rapoto Comes de Ortenberch in Palatio ſubſtituitur.

MCCX.

Otto à Domino Papa excommunicatur.

Eberhard Archiepiſcopus ab Ottone in Italiam vocatur, diùque contra Papam conſpirare coactus, non conſenſit.

MCCXI.

Otto intravit Apuliam ibidem Fridericum Regem expugnare voluit, & totam Apuliam ſibi ſubjugavit. Otto Rex à multis Epiſcopis Alemaniæ excommunicatus à Papa denuntiatur, ideo ab Apulia Nurnberg curiam celebrat. Landgravium Thuringiæ expugnare cogitavit Auctorem conjurationis.

MCCXII.

In feſto S. Nicolai Fridericus Rex Siciliæ intravit regnum patris ſui electus Franckenfurt.

Chriſtiani de Sarracenis in Hiſpania ferè centum millia occiderunt & captivaverunt miraculoſe.

Aſpacenſis Eccleſia miſerè combuſta.

Manigoldus Patavienſis Epiſcopus & Rapoto Palatinus ſimul diſcordantes, clauſtra, Monaſteria, Eccleſias una cum omni provincia incendio devaſtantur.

Bellum inter Mangoldum Epiſcopum & Comitem de Ortenberg, in auxilio Epiſcopi Comites de Pogen, tunc tres occiſi ex Comitis Alberti Provincialibus, qui ſua in Miniſterium contulerant.

Altimannus de Helmſperg moritur, ſed caſtrum ibidem ab ipſo ædificatum, moriens reſignavit Eccleſiæ Altahenſi, quod Monachi deſtruere volentes prohibiti ſunt à Comitibus de Bogen.

MCCXIII.

Fridericus Rex conſecratus apud Moguntiam in purificationis curiam Ratiſponæ celebravit, aliam etiam curiam in Paſſione Domini apud Conſtantiam celebravit. Tertiam Mersburch celebravit.

Regina Gertruda Ungarorum, Mater S. Eliſabeth ſponſo expeditionem contra Ruthenos movente à Comite quodam Petro trucidatur, qui & ipſe ſub ſequente nocte in ultionem ſceleris cum aliis jugulatur, cui Epiſcopus de Gran miſit in Epiſtola Amphiboloica, Reginam occidere nolite timere bonum eſt. Si omnes conſentiunt, ego non contradico.

Caſtrum in Helmſperg data Comitibus de Bogen pecunia à Domino Poppone Abbate & Monachis ſuis deſtruitur.

MCCXIIII.

Phillppus Rex Franciæ Richardum Regem Angliæ, Othonem Imperatorem apud Belgas ſuperat.

MCCXV.

Manigoldus Patavienſis Epiſcopus obiit. Ulricus ejusdem Eccleſiæ Canonicus ſuccedit.

Univerſalis Synodus celebrata eſt Romæ, in qua fuerunt Epiſcopi CCCCXII. inter quos extiterunt CPolitanus, Jeroſolymitanus Patriarchæ, Primates autem & Metropolitani LXXI. Abbates & Priores ultra DCCC. præſidente Innocentio Papa III. In ipſa Synodo Kymenſis Epiſcopatus inſtituitur, ad quam ſedem Rudigerus primus Epiſcopus ordinatur.

MCCXVI.

Innocentius Papa III. ab urbe egreſſus verbum crucis in Thuſcia prædicavit apud Peruſium civitatem in diviſione Apoſtolorum obiit, ibique ſepultus eſt.

Honorius Papa ſubſtituitur.

Ordo Prædicatorum initium ſumit.

MCCXVII.

Rex Ungariæ Andreas & Leupoldus Dux Auſtriæ, Dux Moraviæ Otto, Epiſcopus Babenbergenſis Ekkebertus & Nobiles & Comites cum manu valida transfretaverunt ad ſuccurſum Terræ ſanctæ.

MCCXVIII.

Wolfkerus Patriarcha Aquilegienſis obiit, cui ſuccedit Archiepiſcopus Golocenſis.

Chriſtiani in transmarinis partibus Cæſaream & turrim Stratonis reædificant, indè poſt multas deprædationes ad munitionem Montis Thabor accedentes viriliter duabus vicibus impugnârunt, quam munitionem poſtea ipſi Sarraceni timore Chriſtianorum deſtructam reliquerunt, deinde coadunato exercitu Chriſtianorum civitatem Damiatam obſidione cingunt, & turrim munitiſſimam in medio fluminis ſitam & catenam fluminis LV. pedes habentem viriliter occupaverunt; ubi tantum milites electi XL. inter quos erat Comes de Bogen cum aliis fracto inſtrumento in flumine præcipitati ſunt. Exercitus Romanorum cum Italicis in auxilium venerunt Chriſtianis.

Ludwicus Dux oppidum in Straubing conſtruere cepit.

MCCXVIIII.

Otto aliquando Imperator à ſententia excommunicationis abſolutus obiit, regalia quoque Henrico Palatino Rheni aſſignanda Regi Friderico reliquit, qui ad inſtantiam ejusdem

ejuſdem Regis Friderici eodem anoo ſub quadam forma compoſitionis ipſi aſſignata ſunt. Seccovienſis Epiſcopatus à Domino Eberhardo Salzburgenſi Archiepiſcopi de licentia Domini Honorii Papæ creatur, & Karolus Friſaccenſis Præpoſitus eidem ſedi præficitur. Fridericus Rex curiam Nurnberg cum multis Principibus celebravit.

Concilium Provinciale à Domino Eberhardo Archiepiſcopo Salzburgenſi celebratur, cui inrerfuerunt Patavienſis, Friſingenſis, Gurcenſis, Kymenſis, Seccovienſis Epiſcopi.

Ludwicus Dux Bavariæ cepit munitionem civitatis Hallis in monre, qui dicitur Griwte, quæ ab Archiepiſcopo Eberhardo ſub quadam forma compoſitionis deſtructa eſt, & ob hanc cauſam prænominatus Epiſcopus homines & redditus per omnia, quos in Halle & circa habebanr apud Altahen comparavit.

Damiata civitas ignorante exercitu ſine omni damno Chriſtianorum in crepuſculo noctis interfectia innumerabilibus pagania divina potentia capta eſt & à Chriſtianis potenter poſſeſſa.

Hia diebus Ulricus Patavienſis Epiſcopus cepir conſtruere caſtrum in Monte S. Georii Pataviæ.

Comes Luitoldus de Plein obligatis prædiis it in Palæſtinam ibi largitione plenatia pauperibus indulta, ſagitta percuſſus oculum perdidir; redeuns Tarviſii obiit. Oſſa ejus ab Eberhardo Salzburgenſi & Rotgero
(n) Epiſcopo Chimenſi Werde (n) ſepulta, à quibus & eadem die Monaſterium con-
(o) ſecratum eſt. (o)

MCCXX.

Otto Friſingeoſis obiir, cui ſuccedit Geroldus ejuſdem Eccleſiæ Canooicus.

Thomas Cantuarienſis Epiſcopus & Matryr ab Honorio Papa miſſis Cardinalibus translatus eſt.

Fridericus Romanorum Rex electus ab Honorio Papa ad Imperatorem Romæ ſolemniter conſecratur, Duce Bavariæ Ludwico aliiſque Principibus & viris oobilibua præſentibus.

Abach ædificatur.

Capitulum Pataviæ ab Ulrico Legatu Papæ, ibi petuotur viceſimæ omnium pro-
(p) ventuum. (p)

MCCXXI.

Damiata civitas, quæ portus Æthio-
(q) piæ (q) dicitur, multo labore & ſanguine ac ſudore Chriſtianorum acquiſita heu! heu! Exigentibus peccatis hominum divina permiſſione ſeductis in quamdam Inſulam Chriſtianis, aquis & exercitu Sarracenorum circumvallatis quibusdam ſubmerſis aliiſque occiſis tandem ſub quadam forma compoſitionis cum multa ſtrage hominum ab utraque parte facta, coactis Chriſtianis, Sarracenis per manus Chriſtianorum reddita eſt, ubi aderant Ludovicus Dux Bavariæ, Ulricus Patavienſis Epiſcopus, qui eodem anno transfretaveranr & alii quam plures nobiles & ignobiles, quorum non erat numerus, qoi fugam arripientes vix evaſerunt.

Ulricus Patavienſis Epiſcopos ab expeditione rediens transmarina in via obiit, cui Gebhardus Comes de Plain ejuſdem Eccleſiæ Canonicus ſuccedit.

Aſpach dedicatur.

MCCXXII. (r)

Bozona civitas atque milites vicini in- (r)
dixeruor turnamenta, ac dum omnes ac tota civitas eandem ad lætitiam movetur, & militiam exercet, ſubito divina permiſſione penitus exuſta eſt, ubi & dum fugam caperenr quocunque modo, victi homines
perieruor & miſerante (s) Domino gau- (s)
dium eorum in luctum converſum eſt xi. kal. Jun. poſt veſperas, confuſo ſobito aëre venir grando afferens lapides in modum ovi gallinæ, qui per magnam partem prata, campos, hortos, pomaria devaſtârunt. Imperator in Sicilia manens, curiam tam Principibus Teutonicis quam Italicis nobilibus in feſto S. Martini Veronæ celebrandam indixerar, ad quam cum plures veniſſent adventum Imperatoris expectantes ipſe aliis negotiis impeditus in Sicilia permanſit.

MCCXXIII.

Corpora SS. Viti, Modeſti ab Archiepiſcopo Eberhardo & Karolo Seccovienſi Epiſcopo in Eccleſia S. Andreæ apud Lavent inventa & in altari recondita plurimis cœperunt corruſcare miraculis, & eorum reliquiæ ad Eccleſiam Saltzburgenſem præſentibus Patavienſi & Kimenſi Epiſcopis cum frequentia & tripudio populi ab Archiepiſcopo ſunr translata.

MCCXXIIII.

Bertholdus Brixienſis Epiſcopus obiit, cui ſuccedit Heinricus Aquilegienſis Archidiaconus.

Oppidum in Landaw conſtruitur à Ludovico Duce Bavariæ.

Peſtilentia animalium per totam Auſtriam Marchiam & Cariathiam Quioquageſima facta eſt.

MCCXXV.

Chunradus Cardinalis Portuenſis Epiſcopus Romanæ Sedis Legatus per ſe & per plures Cooperatores verbum crucis per ro-

(n) Avent, pone: *Hegelwerd.*
(o) Vid. ad h. a. Hanſizii Hiſt. Saliſb. in Eberhardo II. p. m. 325. citantis eadem verba ex Chronica Honorii, è quo Hermannianum quoque compilatum dudum adverto.
(p) Plenius de hoc Poſtulato Hanſizius Hiſt. Patav. p. m. 365. ad h. a. in Ulrico II. Epiſcopo.
(q) Freherianus *Ethiope*. miror Cl. Beſſiagium ſaltem non vidiſſe & *Joppe* legendum.
(r) Annalis ille, in Caniſiana & Freheriana deſideratur.
(s) Imo iraſcente potius. Sed ita habuit Codex.

tam Alemanniam prædicavit, & quamplures cruce ſignati ſunt.

Imperator cum filia Joannis Regis Jeroſolymitani nuptias in Apulia celebravit, ex qua genuit Chunradum poſtea Regem, & Henricus filius ejns Rex declaratus, duxit filiam Lewpoldi Ducis Auſtriæ Margaretam cum qua præſentibus Principibus regni nuptias apud Nurnberg ſolemniter celebravit, ubi ptopter frequentiam populi XL. perſonæ inter quas quidam Prælati, Monachi, Clerici erant cum aliis oppreſſi occubuerunt.

Engelbertus Colonienſis Epiſcopus Vir magnæ providentiæ & tutor Regis à Comite Friderico de Altenach ſororio ſuo occiditur, manu mutilatus & XXXIII. vulneribus, ut dicitur, foſſus.

Luipoldus Dux Auſtriæ conſenſu Ludovici Ducis Bojorum conſtruxit caſtrum in Schaetding.

MCCXXVI.

S. Franciſcus obiit.

Imperator condixerat ſolemnem curiam Cremonam, ad quam vacaverat filium ſuum & Principes Alamaniæ, qui propter rebellionem Lombardorum non permittebantur intrate, unde infecto negotio imperator in indignatione in Apuliam ſe recepit. Item inter Leupoldum Ducem Auſtriæ & Heinricum filium ſuum majorem Guerra eſt orta ſuper hæreditate, quæ tandem mediantibus majoribus terræ ad concordiam revocata eſt.

Fridericus junior, filius Ducis, duxit ſorotem Reginæ Ungariæ.

Archiepiſcopus inſtituit ſedem cathedralem apud S. Andream in Lavent, cui præfecit Ulricum in Hus.

Guerra gravis inter Rapotonem Comitem Palatinum Bavariæ & Comitem de Bogen orta eſt, in qua quamplures Eccleſiæ ſunt deſtructæ & ſpoliatæ & prædia Monaſteril in inferiori Altah incendio ſunt deſtructa & Rapoto Comes Palatinus Bavariæ civitatem in Liechtenwerde, quam Comes Albertus de Bogen prope Monaſtetium Altah erexerat, incendio penitus devaſtavit.

Chunradus Ratisponenſis Epiſcopus obiit, cui Sifridus Suevus, ſucceſſit, ſubſtitutus à Domino Gregorio Papa IX. Gotfridus Præpoſitus à quibusdam eligitur.

MCCXXVII.

Honorins Papa III. obiit, cui ſuccedit Dominus Hugelinus Hoſtienſis Epiſcopus, qui Gregorius VIIII.

Magna copia cruce ſignatorum ad exhortationem & Mandatum Domini Papæ iter peregrinationis arripuerunt, ſed circa maritima magna pars ipſorum mortua eſt, inter quos Auguſtenſis Epiſcopus & Ludovicus maritus S. Eliſabeth Lantgravius Thuringiæ cum aliis nobilibus obierunt; reliqua pars credens Dominum Imperatorem transfretatum, mare tranſivit. Imperatore verò remanente in continenti fere omnis illa peregrinatio rediit. Dominus Papa Imperatorem pro eo quod votum peregrinationis non ſolverat, excommunicatum ſolemniter denuntiavit. Ex horum igitur facto graviſſimum ſchiſma oritur inter regnum & ſacerdotium, ita ut ferè tota Chriſtianitas per plures annos novis & inſolitis preſſuris plurimum turbaretur. Nam electiones Epiſcoporum perſonatuum & aliarum magnarum dignitatum tunc à Sede Apoſtolica & Legatis ejus taliter ſunt ſuſpenſæ ut contra voluntatem eligentium is vel ille præficeretur in qualibet dignitate, qui vel cujus amici tunc videbantur Sedi Apoſtolicæ plus favere. Principum etiam ac Comitum & miniſterialium tantam multitudinem ſibi adtraxit Eccleſia ut ſi ei perſeveranter & fideliter adhæſiſſent, poterat pro ſuæ voluntatis arbitrio triumphâſſe, quamdiu autem duravit, & quomodo ſæviens mors tam Pontificum quam Regum inter ſe diſſidentium ſæpè interrupit, Guerram iſtam patebit in ſequentibus ſortitudinem tamen ejusdem ſciſmatis multa paria litterarum oſtendunt ex utraque parte hinc inde tranſmiſſarum, quarum quasdam hic placuit annotari.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus Hieruſalem & Siciliæ Rex dilecto Principi ſuo N. (u) gratiam ſuam & bonam voluntatem. Conif. allegat Petrũ de Vineis L. I. C. XXXVI. (u)

Æmula Regum ac Principum orbis terræ ac conſortum impatiens dudum in ſuperbiam ſeculorum liberaliter adaucta per eos Romana Sedes illius, qui Princeps eſſe dicitur ſacerdotum, qui ſuum adverſus nos præconceptum odium ad univerſale ſcandalum ſic exarſit, adeo averſæ Eccleſiaſticæ religionis ordine præter mandata legis, quorum Lator & Pater eſſe debuerat, quæ pervertit dum ſe hoſtilibus rebus immiſcens dubios bellorum eventus cædes hominum, obſidiones urbium & univerſaliter undique procurat pericula populorum, ſponſam Chriſti Eccleſiam matrem noſtram, cujus auctoritate libitum pro licito ſequitur, è ſanctuario Dei ſuarum vindictas inimicitiarum exercens, reddit proh dolor! mundo notabilem: ut ſub tam inconſtanti & volubili rerum actore, qui & præſidet & nomine Eccleſiæ diverſa variat & confringit experientia ſacti ſingulos edocente non immerito ab Eccleſia pro ejus Præſide ac experto patre mendacii meticuloſa ſuſpicio cotdibus hominum inferatur. Quapropter devotionem tuam contingentia non patimur ignorare. Nuper enim per quosdam de majoribus fratribus ſuis & religioſos alios viros aſpirantes ad quietum Eccleſiæ ſtatum & piis celantes deſideriis bonum pacis adhibita eſt cura propenſior inveniendi modum & habendi tractatum per quem inter nos & Pontificem, Phariſæum iſtum contra noſtri honorem nominis prava conſilia colligentem ad certum tempus Treugarum compoſitio fieret infráque per Te, quem habemus in omni dilectione præcipuum & alioa Principes orbis terræ ad iotegræ pacis reforma-

(u) *Avent. in marg.* Duci Bavvariæ Comiti Palatino Rheni.

formationem opportunitas commodior haberetur. Cùmque nos eisdem viris inventoribus hujus viæ præter ſpem & creditum pro Eccleſiæ reverentia condeſcendere dignaremur, G. dictus Papa petebat Lombardos rebelles noſtros & noſtri Bannitos Imperii treugis ipſis debere muniri. Quibus excluſis treugas ipſas non poterat acceptare, ut evidentiorem daret omnibus intellectum, quod negotium rebellium Lombardorum fovit & fovet, in noſtrum odium manifeſtum illud gerens & reputans velut ſuum, quanquam hactenus alia palliaret, quod non in favorem ipſorum ſed ob transgreſſiones noſtras, & alias quas fingebat contra nos, ad excommunicationis ſententiam proceſſiſſet. Quod intolerabile viſum eſt nobis, ut rebellibus noſtris, diutino Gwerrarum diſcrimine fatigatis, & in majori parte depreſſis treugas concedere deberemus, ad quorum perſecutionem & vindictam accincti, vexilla victricia & præpotentia caſtra noſtra triumphaliter duximus educenda. Et licet nobis in confinio caſtra metatis Campaniæ ſuggereretur inſtanter ad ingreſſum illius Provinciæ data plena fiducia de obtentu, ſuperquo doloris gladius ad injuratoris noſtri animam pertranſiret, nos ad præſens ob honorem Dei & reverentiam Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, quibus utpote quod ſacrum Diadema de Ara Beati Petri ſuſcepimus, eſſe volumus non ingrati, ab ingreſſus & receptione ipſius terræ deſtituimus; expectantes interim, ſi noſtrum injuriatorem omiſſa alias vexatio revocet ab offenſis. Præterea non patimur Te latere, qualiter homo iſte, dictus Papa in obſidione Ferrariæ civitatis Imperii & Salingwertæ fidelis noſtri Bononienſibus, Venetis & aliis convicinis noſtris rebellibus convocatis, Legatum ſuum cum Mediolanenſibus fecerit convenire Ducem ibidem Exercitus & Rectorem. Qui adeo cum ſuis complicibus eundem Salingwertam & Ferrariam in exhæredationem Imperii coartavit; qui à ſuis proditus, receptis tamen promiſſionibus & pactis de indemnitate ſuæ perſonæ ac rerum ſuarum & de ſalubri mora ſua in eadem civitate, nec non per eundem Legatum Ducem Venetiarum, Poteſtates, Rectores, Capitaneos, Exercitus & generaliter per totum Exercitum juramento firmatis, nomine Eccleſiæ juramentum impendit, ac ſe & prædictam civitatem aſſignavit ſpecialiter Eccleſiæ poſſidendam, commiſſa fide ſua fidei Legati Eccleſiæ, quæ præſtita & jurata ſibi ſecuritas plenaria ſervaretur; ſed poſt deditionem civitatis & ſuam Legatus idem (tanquam ſi ex legationis officio fungeretur celebrare perjuria, quemadmodum præſtitit juramenta) cum prædictis omnibus dejeravit, demolitis domibus & bonis ejusdem Salingweræ ipſum ſimul deduxêre fide mentita Venetias captivatum. Ecce qualis invenitur in Legato fides, qualis à Patre Legati mentiendi procedit auctoritas, ut fidem reputent fidei vinculum non ſervare: O quam peſtiferum ab Eccleſiæ Rectoribus emanat exemplum, quam evidens omiſſa veritate deceptio, ut Regibus & Principibus orbis, quibus propter impatientiam poteſtatis invident, ſit præcipuè præcavendum, ne de facili ſe præbeant in manibus eorundem, qui ſemper intercipere conantur incautos & pium reputant innocentiam condemnare. Nos autem qui univerſos & ſingulos jam tum ex vicinitate tum ab experto intus & in cute jam cognovimus, taliter vos per indaginem rerum ab eorum fallaciis cautos volumus obſervari, ut vobis intendamus potiſſimum præcavere; ſperantes in eo, qui regna & Reges conſtituit, quod juſtè injuriam propulſantes violentiam nobis illatam, noſtrarum virium conamine propellemus, & in gladio juſtitiæ, quem Auctore Domino bajulamus Sacerdotum gladios, quibus abjecta Stola lumbos ſuos inhoneſtè præcingunt, juſtius retundemus. Dignum inſuper duximus ad tuam notitiam deferendum quod ipſe Papa, ſicut eſt, ſuis motibus præceps & inconſtans in omnibus viis ſuis ſtrenuis viris de Francia, cruce ſignatis & per voti executionem ad iter accinctis prohibuit ſub cenſura Eccleſiaſtica, ne tranſeant in præſenti, non attendens neceſſitatem Chriſtiani Exercitus in ultramarinis partibus commorantis, quibus in emergentis caſus articulo, nedum de cruce ſignatis, ſed de noviter conſignandis deberet in auxilium venire, unde ab operibus ejus, quæ ſuo teſtimonium profitentur Auctori, poteſtis agnoſcere, quod duplicitas viarum ſuarum ſcandalum generet & totius univerſitatis incommoda ſubminiſtret. Datum in caſtris in obſidione Eſculi XVIII. Julii. XIII. Indictione.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator &c. Dum ad depopulationem vicinæ Bononiæ noſtrum verteremus propoſitum & affectum, Prælatorum turbam cum Præneſtino Epiſcopo, Magiſtro Ottone de * Turengo S. Nicolai in carcere Tullianenſi Diaconi Cardinalis, noſtris adverſaturam proceſſibus ex diverſis Provinciis congregatam contigit ſuo infortunio januam perveniſſe, ubi conveniente cum eis Gregorio de Romania addito Legato legatis ut inſimul ligarentur & conſpiratione cum Januenſibus rebellibus noſtris facta, Galearum copiam armari fecerunt, cum quibus ad Papam Rom. pro majori parte conjuraverant advenire. Ad quorum impediendum tranſitum & acceſſum, noſtrarum diu ante præviſum convenire fecimus apud Piſas victorioſam Stolium Galearum; quod eorum præcognita motione in locis & portubus, quæ latenter vel alto mari præterire non poterant, velut obvia & neceſſario navigabilia tranſituris, eis tranſeuntibus potenter occurrit, & aggreſſis Galeis noſtris Galeas ipſorum præpotens Dominus, qui ex alto videt & dijudicat æquitatem vias eorum & excogitatam malitiam meditatus in viribus & potentia noſtra, quam fugere terra vel mari non poterant, Domino faciente, Legatos ſimul tradidit, & Prælatos, & tribus Galeis ipſorum immerſis, ac omnibus qui vehebantur in eis ſine ſpe recuperationis

* Caniſ. Zürch.

amiſſis, vigioti & duæ Galleæ non ſine magna cæde navigantium cum perſonis & rebus victæ ſunt à Galleis noſtris, & triumphabiliter captæ: in quibus prædicti tres Legati cum Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus & multis Prælatis aliis & Nuntiis & Prælatorum procuratoribus, ultra centum ambaſiatoribus civitatum rebellium Lombardiæ, qui ad præfixum ire concilium properabant, quatuor milib. Januenſium exceptis ſpecialibus & electis perſonia de Janua, quæ Galeis præerant & comitatui Prælatorum, pro ducendis & reducendis eis de Janua, ſicut inter eos fuerat infortunatè conventum, ad manus noſtras pervenêre ligati, ut de Præneſtino illo, qui ſummum contra nos ubique odium incitabat, divinum non defuiſſe judicium arbitremur; quod ſub latentis lupi ſpecie in
(x) ovina pelle & agni clamide Dm. (x) incluſum gerere non confidat, & ſciat Deum nobiſcum eſſe ſicut cum Diis eorum, quod non ſolum per ſacerdotium, ſed per regnum & ſacerdotium Mundi Machinam ſtatuit gubernandam. Nos igitur ſuum nobis cælitus Domino reſerante conſilium & in plana tot aſpera convertente, ſudores bellicos & æſtivos pulveres non vitântes, noſtrum fœlix iter & inteotionem omnimodam & conatus ad ea dirigimus, quæ nobis & cæteris regnantibus, exaltationis & gloriæ afferant incrementum, ut te prædictorum noſtrorum ſucceſſuum participem fieri gaudeamus, quem in omni ſucceſſuræ fœlicitatis eventu cupimus habere conſortem. Datum Faventiæ XVIII. Maji. XIIII. Indict.

Gregorius ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Magiſtris Alberto Archidiacono Patavienſi & Philippo de Aſiſio nuncio noſtro in Alemannia commoranti ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Quia Fridericus dictus Imperator de multis & gravibus exceſſibus ſuis à nobis diligenter & frequenter admonitus non ſolum ſatisfacere non curavit, ſed corde nequiter indurato jugiter etiam deteriota committit, nos de fratrum noſtrorum conſilio in eum & in omnes illos, qui in hujusmodi exceſſibus, vel aliàs contra Romanam Eccleſiam ſibi præſtiterunt conſilium auxilium & favorem, excommunicationis & anathematis ſententiam duximus promulgandam: omnes qui ei fidelitatis juramento tenentur, decernendo ab obſervatione juramenti hujusmodi abſolutos: & firmiter prohibendo, ne ſibi fidelitatem obſervent, juxta canonicas ſectiones ad hæc civitates, caſtra, villas & alia loca, ad quæ ipſe pervenerit, quamdiu ibi fuerit, Eccleſiaſtico ſuppoſuimus interdicto, ita quod publicè vel ſecreto nullum ibi officium divinum celebretur, indulgentia vel privilegio quolibet non obſtante, omnésque qui ibidem præſumpſerint celebrare, vel potius prophanare divina, pœnæ depoſitionis decrevimus perpetuæ ſubjacere. Univerſis Patriarchis Archiepiſcopis & Epiſcopis per Alemaniam conſtitutis noſtris damus litteria in præceptia ut prædictam excommunicationis & anathematis ſententiam pulſatis campanis, accenſis candelis, nec non alia quæ continentur in ipſis in ſingulis civitatibus, caſtris ac villis & locis ſuarum diœceſium absque dilatione aliqua publicari ſolemniter ac etiam nuntiari ſinguli faciant eorundem. Et nihilominus omnes tam Clericos quam Laicos, qui ei adverſus fidem Catholicam & libertatem Eccleſiaſticam ac ſponſam Chriſti Sacroſanctam Eccleſam machinanti cum armis vel ſine armis auxilium præſtiterunt, vel favorem, excommunicationis vinculo innodari. Quo circa diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi dicti Archiepiſcopi præceptum noſtrum neglexerint adimplere, vos eos ad id per excommunicationis ſententiam, appellatione remota, cogatis, conſtitutione de duabus Diætis in generali concilio edita non obſtante. Quod ſi non ambo his exequendis potueritis intereſſe alter veſtrum ea nihilominus exequatur. Datum Lateran. IX. kal. Decembr. Pontificatûs noſtri anno XIII.

Gregorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Magiſtris Alberto Archidiacono & Philippo de Aſiſio nuntio noſtro in Alamania commoranti ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Rationalis ſpiritua exulanti extra ſuos terminos naturæ compatitur, & à naturali potentia frequenter rationis excidium deploratur. Sed cum hæc duo deformationis vulnera ſentiunt, de illatis ſibi paſſionibus adinvicem conqueruntur, non quod rationi vel naturæ poſſit eſſe deformitas, à qua Creator craturam ſuam in creando facit penitus alienam, ſed quod actiones proprias toties intentio prava deformat, quod jam corruptelæ vicium videatur naturæ privilegiis inſignitum. Unde turbatur ratio, merito natura conqueritur, niſi jus ab Injuria provocet, ab injuſtitia vox innocentis appeller, ad tribunal recurratur ſupremi Judicis, ubi affectua noxii juſtitiæ limitibus coercentur. Quare Apoſtolica Sedes juſtitiæ lanquenti ſuccurrere, ſævientis iniquitatis occurſibus obviare, unius cultores attollere & actores tenetur alterius rigore Eccleſiaſticæ reprimere diſciplinæ. Hinc eſt, quod dolentes audimus, quod quidam Friderico dicto Imperatori, qui, ſicut Herodes Chriſtianam religionem & in pectore fidelium Jeſum Chriſtum conatur extinguere & fidem Catholicam ac Eccleſiaſticam libertatem totia molitur viribus conculcare, contra Deum & Romanam Eccleſiam conſilium & auxilium ac favorem impendunt. Dolentes referimus quod prava mente imperio, cujus jura ac honores & Principum conſervari volumus & optamus illæſa, pernitioſè incubat & incumbit: Decorem ipſius Imperii & honorem Principum, imperii lege contempta & Principum privilegio cancellato, quosdam de ipſorum majoribus, quod actibus

(x) ita Caniſianus. Baſnagius: *Deum* Cod MS. Avent *Domini*.

bus ſuis illicitis conſentire rennunt, incarcerando, proſcribendo & proditoriæ necis gladio feriendo ac paganorum, qui Aſiſini vocantur, quod inauditum eſt, de quolibet Principe Chriſtiano gladiis exponendo deturpat. Nonnullos Epiſcopos Præcones Chriſti, Rectores fidei, Paſtores ovium, Medicos lanquentium animarum, ſpoliatos bonis Eccleſiaſticis & mundanis, de regno quod eſt B. Petri Patrimonium Epiſcopale, aliisque terris Imperio Romano ſubjectis, proſcriptione damnabili exulare compellit: Sacroſanctas Eccleſias ſacrilega temeritate prophanans, religioſos (quorum unum de Ordine Fratrum Minorum absque juris ordine & debita canſæ cognitione horribili crudelitate combuſſit) pupillos, orphanos pauperes & viduas tegmine vili nudatos, quaſi ſublatis deſuper carnibns exoſſavit: excommunicationis quoque ac anathematis latam contra ſe à nobis ſententiam contemptis Eccleſiæ clavibus vilipendit, ſolemniter publicè ſibi faciens celebrari vel potius prophanari divina. Nec non laqueo damnatæ Hæreſis ſe ſuſpendens, eandem ſententiam prædicat non ſervandam. Verum cum ex hoc ſubſidio conſilii & favore fidelium populorum dictus Fridericus reddiderit ſe indignum, venerabiles fratres noſtros Archiepiſcopos, Epiſcopos ac dilectos filios Abbates, Priores, Præpoſitos & alios Eccleſiarum Prælatos, nec non nobiles Viros, Duces, Marchiones, Comites, Barones & univerſos alios Chriſti fideles per Alamanniam conſtitutos rogandos duximus attentius & monendos ſub debito fidei Chriſtianæ, quo tenentur Domino Jeſu Chriſto, diſtricte præcipiendo mandantes ut præfato Friderico conſilium vel juvamen operæ, vel operam aliquatenus non impendant.

Quo circa diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus eos, qui contra præſcriptum mandatum noſtrum venire præſumpſerint, per excommunicationis ſententiam, ſublato appellationis obſtaculo à præſumptione hujusmodi compeſcatis, conſtitutione de duabus dietis in generali concilio edita non obſtante. Quod ſi non ambo his exequendis potueritis intereſſe, alter veſtrum ea nihilominus exequatur. Datum Lateran. VIII. calendas Octobris, Pontificatûs noſtri anno XIII.

MCCXXVIII.

Imperator defuncta Imperatrice in puerperio, transfretavit, & per Cyprum usque Acon * venit, ubi in magna gloria fuit ſuſceptus & poſt paucos dies Legatos Soldani pacificè cum excipientes recepit.

* Freh. *Accaron.*

Otto filius Ducis Ludwici apud Straubing præſente Rege Heinrico cum multis aliis Principibus in feſto Pentecoſte, gladio accingitur, ubi Ulricus primus Lavantinenſis Epiſcopus ab Archiepiſcopo in Epiſcopum conſecratur. Iſti autem Principes interfuerunt: Heinricus Rex filius Friderici Imperatoris, Ludwicus Bavariæ, Leupoldus Auſtriæ, Bernhardus Carinthiæ, Otto Meraniæ, Duces: Heinricus Marchio * de Andechs; Epiſcopi Eberhardus Salzburgenſis, Hermannus Würtzburgenſis, Eckebertus Babebergenſis, Gebhardus Patavienſis, Sifridus Ratisponenſis, Siboto Auguſtanus, Heinricus Aiſtettenſis, Rudegerus Chymenſis, Carolus Seccovienſis, Ulricus Laventinenſis.

* *Marchio*, ſolus habet Aventini Codex.

MCCXXIX.

Imperator in transmarinis partibus poſitus civitatem Sanctam Jeruſalem & majorem partem Terræ Sanctæ à Soldano Babylonico recepit, & treugis inter Epiſcopos firmatis Imperator revertitur in Apuliam & fines regni Apuliæ ab exercitu Domini Papæ occupatos recepit.

Exercitus Domini Papæ, qui in tres partes diviſus erat Teutonicis cruce ſignatis Paſſaginm impedivit.

Longobardi & Thuſci com Domino Papa contra Imperatorem conſpirant.

Agnes Duciſſa Bavariæ Idus Aprilis peperit filium, qui vocatus eſt Ludwicus.

Poppo Altahenſis Abbas obiit, Bertoldus Burenſis Abbas eligitur, poſt quem Chunradus eligitur.

MCCXXX.

Tiberis Alveum ſuum egreſſus, vicina loca occupavit, & in urbe Roma usqne ad gradus S. Petri aſcendit, unde Romani compulſi Papam ad urbem revocârunt. Dominus Papa & Dominus Imperator mediantibus Principibus Alemanniæ, videlicet Patriarcha Aquilegienſi Bertoldo, Archiepiſcopo Salzburgenſi Eberhardo, Epiſcopo Ratisponenſi Sifrido, Anſtriæ Lupoldo, Meraniæ Ottone, & Carinthiæ Eberhardo Ducibus, & quibusdam aliis ad concordiam redierunt, & Dominus Imperator ab excommunicatione abſolvitur, & poſt abſolutionem in hoſpitio & menſa à Domino Papa excipitur. Lnpoldus Dux Auſtriæ apud S. Germanum obiit, cujus corpus in monte Caſſino in Monaſterium S. Benedicti à Cardinalibus ſepelitur, & oſſa ipſius elata in die S. Andreæ apud Monaſterium Lierneveide quod idem Dux magnifico opere, ut hodie claret, conſtruxerat, ab Archiepiſcopo ſepeliuntur, & eodem die dictum Monaſterium ab eodem conſecratur.

Rex Boëmiæ Auſtriam in manu valida intrans magnam partem terræ vaſtavit.

Epiſcopus Ratisponenſis Cancellarius Imperialis Aulæ efficitur.

Sifridus Moguntinus Archiepiſcopus obiit.

Karolus primus Seccovienſis Epiſcopus obiit.

Caſtrum in Flinsperch ab Alberto de Bogen erigitur.

MCCXXXI.

Geroldus Epiſcopus Friſingenſis ceſſit, cui ſuccedit Chunradus Canonicus ejusdem Eccleſiæ.

Rapoto Palatinus Bavariæ & uxor ejus Mathyld obierunt.

Impe-

Imperator curiam Ravennæ celebrare indixit, conſilio Papæ menſe Novembri Itali viam publicam interclusêre, unde Principes Teutonici non potuerunt adire.

Dux Bavariæ præſente familia ſua à quodam ignoto Pagano cultro percuſſus obiit, & hoc apud Chelhejm inſidiis Domini Friderici Imperatoris XVI. kal. Octobris.

Præpoſitus Salzburgenſis Abbas S. Petri & Abbas Admontenſis de licentia Domini Papæ ab Archiepiſcopo in die Sancto Paſcæ mitris Pontificalibus ſunt inſigniti & privilegiati.

Monaſterium Monialium Ciſtercienſis Ordinis à Ludmilla Duciſſa in Landshuet
(y) conſtruitur. (y)

MCCXXXII.

Imperator Nativitatem Domini apud Ravennam celebravit, & per Venetias tranſiens usque ad Aquileiam & forum Julii proceſſit, ubi Rex filius ſuus & quidam alii Principes, ſcilicet Fridericus Dux Auſtriæ, qui jam apud Wiennam gladio militari accinctus erat, cum quibus de pace Alamanniæ verbotenus ordinans, in Apuliam ſe recepit.

Gebhardus Patavienſis Epiſcopus propter infamiam occiſionis Eberhardi Canonici Patavienſis & aliorum criminalium ſibi objectorum Epiſcopatum reſignavit. Is Eberhardus & cæteri Canonici prava opera Epiſcopi carpebat, ideo ab Epiſcopi Miniſtris quodam itinere invaſus, naribus, auribus, oculis, capite mutilatur. Caput cruentatum Romam miſſum Portantes Papam acceſſuri canunt Reſponſor: *Vide nomen Jacob.* Et adverſum venientes: *Vide ſi tunica filii tui.* Commotus Papa penitus
(z) ipſum degradavit. (z)

S. Anthonius de Ordine Minorum Fratrum apud Paduam ſignis coruſcans, à Domino Papa canonizatur, cum nondum annus integer poſt obitum ſuum eſſet elapſus.

Eckebertus Epiſcopus Bamhergenſis cum Duce Carinthiæ bellum movens, plurimas ejus munitiones deſtruxit, & terram pro magna parte vaſtavit.

Dominus Archiepiſcopus ex licentia Domini Papæ Præpoſito Salzburgenſi uſum virgæ paſtoralis & annuli & chirothecarum indulſit.

Chunrado electo Altahenſi amoto, Dietmarus fit Abbas.

Caſtrum Troſpurg ædificatur.

MCCXXXIII.

Vergilius à Gregorio Papa canonizatur IIII. Idus Junii.

Rudgerus primus Epiſcopus Chymenſis * à Papa fit Bathavienſis Epiſcopus.

* Id eſt: *Chiemſeenſis.*

Eliſabeth Lantgravia miraculis fulſit.

Chunradus de Marburch Martyr occiditur, quod hæreſim in Rheno oppugnavit.

Eckebertus Epiſcopus Babenbergenſis tota quadrageſima captus tenetur à Miniſtro Ducis Carinthiæ.

Otto Dux Bavariæ curiam Ratiſponam indixit, quam ob indignationem Regis Henrici & aliorum Principum ſibi non faventium apud Landshur celebravit. Sed poſt Rex magno exercitu cum multis Principibus Bavariam intrat, ducem deſtructurus ſed Arbitro Archiepiſcopo Salzburgenſi in gratiam Ducem recepit, filiúmque ei puerulum obſidem dedit. Tandem celebrem curiam Ratisbonæ celebravit, cui Archiepiſcopus Salzburgenſis & omnes Epiſcopi Bavariæ interfuerunt. Dux Bavariæ fines Auſtriacos magno exercitu vaſtat, & clauſtrum Lambach exurit. Dux Auſtriacus magnis copiis contra Regem Boëmiæ collectis Moraviam intrat, & ſecundo alium exercitum contra Regem Boëmiæ collegit, ſed poſt ſuorum plurimi adverſus eum in Marchia & Styria conjurant.

MCCXXXIIII.

Dux Bavariæ ſuper Monaſterium Vormbach ſubito irruit, proſcriptos pleroſque, qui in eodem cœnobio ejectis Monachis ſe receperant, circumdedit, circa XL. partim ſecuri percuſſit, partim crucibus adfixit.

Pax inter Auſtriacum & Bojum.

Muringarius prædo magnus de Weſen, caſtro ad Neukirchen venit, Eccleſiam in Wilhart cellaria, cæmeterium Virginis Mariæ exuſſit, plus quam XL. cepit. . . . .(a) (a)

MCCXXXV.

Agnes Duciſſa Bojorum XIII. kal. Dec. parit Heinricum.

Albertus Comes de Pogen transfretat apud Venetias, capitur, hoc anno adtulit ſanctam Crucem ad Altah: ſuperius.

MCCXXXVI.

Dux Auſtriæ conſilio Judæorum Auſtriam diviſit. . . . Fridericus Dux Auſtriæ & Stiriæ ab Imperatore proſcribitur apud Auguſtam, erat homo ſeverus, crudelis, magnanimus, audax, cupidus belli divitiarúmque, quem magis metuêre quam amaverunt ſui. Utrumque Regem Bohemiæ Wenceslaum, Ungariæ auſus bello ultro laceſſere (b), ultro (b)
arma in eorum movens regionem, igne ferróque devaſtans Nobiles oppreſſit, ignobiles extulit, Agnetem uxorem, filiam Ducis Ottonis Meraniæ ut cognatam repudiavit, quam poſtea Ulricus Dux Carinthiæ accepit uxorem. Edicta Imperatoris, inimicitias Principum contempſit. Fridericus igitur in eum arma moturus (c) à Vienneu- (c)
ſibus & pleriſque nobiliſſimis invitatus, hyemat ibidem. Interſuêre huic expeditioni Wenzeslaus Rex Boëmiæ, Bertholdus Patriarcha Aquilegienſis, Sifridus Moguntinus, Ebethardus Salzburgenſis, Theodericus

(y) Beatæ Vallis ſeu Seeligen Thal, ubi Principum inf. Bavariæ ſepulturæ.
(z) Vid. Cl. Hanſizii Hiſt. Patav. p. m. 373. ubi de hac cæde fusè agit, in utramque partem diſertus.
(a) reliqua effugerunt in apogr.
(b) aliter paulò Cod. Caniſii quem confer.
(c) hæc ad an. ſeq. rejicit Cod. Caniſ. & aliter à noſtro refert.

cus Treverenſis Archiepiſcopi, Eckobertus Babenbergenſis, Sifridus Ratisponenſis, Rudgerus Bathavienſis Epiſcopi, Otto Bavariæ, Bernhardus Carinthiæ Duces, Henricus Lantgravius Thuringiæ aliüque plures Comites & Nobiles. Bojorum Dux & Bathavienſis Epiſcopus Linzium obſident.

Rex Boëmiæ invadit Auſtriam Mandato Imperatoris.

Fridericus Dux parum curans in Neoſtadio ſe continuit ac munivit. Imperator cum videret eum eſus gratiam non quærere, reliquit ibi Ekkebertum Epiſcopum Babenbergenſem, Comites de Henneberch, Eberſtain, Nurnberch; ipſe Bojariæ Metropolim aſcendit Ratisponæ, ibi Paſcalia celebrat. Eckebertus autem Epiſcopus Babenbergenſis erat Avuoculus Belæ Regis Ungariæ & frater Bertholdi Patriarchæ Aquilegienſis, vir magni animi & bellicoſus; ob hanc cauſam Imperator ei Auſtriam commiſit.

Apud Marburch Eliſabeth transfertur, præſente Imperatore Friderico, qui tunc Henricum filium Regem Alamanniæ cepit, quod contra ſe cum Longobardis cooſpiraverat, in exilium mittit, ibi paulò poſt obiit & duo filii eſus F. & H. in Apulia. Gregorius IX. per Ræmundum Decretales promulgat.

MCCXXXVII.

Henricus Comes de Ortenberg, cum eſſet in caſtro Murach, Schaerding deſtructum eſt.

Eckbertus Bambergenſis Epiſcopus obiit, Viennæ ſepultus apud Scotos in medio choro.

Imperator in Apuliam redit, quod ubi Auſtriæ Dux Fridericus cognovit, animum recepit Albertum Comitem de Pogen in auxilium vocans, Neoſtadium egreſſus in campo Stainavelt pugnam init cum Viennenſibus, vincit, capit Rugerum Epiſcopum Bathavienſem, Chunradum Friſingenſem Epiſcopum, pleróſque nobilium, quos Imperator ibi reliquerat. Actum anno Chriſti MCCXXXVIII.

MCCXXXVIII.

Fridericus Auſtriacus bis ſucceſſibus elatus, recedente milite Imperatoris, brevi terram recuperat, crudeliter ſævitiam poſt in ſuos exercet, tandem octavo poſt anno dum quieſcere non poteſt, ab Ungaris, licet victis, occiditur; dubium tamen eſt à ſuis an hoſtibus cæſus fuerit, ſexta feriâ feſto
(d) S. Viti anno Chriſti MCCXLVII. (d)

MCCXXXIX.

Imperator à Gregorio Papa excoſnunicatur io Laterano templo die Palmarum & in Cœoa Domini, Paſcáque ex multis cauſis comprobantibus Cardinalibus univerſis ſolenniter.

III. Non. Junii Ecclypſis Solis duas horas ita quod Luna ſexangula viſa ad orientem verſis angulis, poſt breve angulo uno ſurſum erecto, dies fuit plurimum obumbrata.

Curia Ducis in Strubingen.

Albertus Bojemus conſtituitur à Papa Legatus quatuor annis.

Dux Auſtriæ redit in gratiam Imperatoris.

Sarraceni Hieruſalem capiunt & turrim David, quam Imperatoris miles deſtituit.

MCCXL.

In pago Friſing meridiem verſus mures tot nati quod omnia ſemina in campis & agris corroſerunt usque radicem; ruſticos coëgêre mutare locos, avitóſque lares relinquere.

MCCXLI.

Regnum Ungariæ, quod CCCL. anoos floruerat, à Tartarum Gente deſtruitur.

Gregorius Papa IX. obiit, ſuccedit Cœleſtinus dies XVIII.

Ecclypſis Solis meridie octava Michaëlis, ſtellæ viſæ.

MCCXLII.

Albertus ultimus Comes de Pogen obiit XVIII. kal. Febr. cum ſævitia incredibili Provinciam vaſtâſſet, adeo quod fugientibus bominibus deſerta pene foret in Parochia Chelhperch (ut retulit Wilpertus Parochus de Chuntzen) Benedicta fœmina, viſa ſibi eſt videre in ſomnis Divum Mauritium judicio coram Deo accuſare Albertum bunc, petiitque vindictam. Mater Dei usque purificationis ioducias impetravit, ſi reſipiſceret; quod cum non faceret licet ſæpius admonitus à fratre ſuo Ottone Duce Bavariæ tandem menſe Februarii miſere periit, magna lætitia ſuorum & Monachorum.

Diethmarus Abbas Altahæ obiit, Hermannus Scriptor Chronicorum diligentiſſimus ſuccedit. (e) (e)
Heinricus de Cantania (f) Notarius (f)
Imperatoris eligitur in Epiſcopum Babenbergenſem.

MCCXLIII.

Synuibaldus Diaconus Cardinalis fit Papa Innoceotius IIII. VII. kal. Julii. vacaverat menſes ferè XXII. ob ſciſma, ut ajunt, ſacerdotii & imperii. Imperator tamen aliter ſcribit ob ambitionem Cardinalium id factum, exprobrans ipſis.

Rincbna exuſta in Cœna Domini.

Otto Dux Bojorum in curia Ægræ Legato Friderici Imperatoris objurat Alberto Archidiacono jurejurando aſtrictus.

MCCXLIIII.

Albertus venditur à ſuis.

Henricus filius Ottonis Ducis Bojorum ducit uxorem Elſam filiam Belæ Regis Hungariæ. Aquæductus Altahæ fit.

Chunradus Rex ducit Eliſabetham. Nuptiæ Vohburg.

(d) pleniora ad h. a. habet Codex Caniſii & Freheri.
(e) Freher. & Caniſ. h. l. ſimpliciter: *Hermannus Abbas ſuccedit.* Elogium gloſema puto Librarii vel Aventini.
(f) Caniſ. *Cantania.* Avent. in marg. *Cantania.* Freh. & Baſnagius ad oram: *Kemptea.*

MCCXLV.

Synodus Lugduni. Papa deponit Imperatorem. Adſunt tres Patriarchæ.,

Dux Otto Obernberg caſtrum fruſtra obſidet quatuor Ebdom. defendunt Domini
(g) de Schaumburg. (g)

Albertus ducitur ad caſtrum Waſſerburch.

MCCXLVI.

Eberhardus Archiepiſcopus Salisburgenſis obiit.

Sifridus Epiſcopus Ratisponenſis obiit, cui Albertus per Legatum Papæ ſubſtituitur.

Alramus de Hals obiit XIIII. kal. Febr.

Fridericus Auſtriacus occiditur in feſto
(h) S. Viti (h), inquietiſſimus, quæ verò mala poſt ſex continuos annos Styria Auſtriáque perpeſſæ ſint, nemo dignè ſcripſerit. Nobiles nihil penſi habens, nec Deum nec hominem timens, quodcunque libebat, licebat. Homines inauditis tormentis excruciavit, Bela Ungarus affectavit eam regionem multa hominum millia per cumanos paganos abducens, multa occidit, deſertæ penè effectæ fertiliſſimæ regiones. Tum Hermannus Marchio de Baden natus ex Irmgarda ſorore Agnetis, Duciſſæ Bojorum auxilio Otonis Ducis Bojorum duxit in uxorem Gertrudem filiam Henrici Ducis, qui fuerat frater Friderici, dedit nomine Dotis Styriam, Auſtriam occupat; genuitque Fridericum & Agnetem, quam duxit Ulricus Dux Carinthiæ. Cum igitur tanta ſcelera iis in regionibus invaluiſſent, Hermannus ante oppetiit diem quam mederi hujusmodi malis potuerit. Moritur enim IIII. Non. Octobris MCCL. & Neoburgi ſepelitur.

Henricus Landgravius Thuringiæ à quibusdam Principibus eligitur in Regem, & eodem anno obiit.

Chunradus filius Imperatoris ducit Elſabeth filiam Ottonis Bojorum. Nuptiæ apud Vohburg.

Albertus Bojemus fit Decanus Bathavienſis.

MCCXLVII.

Caſtrum in Wintzer deſtruitur.

Wilhelmus Comes Hollandiæ eligitur admodum juvenis. Electores Petrus Caputius Legatus Apoſtolicæ Sedis, S. Moguntinus, Conradus Colonienſis, Ar. Trevirenſis, Geroldus Bremenſis, Dux Brabantiæ.

Hujus tempore civitates Rheni cum Principibus fœdus ineunt, Duces deligunt, caſtra prædonum deſtruuntur, vectigalia injuſta abjiciuntur, quæ poſt obitum Regis, qui vixit ferè annis novem, omnia ad vetus tum redierunt. In eo fœdere hi Principes fuerunt: Gerhardus Archiepiſcopus Moguntinus, Chunradus Colonienſis, Arnoldus Treverenſis, Richardus Wormatienſis, Henricus Argentinenſis, Bertholdus Baſileenſis, Jacobus Metenſis, Abbas Fuldenſis, Ludovicus Palatinus Rheni Dux Bavariæ, Chunradus Comes Sylveſter, Ditherus Comes Cazenellnpogen, Fridericus Comes Liningen, Bertholdus Comes Ziegenhagen, Enicho Comes Sylveſter, Gotfridus frater ſuus, Poppo Comes Thuringia, Ulricus Comes de Feretro, Comes de Virnburch, Sophia Landgravia Thuringiæ, Udalhildis Comitiſſa de Linningen, Dominus de Trinberch, Ulricus de Minzenberch, Gerlacus de Limpurch, Philippus de Herchenfels, Philippus de Valkenſtein, Dominus de Stralnperch, Pincerna de Erpach, Wernher Dapifer de Alzeia, Henricus de Ernberch, Rumboldus de Stainach. Urbes verò: Moguntiacum, Agrippina, Wormatia, Spira, Argentoratum, Baſilea, Thuregium, Fridburch, Briſacum, Columbaria, Siezeſtat, Hagenowa, Weizenburch, Nirnſtat, Wimpina, Heidelberch, Lauternborch, Offenhaim, Franckfurt, Fridberch, Wetslaria, Galenhauſen, Maichburg, Agilvelt, Voldra, Mulenhuſen, Aſchaffenbourg, Sæliſtat, Pingia, Dipach, Wacheracum, Wefalia, Popardia, Andernacum, Bonna, Nuſſia, Aquis ſedes regia, in Weſtphaiia Munſter & aliæ civitates plusquam LX. cum Beruenſi, Grunberch, Hirſvelden.

Albertus Bojemus Bathaviam intrare prohibitus ad caſtrum Waſſerburg cum magno periculo ducitur, ubi obſidetur duriſſima obſidione cum Comite Chunrado, clam noctu vix auffugerunt Comitibus reliquis ſuis relictis, Bohemiam intrant ad Lugdunum ituri.

Aibertus Ratisponenſis Epiſcopus de Pittongew fit Monachus,

Ulricus Abbas ex ſuperiori Altaich deponitur.

Ludovicus filius Ottonis Ducis Bojorum Chunradum Comitem de Waſſerburch cum exercitu invaſit, & eum de comitatu ejecit, omnibus munitionibus ſuis captis.

Philippus filius Bernhardi Ducis Carinthiæ eligitur in Archiepiſcopum Salisburgenſem à Papa ſupponitur Burchardus de Cygenheim Comes. conſecratus obiit.

MCCXXXXVIII.

III. Id. Febr. noctu terræmotus.

Ludovicus Rex Franciæ transfretat.

MCCXXXXIX.

Ludovicus Rex Franciæ Damiatam octava Epiphaniæ capit.

Rapoto Comes Palatinus Bavariæ ultimus obiit.

Aquisgranum per Dominum Caputium Diaconum Apoſtolicæ Sedis Legatum & Wilhelmum Regem obſidetur, Friſiósque cruce ſignatos capitur.

Rudgerus Epiſcopus Bathavienſis amovetur ad inſtantiam ſolius Alberti Decani.

Chun-

(g) Vid. ad h. l. Hanſizium in Rebus Rudigeri Epiſcopi Patav. p. m. 381. qui Brunnerum de hac re dubitantem refellit. Brunnerus & Adelzreiterus in rebus Domeſticis Bojorum circa hæc tempora valdè jejuni, negligentes aut timidi.

(h) apud Canif. ad A. MCCXXXVIII. hæc paulò aliter leguntur.

Chunradus Dux Poloniæ nepos Regis Boëmiæ ſubſtituitur ad electionem ſolius Alberti.

MCCL.

Ludovicus Rex Franciæ capitur, Damiatam aliáque reddit Sarracenis.

Rudbertus frater ejus plus quam cum XXM. Chriſtianorum occiſus, Sarraceni quoque innumerabiles periêre eo prælio.

Rudgerus Bathavicnſis Epiſcopus, quod favere Imperatori videbatur, à Papa Innocentio X. deponitur, Bertholdus frater Alberti Epiſcopi Ratisponenſis ſubſtituitur, cui continuo Capitulum, urbs Patavia cum Miniſtris obediere ejecto Rudgero contra voluntatem Regis Chunradi & Ottonis Bojorum.

Hermannus de Badcn, qui Auſtriam uſurpaverat, obiit IIII. Non. Octobris.

Otto Dux Bojorum mittit Ludovicum filium in terram Anaſſi, quam cum magna illius Provinciæ parte ſubjugavit. Tandem Premizel qui & Ottakker filius Wenzeslai Regis Boëmiæ conſilio Patris & vocatione Procerum utramque terram occupat: Margaritam viduam Henrici Regis ſororem Friderici ſuperioris uxorem ducit, cui ſtatim paruêre regiones. Bela tamen Bethoniam cum magna Stiriæ parte occupavit, nec deſiit lædere utramque terram donec inter Reges diviſa regione Styria data Ungaro.

Fridericus Imperator obiit in Apulia Idibus Decembris.

Bertholdus Minor de Ratisbona, declamator inſignis LX. millia auditorum habuiſſe fertur.

Cives Ratisponenſes meliores XL. captivantur ab Alberto Epiſcopo III. kal. Nov.

MCCLI.

Chunradus Rex Natalia Chriſtl Ratisponæ, ibi, quod poſſeſſiones Epiſcopi & Miniſtrorum diripuerat ferro & flam̃a proxima noctu poſt feſtum Innocentum in Monaſterio S. Hemerami dormiens Chunrado de Hohenſels Auctore cum reliquis Epiſcopi Miniſtris media nocte in cubiculum irruentibus, ferè occiſus eſt, cum exploráſſent non plures quam quatuor & Regem in eo cubiculo dormire, cum duobus occiſis tres captâſſent, credebant ſe Regem occidiſſe, ſed noctu ſextus fortuitò advenerat, & loco ipſius Regis occiſus eſt. Rex verò ſub ſcamno latitans miraculosè evaſit. Hinc Ulricus Abbas ſuſpectus, Monaſterium à Duce Otone & Rcge prædictis ædificiis mulctatur. Monachi verò cum Epiſcopo extra mœnia evaſerant, eventum expectantes.

Subſequenter circa feſtum Epiphaniæ Rex Boëmiæ Wenzeslaus filium ſuum Odackrum in Bavariam cum exercitu deſtinavit, qui in Marchia Chambenſi multas villas rapinis & incendiis vaſtavit. Interea mors Imperatoris propalatur, & Chunradus Rex ad partes Rheni feſtinat.

Dominus Papa in Cœna Domini Wilhelmum Comitem Hollandiæ jam dudum à quibusdam Principibus in Romanorum Regem electum, multis Epiſcop[illegible] præſentibus apud Lugdunum confirmat, & ſtatim ſe transſert ad Italiam de Lugduno, ubi ferè VIII. annos continuè fecerat manſionem.

Caſtrum in Teiſpach * à Ludovico Duce nocte per inſidias pro parte captum & pro parte obſeſſum deſtruitur, & foſſata ejus mirabiliter fortia complanantur; & ex hoc Bavaria in ea æſtate pro magna parte incendiis perflagratur Boëmis partem Alberti Ratisponenſis Epiſcopi adjuvantibus contra Duces. Chunradus tamen Rex in feſto Apoſtolorum Petri & Pauli cum Ottone Duce Chambe venit, quos Rex Bohemorum videre contempſit.

* malè apud Caniſium *Geiſpach.*

Otto Dux caſtrum & oppidum In Dinguolfing conſtruere cepit.

Eodem anno Chunradus Rex in Autumno intrat Apuliam, & ibidem ferè totum regnum paternum potenter poſſedit, Domino Innocentio Papa tunc Peruſii commorante nec prohibere valente.

Wilhelmus Rex Romanorum de Comitiſſa Flandriæ glorioſè triumphat.

Eclypſis Lunæ in nocte ante palmas.

Martini feſto Epiſcopus Bathavienſis Bertholdus cum fratre Comite de Pittengew * circa Wilhart, hoc eſt Praunaw, mille quinquaginta pecora abducit, in contemptum Henrici filli Ottonis. Quos inſequens Alramus de Underſtorff & Ortolphus de Wald, Heinricus de Ror, alii nobiles vexillo Eccleſiæ Newkirchenſis ad Eccleſiam S. Ulrici ultra fluvium Mauch . . . * turpiter fugat; plures capti, Comes frater Epiſcopi captus cum duobus fratribus de Nurspach & Wilhelmus de Praunbach in Burchhauſen vinculis mancipatus.

* in marg. *Sigmaring.*

* lect. dub.

Bertholdus Bathavienſis Epiſcopus Diaconatum . . . . * recepit in Boëmia ab Epiſcopis Olomucenſi & Pragenſi. Bopardiæ regalia accepit à Wilhelmo. Otto Dux Bojus cum civibus Bathavienſibus conſpirat, eidem introitum negant. Epiſcopus cum Rege Bohemiæ confœderatus Neuburg intrat.

* quædem effugerunt.

MCCLII.

Domina Eliſabeth filia Othonis Ducis Bavariæ genuit Chunrado Regi filium in die annuntiationis Sanctæ Mariæ, & vocatus eſt Chunradus.

MCCLIII.

Otto Dux Bavariæ novam monetam in Landshuet fabricari juſſit circa initium meſſis, mandans ipſos denarios & non alios recipi in toto ſuo diſtrictu, & exercitum verſus Auſtriam movens in ipſa expeditione filii ſui Ludovicus & Heinricus infra Octavam Thebæorum apud Oeting militaribus gladiis ſunt accincti, volens occurrere cum filio Henrici, Belæ Regi Ungariæ, qui tunc ſicut ſuperiori anno cum copiis Hungarorum & Cumanorum Auſtriam & Moraviam intraverat, ſed à munimentis & militibus ſuperioris Auſtriæ impeditur; nam priori anno Primizel qui & Othackar filius Wenceslai Regis Boëmorum Auſtriam &

Styriam occupaverat, ducta Margaretha vidua Henrici Regis Romanorum, filia Leupoldi Ducis Auſtriæ & Stiriæ. Auxilio itaque Mainhardi Comitis Goritiæ & Ezelini de Tarviſio Henricus filius Ottonis per vallem Tridentinam vadit in Ungariam ad Socerum ſuum Belam.

Otto igitur Dux primum ſeverus Judex & Princeps manſuetus poſtca propter ſavorem Friderici Imperatoris & Chunradi filii ejus ab Innocentio Papa & Epiſcopis jam diu & ſæpè excommunicatus, perſequitur Clerum mala malis addens, cum in vigilia S. Andreæ cum uxore & familia ſua valde jocundus fuiſſet, ſubito periit eodem tempore menſe Novembri. Bertholdus declamator inſignis In Landshuet concionabatur degebâtque in caſtro cum Duce, nitebatur eum reconciliare Sacerdotibus & Papæ; fortè advênit tum qnidam agricola, qui aſſeverabat ſe in vigilia S. Michaëlis correptum ad tribunal cujusdam judicis, ubi vidiſſet & audiſſet quod accuſantibus Sanctis Dux Otto, cæterique Principes pacis turbatores Eccleſiarum & pauperum morte condemnati ſunt. Affirmabat præterea ſe ſub pœna mortis adſtrictum eſſe à Sanctis, ut hæc Principibus & Duci revelaret, quod ſi ad eorum conſpectum non admitteretur, aliis viſionem hanc aperiret. Prohibitus igitur à conſpectu Ducis Bertholdo fratri ſe aperuit, & ſexto die ante morrem Ducis venit ad Altah, & narravit rem Hermaño Altahenſi & Alberto Abbati Metenſi; adjungens quod prohiberetur à conſpectu Ducis, hi Abbates cum Henrico Abbate de Eberſperg rem deſerrent ad Ducem, niſi citius monetam novam aboleret & reſipiſceret à pauperum & Eccleſiarum compilatione brevi & ſubito eſſet moriturus. Hanc viſionem non vanam ſuiſſe exitus probavit, ſubſecutæque mortes Principum ſubitariæ, Ducis Ottonis, Papæ, Chunradi Regis, Bertholdi Epiſcopi Patavienſis, Wenzeslai Regis Boëmorum, qui obiit menſe Septembr.

Ottone Duce deſuncto Ludwicus, Henrico ſratre tum in Ungaria abſente, cum Alberto Epiſcopo Ratisponenſi concordiam fecit & Divina res per multos annos interdicta, rurſus fit.

MCCLIIII.

Bertholdus Epiſcopus Patavienſis obiit IIII. Idibus Aprilis. Succedit electione concordi & Canonica Ottode Lonſtorff ibi Archidiaconus & Canonicus.

Eliſabeth Duciſſa genuit Henrico filiam Agnetem menſe Januario.

Ludwicus Dux abſente adhuc fratre concordiam facit cum Philippo Salzburgenſi electo & Ratisponenſi.

Chuntadus Rex priori anno Neapoli expugnata, mœnibus ſolo æquatis, Princeps pacis amator & juſtus in vigilia aſcenſionis obiit, cujus morre Germani, Apnii, Longobardi, præter partem Eccleſiæ, plurimum indoluêre.

Henricus Dux Bojornm auxilio Philippi Saltzburgenſis Epiſcopi de Ungaria revertitur, & ambo Duces conſilio Henrici Babenbergenſis Epiſcopi concordia ſumma gubernant.

Sterilitas frugum maxima circa Danubium, ſemina deficiebant, noctu S. Marci ſrigus acre, vineas, arbores labefecit, vini pauxillum & id acerbiſſimum.

Chunrado Cæſare mortuo Innocentiua Papa in Italiæ regnum arma movet, Neapolim occupat, ubi dum lætus ac ſerio triumphat ob recuperata ac ſpem potiundæ Campaniæ ac Siciliæ totiua longam ſibi inchoat, vitâmque, Deus qui Principum conſilia interturbat, ſubito nihilque minus ſperantem, ſpe hujusmodi privat vana. Obiit VII. Decembris, ibi ſepultus; cui continuo in eadem civitate à Cardinalibus rum ibi præſentibus Rainaldus Hoſtienſis Epiſcopus ſufficitur, vocatur Alexander Quartus. Iſte Papa fuit bonus, pius, manſuetus timens Deum, non nimium curans de negotiis Principum & regnorum. Multa deceſſoris acta reſcidit, quibus plerosque multum prægravarat.

Manfredus filius Friderici Imperatoris Principarum tenens in Apulia potenter terram ipſam defendit nomine Chunradi parvuli fratruelis ſui, qui adhuc cum Eliſabeth matre ſua in Bavaria morabatur.

Bela Rex Ungariæ, qui jam plus biennio Auſtriam, Moraviam, Stiriam vaſtârat multis millibus hominum interſectis in captivitatem abductis, pacem cum Otacharo Duce fecit, Styriámque recepit.

Ipſe Otokarus Dux Princeps cum virtute præclarus in Boëmia Auſtria Moravia pacem diuturnam ſecit, hieme ſubſequenti arma in Pruſſia movit, cruce ſignatus terræ maximam partem Philoſophiam Chriſtianam recipere vi coëgit.

MCCLV.

Ludovicus & Henricus Duces Bojorum circiter Paſchalia Bojariam dividunt.

Henricus ſortitur nomen Ducis cum majori Bojariæ parte: Ratisbona, Chambia, Chelheim, Ærding, Lantshuet, Oeting, Purghuſen, Halle & quidquid eſt inter loca prædicta & terras Auſtriæ & Bohemiæ. Ludovico ceſſit ſorte ſuperior Bojaria cum Palatio Rheni & nomen Butggravii Ratisbonenſis, unde & ſibi ceſſere, quæ ad hunc comitatum pertinent, Regenſtauf, Lengenfeld Chalmüntz, Rietenburg.

Henricus itaque cum Alberto Epiſcopo Ratisponenſi concordiam omnino inivit, Monetam Landshuet abolevit, quam Pater cuſerat & innovatam monetam Ratisponenſem denariorum, dari ſicut prius per ſuam regionem permiſit & præcepit.

Concordiam etiam facit cum Domino Ottone Bathavienſi Epiſcopo ac interdictum rei Divinæ jam pius triennio diligenter obſervatum in regione Ducis & ditione Epiſcopi, revocatur. Interea Wilhelmo Rege Romano cum Comitiſſa Flandriæ & Freſonibus bellante, civitates Rheni quaſi deſtitutæ regia defenſione ſœdus ineunt, Duces eligunt, vectigalia inſueta abolent

Rheni

Rheni, vicinos Principes in idem fœdus eogunt, ita pax perpetua fore in eorum regionibus ſperabatur. Nam & Dux Ludovicus novus Palatinus Rheni illuc veniens fœderis fit ſocius & civitatibus ſeſe conjungit, ſed more Longobardorum ob vim adverſariorum perpaucis duravit diebus.

Eliſabeth uxor Henrici Ducis Bavariæ, in nocte S. Alexii peperit filiam, quæ Agnes dicta, poſt biennium obiit.

MCCLVI.

Ludovicus Dux Comes Palatinus Rheni Dominam Mariam uxorem ſuam ſororem Heinrici Ducis Brabantiæ ſuſpectam habens de Adulterio tunc in Suevico Werde morantem xv. kal. Febr. præcepit decollari. Ipſo menſe Bernhardus Dux Carinthiæ obiit, cui Ulricus filius ejus ſuccedit.

Wihelmus Rex eodem menſe in Friſia cum exercitu exiſtens à Friſonibus eſt occiſus, qui cum ad quamdam civitatem ejusdem Provinciæ veniſſet, fertur ibidem inveniſſe ſepulchrum opere mirifico coostructum & cum à civibus quæreret, cujus eſſet hoc ſepulchrum opere tam ſumptuoſo decoratum, dicebant, quod nondum quisquam ibi eſſet ſepultus, ſed antiqui patres eotum conſtruxerint illud, per fatum, cognoſcentes quod in eodem loco deberet Romanorum Rex ſepeiiri. Devictâ igitur & ſubjugata totâ Friſia, cum jam victor ipſam terram exiret à quibusdam ſugitivis ſecus viam in arundineto latitantibus, cuſpidibus occiditur, & in prædicto tumulo ab indigenis ſepelitur anno regni ſui
(1) none. (i)

Bucho de Roſenberg ſuper Anaſum conſtitutus Wilhart intrat, omnia igne vaſtat, prædatur usque Burchuſium.

Philippus Saltzburgenſis electus deponitur.

Eliſabeth Duciſſa peperit Agnetem proximo die poſt Simonis & Judæ, quarto anno obiit.

MCCLVII.

Principes regni pro eligendo Rege jam diu habitis diverſis conventibus tandem diſfinitivum electionis diem In Octava Epiphaniæ ſtatuerunt in Franckfurt celebrandum, ubi dum quidam conveniſſent, Maguntinus & Colonienſis Archiepiſcopi & Ludwicus Comes Palatinus Rheni ac frater ſuus Dominus Henricus Dux Bavariæ, in Richardum fratrem Regis Angliæ convenerant; & electus ab ipſis ſubſequenter in die Aſcenſionis Domini apud Aquisgrani in Regem ungitur, & potenter in regni ſollo collocatur. Dominus autem Treverenſis Epiſcopus cum aliis quibusdam Principibns conſentire nolens electioni prædictæ in media Quadrageſima, fretus litteris & auctoritate Regis Boëmiæ Ducis Saxoniæ, Marchionum de Brandenburg & multorum Principum elegit Dominum Alphonſum Regem Hiſpaniæ, qui electioni de ſe factæ conſenſit, perſuaſus à Regibus & Principibus & amicis.

Philippus Salzburgenſis electus jam per decem annos, nolens Ordinem presbyterii nec Epiſcopalem ſuſcipere conſecrationem à Domino Alexandro Papa deponitur, & Ulricus Seccovienſis Epiſcopus ei in Archiepiſcopum ejusdem Eccleſiæ ſubrogatur. De cujus electi ab electione multa hic & inde litterarum paria evolârunt, quarum hic quædam propter illos, quos talia legere delectat, placuit annotari.

Venerabili Patri Dei gratia Patavienſi Epiſcopo frater Heinricus eadem gratia Chymenſis Epiſcopus ſalutem & ſinceram in Domino charitatem.

Licet olim Dominus Papa volens pedetentim Dominum Philippum quondam electum Eccleſiæ Saltzburgenſis, qui perperam & contra conſtitutionem ipſius in eadem adminiſtratione ab ipſius Eccleſiæ regimine removere; ſicut claruit ex poſtfacto; nobis in mandatis dederat ut ab ipſo, & detentionibus caſtrorum & munitionum Eccleſiæ Saltzburgenſis, eadem caſtra & munitiones requirere deberemus, & nobis aſſignari faceremus, alioquin tam ipſum Philippum quam detentores caſtrotum & munitionum Eccleſiaſtico percelleremus mucrone; nósque licet circa omnia prædicta mandatum Domini noſtri Papæ & fuiſſemus diligenter & fideliter executi, tamen idem Philippus perire magis eligens quam parere, nec caſtra nec munitiones nobis aſſignare curavit. Unde nos ipſum & prædictos detentores excommunicavimus, & loca Eccleſiaſtico ſuppoſuimus interdicto: ſicut per noſtras litteras, quas vobis & aliis Prælatis ſuper hoc negotio transmiſimus, & per ſamam publicam, quæ rem geſtam ſuper tecta prædicat, credimus eſſe notum. Verum cum prædictus Dominus Papa ipſum Philippum à prædicta Eccleſia removerit per diffinitivam ſententiam, & eidem de Paſtore legitimo, videlicet Domino Ulrico quondam Epiſcopo Seccowienſi duxerit providendum, volens eidem aſſignari caſtra & munitiones tanquam vero Prælato, nobls ſuper eodem negotio denuo ſuas litteras miſit, hanc ſeriem continentes:

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili fratri Chymenſi Epiſcopo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

In contemptum veniens Philippus quondam Salzburgenſis Eccleſiæ electus, nimis videtur à ſe timorem Domini & hominum reverentiam abjeciſſe, dum adhuc munitiones & caſtra & quædam alia bona ipſius Eccleſiæ in ſua detinet poteſtate, quaſi non ſuffecerit dictam tenuiſſe Eccleſiam in ſuam & multorum pernitiem tanto tempore viduatam. Errata igitur dicti Philippi corrigi miſericorditer cupientes, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſum ex parte noſtra moneas atten-

(i) Cl. V. WIGULÆUS HUNDIUS, quondam *Rapſodiſt.* MS. AVENTINI Poſſeſſor, in marg ad h. l. adſcripſit: *Aventinus omiſit tanquam fabuloſam*: in opere de rebus Bojorum videlicet.

tius, & inducas, ut prædicta omnia venerabili fratri noſtro Saltzburgenſi Archiepiſcopo vel alii ejus nomine ſine qualibet diſficultate reſignet; alioquin cum ferro abſcindenda ſint vulnera, quæ ſomentorum non ſentiunt medicinam, tam eum quam alios, qui eadem nomine detinent, ad id per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione remota compellas. Contra quos ſi neceſſe fuerit, omnium Suffraganeorum, Miniſterialium & Vaſſalorum ejusdem Eccleſiæ auxilium invoces, ut ſuper his tibi & ipſi Archiepiſcopo fuerint requiſiti; Suffraganeos ipſos ad hæc auctoritate noſtra, Miniſteriales verò & Vaſſallos eosdem per privationem ſeudorum, quæ tenent ab ipſa Eccleſia, monitione præmiſſa, ratione prævia coartando. Datum Viterbii II. Nonas Decembris, Pontificatûs noſtri anno III. Nos igitur auctoritate hujus mandati prædictum Philippum per noſtras litteras monuimus, & per alios moneri fecimus, ut infra xv.dierum ſpatium caſtra & munitiones prædictæ Eccleſiæ ſublato cujuslibet difficultatis obſtaculo, prædicto Domino Ulrico Salzburgenſi Archiepiſcopo, vel ejus devotis, quorum ſibi nomina in noſtris litteris expreſſimus, ſuo nomine reſtituat & aſſignet, alioquin ipſum & detentores prædictorum caſtrorum & munitionum iterum ex nunc communicamus, & loca ipſa Eccleſiaſtico ſupponimus Interdicto. Veſtram igitur prudentiam hortamur in Domino, ut diſtrictè, ſalva tamen reverentia, commiſſa nobis auctoritate præcipimus, quatenus tenorem hujus litteræ & mandati Papalis, noſtram etiam monitionem & ſententias, quas contra memoratum Philippum & detentores prædictorum caſtrorum & munitionum, & in ſua malitia gloriantes ſicut hactenus, mandatis noſtris imo Domini Papæ non obedierunt, ferimus, in Eccleſia noſtra & aliis Eccleſiis noſtræ Diœceſis per nos & alios ſingulis diebus Dominicis & aliis feſtiviš publicè denuntiantes, ut faciatis, ſolemniter publicari. Cæterum proinde penſans Summus Pontifex vos & alios Suffraganeos Eccleſiæ Saltzburgenſis, qui vocati ſunt in partem ſollicitudinis eſſe nobilia Membra corporis tantæ Metropolis, quod utique corpus per nexus ſalutaris obediêntiæ, & juncturas venuſtæ concordiæ ſubminiſtratum creſcit in augmentum Roboris Eccleſiaſtici ad deſtruendum omnem principatum & poteſtatem, quæ ſe nititur extollere contra id, quod Romana Eccleſia dicitur ac colitur, & in quo libertas Eccleſiaſtica ſolidatur, ex affectu cordis ſatagit & intendit, ut vos, in quorum potentatibus conſiſtit dexteræ ſuæ ſalus, parati in hoc tempore opponatis vos murum pro Domino Saltzburgenſis Eccleſiæ, ad deprimendam Domini Philippi malitiam, qui non armis juſtitiæ, ſed facibus iniquæ potentiæ, & telis præſumptuoſæ violentiæ armatus ad depreſſionem ipſius & internecionem tanquam hoſtilis prædo inſurgere nititur ex adverſo: ſicut per litteras ipſius Domini Papæ, quas ad nos ſuper ipſius negotio transmittit, & earum executionem nobis committit limpidè patet vobis. Rogamus igitur, & qua ſungimur auctoritate veſtram monemus devotionem, quatenus dolentes vicem matris noſtræ Salzburgenſis Eccleſiæ dudum per memoratum Philippum tribulatæ miſerabiliter & oppreſſæ opem detis & operam cum affectu ut ipſa de ſua tyrannica oppreſſione veſtro adjutorio liberetur, parati contra ipſum In fortitudine brachii ſecularis Domino noſtro Venerabili Archiepiſcopo Salzburgenſi, cum vos ſuper hoc requiſierit, vel nos Domini Papæ vice facere juvamen ne prævaleant filii alieni, errantes ab utero & à juſtitiæ ſemitis claudicantes lacerare dente vipereo materna viſcera, & cultus juſtitiæ habeant in opprobrium ſi fidei pugiles, æquitatis Zelatores, Eccleſiarum ſanctarum Præſules, animarum Pontifices, quorum eſt ingreſſus per portas Juſtitiæ, iniquis potentiis nefariis inſolentiis, pertinacibus violentiis, Eccleſiarum libertates & jura calcantibus non reſiſtent. Vos igitur obſecramus in Domino ad perſecutionem hujus negotii taliter accingite, ut non perſonam ſed juſtitiam amplecti videamini & apud Dominum Papam & totam curiam, quæ ſuum reputat hoc negotium, & ipſum venerabilem Archiepiſcopum veſter zelus commendabilis habeatur. Datum Venetiis anno Domini MCCLVIII. Nonis Maji.

Eodem anno Otacker, qui & Primizil Rex Boëmiæ, Dux Auſtriæ juvenilis ætatis audacia perſuaſus ſine provida deliberatione conſilii, quæ Bellicis rebus agendis ſummè neceſſaria eſt per Patavienſem civitatem In terram Bavariæ hoſtiliter ingreſſus eſt, jactans ſe tanquam divitiis & potentia præditum velle & poſſe contra omnium hominum voluntatem ad ignominiam Domini Heinrici Ducis & terræ ſuæ ante muros civitatis vel caſtrum in Lanzhuet potenter militiæ opera exercere. Nam tunc ibi prædictus Dominus Henricus Dux Bavariæ cum Domina Eliſabeth uxore ſua virtutibus & ſanguine nobiliſſima morabatur. Sed cum per pagum, qui dicitur Chunczingew & per vallem Vilſæ fluminis incendiis vaſtando plurimas villas & Eccleſias usque juxta caſtrum in Fraunhofen perveniſſet, ecce memoratus Dominus Henricus Dux, licet vix V. diebus ante introitum prædicti Regis in Bavariam talium inimicitiarum litteras recepiſſet, celeri volatu nuntiorum & litterarum circumquaque diſcurrentium ſuis convocatis hominibus & amicis tanquam animoſus Princeps, & qui de ſua juſtitia & de Dei miſericordia confidebat, cum exercitu valido equeſtrium & pedeſtrium ad campos contra ſuos egreditur inimicoš. Jam etiam ſupervenerat cum paucis Dominus Ludwicus Dux frater ſuus de partibus Rheni velociter evocatus, in cujus abſentia præſatus Rex ſperabat ſe ſui propoſiti deſiderium adipiſci. Rex itaque præfatus cernens animoſitatem Ducum & Bavaricæ gentis timuit congredi cum illis, & in feſto S. Bartholomæi, quod tunc occurrerat in feria ſexta, Treugis per illum diem petitis ac impetratis in nocte & ſubſequen-

ſequenti Sabbato fugit cum ſuis verſus Müldorſ, ubi dum vexilla victricia Nobilium Ducum dorſa fugientium ſequerentur, pons ibi per Oenum fluvium trajectus ſtrepitum tot hominum & equorum impetuosè tranſire volentium ferre non valens ſub hoſtibus ruit, & ſic plurimi ſunt ſubmerſi. Videbantur ibi electi milites in armis & in equis natantes, quorum alii fluvium tranſierunt, aliqui adverſæ partis littori viciniores dum applicare nituntur, volentes ſe potius captivitati dari quam morri per lanceas & ſagittas littus tangere prohibentur. Sed hi, qui remanſerant citra flumen, receperunt ſe in ſuburbio ſub terra quadam, fugere non valentes, qui omnes cum armis & equis optimis per indignationem ſubitam Domini Ludovici Ducis incendio ſunt cremati. Tunc igitur in aqua & igne quaſi quadringenti homines perierunt, reliqui ferè omnes præter Regem, qui cum nobilioribus jam tranſièrat, in prædicto oppido ſunt incluſi. Inter obſeſſos autem hi fuerunt Nobiles de Bohemia: Wocko de Roſenberg, Zunlo de Leuchtenburch, Wilhelmus de Podiebrat, Wichardus de Türnach, Schazla de Fridland, Ibis de Schechnum, Beneis de Walckenſtain, Burchard de Chlingberg, Ulricus Pincerna de Ellnpogen, Jenezo Burggravius de Grauzunl frater Wokonis, Haur cognatus Wokonis, Dlohomil de Nabzden, Stiborius dictus Caput, Ulricus de Roſintal: De Auſtria verò Albertus & Heinricus de Chunring, Ulricus de Lobenſtain, Ulricus de Capella, Ludwicus * de Zelcking, Sighardus dictus Piber, qui cum omnibus aliis nono die obſidionis eorum per Clementiam Ducum prædictorum, ſub quadam forma compoſitionis cum equis & rebus, quas tunc habebant, ad propria ſunt remiſſi.

* apud Canit. additur *Albertus.*

Quidam ex prædictis circa Martini cum Conſiliariis aliis Regis Boëmiæ, Ludovico Duci in Chamba obviant, ad mediationem ipſius & Conſilii Henrici Ducis, cum in Stubenberg & Mitterſels commoraretur, concordia ſtatim. . . . * Rex ceſſit de Niteno ad Nuberch & Schaerding. Reſtituit caſtrum Ride & Schuttenhofen cum ſuis pertinentiis, licet tamen hæc occupârit rurſus.

* effugerunt quædam.

Henricus Bambergenſis Epiſcopus obiit XIIII. kal. Octobr. cui ſuccedit Bertholdus Comes de Leiningen ejusdem Eccleſiæ Canonicus.

MCCLVIII.

Chunradus Friſingenſis Epiſcopus obiit xv. kal. Febr. cui ſuccedit Chunradus Wildgravius ejusdem Eccleſiæ Canonicus.

Lunæ Eclypſis xv. kal. Junii.

Domina Eliſabeth Duciſſa Bavariæ peperit filiam in ſecunda veſpera S. Gregorii, quæ vocata eſt Eliſabeth.

Gebhardus Comes de Hirſchperg, qui priori anno bonus adjutor fuerat Ducum Bavariæ contra Bohemos, Dominam Sophiam ipſorum Ducum ſororem egregiæ formæ fœminam ducere meruit in uxorem.

Dominus Ludwicus conſtruxit caſtrum in Geirſperch contra Ratisponenſes, quod poſtea deſtrui permiſit magnæ pecuniæ interventu.

Albertus Ratisponenſis Epiſcopus pro quibusdam criminibus apud Sedem Apoſtolicam accuratus cum ſe defendere non poſſet, ceſſit, eique frater Albertus de Ordidine Prædicatorum ſubrogatur.

Mainhardus Comes Goritiæ duxit uxorem Dominam Eliſabeth ſororem Ludowici & Heinrici Ducum Bavariæ, relictam ſcilicet Chunradi Regis in Octava S. Michaëlis, apud Monacum nuptiis celebratis, Domina Agnete matre prædictorum tunc apud filiam Sophiam Comitiſſam de Hirſchberg manente, quæ priori feria quarta peperit filium nomioe Gerhardum.

MCCLVIIII.

Ludovicus Dux Bavariæ circa Quadrageſimam Landschron quod ſuperiori anno ædificaverat in Geirſperch deſtrui acceptâ pecunia permiſit. Hoc anno Comes Hartmannus de Werdenberg duxit filiam Rapotonis de Ortenberg Comitis, & Palatini Bojorum, uxorem. Cum res uxoris & nobiles & homines non poſſet ut voluit, obtinere videlicet omnia Henrico Duci pro MXI. mill. tradita, uxorem domum reduxit Id. Febr. præſentis anni.

MCCLX.

Dominos Ludovicus Palatinus Comes Rheni Dux Bavariæ duxit Dominam Annam filiam Chunradi Ducis Poloniæ in uxorem propter fœdus cum Rege Bohemiæ contrahendum.

Juſſu Henrici Ducis Bojorum cum Rex Boëmiæ elatus victoria nova moliebatur, civitas Braunawe intra novem dies novis undique pluteaminibus circumſepta propugnacula ſuper locata & quoddam ſpeciale caſtrum apud veterem Eccleſiam ædificatum, in quo Henricus de Ror reſidebat, Auctor quoque Duci habebatur, curam Braunaw dimittere quam inhabitare. Ipſo anno pons ibi factus, oppreſſi pauperes ductura lignorum.

Eodem anno ab Alexandro Papa ſubſcripta Epiſtola eſt tranſmiſſa:

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabilibus fratribus, Archiepiſcopo Salzburgenſi ejúsq; Suffraganeis, nec non & dilectis filiis Abbatibus, aliisque Eccleſiarum Prælatis ordinariam in ſubditos obtinentibus poteſtatem, per Saltzburgenſem Provinciam conſtitutis tam exemptis, quam non exemptis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Si verè quod dicitur, Paſtores ovium Chriſti ſumus, non inpavidè ferro poſſumus terribiliter intonantia noſtris ſenſibus contra paſtoralis curæ negligentiam ſacrarum oracula Scripturarum, quæ determinata Dominici gregis in præſidentium deſidiam retorquentes minaciter inclamant pereuntium ſanguinem de Præpoſitorum manibus exigendum. Quis noſtrum non contremiſcat & paveat dicente ad paſtores gregis ſui Domino per Prophetam: Diſper-

ſiſtis

ſiſtis gregem meum, ejeciſtis & non viſitâſtis eos, ecce ego viſitabo ſuper vos veſtrorum malitiam ſtudiorum! Pavet utique ad hos increpationis interminationiſque divinæ Sermones idem ipſe propheta, dum dicit: * à facie Domini & à facie ſanctorum Verborum ejus conturbatum eſt cor meum in medio mei contremuerunt omnia oſſa mea. O formidoloſa ſpeculatorum, quos populo diſpenſatio divina præpoſuit, & periculoſa conditio, ſi perfunctoriè res agatur, ſi eo modo in ſolicitudine commiſſa non militent, quo ſummus præcipit Imperator, ſi ſibi & univerſo gregi, cui eos Deus Cuſtodes & Epiſcopos conſtituit, non attendant. His præcipuè horrendum erit illud humanorum operum finale judicium omnibus in commune tremendum, in quo etſi unusquisque de proprii corporis actionibus diſtricto ſit ſubjiciendus examini, ut recipiat, prout geſſit, nobis tamen quibus papalis cura commiſſa eſt, non ſufficiet propria innocentia ſine cumulo juſtitiæ ſubditorum, quando negligentis Miniſtri pigritiam per conſequens auſterus injunctæ ſervitutis exactor, delicta plebis impinget reatui Prælatorum. Si enim qui de unico talento ſibi credito ſatis fœnoris non reportabit augmentum, tanquam inutilis ſervus & piger juſtæ damnationis periculum ſuſtinebit, quam durum putatis judicium fiet illi, qui commiſſum ſibi pluralem numerum viventium talentorum, non ſolum integrum neglexerit reddere creditori, verum etiam in illa diſtrictione probabitur damnum Domino ſuo in bonis, quæ ab ipſo multiplicanda ſuſceperat, intuliſſe. Propterea fratres & filii, qui faſces pontificalis Officii & Eccleſiaſtici Miniſterii ſubeundo, definiſtis pro animabus creditis apud extraneum manus veſtras veſtinate quæſumus liberari ab illo, qui ſupremus eſt actor & Judex nullum nobis de allegationis nitore præſidium relicturus; diſcurrite, nec ceſſetis, ne fiant animæ veſtræ pro illis, quos in cuſtodiam ſub tanto vadimonio ſuſcepiſtis. Excitet vos ſummi Paſtoris amor, qui nos paſcendis rationabilibus ovibus dedicavit, exterreat corda veſtra & corporis ſomnum depellat ab oculis metus pericoli, eis procul dubio, qui ſupra greges ſuos vigiles nos obſervat excubias imminentis. Sed ecce lætalis incuriæ ſopor paſtoralis vitæ vigilantiam, quam gementes dicimus oppreſſiſſe videtur in plurimis, prout teſtatur nimia de plerisque regionibus clamans Chriſtiani populi corruptela, quæ cum deberet ex ſacerdotalis Antidoti curari medellis, invaleſcit proh dolor! ex malorum contagio, quod procedit à Clero, ita ut alicubi verum ſit, quod ex prophetica querela teſtatur: *factus eſt*, inquiens, *ſicut populus ſic ſacerdos.* Malitiam namque dierum labentium, quæ cum tempore corrupit & mores dante quam plurimis ex impunitate audacia, ſemper in deteriora proclivem infrœnis licentiæ libertatem, nonnulli Clerici, præcipiti lubricæ voluptatis arbitrio laxas committentes habenas poſt carnis ſuæ concupiſcentias abierunt, & relegata pene penitus à converſatione vitæ ſuæ clericalis munditie, honeſtate, tenent etiam in conſpectu populi concubinas cum quibus impudicæ frontis irreverentiam induentes fœdas manus & fœtidas, quas ſordidis libidinoſæ coinquinationis ſedibus immiſcrunt, non erubeſcunt in ſuum periculum & ruinam populi ſacris Miniſteriis immiſcere, à quibus ob publici concubinatûs inſaniam, quæ nulla tergiverſatione ſceleris vel ſecundum ſcita Canonum, tam quoad ſe quam quoad alios ſunt ſuſpenſi, & ne quis talium miſſam audire præſumat, arctius in eorum contemptum Canonicæ auctoritatis conſtitutio interdicit. Per tales maximè nomen Domini blaſphematur in terris; per tales derogatur Sacramentis fidei orthodoxæ, cum vaſa Domini pollutis eorum manibus prophanantur: per tales ergo perdit religionem Catholica Devotio Reverentiæ Chriſtianæ: per tales decipitur populus in divinis & Eccleſiaſtica ſubſtantia diſſipatur. Hinc detrahitur verbo Dei dum immundis labiis talium nuntiatur: hinc hæretici muſſitant & inſultant, hinc tyranni ſæviunt, hinc perfidi perſequuntur, hinc graſſantur audacius in Chriſti Patrimonio ſacrilegi exactores, à quibus proh pudor! ob hujusmodi carnes putridas, quas diſciplinalis mucro non reſecat, ſicut decet ſincerum Catholicæ Matris corpus in oſtentum ducitur & contemptum. Profecto Patres, qui hujusmodi filios ſub diſſimulationis conniventia ſovent impunè, etiamſi cum Heli ſacerdote ſunt boni, forſitan in ſe ipſis, merito po conſimilis negligentiæ malo repentina patris interitus ruina dejiceret de ſella retorſum. Eccleſiæ quoque Principes, qui zelo Phynees ardenter non feruntur in tales, ſine cauſa videntur portare gladium poteſtatis, quem ad vindictam malorum laudem verò bonorum deſuper acceperunt. Nos igitur cupientes tantum malum de medio Eccleſiæ tantúmque ſcandalum ab oculis fidelium removere, Univerſitatem veſtram rogamus, monemus & hortamur, auctoritate nobis per Apoſtolica ſcripta in virtute injungentes, ac vos ſingulos ſub obteſtatione, tam judicii ſingularis quo quisque citatur ad Dominum de corpore mortis hujus, quam judicii generalis, in quo univerſi ſtabimus ante tribunal æterni judicis, obſecrantes, quatenus in vobiſmet ipſis curetis oſtendere, quam piè ad Dominum, quam ſanctè ad ſe ipſos, quam juſtè ad proximos oporteat cæteros in Dei Eccleſia converſari. Totius namque Familiæ ſtatus & ordo vacillat, ſi quod requiratur in membris, in eorum capite non habetur, & in ejus ore adverſus peccantes neceſſe eſt redargutionis objurgatio conticeſcat, quæ admittere cognoſcitur arguenda. Qua enim fronte fieri quis poterit morbi curator dum languore conſimili detinetur, ut ſectator virturum, dum ſectator oſtenditur vitiorum? ad inquirendos autem ac puniendos ſubditorum veſtrorum exceſſus, & maximè incontinentiæ fœditates in Clericis, præſertim concubinariis manifeſtis, qui odorem fœtere faciunt domus Dei, tanto ferventius aſſur-

* Jeremia XXIII.

aſſurgatis, quanto damnabilius præterire-tis eorum contagia incorrecta. Verum ut adverſus Concubinarios hujusmodi officii noſtri debitum tam auctoritate noſtra quam veſtra liberius exequi valeatis non prædeceſſorum noſtrorum attendentes veſtigia & plenius exprimentes ſuper hoc proceſſus veſtros per appellationis objectum volumus aliquatenus impediri. Si vero hujusmodi Concubinarii quorum culpas contigerit canonica diſtrictione feriri, ſuper appellatione aut abſolutione vel reſtitutione ſua litteras Apoſtolicas reportârint, illas niſi forſitan in eis appellationis aut excommunicationis ſeu amotionia ſuæ hujusmodi cauſam expreſſerint maniſeſtè, decernimus nullius eſſe momenti, ſed eis vel proceſſibus per eas babitis nequaquam obſtantibus, cenſura veſtræ animadverſionis in tales inviolabilem obtineat firmitatem. Preces autem, monita, mandata & præcepta noſtra ſuper his taliter impiere curetis, quod converſationia honeſtas in Clero & devntionis antiquæ ſinceritas ln populo per ſolicitudinis veſtræ diligentiam reformentur. Cúmque Princeps paſtorum advenerit, ab unoquoque noſtrum fructum injuncti negotii quæſiturus coram ipſo appareatis intrepidi & dignam ſibi poſſitis villicationis veſtræ reddere rationem. Voiumus autem atque præcipimus, ut tu frater Archiepiſcope Suffraganeis tuis & aliis Prælatis tuæ provinciæ has litteras ſine moræ diſpendio facias præſentari, ut ſuper præmiſſis præceptum noſtrum exacta diligentia exequatur. Datum Idus Febr. Pontificatûs noſtri anno V.

Ottakarus Rex Boëmiæ Dux Auſtriæ, dolens, quod aliquando coactus eſſet à Bela Rege Ungariæ relinquere ſibi Ducatum Styriæ congregato valido exercltu caſtra metatus eſt citra fluvium Mariha, ubi cum Stephanus junior Rex Ungariæ ex altera parte fluminis ſibl occurreret cum exercitu ſuo tranſitum ei fluminis impedivlt. Tandem poſt piures dies Otakar Rex Boëmiæ, pru commodo Equorum & bominum volens ad ſuperiores partes fluminis ſe transferre, Stephanus Rex putans ipſum velle fugere, inſecutus eſt eum & congreſſione facta apud villam, quæ Chreſſinprunne dicitur, victi ſunt Ungari, ubi Stephano Rege vulnerato de parte ſua plurimi ſunt occiſi, plures fugiendo in flumine ſunt ſubmerſi. Ex parte etiam Otokari Regis multi ferro & ſub armis caiore nimio perierûnt; factum eſt enim hoc bellum Feriâ II. in die S. Margarethæ V. æſtu maximo exiſtente. Eidem etiam Otokaro Regi Boëmiæ prius, videlicet in feſto Sanctorum Jnannis & Pauli triſtem obtulerat ſe fortuna. Nam cum X. vel plura millia hoſtium inſultum facerent in Auſtriam circa caſtrum quod Stentz * dictum, duo fratres ſanguine Nobiliſſimi, juvenes electi Otto videlicet Comes de Hardeckke & Chunradus Comes de Plain, ac eum ipſis Cbraſto de Sleuntz, Chadoldus dictus Orphanus quaſi cum quadringentis viris eis incautè occurrerunt, quibus ferè omnibus occiſis pauciſſimi evaſerunt. In morte quoque prædictorum Comitum ipſo die deperiit ſucceſſio nobiliſſimæ progeniei de Plain * quia ſine hæredibus deceſſerunt.

* ita & Freh. Caniſ. *Stentz.*

* Avent in marg *Plaien.*

Otokarus itaque Rex obtentâ tali victoria progreſſus cum exercitu ſuo in Ungariam abinde poſt paucos dies ſub quadam forma compoſitionis recedit, ducatu Stiriæ cum civitate Pittovia, quam adhuc Ungari tenebant ſibi plenariè reſtituto.

His etiam diebus ſurrexerunt quidam pœnitentes, qui flagellatores dicebantur, qui primo pauci numero à Peruſio civitate Thuſciæ proceſſum habuiſſe feruntur, quorum ſectam non ſolum tota Italia ſed & regiones plurimæ ſunt ſecutæ. Ita quod eam inprimis ſibi multi nobiles & mercatores, poſtea ruſticl & pueri aſſumpſerint. Erat enim modus ipſius pœnitentiæ ad patiendum durus, horribiiis & miſerabiiis ad videndum, nam ab umbiiico ſurſum corpora denudantes, quamdam veſtem partem corporis inferiorem usque ad talos tegentem, habebant; etiam ne quis eorum agnolceretur eapite & facie coopertis lncedebat. Procedebant etiam bini vel terni tanquam Clerici vexillo prævio vel cruce, flagellis ſemet ipſos bis in die per xxxiii. dies & deinde in memoriam temporis humanitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti ſuper terram apparentis tamdiu cruciantes quo usque ad quasdam cantilenas, quas de paſſione ac morte Domini dictaverant, duobus vei tribus præcinentibus circa Eccleſiam vei in Eccleſia compleverunt, nunc in terram corruentes ad cœium nuda brachia erigentes, non obſtante iuto, nive, frigore vel calore, miſerabiles itaque geſtus ipſorum & dira verba multos ad lachrymas & ad ſuſcipiendam eandem pœnitentiam provocabant. Sed quia origo ejusdem pœnitentiæ nec à Sede Romana nec ab aliqua perſona auctorabilis ſuiciebatur, à quibusdam Epiſcopis & Domino Heinrico Duce Bavariæ cepit haberi contemptui, unde tepeſcere in brevi cepit ſicut res immoderatè concepta.

Eodem anno Dominus Poppo Monachus Altahenſis eligitur ln Abbatem ſuperioris Altah, vir magnæ providentiæ & religionis per cujus induſtriam Ordo Monaſticus in Ratisponenſi Diœceſi cepit multipliciter reformari.

MCCLXI.

Domina Eliſabeth Duciſſa Bavariæ peperit filium in proxima nocte poſt feſtum S. Scholaſticæ Virginis, iiii. Id. Febr. quem Dominus Henricus Dux nominari fecie Ottonem.

Eodem anno Dominus Alexander Papa direxit litteras Regibus & Ducibus, Archiepiſcopis ac Epiſcopis ac univerſis Principibus Chriſtianis, hortando ipſos ut contra horridam rabiem Tartarorum conſiliis & armis ſe præmunire deberent. Nam iidem tartari devictis jam & deletis omnibus Regibus & regnis Sarracenorum in partibus transmarinis Antiochiæ & Akaron aliis Chriſtianorum Provinciis terrorem tam validum incuſſerunt, ut ad dictos Papam &

Reges ſupplices ac frequentes legationes dirigerent pro ſuccurſu. Unde cum ſuper hoc negotio conſilium in Octava Apoſtolorum Petri & Pauli habendum in Viterbio condixiſſet, ipſe Papa VIII. kal. Junii diem clauſit extremum, cui ſucceſſit Jacobus Patriarcha Jeroſolymitanus, qui dictus eſt Urbanus IIII.

Otacker Rex duxit Chunigundam filiam Regis Ruſciæ * Rotislai neptem Belæ Regis Ungariæ ex filia Domina Margareta, uxore ſine judicio Eccleſiæ repudiata, & una cum ipſa in ſequenti feſto Nativitatis Domini regali diademate coronatur à Wernhero Archiepiſcopo Moguntino.

* in marg. *Ruzia.* Caniſ. *Ruſſia.*

Frater Albertus Ratiſponenſis Epiſcopus fugiens tam magnam curam animarum Domino Urbano Papæ offert voluntariam ceſſionem, cui ſuccedit Dominus Leo ejusdem Eccleſiæ Canonicus.

Henricus Dux Bojorum, Patruus Regis Bohemiæ, Danubio, quartò in Ungariam ad Belam Socerum deſcendit apud . . . . Monaſterium facta pace inter Reges per Auſtriam redit. Wiennæ Paſca cum Rege Boëmiæ celebrat.

Ludovicus Dux Bojorum Jacobi prædia Marſchalci de Pappenhem vaſtat, caſtrum Weiſſenburg incendit.

Henricus Dux Bojus exuſſit Bavariam atque novum ſurum.

MCCLXII.

Domina Eliſabeth Duciſſa Bavariæ peperit filium in vigilia S. Mathiæ, qui dictus eſt Henricus.

MCCLXIIII. *

* *Freh.* ad an. ſeq. *Caniſ.* ad h. a. refert.

In Octava S. Agnetis ventus tam validus eſt exortus, ut non ſolum ædificia plurima ſubverteret, ſed etiam proſternendo multas arbores magnum damnum faceret in nemoribus & ſylvis.

Eodem anno in menſe Julio & Auguſto apparuit ſtella quædam, quæ à ſe miræ altitudinis & longitudinis radios emittebat. Hanc ſtellam dicebant eſſe cometam.

Eodem anno in autumno Dominus Premizl Rex Boëmiæ, qui & Ottakarus copulavit filiam ſororis ſuæ videlicet filiam Ottonis Marchionis de Brandeburch, Belæ juniori Regi Ungariæ.

Urbanus Papa moritur in menſe Octobris, & apud Peruſium ſepelitur.

MCCLXV.

Dominus Guido quondam miles uxoratus habens duas filias per uxorem poſtea factus Epiſcopus Podienſis ac poſtmodum Archiepiſcopus Narbonenſis & ſubſequenter Epiſcopus Cardinalis III. Non. Febr. eligitur in Romanum Pontificem, & dictus eſt Clemens Papa IIII. qui incrementa virtutum, qui in ipſo primitus floruerunt, provectus eſt ad tanti nominis dignitatem.

Otto Patavienſis Epiſcopus obiit IIII. Idus Aprilis vir piiſſimus, pater Cleri, qui non bellator ſed diligens pacem Eccleſiæ ſibi commiſſam honoribus & divitiis plurimum ampliavit, in cujus locum primo poſtulatus Dominus Ulodislaus, poſtea Salisburgenſis electus, Dominus Petrus à Domino Papa ſubſtituitur, & quam bene ac mirabiliter utrique Eccleſiæ videlicet Saltzburgenſi & Patavienſi à Sede Apoſtolica ſit proviſum in ſubſcriptarum patet ſerie litterarum.

Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Welodizlao electo Saltzburgenſi ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Romana Eccleſia cui divina Inſcrutabilis (k)
altitudo &c. (k) Datum Peruſii III. Idus Novembris. Pontif. anno I.

Cometam priori anno viſam multa incommoda ſubſequuntur; in diverſis namque regionibus inter Reges & Principes cædes hominum multæ fiunt, mortalitas quoque hominum & pecorum non mediocriter ſecuta eſt, ut patebit plenius in ſequentibus.

MCCLXVI.

III. Non. Martii facta eſt congreſſio in Apulia inter Karolum fratrem Regis Franciæ & Manfredum Regem Siciliæ, & Manfredus devictus occubuit.

Eodem anno bellum factum eſt in pago Wirzburg VI. Idus Aug. inter Hermannum Comitem de Hennenberg & Wirzburgenſes, ubi iidem cives victores cum ſuis fautoribus extiterunt.

Tunc etiam Otokarus Rex Boëmiæ inimicitias jam dudum contra Ludovicum & Henricum Duces Bavariæ conceptas totis viribus in arma convertit adſciſcens ſibi Salzburgenſem, Patavienſem, Ratiſponenſem civitates cum munitionibus earumdem. Ex quibus tunc facta ſunt in Bavaria multa mala, incendia, occiſiones hominum & rapinæ. Ipſe quoque in menſe Auguſto cum multis millibus armatorum verſus Cham Bavariam intravit, deſtruens Regenſtauf & Nitenau & alia caſtra, in quibus per incendia & ſacula ſagittarum magna periit multitudo, & morante ipſo per biduum Ratiſponæ per Egram revertitur in Boëmiam exercitu penuriam victualium patiente. Recedente autem ipſo Rege de Bavaria Dominus Henricus Dux miſſo exercitu ultra flumen Iltzam oppidum in Velden & alias munitiones cum tota provincia ibidem incendio vaſtavit, Neumarck exuſſit & Egram vaſtavit. In autumno quoque à Rege Bohemiæ caſtrum Ried expugnatum fuit. Subſequenter III. kal. Nov. Idem Henricus Dux Bavariæ per portam quamdam civitatis Patavienſis procuratione ſive traditione quorumdam per adulterinas claves obtentam, novum forum cum quibusdam domibus & etiam cellario

Cano-

(k) Altera ad Petrum electum Patavienſem. Data Peruſii VIII. kal. Decembr. eod. anno. Cum apud Caniſium Baſnagium & Freherum extent, Aventinus etiam ſatis habuerit ad oram excerpere, hic reſcribere ſuperſedemus.

Canonicorum ac magna parte civitatis exuſſit, aliquibus ibidem civibus interfectis, totámque civitatem cepiſſet, ſi ſui non fuiſſent propter invaſionem rapinæ & noctis tenebras hinc inde diſperſi; interfectis etiam aliquot miniſterialibus, inter alios Swikero de Forſt. Quæ omnia facta, quod Bathavienſis Epiſcopus auxiliator Bohemorum fuiſſet.

MCCLXVII.

Dominus Guido Cardinalis Apoſtolicæ Sedis Legatus VI. Idus Maji apud Viennam Concilium celebravit, cui interfuerunt: Joaones Pragenſis, Petrus Bathavienſis, Bruno Brixienſis, Chunradus Friſingenſis, Leo Ratiſponenſis, Amulricus Laventinenſis Epiſcopi & alii quamplurimi de ipſis Diœceſibus Prælati, Archidiaconi & Decani.

Tunc etiam in priori Dominica factus eſt terræmotus, ita ut in multis locis ruinam ædificia paterentur.

Otokarus Rex Boëmorum & Heinricus Dux Bavariæ rurſus per pacis oſculum ad concordiam redierunt.

Eliſabeth Duciſſa Bavariæ V. Idus Junii peperit filiam, quæ baptizatur à Leone Epiſcopo Ratiſponenſi, & vocata eſt Katharina. Subſequenter Dominus Uladizlaus apud Salzburg in Dominica Trinitatis in Archiepiſcopum coſecratur.

Idus Septembris natus eſt Ludwico Duci filius, qui vocatus eſt Ludwicus.

Eodem anno emptum & deſtructum caſtrum in Kirperch ab Hermanno Abbate.

MCCLXVIII.

Chunradus Rex invitatus diu à Lombardis & Apulis priori anno Italiam ingreſſus adhærentibus & faventibus ſibi plurimis civitatibus Romam ingreditur, ubi glorioſè tanquam Imperator cum magno tripudio ſuſcipitur, Domino Papa tunc apud Viterbium exiſtente. Poſt hæc verſus Apuliam progreditur cum exercitu ac habito conflictu cum Karolo Rege victus & captus eſt, ac apud Neapolim juſſu prædicti Karoli decollatur IIII. kal. Novembr. Feria II. cum ipſo etiam tunc decollatus eſt Fridericus Dux filius Hermanni quondam Marchionis de Paden Ducem Auſtriæ, de quo ſpes non modica fuerat, quod deberet aliquando paternos ducatus Auſtriæ videlicet & Stiriæ obtinere, deinceps Karolus memoratus tanquam duobus Regibus Manfredo ſcilicet filio Friderici Imperatoris & Chunrado fratruele ipſius Manfredi victis & occiſis, regno Siciliæ liberè potitur defenſionis Eccleſiæ de plurimis habens laudem. Subſequenter in eodem menſe Novembri in die S. Chriſogoni moritur Clemens Papa, qui quoniam in Papatu nunquam Romam intraverat, in loco ubi jam diu ſteterat, videlicet in Viterbio ſepelitur. Ex hinc Sedes Romana diu vacare cepit propter diſcordiam Cardinalium, qui permittente Domino ad malum totius Chriſtianiſmi in eligendo Paſtore Eccleſiæ Catholicæ non poterant concordare.

MCCLXVIIII.

In ipſo feſto Nativitatis Domini tanta facta eſt inundatio aquarum, quanta nunquam à tunc viventibus viſa fuit.

Gregorius Patriarcha Aquilegienſis obiit, in cujus locum eligitur Philippus quondam Salzburgenſis electus, frater Ulrici Ducis Carinthiæ, quo Ulrico poſt hæc in brevi ſine hæredibus defuncto memoratus Philippus ſibi eundem Ducatum tanquam verus heræs ipſius attrahere attentabat, ſed per Otakeri Regis Bohemiæ potentiam impeditur.

Henrico Duci Bavariæ naſcitur filius in die S. Dionyſii, qui vocatus eſt Ludwicus.

MCCLXX.

Uladizlaus Archiepiſcopus Salzburgenſis obiit, cui ſurrogatur Fridericus ejuſdem Eccleſiæ Præpoſitus, Bela etiam Rex Bohemiæ frater videlicet S. Eliſabeth & Pater Eliſabeth Duciſſæ Bavariæ ex hac vita deceſſit, relinquens Stephanum filium ſuum regni ſucceſſorem. Maria etiam Regina Ungariæ non poſt longum tempus obiit. Subſequenter etiam in feſto Aſſumptionis Beatæ Mariæ Eliſabeth virgo filia Domini Henrici Ducis Bavariæ jam XIII. annum ætatis ſuæ gerens in Monaſterio in Landshuet habitum religionis aſſumpſit. In ipſa etiam æſtate tanta ſiccitas fuit ubique, ut ſata omnia areſcerent, & ex hac fames maxima eſt ſecuta: attamen vinum in abundantia natum fuit.

Ludwicus Rex Franciæ cum Joanne filio ſuo tunc obiit in partibus transmarinis relinquens filium ſuum Philippum regni ſucceſſorem.

Stephanus Rex Ungariæ circa feſtum S. Thomæ miſſo exercitu in Auſtriam à parte meridiana Danubii illam Provinciam devaſtavit, occiſis & in captivitatem abductis plusquam XVII. millibus hominum.

Empta diruta turris in palude ab Hermanoo Abbate Altahenſi.

MCCLXXI.

Otaker Rex Bohemiæ congregato valido exercitu infra Octavam Paſchæ invaſit Ungariam & devictis munitiſſimis caſtris, videlicet Preſburg & Altenpurg & Tirna & caſtro S. Georgii ac aliis pluribus munitionibus captis ac devictis circa feſtum Pentecoſtes propter conſumptionem victualium reverti in Boëmiam exercitu relaxato. Stephanus autem Rex Ungariæ miſſis in Moraviam & in Auſtriam Ungaris & Comanis per incendia & rapinas & multas ſtrages hominum plurima mala geſſit. Tandem circa ſolſtitium æſtivale per Epiſcopos & religioſos viros Deum timentes ad inopinatam & ſubitam pacis concordiam redierunt.

Domina Eliſabeth Duciſſa Bavariæ peperit filium II. Idus Martii, qui baptizatus

 ab

ab Hermanno Abbate Altahenſi vocatus eſt Stephanus. Ipſa verò Duciſſa in ſubſequenti Autumno VIIII. kal. Nov. diem clauſit extremum, quæ cum eſſet fœmina virtuoſa & omni bonitate præclara morte ſua toti Provinciæ inconſolabilem luctum fecit.

Caſtrum nobiliſſimum & fortiſſimum dictum Starchenberg in tranſmarinis partibus
(l) Sarraceni occupant & expugnant, quod comparaverat Leupoldus (l) ſenior Dux Auſtriæ.

MCCLXXII.

Theobaldus Archidiaconus Leodienſis jam priori æſtate per formam compromiſſi in Summum Pontificem electus cum glorioſo apparatu in Quadrageſima intrat urbem & ibi in Eccleſia S. Petri conſecratus Gregorium IIII. ſe appellat.

Stephanus Rex Ungariæ circa kalendas Auguſti moritur relinquens duos filios ſucceſſores Ladislaus primogenitus ipſius ſtatim in regni folio collocatur. In ſequenti etiam Autumno tanta inundatio pluviis erupit, ut parvuli rivi in tam magna flumina ſubito excreſcerent, ut evulſis domibus multis in ſubmerſione pecorum, abductione fœni & annonæ homines circa valles reſidentes damna plurima paterentur.

Eodem anno poſt mortem prædicti Stephani Regis quidam Comes Henricus de
(m) Guerring (m), qui ab eodem Rege de Ungaria ejectus fuerat, & receptus à Rege Boëmiæ, filiam Domini Zmilonis de Luchtenburch duxerat in uxorem, dimiſſa eadem uxore in Ungariam eſt reverſus, & reconciliatus Domino Ladislao primogenito præfati Stephani Regis tunc in Regem ſolemniter coronato. Accidit autem ut cum
*Maſſoviæ. Duce Bela Duce de Matſave * avuoculo Regis prædicti & Conſobrino Rege Boëmiæ, Comes idem in verba contumelioſa prorumpens occaſione præſumptæ proditionis contra ſupradictum Dominum Ladizlaum, ipſum Ducem Belam in Inſula apud Budam miſerabili nece proſterneret, ita ut membra ipſius in fruſta conciſa Materteræ ſuæ videlicet duæ filiæ Domini Stephani Regis in Monaſterio ibidem conſtitutæ, colligerent ac cum planctu ac dolore maximo ſepelirent; ob quam cauſam Rex Boëmiæ maximo furore commotus initam olim cum regno Ungariæ concordiam & ad magnam utriusque partis inſtantiam auctoritate Sedis Apoſtolicæ confirmatam reſcindens, nec treugas nec pacem, ſolemnibus nuntiis Ungarorum poſtulantibus voluit indulgere, ſed in confiniis eos juſſit invadi, & ſtatuit cum grandi exercitu ipſum regnum ſe hoſtiliter aggreſſurum.

Dominus Henricus Monachus Altahenſis factus eſt Abbas Biburgenſis.

Eodem anno Bela Dux de Matshave affinis Regis Boëmiæ ab Henrico Comite de Gutzing occiditur.

MCCLXXIII.

Ungari & Cumani prævenientes motum prædicti Regis Boëmiæ poſt feſtum Purificationis, quasdam partes Auſtriæ, Styriæ & Moraviæ ſub magna ſtrage promiſcui ſexus hominum intraverunt.

Rex Boëmiæ ac Henricus Dux Bojorum plene concordati de caſtro in Schaerding.

Eodem anno Feria V. poſt miſericord. Domini cathedralis Eccleſia Ratisponenſis cum palatio Epiſcopali & optimis campanis, incendio totaliter conſumpta.

Abbas Altahenſis, qui deſtruxit caſtrum in Flinsperch Kirchberg & Moſe ceſſit in diebus Gregorii ſenio fatigatus viſúque, rexit XXX. annos. M. IIII. D. XVI.

(l) in Caniſ. malè irrepſit *Ludovici* nomen, quod & Baſnagiana retinuit.
(m) Caniſ. *Gruezzing*. Aventinus in marg. *Gueſſing*.

HEN-

HENRICI

PRÆPOSITI OETTINGANI

CHRONICON

BAVARIÆ

Ab anno Chriſti MCCLXXIII. ad annum MCCCXIII.

* * *

Ex Codd. MSS. ALTAHENSI *&* OSTERHOVENSI *à V. Cl.* JOANNE AVENTINO *deſcriptum ex ejusdem* Adverſariorum *Tomo X. eruit atque edidit*

ANDREAS FELIX OEFELIUS.

Monitum prævium Editoris.

HErmanni Altahenſis Annales in laudato Adverſariorum Aventini noſtri volumine proximè excipit Chronicon (uti ibidem inſcribitur) Henrici Præpoſiti Oettingani, deſideratum hactenus Opus & uno Aventini indicio cognitum. Ita enim ille in ſyllabo Auctorum Annalibus Boicis præmiſſo: HAINRICUS STAIN (alibi obſoleto illo oſcorum, quem ſæpè affectabat ſtilo, Stenum & Stonum, magis ſcilicet Ρωμαικως in ſchedis ſuis vocavit) *Utinenſis Præpoſitus*, *Jureconſultus*, *Heinrici XII. Reguli Bojorum Res geſtas temporibus ſuis commendavit.*

Chriſtophorus Gewoldus in Auctario ad P. III. Metropolis Salisburgenſis Wigulæi Hundii in Catalogo Præpoſitorum Collegiatæ Auguſtanæ *Quartum* Ordine *Præpoſitum* refert, *Henricum à Piburg utriusque Juris Doctorem & Hiſtoricum*; eúmque præfuiſſe memorat ab anno MCCXCVI. usque ad annum MCCXCIX. quo eodem anno *Wernhardus* quidam in Præpoſitura ſucceſſit, qui eam ad annum usque MCCCXXVI. tenuit (n). Unde deprompſerit hunc Præpoſitorum Catalogum Gewoldus, non memoravit, quem ut Hiſtoriæ Bavarorum ſtudioſiſſimum novimus, ita & Hiſtoriam Hiſtoriæ noſtræ paulò curatius excoluiſſe optandum. Unde unde autem deprompſerit, quæ poſt Aventinum adjecit, plurimum ſanè abeſt, ut ei cum Catalogo Irſingiano rectè conveniat. Extat ille in Jacobi Irſingii Soc. Jeſu de rebus Oettinganis & D. Virgine ibidem Thaumaturga Libris tribus, ſæpius recuſis & vernaculè etiam redditis; Is igitur Irſingus & Gewoldum, & qui eum ſecutus eſt Guilielmum Eiſengreinium & ipſum Præpoſitum ac Hiſtoriographum Oettinganum, inter alia erroris accuſat, quod Præpoſituræ Henrici annos ab anno MCCXCVI. ad XCIX. produxerint, cum *Liber ſcriptus Oettinganus* (o) Henrici Piburgenſis, Præpoſiti, multo ante, ad annos ſcilicet MCCLXXII. duóſque proximè ſequentes mentionem faciat, eíque Wernhardum in Præpoſitura anno Seculi illius LXXXII. ſucceſſiſſe atque dignitatem iſtam ad annum usque MCCXCIX. tenuiſſe memoret. Quæ omnia à calculo, quem Gewoldus & ſequaces duxêre, abeunt longiſſimè. Quidquid autem ſit de

(n) P. III. Metrop. pag. m. 53.
(o) quem ſæpius allegat, & *vidimus* inſcriptum refert.

annis Præpoſituræ Henrici, de cujus etiam obitu hactenus non conſtat: id
certum eſt eum ab anno MCCLXXII. quo Hermanniana defecerat, Chronicam
ſuam exoſum, & juxta Aventini quidem Apographum ad annum
usque MCCCXIII. deduxiſſe. Aventinus etiam cum in iis, quæ Chronicæ
(p) à nobis hîc editæ ad oram (p) allevit, tum etiam Annalium Bojorum Libro
VII. Cap. IX. p. m. 677. Eundem jam tum Præpoſitum Oettinganum
ab Henrico Bavariæ Duce Ludovici Severi fratre, Domino ſuo, cui ob jurium
ſcientiam à Conſiliis erat, Herbipolim ad Comitia à Rudolpho Cæſare,
ingratiis Henrici electo indicta *Legatum cum honeſto comitatu* miſſum tradidit.

Gewoldus Henricum è Familia Nobilium de Biburg (quos Comites vocat
Irſingus) ortum tradidit. Aventinus, uti obſervavimus, *Stonum* & *Steinum*
vocat, quæ etſi diverſarum familiarum nomina videantur, pulchrè tamen
re ipsâ conveniunt. Hipoltſteinium enim ad Piburgenſes dynaſtas pertinuit,
quod Ulricus & Bernardus de Piburg ex paterna hæreditate nacti,
ipſis nomen *Staimiorum* ad ſumendi occaſionem poſtea præbuit, quo nomine
plures inter Advocatos Monaſterii Piburgenſis ab ipſis fundati in *Traditioni-*
(q) *bus* occurrunt (q).

Cæterum Henrici de Biburg mentio in Chronica Steronis apud Freherum
ad annum MCCLXXI. hûc non pertinet: ſi quidem Monacho illi Altahenſi,
poſtea Abbati Biburgenſi, nihil cum noſtro commune eſt. Fuêre qui Henricum
Steronem eundem cum Henrico de Biburg, Henrico Caniſio præeunte
ſuſpicati ſunt. Sed nullum huic *Conjecturæ* locum eſſe, ſi quidem *ea*,
quemadmodum Cicero ſentit *ex cauſa*, *ex perſona ex facto ipſo capienda*, ex
ipſo mox Sterone conficiemus. Inter alia, quæ laudatus alibi Placidus Haidenus
noviſſimus Chronici Altahenſis conditor utiliter in lucem protulit, ſyllabi
illi ſunt Monachorum Altahenſium, quos ex *Libro Traditionum* Mona-
* pag. m. 98. ſterii produxit; * quorum prior (duo enim ſunt) anno *MCCLVI.* ſub Hermanno
Abbate conſcriptus nullum *Steronem* agnoſcit, *Henricos* plures, quorum
unus ex Presbyterorum Ordine *Henricus dictus Sapiens in Piburg.* Henricum
Monachum Altahenſem, electum Abbatem Biburgenſem ad annum
MCCLXXII. refert Codex Freherianus Steronis. Idem Stero in Elogio
quod Hermanno Abbati ſuo ſcripſit inter complures Monaſteriorum Abbates
è diſciplina Altahenſi ſub Hermanno poſtulatos noviſſimo loco Biburgenſem
memorat. Ergo jam tum Abbas Biburgenſis Henricus ille Sapiens, nempe
illo tempore, quo ſe Henricus Stero Hermanni Capellanum adhuc profitetur.
Aluit Hermannus duos præter hunc Henricos in familia ſua, quorum
& ſyllabus meminit: Hainricum Aichpergerum Presbyterum, & Heinricum
Diaconum. Horum alterutri cognomen Steronis fuiſſe oportet, aut ab anno
MCCLVI. quo confectus ſyllabus, tertium aliquem Henricum Steronem
(r) acceſſiſſe (r). Quidquod Henricus Biburgenſis Abbas, hujus nominis III.
eodem quo Hermannus anno obierit, ídque juxta Catalogum Abbatum Biburgenſium,
quem Aventinus anno MDXIIII. precibus Leonardi II. Abba-
(s) tis conſcripſit, Gewoldus poſtea ex Aventini Adverſariis edidit (s), ubi nudum
Henrici nomen & nihil jam de *Sapiente de Biburg* memoratur. Sed &
tempus electionis utrobique & in Catalogo & apud Steronem concordat.
Quibus omnibus ſuſpicio Henrici Caniſii ac ſi ſub Sterone Henricus de Biburg
lateret, funditus evertitur. Hæc idcirco prolixius quod circa Steronem jam
olim laboratum & erratum ſit plurimum, & Hiſtoriæ Litterariæ Bojorum,
ſatis etiamnum jejunæ, nonnihil acceſſionis ex curatiori ſimilium rerum diſquiſitione
accedat. Atqui hanc oportuit magis excolere quam inſipidorum
carminum myriadibus, projectæ adulationis crepitaculis, ſalutationibus Pſittacorum
& potentis inertiæ flabellis, tot inquinare chartas, ut eas jam mures
&

(p) ad ann. MCCLXXV.

(q) apud Hund. in Metrop. P. II. p. m. 138.

(r) In litteris permutationis inter Rudigerum Epiſcopum Bathav. & Hermannum Abbatem Altahenſem, occurrit Gotfridus dictus *Steore* miles. Quid ſi Henricus Diaconus ex ea familia? nihil affirmo, ſed digitum duntaxat intendo. Litteras eas Patavii MCCXLVIII. Non. Febr. datas è Cod MS. Bibliothecæ Cæſareæ protulit Cl. Vir Marcus Hanſizius in rebus Rudigeri pag. 387. Germaniæ Sacræ T. I.

(s) Tom. II. Metrop. pag. m. 147.

& tineæ nauſeent. Supereſt, ut de Chronica ipſa Henrici Oettingani Præpoſiti pauca adjiciamus, quorum ſumma hûc redit, ut tam iſtum quam Steronem & Eberhardum Altahenſem (quos ambos Freherus & Caniſius dederunt variè interpolatos) ſe invicem impudenter compilâſſe citra colorem confiteamur. Stili elegantia (ſi quæ eſt illorum temporum elegantia) multum poſt ſe relinquunt Henricum Præpoſitum Stero & Eberhardus, in iis plerumque quæ cum noſtro communiter dicunt, copioſiores; noſter reſtrictior ut Epitomatorem credas; longius tamen proceſſit utroque, nec Henrici duntaxat Patris, ſed & filiorum, Ottonis præcipuè res geſtas ſtilo complexus eſt, ſed & Henrici noſtri Codices (quorum tamen præter Apographum Aventinianum nullum videre mihi contigit) inter ſe variare; argumento ille eſt, quem in Catalogo Inſtrumentorum Hiſtoriæ Metropol. Laureacenſis concinnandæ ſibi uſurpatorum memorat Clariſſimus Vir & de Hiſtoria Bojorum Eccleſiaſtica inſigniter meritus Marcus Hanſizius; qui res Auſtriacas & Bavaricas ab anno MCCLXXVII. usque ad annum MCCXCIX. complecti ibidem dicitur.

Henrici Præpoſiti Oettingani Chronicon Bavariæ.

(t) MCCLXXVIII. (t)

MOrtuo Richardo Romanorum Rege Principes Imperii circa Octavam S. Michaelis ad eligendum alium Regem in Franckſurt convenerunt, & dum omnes, qui vocandi erant, intereſſent præter Heinricum Ducem Bavariæ, qui & ſolemnes miſerat nuntios & per ratihabitionem ſuum electioni eidem præbuit conſenſum. Electus eſt Rudolphus Comes de Habsburg in Romanum Regem, poſtea in Imperatorem conſecrandus. Qui Rex ſtatim exegit à Principibus Clericis ac Laicis fidei juramentum, quod cum recuſarent propter ſceptri abſentiam ipſe electus ſignum crucis accipiens talia dixiſſe fertur: Ecce ſignum, in quo nos & totus mundus eſt redemptus, & hoc ſigno utamur loco ſceptri & deoſculata cruce omnes Principes tam ſpirituales quam ſeculares ipſam crucem loco ſceptri oſculantes, recipientes feuda ſibi fidelitatis juramentum præſtiterunt; Ipſe etiam Rex adhuc exiſtens in Palatio Aquenſi, ad quod jam pridem inthronizatus à Principibus fuerat, duas filias ſuas, unam Domino Ludovico Comiti Palatino Rheni, alteram Duci Saxoniæ matrimonialiter copulavit.

Eodem anno Rex Boëmorum Otakerus & Heinricus Dux Bavariæ ad plenam concordiam redierunt, Rege Boëmiæ de caſtro in Schaerding & quibusdam juribus, quæ pertinebant ad Ducem, refutationem faciente. Ipſi etiam contra omnem hominem hujus mundi, juraverant mutuò ſe juvare.

Rudolphus vi expugnat caſtella, oppida villas pertinentes ad regnum Romanorum à Rheno ad Hercyniam. Inde Ratisbonam venit, à Leone Epiſcopo, Clero, civibus & reliquo populo magnificè excipitur. Aventinus in marg. ad h. an.

MCCLXXIIII.

Ad curiam novi Regis in Franchenfurt Principes evocantur.

Concilium Lugduni à Gregorio Papa X. Interfuerunt plus quam DCC. Epiſcopi & Abbates & Præpoſiti cæteri innumerabiles. Affuerunt & Græcorum Legati, qui de Spiritu ſancto conſenſerunt cum Romana Eccleſia, ipſum Spiritum æternâ & unicâ ſpiratione procedere ex Patre & Filio æternaliter, non tanquam ex duobus principiis ſed ex uno. Sed cito Græci ab ea ſententia receſſerunt. Nam Martinus Papa Michaelem Palæologum damnavit ob hanc ſententiam urbe vetanâ, in platea majoris Eccleſiæ in feſto Dedicationis Apoſtolorum Ponrificatûs anno primo. Papa Gregorius in eodem Concilio de Impignorationibus ubi innocens pro nocente gravatur præcipuè in Germania, parum tamen profecit. Repreſſalia nominantur (u). Juſſa ſunt in eodem Concilio omnia Templa & Monaſteria (u)
Decimas omnium Proventuum dare ad expeditionem Palæſtinam. Xenodochia & Orphanotrophia excepta ſunt. Decimæ quidem diligenter exactæ, ſed tamen non profuerunt Terræ ſanctæ (x). Poſt Concilium (x)
Papa venit Loſannam, Rudolfum electum in Romanorum Regem confirmavit, ſibi nomen & dignitatem regiam adſcribendo & promiſit ipſum in Imperatorem poſtea conſecrare.

Curia

(t) Eadem ad verbum habet Eberhardus Altahenſis, & Stero ad h. a.
(u) hæc omnia explicatius Eberhardus Altahenſis ad h. a.
(x) Eadem habet ſed prolixius Eberhardus. Ego tamen Henrici Præpoſiti verba retuli, ut conſtaret binorum auctorum fide niti, quæ hactenus apud unum lecta ſunt.

Curia apud Nurnberch Martini. Sed Bohemus & Bojus Henricus noluerunt venire. Indicitur alia curia Herbipoli. Aventinus in marg. ad h. a.

MCCLXXV.

Henricus Dux & frater ſuus Ludovicus diſcordantur, devaſtatur terra Bojorum rapina militum.

Herbipoli Rudolphus cum Principibus. Nec Bohemus nec Bojus adſunt. Auguſtam alius conventus indicitur circa ſolſtitium. De Electoribus ſolum Dux Ludovicus adfuit. Miſſi Legati à Bohemo Wernhardus Seccovienſis Epiſcopus, à Bojo Henricus Præpo-
(y) *ſitus Oettingenſis* (y) *honeſto comitatu propoſitis utrinque de Electione Quæſtionibus utrique legati, licet non diſcordes, tamen non una exierunt Aulam.* Aventinus in mag. ad h. a.

MCCLXXVI.

Rudolphus Auſtriam intrat circa feſtum Michaelis, cum Epiſcopis Moguntino, Colonienſi, Herbipolenſi, Ratisponenſi, Patavienſi, Ludovico & Henrico Ducibus Bojorum. Aventinus in marg. ad h. a.

MCCLXXVII.

Cum prædicto Domino Regi Romanorum omnes Comites & Barones ac communitates civitatum & civium, de Rheno, Franconia, Suevia ac Bavaria ſe ſpontè ſubderent ei fidelitatis jurando homagia, caſtráque & civitates & terras, quas tempore vacantis Imperii, ſcilicet à temporibus Friderici Imperatoris occupatas tenuerant, ſibi voluntariè reſignarent, Dominus Otakarus Quintus Boëmiæ Rex, qui Auſtriam, Styriam, Carinthiam, Carniolam ac Portum Naonis tempore vacantis Imperii reſignare noluit, dicens, quod easdem terras bona fide & juſto titulo poſſideret, ac ex mandato Paparum contra vim Ungarorum & Cumanorum & Tartarorum, XXIIII. annos gravi ſumptu & labore & impenſa & ſanguine defendit. Rudolphus verò nihilominus flocci faciens hanc allegationem, magnum exercitum in Auſtriam duxit, cui interfuêre Epiſcopi Moguntinus, Colonienſis, Herbipolenſis, Ratisponenſis, Patavienſis, Ludovicus Comes Palatinus Rheni, Henricus Dux Bavariæ, multi nobiles Rheni Franconi & Suevi. Auſtria continuo ſe dedit, præter Viennam, quam obſedit. Pax deinde inter Reges fit. Rudolfus quidquid in Meridionali ripa Danubii ſitum eſt, poſſedit; Bojemus in Aquilonari. Tandem poſt tres annos rupta pace, Boemus collecto exercitu de terris ſuis, Boëmia, Moravia & aliis, ſcilicet Polonia, Pomerania, Saxonia & Miſna fortem exercitum congregans, caſtra metatus eſt ſupra flumen March, in campo, qui dicitur Marchevelt propè Ciſterſtorff, & cum Rex Boëmiæ cum Rege Romanorum de Manè congredi cogitaret, ecce multi nobiles de parte adverſa ipſum Regem Boëmiæ præmuniverunt litteris & nuntiis, dicentes: quod in ipſa congreſſione Nobiles ſui eſſent eum proditionaliter in manus hoſtium tradituri; quod cognoſcens Rex Boëmiæ Nobiles ſuos ad ſe in ſuum convocavit tentorium & ſe eis inermem oſtendit, dicens: Ecce inermis in conſpectu veſtro ſto, licet de fide veſtra non dubitem. Tamen ſi quispiam contra me conſpiravit, melius eſſet me jam ſolum occidi quam cras in bello multa millia hominum proditione mori. Sed Nobiles jurejurando adfirmârunt ſe fideles fore, fortitérque pugnaturos. Idem Boëmus pollicitis induxit quemdam militem ſtrenuum, ut vel Regem Romanorum vel equum ejus confoderet in prælio, qui pollicitis inductus impigrè per fortiſſimum cuneum ipſum Rudolphum ictu ſtravit vehementi, equum occidit. Nobiles, qui ſtipaverant latus Regis eum capiunt, Regem alio equo collocant. Rudolphus ut clementiſſimus fuit, militem liberum abire juſſit incolumem, reipublicæ damnum dictitans ſi adeo fortis periret & fidus.

Habuit ſecum Rudolfus Reges Ungarorum, Comanorum, in conflictu igitur occiditur Ottakarus, inter cadavera nudus inventus. Ipſe deſertus à ſuis fuit, cum Nobilitatem Boëmiæ, Auſtriæ, Moraviæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ latrociniis ante conſuetis juſtè compeſcuiſſet absque omni perſonarum exceptione Nobilis eum odio habuit. Ideo autem deſeruêre, ita cum paucis, hoſtibus objectus, non tamen inultus cecidit anno Chriſti MCCLXXVIII. VII. kal. Sept. Qui eum invasêre omnes cecidêre. Poſt ejus mortem Boëmia, Moravia, variè vaſtatæ. Filius enim Regis puer erat. Per Marchiones Brandenburgii tutores ſuos regebatur. Ipſa terra per incolas ac Henricum Bratislaviæ Ducem depopulabatur; vidua quoque Regis duxit nobilem quoque nomine Zebiſchum de cognatione Bitigonum, qui Ottokari extremus fuerat hoſtis, ſed tandem ducta filia Rudolphi eundem Zebiſchum, qui theſauros parentis per Reginam obtinuerat, mortuâ Reginâ, cœpit & occidit. (z) (z)

Leo Ratisponenſis Epiſcopus obiit, ſuccedit Henricus Comes de Roteneck Synmyſta.

Rudolphus anno regni V. poſtulante Nicolao Papa III. ratificat omnes principatus, comitatus, terras Sedi Apoſtolicæ à deceſſoribus donatas ſub ſigillo ſuo & Electorum de Alamania. Avent. in marg. ad h. a.

Rex Rudolfus Viennæ cum Otokaro Rege reconciliatur, arbitro Epiſcopo Olomucenſi Brunone. Avent. in marg. ad h. a.

MCCLXXVIII.

Otokarus iterum rebellat Regi Romanorum, fidem frangens.

Henri-

(y) Auctor Chronici hujus. Meminit Aventinus Lib. VII. C. IX. pag. m. 677. & Hiſtoriographum vocat.

(z) hæc omnia fuſius Eberhardus.

(a) *Henricus per filium* (a) *generum Regis gratiam conſequitur. Frater amiſſa terra contra Bojemos auxilium pollicetur.* Avent. in marg.

MCCLXXIX.

Rex Rudolphus toto anno Viennæ moratur. Avent. in marg.

MCCLXXX.

Petrus Patavienſis Epiſcopus obiit, ſuccedit Wichardus Præpoſitus templi ejusdem. Ille pontem trans Danubium primus fecit. Albertus de Hals fit Comes à Rupolpho (b) ob virtutem. (b)

Poſt diuturnam rebellionem Marchionis de Brandenburg Rex Rudolphus in Boëmiam arma movet, & inter Marchionem imparem viribus arbitrio Ludovici Ducis Bojorum, aliisque nobilibus fit pax.

MCCLXXXI.

Anna uxor Rudolphi obit. Rudolphus exivit terram Auſtriæ, eam committit Alberto filio ſuo primogenito, poſtea tamen eam Alberto & Rudolpho filiis, Auguſtæ in Feodo contulit coram Principibus. Nicolaus Papa obiit, Martinus ſuccedit.

Chunradus Comes ultimus de Mosburg obiit. Henricus Dux occupat comitatum.

Fridericus Archiepiſcopus Saltzburgenſis Concilium celebrat.

Diſſenſio inter Monachos & Volchmarum Abbatem (c). (c) Illi contra hunć Romam miſere. Fratribus machinantibus quibusdam, apothecæ effractæ vi, res ablatæ, gazæ à fratribus his venditæ. Ita frater Monachi cujusdã & duo fratrueles alterius Monachi in Paſſagio Werd propé Monaſteriũ duabus ſagittis in flumine Danubii occiduntAbbatẽ, equos abducunt. Paulò poſt quatuor capti in Straubing, duo execti rotis infixi, duo crucibus affixi, quintus & ſextus gladiis occiſi, poſtea cadaver à Werd ad Tondorff ſupernatans defertur cœnobium. Obiit anno MCCLXXXII. VII. Id. Maji. (d) (d) Poppo ſuccedit, ejecti Monachi conſcii ſceleris. Werebarius huic ſuccedit.

MCCLXXXII.

Petrus Rex Arragoniæ, pulſo Carolo regnum Siciliæ potenter occupat. Martinus Papa eundem excommunicat. Refert ipſe in Diplomate ita (e) *Martinus IIII.* (e)

Innocentius Papa IIII. Fridericum Imperio, regno Siciliæ, Ducatu Apuliæ ob ſcelera privavit in Concilio Lugduni, licet fruſtra. Poſt obitum hujus Chunradus patris ſcelerum imitator, occupat eas regiones, eo fato functo, Manfredus Princeps Tarentinus, ſpurius Friderici occupare quoque niſus. Chunradinus quoque Chunradi F. puer malus, ſuorum imitator ſcelerum Progenitorum, capitur. Juſto Dei Judicio tota Friderici Progenies extincta quod contra Eccleſiæ Caput inſurrexerit.

Idem Chunradinus imperium ambire, Regem Siciliæ ſe ſcripſit, cum Eccleſiæ inimicis Lombardis, Tuſcis Marchianis & Apulis præcipuè de regno profugis in urbe Lombardiæ Tuſcia per alia loca diverſa mittendo litteras ſub regio nomine, ut alliceret ad ſe populum turbarétque pacem Eccleſiæ in præjudicium Caroli Regis Siciliæ chariſſimi Filii. Clemens Papa voluit contra eum procedere. Chunradino ſublato pax rediit, ſed quibusdam malis machinantibus rurſus in eo regno diſcordiæ: Panormus urbs expugnata. Sævitum in viros, mulieres, infantes, uteri conciſi prægnantium (de Gallis credo dicit (f) *) ait regnum Eccleſiæ Romanæ eſſe, eámque contuliſſe Carolo, ideoque omnes excomunicat, qui eum moleſtant.* (f) *Panormus cæteraque caſtra & villæ receperunt Hiſpanum: præcipit, ut redeant ad Carolum. Apud urbem veterem in platea majoris Eccleſiæ, Aſcenſionis Pontificatus anno ſecundo. Papæ tamen minas Arrago contemnit: Papa Philippum Regem Franciæ excitat, qui hoſtili animo Arragoniam intrat, ſed inopia annonæ, multitudine miſeriarum, multis hominibus equisque amiſſis, ibi obiit. Refertur Pariſiorum urbem anno MCCLXXV. Cor Pariſiis ſepultum apud Prædicatores, truncus apud S. Dionyſium. Murmurabant Clerici & Laici. Ulricus de Einning fit Præpoſitus Oſterhofenſis.* Aventinus hæc ſuis verbis, bullas & Eberhardum excerpens, reddidit.

MCCLXXXIII.

Rudolphus urbem Petersburg (g), *Burgundiæ obſidet, ac in deditionem accepit.* (g)

Dux Auſtriæ Albertus occaſione pacis quam fecerat cum Friderico Archiepiſcopo Juvavienſi & Ludovico Duce Palatino, Henrico bellum indicit, Fridericus ei ſe conjungit, Epiſcopi Ratisponenſis & Pataviensis pacem fecerunt. Fridericus & Henricus pacificantur. (h) (h)

Rudolfus Rex Archiepiſcopum Colonienſem in gratiam recipit, reddit Cæſari poſſeſſiones, is repetebat nomine Imperii. Omiſit vectigalia, quæ in terris imperii de novo inſtituerat. Aventinus in marg. ad h. a.

(a) Ottonem Catharinæ Habsburgicæ maritum.
(b) hæc Eberh. apud Caniſ. ad annum præcedentem.
(c) recitat ſed paulò aliter Stero ad h. a. & ſequentem. Eberhardus omnino diſſimulat, etſi & ipſe Altahenſis fuerit. Volchmarus iſte, Hermanno, poſt Albinum ſucceſſerat.
(d) Haidenus in Chron. Altah. inf. rem ex Sterone & monumentis Domeſticis fuſius refert. p. m. 99.
(e) non deſcripſit Aventinus. Refert tamen Eberhardus ad h. a. apud Caniſium.
(f) hæc arguunt Aventinum Paraphraſten hic egiſſe; quod familiare illi quoties Diplomata prolixiora ſe offerebant.
(g) *Pellicardi montem.* vid. Aventin. Annal. L. VII. C. XX. & Anonymum Leobienſem L. II. ad h. a. apud H. Pezium Tomo I. Rer. Auſtriac.
(h) Vid. etiam eund. Aventin. Annal. Boic. L. VII. C. VIII. & Adelzreiterum P. I. L. XXV. ad h. a. Cl. Hanſizium Hiſt. Saliſb. p. m. 392. §. XXX.

MCCLXXXIIII.

Fridericus Arhiepiſcopus Sallsburgenſis obiit. Succedit Rudolfus Vicecancellarius Rudolphi, qui celebrato Coucilio fortiter incitatus contra Adverſarios Epiſcopii, ob timorem tamen hominum maximo totius Patriæ ſcandalo In conſpectu Ducum Anſtriæ revocavit. Idem tranſtulit S. Virgilium.

MCCLXXXV.

Gotfridus Patavienſis Epiſcopus, de Weſtphalia obiit. Succedit Wernhardus de Prampach, ſynmyſta manſuetus, tranſtulit SS. Valentinum & Maximilianum.

MCCLXXXVI.

Tartari Rege Ladislao Ungariæ filio Stephani tanta multitudine Ungariam intrant, undecim milliaria dicebantur occupare. Hinc grandine & pluvia iuterclufi interfecti ſunt.

Civitas Muldorf reſtituitur Epiſcopo Juvavenſi, capta priore anno à Henrico Duce. Avent. in marg. ad h. a.

MCCLXXXVII.

Rudolphus Cæſar Herbipoli conventum Principum habuit.

Joannes Cardinalis Thuſculanus Epiſcopus, Apoſtolicæ Sedis Legatus ibi multum Clerum gravare volebat. Ab Epiſcopis ad Sedem Apoſtolicam appellatum eſt. Ideo fruſtra convocavit, quoniam brevi Romam rediit. Audiêrat obiiſſe Honorium Papam, qui antea Jacobus de Sabellò. Succedit Hieronymus Minor, vocatúrque Nicolaus. Nil contulit mendieantibus gratiæ. Quæſtionem inter eos & Parochos indiſcuſſam reliquit. Eo mortuo vacavit ſedes plus quam tribus annis ob diſcordiam Cardinalium. Tandem eligitur Benedictus, Cœleſtinúsque vocatur. XL. annis in cella latuerat, nullum equum aſcendit, ſed more Domini aſellum. Simplex tamen & imperitus rerum judicandatum, cedere cogitavit. Quibusdam ſentientibus Papam non poſſe cedere, ipſe conſtitutionem edidit poſſe Papam cedere. Electus poſt ipſum Benedictus Cardinalis, qui Bonifacius Cœleſtinum recluſit, ne ſciſma fieret, Acta ejus reſcidit.

Aventinus in marg. ad verba, ubi de Concilio Herbipolenſi agitur: *Adſunt Archiepiſcopi Moguntinus, Salzburgenſis, Magdaburgenſis, Epiſcopi LXX. & alii plurimi cum maximo Clero. Appellatur ſecundâ Seſſione ab Epiſcopo Tullenſi . . . . cui appellationi conſenſit totus Clerus.* . . Accedunt pauca, quæ tamen ocuiorum meorum aciem effugerunt. Eſt autem manus Aventini, præcipuè properantis, deſperatæ ferè Lectionis.

Diſcordia inter Duces Bojorum ob victoriam Paulſtorfer adverſus Satelpoger, & tranſactionis Exemplar Rex Romanorum concordat. Avent. in marg. ad h. a.

MCCLXXXVIII.

Dux Brabantiæ auxilio civium Coloniæ vicit Archiepiſcopum Colonieoſem & Comitem Gelhriæ. Ipſi capti & multi ſervi ſunt amiſſi.

Rudolphus in Burgundiæ Comitem arma movet: Comes auxiliares copias ex Picardia, Francia, Flandria habuit; auſus tamen nou congredi Dux Burgundiæ pacem fecit.

Diſcordia inter Archiepiſcopos, Epiſcopos, Prælatos, totum Clerum regni Franciæ & Prædicatores & Minores ex Privilegio dato à Martino, in quo poteſtas audiendi confeſſiones & prædicandi data, ita tamen quod hi, qui fratribus confitebantur, ſuis Parochialibus Presbyteris confiteautur ſaltem ſemel in anno ut generale Concilium ſtatuit.

Judæi Pacharat Diocefis Herbipolenſis Wernherum occultè occidunt, torculari exprimunt ſanguinem, eodem loco miraculis clarere cœpit.

Præterito anno Monachii puerum occiderunt, à populo cremati in una domo.

MCCLXXXIX.

Rudolphus ſecundo Burgundiæ Comitem ſubdit.

MCCXC.

Henricus Dux Bojus obiit pridie Non. Febr. muito dolore ſcelerum in quibus timuit Sacerdotes læſiſſe alióſque, decrevit cum conſenſu filiorum ſuorum & præſentia, Heinricum Ratisponenſem Epiſcopum & fratrem Wernherum Lectorem Minorum Ratisponæ indempnitati conſulere læſorum. Præterea vetuit diviſionem & decrevit, qnod per quatuor continuos annos Ludovicus & Stephanus fratres permitterent Ottonem gubernare Provinciam & adminiſtrare. Confirmatur juramentis Fratrum & Nobilitatis.

Rudolphus Salzburgenſis Epiſcopus obiit III. Non. Aug. Stephanus Dux Bojorum poſtulatur concorditer, Papa ob ætatis defectum renuit. Dedit Ipſe Chunradum Laventinum Epiſcopum, qui una cum aliis incertus in ea poſtulatione fuerat, ipſum confirmat, pallium adſignat.

MCCXCI.

Ladizlaus Rex Hungariæ ſine hæredibus moritur.

Eodem anno XVIII. kal. Aug. obiit Rudolphus Spiræ ſepultus (i). regnavit annis (1) XVII. Intra ſex menſes eligitur Adolfus Comes de Naſſawe vir fortiſſimus, qui anno MCCXCIIII. Turingiam, Miſniam, rebelles duobus ibl manens annis expugnavit. Nepotes Friderici II. qui cas occupârant, ejecit. Dum enim Freiburg urbem cepit, caſtrum in urbe clam ſuffodit, erant in eo fortiſſimi plerique adverſarii Regis, ita muri corruerunt. Rex gnarus ruinæ circumdedit caſtrum ne evadendi copia eſſet. Ita omnes iu caſtro capti, LX. magni uominis antea-

(i) Avent. add. h. l. Eadem Eccleſiæ interdicta pro Rege ob pulſum Epiſcopum.

anteáque proſcriptos continuo ſecuri percuſſit, aliis dilatâ vita ad tempus precibus nobilium. Incolæ hac re territi deſertis caſtris ſuga ſibi conſuluerunt. Marchio, cui civitas & caſtrum Miſnæ adhuc parebat, cum paucis caſtellis Cæſari ſe permiſit, ut illos liberaret, quos Cæſar captivos vinculis tenebat. Quod & factum eſt. Ita pax reddita terræ, Marchio inter alia mala Epiſcopum, Sacerdores ejecerat Miſua urbe, ex templo fœnile equis ſecerat.

MCCXCII.

Albertus Dux Auſtriæ & Chunradus Archiepiſcopus Salzburgenſis beliant, utrinque gravia damna accepra. Chunradus accito Ortone Duce Bojorum Carynthiam ingreditur. Spes facta ab incolis ejus potiundæ, ſed nives obſtitêre compuleréque redire. Demum Epiſcopus cepit filium Ducis Carinthiæ. Ita eo ſacilius pax impetrata, maximè opera Hentici Ratisponenſis Epiſcopi, & Ludovici Ducis Bojorum, durat tamen vix tres annos. Auſtriæ Dux obſidet Raſtad duos menſes ſerè, ob commeatûs penuriam, qui per anguſta montium non facile advehebatur, diſcedit; jam enim & Otto Dux Bojus usque Salzburg venerat, auxilium iaturus obſeſſis.

Eodem anno inventionis ſanctæ Crucis per Principes Imperii eligitur Adolphus, vir pius, amator Cleri, religioſus, omnes Principes conſensêre præter Albertum Auſtriacum. Feſto Pentecoſtes coronatur Aquisgrani à Moguntino confirmante Nicolao. Aventinus in marg. ad h. a. ex alio haud dubiè Chronico.

MCCXCIII.

Diſcordia inter Regem Franciæ & Eduardum Regem Angliæ orta Cæſar plus ſavens Anglis repetivit à Franco regnum Arelatenſe, quasdam alias terras & Provincias, quas dicebat eſſe imperii, inſuper & ſpineam coronam, quæ niſi redderet, ſe armis reeuperaturum. Ob hoc multi nobiles, & Comites Flandriæ & de Bar & alii, ſe Franco opponunt, qui ei antea adhæſerant. Francus eduxit contra eos anno MCCXCVII. copias in quibus ſerè aut plus quam XXX. millia Judæorum, præter Chriſtianos exponere cogitavit.

Nicolaus Papa obiit, vacat ſedes annis III.

Eodem anno Albertus Auſtriacus fecit diſcordiam inter Principes conſilio avunculi Alberti de Haigerloch Comitis, dolens ſe non electum: colloquia habuit cum Rege Bohemiæ & Ducibus Carinthiæ, cum Archiepiſcopo Moguntino, per internuntios conſpiratum. Tum ſpe facta cum exercitu ad Rhenum tranſit per Styriam & Carinthiam, ubi Clericos & ſeculares mutuo recipiendo ab eis pecunias falſis promiſſionibus corrumpit. Veniens ad Rhenum in oppidum Schaffhauſen à Moguntino & ſuis complicibus in Regem conſtituitur. Auctor hujus mali Archiepiſcopus Moguntinus. Tandem prælia dum Adolphus præceps exercitu relicto . . . cum paucis hoſtem perſequitur congreſſione laſſo equo vulneratur. Virginum Monaſterio Roſenthal ſepelitur. . . Anno regni ſexto. Albertus ſepulturam Spiræ probibebat. Aventinus in marg. ad h. a.

MCCXCIIII.

Ludovicus Palatinus Comes obiit in Haidelberch, eo cubiculo ubi natus, reliquit duos filios Rudolphum, qui duxit filiam Cæſaris, & Ludovicum.

MCCXCV.

Cives Ratisponenſes ante murâlia opus decorum & fortè munimentum ædificare cœperunt, à Clero quoque gravius æquo ſuperbiúsque exigebant opem. Cæſar inter Paſcalia & quinquagenalia Rarispouam venit. Henricus Epiſcopus Ratisponenſis exactionem gravem ad Cæſarem defert, Cæſar per ſe & Conſiliarios cives adhortatur & monet, ut nihil ob hoc opus à Clero exigerent, ſed conceſsâ à Cæſaribus libertate permitterent uti. Renovavit Privilegium Friderici Romanorum Imperatoris. In uſibus Feudorum eſt idem Privilegium. Juſſit Cæſar legi civibus per Henricum Brixinenſem Epiſcopum. Ita cives abſtinuêre Propoſito.

MCCXCVI.

VII. kal. Aug. Henticus Ratisponenſis Epiſcopus de Roreneck obiit, eum in ſeſto Jacobi, quem peculiarirer venerabatur, cum multa pietate ſacrificârat, & cum populo & Clero in Menſa diſcubuiſſet, veſperi morbo correptus, ſubito alrera die expirat. Parentalia vivus XIIII. annis ante mortem inſtituit & celebravit. Urnam cum veſtibus funereis quotidie habuit locatam ad cubile ſuum, ad memoriam mortis. Muſicam primus ordinavit Epiſcopi, pacis maximus ubique inſtauraror, viſitavit cœnobia, ornamenta rempli auxit. Rexit XIX. Vincula Petri eligitur Chunradus de Luppurch, Manſuctus, Pius, Moſi æquabatur, in diſcordia quam Albertus Bojemus ſuſcitavit contra ſummum Principem Reipublicæ.

Ludovicus filius Heurici obiit Dux Bojorum. Aventinus in marg. ad h. a.

MCCXCVII.

Cæſar meditans expeditionem in Francorum Regem, præpeditur inteſtina diſcordia. Nam Archiepiſcopus Moguntinus, Rex Boëmiæ, Albertus Dux Auſtriæ, Principes duo de Brandenburgo, Dux Saxoniæ, die Peotecoſtes congregati, quo Rex Bohemiæ per Epiſcopum Moguntinum coronatur Pragæ, condixêre diem Egram, ut conſpirarent contra Adolphum, quod ubi reſcivit Adolphus, impedivit id. Sed in oppido Bojemiæ Cado nomine convenêre Bojemus & Auſtriacus ſine Moguntino, qui obſeſſus ab Adolphi milite in quodam caſtro.

Rex Franciæ maximo exetcitu Flandriam intrat. Comes Flandriæ duxerat filiam Angli, obſedit civitates Pruck, Eiper, Gandavum.

Rembotò Eyſtetenſis Epiſcopus obit, ſuccedit Chunradus de Peſſenhuiſen, Ratisbonenſis

nenſis Canonicus & Archidiaconus, vir prudentiæ ſingularis.

Ratisbona ab Ottone & Stephano Ducibus Bojorum impugnatur, prohibetur Annona induci. Cives tamen vicum Abach exurunt. Ope Chunradi Epiſcopi fit pax. Navale bellum inter Venetos & Januenſes, victi Veneti, XXXM. eorum merſi occiſi, capti à Januenſibus.

Chunradus de Haldenberg Leonardum de Rorbach fraude occidit. Avent. in marg. ad h. a.

MCCXCVIII.

Circa mediam Quadrageſimam Albertus Auſtriacus permittenre Ottone tranſivit per Bojos, cum Auſtriacis, Ungaris, Bojemis, auxilio Epiſoporum, Conſtantienſis, Argentinenſis, Moguntini & nobilium aliorum. Apud Rhenum majorem colligit exercitum, contra Adolfum Cæſarem. Auxilio venerunr Cæſari Rudolphus Comes Palatinus Rheni, Otto Dux Bojorum, urbes Spira, Wormatia aliæque. Apud Haſenpuhel per ambages conveniunt. Impatiens moræ Cæſar in die Proceſſi & Martiriani imparatus occurrit. In prima acie Duces Bujurum fortiter dimicant novo bellandi genere gladiis acutis eorum equi omoes occiſi. Principes cum nobilitate ſua equis amiſſis ſuper cadavera hominum equorúmque ſtando viriliter pugnanr diutius, nec enim eques ob cadavera equorum eos accedere poterat, nam & ipſi ſimili ſtrage equos amittebant. Cæſar igitur ipſis ſuccurrere volens laborantibus, & præcedendo aciem ſuam & ordinando, ut erat peritiſſimus belli, eqoo fortè cadenre ab eodem concuſſione concuſſus eſt, adeo ut cum à ſuis reſtitueretur, minimè ſui compos eſſet & ſic amens ad bellum veniens, & quia galeam propter debilitatem ferre non valuit, hoſtibus incautè expoſitus, occiſus eſt; prædictis Ducibus loco non eedentibus audita Cæſaris morte. Duces Heidelbergam proficiſcuntur. Occurrerat Ottoni in auxilium Cæſari properanti Comes Albertus de Haigerloch, avunculus Auſtriaci, quem improvisè adortus longè majori equitum numero, Otto fortiter reſtitir, Comitem obtruncat, cæteros ſternit. In ſuperiore bello ex parte Cæſaris pauci amiſſi ſunt, equi verò M. & CCCC. occiſi. Cæſare in Monaſterio Roſenthal ſepulto, filióque ejus capto, Electores communiter elegerunt Albertum.

Civitas Batavienſis Wernhardo Epiſcopo repugoat. Canonici, Epiſcopus civitatem exeunt, excommunicant, interdicunt, à monte S.Georgii tormentis inſeſtant. Volebant cives habere Conſulem & Senatores à ſe electos, jámque ſignum peculiare, tintinnabula ſuſpenderant, quo convocarent Sacerdores & ſignarenr tabulas. Contendebant more imperialium urbiom regere ſe ſicut Ratisbonenſes; partes Nornberg ad Albertum Cæſarem provocant. Cæſar non judicio ſed arbirrio ita concordat, ut cives traderent Epiſcopo ſignum, tintinnabula, quorum unum adhuc ad S. Stephanum, polliciti quoque ſe dicto audientes fore Epiſcopis, nec poſthac tale auſuros, duóque millia librarum dedêre Epiſcopo.

Fama de Judæis quod ſacram Hoſtiam mortario contuderint, ſanguis effluxerit, ideo omnes Judæi Herbipoli, Nurnperch, Rotenburch, tota Franconia à populo Duce Rindfleiſch incenſi. Caſtrum regium Nurnberch, Wildenſtain, novi ſori aliáque per Franconiam oppida expugnata & caſtra. Judæi cum Chriſtianis igne in templis perierunt. Judæi ſeniores timentes, ne pueri & fœminæ baptizarentur, ante ſe ignibus injecerunt, ipſi poſt inſilierunr; arma, pecunias ne cederent Chriſtianis prius quam ſe igni tradiderunt. Babenberch, Amberch, Ratisbonenſes vetuêre ſuos abſque judicio attingi. Affirmabanr ſe nolle reſiſtere vindictæ divinæ in Judæos, ſed expectare majorem fidem, quod eſſet vindicta verè à Deo. Ita magna difficultate usque hodie inceodium evasêre.

Albertus mortuo licet à Moguntino ante obtruſus, tamen modeſtiam ſimulans regnum reſignat conditionatè. Unde in vigilia S. Jacobi Moguntinus reſignationem recepit. Cum quibusdam diſcordiis eligitur, ut fraudem occultaret, tum Aquisgrani coronatur. Papa tamen Bonifacius vir prudens, noluit conſentire, nec eum Regem vocavit. Sequenti Autumno Albertus curiam Nurnberch habuit. Omnes Principes convocati. Regina ab Archiepiſcopo inungitur & coronatur. Anno regni ſui tertio Moguntinus, Treverenſis, Colonienſis Archiepiſcopi, Comes Palatinus Rudolphus communiter ſe ei opponunt, ſequenti tamen in concordiam redeunt. Anno regni ſui ſexto Papa pacem cum eo init Regémque vocat, Pontificatûs nono & in publico ſermone Philippi & Jacobi confirmat, ad Coronam invitat auguſtatem litteris & nuntiis, ſed non venit. Regem Boëmum, alios Principes vi multum preſſit. Congregato millite per Bojos comitante Ottone Duce Bojorum, aliis Francis, Rhenanis, Suevis, Styris, Auſtriacis, Carinthiis, quaſi X. millibus, in Bohemiam intrat; ſed fruſtra: nam magnam ob rerum penuriam revertitur. Aventinus in marg. ad h. a.

MCCXCIX.

Cæſar conventum celebrat Noriberch; adfuêre Epiſcopi: Moguntinos, Colonienſis, Trevirenſis, Saltzburgenſis, Ratisbonenſis, Barhavienſis, Friſingenſis, alii (k) (k)
multi. Rex Bojemiæ, Dux Bojorum, Rudolphus Comes Palatinos Rheni, Duces Carinthiæ, alii multi. Leges dedit, Primogenitum Auſtriæ Ducem fecit, cui deſponſatur filia Regis Philippi Francorum nomine Blancha, nata ex filia Ducis Brabantiæ & anno MCCC. ad Auſtriam deducta.

Boni-

(k) Avent. in marg. adjecit Babenberg. Herbipol. Conſtantienſ. Baſileenſ. Wormatienſis, Brixinenſis, Numburgenſis &c. Abbates: Hirsfeldenſis, Fuldenſis, Augienſis.

Bonifacius ſextum edidit, ſcholis miſit, litem inter Mendicantes & Parochos diremit.

Saracenorum Rex cum Suldano Babyloniæ auxilio & conſilio Chriſtianorum bellat eúmque vincit, ideo baptizatur, promittens Palæſtinam tradere Chriſtianiſmo. Theutoniorum ſacrata Nobilitas cum Magiſtris intrârunt.

Stephanus ducit Jeutam filiam Polconis Polaniæ Ducis.

MCCC.

Mortuus Rex Andreas Hungariæ ſine hæredibus.

Papa nepotem Caroli Regis Siciliæ dat regno, natum ex filia Rudolphi Cæſaris, qui etiam anno ſequenti in Arragonia eſt coronatus, licet Rex Bojemiæ pro filio ſuo ad id aſpirârit.

v. kal. Julii Otto & Stephanus Duces Bojorum cum CC. Nobilibus, inter quos præcipui Albertus & Alramus Comites de Hals, Landshuet gladiis militaribus accincti. Dux priori anno duxit uxorem Geutam filiam Buiconis Ducis Poloniæ.

Papa Bonifacius VIII. Ludovicum Regem Franciæ canonizat, indulgentias Gallis confirmat.

MCCCI.

Diſcordia inter Cæſarem & Epiſcopos Colonienſem, Treverenſem, Moguntinum & Rudolphum Comitem Palatinum.

Chunradus de Luppurch ſine liberis obiit. Caſtro Luppurch cum pertinentibus ad id, ad Chunradum Ratisponenſem Epiſcopum fratrem prædicti Chunradi ut verum hæredem devolvitur, & Eccleſiæ Ratisponenſi perpetuo donatur. Multo tamen labore & ſumptu obtentum.

MCCCIII.

Papa confirmat Regem Albertum & conſenſit, quod diu noluit, ob homicidium atque per honeſtos nuntios invitat.

Rex Franciæ excommunicatur, terra interdicto ponitur. Rex Franciæ convocat Sacerdotes Lutetiam Joannis Baptiſtæ; articulos contra Papam ſcribit, ad futurum Concilium appellat; in feſto Hieronymi à Serra Senatore, amicis Cardinalium de Columna Anagniæ Papa captus, urbem deductus, obit Idus Octobris. Succedit Nicolaus Hoſtienſis qui Benedictus.

Obit Lupoldus Epiſcopus Babenbergenſis, ſuccedit ob diſcordiam myſtarum datus à Papa Wulfingus, Epiſcopus Lavantinus de Stubenberg Ordinis Prædicatorum.

MCCCIIII.

Diſcordia inter Albertum Regem & Wenceslaum Regem Bojemum. Congregat in Bojoaria exercitum conſenſu Ottonis Ducis.

Benedictus Papa obiit Peruſii Idus Julii. vacat tribus Ebdom. menſibus. xi.

III. Idus Auguſti naſcitur Alberto juniori de Hals, filia Margareta ex Udilhylde de Zolern in caſtro Hallenberch.

Papa fit Clemens, ante Bertrandus Burdigalenſis in vigilia Pentecoſtes.

Albertus exercitum movet contra Wenzeslaum Regem Bohemiæ, deſcendit ab iſta parte Danubium usque in Lintzium, ubi tranſit flumen, venit usque Chuttam fruſtra tamen, impeditus intemperie aëris, rediit Martini, qua venerat ad Iſtevones.

Cathedra Petri frigus congelat flumina majora.

MCCCV.

Otto Dux Bojorum parum ſe utilitatis conſecutum ab Alberto Rege Romanorum contra Boëmos expeditione (l), nec damnorum vices per tranſitum terræ ſuæ, nec ſtipendia ſibi ſuisque promiſſa, licet Ratisponæ Nurnperch pollicitis ineſcatus fuiſſet, fidem ſortis per fruſta dans, admonitus per proceres regni invitatus à Wenzlao Rege Boëmiæ pro defenſione regni ſui, eidem adhæſit, fidémque promiſit. (m)

Andreas Rex Ungariæ obit. Aventinus in marg. ad h. a.

MCCCVI.

Wenceslaus Rex Bohemiæ natali Joannis Baptiſtæ obiit. Reliquit filium Wenzlaum natum ex ſorore Alberti Cæſaris, qui duxit uxorem filiam Ducis Cracoviæ, cui fidelitate & ſervitiis Oto Dux Bojorum adhærebat, filiam primo promiſerat, & juſſi terræ ejusdem omnes Barones juraverunt, & quia idem Wenzeslaus vivente Rege electus Rex Ungarorum erat, inſignia regni ob infidelitatem regni ſecum in Bohemiam tulit, Otonem Ducem Bojorum (cui pater filium moriens commendârat, ut regnum ejus Conſilio gubernaret) regiis nuptiis Brunnæ Moraviæ circa Dionyſii feſtum, ut verum hæredem regni Ungariæ honoravit, cúmque idem Otto ſub ſpe regnandi vocatus à quibusdam Nobilibus & Epiſcopis, contranitentibus Conſiliariis Bavariæ, infra Octavam B. Virginis Bojariam exiêrat, adjunctis ſibi Alberto juniore Comite de Hals (cujus pater gravi Strubingæ morbo detentus) & Hartlibo de Puechberg cum Magiſtro Curiæ, cum aliis nobilibus paucis eſſet in Brunna, animatus majori audacia de inſigniis ſibi traditis cum paucis Boiis, contra voluntatem Alberti Cæſaris & Rudolphi filii ſui, Ducis Auſtriæ, regnum intrat Ungariæ. Martini Budam intrat magno periculo fortunæ & rerum. Nicolai regiæ albæ coronatur à Benedicto Veſprinienſi & Anthonio Conadienſi Epiſcopo, præſente Comite Ybano & Duce Stephano, pontem circa Budam & vicina loca tenuit, muneribus honoratur.

Otto Dux Bojorum Ungariam intrat, fert inſignia oblata à juniore Wenslao Rege Boëmiæ invitatus ab Ybano & aliis regni proceribus, ut verus hæres Nicolai Weyſ-

(l) Vid. Avent. L. VII. C. IIII. pag. m. 705.
(m) deſinit ad h. a. Eberhardus Altahenſis qui ferè eadem, præcipuè circa initium quæ Henricus noſter, ſed prolixius dixit.

ſenburch coronatur. Comes Albertus junior, Comes de Hals, Hartliebus de Puechperch & alii nobiles, qui tamen favere ipſi, rurſus redeunt in feſto Georgii. Diooyſii obiit Albertus ſenior Comes de Hals in Pogen.

(n) Otto fidei Uogarorum credens fraude Regis Alberti à Ladislao capitur, ut fama eſt. (n)

MCCCVII.

Ottoni ut magis Ungariam tenere poſſet Conſilio Ungarorum, ei deſpondetur filia Ducis Ladislai Transſylvani, ſed poſtea inſidiis Alberti Cæſaris per Ungaros & ipſum Ladislaum capitur, plus aono detinetur.

Albertus Comes junior de Hals & Hartliebus de Puechberg Georgii (deſponſata uxore & Ungariæ Comite petentibus, ut Rex alienigenas domum remitteret) ſub magnis periculis & vagabundi per Carinthiam redeuot, Ottone oondum captivato, ſed potenter Budæ dominante, pauló poſt
(o) autem capitur. (o)

Wenzeslaus Rex Bojemus Brunæ in lecto occiditur à ſois. Rudolphus Dux Auſtriæ ab Alberto patre illi ſubſtituitur ad petitionem Bojemorum, quo breviter mortuo Henricus Dux Carinthiæ habens uxorem filiam Regis Wenzeslai II. Cooſilio Ottonis Regis Ungariæ Bohemiam intrat, ducens ſecum Stephanum frattem Ottonis.

Ottone capto ab Ungaris, Stephanóque ejus fratre in Landshuet graviter morbo laborante Albertus Cæſar ab Auſtria exercitu tanſire voluit terram Bojorum pet pontem Oeni in eaſtro ſuo Newburga. Audita re nobilitas Bojorum id ptohibere conatur, conſilióque habito congregatis agricolis & Nobilibus ad Newburg ut impedirent convolant. Arbitrabantur ooo ſine cauſa cum periculo ſuo hujusmodi expeditionem fore. Cæſar verò gnarus ducem & caput deſore, audita negligentia vicariorum, quod nemo, qui capitaneis pareret, noctu clam ad ipſum caſtrum venit, relicta à tergo comitiva circa urbem Bathavienſem, ſimulans ſe habere complures armatos, oriente Sole ſive luce bioi & bini armati procedentes per pontem Oeni, cum exercitu congregato, ipſos Bojos ſine eapite in fugam vertit, obſidionem ſolvere coëgit, quo facto cepit congregato milite terram tranſire, igne prædáque devaſtando.

MCCCVIII.

Philippi & Caroli occiditur Albertua Rex à fratruele Duce Joanne in Alſatia.

Eodem anno eligitur in feſto Catharinæ Henricus de Lutzelburg in Cæſarem.

Comitiſſa de Hals Elſabeth Thomæ Apoſtoli obiit; relinqueos duos filios Albertum & Alramum.

Otto Rex Ungariæ liberatur per Pruſſiam Ruſſiam venit, Ducis Glogaviæ filiam in via deſponder nomine Dagnam * quam poſt breve duxit. Bohemi & Boii magno excepêre gaudio. Rex verù Albertus admiratus de ſuo reditu non parum triſtabatur.

* in Cod. noſtri *Agnetem* vocant.

Comes Hals ædificat caſtrum Wildenſtain. Otto adducit ſponſam in Bojariam.

Straubing multi nobiles gladiis militaribus accincti.

Catharinæ eligitur Franckofurt Henricus de Lutzelburg, purificationis coronatur Aquisgrani à Moguntino Epiſcopo. Reges Adolphum & Albertum Spiram deſert.

MCCCIX.

Imperat Comites de Wirtemberg proſcribit, & miſſo milite impugnat: Bohemis Joannem Regem dat, Henrico Carinthiam reſlituit, deducitur, per Petrum Mogontinum Archiepiſcopum & Rudolphum Comitem Palatinum Rheni, qui rebelles ſubderent. Rudolphos rednt, Moguntinus maoſit, Joannem Pragæ coronat, inde Italiam Cæſar intrat.

Otto & Stephanus fratres Boii memores injuriarum ſibi illatarum ab Alberto Cæſare & ob prædas continuas factas à Magnatibus Auſtriæ, Mauritii, caſtrum Newburch obſident. Comes Hals & .... adſunt cum cupiis ... * usque ad nativitatis Chriſti, ſummo frigore.

* quædam hic effugerunt.

MCCCX.

Boii per foſſores atgentarios die Epiphaniæ ſubruunt caſtrum (Newburch) mœnia cadunt, ut omnibus pateret introitus, incolæ fugiunt, caſtrum incenditur. Wernſtein ſe recipiunt caſtellum, ubi Canonici Patavienſes arbitri, usque ad adventum Aoſtriaci Ducis induciis factis ſe ſe continuêre, Otto cum fratre Stephano. Capitaneus de Lambetch eſt præfectus in Neuburch. Quadrageſima media Fridericus Auſtriacus cum eſſet in partibus Rheni infeodatus à Cæſare, conditionémque cum eo concordans, audità obſidione Neunburch caſtri ſui à Bavaris deſtructi copias legit Suevorum ac Rhenenſium per Salzburgenſem Epiſeopatum Auſtriam intrat, ibi collectis viribus Ungaria, Auſtria, Styria, Carinthia diverſis armis Bavariam verſus tendit, præcipoè deſtructorus Schaerding, Comes it Chunrados Saltzburgenſis Archiepiſcopus, XV. millia erat exercitus, Ried obſidet ligneum tugurium, xiiii. dies ibi regionem ferro flamma præda devaſtans, tandem tradiror à Præfecto caſtri, dein Purghuſium arma movet, ibi pro Oeni defenſione Schaerding obſedit adſumptionis Matiæ, auxilio Juvavenſis Epiſcopi. Quod ubi audivit Otto & frater Stephanus, Schaerding, cojus Caſtellani erant Comites de Hals, collectis copiis incolarum duobus Comitibus de Truheting & Hehenloh circa Nativitatis Beatæ Virginis ex illa parte Oeni obviam pergunt. Erant mille quingenti equi-

(n) hæc ex alio Chronico videntur ab Aventino inſerta.
(o) Aventin. in marg. ad h. l. *Albertus, qui nepotem ſuum ex ſorore Ungris imperitare improbat, inſidiis oppugnat Ottonem. In Bojoariam arma movet.*

equites, ruſticorum peditum LX. millia. Videntes Boii numerum hoſtilis exercitus ob penuriam commeatus morbúmque equorum indies magis & magis minui, audaciores fiunt, ſpe religioſorum animati, qui bellum ſuadebant, ſtatuerunt aperto marte congredi, ſed quia Oenus tranſitum prohibebat conſilio Hartliebi de Puechberg pontem fecerunt, quem cum mane profecti Boii tranſire parant, hoſtis multitudine agricolarum territus media nocte, Suevi, Auſtriæ Dux cum Archiepiſcopo ſugam capeſſunt, circa ortum ſolis, III. Non. Novembris omnino fugiunt, machinas, tentoria ſuccendunt, relinquunt equos, accipi-
(p) tres (p) galeas, vinum, menſas cum cibis præparatas, veſtes cum bracchis, omnia
(q) igne conſumpta exceptis quæ per . . . (q) pro modico vendita. Tentorium Archiepiſcopi conſtare ferebatur XX. marcis, venditur pro quatuor libris Ratisponenſibus. Extant verſus de ea re.

MCCCXI.

Oto Rex Ungariæ & Dux Bojorum mortuo XI. kal. Januar. Stephano fratre arbitris Archiepiſcopo cum Epiſcopis & nobilibus utriusque Principatus conventum habet, ... Adveniunt Regina (vidua Cæſaris) cum filio Duce Auſtriæ & proceribus ejus, Otto Rex cum Nepotibus ex fratre Ottone & Henrico, Rudolphus & Ludovicus fratres & Palatini Rheni, Henricus Dux Carinthiæ Comes de Ortenberch & Haimburch de Hals, Chunradus Archiepiſcopus Salzburgenſis, Wernhard Pataviensſis, Joannes Brixinenſis, Gurcenſis Albertus, cum multis aliis Ratisbonam: durat colloquium ad feſtum Georgii, ita compoſita res eſt, concordes Duces Otto & ſui fratrueles & Fridericus Dux cum Regina & filiis, contra omnem hominem ſe juvare conjurârunt per Imperium. Wernſtein caſtellum Duci Auſtriæ manet, quod juramentn firmavit, quibusdam . . . . de terra Meranica, caſtrum Newburg ſine damno Bojoariæ reædificetur, captivi utriusque partis liberè dimiſſi.

Otto conceſſione Comitum & Nobilium terræ recepit proventus omnium religioſorum, Epiſcoporum & Eccleſiaſticorum. . . exceptis his, quæ propriis ſumptibus excolebant, ab alis verò utriusque ſexûs partem octavam ſicut fecerat ante bina vice pro diſſolvendo ære alieno.

Emicho Friſingenſis Epiſcopus obiit, ſuccedit Gotfridus Canonicus ibi.

Viennæ Galliæ concilium Clementis pro paſſagio Palæſtinæ.

Caris modii Landaw Siliginis venditur VII. libris Ratisponenſibus, Schaft Patav. XI. libris Patav. Auſtralis modius X. Wiennenſibus libris.

MCCCXII.

Chunradus Archiepiſcopus Saliſburgenſis obiit VIII. kal. April, ſuccedit Wichardus Decanus ibidem.

V. Idus Septembris obiit Otto Dux & Rex in oppido Landshut, reliquit filium ex Agnete uxore Duciſſæ Glogoviæ.

MCCCXIII.

Chunradus Ratisponenſis Epiſcopus obiit IX. kal. Febr. ſuccedit Nicolaus Regis Bohemiæ Protonotarius ibi Canonicus.

IIII. kal. Auguſti obiit Wernherus Pataviensſis Epiſcopus.

(p) Aveni. L. VII. C. XIIII. n. XVI. p. m. 707. hoc uſus loco, mendosè *accipi tribus vino.* Accipitres in caſtris, in ſupellectile nobilium illius temporis.
(q) in Autogr. Aventini *Garmentes*, quod quid monſtelli ſit, ignoro.

ANO-

ANONYMI
BREVE
CHRONICON
RATISPONENSE
Ab Anno Chriſti CCCCLXXI.
Ad Annum MCCCXLIII.

* * *

Ex ſchedis Autographis V. Cl.

JOANNIS AVENTINI

Eruit

ANDREAS FELIX OEFELIUS.

Monitum prævium Editoris.

EN tibi Lector, breve hocce CHRONICON RATISPONENSE ex eodem Aventini *Rapſodiorum* (ut GEWOLDUS vocat) *Tomo X.* tot antiquitatibus Boicis fœto, depromptum. Unde illud acceperit & illa ſuâ tremula, & cum properaret, inficetâ ſanè manu deſcripſerit AVENTINUS, non conſtat. Inſeruit autem *Miſcellaneis ſuis Paſſavienſibus* * nulla adjecta nota & planè quod dicitur, extra viam, atque ut ſolent, quæ tumultuario labore per iter colliguntur.

* fol. 60. a. b.

Breve Chronicon Ratisbonenſe.

ANno poſt Chriſtum natum XVIII. Ratisbonæ urbs fundata Tiberina dicta à Tiberio.

Anno CCCCLXXI. S. Severinus In Norico converſatus.

A. CCCCLXXXIIII. S. Paulus Epiſcopus Ratisponenſis.

A. DCLXXXIIII. Dietpertus & Grimoldus Duces Bojorum.

A. DCXCVII. Apollonus primus Abbas S. Emmerami.

DCCXXXII. Gabaudus ordinatur Epiſcopus Ratisponenſis & Heimeranus transfertur.

DCCCXLIIII. Pipinus fit Rex, qui Cœnobium D. Emerami dotavit regiis privilegiis.

DCCCVIII. Ortus Ludovici Regis.

DCCCXXIIII. Epiſcopo Bathurico & Ludovico Sereniſſimo Auguſto IIII. Non. Decembr.

Sigefridus Abbas . . . Lautimbach donat S. Emeramo.

DCCCLXXVI. Hemma Regina obiit.

DCCCLXXIX. Duo Heinrici capti.

DCCCCVIII. Combuſta Regina civitas.

DCCCCXXVII. Arnulfus & Ungarii pacificati.

DCCCCXC. Conſilio S. Wolfgangi Altah fuerunt Monachi Henrico Duce.

DCCCCXCI. Victi Hungari ab Henrico Duce.

DCCCCXCIIII. S. Wolfgangus obiit.

MII. Ratisbona exuſta, Frater Imperatoris fit Dux Bojorum.

MXIII.

MXIII. Subitum Diluvium.

MXX. Combuſta Regina urbs. Henricus fundat veterem capellam & Babenberch.

MXXVI. Henricus Dux Bavariæ obiit. Filius Regis Heinricus VI. ſuccedit.

MCLXXVIII. Otto Comes de Steying.

MCLXXIX. Gebhardus Comes de Sultzbach Advocatus Ratisponenſis Eccleſiæ. Fridericus Palatinus Comes de Mosburg.

MCLXXXIII. Henricus Comes de Altendorf, Almannus de Abenſperg, Eberhardus de Abenſperg, Rapoto Comes de Ortenberg.

MCXC. Barnabæ obiit Fridericus I.

MCCIIII. Chunradus de Welſorum proſapia filius unicus Chunradi de Theispach Comitis patrimonium Eccleſiæ Ratisponenſi contulit, poſt Præpoſitus Friſingenſis.

MCCXLI. Albertus de Pewtengew Epiſcopus Ratisponenſis, in Halberſtat Canonicus.

MCCLII. Wenzeslaus Rex Monoculus obiit.

MCCLXXIII. Sant Peters Tum verpran zum andern mal mit all Glocken XII. *kal. May.*

MCCLXXV. In vigilia Georgii cœptum ædificium Summi Ratisponenſis. Leo Epiſcopus primum lapidem poſuit.

MCCLXXVI. Rex Rudolfus venit Ratisponam.

MCCCIX. Comites de Hirſchberg deficiunt.

MCCCXII. Oto Rex Hungariæ Dux Bojorum obiit, reliquit filium XIIII. dierum dictum de Naternberg.

MCCCXIII. Nicolaus Cancellarius Imperatoris Henrici fit Epiſcopus Ratisponenſis.

MCCCXLIII. Caſtrum in Stauff obſeſſum à Civibus Ratisponenſibus. Utrinque multi occiſi.

JOANNIS AVENTINI
DE
URBE BATHAVINA NARRATIUNCULA,
Ejuſdem:
EXCERPTA DIPLOMATICA
PASSAVIENSIA,
nec non
LEGES PORTORIÆ BOJORUM,
unà cum
PLACITO HENRICI DUCIS BOJOARIÆ
De Juribus ad Eccleſiam Bathavienſem in Marca Orientali pertinentibus.

* * *

Omnia ex ſchedis Autographis Viri Summi
collegit atque edidit
ANDREAS FELIX OEFELIUS.

Monitum prævium Editoris.

JOANNEM AVENTINUM noſtrum prius quam ſe præclariſſimo Annalium Operi accingeret, & litteris publicis Principum Bojorum munitum, utramque Bojoariam colligendis Monumentis percurriſſe, cum biographi ad unum omnes, tum ipſe de ſe non uno in loco teſtatus eſt. Reſtant Itineris illius Litterarii Monumenta, non quidem omnia, non pauca tamen quæ *Rapſodiorum* nomine, HUNDIO & GEWOLDO Præcentoribus, decantantur. A morte enim civis optimi atque in patriam piiſſimi litteraria ejusdem ſupellex ſenſim diſtracta, partim apud hæredes Ratisponæ delituit atque periit, partim verò ad Diſcipulum *Aventini* OSWALDUM ECKIUM, magni illius LEONHARDI Bavariæ Cancellarii filium, delata, atque Kelhemium primo avecta, dehinc Ratisponam denuo (OSWALDO attritis fortunis ibidem exulante) revecta, noviſſimè in alterius ECKII (cui cum OSWALDO præter nomen nihil commune) JOANNIS videlicet, acerbiſſimi in novatores promachi, Bibliothecam ex parte devênit, in cujus Catalogo MSC. me id legiſſe probè commemini.

Ipſum tamen *Annalium Opus* AUTOGRAPHUM BOJOARIÆ DUCES ſibi vindicârunt, ad quod Exemplar poſtea HIERONYMUS ZIEGLERUS ex Ludimagiſtro Monacenſi Oratoriæ Ingolſtadii Profeſſor, multis reſectis, omiſſísque editionem Ingolſtadienſem adornavit, operam conferente OSWALDO ECKIO, quantum quidem recenti invidia licuit.

Autographum hocce *Aventinianum* plura volumina complexum BIBLIOTHECA BOICA adhuc poſſidet exhibétque, poſtquam meâ operâ atque indagine

gine

gine ex rutis cæſis præpotentis cujuſdam Trimalcionis ad eandem poſtliminio rediit, volumine tamen uno alteróve ab udore ſituque non leviter contaminato.

Apparatum autem Operis quod attinet, de quo hîc præcipuè nobis ſermo eſt, is in plura volumina diſtributus, diverſis quibus ſingula ſubjacent caſibus (r) jactatus, partim intercidit, partim velut è temporum naufragio (r)
ad nos enatavit. Multum tamen *Aventinianæ* induſtriæ veritatis odium expunxit, multum etiam invidia abſumpſit, alia, neglexit ignavia, nonnihil & calumnia confixit, & quidquid ingenuis artibus ac bonæ menti inſenſum eſſe ſolet, infeſtum dentem exercuit. Non contemnendam tamen theſauri hujus Boici partem WIGULÆUS HUNDIUS poſſedit, vir doctus, patriæ amans & eorum qui patriæ, tum & divitiarum ſuarum intelligens à morte viri integerrimi, quæ HUNDII fuerant, in CHRISTOPHORUM GEWOLDUM ceſſêre doctum & ipſum & rerum patriæ ſtudioſiſſimum, ſed AVENTINO in aliorum gratiam pro reliqua moroſitate ſua iniquiſſimum. Nam & calumniæ non pepercit & immemor, quam illi omnem ferè paginam AVENTINUS fecerit
alicubi (s) in publico ſcripto *impudenter finxit Aventinum pleraque Hiſtorica* (s)
Monumenta ſuppreſſiſſe, ut poſteros fugeret, quibus ex fontibus res ſententiâſque
multo uberrimas deduxiſſet. (t) (t)

Fuêre præterea, qui ſpoliatas ab eo Codicibus ſuis Bibliothecas comminiſcerent, quo tutius ſub aliena calumnia domeſticam ignaviam tegerent, ſemper iniqui bonis litteris, & dum ſtertunt & dum excitantur.

E *Rapſodiorum* autem voluminibus, hodie reſiduis, mihíque uſurpatis, non aliud plenius bonæ frugis antiquariæ *Volumine decimo*, quod indefeſſus ille vir anno MDXVII. per iter ſatis feſtino calamo, Altahæ inferioris, Oſterhovii & Bathaviæ potiſſimum collegit, & è quo HERMANNI *Altahenſis* & HENRICI *Præpoſiti Oettingani* Chronica ſuperius in lucem produximus.

Chronicon certè HERMANNI, ſi tum ſubduxiſſet AVENTINUS, nulla ratione colligi poteſt, cur eodem tempore & loco illud deſcribendi onus in ſe receperit. Et tamen illud ipſum Chronicon cum MAXIMILIANI I. Bojorum Ducis juſſu eodem in Monaſterio requireret ſucceſſu temporis GEORGIUS LAUTHERIUS collegiatæ Monacenſis Decanus, ſcriptis nonnullis & auxiliari, quam HENRICO CANISIO præbuit, operâ, memoriam meritus, reperire nullo modo potuit (u), cum tamen eo tempore Bibliotheca antiquiſſimis adhuc (u)
Codicibus Membranis & chartis etiamnum gauderet, quos ferale incendium anno demum MDCLXXI. die XIX. Maji teſte Chronographo Haideno abſumpſit; ut ſuſpicio non levis oboriatur Monachos, quod à MAXIMILIANO I.
Codicum ſuorum Manuſcriptorum catalogos repetitis vicibus (x) expeti cer- (x)
nerent, ſtudio occultâſſe domeſtica monumenta, & interim bonum AVENTINUM, jam olim ipſorum animal perpeſſititium, gravi calumniâ ablatorum Codicum oneráſſe. Sed ut in viam, à qua ubique hians & facem requirens Hiſtoria noſtra litteraria nos abduxit, redeamus, in nova, quæ modo proferimus, Aventinianæ ſagacitatis ſpecimina quædam præfari oportet.

Primo loco ſe offert ejuſdem *de Bathavina urbe narratiuncula* ad WOLFGANGUM de TANNBERG Decanum Bathavienſem, quem virum genere &
litteris conſpicuum laudat BRUSCHIUS (y). Eam ex ipſis ſcidiis Aventinia- (y)
nis atque lituris deſcripſimus, brevem, ſupinam nec exaſciatam. Sed ut magnorum artificum mutila ſtatuarum membra afficiunt atque delectant artis

 peritos,

(r) AVENTINI Biographus Annalium editioni *Gundlingiana* præmiſſus in hanc ſententiam de ſcriptis AVENTINI: *ſi quid eorum periit, non id culpa aut negligentia Aventini tribui poterit. Sunt aliæ cauſa eæq; innumeræ: incendia, perpetuus ſqualor ac ſitus, manus nonnullorum rapaces, Bella libros ſæpe conſummunt, & ad paucitatem fatorum neceſſitate rediguntur.*

(s) In Epiſt. nuncup. ad *Chronicon Monaſterii Reicherſpergenſis.*

(t) Sunt verba *Biographi* à Cl. V. NIC. HIERON. GUNDLINGIO editioni Annalium à ſe curatæ, præmiſſi.

(u) Ita enim ille in litteris ad GEWOLDUM, quas vidi: *Perluſtravi magna ex parte Bibliothecam Nider-Altahenſem; HERMANNUM & VOIGTERUM celeberrimos Hiſtoricos reperire non potui.*

(x) Annis videlicet MDXCV. & MDCX.

(y) L. II. p. m. 513. *de Laureaco veteri.*

peritos, ita ſummorum virorum affecta & ſubitanea ſcripta. Ejus ſcripti ab ullo mentionem factam non memini, ne à BRUSCHIO quidem non ita re-
(z) moto ab iis temporibus (z).

Narratiunculam proximè excipiunt EXCERPTA DIPLOMATICA PASSAVIENSIA, magnam partem ex *Membranis authenticis* deſumpta, id quod delineara ad oram Monogrammata indicare videntur. Plurima etiam ex PHILIPPO TANTZERO excerpſiſſe ingenuè fatetur, quo homine ſanè non indiligenti, amiciſſimo uſus eſt AVENTINUS. Ejus tamen hodie memoria altè cum ipſo ſepulta nec cum ipſo duntaxat ſed & cum lucubrationibus ſuis quarum nullum jam præter quam in his AVENTINI Excerptis veſtigium ſupereſt. Scripſit autem *de rebus Bathavienſibus* ex fide diplomatum, *Chronicam Ratisponenſem* & nonnulla ad *Nobilitatem Bavaricam* pertinentia, quorum omnium in *Decimo Rapſodiorum* ſuorum AVENTINUS meminit; quo loco & ab Epiſcopo Paſſavienſi WIGULÆO quædam communicata ſecum fuiſſe gratus memo-
* fol. 63. b. rat. * Viderant ante nos Excerpta iſta HUNDIUS GEWOLDUSque; ille quidem fugaci ſed amico ac benigno oculo; hic vero acutiori ſed inviſo ac torvo, puto, ut faſcinum effugeret, & quod tum præclarum haberetur mortuo Leoni barbam vellere. Quam enim illud procax atque putidum, AVENTINUM, quod *Altmannum* Epiſcopum Bathavienſem, antiquario illo ſuo & obſoleto ſtilo *Sacrificulum Cæſaris* appellârit, piorum cœtu eximere & maledicto jurgii petulantis *Hæreticum* exclamare.

Sed GEWOLDUS quidem hanc noxam præclaris & eximiis meritis redemit.

Cæterum, ut ſemel manus ab hoc ulcuſculo removeamus, conſultum nobis viſum eſt ipſos rivulos, unde hi areolas ſuas irrigârunt detegere, & ut ut fluant ſubinde lutulenti, priſtinis periculis una operâ eripere. Diſpoſuimus autem, quoad id fieri potuit, temporum ordine ſerieque, pro comodo utentium. Denique alia duo quantivis pretii monumenta eodem in volumine latentia adjecimus, LEGES PORTORIAS BOJORUM & PLACITUM HENRICI DUCIS BOJORUM *de Limitibus Eccleſiæ Bathavienſis*, quorum tamen neutrum in-
(a) tegrum exiſtimamus. *Leges Portorias* certè Libro IIII. Annalium (a) retulit AVENTINUS, alicubi pleniores iſtis quas modo ex ipſius ſchedis proferimus. Sed nos actum non egiſſe videbunt, quibus inter ſe conferendi otium aut neceſſitas fuerit.

De utilitate ex adverſo ejusmodi fragmentorum prolixius agere illud verè ſit actum agere & ſolem faculâ illuſtrare. Iſtud tamen in præſens prætereundum non eſt *Illuſtrem* JOANNEM PETRUM LUDEWIGIUM Antiquitatum Diplomaticarum Germaniæ Statorem maximum, inter eos, *qui libros ſuos ad Hiſtoriam Sacri Rom. Imperii facientes inſtruxêre Diplomatibus, primum locum* tribuêre JOANNI AVENTINO, *qui non ſolùm legit* (ſunt verba Illuſtriſſimi Cancellarii) *conſuluitque in Annalibus Diplomata ex iisque vulgares Hiſtoricos correxit: ſed etiam in Chronicis ſingularibus Cœnobiorum* SCHYRENSIS *atque* OETINGENSIS, *Carolingici ævi & ſequentium temporum Diplomata verbatim deſcripſit exhibuitque.*

(z) In Peroratione *Libr. II. de Laureaco Vet.* ubi eos recenſet, quorum ope & ſubſidiis in conſcribendis rebus Bathavienſibus uſus fuerat.

(a) p. m. 479. edit. Ingolſt. 1554.

I. *Joan-*

I.

Joannis Aventini de Urbe Bathavienſi Narratiuncula.

Clariſſimo atque humaniſſimo Viro Domino WOLFGANGO *de* TANNBERG, *Jureconſulto, Decurioni Bathavino, Eruditorum Patrono, Domino ſuo*

JOANNES AVENTINUS.

ECce tibi Sapphicon, Here præſtantiſſime! ac de Bathavina urbe narratiunculam, quæ mihi rudia jam exciderunt. Nihil aliud in præſentia ſuppetebat, quo virtutibus heroicis, humanitati, comitati, liberalitati animum meum vadarem atque devotiſſimum propalam & clarè demonſtrarem. Opto, id eo animo acceptum iri, quo à me exhibetur: Nec enim me continere potui quin (ut gratum decet virum) alio quo ſaltem leviuſulo Xenio, etſi non reſponderem, attamen memorem fore declararem ſignificarémque. Vidi ego hiſce oculis illud antiquiſſimum hoſpitii jus, genúsque etiam à Divo Paulo commendatum, & ob quod majores noſtri à graviſſimis rerum Scriptoribus, ſummoperè laudantur. Ita enim cunctis hoſpitibus invitatis & ultro oblatis juxta fores quotidie parent. Taceo ſavorem & munificentiam in doctiſſimum quemque, prætereóque lubens ſplendorem & vetuſtatem Familiæ Tanbergiæ, quam ego qooque apud Divum quoque Fridericum Primum, (quem Barbaroſſam vocare ſolent) clariſſimam fuiſſe compertum habeo. Sed de his alias erit commodior ſcribendi locus. Nunc (ne juxta frequens adagium Prologus longior fiat ſabula & noctuas portem Athenas) ad rem veniam quam paulò altius à ſumma origine repetere (niſi compendio, ut in Proverbio veteri eſt, morari velim) neceſſe eſt.

TANNBERGIÆ FAMILIÆ
D. D.

Phœbe Germana celeber ſub aula
Linque deſertas Heliconis oras
Thure te multo & precibus vocantem
Transfer ad Hyſtrum.
Tu ſoles Heroa ſacrare Muſis
Laude tu dignum perbibes vetúsque
Emori, noſtro nihil orbe poſſis
Viſere majus.
Multa Bojorum generoſa virtus
Regiam, ſacros decorat larésque
Tannobergorum micat inter omnes
Clara propago.
Nam tuas Cythi veneratur artes
Eruit nummos Latii vetuſtos
Et pios vates colit, Eruditos
Atque Poëtas.
Vivat extento rogitamus ævo
Notus in Doctos animi paterni
Túque cum Muſis Viridem Patrono
Necte coronam.

* * *

(b) BOij (uti eſt apud Eratoſthenem (b), Strabonem, Cornelium Tacitum) antiquiſſimi Germaniæ magnæ populi (ut qui genus ſuum ad Herculem Alemannum referant) primum habitârunt in Hercynia ſylva, à quibus adhuc Boiemia nomen ſervat. Hi igitur oportunitate loci commoti munimentum urbémque condiderunt in peninſula quam Danubius Ænúsque, qui ibi confluunt, faciunt: à ſéque Bojodurum (quod noſtra eſt lingua Bojorum turris) cognominârunt. Ita quoque eam urbem à Claudio Ptolomæo Coſmographorum facile Principe & Antonino Pio ex partium, ſegmento-

(b) Bonus etiam *Aventinus* inter primos ſibi fucum fieri à Viterbienſi illo nugatore paſſus eſt; nec mirum ſi in ardenti illa Antiquitatum ſiti Latices à Lacunis non diſtinxit.

gmentorum paſſuúmque ſupputatione vocari comperio. Retinet adhuc rivulus ultra Oenum ab ea urbe cognomen corrupto tamen aliquantulum ſono, ut fit vetuſtate.

Ea regio, quæ intra Oenum Lycum Danubium amnes includitur, à veteribus Vindelicum vocatur. Ita enim Ptolomæus ſcribit, & vetus monumentum lapideum, quod Ratisponæ inveni, oſtendit, & quod ad faciendam fidem ſubſcripſi:

D. M.
Ǝ MEMORIAE
MISSERRIMORM
VINDELICIS
PR MOCENIAN
Ǝ VICTORI
Ǝ VRE FIL
VINDEL. SVRINVS
INFELIX PATER FC.

Eam regionem Octavianus Auguſtus per propinquos ſuos Tiberium & Druſum ſubegit, ac in Romanam redegit Provinciam; Anno quinto decimo ante natum Chriſtum (uti Euſebius & D.Hieronymus annotârunt) Deinde Romanus populns in eam Colonias deduxit, & Romano milite Ripam Danubii meridionalem opplevit, ut Germaniæ magnæ populi tranſitu fluminis arcerentur. Nam Rhenus & Danubius, limites Romani fuêre imperii, unde Claudianus Poeta:

Prominet Hercyniæ confinis Rhetia ſylvæ
Quæ ſe Danubii jactat Rheníque parentem
Utraque Rumuleo prætendunt flumina regno.

Romani itaque hanc provinciam per Præſides usque ad annum ferè Chriſti D. gubernârunt, quemadmodum in Annalibus Bojorum latiſſimè enarrabo.

Romani igitur, ut regionem illam ſubjecerunt ita Bojodurum quoque ſuis militibus inhabitandum tradiderunt: Erat ea tempeſtate Germaniæ gens omnium Bellicoſiſſima Bathavi nomine, cujus auxilia opémque Romani publico ſtipendio contra Germanos, (quemadmodum noſtro ævo à Gallo Rege Suitones ſeu Suiſſenſes mercati ſunt) emerunt, corúmque militum in Bojoduro ſtationem ſecerunt, à quibus urbs poſthac à Romanis Bathavorum urbs ſive Bathavia vocari cœpta eſt, & à Romanis ita poſſeſſa eſt quingentis ferè annis. Extat ibi hoc Monumentum:

D M.
F AVSTINI
ANO △ VE c TI
ILLYR ◁ VIL
INGENVS
FIL ET FELIX
T △ SC △ EX △ VIK
EIVS ◁ B △ M △ P △ P.

In æde D. Severini trans Oenum ubi proximè mœnia urbis transœnanæ labitur rivulus Peuterpach ſive Poitra dictus, ubi olim Cœnobium D.Severini Norici. Ibidem ejus adhuc templum, plura Sacerdotia ut Cœnobium poſſidet. Augetur ſæpius rivulus ſuperior ac intumeſcit.

Circiter annum Cbriſti CCCC LVI. uti ſcribit Eugippius, venit ad eandem urbem Divus Severinus Noricus, qui ibidem Cœnobiom extruxit in eo loco, ubi adhuc ejus templum extat.

Quandoquidem verò ea tempeſtate ob Imperatorum ignaviam, qui tum CPoli Aſiatico luxu perditi græcis munditiis torpebant, occidentale Imperium negligebatur, militésque limitum cuſtodes ſtipendiis deſraudabantur, nec in demortuorum locum alii ſufficiebantur, ita paulatim diminuto Ripariorúmque militum numero, Germani crebro flumine indiligenter cuſtodito tranſibant, igne ſerro præda omnia devaſtabant, Romanos captivos uti pecora io Germaniam abducebant, uti noſtra tempeſtate Turcas ſacere meminimus. Quintanorum urbis incolæ hâc calamitate moti ex urbe ſua commuoi ſuffragio Bathaviam migrant rati duarum urbiuin partes conjunctas facilius poſſe reſiſtere Barbaris irruentibus.

Demum circa annum Chriſti CCCC-LXX. Divus Severinus Rerum humanarum divinarúmque ut quisquam illa ætate eſſe poterat conſultiſſimus, urbi inevitabile faléque imminere periculum prædicit, ac cives hortatur, ut ſecum Laureacum deſcenderent omiſſa Bathavia.

Quod quia à plerisque ut vanum timidi vatis omen atque commentum irrideretur, ipſe cum paucis urbe diſcedit Laureacumque navi devehitur. Vix Laureacum ingreſſus erat Chunimundus ac Gibuldus Reges Suevorum adſunt (Suevi enim tum adhuc in Bojemia habitabant, uti etiam Lucanus teſtatur.

Fundit ab extremo flavos Aquilone Suevos
Albis)

inſidiis civitatem capiunt, cives Sacerdotes in templo trucidant, mœnia ſolo æquant, urbem diripiunt ac incendunt. Manſit itaque deſerta plus quam ducentis annis.

Demum anno Chriſti DVIII. Bojorum gens cum Suevis Duce Theodone Primo, veteres ſedes, quas in Germania diu tenuerant, relinquunt, ex Germania magna tranſito Danubiu Romanas Provincias occupant; Suevi quicquid ſuper Lycum verſus occidentem, Boij verò infra Lycum uſurpant. Ibi tum cæteræ urbes Romanorum deſtructæ ſnnt ac ſubæquatæ. Ipſæque Romanorum reliqoiæ interſectæ hisque regionibus omnino exactæ ſunt.

Sedes verò Suevorum Bojorúmque relictas occupaverunt Venedi, qui & Sclavi duce Zechone Crocóque, quas adhuc retinent.

Demum anno Chriſti DCCXLI. Utilo Dox Bojorum urbem Bathaviam de integro inſtaurat, Epiſcopúmque ibi inſtituit, eóque Vivilonem Archiepiſcopum Laureacenſem

cum

cum Canonicis & Monachis ex Laureaco, ob crebras Hunnorum irruptiones transfert, ut Aronulphus in Diplomate ſuo, quod dedit, Winchingo Epiſcopo Bathavino narrat. Hujus filius Theſſolonis Sanctum Valentinum de Tridento Bathaviam transtulit conſilio Aribonis Epiſcopi Friſingenſis.

Anno Chriſti DCCCXCIX. Arnulphus Imperator tradit Winchingo Epiſcopo Bathaviæ Cancellario ſue urbem Barhaviam, cum omnibus quæ ad Fiſcum ſpectabant.

Anno Chriſti DCCCCLXXIII. Mortuo Ottone Magno Henricus Dux Bojorum, Pater Sancti Henrici ambit Imperium, réſque novas molitur, Ottoni ſecundo dicto audiens eſſe ſpernit. Oto igitur arma in Bojariam movet, Henricum Ducem Patruelem ſuum, graviſſima obſidione in urbe Patavina cingit, ac tandem vi in deditionem coëgit, captúmque Henricum perpetuo ad Treverorum Auguſtam in exilium relegar, Pilgrino Epiſcopo Pataviénſi, quod partium Ottonis ſuerat, ipſe urbem, quæ modo Anaſſus vocarur, donat ſancitque edicto, ut omnes poſthac Epiſcopi Bathavienſes & ſint & nominentur Archiepiſcopi Laureacenſes.

II.
Joannis Aventini Excerpta Diplomatica Paſſavienſia.

DCCCII.

IN N. S. & individ. Trin. Karolus Dei gratia Imperator Auguſtus, confirmat Waldariæ Bathavienſi Epiſcopo donationem Theſſolonis Bajoariorum Ducis quam fecit Cœnobio Chremiſa, quod extruxit à fundamentis Salvatori infra Waldam, inquit, noſtram in loco Chremiſa vocato Trungowe Sulzbach, Sicbach, Liubinlinbach inter duo flumina Ipphas Taluip Sparuna exactores Tödicha fluvius, Sirmicha fluvius Eporaſtal, Pettinbach, lacus Albinæ, Allinchova, Aſchaha Rotala : : : : Signum Domini Karoli invictiſſimi Imperatoris. Erchanbald Notarius ad vicem Radoni Archicapellani recognovi. Data in menſe
(c) Majo Indict. IIII. anno Domini DCCCII.(c) Anno regni noſtri XXI. Actum Aquisgrani palatio feliciter in Dei nomine Amen.

Avent. Rapſod. T. X. p. 64. in Collectan. Pasavienſibus.

(d) DCCCXVI. (d)

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Ludovicus Dei ſavenre Clementia Rex Reginario Epiſcopo & Templo Bathavienſi Divi Stephani, ubi S. Valentinus requieſcit, in Provincia Avarorum donat Chirchpach templum territorium ad centum Manſos faciendum & plus. Termini ab ſemita una ad locum, qui dicitur tumulus cum circuitu usque Chirichbach & ad Marcam Theoteril in ſurſum usque Chumenberch Ratbodus
(e) Comes Annoni Chorepiſcopo adſignat (e) *Ita ut anno Chorepiſcopus atque anno nepos ejus quoad vixerint, poſſideant & fruantur poſt illorum mortem integraliter ad Eccleſiam Patavienſem revertantur.* Adalleodus Diaconus ad vicem Grimoldi recognovi. XIIII. kal. Martii anno à Chriſto propitio tertio regni Ludwici Regis in Orientali Francia, indict. III. actum Oſtrohova palatio regio. in Dei nomine feliciter Amen.

Avent. Rapſod. T. X. p. 65. b. qui multum ſe torquet in conciliandis inter ſe annis regni & indictionis cum Era communi.

DCCCXXIII.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Ludwicus Dei ordinante Providentia ſemper Auguſtus. Reſert, quod Carolus genitor regnum Hunorum ſuæ ditioni non ſine magno præliorum labore ſubjugarit, homines illius regionis Chriſtiano cultui mancipavit, & in eo multa templa renovare & à fundamentis extrui curavit, motus tamen ob devaſtationem Bathavini
Epiſcopii & inopiam (f) quædam dederit (f)
templo D. Stephani Bathavii, ubi quieſcit S. Valentinus corporaliter, ibi tum Waldericus Epiſcopus, hoc eſt in provincia Avarorum locum quemdam, qui Litahah vocatur juxta fontem *Seonbrunnon*, quem habuit cum omni Theodericus in ſua poteſtare & in terra Hunorum Zeiſſenmurum, Treiſman Wachowanl, Pelagum, Haerdin
Riede (g) Aſpach, Wolueswanch Elaffa (g)
& in Artagram Baſilicas duas: & in Saxina Baſilicas duas, poſteaquam, ſubdit, Genitor meus Carolus obiit Marchiones ejusdem pro-

(c) Variè mutavit *Aventinus*, repoſuit enim deletâ hâc numerica annum 812. & 781. cui Hundius annum 789. minio ſubſcripſit in Cod. MS. unde hæc excerpſit. In rebus Walderici P. I. Metrop. p. m. 195. meritò dubitat, an æræ Chriſtianæ annus in autographo Aventini expreſſus fuerit. Inconſtantia numerorum facit, ut & ego dubitem; nec etiam Epochæ ullo modo inter ſe conveniunt.

(d) Computat. ad an. III. Ludovici juxta Cl. V. DANIELIS KOELERI Director. Chronolog. Diplomat.

(e) hoc loco Hundii manus in marg. ex alio haud dubie apographo ſequentia verba, usque ad *revertantur* adſcripſit, hic inſerenda.

(f) *Avent. in marg.* In alio: partim ignavia cujusdam Bathavienſis Epiſcopi partim avaritia Comitum.

(g) erat ſuperius ſcriptum eadem manu *Krede.*

provinciæ de Epiſcopatu . . . . . . ſibiqoe
ſubdere conati ſunt. Cum autem Reinha-
(h) rius (h) Epiſcopus factus eſſet, devitaos
diſcordiam & litem, Gotfridum Marchio-
nem & judices illius provinciæ io noſtram
præſentiam fecit venire, ibi ait ſe juſta le-
ge & judicio populi juxta traditionem ad-
dixiſſe loca illa Bathavienſi templo confir-
mat, ut precatus Epiſcopos Zeiſſenmurus
cum tali marca ot Karolus pater decrevit,
hoc eſt ab illo caſtello in orientali plaga,
usque ad pendentem lapidem in ora montis
(i) Comageni (i), & in Auſtrali ad Choni-
hoſtetin, in Occidentali autem usque ad
acervos ſitos inter Tullanam & ipſum ca-
ſtellum, & ultra Danubium ad Trebenſe, &
exin ad Mochinleo usque ad Czinburch &
Treiſma cum omni integritate ſylvæ Wa-
chowa.

Signum Hluduuici piiſſimi Imperatoris 

Symeon Diaconus & Cancellarius ad vicem Fridegiſi Archicapellani recognovi & ſubſcripſi. Datum anno Dominicæ incarnationis DCCCXXIII. Indict. I. IIII. kal. Julii. regnante Domino HLudovico años X. feliciter Amen. Actum Franchonofurt in Dei nomine Amen.

Aventin. Rapſod. T. X. p. 65. a. In Collectan. Patbavienſ.


DCCCXXIX.

In Dei nomine & Salvatoris noſtri Chriſti HLudovicus Dei ordinante Providentia Rex Bajoariorum, dirimit litem inter Adalramum Juvavenſem Archicpiſcopum & Reginharium Epiſcopum Bathavinum ſuper Parochia, quæ adjacet ultra Comagenis montes, ille dicebat, Arnonem ſuum deceſſorem habuiſſe & ibi prædicâſſe. Hic pertinere ad Eccleſiam Bathavinam. ita rem compooit, ut Reginharius occidentalem partem Sprazæ amnis ubi exoritur, & in aliam Sprazam cadit, & ipſa in ripam fluit: ille veró in Orientali & Auſtrali parte teneat prædictarum aquarum, Ita perpetuo obſervare. Regansburch anno Chriſti DCCCXXIX. anno XVII. HLudovico Imperatore filio ejus Ludowico regnante in Bajoaria anno V. XIIII. kal. Decembr. Luna XVI. indict. VIII. Angelmarus ad vicem Gozbaldi ſcripſi & reſcripſi.

Avent. Rapſod. T. X. p. 68. a. Hundius meminit in Geſtis Reginarii P. I. Metrop. p. m. 197. & Aventinum fol. 387. Annal. Bojor. lapsûs arguit.

DCCCXXXI.

Lhodovicus div. fav. gratia Rex Bojoariorum Hunrocum presbyterum in procerum præſentia manu ſua propria excutiens à manu ejus denarium manumiſit in Pago Qoinzingew Ad Unruochespergk dooat quædam regia mancipia cum templo. Adalleodus Diaconus ad vicem Gozbaldi. XVI. kal. April. anno XX. Domini HLudovici Sereniſſimi Auguſti anno VII. regni noſtri Reginesburch.

Signom Lhudovici glorioſiſſimi 

Aventin. Rapſod. T. X. p. 68. & ad bunc annum exputat.

DCCCLXVII. (k) (k)

In N. S. & individ. Trin. Ludovicus Divina faveote gratia Rex. Ad petitionem Hartwici Epiſcopi Albrico Chorepiſcopo inter Raba & Chuomberch decem manſos dat ad Nuzbach, qui conjacent intra Alode Amalgeri & Watilonis & ad Odinburch & ad loca ubi montana incipiunt extolli. Hebarbardus Notarius ad vicem Witgarii recognovit. IX. kal. Octobr. XXVIII. regni in orientali Francia, indictione VIII. Actum Hoſtermontingen.

Avent. Rapſod. T. X. p. 66. in Collectaneis Paſſavienſibus meminit Hundius l. c. in vita Hardovici p. m. 197. ſed obiter.

DCCCLXXVI.

In nom. S. & indiv. Tr. Carolomannus Divina favente Clementia Rex Wermolfo Presbytero dat quatuor Hubas in pago Trungowe comitatu Arbonis Comitis loca Walahavelt.

Madalwinus Notarius ad vicem Baldonis Cancellarii recognovi III. Non. Novembris anno Chriſti prnpitio, primo regni Domini Carolomanni Sereniſſimi Regis Bajoariorum. Actum Reganeſpurch civitate regia indictione IX. in Dei nomine feliciter Amen.

Avent. Rapſod. T. X. p. 66. b.

DCCCLXXXV.

In nomine S. & individ. Trin. Karo-
lus (l) D. fav. Clem. Imperaror Auguſtus. (l)
Si locis divinis cultibus mancipatis aliquid
emolumenti contulerimus præſentis vitæ
proſperitatem à Deo nubis donari credi-
mus, & æternæ vitæ beatitudinem con-
ſequi non dubitamus. Quapropter com-
periat omnium fidelium noſtrorum, præ-
ſentium ſcilicet & futurorum induſtria,
qualiter nos ob amorem Dei ac pro reme-
dio animarum parentum noſtrorum geni-
toris & genitricis noſtræ, fratrum ſoro-
rúmque noſtrarum, ac pro noſtra & conju-
gis ooſtræ æterna remuneratione nonas (m) (m)
de curtibus noſtris ſubter nominatis om-
nium

(h) *Avent.* inter lin. *Ragenarius.*
(i) in marg. *Comagenus Monſ. Cronberg.*
(k) juxta calculum directorii chronol. & diplom. *Koelerıani.*
(l) Tertii fratris Carolomanni *al.* Craſſi.
(m) GEWOLDUS in add. ad Hund. P. III. m. 42. *novas res* ſed malè. exactius hic omnia ex AVENTINO.

nium rerum noſtrarum, ad capellam, quæ ſita eſt in villa, quæ dicitur Ottinga, perdonavimus. Id eſt de Uveles, de Aternhova, de Matachova, de Rantesdorff, de Muninga, de Suvindilenbach, de Otingen, de Oſtermundingen, de Saltzburchone, de Salina, de Atilla, de Oſteinhova, de Dingolvingan, de Liuchingan, de Incingan, de Peringan, de Chieminchhove, de Veldan, de Helſendorff, & nonam partem Mutæ ad Rantesdorff & Tabershaim, ideóq; hos noſtræ auctoritatis apices inde conſcribi mandavimus, per quod decernimus atque omnino ſancimus, ut præfatæ res ad præfatam capellam deinceps ſecuriter atque inviolabiliter permaneant, nullo unquam ſucceſſorum noſtrorum eas interrumpente. Et ut hæc largitionis noſtræ auctoritas firmior habeatur manu propria ſubter eam firmavimus, & annuli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum Karoli Sereniſſimi Imperatoris Auguſti.



(n) Amalbertus Notarius (n) ad vicem Liutwardi Archicancellarii recognovi. Datum VIII. kal. Sept. anno Incarnationis Domini DCCCLXXXV. indict. III. Anno Imperii piiſſimi Imperatoris Karoli in Italia quinto, in Fraucia quarto, in Gallia primo. Actum apud Vueibelingam in Dei nomine feliciter Amen.

Avent. Rapſode T.X. p. 64. b. Gewoldus l. cit. inſeruit. exactius hic exhibemus. Edidit Aventinus in libello de Otinga, qui nobis nunc non ad manus; tanta autem raritatis eſt, etiam inter nos, ut non niſi rariſſimè ſe offerat, etiam quærentibus. Diplomata, quæ ibidem leguntur, Aventinus ante in hoc decimo Rapſodiorum ſuorum volumine collegerat.

DCCCLXXXVIII.

Arnulphus Dei ordinante Clementia Rex dat Snelhardo Abbati * tres Hubas juxta rivum Scaaha in Comitatu Arbonis, quas . . . Sclaui prius tenuerunt. kal. April. DCCCLXXXVIII. regni I. Ad Monaſterium S.Floriani. Datum in pago Trungaw. in Bajoaria Neuhoven Floriani.

* vid. ad an. ſeq.

Aventinus Rapſodior. T. X. p. 60. a in Collectaneis Paſſavienſibus.

Idem Imperator dat, ut rogârat Snelperoni Abbati Monaſterii Chremiſa conſtructi in honore Salvatoris noſtri in perpetuum, quod ante in beneficium habuit Nezzilpach in comitatu Aribonis in pago Trungew juxta rivum Chremiſa. Aſpertus Cancellarius ad vicem Theotmari Archiepiſcopi recognovit. Non. Jan. DCCCLXXXVIII. indict. VI. regni I. Regina civitate.

Avent. loc. cit. p. 63. a.

Idem ob ſalutem & memoriam patris Carlomani Sereniſſimi Regis & avi Ludovici piiſſimi Regis quaſdam res proprietatis ſuæ ſitas in Bojariæ partibus Troungew ad Monaſterium Chremiſi à flumine ejusdem nominis ibi fluentis ſic dictum in honore Salvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti conſtructum perpetuo dat. Nwnhoven foreſtariis venatoribus, quorum Princeps Fundimül vocatur, excepto quod Burtbardo fideli noſtro & Snelloni ejusdem Monaſterii Abbati donatum. Aſpertus Cancellarius ad vicem Theotmari Archicapellani recognovi. II. Non. Jan. DCCCLXXXVIII. regni I. Regenſpurch.

Avent. l. c. p. cit.

DCCCLXXXVIIII.

Arnolfus, rogatu dilectæ conjugis Otæ Abbsti Snello in comitatu Aribonis loco Shalaha in villa Oberndorff duas Hubas. Engilpeto Notarius ad vicem Deothmari Archicapellani. V. Non. Maji. DCCCLXXXIX. regni II. Actum ad Novam Eccleſiam. *

* in marg. *Newkirch.*

Avent. Rapſod. T.X. p. 63. b. & denuo p. 67. a.

Idem Rex dat ob preces Comitis Adalhardi Engilfrit homini illius in comitatu Chuomberti in pago Tunahgowe in villa Wolfnersdorff hubam unam. Poſt mortem paſtoris in jus & poteſtatem Monaſterii S. Mariæ Bathaviæ conſtructi redigatur; Signum Arnulfi piiſſimi Regis. Aſpertus Cancellarius ad vicem Theotmari Archicapellani recognovi. VI. Id. Febr. A. D. Incarnat. DCCCLXXXVIIII. Indict. VI. Anno primo regni Domini Arnulfi piiſſimi Regis. Actum civitate regia in Dei nomine feliciter Amen.

Avent. Rapſod. T. X. p. 67. a.

DCCCXC.

In nom. S. & indiv. Trin. Arnolfus D. f. Clementia Rex, dicit ſe ob memoriam Parentum ſuorum ad Monaſterium Otingas, quod ipſe pater ſuus in honore S. Mariæ Matris Dei & S. Philippi à fundamentis extruxit, & aliud Monaſterium Monachorum præſit Purghart Snello * unus cunctis diebus vitæ ſuæ duobus Monaſteriis. Aſpertus Cancellarius ad vicem Diothmari Archicancellarii. V. Idus Jan. DCCCXC. regni III. ad Otingas Curte Regia.

* vid. ad an. præced.

Ex illarum litterarum tribus verſibus oblitteratis intelligitur crebro Monaſteria duo ſolitos unum eligere Abbatem & utrosque fratres conveniſſe ex utrisque Cœnobiis ac Monaſteriis ad eligendum Abbatem.

Aventinus Rapſod. T. X. p. 60. a. In Collectan. Paſſav. ex Philippo Tantzer.

Idem Rex Engelmaro Epiſcopo in Marca Graſamariſaha mancipia dat. Aſpertus Cancellarius ad vicem Theotmari Archicap. XVIII. kal. Maji. DCCCXC. indict. VIII. regni Arnulfi invicti Regis III.

Avent. loc. cit. p. 67. a.

DCCCXCII.

In N. S. & individ. Trin. Arnolfus divina ordinante Clementia Rex proprietates

Uuuu ſuas

(n) Avent. in marg. *It Epiſcopus fuit Vercellenſis.*

ſuas in pago Trungowe loco Rorbach cuidam Tiethardo darum, quod ipſe Apoſtata regnum deprædavit, id S. Floriano dat. Engilpero Notarius ad vicem Thiotmari Archicapellani recogn. xv. kal. Martii DCCCXCII. regni Arnulfi V. Otinga curte regia.

Avent. Rapſod. T. X. p.62. b. inde Hundius obiter meminit in rebus Engelmari l. c. p. m. 191.

Idem ob recordationem Antecesſorum ſuorum Regum videlicer Francorum & Bajoariorum & ſuam, Martyribus Stephano & Valentino, Engilmaro Epiſcopo Bathavienſi mancipia dat octo. Engelpero Cancellarius ad vicem Theotmari ix. kal. Jul. DCCCXCII. indict. xi. regni vi. civitate regia.

Avent. loc. cit. p. 67. a.

DCCCXCVIII.

Arnulfus Div. fav. Clem. ſemper Auguſtus pro prædio in Italia poſito, quod dicitur ſummus lacus Monaſterii Otinga nuncupati ad Epiſcopatum Bathavienſem jure perpetuo pertinentis, dat Ruite Otingenſi Eccleſiæ oportunius ſitam. Engelpero Notarius ad vicem Wichingi Epiſcopi recognovi. xiiii. kal. Sept. DCCCXCVIII. regni XI. Imperii IIII. Datum ad Rantesdorf. *

* hodie Ransboven.

Avent. Rapſod. T. X. p. 63. a- integrum exhibuit Hundius l. c. p. 233. qui refert ad annum Imperii III. Eundem annum habuit & Aventini excerptum, ſed poſtea delevit & IIII. repoſuit. Idem & deleto Ratensdorf, *Rantesdorf repoſuit, & Monogramma Arnulfi appinxit.*

Idem Arnulfus regni XI. Imperii III. Dar Engilmaro Epiſcopo Bathavienſi aream Bathaviæ. Regina civitate Id. Decembr. DCCCXCVIII. Wichingus Cancellarius ad vicem Theotmari.

Avent. l. c. p. 68. a.

DCCCXCIX.

V. Idus Sept. indict. i. Arnolfus tradit, regni anno XI. Imperii III. & donat urbem Bathaviam Wichingo Archiepiſcopo Bathavienſi cum integro Theloneo. Ex tabulis donationis.

Eo anno precibus Wichingi & Iſingrini Comitis donat Arnulfus ad capellam Rantersdorff Divo Pancratio duo jugera ad utilitarem ſervorum Dei. Non. Febr.

Avent. fol. 51. a.

Idem Imp. Auguſtus Velda conjugi Ottæ conatum ejus conſenſu dar ad Otingam quam Pater Karlomannus D. Philippo dedicavit ad opus fratrum ibi Deo ſervientium diu noctúque, quæ Dioturus tenuit in pago Iſanahgowe comitatu Gumpoldi in locis Rota Ludaheimmo & in Veldaro marcho ad Filiſa & Lazzaha Luizzinpach. Engilpero Notarius ad vicem Theotmari Archiepiſcopi recognovi. vi. Non. Jul. DCCCXCIX. Indict. ii. anno regni piiſſimi Regis Arnulfi XII.

Avent. Rapſod. T. X. p. 67. a.

DCCCC.

xiii. kal. Febr. Ludovicus primo anno regni ſui donar Monaſterio Floriani civiratem Aneſum in ripa Aneſi precibus Richarii Præſulis Bataviensis.

Fol. 51. b.

In nom. S. & individ. Trin. Ludovicus D. ſav. Clem. Rex, air Rihharium Bathavieoſem Epiſcopum per quosdam proceres ſuos & Adalberonem Antiſtirem & ſtudioſiſſimum nutritorem ſuum Waltonem Friſingenſem Epiſcopum, nec non Luitbaldum Inluſtrem Comitem dilectum propinquum ſuum, aperuiſſe lamentando damna inlata ſibi à paganis circa Monaſterium S. Floriani improviſa impugnatione, deprecatus ut, civitatem illam (quam fideles, inquir, noſtri regni pro tuirione patriæ unanimiter contra communes Chriſtiani nominis perſecutorum inſidias noviter in ripa Anaſi fluminis in proprio jam dicti Martyris partimque in rerra præfecturæ territorialis ſtatuentes cooſtruxerunt, ad prædictum Cœnobium traderemus, ubi ipſe corporaliter quieſcit, donat, firmat, tradit in Aquilone Danubii ad dictum Monaſterium, quidquid habuir Perahart.

Sigoum Domini Ludovici piiſſimi Regis. xiiii. kal. Febr. DCCCC. Indict. iiii. regni primo.

Avent. Rapſod. T. X. p. 65. In Collect. Paſſavienſ. unde retulit Hundius in Metrop. P. I. p. m. 198. *quin tamen fontem ſalutare in animum induxerit, in animum induxerit, id quod poſt ipſum Gewoldo quoque, qui & ipſe Aventini laticibus antiquariam ſitim levavit, familiare fuit, niſi quod Gewoldus injuriis non abſtinuerit, turpius autem eſt, fontem unde hauſeris, inquinare, quam eundem non coronare.*

DCCCCIII.

In N. S. & individ. Trin. HLudovicus gratia D. concedente Rex dat ob interventum Waltheri & Purchardi Epiſcoporum & cæterorum conſultu Principum aſtantium, in pago Iſanahgowe in Comitau Gumboldi ad Frehinsdorff ſecus amnem Tuiſſtada ad Mejorespach, quatuor hubas, quas Ermprecht, Diethelm Unruoh, Rudher habent. Engelpero Notarius ad vicem Diethmari. ii. kal. Aug. DCCCCIII. regni HLudovici IIII. Actum ad Otingas curte regia. (o) (o)

Aventinus Rapſod. T. X. p. 59. b. in Collectaneis Paſſavienſibus.

In N. S. & individ. Trin. Ludwicus Dei largiente gratia Rex, narrat, quod Aerbo Comes & Engilmar Purchardi Epiſcopi Bathavienſis Vaſallus rogârunt, quatenus Sacerdotibus Bathav. darent Althovn, Matahagaw, Oſtarnaha, Pollinga, Prama. Engil-

(o) in marg. Avent. *Papo Comes Iſangrinius Comes Rantesdorf.* fortè teſtes.

Engilpero Notarius ad vicem Theotmari Archicapellan. recognovit & ſubſcripſit. II. Id. Aug. DCCCCIII. regni Ludowici III. ad Otinga curte regia.

Avent. l. c. p. 61. b. Ex Philippi Tantzer Excerptis, qui etiam refert ejusdem Tomi pag. 65. b. adjicîtque memoratis locis: Gurtana, Lubichchineſpach, Pollinga, Hohinhard, Altheim Chorpheim, Hohanſtat, Scardinga. *Meminit etiam harum donationum Hundius in Metrop. in rebus Burchardi Epiſcopi. p. m. 199. eò etiam pertinent, quæ Aventinus ex alio diplomate, cujus prolixius ibidem meminit Hundius, loc. cit. Rapſod. p. 73. b. excerpſit:*

Anno DCCCCIII. anno III. Ludovici Regis Burchardus Epiſcopus Bathavienſis & Madavintus ejus Chorepiſcopus donârunt libros. Theodorus Malleus de ***

*** effugit verbum.

Quinzingowe, Suenahgowe, Rotahgowe, Trungowe ultra montem Comagenum Niuuinihha, Anedilihha. *Hæc ibi Aventinus, ad Geographiam illius ævi fortè factura.*

DCCCCVII.

HLudovicus * Divina ſavente gratia Rex ob preces Thetmari Archiepiſcopi, Luotpolt & Iſingrim, illuſtrium Comitum Purchardo Epiſcopo Bathavienſi ob devaſtationem Diœceſis à Paganis, confirmat Otingam in Epiſcopi poteſtatem. Eogelpero Notarius ad vicem Theotmari ſummi Capellani xv. kal. Julii anno DCCCCVII. Indict. x. anno regni HLudovici invictiſſimi Regis VIII. Actum ad Sanctum Florianum.

* Arnulfi F.

Avent. Rapſod. T. X. p. 68. a.

DCCCCLXXIIII.

Otto Dei favente Clementia Imperator Auguſtus. Ut dilectus Nepos Henricus Bajoariorum Dux rogavit, dat Pilgrino Epiſcopo Laureaci aream in urbe Ratisbonenſi non longè ab Eccleſia Sancti . . . quam ipſius deceſſor Adalbertus à patruo noſtro Henrico Bajoariorum Duce recepit Concambio. Willigiſus Notarius ad vicem Ruperti Archicapellani recognovi. III. Id. Septemb. DCCCCLXXIIII. regni XIIII. Imperii VI. Erfasfurt.

Avent. Rapſod. T. X. p. 61. b. Ex Philippi Tantzer excerptis.

DCCCCLXXV.

Otto Aug. Chremiſſam Abbatiam donatam ab Arnulfo & Ludovico confirmat Pilgrino precibus Willigiſi & Gereonis Archiepiſcoporum. Poppo Cancellarius ad vicem Willigiſi Archicapellani recognovit. A. DCCCCLXXV. III. Id. Jun. Regni XIIII. Imperii VIII. Erfeffurt.

Avent. Rapſod. T. X. p. 61. b. Ex Philippi Tantzer excerptis.

DCCCCLXXVI.

IX. kal. Aug. Otto regni XV. Imperii IX. dat Pilgrino Epiſcopo Patavienſi Abbatiolam intra Bathaviam urbem & Theoloneum.

F. 51. b. T. X. Rapſod.

Otto Aug. dat Pilgrino Laureacenſi Epiſcopo Theloneum Bathavienſis civitatis, quod Pater Otto Auguſtus precario Alberto Epiſcopo Epiſcopo Alberto Pilgrini deceſſori dederat (p). Egebertus Cancellarius ad vicem Willigiſi Archicapellani recognovit. XI. kal. Aug. A. DCCCCLXXVI. Regni XV. Imperii IX. Ratisponæ. (q)

Avent. Rapſod. T. X. p. 62. a. Ex Excerptis Philippi Tantzeri.

Immunitates Caroli, Ludwici, Ottonis primi Imperatori Ottoni à Pilgrino Bathavienſi Epiſcopo oblatas confirmat cum Monaſteriis, Eccleſiam S. Floriani atque Treiſina ad Monaſterium S. Hippolyti Tremiſa, quæ eſt in honorem Salvatoris conſecrata. Egebertus Cancellarius recognovit &c. *ut ſupra*

Avent. loc. cit.

DCCCCLXXVII.

Oto intronizat Pilgrinum Epiſcopum Batavienſem in ſede Laureacenſis Eccleſiæ, quæ extra muros in honore S. Stephani & Laurentii; ante diſſidium & deſolationem regni Bajoariorum inter Eccleſiam & Epiſcopatum ſita fuit. Ita omnes Succeſſores Laureacenſes ſunt & nominantur Pontifices Laureacenſes.

Avent. fol. 51. b.

DCCCCLXXX.

Otto Divina fav. Clem. Imperator Pilgrino Mutam & Theloneum per aquas dat. Egbertus Cancellarius ad vicem Willigiſi. DCCCCLXXX. Ratiponæ.

Avent. Rapſod. T. X. p. 61. b. Ex Philippi Tantzer Excerptis.

Otto perpetuo donat Pilgrino Abbatiolam ſui juris, precibus Ottonis dilecti fratruelis Ducis Alamannorum & Willigiſi Archiepiſcopi. Ratisponæ DCCCCLXXX. Egebertus Cancellarius ad vicem Willigiſi recognovit.

Avent. loc. cit. pag. 62. a.

DCCCCLXXXII.

XV. kal. Nov. Oto Imperator confirmat Laureacenſi Eccleſiæ & Pilgrimo Wachaw, factum à Ludovico Rege in comitatu Purchardi Reverendi Marchionis. Rogâras Henricus Nepos Dux Bajoariorum.

Avent. loc. cit. pag. 72.

DCCCCLXXXV.

In nomine S. & individ. Trinit. Oto Dei favente Clementia Rex. Ait Pilgrinum conqueſtum ſibi ſuum Epiſcopium à Barbaris vaſtatum, rogatu igitur Matris ſuæ Theophanæ, nepotum ſuorum amborum Henricorum Ducum ſcilicet Bavariæ Carnitanæ regionum, omnes Colonos ſitos in

(p) Avent. in marg. *Bruno Nepos Ottonis in proprium habuerat.*

in Marca Luidbaldi Comitis eſſe liberos jubet, ſoli Advocato Eccleſiæ pareant. II. kal. Octobris DCCCCLXXXV. anno Tertii Ottonis ſecundo Babenbergæ. Hildbaldus Epiſcopus ad vicem Willigiſi Archicapellani recognovi.

Fol. 56. b. T. X. Rapſod. Idem Aventinus eodem Tomo p. 62. a. idem diploma ita excerpſit. Otto &c. Pilgrino Bathavienſi Præſuli Epiſcopatus bona in Oriente Barbarorum limini adjacentia, conqueſto lædi maximè, interfectione familiæ & direptione præter innumera incendia absque habitatore terra Epiſcopii ſylveſcat, rogatu Theophanu matris, Nepotum amborum Henricorum, Ducum Bojariæ & Carynthanæ dat libertate Colonos. *Cætera ut ſupra.*

DCCCCXCIII.

* Avent. add. capellam.

Otto D. fav. Clem. Rex Chriſtiano Epiſcopo Bathavienſi, Monaſterium Chremsmynſter Ottinga *, Matahſe Abbatiam, curtim Ruite donat, confirmat. Hyldebaldus Epiſcopus & Cancellarius vice Willigiſi Archiepiſcopi recognovit. VI. kal. Febr. DCCCCXCIII. Indict. VI. anno Tertii Otonis regnantis decimo. Actum Trotmaniæ.

Avent. Rapſod. T. X. p. 62. a. In Collectan. Paſſav. appinxit in marg. Monogramma Ottonis, argumentum viſi diplomatis.

Idem Otto III. Chriſtiani Bathavienſis Epiſcopi Eccleſiam premi ſervitute à Ducibus vetat, eximitque ab omni ſervitute Hyldebaldus Epiſcopus & Cancellarius vice Willigiſi Archiepiſcopi. VIII. Id. Febr. DCCCCXCIII. Ottonis regnantis X. Diaſpurgo.

Avent. l. c. p. 63. a. qui & Monogramma delineavit. Exinde Hundius in rebus Chriſtianni p. m. 202.

DCCCCXCIX.

In nom. S. & indiv. Trin. Otto Dei favenre Clementia Romanorum Imperator Auguſtus ob crebras preces Henrici Ducis fidelis noſtri & Chriſtiani Epiſcopi Bathavienſis dar Mercatum, Monetam, Theloneum. Signum Domini Otonis Imperatoris auguſtiſſimi.

Heribertus Cancellarius vice Willigiſi Archiepiſcopi recognovi. III. Non. Januar. DCCCCXCIX. Indict. XIII. Anno Tertii Otonis regnantis XV. Imperii III. Actum Romæ feliciter Amen.

Avent. l. c. p. 68. ex quo Hundius memorat, integrum exhibuit Gewoldus ad Metrop. P. I. p. m. 242. Authographum vidit Aventinus, & ex eo Ottonis Monogramma depinxit.

MVII.

Henricus D. fav. Clem. Rex Chriſtianus (q) Pathavienſis Epiſcopus. Commutatio Prædiorum (r). Eberhardus Cancellarius vice Willigiſi Archiepiſcopi recognovi. XV. kal. Maji. MVII. Henrici II. regnantis anno V.

Aventin. Rapſod. T. X. p. 62. a.

MX.

XIII. Non. Maji. MX. Guntherius Cancellarius vice Willigiſi Archicapellani Reganespurg regni VIII. Henricus Div. fav. Clementia Rex, ob preces conjugis Chunegundæ & dilectiſſimi Ducis Hezelini & obſequium devotæ Heilkæ Divæ Genitricis Eccleſiæ * dat partem ſylvæ Nordwald in comitatu Adalberonis à fonte fluminis Ultza usque ad terminum ſylvæ hujus, ubi ſeparat Bojemiam & Bavariam, & decurſum Ultzæ & Rotulæ usque in Danubium.

* in Nidernburg Parthenone.

Avent. l. c. p. 74. a.

MXIIII.

In N. S. & individ. Trin. Henricus Div. favente Clem. Romanorum Imperator Auguſtus dat in comitatu Henrici Marchionis prædia in orientali regno Herzoginburch, Tulna, Chiemiſa Sigemareswert, Wirinemcſſewe. Guntherus Cancellarius vice Erchebaldi Archicapellani notavi. III. Non. Julii MXIIII. regni XIII. Imperii VI. Babenberg. Signum D. H. Imperatoris invictiſſimi.

Aventin. Rapſod. T. X. p. 62. a.

MXIX.

Henrici regni anno XVIII. Imperii VI. IIII. kal. Sept. Berngerius Epiſcopus in Nordwald Eccleſiam Gunthario conſecrat Divo Jo. Bapt. Deiparæ Virg. cruci.

Avent. Rapſod. T. X. p. 73. a.

MXX.

In die S. Theclæ Virginis obiit Heilka amita S. Henrici Imperatoris prima Abbatiſſa hujus Monaſterii (in Nidernburch) ſepulta in Porticu.

In templo ibi ſepultus Gregorius Epiſcopus, qui ex Oriente Bathavorum urbem venit ex Ungaria, & ibi Heremiticam duxit vitam.

Avent. T. X. Rapſod. in Collect. Paſſav.

MXXV.

Chunradus Divina favente Clementia Rex Peringero Epiſcopo decimationem in comitatu Adalberti Marchionis in orientali provincia in Aquilone Danubii.

Ulricus Cancellarius vice Aribonis Archicapellani recognovi II. Non. Octobris. Chunradi II. Anno II. MXXV. Triburiæ. Teſtibus: Giſilo & Aribone Archiepiſcopo.

Avent. Rapſod. T. X. p. 62. a. In Collectaneis Paſſavienſibus.

MXLVI.

(q) Notat Aventinus hoc loco ita ſcriptum in Diplomate novo *Chriſtanus* uti paſſim alibi. appinxit & Monogramma in marg.

(r) Inter lineam: *Criſtesdorf*, *Albarm*.

MXLVI.

Henrico Tertio Egilbertus Epiſcopus deceſſit, Beringerus, Ratmundus Abbas Altanus.

Avent. loc. cit. pag. 71. b.

MXLIX.

In N. S. & individ. Trin. Henricus D. fav. Clem. Romanorum Imperator ſemper Auguſtus ob interventum Agnetis uxoris Engelberto Epiſcopo Bathavienſi venationem in comitatu Alberti Marchionis inter Sabimich & Tuminicha Amnes. Wintherius Cancellarius vice Pardonis Archicancellarii recognovit. xvi. kal. Julii. MXLIX. Henrici III. Regis Imperatoris Ordinationis XXI. regni XI. Imperii III. Gemundæ.

Avent. Rapſod. T. X. p. 62. a.

MLII.

Henricus Div. fav. Clem. Rex confirmat Eigilberto Bathavienſi Epiſcopo Abbatias Chremiſa Munſtiure, Manſeo, capellam Ottingen, Ruite, Aneſiburch in Oſterichi in loco Chirpach territorium quoddam Eccleſiæ, quæ ad radices Comagenis montis ſita eſt. Winther Cancellarius in vicem Luipoldi Archicancellarii & Archiepiſcopi recognovi. xiii. kal. Aug. MLII. anno Henrici III. reg. Imp. Ordinat. XXIIII. regni XIII. Imperii VI. Actum Bazowe.

Avent. Rapſod. T. X. p. 62. b. meminit Hundius P. I. p. 203. in ejus rebus.

MLV.

Henricus III. Imp. precibus Agnetis uxoris, filii Henrici Regis Quarti, in villis Gewaze Prunnen Chrubach donat, quæ habuit Rachwinus in Palatino placito reus majeſtatis criminatus & communi omnium judicio capitali ſententia damoatus. Wintherius Cancellarius vice Luitpaldi Archicancellarii. xix. kal. Jan. MLV. Henr. III. Regis Roman. Imperii IIII. Ord. XXVII. regni XVII. Imperii IX. Ulmæ.

Aventin. Rapſod. T. X. p. 62. b.

MLVI.

Henricus D. fav. Clem. Secundus Romanorum ſemper Auguſtus dat ob preces Agnetis uxoris Regis Henrici filii Eigilberto Epiſcopo vicum Pomgartin cum omni utilitate, quæ contra Boemos conquiri poteſt, intra terminos hos vallem Poumgartintal ſurſum usque ad notas definitas Ungaricorum terminorum, deorſum usque ad prædium Comitis Henrici, exin in directum
(s) usque ad Stratam Lavendinburch (s) ducentem, usque ad prædium Richwini. Wincberius ad vicem Luipoldi Archicapellani & Archiepiſcopi recognovi. vi. Idus Julii MLVI. Henrici III. Regis, ſecundi Imperatoris Ordinatione XXVIII. regni XVIII. Imperii X. Berchtenſtain Berchtenſtat. (t) (t)

Avent. Rapſod. T. X. p. 62. b. qui monogramma appinxit.

MLIX.

In N. S. & Individ. Trin. Henricus Dei favente Clementia Rex, Cunizam ſervam ab Nobili Walthero Domino oblatam libertate donat. Manu noſtra inquit excuſſo de manu illius denario. Gebehard Cancellarius vice Luipoldi Archicancellarii recognovi. kal. Sept. MLIX. Henrici IIII. Regis Ordinationis V. regni II. Tribenſe.

Avent. Rapſod. T. X. p. 62. b.

Idem Imperator Agnetis matris petitione dat S. Hypolitho tres manſos regios in Mandeswerde infra Schwechant & Viskaha juxta Danubium in Marchia Oſterriche in comitatu Erneſti Marchionis. Gebehard Cancellarius vice Luitpoldi Archicancellarii. vi. Non. Oct. MLIX. Ordinationis V. regni II. Ibeſe.

Avent. Rapſod. T. X. p. 70. a.

MLXIII.

Henricus * D. fav. Clem. Rex Eigilberto oblata confirmat petitionémque ſui Magiſtri Annonis Colonienſis Archiepiſcopi Abbatias Chremsmünſter, Matſéo prædium Huniſperch, capellam Otingen, Ruite, villam Uffehuſen quam pro Aneſiburch Laureacenſis Eccleſiæ prædio, ubi quondam Epiſcopatus ſedes, ab Henrico Duce Bojorum Adalbertus Epiſcopus Bathavienſis recepit, & in Oſterriche loco Chirchpach territorium quoddam cum Eccleſia, quæ ad radices montis Comageni ſita, & in eodem monte manſos centum quondam ſitos in comitatu Erneſti Marchionis. viii. kal. Nov. MLXIII. Ordin. Henrici Quarti IX. regni VII. Ratisbonæ. Fridericus Cancellarius vice Sigefridi Archicancellarii.

* Quartus.

Avent. Rapſod. T. X. p. 62. b. meminit Hundius ſed minus expreſſè P. I. Metrop. 203. in rebus Engelberti ex Aventinianis hiſce, ubi Monogramma appingitur.

MLXVII.

Henricus IIII. precibus Agnetis nec non Berthæ Reginæ Gebehard Archiepiſcopi Salzburgenſis, Epponis Niuburgenſis Epiſcopi Altmanno Epiſcopo villam dat & tranſitum fluminis Maraha infra Poumgarten, Stutpherrich Matzidada prædium Ernuſti Marchionis. Sigehard Cancellarius vice Sigefridi Archicancellarii recognovit ii. Non. Martii MLXVII. Henrici IIII. Ordinat. XV. regni XI. Ratisbonæ.

Avent. Rapſod. T. X. p. 62. b. Ex eo Hundius in rebus Altmanni l. c. nos tamen nomina propria exactius ad Aventini autographum.

(s) Hundius qui tamen ex Aventino excerpſit *Lauindenburch.*
(t) Aventinus utrumque poſuit, Hundius poſterius retinuit.

MLXXVIII.

In nom. S. & individ. Trin. Henricus D. ſav. Clem. Rex petitione Rapotonis Comitis & ob fidem Sigebotoni, quicquid beneficii nomine habuit in villa Frigendorff à Wolskero in pago Oſterriche in comitatu Luipoldi Marchionis dat in proprium. Gerhardus Cancellarius MLXXVIII. Ordinationis XXV. regni XXIII. Bathaviæ.

Avent. Rapſod. T. X. p. 69. a.

MLXXXIIII.

Reicherſperg caſtro Wernherus præpotens Bojus ſuper flumine Oeno Bath. Diocefis. uxor ejus Dietpyrga ſotor Archiepiſcopi Gebhardi Juvavenſis. Is poſt mortem unici filii Gebhardi & uxoris, cum oriretur Lis jam eo vivo, inter agnatos ejus de hæreditate, caſtrum demolitur Divo Michaeli templum dedicat, Canonicis reſtitutis. Poſt Albinus filius Aribonis, fratris hujus Wernheri, vivente patruo Sacerdotes pellit, prædium occupat. Wernherus in tutelam præſenti Gebehardo Archiepiſcopo Salzburgenſi tradit. Pauló poſt obiit. III. Non. Octobris ſub gradu aræ S. Crucis cum filio & uxore ſepultus.

Avent. Rapſod. T. X. p. 51. b.

MLXXXIX.

Arnoldus Comes in Lampach caſtrum juxta Tranam fluvium, orbus hæredibus commutat in Monaſterium. Regila uxor Francona: filius Gotfridus Marchio, ejus ſedes Putina urbs Metropol. verſus Pannoniam. Hic habuit filiam, quæ nupſit Ekkeberto Comiti de Nwnburg, in ora Oeni fluminis ſitum. Hinc filiæ poſt fratris mortem datur Dos Purina urbs. * Peperit ipſa filium Adalberonem, qui Pariſius miſſus .... *

* Pytting.

* effugerunt duo verba.

Quatuor ſylvas dat Lampach ex Foreſto ſuo Alalbero.

Patruus ejus Arbo conſecratur Lambach A. MLXXXIX.

Avent. T. X. Rapſod.

MXCV.

Non. Maji obiit Giſala S. Henrici Imperatoris ſoror, uxor Stephani Regis Ungariæ, Abbatiſſa ſecunda hujus loci (in Nidernburch) hic ſepulta à dextro latere.

Avent. Rapſod. T. X.

MCVII.

Henricus Quintus D. ſav. Clem. Rex Udalricum denario excuſſo de manu ejus manumittit. Nonis Januarii. MCVII.

Avent. l. c. pag. 69. a.

Ibid. ſequentis quoque Diplomatis excerptum non adſcripto anno:

Henricus D. G. Rom. Imp. ſemper Auguſtus & Rex Siciliæ confirmat concambium de Miniſtris * inter Wolſkerum Bathavienſem Epiſcopum & Ludwicum Ducem Bojorum Francfort VIII. Idus Julii.

* inter lineam adſcripſit Aventin. *Servis.*

MCVIII.

Henricus Div. fav. Clem. Rex Romanorum anno MCVIII. Ordinationis IX. regni III. Nurnberch kal. Maji, rogatu Welfonis Ducis, Luipoldi Marchionis, Eberhardi Eiſtetenſis Epiſcopi & Chorepiſcoporum ejus. Henrici Friſingenſis, Hartwici Radisbonenſis, Hermanni Auguſtani, Thetboldi Marchionis, Peringarii Comitis in Bruna villa in comitatu Luipoldi Marchionis Hedentico dat tres manſus regios. Albertus Cancellarius vice Rothardi Maguntinenſis Archiepiſcopi recognovit.

Avent. Rapſod. T. X. p. 69. a.

MCIX.

VII. kal. Maji Reginbertus & Levir Oudalſcalchus Ulrico I. Epiſcopo Sitanſteten Canonicos Regulares donat.

Avent. Rapſod. T. X. p. 59. b. in Collectan. Paſſavienſ.

MCXI.

Henricus Imp. Aug. Ulricus Epiſcopus Bathavienſis hæreditatem ſuam Merding in Suevia, in pago Ogesgowe dat templo ſuo. eam confirmat Imperator MCXI. Indict. IIII. VIII. kal. Julii, Bathaviæ Imperii primo.

Avent. Rapſod. T. X. p. 70. a.

MCXXIIII.

Reigemarus cæleſti gratia Epiſcopus, tum Palmarus frater ejus, Ditherus de Halſe Gebhard filius ejus, Sigeboto de Taneberch.

Avent. Rapſod. T. X. p. 73. b.

MCXXXV.

Lupoldus Marchio dat * Reinmaro Epiſcopo Bathavienſi Decimas Parochiarum Nunburch, Holaerbrunnon, Görs, Pœlan, Ekindorff, Ruspach, Miſtelbach Valchenſtain, Lizze, Muzliche, Widervelde, major Pulka, Alhare, quam ipſe & anteceſſores ſeculares conſueto non Jure Canonico poſſederunt, præſentibus filio Adilberto & Liupoldo devoto. Hartmanni Præpoſiti id Marchio fecit crebra exhortatione, concambio dat tamen Epiſcopus Eccleſiæ Munburch decimas, quam conſtruit Marchio, dedit Præpoſitus beneficia Chalmuntze ſita. Facta eſt commutatio Griffenſtein anno MCXXXV. Regnante Leothario III. hujus nominis Imperatore anno regni ejus XI.

* in marg. *remiſit.*

Avent. Rapſod. T. X. p. m. 63. b. ſed fuſius memorat Hundius in rebus Reinmari l. c. p. m. 205. in nominibus tamen propriis ab Aventino alicubi diſcedit.

Luthario regnante anno Imperii XI. Regiomarus Epiſcopus, Lupoldus Marchio cum duobus filiis Adalberto & Leupoldo.

Avent. l. c. p. 73. a.

MCXXXVII.

L. Marchio & frater Erneſtus Marchio per manus fratris Alberti Advocati dant Eccle-

Eccleſiam S. Petri in Wlennenſi loco poſitam R. Epiſcopo Bathav. Mauttam recepit vineam in Wartperch .... *MCXXXVII.

* aliquot verba effugerunt.

H. Dei gratia Dux Bojariæ Chunrado fratri Bathavienſi Epiſcopo. amovet ab Advocatia Sancti Hypolyti Albertum cognatum factum in celebri loco Aneſi. *ſine anno.*

Avent. l. c. pag. 71. b.

MCXLIII.

Regenbertus Epiſcopus MCXLIII. Engelbertus Dux, filius ejus Rapoto Bathav. IIII. Non. Octobr. Epiſcopi Reginperti anno I. cepit MCXXIIII.

Avent. Rapſod. T. X. p. 71. b.

MCXLIIII.

Reginpertus Epiſcopus Bathavienſis Comes de Peilſtein fatetur Hiltiburch de Bugin cum filio Hermanno donâſſe Altnnpurch cum Horne Parochia.

Rudegerus de Ahem, Sigeboto de Tannenberch. II. kal. Sept. regnante Chunrado Romanorum Rege.

Avent. Rapſod. T. X. p. 59. in Collectan. Paſſavienſ.

MCXLVII.

Rembertus Epiſcopus in loco Laureacenſi.

Reginbertus Epiſcopus, Gerhoch de Rorbach Arnolt & frater ejus Meinhard de Lintz.

Reimarus Epiſcopus confirmat Wirmonem Abbatem Formbacenſem.

Avent. Rapſod. T. X. p. 71. b.

Regenbertus Epiſcopus dat Canonicis Wachrin. Hartwicus Diaconus, filius Engelberti Ducis.

Avent. l. c. pag. 73. a.

MCLV.

Epiſcopatûs ſexto menſe Aprili Chunradus Epiſcopus Aream ſegregat, ut Dumus Canonicorum ſimul ſint, ut jam cernitur. Cœleſti gratia Epiſcopus.

Avent. Rapſod. T. X. p. 73. a.

MCLVII.

Fridericus Imp. Rom. Aug. &c. villam Meerding conceſſerat Chunradus Rex Romanorum Welfoni Duci in præſentia Ducis Welfonis avunculi ſui, in conventu celebri Babenberg kal. Julii reſtituit Epiſcopo Bathavienſi Chunrado Patrioo. Epiſcopi: Eberhard Babenbergenſis, Gebhard Wirzeburgenſis, Haertwicus Ratisponenſis, Chunradus Aiſtetenſis, Daniel ... Wadezlaus Dux Boemiæ & frater ejus Dipoldus, Henricus Dux Auſtriæ, Fridericus Dux filius Chunradi Regis, Pertholdus Comes de Andeſſe, Ekkebertus Comes de Butone, Henricus Præfectus Ratisponenſis, Rapoto Comes Abenberge, Chunradus Dux & Comes de Dachowe, Marchward de Grunbach & filius Marchwardus, Babo de Zolling, Adelramus de Kambe, Reinaldus Cancellarius vice Arnoldi Mogontini Archiepiſcopi & Archicancellarii recognovi. Babenberg. IIII. Nonas Julii MCLVII. regni VII. Imperii III.

Avent. Rapſod. T. X. pag. 69. a. vid. ad A. MCXI.

MCLVIII.

Chunradus Epiſcopus Bathavienſis fatetur Engelbertum Comitem Hallenſem & uxorem ejus Hadewich, filios eorum Gebehardum & Theodoricum dediſſe quædam mancipia. Meingothus de Scyltdorff, Rudolphus de Guizha.

Anoo MCLVIII. IIII. Non. Junii. Anno Sereniſſimi Friderici VI. Imperii III. anno Epiſcopatus (Chuntadi) XI. *

* Avent. in marg. *Baſſerburch.*

Avent. Rapſod. T. X. p. 59. b. In Collectan. Paſſavienſ.

Eod. anno IIII. Non. Junii, Friderici Regis ſexto, Imperii III. Epiſcopatûs XI. Engelbertus Comes Hallenſis * uxor Hadewich, filii Gebhard & Theodericus, Chunrado Epiſcopo.

* Avent. ad oram: *Comes de Waſſerburg.*

Avent. l. c. pag. 73. a.

MCLIX.

Pontificatûs nono, Adelram & filius ejus Adelram de Chambe, Fridericus Ratisponenſis Præfectus, Baldemarus Pabo de Ahuſin mancipat Pecinchirchen.

Item Dominus Rex remiſit omnes præſtationes & ſervitutes debitas ſibi à Monaſterio in Schönnawe in bonis Waltdorf, Swetzing & Sikkenheim cum ſuis pertinentiis & plenè ea liberavit, quatenus eſt ad ipſum Monaſterium pro diviſo vel indiviſo, inprejudicialiter tamen ad alios. Adhee confirmavit eisdem gratias & libertates factas ipſi Monaſterio à progenitoribus ſuis in comitatu Palatino Rheni. Datum in Ftanchenſurt IIII. Non. Januarii Anno Domini MCCCXXIIII. Regni verò noſtri anno X. *Fol.* 106. *a.*

Nota quod Dominus Rex' quittavit Cives in Gaylenhauſen de Steura quam ſibi in feſto beati Martini proximè venturo ſolvere tenebatur. Datum in Franchenfurt III. Non. Jan. anno Domini MCCCXXIIII. Regni vetò noſtri anno X. *Fol.* 106. *a.*

Item Dominus Rex recepit in ſuam protectionem judeam dictam Frawelin, uxorem Frumoldi de Wimpina & filium ſuum dictum Mayer & alios ſuos heredes & precipit officiato ſuo in Heidelberch & aliis ſuis officiatis ut predictos Judeos manuteneant in predictis juribus & defendant. Datum in Franchenfurt III. kal. Jan. Anno Domini MCCCXXIIII. Regni verù noſtri anno X. *Fol.* 106. *b.*

Item Dominus Rex commiſit nobili viro Heinrico Comiti de Werdenberg gubernationem Monaſterii in Wyngarten & oppidi in Altdorf & ſilve dicte Altdorf Walt, tenendam ſimpliciter. Datum in Franchenfurt. XVI. kalend. Febr. Anno Domini

(t) Hæc obligatio in apographo decuſſatim obelis obducta eſt.

mini MCCCXXIIII. regni verò noſtri anno X. *Fol.* 106. *b.*

Nota quod Rex dedit diſcreto viro Jacobo de Bogener civi in Hagenaw pro ſerviciis que ſibi & imperio exhibuit & inantea exhibere poterit. XL. marchas argenti & pro eisdem obligavit ſibi bona infra ſcripta, videlicet partem prati Swnede ſitam Schurried, item partem Awe, ſitam in medio Swearum Semanni & Chronebergerii ibidem. Item advocatiam ville in Schafhuſen propè Hohenvelden per ipſum tenenda & utenda donec ab ipſo pro predicta pecunia redimatur. Datum in Franchenfurt XVI. kalend. Febr. Anno Domini MCCCXXIIII. Regni verò noſtri anno X. *Fol.* 107. *a.*

Item Dominus Rex libertavit nobili viro Emichoni de Naſſawe duo oppida Eumitz & Hademar ad ioſtar civitatis Franchenfurtenſis, & quod poſſit ea muro & foſſatis circumcingere & munire. Datum in Franchenfurt XVIII. kalend. Februar. Anno Domini MCCCXXIIII. Regni verò noſtri anno X. *Fol.* 107. *a.*

Item Dominus Rex habet ratam & gratam donationem reddituum ſeptuaginta librarum Hallenſium factam Gerlaco de Ekzil militi per Dominam Machthildam quondam Duciſſam Bawarie & Ducem Adolfum, ad uxorem ſuam pro dote, approbando ipſam omni modo & forma ſicut facta eſt. Datum in Franchenfurt XVIII. kal. Febr. Anno Domini MCCCXXIIII. Regni verò noſtri anno X. *Fol.* 107. *a.*

Item Dominus Rex adhibuit conſenſum ſuum, quod Hartwicus & Winmarne cognominati Chreiz fratres de Lindeovels, Untze & Elyzabet uxoribus ipſorum legitimis conſtituere valeant in dotem ducentas marcas argenti, ſuper villa Pantzwiller & ſuis pertinentiis & decimis in parochia Mörelpach & advocatiis in Lutzelbach ac Chochelbach, que omnia dicti fratres de Comitatu Palatino in feudum tenent. Item ipſi F. dicti fratres villam in Hamelbach & curiam in Ellenpaeh abſolverunt pro ducentis & XV. libris Hallenſibus à Syfrydo Pavey milite ipſi eandem villam & curiam tenebunt In obligationem à Comitatu Palatino pro predictis CC. & XV. libris Hallenſibus ſecundum quod predictus Syfridus tenuit & poſſedit. Datum in Franchenfurt. XVIII. kalend. Febr. anno Domini MCCCXXIIII. Regni verò noſtri año X. *Fol.* 107. *a.*

Item Dominus Rex ratam habet & approbat venditionem advocatie in villa Dyeteldorf & . . . arearum ſuarum apud caſtrum Swinfurt attinentium ipſi advocatie factam domui fratrum Theotonicorum in Swinfurt per Gudelwinum dictum Mices, qui tenebat eas ab imperio in feodum Caſtrenſe & appropriat predicta domui predicte & transfert ea in ipſam domum pleno jure per eandem domum titulo proprietatis, perpetuo tenenda ac liberè poſſidenda. Datum in Franchenfurt. XII. kal. Marcii. Anno Domini MCCCXXIIII. regni verò noſtri anno X. *Fol.* 107. *b.*

Nota quod Dominus Rex quittat cives in Weſtfaria & in Fridberch de Steura conſueta in feſto beati Martini venturo proximè perſolvenda. Datum in Franchenfurt VI. Id. Febr. Anno Domini MCCCXXIIII. Regni verò noſtri anno X. *Fol.* 107. *b.*

Item Dominus Rex confirmat Nobili viro Gerlaco de Lympurch litteras, quas habet ſuper feodo Caſtrenſi in Chalsmunt. Datum in Franchenfurt. Id. Marcii. Anno Domini MCCCXXIIII. Regni verò noſtri anno X. *Fol.* 107. *b.*

Item Dominus Rex confirmavit civibus Noviomagenſibus litteram Domini Rudolfi Romanorum Regis avi ſui, exemplatam per Dominum Albertum Romanorum Regem & confirmatam ſub ſigillo ſuo. Datum in Colonia II. kalend. Marcii Anno Domini MCCCXXIIII. Regni verò noſtri anno X: *Fol.* 108. *a.*

Item Dominus Rex legitimavit Symonem dictum de Myrabello & Joannem dictum de Cale natos de ſoluto & ſoluta ad omnes actus legitimos & civiles & quod ſucceſſionem habere poſſint in bonis paternis & maternis. Datum in Colonia II. calend. Marcii, anno Domini MCCCXXIIII. Regni verò noſtri anno X. *Fol.* 108. *a.*

Item Dominus Rex confirmavit ex certa ſcientia omnia privilegia civibus & oppido Duriuenſi Colonienſis Dioceſis ſive ab eo ſive ab aliis Regibus vel Imperatoribus conceſſa. Item recepit eos in ſpecialem protectionem ſuam: item incorporavit eos camere ſue, & dedit eis jura & privilegia civitatis Aquenſis & quod ſine Thelonio per omnes terras imperii poſſint ire. Datum in Colonia. kalend. Marcii. Anno Domini MCCCXXIIII. Regni verò noſtri anno X. *Fol.* 108. *a.*

Reſtituti ad oppidum Sancti Trudonis: Otto dictus Strot, Joan. Flammicher, Damianus de Marweil, Joannes Schönman, Arnoldus de Trieſt. Datum in Colonia kalend. Marcii anno Domini MCCCXXIIII. regni verò noſtri anno decimo.

Legitimati: Heinricus de Heiſtvelt, Joannes de Zarn & Chunradus de Lympen. Datum in Colonia II. kalend. Marcii. Anno Domini MCCCXXIIII. regni verò noſtri anno X.

Legitimatus Joannes filius Alberti de Ödendorf civis Colonienſis, datum ſub caſtro Furſtenberch XI. kalend. April. Anno Domini MCCCXXIIII. regni verò noſtri anno X. *Fol.* 108. *a.*

Item Dominus Rex confirmavit Monaſterio in Cumidi, privilegium quoddam Henrici Imperatoris Ducis Swevie datum circa caſtrum Furſtenberch XI. kalend. April. Anno Domini MCCCXXIIII. regni verò noſtri anno X. *Fol.* 108. *b.*

Item Rex contulit Wenemaro de Gemmenich mediam marcam auri apud Monaſterium in Nevel quam Arnoldus pater ejus-

dem habuit. Datum circa caſtrum Furſtenberch x. kal. April. Anno Domini MCCCXXIIII. regni verò noſtri anno X. *Fol.* 108. *b.*

Item Dominus Rex libertavit oppidum ſuum in Chuba & villam ſuam in Wizzel adinſtar opidi Bopardienſis. Datum ſub caſtro Furſtenberch. x. kal. April. anno Domini MCCCXXIIII. regni verò noſtri anno X. *Fol.* 108. *b.*

Item Dominus Rex confirmavit gratiam factam per Albertum Regem Romanorum & per Henricum Rom. Regem poſtea confirmatam, Joanni de Lympurch, quod ipſe poſſet Ude filie Ottonis Comitis de Ravenſpurch uxori ſue legitime aſſignare in donationem propter nuptias molendina ſuper fluvium Lane apud Lympurch curiam ſitam infra muros oppidi ejusdem cum vineis ſuis ſitis extra portam ibidem, quæ vocatur Hamerport & pomerium in Chaſtole que deſchendunt * in feodum ab imperio. Ita *quod* ſi prelatum Johannem prius mori contingeret, ipſa vidua uſumfructum eorundem bonorum teneret ad tempora vite ſue. Datum in Franchenfurt. ſi. kalend. Aprilis anno Domini MCCC. XXIIII. regni verò noſtri anno X. *Fol.* 108. *b.*

* Ita diſtinctè Bertholdi notarii manus.

Item Dominus Rex de conſenſu Ducis Adolfi patrui ſui donavit Jus patronatûs Eccleſie parochialis in Wiffel, cui Eccleſia in Cuba eſt annexa Abbatiſſe & Conventui in Clarental de ipſo cœnobio Ordinis Sancte Clare apud Wispaden Mogunt. Dyoceſ. in perpetuum pleno jure. Datum in Franchenfurt IIII. kalend. April. Anno Domini MCCCXXIIII. regni verò noſtri anno X. *Fol.* 108. *b.*

Item Dominus Rex obligavit Wilhelmo Wacher & Gotfrido Slechpech Johanni dicto Chöch civibns in Franchenfurt hoſpitibus ſuis dilectis in Theloneo ſuo in Cuba tres groſſos Turonenſes tamdiu per ipſos tenendos & percipiendos ſine qnolibet impedimento, donec mille & ducentas libras Hallenſes, in quibus ipſis pro expenſis ſibi datis tenetur plenè colligant de eisdem, & ſi de eadem pecunia nomine ſno aliquid perderent, hoc ſibi & non ipſis perditum eſſe debebit. Datum in Franchenfurt. II. kalend. Aprilis anno Domini MCCCXXIIII. regni verò noſtri anno X. *Fol.* 109. *a.*

Item Dominus Rex confirmavit civibus in Rötweil privilegium Alberti Regis conceſſum eis, quod non debeant trahi in jus extra ipſum opidum Rotweil & alia contenta in dicto privilegio. Item confirmavit eisdem gratiam factam eis per Adolfum Regem, quod gaudere poſſent juribus & libertatibns, quibus gaviſi fuerunt temporibus predeceſſorum ejusdem Adolfi usque ad tempora ſua. Datum in Franchenfurt. kalend. Aprilis An. Domini MCCCXXIIII. regni verò noſtri anno decimo. *Fol.* 109. *a.*

Item Dominus Rex fecit gratiam Georio Irſuto Comiti, quod poteſt habere omni tertiâ feriâ forum ſeptimaniale in villa ſua Weſthoven. Datum in Franchenfurt, feriâ quartâ poſt diem beati Marci. Anno Domini MCCCXXIIII. regni verò noſtri anno X. *Fol.* 109. *a.*

Item Dominus Rex contulit Illuſtri Heinrico Duci Bratislavienſi & ſuis liberis maſculis & ſemellis civitatem Bratislavienſem novum forum & caſtrum Wirds cum eorum pertinentiis que quondam Henricus dictus *der Pyderb Herzog* tenuit & poſſedit ab imperio, & ſi eum decedere contingeret ſine heredibus, quod tunc Anna uxor ſua prædicta tenebit ad tempora vite ſue & hanc collationem & gratiam fecit Dominus Rex ad petitionem ſuam & propter ſervitia ſibi per eum & imperio inantea facienda. Datum in Fulda feriâ ſextâ poſt diem Paſche. Anno Domini MCCCXXIIII. Regni verò noſtri anno X. *Fol.* 109. *a.*

Item Dominus Rex obligavit nobili viro Friderico Burchgravio in Nurenberch officium Scultetatûs in Nurenberch pro mille & centum libris Hallenſibus tenendum quousque per ipſum vel ſuos ſucceſſores in imperio à predicto Burchgravio & pro predicta pecunia redimatur. Datum apud Fuldam feriâ ſextâ poſt diem Paſche. Anno 1324. regni verò noſtri anno X. *F.* 108. *a.*

Nota quod Dominus Rex obligavit nobilibus viris Chunrado & Gotfrido de Hohenloch opidum ſuum in Feuchtwanch cum judicio & Steuris & aliis pertinentiis quibuscunque pro tribus milibus librarum Hallenſium per ipſos ac ipſorum heredes tenendum & poſſidendum, donec à nobis vel à noſtris ſucuceſſoribus in imperio pro predicta pecunia redimatur perceptis medio tempore interim defalcandis. Datum Monaci feriâ terciâ proxima ante diem Beati Laurentii. Anno Domini MCCCXXIIII. regni verò noſtri anno decimo *Fol.* 109. *b.*

Nota quod Dominns Rex obligavit Steuram ſuam in Rotenburch nobili viro Ludovico de Hohenloch pro mille & quingentis libris Hallenſibns per ipſum tenendam ac percipiendam quousque ſibi de predicta pecunia ſatisfiat. Datum Monaci feriâ ſecunda ante diem Beati Laurentii. Anno Domini MCCCXXIIII. regni verò noſtri anno X. *Fol.* 109. *b.*

Item Dominus Rex confirmavit civibus in Dinchelſpuhel omnia privilegia ſive ab eo ſive ab aliis Regibus vel Imperatoribus conceſſa.

Item Dominus Rex quittat predictos cives de Steura danda per Ipſos, ſcilicet C. & L. libras Hallenſes ſingulis annis ab Epyphania Domini proximè ventura per novem annos continuos. Datum in Ingolſtat feriâ quintâ proxima poſt Michahel anno Domini MCCCXXIIII. regni verò noſtri anno decimo. *Fol.* 110. *a.*

Item Dominus Rex quittat cives Auguſtenſes de Steura ſibi per ipſos danda à feſto Beati Martini proximè venturo per octo annos continuos ſubſequentes.

Item

Item indulſit eisdem civibus, ut ſtratam habeant cum ſale & aliis mercimoniis per Friſingam, & ubi hactenus habuerunt excepto tamen, quod Dominus Rex poteſt diminuere & augere. Datum in Auguſta ut Inſra.

Item Dominus Rex permittit, quod predicti cives deſendant ſe ne Marſchalcus de Pibernbach recipiat Thelonium ab eis in Biberwach. Datum apud Auguſtam. Feriâ ſecundâ proximâ ante diem beati Mathey Apoſtoli. Anno Domini MCCCCXXIIII. Regni verò noſtri anno decimo. *Fol.* 110. *a.*

Nota quod Dominus Rex deputavit Nobili viro Friderico Burchgravio in Nuremberch Stewram conſuetam ſcilicet duo milia librarum Hallenſium in Nurnberch per duos annos continuos à ſeſto Beati Martini proximè venturo per añum incipiendos pro quolibet anno mille libras Hallenſes. Datum Monaci feriâ lextâ ante Galli anno Domini MCCCXXIIII. Regni verò noſtri anno decimo. *Fol.* 110. *b.*

Item eodem anno loco & die Dominus Rex deputavit eidem Steuram in Nördlingen pro ducentis libris Hallenſibus per duos annos continuos à feſto beati Martini proximè venturo per annum ſicut ſupra incipiendos. Datum ut ſupra.

Item eodem anno die & loco deputavit eidem & Rudolfo Comiti de Wertheim, Stewram Judeorum in civitate Herbipolenſi conſuetatam per quatuor annos continuos pro mille & CCCC. libris Hallenſibus, pro quolibet anno trecentos & L. libras per ipſos percipiendos & incipiendo in feſto beati Martini proximè venturo & continuo numeranda. Datum ut ſupra. *Fol.* 110. *b.*

Item eodem anno loco & die Dominus Rex deputavit predicto Rudolpho Comiti de Wertheim Stewram In Gaylenhauſen pro mille libris Hallenſibus tam diu recipiendam continuè ſicut ipſe Rex recipere potuiſſet, pro ſe ſi ſibi eam non deputâſſet, donec ſibi exinde de predictis mille libris fuerit ſatisſactum & percepit in toto. Datum ut ſupra.

Item eodem anno loco & die Dominus Rex (obligavit (u)) deputavit predicto
(u) Burchgravio de Nurnberch villam in Hugelſpach, hominibus & bonis ac omnibus ſuis pertinentiis, pro CCC. libris Hallenſibus per ipſum & heredes ſuos tenendam & poſſidendam, quousque ab ipſo & ſuis heredibus per ipſum Regem vel ſuos ſucceſſores in imperio pro predicta pecunia redimantur. Datum ut ſupra. *Fol.* 110. *b.*

(x) Nota (x) quod Dominus Rex obligavit Nobili viro Friderico Burchgravio in Nurnberch advocatiam ſuam & imperii pro trecentis libris Hallenſius ſuper hubis inſra ſcriptis & bonis, ſcilicet quatuor hubis in Heidrichestorf & uno molendino ibidem pro media huba, una huba in Hugelſpach, una buba in Pabenshoven, una huba *auf dem Aigen*, octo hubis in Chrumbach, una huba in Hagenmul, altera media huba in Chunnehof, quinque hubis *in alten Sikkenpach*, duabus hubis in Sighartesdorf per ipſum tenendam quousque per nos vel ſucceſſores noſtros in imperio ab ipſo pro predicta pecunia redimatur. Datum in Werdea feriâ quarta ante Martini. Anno Domini MCCCXXIIII. Regni verò noſtri anno decimo. *Fol.* 111. *a.*

Nota (y) quod Dominus Rex obligavit nobilibus Viris Ludovico & Friderico Comitibus de ötingen caſtrum ſuum in Horburch cum omnibus ſuis pertinentiis & omnia jura que ipſe & imperium ibidem antiquitus habent & hactenus habuerunt pro mille libris Hallenſibus, quas ipſis ſolvere tenebatur pro ſervitio per ipſos in Burgawe facto. Item & pro CCCC. libris Hallenſibus, pro quibus noſtras litteras habent & datis preſentibus oſtenderunt per ipſos tenendum & poſſidendum quousque à Rege vel ſuis ſucceſſoribus pro predictis mille & CCCC. libris Hallenſ. redimatur. Datum in Werdea in vigilia beati Martini. Anno Domini MCCCXXIIII. Regni verò noſtri anno decimo. *Fol.* 111. *a.* (y)

Item Dominus Rex tenetur predictis de öttingen pro ſervitiis ſibi per ipſos factis & dampnis eis illatis mille libras Hallenſes, pro quibus ipſis obligavit ſteuras ſuas & imperii conſuetas apud Judeos Ulmenſes & Nördlingenſes, quas ſingulis annis dare ac ſolvevere tenentur, per ipſos & eorum heredes tenendas quousque ab ipſis à predicto Rege vel ſuis Succeſſoribus in imperio pro predicta pecunia redimatur. Datum apud Werdeam in vigilia Beati Martini. Anno Domini MCCCXXIIII. Regni verò noſtri anno X. *Fol.* 111. *a.*

Item Dominus Rex nobili viro Gerlaco de Nazzeya tria millia CCCC.tas Hall. libras & IX. ₰ Hallen. Item tum ſibi CL. libras Hallen. quas dedit Bertholdus Forchtl, & pro m. predicta pecunia obligavit ſibi IIII. Turonẽſ. in Theolonio ſuo in Thuba, per ipſum retinendos quousque ſibi de predicta pecunia plenariè fuerit ſatisſactum, & ſi ante perceptionem plenam aliquod dampnum per obſtagia ſine quocunque modo reciperet Dominus Rex tum ſibi refundere, ſi ſibi rationabile videtur. Datum in Franchenfurt. feriâ tertia in Ebd. Paſche. Anno Domini MCCC. XXIIII. Regni verò noſtri anno decimo.

MCCCXXV.

Nota quod Dominus Rex obligavit Joanni Baliſtario ſuo in Monaco officium braxationis ibidem per duos annos continuos & ſuis heredibus pro centum libris denar. Monacenſ. in quibus ſibi tenebatur. Item obli-

(u) hæc vox ſuperſcripta eſt. Cæterum §. iſte decuſſatim deletus eſt.
(x) & iſte §. deletus eſt transverſim.
(y) & iſte §. confixus cernitur, uti & ſequens.

obligavit eidem Johanni ac ſuis heredibus Stewram ſuam in Geroltſpach per duos annos continuos pro centum libris denar. Mon. in quibus ſibi etiam tenebatur. Datum Monaci in die cinerum A. Domini MCCCXXV. Regni verò noſtri anno XI. *Fol.* 82. *b.*

Item Dominus Rex obligavit Alhardo de Aſchawe Matri & fratribus ſuis ac ipſius heredibus ſpadonem, quem ſibi præpoſitus de Pfaffenwerd in ſignum dominii annis ſingulis dare teneatur, per eos recipiendum vel quindecim libras denar. Monacenſ. quousque ipſis per nos vel heredes noſtros de centum & quinquaginta libris denariorum Monacenſ. fuerit ſatisfactum, ita tamen quod ipſi cum caſtro ſuo Aſchawe debeant intendere Domino Regi & ſuis per duos annos continuos à data preſentium litterarum. Datum Monaci feriâ quartâ ante Reminiſcere. Anno Domini MCCCXXV. Regni verò noſtri anoo undecimo. Adjecto quod Domious Rex & ſui poſſunt ſe ad caſtrum & de caſtro predicto contra ſuos adverſarios defendere & juvare. *Fol.* 82. *b.*

Nota quod Eybanus vice Dominus in Lengenvelt fecit computum cum Domino Rege in Amberg de perceptis & diſtributis in vice-dominatu, ab anno incarnationis Domini MCCCXXII. usque in annum Domini XXV. usque in ſextam feriam ante Letare ejusdem anni. Remanſit vice Dominus obligatus eidem Regi in XV. libris & LXXI. denar. Ratisbonenſ. Item poſthæc ſervivit predictus vicedominus Domino Regi in expenſis usque in quartam feriam ante Dominicam judica LXXX. libras Ratiſpon. VI. ꝶ. (ſolidos) & XI. denarios. *Fol.* 83. *a.*

Nota quod Dominus Rex obligavit Judicium in Hirſawe & Ehenvelt Heinrico Lengenfeldero & ſuis heredibus, cum omni utilitate & pertinentiis ſuis pro centum libris Ratisp. in refuſionem dampnorum, quæ pertulit in bello cum Duce Auſtriæ propè Muldorf & pro equis, quos vendidit Regi, & tenebunt quousque ab ipſis pro predicta pecunia per Dominum Regem vel ſuos heredes redimantur. Datum in caſtris ante Burgowe feriâ quartâ poſt Epiphaniam Domini. Anno Domini MCCCXXV. regni verò noſtri anno undecimo. *Fol.* 85. *a.*

Nota quod Dominus Rex obligavit Eberhardo de Porta & ſuis heredibus judicium in Aybling cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis pro ceotum libris Monacenſ. per tres annos continuos poſtquam abſolvit ſibi à Sluderine * niſi interea Dominus Rex vel ſui heredes pro dicta pecunia ipſum judicium abſolverint. Datum in caſtris ante Burgowe Feriâ quartâ &c. *ut ſupra. Fol.* 85. *a.*

* Ita Cod.

Nota quod Dominus Rex obligavit Schoenſtettero & ſuis heredibus duas curias, ſitas in Lauterbach, quas quondam tenuit Dominus Polan per ipſos tenendas, donec ab ipſis per ipſum Regem vel ſuos heredes pro LXX. libris Monacenſibus redimantur. Datum in caſtris ante Burgowe in vigilia Epiphanie. Anno Domini MCCCXXV. Regni verò noſtri anno undecimo. *Fol.* 85. *a.*

Nota quod Dominus Rex obligavit Heinrico Preymannio Stewram conſuetam in Cell pro ducentis & LXXV. libris denar. Monacenſ. per ipſum & ſuos hæredes tenendam donec ipſi prædictam pecuniam percipient integraliter & complete. Ita tamen quod Jahannes Baluſtarius noſter in Monaco ante percipiat XLV. libras Monacenſ. denar. Datum Monaci feriâ quintâ poſt purificationem. Anno Domini MCCCXXV. regni verò noſtri anno undecimo. *Fol.* 86. *a.*

Nota quod Dominus Rex obligavit Friderico dicto Pawrnchiricher Swaigam ſuam in Steinſperch pro XXX. libr. Monac. per ipſum & heredes ſuos tenendam quo usque ab ipſo per nos vel hæredes noſtros pro prædicta pecunia redimatur. Datum Monaci feriâ ſextâ poſt purificationem. Anno Domini MCCCXXV. Regni verò noſtri anno XI. *Fol.* 86. *b.*

Nota quod Dominus Rex obligavit Eberhardo de Porta & ſuis heredibus judicium in Aybling pro CC. libris denar. Monac. cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis à Dominica, quâ cantatur, invocavit per quatuor annos continuos per ipſos tenendum, donec ipſis de prædicta pecunia ſatisfiat, ita tamen quod per ipſum vel ſuos heredes quinquaginta libre denariorum Monacenſ. de anno quolibet defalcentur: inſuper Dominus Rex vel ſui heredes habent poteſtatem, redimendi ab ipſis elapſo iſto anno, pro centum & quinquaginta libris denariorum Monacenſium judicium prenotatum. Datum Monaci feriâ quartâ anre Valentini. Anno Domini MCCCXXV. Regni verò noſtri anno XI. *Fol.* 87. *a.*

Nota quod Dominus Rex obligavit Wernhero Zchötoni civi Monacenſi Stewram ſuam in Ebersperch per quatuor annos continuos pro Hermanno de Haldenperch ita quod ſingulis annis LXXX. libras denariorum Monac. percipere debeat de eadem. Tandem pro refuſione damnorum, quæ eidem Monaſterio in incendiis & rapinis per ſervitores Epiſcopi Saltzburgenſis ſunt illata. Idem Dominus Rex ob remedium animæ ſuæ, commutavit easdem octuaginta libras in quadraginta libras denariorum Monacenſium per octo annos taliter quod predictus Schoto XL. libras de Stewra prædicta per annos octo à data litterarum ſuarum, quas prius habuit, recipere debeat & non ultra, quibus Stewris ſic ſolutis predictum Monaſterium quittamus harum teſtimonio litterarum. Datum Monaci feriâ quartâ ante Valentini. Anno Domini MCCCXXV. Regni verò noſtri anno XI. *Fol.* 87. *a.*

Nota quod Dominus Rex obligavit ſtrenuo viro Berchtoldo de Sevelt & ſuis heredibus caſtrum ſuum in Peytengaw cum advocatia & civitate Schönngawe pro CCCC. libris Auguſtenſibus per ipſos tenen-

nendum donec per ipſum vel ſuos heredes ab ipſis redimatur pro pecunia ſupradicta, datum ut infra annis loco & die. Item obligat eidem ſtewram ſuam conſuetã in Weilheim, que ſe extendit annis ſingulis ad XXX. libras denariorum Monacenſium pro CCCC. libris denariotum & LXXX. libris, quas impendit in edificationem caſtri predicti, & pro expenſis ibidem contractis à tempore edificationis usque in diem preſenrem tranſactis tamen tribus annis ſibi prius deſuper datis renendam per ipſum quousque per ipſum Regem vel ſuos heredes pro predicta pecunia redimatur. Datum Monaci in Dominica Reminiſcere Anno Domini MCCCXXV. regni verò noſtri anno XI. *Fol.* 87. *b.*

Item Dominus Rex obligavit Arnoldo de Haidelberg Magiſtro camere ſue tertiam partem decime ſue in Pergenheim, quam habet ibidẽ in vino & Bledo pro CCXLVII. libris Hallenſ. in quibus ſibi tenebatur, ſicut docuit debita ratione per ipſum tenendam, donec predictam pecuniam de ea percipiat integraliter & complete, ita tamen quod ſecundum taxationem duorum proborum virorum bladum & vinum ſecundum, quod venditur inter feſtum beati Martini & nativitatem Domini, debeant annis ſingulis in predictis debitis defalcari permittit etiam Dominus Rex, quod Petrus de Chuſein & Alheid uxor ejusdem, ſi predictus Arnoldus decederet, quod non eſſet ſibi ſatisfactum, ſive non percepiſſet pecuniam predictam, poſſunt eidem ſuccedere in decima predicta & ſuis pertinentiis omni jure ſicut ipſe tenuit usque ad ſatisfactionem pecunie ſupraſcripte. Datum Monaci feriâ ſecundâ poſt Reminiſcere. Anno Domini MCCC. XXV. Regni verò noſtri anno XI, *Fol.* 87, *b.*

Nora quod Dominus Rex locavit Ulrico dicto Moſmulner Machthildi uxori ſue & Ipſorum heredibus Molendinum ſuum in Ingolſtat, quod vocatur Veltmul per ipſos tenendum cum ſuis pertinentiis quamdiu cenſum antiquum & conſuetum ſingulis annis perſolvere poterunt integraliter & completè. Datum Monaci in die beati Rudperti anno Domini MCCCXXV. Regni verò noſtri anno XI. *Fol.* 88. *a.*

Item Dominus Rex contulit Ebordo * Hofero, Alheidi uxori ſue & eorum heredibus in donationem ptopter nuptias centum libras denariorum Ratisp. pro quibus obligavit eisdem curias in Aychelberg & in Prukklein & novalia ſita in Gaylenburg per ipſos tenendas, donec per nos vel heredes noſtros ab ipſis pro predicta pecunia redimantur. Datum Monaci ſextâ feriâ poſt vincula Petri, anno Domini MCCCXXV. regni XI. *Fol.* 88. *b.*

* in marg. manus recentior *Eberhardo.*

Item Dominus (Rex) contulit in Feodum Chunrado Litſchawero & heredibus ſuis advocatiam bonorum in Holtzern ſolventem ſingulis annis XL. denar. Ratisp. tenendam & poſſidendam omni jure, quo ipſe & ſui progenirores eandem hactenus poſſederunt. Datum Monaci die & loco ſub annis Domini ut ſupra & regni. *Fol.* 88. *b.*

Nota quod Dominus Rex quittat cives ſuos in Perngawe & omnes attinentes eidem Hoſmarchye de Stewra ipſorum conſueta & per eos annis ſingulis danda, à feſto Beati Michahelis proximè pteterito, per duos annos continuos & proximè ſubſequentes. Darum in Amberch Dominicâ proximâ poſt Michahelis Anno Domini MCCC. XXV. Regni verò ſui anno XI. *Fol.* 89. *b.*

Nota quod Dominus Rex contulit Heinrico de Otterbach Feodum Caſtrenſe in caſtro Germersheim, quod quondam tenuit Gerhardus de Offenbach ab ipſo & imperio. Datum in Ulma in vigilia converſionis Beati Pauli. Anno Domini MCCC. XXV. tegni verò noſtri anno XI. *Fol.* 112. *a.*

Nota quod Dominus Rex obligavit Waltero Eberhardo, Waltheto & Reynbotoni de Mulnheim villas ſitas in Muntat in Alſacia, que ſibi & comicie Palatine pertinent pro CCC. marcis argenti per ipſos ac eorum heredes tenendas qnousqne per ipſum vel ſuos heredes ab ipſis pro predicta pecunia redimantut, vel donec Ipſe Rex & non alter ipſis predictam pecuniam in bonis aliis deputabit. Datum in Ulma in vigilia converſionis Beati Pauli. Anno Domini MCCCXXV. Regni verò noſtri anno XI, *Fol.* 112. *b.*

Nota qnod Dominus Rex contulit Syfrido Fullin feodum Caſtrenſe in caſtro Lichſperch, quod tenuit Burchardus quidam dictus Zorn ab ipſo & imperio. Datum in Ulma in vigilia converſionis Beati Pauli. Anno Domini MCCCXXV. Regni verò noſtri anno XI, *Fol.* 112. *b.*

Nota quod Dominus Rex obligavit Nycolao dicto Planchlin & ſuis heredibus pratum, quod vocatur Oſchaimſant in Illenkirchen pro quadraginta marcis argenti, in quibus ſibi tenetur ab ipſo pto predicta pecunia redimendo ſecundum continentiam litterarum, quas ipſi ab Ulrico Lantgravio Alſatie habent, & iſte, qui tenet Illenkirchen, non debet ipſum aliqnomodo impedire. Datum in Ulma in vigilia converſionis Beati Pauli. A. D. MCCCXXV. Regni verò noſtri anno XI. *Fol.* 112. *b.*

Nota quod Dominus Rex contulit Walthero de Wintertuwer feoda in Wezzelheim & ſuis heredibus, que antea renuit Burchardus dictus Zorn ab ipſo & imperio, per ipſos tenenda & utenda, & renenda ſicut predictus Butchardus tenuit, donec ab ipſis pet ipſum Regem vel ſuos ſucceſſores in imperio pro XXX. marcis argenti redimantur. Datum in Ulma in vigilia converſionis Beati Pauli anno Domini MCCC. XXV. Regni verò noſtri anno XI. *Fol.* 112. *b.*

Item Dominus Rex mandavit Judeis in Hagenawe, ut intendant Heinrico de Vinſting quonsque ſatisfiat ſibi ad CCC. libras argenti & his ſolutis quittat eos de eisdem, harum teſtimonio litterarum datum in Ul-

ma

ma Feriâ II. ante purificationem. A. D. MCCCXXV. regni XI. *Fol.* 113. *a.*

Item Dominus Rex contulit Ulrico dicto Gozzolt feodum foreſte in nemore dicto Altorferwalt cum omnibus juribus & ſuis pertinentiis, quod tenuit quondam dictus Mamminger. Datum in Laugingen feriâ quattâ ante purificationem. A. D. 1325. regni XI. *Fol.* 113. *a.*

Item Dominus Rex quittat cives in Memmingem de Sreuta conſueta pet ipſos danda abhinc usque ad purificationem & abinde per tres annos continuos harum teſtimonio litterarum. Datum in Laugingen feriâ tertiâ ante putificationem anno Domini MCCCXXV. regni XI. *Fol.* 113. *a.*

Item Dominus Rex donavit Marquardo quondam Miniſtro in Maemmingen jus advocatitium Eccleſie Sancte Marie ibidem pro XV. marcis argentl per ipſum tenendum quousque de predicto jure advocatitio preſcriptas XV. matcas percipiet integraliter & completè. Datum in Laugingen feriâ tertiâ ante purificationem annis prenotatis. *Fol.* 113. *a.*

Item Dominus Rex commiſit Pirchelino officium Miniſtri in Memmingen. Datum loco die & annis ſupraſcriptis. *Fol.* 113. *a.*

Item Dominus Rex donavit Alberto Stozzio centum marcas argenti, pro quibus obligavit ſibi & Criſtinc uxori ſue ac ipſorum heredibus *Brairegam* in Wecelsheim, duo predia ibidem & ptedium dictum Selhofſtat, cum omnibus eorundem pertinentiis & judicatu ſuper bonis Zenobii in Wiltzbutch & omnia que ibidem de jure confetre poſſomus & in Pobenheim unam piſcatiam cum omnibus ſuis pettinentiis, per ipſos tenenda quousque à nobis vel noſtris Succeſſoribus in imperio pto predicta pecunia tedimantut, ita tamen quod à ſeſto Walburge ptoximè venturo poſt unum annum ſubintret poſſeſſionem eorumdem. Datum Monaci in die Beati Galli. Anno Domini MCCCXXV. regni XI. *Fol.* 113. *a.*

Nota quod Dominus Rex eximit & quittat Prepoſitum ac Monaſterium in Dyezzen ab omnis Steura ſive exactionibus advocatiis & ſerviciis quibuscunque per duos annos continuos à data preſentium litterarum. Datum Monaci. A. D. MCCCXXV. regni XI. *Fol.* 114. *a.*

Item Dominus Rex eximit & quittat cives ſuos in Graefing ab omni Steura ſive exactionibus advocatiis & ſervitiis quibuscunque per tres annos continuos à data preſentium litterarum. Datum Monaci Sabbato ante Reminiſcere. Anno Domini MCCCXXV. regni XI. *Fol.* 114. *a.*

Item Dominus Rex quittat & reddit liberos ac ſolutos cives in Rotweil de Steura conſueta ſingulis annis per ipſos danda à feſto Beati Martini proximè affuturo per quinque annos continuè ſubſequentes. Datum Monaci feriâ quintâ ante diem Palmarum. Anno Domini MCCCXXV. Regni XI. *Fol.* 114. *a.*

Item Dominus Rex quittat cives in Hailprunn de Steuta per ipſos danda ad unum annum poſt exemptionem ipſis prius factam ptout in eorum litteris continetur. Datum Monaci in Cœna Domini. Anno 1325. regni XI. *Fol.* 114. *a.*

Nota quod Dominus Rex donavit & contulit ſpectabili vito Berchtoldo Comiti de Hennenberch cenſus ſeu redditus ſexcentarum librarum denariotum Lubecenſium de civitate & civibus Lubecenſibus ſolvendas ſibi ſingulis annis ad tempora vite ſue. Datum Ratispone XII. kal. Maij. Anno Domini MCCCXXV. regni XI. *Fol.* 114. *a.*

Wir Ludwig &c. verieben &c. daz wir den Chauf dez Hauſes, daz verchauft hat Iſach der Jude, der etwenn zu Nördlingen geſezzen waz, ſtaet haben und ſtaeten den geiſtlichen Leuten dem Comtier und dem tautſchen Haus ze Ellingen, als ſi ez gechauft habnt, mit der Beſcheidenheit daz dem Reiche noch unſerer vorgenanten Stat zu Nordlingen darumb die gewönlich Stuwr, nach dem Geding und unſer oft geſchriben ſtat uber ein chomen waz mit dem vorgenanten Juden und als ir Brief ſteent daruber nichtz abgee. Daruber zu Urchund &c. der geben iſt zu Ingolſtat. des Eritags in der Pfingſt-Wochen. Anno Domini MCCCXXV. regni verò noſtri XI. *Fol.* 115. *b.*

Nota * quod Dominus Rex commiſit Chunrado dicto veter Miniſtro in Werdea. Officium Miniſtri ibidem à Feſto B. Jacobi ptoximè venturo per duos annos continuos pro centum & XX. libtis Hallenſibus. Datum in Gundolfing fetiâ quartâ poſt Viti anno Domini MCCCXXV. regni XI. *Fol.* 115. *b.*

* g. iſte expunctus eſt.

Dominus Rex dedit Domino de Nyffen & hetedibus ſuis patentem litteram ſuam majori ſigillo ſuo pendente ſigillatam, in qua profitetur, quod opidum Laugingen ipſis obligaverit pro mille libris Hallenſibus usque ad abſolutionem, quam ipſe Dominus Rex vel heredes ſui facere poſſunt, quandocunque volunt pro ducentis libris Hallenſibus tantum & illis datis predicte mille libte omnino ceſſant, & littera Regis ſimpliciter eſt ſoluta, de hoc ipſe de Nyffen dedit Domino Regi litteram ſuam patentem, que repoſita eſt in camera Regis. Datum in Aychach feriâ quintâ poſt Joannis Baptiſte. Anno Domini MCCCXXV. regni verò noſtri anno XI. *Fol.* 115. *a.*

Dominus Rex confirmavit litteras & collationem quondam Ottonis Comitis Palatini & Ducis Bavarie avi ſui datas & factam Monaſtetio Novecelle propè Friſingam de decimis Molendinorum in Monaco, & dedit eidem litteras ſuas. An. Domini MCCCXXV. IIII. Nonas Julii, regni verò ſui anno undecimo. *Fol.* 115.

Wir Ludwich von Gotes Genaden &c. verjeben offenlich au diſen Brief, das wir unſern getrwen Zachreiſen von Hohenrain und ſeinen Erben eingeantwurt und vorſazt

haben

haben in Pfandes weiſe unſer Gerichte zu Wolfratbuſen mit allen nutz und (waz) darzu gebört, als wir es her gehabt haben fur tauſent pfunt Munchner Pfenning, der wir im ſchuldig warn &c. Der Brief iſt geben vor Burgowe an dem oberſten Anno Domini MCCCXXV. regni verò noſtri anno XI. *Fol.* 85.

Wir Ludwich &c. veriehen &c. daz wir Fridrichen den Saeckendorfer Vogt ze Peyrreyt geben haben zu Stewr an ainem Roſſe hundert pfunt Haller, die ſelben hundert pfunt slaben wir im auf daz Dorff zu Swartzach bey Franchenberg daz im von uns zu pfund ſtett, zu andern gelt daz er darauf hat als unſer Brief ſagent, die wir im daruber geben haben in aller weis, als dieſelben Brief ſagent umb ander gelt, daz im verſchriben iſt daruber zu Urchund &c. Datum in Ulma feriâ ſextâ ante Joannis Baptiſte Anno Domini MCCCXXV. regni verò XI. *Fol.* 88. *a.*

Wir Ludwich &c. verjehen &c. daz wir Marquarten dem Streyter Buger ze Regenſpurch und Peterſen ſeiner Hausfrawen verliben und abe gelazzen haben zu ir baider leibe, den gellt und den nutz unſer Vogtay uber den Hof ze Urtaile, des Aygenſchaft gebört zu dem Chloſter ze Entorf, den man uns gewönlich davon bizher gegeben hat, alſo doch, daz wir dieſelben Vogtay uns und unſern Erben behalten, mit nll ir Ere, die und da von an gebört, daryber &c. der geben iſt zu Munchen des Freytags nach Vincula Petri anno Domini MCCC.XXV. regni verò noſtri anno XI. *Fol.* 88.

Wir Ludwich &c. verjehen &c. dat wir angeſehen haben mangerlai Gepreſten und Arbait, di di Leut in der Hofmarch ze Perngow, di uns von des Riches wegen an gebort, manger Zeit her erliden habent, und haben ſi gefriet und freyen ſi auch ewiclich von dem Rehten, daz da haizet daz Haupt-Reht, dez ſi uns und auch ir Erben, nach ir tode von Aygenſchaft ſchuldich ſint und weren, und ſagen ſi dez ledich mit der Beſchaidenheit, daz chaines der in der vorgenanten Hofmarch gebort und dez Riches aygen iſt, Hausfraw oder Erben di dez egeſprochen Riches aygen ſint und beleibent nach ir wirt und vater tód, furbaz, weder uns, noch chainen unſerm Amptman daz peſt Haupt ze Haupt recht, geben ſchulen chainen weis und gepieten allen unſern Amptlewten &c. Datum in Amberch Dominicâ proximâ poſt Michahelis anno MCCCXXV. Regni verò ſui anno XI. *Fol.* 89. *b.*

Anno Domini MCCCXXV. in Nativitate Beate Marie Virginis glorioſe Dominus Rex per rectam computationem concordavit cum Burchgravio de Nuremberch de omnibus, in quibus ſibi tenebatur ex dampno & expenſis, que pertulit in bello cum Duce Auſtrie & in obſidione caſtri Burgowe incluſis quinque millibus quingentis & ſexaginta tt. Hallenſ. de quibus habent litteram Regis ſicut ſuperſcriptum eſt in regiſtro & mille ac quinquaginta tt. Hali., quas habent ſuper Windesheim per lirreras Regis & ceteris omnibus debitis ſuis usque in preſentem diem computationis finaliter factam hinc inde complanationem receptorum & debitorum. Dominus Rex remanſit ſibi In novem milibus & trecentis libris Hallenſibus, proquibus obligavit ſibi civitatem Windesheim cum Stewra & pertinentiis ſuis pro tribus millibus librarum Hallenſ. in pignus, & ſi abſolvet officium Scuiretatus addentur mille tt. H. ſicut dicit inſtrumentum ſuum, ſuper eo ſibi datum. Item pro tribus milibus tt. Hallenſ. obligavit ſibi ſimiliter in pignus, civiratem in Weizzenburch cum Steura & Amanatu ac aliis pertinentiis ſicut littere ſue dicunt. Item pro aliis tribus millibus & trecentis tt. Hali. habet litteras recognirionis & nudi promiſſi, & ſic plana ſunt omnia inter eos. Datum Monaci anno & die ut ſupra. Anno verò regni undecimo.

MCCCXXVI.

Nota quod Rex conſtituit Hermanno Schikkenreurerio pro Purchhuta in caſtro Heynſpurch quolibet anno XXIIII. Libras H. de villa Vorſt, quæ valet ſingulis annis XX. libras de cenſu & XX. libras de Stewra, & ipſam villam tenere debet plenè, cum omni uſu, ita quod nulli officiales habent de ea aliquid facere, & de predictis redditibus deber habere XXIIII. libras Hallenſes pro Purchhuta, & XVI. libras debet deſalcare in debitis ſuis usque ad ſolutionem, ex eisdem computandam. Datum in Ulma in die Beate Lucie. Anno Domini MCCCXXVI. regni verò anno tercio decimo. *Fol.* 82. *a.*

Item Dominus Rex dedit civibus in Amberch Thelonium ſuum *auf dem Aertzperg* & Thelonium in civitate Amberch ad jura civitatis pro reformatione civitatis ejusdem per decem annos continuos, poſtquam expiraverint littere ipſis ſuper eisdem Theloneis prius date. Datum in Velburch feriâ ſecundâ anre aſcenſ. Domini. Anno Domini MCCCXXVI. regni ſui anno XII, *Fol.* 90. *b.*

Item Dominus Rex dedit ac donavit Jus patronatûs Eccleſie in Maidling inferiori Monaſterio & Conventui in Meidling pro menſa ſua. Datum in Lauging feriâ quartâ ante Thome, anno Domini MCCCXXVI, regni verò Regis anno tertiodecimo. *Fol.* 90. *b.*

Nota quod Dominus Rex deputavit Rugero Longepallio civi Auguſtenſi Steuram ſuam in civitate Werde per duos annos continuos pro octingentis libris Hallenſibus, ſcilicet pro quolibet anno CCCC. libras Halleuſes, inchoando & recipiendo eam per ipſum & heredes ſuos à feſto Martini proximè venturo poſt unum annum. Datum in Auguſta in vigilia Apoſtolorum

Cccc Symo-

Symonis & Jude, anno Domini MCCCXXVI. regni verò ſui anno XII. *Fol.* 93. *a.*

Item Dominus Rex deputavit eidem Rugero & ipſius heredibus apud civitatem ſuam in Ingolſtat octingentas libras Ratisponenſ. denar. recipiendas per eos ab Epyphania Domini proximè adventura per quatuor annos continuos, ita quod in quolibet feſto Epyphanie Domini, recipienr ducentas libras denariorum Ratisponenſium. Annotatum per me Berchtoldum Regiſtratorem in die Apoſtolorum Symonis & Judæ. Anno Domini MCCCXXVI. Regni verò prediɑ̃i Regis anno XII. Rege exiſtente in Auguſta. *Fol.* 93. *a.*

Nota quod Domious Rex quittat Judeos in Werde de Stewra conſueta à feſto purificationis proximè venturo, per duos annos continuos per eos danda ſcilicet de centum libris Hallenſibus: hoc eſt de quolibet anno quinquaginta libr. Hallenſ. Datum in Laugingen in craſtino Beati Michahelis anno Domini MCCCXXVI. regni verò ſui anno XII. *Fol.* 93. *b.*

Nota qnod Domious Rex deputavit Ammano civi Ulmenſi, CLX. libras Hallenſes de Sreura Ulmenſi proxima regi danda. Datum in Auguſta, in craſtino Beatorum Apoſtolorum Symonis & Jude. A. D. MCCCXXVI. regni verò ſui anno XII. *Fol.* 104. *b.*

Item deputavit Chuntzelmanno civi Ulmenſi de eadem Steura centum libras Hallenſes. Datum in Auguſta in vigilia Beate Kateryne. Annis Domini & regni ut ſupra. *Fol.* 104. *b.*

Nota quod Dominus Rex commiſit Officium Miniſtri in Werdea conſilio & communi civitaris in Werdea, danres eisdem poteſtatem committendi officium ſupra dictum cuicunque voluerint. Datum in Ulma in die beate Lucie anno Domini MCCCXXVI. regni verò noſtri Regis anno tertio decimo. *Fol.* 114. *b.*

Nota quod Dominus Rex jus patronatûs parochie in Aufkirchen Auguſtenſis Diocesis donatum per Ludovicum Comirem de Oting ſeniorem, & Hermannum Heinricum & Engelhardum fratres de Hornburch, quod in feodum habuerunt ab imperio fratribus Theotunicis ordini & domui de Otinga auctoritate regiâ incorporavit, donavit, tranſtulit, & jure proprietatis conceſſit. Datum in Werdea feriâ quintâ ante Nycolai. Anno Dom. MCCCXXVI. regni verò ſui anno tercio decimo. *Fol.* 115. *a.*

Item Domious Rex qoittat cives Nurembergenſes de Steura per eos in feſto B. Martini proximè affuturo danda ſcilicet de duobus millibus librarum Hallenſium, de quibus expediverunt ipſum Regem in mille libris Hallenſibus in expenſis ad curiam ſuam datis & reſiduo mille libre ſunt deputate Burchgravio in Nuremberch. Datum in Nuremberch feriâ ſextâ ante aſcenſionis Domini. A. D. MCCCXXVI. regni verò ſui anno XII. Item eod. anno Sabbato proximo poſt Martini cives Nurembergenſes ſunt quirtati de mille tt. Hallenſ. ſuprâ ſcriptis & Burchgravio deputatis. *Fol.* 116. *a.*

Item Dominus Rex contulit Widrolto de Wartenvels feodum Caſtrenſe ſuper caſtro Furſtenberch, de quo percipiet in Thelonio noſtro in Bacheraco & heredes ſui quaruor marcas ſingulis annis. Datum in Chuba feriâ quintâ hoc eſt in die Bonifacii. Anno D. MCCCXXVI. regni verò ſui anno XII. *Fol.* 117. *b.*

Item Dominus Rex contulit Hermanno de Waſſenheim & ſuis heredibus feodum Caſtrenſe, quod pertinet in Hamerſtain. Datum in Chuba ferâ quintâ poſt diem beati Eraſmi. Anno D. MCCCXXVI. regni ſui anno XII. *Fol.* 117. *b.*

Item Dominus Rex deputavit Joanni de Wancheim & Eberhardo de Maspach Stewram conſueram in Gaylenh. ſcilicet trecentas libras Hallenſes dandam in feſto Beati Martini proximè affuturo. Datum in Sweinsfurr in die Urbani. Anno Domini MCCCXXVI. Regni verò noſtri anno XII. *Fol.* 117. *b.*

Anno Domini MCCCXXVI. feriâ ſextâ poſt nativitatem beate Marie Virginis glorioſe Dominus Rex deputavit Nobili viro Friderico Burchgravio in Nurenberch Steuram conſuetam civium in Nurnberch, ſcilicet duo millia librarum Hallenſium quam tenentur dare à Feſto Martini proximè venturo poſt unum annum & tunc in feſto Martini dant.

Item deputavit eidem Burchgravio Steuram conſuetam civium in Nordlingen ſcilicet trecentas libras Hallenſes, quas etiam tenentur dare à feſto Martini proximè venturo poſt unom annum, & dant tunc in feſto Martini. Datum in Nurenberch annis Domini & die prenotatis regni verò prediɑ̃i Regis anno duodecimo. *Fol.* 119. *a.*

Nota quod Dominus Rex remanſit debitor in duobus milibus librarum Hallenſium nobili viro Friderìcho Burchravio in Nuremberch pro expenſis quas hucusque in ſervitio noſtro venlendo, ſtando & redeundo fecit, de quibus ſibi ſatisfacere infra annum tenemur, ubicunqoe ſe facultas obtulerit, quod ſi infra annum non fecerimus, tenemur ſibi ad arbitrium . . de Hennenberch & Weiglini de Trauſnit aſſignare obligationem pro eisdem. Datum in Auguſta in vigilia Apoſtolorum Symonis & Jude. An. Domini 1326. regni XII. *Fol.* 119. *b.*

Nota quod Dominus Rex quittat Judeos Auguſtenſes de Steura per eas danda in feſto B. Martini proximè adveuturo & promittir pro illo anno ipſos ſuper ipſâ Steura non amplius infeſtare. Datum in Auguſta in die Apoſtolorum Symonis & Jude. Anno Domini MCCCXXVI. regni verò ſui anno XII. *Fol.* 119. *b.*

Nota quod Dominus Rex mille ducentas marcas ponderis in Cholmar in recompenſam

ſam ſervitiorum dedit Johanni de Mörswiller, Petro de Sunthrinen & Nicolao Mucheler ſuper Stewra, in civitate Cholmar tam diu, donec de dicta Stewra, de dicta pecunia ipſis integraliter fuerit ſatisfactum. Datum in Werdea feriâ ſecundâ poſt Andree. Anno Domini MCCCXXVI. Regni verò Regis anno XIII. *Fol.* 120. *a.*

Nota quod Dominus Rex Gerhardum & Johannem dictum Hertzogen de Chaiſersperch, Chunonem de Lyntpurch, Ruſelinum Warmannum, Ulricum dictum Chunich de Durncheim ex plenitudine poteſtatis abſolvit, & ſolutos pronuntiavit ab omni ſorte principali & uſura, in quibus Judeis ſunt & fuerunt per totam Alſaciam obligati cum Fidejuſſoribus eorundem. Datum ut ſupra. *Fol.* 120. *a.*

Nota quod Dominus Rex Joanni de Mörswiller militi villam Morsviller cum omnibus juribus regalibus ibidem obligavit pro LXXX. marcis ponderis Columbarienſis tamdiu tenendam pro ſe & heredibus, donec Dominus Rex aut ejus Succeſſor ipſam ab eis abſolvat pro dicto argento, & remittit eis fructus & percepta medio tempore de gratia ſpeciali. Datum ut ſuprà. *Fol.* 120. *a.*

Item Dominus Rex contulit dicto Joanni & heredibus ſuis, feodum Caſtrenſe in Blichsperg, ſi Rudigerus de Mörswiller Caſtrenſis feodi ibidem ſine maſculis heredibus decedat. Datum ſabbato ante Marci, regni Regis anno XII. *Fol.* 120. *a.*

Fridericus Auſtralis. dederat ſexaginta marcas argenti ponderis Conſtantienſis, Henrico de Hall Miniſtro in Ulma pro fidelitate & obſequiis ſuis, & conſtituit ſibi pro illis redditus triginta librarum Hallenſium de Banno piſtorum & pannificum in Ulma per litteras ſuas datas in die S. Mauricii in Egelingen, anno Domini MCCCXXVI. incipiendas per ipſum & heredes ſuos, donec de predicto argento eisdem fuerit ſatisfactum. Rex easdem LX. marcas in eisdem redditibus ſub eadem forma nunc & de novo dedit, litteris ſuis. Datum in Ulma feriâ ſextâ ante Lucie. Anno Domini MCCCXXVI. regni ſui anno tertio decimo. *Fol.* 120. *b.*

Item Dominus Rex promittit quod ſtrenui viri Erwicus & frater ſuus dicti Guzzen poſſunt colligere Judeos in foro ſuo Leypheim usque ad revocationem ſuam. Datum in Lawging feriâ quartâ ante Thome, regni Regis anno XIII. *Fol.* 120. *b.*

MCCCXXVII.

Item Dominus Rex contulit Chunrado Helbelinch & Ulrico filio ſuo prepoſituram cum omnibus ſuis pertinentiis ad tempora vite ſue, quam quondam tenuit Hiltprandus dictus Perchinger. Datum in Inſprukka Dominica ante Epyphaniam Domini. Anno Domini MCCC. XXVII. Regni verò ſui anno XIII. *Fol.* 91. *a.*

Wir Ludwig &c. verjehen &c. das wir unſern lieben getrewen Thomam von Freuntsperch und Heinrichen den Preyſinger von Wollentzach unverſcheidenlich verſetzet habn umb ſechshundert und ſechzehen pfunt Municher pfenning unſer Gericht ze Chling mit allem nutz und unſer Stuwir auf dem Chlöſter zu Sewen, daz ſi daz ſelb Gericht und die Stewr als lang inne haben ſulln und niezzen, untz ſi nach jarlichen Abslag von dem Gericht funfzich pfunt, von der Stewr hundert pfunt das vorgeſchriben gelt gar und gantzlich nach den vorgeſchriben Abslag ain genemen und des vorgenanten geltes habn wir den vorgenanten Thoman von Freuntſperch an dem gelt und wir im ſchuldich worn verrichtet mit der vorgeſchriben Satzung funf hundert pfunt Municher pfenning und geloben in ez ze verſetzen fur ain ledigs Gut. Datum io Inſprukka in vigilia Epyphanie. Anno Domini MCCCXXVII. regni verò noſtri anno XII. *Fol.* 91. *a.*

Verſatz-Brief umb Cling und die Stewr des Cloſter Seon.

III.

Diplomatarium Ludovici Bav. Imp. Aug. annos Imperii ejus, Tertium, Quartum, Quintum & Septimum illuſtrans.

Ex Regeſto Autographo Notarii ejus Bertholdi de Tuttlingen.

Exemptio à Thelonio urbi Pragenſi conceſſa.

LUdovicus &c. Prudentibus Viris . . Conſulibus cæterisque civibus univerſ. Civitatis Bragenſ. ſuis &c. glorla celſitudinis noſtre peramplius dilatari & adornari indubitanter cognoſcatur dum noſtros & Imperii fideles ſpecialibus favoribus, honoribus & beneficiis reſpicimus, ac etiam proſequimur prærogativarum munificentiis generoſis, ſanè itaque conſiderantes, quod per hujusmodi liberalitatia noſtræ benevolentiam nobis ſubditorum noſtrorum ac aliorum fidelium vota favorabilia & conſtantia nec non etiam obſequiorum ſuorum promptitudinem certitudinaliter vendicamus: vobis univerſis & ſingulis veſtrisque Succeſſoribus in civitate predicta de ſolita clementia largitatis noſtre hanc gratiam ſpecialem concedimus, & harum litterarum ſerie liberaliter indulge-

mus, ut in ſingulis civitatibus & per ſingulas & univerſas civitates, oppida, loca, villas & caſtra univerſa Romano Imperio & Regno ſubjecta, ubicunque conſtituta ſeu conſtirutas cunctas res ſeu Marcarantias veſtras, bona ac mercimonia veſtra quecunque cujuscunque nominis nature generis ſpeciei ſeu conditionis exiſtant ſine ſolutione ſeu preſtatione cujuscunque Thelonio ac pedagiis ducere, educere & reducere, emere, vendere, permutare & diſtrahere ſeu alienare, ac etiam de eisdem alias diſponere ac tractare, tanquam veri exempti ab onere ſolutionis Theoloniorum predictorum queatis ac valeatis liberaliter mercanres pro veſtre libere voluntatis. Nullus ergo Princeps etiamſi Regali vel Pontificali prefulgeat dignirate nullúsque Dux, Marchio, Comes, Baro, Advocatus, Provincialis, Rector, Officiatus, Civitas, Univerſitas ſeu Communitas, Collegium ae alia perſona ſingularis quecunque cujuscunque ſtatûs, preeminentiæ aut condirionis, dignitatis exiſtat, amodo audeat vel preſumat contra preſenris exemptionis ſeu conceſſionis noſtre gratiam à vobis univerſis aur à quolibet ſingulari civitaris predictæ veſtrisque Succeſſoribus, ut promiſſum eſt ducere vel introducere publicè vel occulrè per ſe, alium vel alios Thelonia exactiones & pedagia exigere, petere, recipere, tollere aut aliqualiter extorquere. Si quis aurem &c. ſub indignatione & pœna quinquaginta librarum auri &c. In cujus rei Teſtimonium &c. ſub Bulla noſtra aurea &c. Datum Spire Dominica proxima ante feſtum B. Viti. Anno Domini
1330. MCCCXXX.

Sunt date cisdem ſub ſigillo Imperiali.

Similis exemptio Egræ conceſſa.

Nota quod civitas in Egra ſimiliter exempta eſt ſub omnibus clauſulis & articulis ſicuti civitas Bragenſis. Date ſub Bulla & ſub ſigillo Imperiali.

Rugeri de Sparneck feodum Imp. Plinſpach ad filias extenditur.

Wir Ludwich &c. verjeben &c. daz wir dem veſten Manne Rugner von Sparneck verliben baben, und verleiben alles, daz er durch Recbt von uns und dem Reicbe ze leben baben ſol, und ſunderlicb daz Gut, daz da baizzet Plespacb, wir tun im aucb die Genad, daz ſein Tocbter wie die genant ſein die er iezund bat oder nocb babent kunt, die ſelben leben Erben ſullen in aller der weis als die Sün, und daryber &c. Der geben iſt ze Speir an dem Freytag vor ſant Veites Tag, do man zalt von Chriſtus Geburt druizebenbundert Jar und darnach in dem dreizzigiſten Jare in dem XVI. Jare unſers Reicbs und in dem dritten des Cbeiſertums.

A.1330.

(g) Iisdem ferè verbis *Excerpta* ſua auſpicatus eſt: *M. Philippus Conlega ſuus* (ALBERTI ſc. BEHAM ſive *Bohemi*) *Romam ivit. Vulpes & leones! piguit me legere, quæ illos non pudunt facere.* fol. 55. a.
(h) Part. III. L. IIII. §. II.
(i) *Commentaria autographa in Membranis ſcripta.* Ita ipſe in Indiculo Auctorum Annalibus præmiſſo Aventinus.

Joan-

Joannis Aventini Excerpta ex Alberti Bohemi Actis.

Epiſtolæ Alberti Bohemi & Inſtructio.

ARchiepiſcopo Salzburgenſi. C. Præpoſito, H. Decano totique Capitulo Saliſburgenſi. inculcat ſe ſæpius & proximè Viti feſto eis ſcripſiſſe per Abbatem & fratres ejus de Pomouk Ciſtercienſis Ordinis, Pragenſis Diœceſis, & mandata Papæ transmiſiſſe, quæ cum eo ipſi ſine mora exequerentur; nihil tamen reſponſi hactenus ab eis ſe recepiſſe ideo eos peremptorie ut contumaces * ut pridie Idus Septembris præſto ſint, per ſe vel nuntios, ſub pœna excommuoicationis. Datum Landshut vii. Idus Julii MCCXL. (k)

* ſubaudi *citat.*

Eodem modo ſcriptum Bathavienſi, Auguſtenſi, Eiſtetenſi, Herbipoleoſi, niſi quod ipſis Idus Auguſti præfinivit.

H. Nicolao Bathaviæ Decano mandat virtute ſanctæ obedientiæ, auctoritate Papæ, ſub pœna ſuſpenſionis & interdicti ut litteras citationis transmiſſas per præſentium latorem ſine mora omni Epiſcopo & Capitulo præſentet, alioquin in ſuam perſonam ptomulgat ſuſpenſionem & interdictum. v. Non. Julil. Similiter ex parte Abbatum de Schira & Mallarſtarff. H. de Schira & M. de Mallerſtorff Abbates Epiſcopo & Capitulo Bathavienſi. Eos brevi Apoſtolico quod Inſeruit, ad ſe invitant, pridie Idus Septembris Landishutam in Eccleſiam Parochialem. Datum v. Non. Julii. Ita Salzburgenſibus ſcriptum, quod in vigilia Bartholomæi evocati Landishutam, tractent prout Saeroſanctæ Romanæ Eccleſiæ fidei Catholicæ expediet, non parentibus minatur, neſcio quid.

Papæ aperit cum magno dolore & qoerimonia cum caterva nobiliom inter quos principes multi Budiſſin ad fines regni Boemiæ conveniſſet ad exequendum negotium, de quo jam pridem Papæ ſcripſerat, & ad quod Dominus ſuus Dux Baw. omni ſua & ſunrum virtute armis bellicis adornatus venire feſtinabat, quod Rex Boemiæ vel potius Blaſphemiæ, Inconſultis omnibos ſuis amicis, Baronibus minimè requiſitis Nuntios F. Hæretici & Regull filii ſui receperit, novam Inierit, cum ipſis amicitiam & conſpirationem confirmavit, excluſis conſanguineis & amicis, quod cum Dux Dominus meus reſcivit quaſi morte perterritus, toto ſuo exercitu & omnibus ſuis domi relictis, ad Regem Boemiæ properavit, ut eum propoſito revocaret, fruſtra tamen; oam nec minis nec precibus à ſuo propoſito valuit revocari, quamquam major pars Baronum Boemiæ cum Duce id poſtularet, crebróque Saeramentum vobis Pater Sanctiſſime & Eccleſiæ Romanæ præſtitum, inculcarent, hoe tandem poſt multos labores atque ſudores auxilio Baronum maximè Bohuzlai filii Zlauconis; vix Dnminus meus Dux obtinuit, quod tamen illa conſœderatio non fuit ad finem petducta & concluſa, nec inſtrumentis vel obſidibus firmata, ſed ad hoc apud cubitum (quod vulgo Elnpogen dicitur) vel alibi alius tractatus perfiniretur, quo ſinguli convenire poſſent, ut interim Papa certior fieret ac res interturbaretur. Dicit hujus conſpirationis auctores maximè fuiſſe Lantgravium Thuringiæ, Marchionem Brandenburgenſem. Nuntii celebres Ducis Brabantiæ, Comitem Gothardum de Arnſteio cum fiatre ſuo converſo de domo Teutonica & aliis quatuor fratribus nobilioribus domûs ejusdem, quorum conſilio & quorundam aliorum Imperium nunc gubernatut. Dein commendat & laudat Ducem Bavariæ, Domioum ſuum eum eſſe Chriſtianiſſimum & Papæ ſimúlque Eccleſiæ fideliſſimum, ſolum remanſiſſe ut pupillum, deſertum ſolatio omniom conſanguineorum Principom olim Papæ fidelium, nec habere unicum principem Clericum vel Laicum ſub cujus umbra interdum valeat reſpirare. Rex Boemiæ, ut nomen magnum ſibi conquirat, ſitit ſocios ſuperbia calcare quaſi cæteri Principes, qui ob devotionem Romanæ Eccleſiæ & in odium Friderici ſibi adhæſerant, & eum ſibi ſecerant Ducem & Capitaneum & Magiſtrum, ſine ipſo non poſſunt aliquatenus ſubſiſtere, vel etiam vivere niſi quantum ſuæ ſedeat voluntati; Domino meo, inquit, iocutit metum, imo ruinam perſonæ & hæredum ſuorum, ſimúlque diſtractionem omnium bonorum ſuorum niſi ſibi adhæreat ad omnem promotionem Friderici Hæretici. Ait ſupplicare Ducem ac cum lachrymis pedibus accidere Sanctiſſimis, ſimiliter uxorem ejus Chriſtianiſſimam cum ſuis hæredibus, in tanro periculo conſtitutis miſericorditer auxilio & conſilio ſubveniat. Utrumque enim principatum eorundem omni parte ad Intrandum & occopandum facile patere hoſtibus; ipſa enim (ſubjungit) Domina glorioſa devotiſſima famula Eccleſiæ Romanæ poſteaquam tantam perfidiam intellexit relatu, ſtatim incidit febtes acutas, quas & graviſſimè patitur in præſenti. Ideo hortatur Papam, ut maturet, ſi quid faciundum decreverit, nec enim poſſe Ducem tanto impetui adverſariorum reſiſtere, quem minantur ei hoſtes. Conſulit ipſe Albertus igitur Papæ, Regi Boemiæ, ut novit, humaoiſſimè ſcribat, ac rem omnino, quam Intendit Rex in proxlmo conventu impediat Principum, ſcribat præterea Bohuzlao filio Zlauconis inde Budislao filio Jarozlai, itidem ſorori (l) Regis Boemlæ,

(k) *in marg. manu Aventini: Nota quod frater Matthæus Ordinis Prædicatorum eſt totus in concilio apud Papam contra J. Fridericum.* De hoc Matthæo vid. Avent. L. VII. C. IIII. §. XVII.

(l) Agnes ea haud dubiè, quam ſpretis Friderici nuptiis D. Claræ inſtitutum amplexam ſcribit diligentiſſimus Bohuslaus Balbinus in Epitom. rer. Bohem. L. III. C. XIII. pag. m. 257.

quæ eſt converſa ad habitum Fratrum Minorum, cujus potiſſimum frater conſiliis utitur, ut fratrem à propoſito avertat, & ad devotionem Romani Pontificis reducat. Scribat præterea Baronibus, niſi Rex ſibi juramento aſtrictus ea compleat, quæ juràvit, ſe interdicto Boiemiam ſubjicere. Hujuſcemodi verò rei det monitorem & executorem Archiepiſcopum Strigonienſem vel Epiſcopum Wratislabienſem, qui hujusmodi negotium, & non alii perficere poterint. Subjungit & gloriatur jam Epiſcopos incipere, ruminate tam circa Rhenum & alibi formidine ſententiarum latarum in ipſos & in Eccleſiis eorundem, quaſi velint mandatis Apoſtolicis obedire & ad executionem contra Fridericum dirigere vias ſuas. Inquiſitio contra Ch. Friſium Epiſcopum jam fit, & cum fuerit celebrata ſine mora (ait) veſtræ gratiæ transmittetur.

Atchiepiſcopus Salzburgenſis & Epiſcopus Bathavinus conſpirationem fecère cum Duce Auſtriæ nunc de novo; interdictum quod ad M. V. * in Auſtriam tuli; relaxârunt; & ut audio excommunicationem, quam in ejus perſonam tuli, revocârunt. Archiepiſcopus Bremenſis, ut fama eſt, M. ** ſibi injunctum contra Fridericum, exſequitur intrepide ut Leo. In Bawaria nullus adhuc Epiſcoporum obedit, ſed omnes attentant pernitioſè reſiſtere Saltzburgenſi Archiepiſcopo perſuadente. Argentinenſis Epiſcopus nihil facit, ſed de die in diem mihi promittit, quod prius velit alios Epiſcopos ſibi ſociare, & tunc mandatum cum ipſis exſequi. In fine, ait, vobis P. S. *** quoddam magnum ſecretum declaro: (m) cum enim Dominum meum Ducem, magno conſilio ſuper Statu Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ conveniſſem, & inter cætera conculcarem ſibi ſoli, quod hac vice jus electionis ipſe & ſui coelectores amiſiſſent ex eo quod intra tempus legitimum, jus ſuum non ſuiſſent proſecuti, alium videlicet Regem eligendo, & quod Eccleſia Romana, quæ Advocato Catholico diu carere oon poteſt maximè cum ab hereticis impugnetur, ſibi providere poterit de perſona alius Gallici vel Lombardi, aut alterius in Regem vel Patritium aut etiam Advocatum, Teutonicis inconſultis, & per hoc poſſet imperium ſicut prius ad exteras nationes pervenire, Dominus Dux leniter & purè mihi reſpondit: û utinam Dominus noſter Papa hoc ipſum jam feciſſet, propter hoc enim vellem utrique voci renuntiare, videlicet Palatii & Ducatus & dare ſuper hoc Eccleſiæ pro me & hæredibus publicum inſtrumentum.

* *Mandatū veſtrum.*

** *Mandatum.*

*** *Pater Sancte.*

(m)

Porrò conqueritur, litteras Papæ ſuper Ducatu Auſtriæ ab Eberhardo Epiſcopo Saliſburgenſi & U. Bathavienſi pedibus conculcatas ac minatus publico edicto ſi poſthac quispiam hujusmodi afferat litteras, ſive Clericus ſive Laicus, non impunè habeat. Dat conſilium ex conſenſu partium Papæ, ad terrorem Archiepiſcoporum & Epiſcoporum Alamaniæ, Canonicis injungatur, ſi eorum Epiſcopi nolint obedire Papæ mandatis, ipſi tunc ad conſilium executoris ſententiarum veſtrarum, alium eligant Epiſcopum. Si tale mandatum in Alamania inſonuerit, ſine dubio omnes Epiſcopi incipient obedire. Hanc ob cauſam multi inopes Canonici ambierunt amicitiam hujus Alberti. Rogat, ſororem Regis Bojemiæ in omnibus Papa exaudiat. Præterea indicat: III. Non. Aug. in inventione S. Stephani Decanus, Capitulum Bathavinum contra me publicè prædicavit crucem, multos cruce ſignavit in ſalvationem animarum. Et in die Dominico Nonis Auguſti Epiſcopus Ratisponenſis publicè prædicavit, Papam iniiſſe concordiam cum Hæretico Friderico non ad veſtram voluntatem & ad omnem utilitatem imperii & honorem. Ita fidi Eccleſiæ vulnerati (ut Italiam ita voluêre factionibus ſubjugare Germaniam).

Dein VI. Idus Auguſti noctu media nuntii reguli cum nuntiis Epiſcopi Friſingenſis Landshutam venêre abſente Duce, qui tum in Bojemia erat pro negotiis Eccleſiæ Romanæ treugas ſolvere. Reguli nuntii, Duci & ſuis minati procaciſſimè, omnes imperiales ad Bojorum terram devaſtandam intrabunt. Nitenaw vacâſſe ait: Epiſcopum Ratisponenſem excommunicatum conceſſiſſe Putruglerio de Nurnberch potenti imperiali, qui cum filio atque ducentis armatis ad poſſeſſionem venit, quod ubi ego intellexi, meos Presbyteros & Clericos cum trecentis armatis miſi obviam ut tam Putruglerium quam omnes milites & fautores Friderici excommunicarent, quam ſententiam & potius formidine armatorum noſtrorum declinans domum rediit, Eccleſiam Henrico Prothontario inclyti Ducis Bawariæ devotiſſimo Romanæ Eccleſiæ contulit in ſpiritualibus & temporalibus gubernandam, rogat Papam, ut adprobet, & ſcribere Abbati de Walerpach, Chayſersheim, aſt non aliis, & Richenbach, ut eundem A. V. * manuteneant ac defendant.

* *Auctoritate veſtra.*

Tributa: Pewrn XLIII. modii avenæ XXVI. ſilius. Tri. 1. Talentum Ratisponenſ. XX. pulli Laurentii. Ovenſtetn V. Scafia. VII. Sol. Ratisp.

Plebanus de Sc. Michaelis IIII. Talent. Mart. Epiphan. IIII. Talenta.

Judex Sifridi de Frauhoven debet Michaelis ſolvere XII. ſolidos Ratisponenſes, pro decimis in Pewrnbach, quas hoc anno per nos acquiſivit, fidejubuit plebanus in Pewrnbach.

Vicarius in Kacharo, omnium Sanctorum VI. Talent. Ratisp. denar. de omnibus quæ Eccleſia habet. Fidejubuit Decanus de Ruding de Eccleſia Oecling Egidii xx. talent. Ratispunenſium novorum, bona Abbatis S. Emerammi circa Echolving due hube Sundheim, ut Abbates ineſcaret mitram eis conceſſit.

Th. Abbati in Sabordowitz Olomucenſis Dioceſis, jubet publicari per totam Dioe-

(m) Integrum hunc locum ultrò in lucem protulit Brunnerus P. III. L. IIII. §. II. quem ego ſolà victus veritatis reverentia, dolenter tamen repeto.

Diœceſin peculiares ſubjunctas orationes pro Papa Gregorio in Canone ſub excommunicatione deterret ire cruce ſignatos contra Prutenos, aut trans mare, expectare donec contra Fridericum revocentur à Papa, præterea excommunicationem in Salzburg. Magdeburgenſem, Rariſponenſem, Friſingenſem, Waltherum & Henricum Ceszellarium * de Wina Fratrem Prædicatorum & illos de Brunna. Menſe ponit Junio. Datum apud Bruna. VII. Id. Maji. MCCXL. Ita Archidiaconis Olomucenſis Diœceſis ſcriptum, Merſeburgenſi ita.

* ita Cod.

Miſnenſi Capitulo, ut Lantgravium Thuringiæ Marchionem Miſniæ juxta præcepta Papæ commoneſaciant à data usque Octavas Pauli & Petri. Hoc termino ei indicent, quid egerint, ſi illi obedire nolint interdictum ponant.

Omnibus Clericis, Monachis Aquileiæ, Salz. Bath. Olomucenſ. Gurk. Seccov. Lavent. contra Fridericum Ducem Auſtriæ, à proxima feria usque octavam terminum dent. Si Dux noluerit obedire interdicetur, aut ipſi.

Contra Thuringiæ Epiſcopum, Capitulum Mersburch, duo Monachi cum duobus equitibus de Cedlitz Ciſtercienſis Abbas de Pomouk cum Cellario & alio Monacho, Archiepiſcopo Salzburgenſi ut præſentent ſententiam.

Archiepiſcopo Magdeburgenſi jubet reddi ablata Marchionibus Brandenburgenſibus, bellum inſerri prohibet, Pragæ XI. kal. Junii, Ita Fridericum de Stauff evocat ad VI. Id. Julii ad ſe. Datum Landshut. V. Id. Jun. Ulricus Notarius Canonicus Oetingenſis.

Pragæ kal. Junii. Archiepiſcopo minatur more ſolito.

Capitulo Salzburgenſi ut adſint H. Abbati de Pomuck Pragenſis Diœceſis, cum duobus Monachis, quomodo ſententiæ præſententur Archiepiſcopo.

Capitulo Ratisponenſi per Ulricum de Sunelbach & ejus ſocium Prædicatores. Juſſerat excommunicationem in Epiſcopum Sifridum ſecundo ſcripſit & Spa. Decano, Semanno Archidiacono & Magiſtro G. Concanonicis, tertio per Chunradum Diaconum de Strubing. Inobedientes incuſat apud Brunam. Excoṁunicat Epiſcopum, jubet promulgari. Datum apud Chladeroub. VIII. Id. Junii.

(n) Si. (n) ſola M. D. Ratisp. Epiſcopus, Imperialis Aulæ Cancellarius. Alberto Bath. Archidiacono. ait ex litteris ſuis debuiſſe procedere Litteram Papalem, In qua mandaretur eisdem ut cum ſolemnitatu excommunicaret Fridericum, tum ſi negligens fuiſſet &c. injurioſè injungere nobis non viſis originalibus, nec conſtat de veſtra jurisdictione, ut dicitur, ideo ſi haberet authentica, invitat eum ad ſuum caſtrum Outing, aut Landeshutam fide publica mittere Miniſtros, qui inſtrumenta videant, examinent, hortatur, ne ita imperioſè omnia confundat, non conſervato ordine juris.

Capitulum Ratisponenſe Alberto. MCCXL. feriâ VI. ante feſtum Johannis Baptiſtæ, recepiſſe litteras ſuperiores quas interſerunt, contra ſuum Epiſcopum, ſed priores non accepiſſe. Irrident ejus ſcripta, quod publicârit Brunæ excommunicatos cum non adſuerint, hæſitant de ejus poteſtate.

Archidiacono, Diacono, Scholaſtico Pragenſi IIII. Id. Sept. Archiepiſcopum & Capitulum Salzburgenſe, Bathavienſem, Ratisponenſem, Friſingenſem Epiſcopos ubique excommunicat. Abbates de Mileuſcho, Wilhelmum Soſtoloport hos excommunicat, quod mandatum transmiſſum vilipendunt.

Abbati in Zetrahu mandat Conlegium Eccleſiæ Wiſſengradenſis Landshutam ad ſuam præſentiam Idus Aug. citari, qui noluerunt præſentare Epiſcopo Bathavienſi. Intimavit Domino Marchioni Miſniæ & Capitulo Mandatum præſentatum. Per hujusmodi inſtrumenta coram Papa contra Principes & Epiſcopos informari.

Wormatienſi Epiſcopo, Capitulo, jubet per Wormatiam, Mogontiam, Treveres, excoṁunicare Imperatorem, Lantgravium Thuringiæ, Marchionem Miſniæ. S. Archiepiſcopum & Capitulum Moguntinum, E. Saliſburgenſem Archiepiſcopum, S. Ratisponenſem, C. Friſingenſem Epiſcopos, Ducem Auſtriæ. Datum Pragæ kal. Junii. in quibus ſingulis vult certior fieri, quid agatur in omnibus litteris. Ita Epiſcopo & Capitulo Spirenſi.

Abbatibus S. Emmerami, Pruffling, Prul, Præpoſito S. Magni jubet litteras miſſas adfigi & publicari valvis templi Ratisponenſis perſonaliter & ſcribere quid ſacere velint, Datum apud Claderub VIII. Idus Junii. Excommunicati die Jovis XI. kal. MCCXL. ita ſcribitur dat. Ratisponæ eodem die, Gundeloho & M. Eberhardo Canonicis veteris capellæ. Sed Canonici prohibuêre, minati quod contra Epiſcopum & Imperatorem id agere.... (o) (o)

Hos nuntios miſit in Auſtriam contra Ducem in prima acie: Decanus templi cum duobus fratribus, Dominus Hoſpitalis cum duobus fratribus, Domus Teutonica cum duobus fratribus. In ſecunda acie. Abbas Weligradienſis Ciſtercienſis Ordinis, Abbas Lucenſis Præmonſtratenſis Ordinis, de Reingard Ordinis S. Benedicti, ejus Ordinis Præpoſiti. In tertia acie quinque. Archidiaconus cum ſuo Decano Olomucenſis Diœceſis; injunctum omnibus ut ſingula intiment.

Albertus B. Argentinenſis Epiſcopus contra Epiſcopum Friſingenſem qualiter inquirere velit, rem commiſit Abbati de Schira. Bremenſis Archiepiſcopus publicè excommunicavit Imperatorem, excuſat ſe de ſama, quod nunquam defecerit à Sede Apoſtolica, ſed quod diſtulerit hactenus excommunicare Imperatorem, ut paci Eccleſiæ conſulat, quia in meditulio imperii petit ſibi parci.

(n) *h. e.* Sifridus ſolâ miſericordiâ Dei non Apoſtolica gratia &c.
(o) Reliqua ita obſcurè exarata ut oculorum aciem planè effugiant, etiam expertorum.

Herbipolenſis Sacerdos, quod excommunicatorum fratrum ſcilicet de domo Teutonica inſtantia graveot Eccleſias videlicet in Pruel Ratisponenſis Diœceſis, citat Landeshutam XVII. kal. Sept.

Salzborgenſes citatos antea Landshutam ab Henrico Abbate de Schira vigilia Bartholomæi rurſus citat Landshutam in parochiæ Eccleſiam vigilia Mathæi. Datum Lanshoet VIII. kal. Sept.

Epiſcopo, Capitulo Conſtantienſi jubet coram ſe litem finire. Solvit Bertholdum Comitem de Urach, quem excommunicârant. Landshuet. Mandat poſt Decano de Urach & Niwerting, ut litteras illis præſentont, in quibus jubetur ſatisfacere Comiti de Urach. Minatur, ut ſolet Albertus Decano Ergolking. S. Epiſcopus Ratisponenſis vetuerat, ne pareretur litteris Alberti. ipſi minatur, ne litteras recipiat poſthac. Si tria verba in favorem Epiſcopi ſubditis pronuntiaverit, ſuſpendit. Lantshuet. XVII. kal. Sept. MCCXL.

Idus Martij. Sifrido Epiſcopo Ratisponenſi mandat exequi mandatum Papæ per Voldmarum Capellanum ſuum.

Pridie kal. April. interminatur ſecundis litteris Ducem Auſtriæ deſciviſſe ab Eccleſia, ſuſpendit, citat intra XXX. dies & excommunicâſſe Eccleſiaſticos.

Capitulo Ratisponenſi interdicit VII. Id. April. aur publicet intra XV. dies. Ita Ch. Decano, Semanno Archidiacono, Magiſtro Gotfrido Canonicis Ratisponenſibus minatur privationem Saterdotiorum.

VIII. Idus Junii interdicit. Chladorub.

Ottoni de Friſaco Ordinis Prædicatorum mandat Fridericum Ducem Auſtriæ moneat matrimonium compleat. . . . absque omoi mora, minas addit XI. kal. Januarii. XVII. kal. Febr. eundem ſcriptis excommunicat, quod abjecerunt præcedentes litteras.

Epiſcopo Ratisponenſi ut veniat videre litteras XI. kal. Januarii.

Capitulum Ratisponenſe appellat ad Sedem Apoſtolicam (ita Magiſtro Alberto) E. Præpoſitus, C. Decanus & totum Capitulum, ajunt miſiſſe pridie Magiſtrum Marquardum Præpoſitum Matſeenſem, Perchtoldum de Oberndorff & Magiſtrum Ulricum de Acheiſtat Concanonicos & nuntios Landshuet ad ipſius præſentiam & cum ad duo ferè milliaria proceſſiſſent cum nuntio Epiſcopi, quatuot armati lanceas penes viam inſidiis poſiti irruentes in ipſos & credentes Magiſtrum Eberhardum Concanonicum ibi eſſe, cum eum non inveniſſent, ſecreto monuêre Matquardum, ne ipſe ac ſui via publica etiam ſemitis privatis procederet ubique inſidias collocatas eſſe, ideò retrò ivêre. Adpellant. Datum Ratisponæ MCCXL. in craſtino Beati Johannis Baptiſtæ.

Sifridus adpellat Epiſcopus (quia gravatur ab Alberto, nec oſtendir mandatum) coram Capitulo Prælatis aliis, Fratribus Prædicatoribus & Minoribus præſentibus. MCCXL. VII. kal. Julii.

Sifridus quia ipſe à nobis es excommunitatus jamdudum ex mandato judicum delegatorum Domini Papæ & publicè denuntiatus, nec conſtat ſe abſolutum eſſe, Papam adpellat. MCCXL. IIII. Non. Julii.

E. Præpoſito Ratisponenſi mandat, publicet Epiſcopum depoſitum. Datum MCCXL. V. Idus Aug.

R. Abbas Pruflingenſis, G. Abbas Pruel Alberto: petunt ſibi prævideri de authentico Papæ quia dum rem executi, Canonici minati ſunt eos non jure feciſſe, ſcripta non eſſe authentica.

Capitulum Ratisponenſe ſecundo adpellat, ſe mortis periculo excuſant, nec conſtare de jure Alberti.

Sifridus excommunicatus quod Imperatorem noluit denuntiare.

E. Præpoſitus Ratisponenſis peculiariter adpellat, objicit ipſum excommunicatum à Papa, nec conſtare ſibi de jure quod uſurpat, beneficiis ſpollavir, nec authenticom mandatum oſtendere voluit, nec poſſit obedire, cum eives mortem minati fuerint, qui aliquid contra Imperium moliuntur. Ratisponæ MCCXL. die adſumptionis Mariæ.

Sifridus ſola miſeratione Divina Epiſcopus Ratisponenſis Imperialis Aulæ Cancellarius Ulrico Sacerdoti Alberti conſanguineo de Tegernpach, ait Plebanum de Lintkirchen conqueſtum qood à Magiſtro Alberto excommunicato à oobis, qunque publicè denuntiato, de cujus abſolutione non conſtat, Eccleſim ipſius acceperit. Citat eum ſexta feria poſt aſſumpt. MCCXL. II. kal. Aug. Plebano in Althoven ita ſcriptum.

E. Archiepiſcopo & ſcripſir ac doo mandara miſit, ut publicaret, ſed contempſit. Duo mandata ſcripſit Balthaſar in Chrooico Hermanni. Tertium:

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Magiſtris Alberto Archidiacono Bathavino & Philippo nuntio noſtro in Alamania moranti ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Miratur fratrem venerabilem E. Archiepiſcopum Saltzburgenſem cum Romanæ Eccleſiæ honorem obſervare juramento adſtrictus ſit) Ducem Auſtriæ reconciliare Friderico Imperatori ipſe perſeverat. Jubet illis eum admoneanr, deſiſtat, aut excommunicent. IX. kal. Decembris. Pontificatûs XIII. ait ſe tertio jam ſcripſiſſe Albertus, minatur, aperir præterea excommunicatos Epiſcopos Ratisponenſem, Friſingenſem, Utonem Friſingenſem Præpoſitum, Ch. Decanum, Senoemannum Archidiaconum, Gotfridum, Canonicos Ratisponenſes & contra Ducem Auſtriæ ita proceſſiſſe ut ſequitur. Inſerit ſcriptum Gregorii ipſis factum Alberto & Philippo.

Gregorius ſervus ſervorum Dei Albertu &c. memorat beneficia in Fridericum Auſtriacum à Rege Bohemiæ ad inſtantiam ſuam conlata, cum enim ab Imperatore omnibus terris ſpoliatus fuerir, Rex Boemiæ juſſu Papæ adfuit eidem auxilio, ſubſidia præbuit, donec recuperârit terras; miratur igitur (cum idem Dux toto poſſe juramento præſtito ſibi adeſſe debeat ad negotium, quod ipſe novit, cum aliis devotis Eccleſiæ Principibus promovere, neptémque ſuam

filio

filio Regis Boemiæ copulare) ingratitudinem ejus, in quo omnem ſpem collocârat, jubet eundem admoneat, rem perficiat, aut interdicatur terra, ipſe excomu-
(p)
nicetur IX. kal. Decemb. MCCXXXIIII. (p) Vetat prætcrea ne quidquam Bojemiæ aut Moraviæ mali adjungat.

Brunnæ VII. Id. Maji. dein kal. Junii Pragæ MCCXL. Henricus Abbas de Pomouk Diocesis Pragenſis Ciſtercienſis Ordinis, Arnoldus Cellarius, Henricus Camerarius ejusdem Cœnobii Monachi die Viti Salzburg perveniunt abſente Archiepiſcopo.

Capitulo Salzburgenſi mandat ſuperiores recipere. Pragæ kal. Junii.

E. Dei gratia Saltzburgenſis Archiepiſco-
(q)
pus Apoſt. Sed. Legatus (q), Ottoni Comiti Palatino Rheni, Illuſtri Duci Bojorum. Non ſe latere ſcribit poſt Conventum Strubingenſem ad honorem & utilitatem totius Bojariæ, ſpiritualium ac ſecularium perſonarum, indictum alium eſſe Monacum, ſe tum in Carinthia degente & huic itineti accingente, interveniſſe ardua magnáque negotia quibus coactus remanere. Se enim invitatum à Duce Auſtriæ, usque Græcio ad eum veniſſe, collocutúmque de liberatione ſuorum obſidum feudisque templi ſui, quæ habuit Rainbertus de Murecke, quæ occu-
* ita Cod.
pârunt Hertnidus de Cit * & alii quidam. Igitur Conventum Monacenſem adire non potuiſſe, ſe tamen ſervaturum promittit, quæ ibi ſtatuta fueriot omni diligentia. Conqueritur poſtea cum ante Conventum Strubingeoſem Dux pollicitus ſit nullas contrarias litteras aut in Conventu, aut villis aut oppidis præſentari, dúmque in reditu ad Landshuet . . . ubi ſummam quietem habere . . . ſuis oppidis ſperârat, præſente Comite de Waſſerburch & Domino de Fraunhoven & aliis pluribus nihil obſervatum ſibi eſſe. Secundo queritur ſibi alias quasdam litteras per quemdam Monachum, procurante illo turbatore totius Bojoariæ, conductu Ducis, Salisburgum delatas ſed ob infamiam nebulonis & turbatoris eſſe receptas minimè concludit non ſibi utile fore quod familiaritate hujus perſonæ ita utatur, & à latere ſuo talia fieri permittat in gravamen Eccleſiarum & forſitan Domini noſtri Imperatoris. Rogat, conſulit, ne poſthac illo infami familiariter utatur, ſibique caveat à moleſtiis & injuriis, quibus rectores Eccleſiarum afficere nititur. Quamprimum, ioquit, Bojariam venero, adhibebo operam efficacem pro veſtro conſilio & auxilio ob obſervanda ſtatuta Canonum.

Fridericus de Libenitz Canonicus Salczburgenſis Alberto, adulatur ei ſe eum dilexiſſe fratris loco, videlicet ſtultè egiſſe Eberhardum, quod ſpoliaverit Eccleſia
(r)
Lauffen (r) . . . . promittit opetam ſuam, rogat authentica ſcripta mitti, quo Epiſcopo reſiſtatur. O ambitio cum ſo-
ciis! (s) (s)

H. de Lerchenveld Decanus Ratisponenſis veteris Eccleſiæ conſanguineo. Conſcius Alberti Poppo plebanus.

De Mundreiching conſanguineus reconciliatur Gotſrido Canonico per eum.

H. frater Monachus Altahenſis, conſcius.

Sifridus Epiſcopus Ratisponenſis, petit relaxari excommunicationem, quoniam ſine periculo publicare non audeat, quoniam Miniſtri Eccleſiæ, quidam Canonici eum
civibus, R. (t) Palatinus Baw. conſpirave- (t)
runt contra Papam.

Quosdam abſolvit Canonicos Salzburgenſes, F. Scolaſticum, ô Camerarium. H: de Megeling abſolvi præcipit Canonicos Salzburgenſes C. Diaconum Burggravium, Camerarium Salzb. H. de Weging Archidiacono occultè mandat, abſolvat G. Archidiaconum, poſt ſcripſit ſe Archidiacooum Laureacenſem.

G. Canonicus Bathavienſis & Archidiaconus Alberto perconciliari quærunt cum amicis & concanonicis.

Epiſcopus Pragenſis aperit, ſe operam dediſſe ne Rex Boiemiæ faveat Imperatori, ſtuſtra eum fuiſſe. Alia littera dicit non laborare pro ſalute Imperii, ne credat Epiſcopo Pragenſi, ipſum quæſitum eſſe ad pœnam. Rogat, ne epiſtolam aliam Boemo oſtendat. C. Abbas Bunow. aliis litteris ſcribit Abbas ſe ſperare prius intraturum Boemiam, quam Bohemos non fanturos Imperatori. . . . . .

Abbas de Porta Apoſtolorum mittit ſcyphnm argenteum. Miratur proviſor Chlad. quod tam ſubito occultè ex Bohemia diſceſſerit. Abſolvit Bertholdnm Abbatem de porta Apoſtolorum, quia petiit humiliter. Actum Waſſerburch VII. Idus Septembris MCCXLIII.

IX. kal. Nov. MCCXLIII. Pragenſi Epiſcopo. Miratur de eo, cur patiatur Tobiam Decanum, Præpoſitum Pragenſem, R. Archidiaconum, Stephanum, Scolaſticum . . Abbas de Wilhelmo, de S. Procopio, de Zetchu, de . . . excommunicatos celebrare. Datum Waſſerburch IX. kal. Nov. petit providentiam fieri de victu.

Infirmatur Archiepiſcopus Salzburgenſis. F. Libenitz Oto Burgravio ſcribit . . . . conqueritur nuntios ſpoliatos, verberibus excruciatos ab Epiſcopo Bathavienſi per Tyrannos de Ras.

C. Burggravius Archiepiſcopum etiamnum (heu! benè ſciat) valere. Quatnor conſpirârunt, tamen fruſtra, quod Papa obiit.

Moguntino Archiepiſcopo. Se ſpoliatum, quærit ſibi munus exuli rebus omnibus ſpoliato dari, donec ad Eccleſiaſtica beneficia ſua venire poſſit. Præpoſituram S. Michaelis, Eccleſiam Peſcherin.

(p) feſtinans Aventinus 1334. poſuit maniſeſto errore.
(q) Meminit hujus Epiſtolæ Aventinus L. VII. C. IIII. §. XXXII. ubi quædam inſerit, quæ hic deſiderantur. Puto eum alibi Excerpta habuiſſe ex iisdem commentariis, ut ſolebat ſua ſine ordine chartis illinire: quæ ad me non pervenêre, quod major rapſodiorum ejus Pars interciderit.
(r) Avent. in marg. *Epiſcopus abſtulit illi Lauffen.*
(s) Aventini *ſuſpirium.*
(t) *Rapoto*, notante Aventino.

Nova: Dux Auſtriæ adjutorio Epiſcoporum Bathavienſis, Friſingenſis vaſtavit Olomucenſem Diœceſim. Rex Boemiæ occutit: Terga vertit Auſtriacus. ſed ipſe non credit.

H. de Cathan Babenbergenſis electus propè Villacum ſpoliavit ejus nuntios.

De Fratribus Papæ in Oſtethoven Ordinis Prædicatorum, commendat Siſtido.

Scribit ei Epiſcopus Moguntinus, licet contra ſe pro Duce B. fuerit, tamen petit, quia potens apud ducem fœdus impetrare. Datum apud Pingam kal. Octobris.

Wiſſegradenſes Canonici totúmque Capitulum Alberto Bathavino Archidiacono, Judici per totam Alamaniam & Germaniam generali conſtituto, aperiunt juſſa ejus, mandatum per Magiſtrum Scolarum & Vicarium Eccleſiæ Wyſegradenſis miſiſſe aliis adjunctis Bathaviam, præſentata in templo Stephani v. Idus Junii, quatuor temporum die Sabbati ante Octavam Penthecoſtes, celebrabat tamen Epiſcopus Ordines in choro ad majus altare poſt promotos acolythos & Subdiaconos cum deberent Diacones promoveri & ſequentia S. Spiritûs cantaretur, & infra verſiculum illum: *Ergo nos ſupplicamus* &c. unus ex nuntiis noſtris Laicus tum litteras obtulit Epiſcopo dicens: has mittit vobis Albertus Archid. Sedis Apoſt. Legatus; Epiſcopus ilmis oculis inſpecto ſigillo litteras ad terram projecit, nuntium ibidem manu alia alapizavit, & poſt hæc capi juſſit. Interim Gerboto Præpoſitus tollit litteras, dat Epiſcopo. Epiſcopus accepit, aperit, parum legit, complicat reddit obſervandas Gerboto. Tum Gerbotus raptum nuntium liberari juſſit. Interim Magiſter nuntius invocato teſtimonio Clericorum & promotorum atque promovendorum, Præpoſiti & Miniſtrorum, qui Epiſcopo miniſtrabant, Decani & Canonicorum. Quidam libenter audiverunt, quidam non. Aſtutè exit Magiſter de Eccleſia cum nuntio, qui captus erat, in diverſorium tamen poſtea per totam urbem quæſiti ſed per amicos abſconditi, non inventi. Dixit Epiſcopos ſe velle pro eo marcas dare, ſi nuntios haberet, vellet eos cum litteris ad Imperatorem mittere. Sic magno periculo nuntii noſtri, manus ejus evaſerunt.

R. Epiſcopo Bathavino & Epiſcopo Saltzburgenſi mandat tres bellas exequi. Datum Pragæ kal. Jun.

Wiſſegradenſe Capitulum præſentavit. De alieno ludit nebulo corio.

Sacerdotibus plebi populóque Bathavinæ Diœceſis aperit Rudegerium Epiſcopum, H. Præpoſitum, C. Decanum omnes Cano-
(u) nicos præter quatuor (u) excommunicáſſe, abſolvit omnes fidelitate, & niſi infra vigiliam S. Andreæ obediverint Epiſcopatu & præbendis privat. Actum Landshuet in Eccleſia Parochiali teſtibus Clericis & Laicis, pridie Id. Sept. MCCXL.

Capitulum Bathavienſe prid. Idus Septembris citat. Datum Landshuet VII. Id. Julii MCCXL. ut Bathavienſi, ita Friſingenſi, Auguſtenſi, Herbipolenſi, Eiſtetenſi ſcriptum. Præpoſito & Decano Eiſtet, ait F. Epiſcopum conſanguineum ſæpius monitum per ſe, per Præpoſitum, Archidiaconum Eiſter. Hactenus non obediviſſe, excommunicat eum, mandat publicent. Non. Decembris MCCXL.

Nos Albertus miſericordia Divina Archidiaconus &c. Excommunicamus Præpoſitum, Decanum, Archidiaconum, qui dicitur Oblaicus, Canonicos Eiſtætenſes in nomine P. & F. & S. S. . . . quod noſtris, imo Sanctiſſimi Apoſtolici mandatis parere contumaciter contempſerunt, pronuntiamus, nihilominus non valere quicquid per Fr. Epiſcopum Eiſtetenſem tempore ſuſpenſionis & excommunicationis ſuæ circa beneficia Eccleſiaſtica, quam Sacramenta Eccleſiæ & alia quæcunque per ipſum ordinata. Acta Landshuet. XIII. kal. Januarii. MCCXL.

Ulrico Præpoſito Herridenſi. H. Theſaurario Canonicis Eiſtettenſibus mandat excommunicationem publicent. Landshuet IIII. kal. Febr. MCCXLI.

Epiſcopo Eiſtetenſi conſanguineo ſuo, petit concedi caſtrum Papæ ad tempus. . . . . ad Epiſcoporum Germaniæ inobedientium ſuperbiam ad nihilum redigendam, in utilitatem Eccleſiæ ſuæ ut contra æmulos triumphare poſſit. Petit benignè, audiat Legatos. ante feſtum Michaelis. Petit reſponſum.

Præpoſitum, Decanum, totum Capitulum Eiſtettenſe excommunicat 18. kal. Febr. Landshutæ 1241. quia excommunicati celebrent aut adeſſent Epiſcopo excommunicato.

Præcipit collegio veteris capellæ Ratiſponenſis publicare ſuperiora contra Eiſtet. Lantshuet IX. kal. Martii.

Capitulum Eiſtet citat Landshuet Idus Auguſti. Datum Landshuet v. Idus Julii MCCXL.

Meingoto de Waldeck Archid. Bath. mandat publicet contra Epiſcopum Bathavienſem proxima feria ſecunda poſt Dominicam quaſi modo geniti. MCCXLI. Et Herbipolenſi Epiſcopo litteras miſſas tranſmittat.

Magiſtro Clerico Notario R. * inclyti Palatini Bavariæ Eccleſiam in Pitopach confert, quam R. Epiſcopus Bathavienſis alii contulerat. Datum Pernſtein XIII. kal. Nov. MCCXLI.

* ſc. *Rapotonis.*

Ut eundem manuteneant ſcribit W. de Chorpheim & R. inclyto Palatino Baw.

Rex Boemiæ voluit ire contra Epiſcopum Moguntinum, Epiſcopus voluit interdicere Boemiam utrumque nebulo impediviſſe ſe ſcribit, blanditur Archiepiſcopo Moguntino, carpit tamen, quod judicium ſuum necdum præſumpſerit adire. Rex enim Boemiæ ire voluit, ſed prohibitus ſub pœna interdicti, Rex Bojemum quæſivit interficere, ſed noctu aufugit.

Chunradus Comes Waſſerburgenſis Hertwicum militem de Laureaco Duciſſæ familiarem petit acquirere amicitiam Ducis Bavariæ.

Dux

(u) *Avent.* h. l. non nominatim dicit. O fraudes!

(x) Dux Auſtriæ uxore repudiatâ (x), quærit aliud matrimonium. Fridericus Bavaro ſcripſit, nuntios miſſos Roma. Fridericus tenuit.

Henricn de Lerchenveld Decano Ratisponenſis majoris Eccleſiæ ſcribit, ut relaxet excommunicationem in Epiſcnpum. MCCXLIIII. VIII. kal. Martii. ſeribir, ſi Epiſcopus Ratisponeoſis omninò ſe ſubjecerit, ſecreta aperire vnlt.

Sifridus ſola miſericordia Divina Ratisponenſis Epiſcopus Magiſtro Alberto Bath. Archidiacono remittit injurias.

Eberhardns Archidiaconus ſimiliter remittit ſcripta, meminit ſe privâſſe eum beneficiis, Epiſcopum Coloniæ liberatum à carcere ſcilicet per fideles Eccleſiæ.

Fridericus D. G. Rom. Imperator Duci Bnjorum aperit mortem Papæ, electum Sinibaldum tit. S. Laurentii in Lucina Presbyterum Cardinalem imperio ſavere ſcribit ſicut ante papatum, fautores imperii perſeverare. Beneventi XXVIII. Junii.

P. Moguntinus Archiepiſcopus Abbatibus Mallerſtorff & Tyrbaupten mandata Wormatia ediderunt in ſe, rogar, ne faciaot poſthac. Nurnberg XV. kal. April.

(y) G. de Monte lnngo (y) Nunrio Papæ per Lombardiam Apoſtolicæ Sedis Legato. Archiepiſcopus Moguntinus cum Comitibus de Iſenburg regnum Alamanniæ, ferro flamma ſubverrit, & ſuos conſulit mitti Legatum fortem animo, robuſtum; Alamanica diſcordia vexatum, ſe pauperem eſſe, ſumptus 500. marcar. non ſufficere, mutuum perit. Oto Dux Bojorum, Rex Bohemiæ adhæſère Eccleſiæ.

Sereniſſimo & DEO amabili Domino Ja. Teuplo D. G. Veneriæ, Dalmatiæ atque Croatiæ inclyto Duci & Domino quartæ partis & dimidii totius Imperii Romani Al. Veoetorum conſtantia apud Deum & homines nota Sacroſanctam Romanam Eccleſiam & fidem Catholicam ſolidat, conſortar, Italiam incolumar, Hiſpanias & Gallias veluti Catholicas ſibi ſociar, & Germaniam robuſtam ad mœnia & agmina conſtantiæ ſuæ
(z) adamantina virtute trahens &c. (z)

Arehiepiſcopo Moguntino aperir, quod Dux Bojorum ſe ut patrem ſuum dilectum jam dudum à larere ſeparâſſe, conſilio reguli Suevorum in caſtro conſanguineorum & nepotum miſeram vitam ducere; prohibuit ei ſua caſtra & oppida .... ſe ſpoliatum omnibus beneficiis Eccleſiaſticis.

Eccleſiæ partes Marchio Eſtenſis, Dux Venetus Albericus Boakinus.

H. de Nympha ſub habitu Templariorum ac Hoſpitalium ... cupit deduci ad Epiſcopum Moguntinum.

Plebanus de Straubing ait eum habere paucos amicos.

Conſanguineo H. de Lerchenveld Decano Eccleſiæ Ratisponenſis conqueritur de populo Rarisponenſi, quod præterito anno abduxerit Ducem ab Eccleſia, quod ſe Albertum Dux ſeparavit à latere, inſuper prohibuit Plebano Stranbingenſi, ne me hoſpitio recipiat.

Ul. Goslariæ Decanus phyſicus ſententias excommunicarionis miſſas à Papa, eum
(a) in Bojaria excommunicavit, quem anre Albertus excommunicaverat, quod noluit Herbipolenſem excommnnicare Epiſcopum. factum cum Gregorius Papa ſex menſes fuit in ſepulchro.

Berhtoldi Comitis de Pogen uxor Kunegunda Diotmarum Abbatem inferioris Altah excommunicat, qnod orârit pro Friderico Imperatore & quod Monachi receperunt ordines ab Epiſcopo Bathavienſi, quod Diethmarum Nepotem ſuum plebanum Ingolſtadr fecit, quod W. notarium Alberti & ejus nepotem W. in porticu lethaliter vulnerari fecerit, niſi auffugiſſet, eum interfeciſſent, quos à proſcriptionibus duabus à Duce liberavir Baw. Actum Chirchdorff V. kal. Aug. MCCXLII.

Rex Boemiæ conlegerat exercitum favore Friderici Imperatoris contra Moguntinum Epiſcopum, Abbas de Porta Apoſtolorum coegit ſe abſolvere. MCCXLIII. XI. kal. Julii. Cœnobio Bunow.

H. Præpoſito Monaſterienſi Dom. Baw. notari.

A. Præpoſitus Elſtetenſis aperit litteras Ducis ſibi transmiſſas Capitulo & Præpoſito Rebdorfenſi de excommunicatione Epiſcopi & Capltuli Ratisponenſis, ſe executos ait circa feſtum omnium Sanctorum; circa feſtum Andreæ Wernhardum Fuchszagel Magiſtro Marquardo de Werdea miſerat.

Renerins de S. Quintino (b) Canonicus (b)
Trecenſis & Cantor S. Stephani Trecenſis Judex à Papa delegatus Præpoſito Eiſtettenſi & Rebdorff mandat excommunicari Epiſcopnm Ratisponenſem, occaſione Reinerii, Orlandi, Bartholi Leonis Theoderici Calquernii, Utnii civium & mercatorum Senenſium. Et Abbas de S. Emeramo, Priſling, Pruel citari jubet trecis in propria perſona ad craſtinum Simonis & Judæ de contumacia & damnis mercatorum, ex cenſuris reſponſuros quod noluêre excomunicare Epiſcopum. MCCXXXVIII. menſe Novembris. Minatur, niſi executi fuerint.

Meminit F. Præpoſito S. Andreæ & Theſaurario Eccleſiæ Friſingenſis, omnes Clericos pene interdictos in Diœceſi Friſingenſi. Ideo publicari mandat. Landshuet XI. kal. Febr. MCCXXXIX.

R. excomunicatorum: Chunradus Epiſcopus, Abbas Tegernſeenſis & Conventus, Rora Conventus & Abbas, Etl Monachi, Altenmünſter, Meroling. Eberhard Scholaſticus, Eber. Chaſt, Otto Saff, Fridericus, Hermannus Canonici Friſingenſes. C. Decanus Eberwinus, Chunradus, Perhtoldus,

(x) *Agnetem Andecenſem* innuit, de qua vid. Aventinum L. VII. C. IIII. §. 4. pag. m. 626.
(y) De hoc Gregorio de Monte longo vid. Avent. L. VII. C. IIII. §. XVII.
(z) Avent. h. l. *ſcribo, quia loquitur de Alemannia.* meminit hujus Epiſtolæ Avent. L. VII. C. IIII. §. XVII. p. m. 639.
(a) erat ſuperius ſcriptum: *Albertum.*
(b) De eo Avent. L. VII. C. IIII. §. XX.

dus, Decanus cuſtos cum omnibus Mosburgenſibus, Chunradus, Hermanous, Siboto S. Andreæ, Udaſchalcus Præpoſitus Viri cum omnibus Canonicis, Schledorff, Piharting, Weim, Dietramscel, Peurbach, Pernried cum ſuis, Iſenenſes Canonici, de Sliers omnes, Eccleſiæ Alberti Poumgarten, Schwenhiltdorf, Maurn, Decanus Adelungshofen, Jorz, Zorngelting, Plebanus Wolfratshuſen.

Laici excommunicati: Chunradus Comes Mosburch, Iſenricus de Waldeck, H. de Vagen, Chunradus Pincerna de Humbel, Chunradus de Armberch Perchtoldus de Chamer & Ulricus filius ejus, Engelwardus, Sifridus Vintus, Heinricus de Eiſenpurne, Libhard Caſto, E de Aiche, Pero Muslo, Pero de Maurn, Eberhard Hertzenhauſen, Pilgrin de Moſen, B. Speisſtraff, Eberhard Miſtel, Weichnandus.

B. Argentino Epiſcopo Albertus ſignificat, Ducem Auſtriæ quatuor milibus equorum Pataviam veniſſe mediante Epiſcopo
(c) Friſiorum (c) à Duce ſuo B. impetráſſe, ut ipſe ſit mediator inter Regem Boemiæ & Ducem Auſtriæ, in Dominica Oculi ob hoc intravit Dux Bawariæ Bojemiam, Regem Boemiæ Pataviam evocaturus, ibi mediantibus Ratisponenſi, Friſingenſi Epiſcopis concordia facta. Petit de inquiſitione Epiſcopi Friſingenſis ſuperſedere & prolixiorem terminum ſtatuere, X. menſium ſcilicet.

B. Epiſcopus Argentinus H. Abbati Schyræ. (G. Papa Epiſcopo Argentino: audio Ch. Epiſcopum Friſingenſem dicere nos nil juris in Alamania habere, præterea homicidio infamatus & vitio ſalſitaris, mandat inquiſitionem. v. kal. Decembris Pontificatûs XIII.) mandat, citet Epiſcopum ad ſe, & inquirere in Epiſcopum. Pridie kal. Martii. MCCXL.

Idem citat Epiſcopum, V. Præpoſitum, F. Decanum, Capitulum, Monaſteria Friſingenſia, Tegernſee, Ror, Erel, Undeinſtorf, Raitenpuech, Nova cella, Eberſperch, Weihenſteven. Datum ut ſupra.

Redditus quos Abbas Lauriſſemenſis dedit Alberto abſenti, diœceſis Wormatienſis ad XV^c. Marcas puri argenti.

Cives Auguſtenſes, Ulmæ, Werdæ, Lopuging, Nordeling, Ouſkirchn, Murnawe alia caſtra & villæ, milites in Italiam miſêre Friderico. Excommunicat, interdicit, Epiſcopo Auguſtenſi mandat publicare. III. Id. April. Ita Epiſcopo Herbipolenſi, quia cives Onolſpach, Dünckelſpuhel, Gemund, Leutersheim, Hal miſêre milites.

Epiſcopo Eiſtet, quia cives Nurnberg, Weiſſenburch, Greding miſêre milites.

Mandat Præpoſito Chamb ut has litteras Epiſcopis ſuperioribus mittat intra xx. dies perſonaliter. III. Idus April.

Gregorius Papa Regi Boemiæ concilium indicat, cujus nuntios poſtulat, præcipit, ne litteris Friderici fidem habeat. Idus Octobris, Pontificatûs IX. Laterani.

Abbatibus Piburg, Münſter ſcribit de cauſa inter Epiſcopum Friſingenſem ac Ducem, præcipit Epiſcopis Ratisponam perſonaliter accedant, excommunicent Epiſcopum Friſingenſem & ſuperius notatos. Abach, Vohburch. Datum Landshuet v. kal. Febr. MCCXXXIX.

Diſcordia inter Epiſcopum Friſiæ ac Ducem Bojorum.

Chunrado Comiti Waſſerburg, Rotæ Monaſterii cujus advocatus, bona occupare mandat ſub pœna excommunicationis, quia Abbas favet Epiſcopo Friſingenſi. Ipſe gubernet Monaſterium. . . . . mandat aliâ theſaurum Eccleſiæ obſervari.

Beneficia ſcripta amiſſura; quæ inter ſuos ſocios dividat Duciſſa Bavariæ.

Judici de Valckenberg has Eccleſias conceſſit colligendas pro Domino Duce, Dorna, Helfendorf, Perloch, Saunloch, Tuntenhuiſen, Aign, Werde, Finſing, Wiſenning, Peulenberch, Encinge, Nansheim, Zorngelting, Puech. Aliæ Eccleſiæ commiſſæ Magiſtro Alberto.

In diſtrictu Valckenberg hæ Eccleſiæ: Prunne, Zorngelting, Ehinning, Olay, Prucke, Ehſing, Holzen, Schoenaw, Nansheim, Enzing, Neuching, Finſing.

Gregorio Papæ ſcribit quod kal. Junii Chunradus Rex Alamanniæ & Archiepiſcopus Moguntinus cum mille militibus veniſſent Egram, laborantes multum ut Principes imperii ſibi poſſint placare pecunia pollicita, quibus Rex Boemiæ, Dux Bavariæ usque Elenpogen occurrerunt quatuor millibus hominum. Advenêre Marchiones Brandeburg, Marchio Myſniæ, Raſpo Landgravius Thuringiæ, poſt multa per mediatores Chunradus in ſuam ſententiam traxit Thuringum, Miſniúmque, quos cum Rex Boemiæ, Dux Bavariæ à propoſito revocare non poſſent, Chunrado & ſuis multum indignati ſolventes treugas diſceſsêre. Magna diſcordia ab hujusmodi colloquio. Dux Auſtriæ illis diebus ad obſidendam Viennam pro militibus laborat, petebat, ut Rex Boemiæ ac Dux Bavariæ ſibi auxilio venirent. Alia parte inſtabat feſtum S. Petri, ad quem tam Rex Boemiæ quam etiam Dux Bawariæ cum Sociis principibus venire debebant ad electionem novi Regis, cupientes utrumque negotium finire, decretum, ut Dux Bawariæ cum quatuor millibus Duci Auſtriæ ſubveniret, Rex Boemiæ cum Societate Principum & pleno mandato Ducum Bawariæ ad electionem faciendam ad indictum terminum properaret. Sperat in feſto B. Petri eligi circa Poloniam in loco Lubus in Regem Romanorum Regem Daciæ juniorem. Petit autem Dominus meus Dux mitti Legatum, conſulit & Albertus; petit Dux ut contra Avunculos ſuos Raſponem Thuringum & fratrem ejus Ch. converſum excommunicatio mittatur.

Bruno Lubicenſis Præpoſitus, diligens executor, ait omnes Principes Papæ partium eſſe, præter fatuos Thuringum & Miſnium.

Petit Dominus meus Dux ſententias excommunicationis per Abbatem de Maller-

ſtorff

(c) Aventino perinde ac *Friſingenſium*, quod ſemel monuiſſe ſufficiat.

ſtorff & ejus conlegas latas auctoritate ve-
(d) ſtra propter Eccleſiam Laurissem (d) contra Archiepiſcopum Moguntinum ejúsque ſocios confirmari.

Apud Baſſavium captus nuntius Alberti. Epiſcopus Friſingenſis ordinaria auctoritate interdixit Ducem Otonem. Lis inter eos contra juſtitiam, Auctor Albertus. Epiſcopi Chiemenſis, Seccovienſis, Abbas Agemunde arbitri dati: petit Dux unum à ſe eligi, alterum à Papa. Scribit igitur Gregorio procuratori ſuo apud Papam ut nullum pro ſe & Duce eligerent Epiſcopum niſi Argentinenſem & Abbatem de Walderbach Ciſtercienſ. Ratisponenſis Diœceſis. Ita fraus ubique.

VIII. kal. Aug. MCCXLI. Bathavienſe Capitulum, Decanus W. de Stennaugen ſpiritum conſilii ſanioris. Mittunt litteras Imperatoris: Fridericus D. G. Rom. Imp. Auguſtus Jeruſalem & Siciliæ Rex Præpoſito, Decano, Capitulo Bathavienſi. Ait ſe audiiſſe Albertum Bojemum quondam confratrem & concanonicum eorum in Archiepiſcopum Salzb. Bathav. Friſing. Epiſcopos inſurexiſſe, mandat, excludant. Ipſum igitur excludunt, monent & rogant, ne ille ſequatur eum & recipiat.

Ex trium dierum itinere, unius diei fe-
(e) cit (e) ex Bobemia, ut ipſe ſcribit. Gre-
(f) gorius Papa regi Bojemiæ (f). Aſcendit de mari beſtia &c. accuſat Fridericum cognomine ſimulâſſe ægritudinem, toxico ſuſtuliſſe Lantgravium... non abſolutum in Syriam tranſiiſſe ait; cavillatur ejus victoriam.

Reinoldum filium Ducis Spoletani contra voluntatem Papæ dedit Vicarium Siciliæ regno ſuo. Crudelitatis accuſat, objicit à tribus ſæpius dixiſſe mundum deceptum; Deum non natum de virgine; nihil credendum quod ratione non poſſit probâri, hæc pro tempore probanda eſſe. Laterani kal. Junii. XIII. anno Pontificatûs.

Gregorio Papæ Albertus proponit conſpirationes Epiſcoporum & Archiepiſcoporum contra Romanam Eccleſiam. Se mittere non poſſe nuntios, omnes vias frœnis canalium Salzburgenſem & Brixinenſem Epiſcopos obſtruxiſſe, poſitis cuſtodiis in arctis locis. Coactus per quamdam vetulam converſam & unum puerum, qui nequaquam ſuſpecti litteras mittere. Ait ſe hoc anno poſt Paſcha, dum in Moravia eſſet excommunicâſſe Epiſcopos Moguntinum, Salzburgenſem, Bathavienſem, Ratisponenſem, Friſingenſem, Ducem Auſtriæ, Principes Miſniæ ac Thuringiæ; Ducem Auſtriæ paratum fuiſſe nuntiat, ſed ab Archiepiſcopo Salisburgenſi & Epiſcopis prohibitum, & abſolutum. Interdictum relaxant, veterem conſpirationem renovant datis obſidibus. Dein Duci meo Bojorum unanimiter ſcripſerunt, ut me dimitteret, ac à Bojaria pelleret. Canonici Râtisponenſes in præſentia Domini mei Ducis Bavariæ & nuntiorum Friderici jactârunt, quod Epiſcopo ſuo contra hoſtes imperii & Eccleſiæ ad triennium velint dare ſexcentos milites de ſuis præbendis ſolidatos, ad honorem Imperii & eorum chariſſimi Domini Friderici. Dicit ſe habito conſilio fidelium Eccleſiæ, pronunciavit eorum præbendas vacare, parochiales etiam fructus conlegi, neceſſitatis cauſa reſervari. Hac re territi vicini, & ſi menſem durâſſet, omnes Epiſcopi Bojorum ad Romanam Eccleſiam rediiſſent, coacti precibus Canonicorum, ſed verſutus Epiſcopus Ratisponenſis miſſis & miniſtris ſuis, & de civibus meliores, tres de Canonicis Dominum Ducem Bajoariæ Ratisponam ad ſuam præſentiam evocat, ac ſuis dolis circumvenit, ſententiam noſtram, veſtra auctoritate datam rettactari procuravit potentia ſeculari, nec his contentus, Canonicos, plebanos, alios Clericos, qui Mandatis Apoſtolicis paruerant, & quasdam ſententias ad mandatum meum fuerant executi, beneficiis Eccleſiaſticis & aliis bonis contra juſtitiam ſpoliavit. Sicut Ipſa ſententia omnes hoſtes Eccleſiæ terruerat, ſic poſt ejus revocatio omnes Eccleſiæ conſternavit amicos, imo terruit & confudit. Dicunt enim Canonici Bavariæ omnésque alii Prælati, ex quo de ſuis beneficiis ſunt ſecuri, poſthac non timebunt tonitrua & fulmina Romanorum, quia non darent pro ipſorum ſuſpenſionis & excommunicationis ſententiis fabam. Cum igitur jam inde lapſus inclyti Regis Bohemi tam priusquam aliorum Principum corda fidelium Eccleſiæ vulneravit, & nunc ea, quæ per Dominum meum Ducem Bawariæ acta ſunt circa præmiſſa alios inficiant à ſecunda parte, ſanctitati veſtræ in illa puritate qua vobis & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ coram Domino Johanne Camerario veſtro perſonaliter tactis Sacroſanctis Evangeliis juravi, conſulo bona fide, ut Dominum meum Ducem Bawariæ ſuper his quod veſtras præſumpſit ſententias infirmare verbo vel facto veſtris litteris pleniſſimè arguatis, & niſi cum maxima ſolemnitate revocet, quod fecit, comminari debetis eidem, quod velitis totum Ducatum ſuum Eccleſiaſtico ſubjicere interdicto, confortetis quoque eum ut fortiores vires induat ad obſequium Eccleſiæ Romanæ quam fecerit usque modo, præcipiatis etiam ei diſtrictè imò diſtrictiſſimè, ut me in omnibus negotiis veſtris manuteneat & defendat pro ſuis viribus atque poſſe, ut me non impediat, ſed potius promoveat & impellat ad negotia Eccleſiæ promovenda, ſecundum mandatum mihi à vobis injunctum. Item conſulo, ut ſcribatis Regi Bohemiæ, ut negotio ſimiliter melius & fortius ſit inten-

(d) Hujus rixæ Ducis cum Moguntino de Eccleſia Laurishemenſi meminit L.VII. Aventinus. Cap. IIII. §. XVIII.

(e) Hæc de Alberti fuga intelligenda, cui timor alas addiderat.

(f) Miſit nuntios Fridericus ad Concilium Lugdunum, nihilominus inauditus condemnatus. *Avent.*

tentus, & ſi placet, Nobili Viro Bohuzlao filio Zlauconis & Nobili Viro Domino Budizlao filio Jaroziai ſimul univerſis Nobilibus, Baronibus Boemiæ & Moraviæ, ut in remiſſionem omnium peccatorum ſuorum Domino Regi Bohemiæ in negotiis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ fideliter adſiſtant, & eum ad obſequium Eccleſiæ fideliter moneant & inducant. Id ipſum, ſi placet, ſcribatis ſorori Regis Boemiæ converſæ. Imò conſulo modis omnibus ut E. Præpoſitum, C. Decanum, Semannum Archidiaconum, Canonicos Ratisponenſes cum aliis quatuor de Canonicis, quorum Epiſcopus regitur conſilio, & Dominus meus Dux Bawariæ eſt circumventus, per veſtras litteras ſuper his ad veſtram præſentiam evocetis, mandantes ut intra duos menſes à receptione mandati in propriis expenſis & non Eccleſiæ coram vobis ſtudeant comparere ſub pœna Pater Sancte, quæ vobis expedire videtur. Similiter conſulo, ut V. de Capitulo Bathavienſi, quinque de Ratisponenſi, tres de Friſingenſi, V. de Auguſtenſi, tres de Eiſtetenſi, V. de Herbipolenſi, V. de Moguntino, V. de Babenbergenſi, IV. de Brixinenſi, quatuor de Conſtantienſi, V. de Argentinenſi, IIII. de Spirenſi, IIII. de Wormatienſi ad veſtram ſimiliter provocetis ſententiam, quod ſententias latas vilipendunt; quod ſi talis rumor in Alemannia inſonuerit, omnes Epiſcopi de Alemannia incipient obedire, ſcribat Canonicis, ſi Epiſcopi mandatis veſtris obedire noluerint, ipſi alium eligant Epiſcopum Conſilio tamen executorum veſtrorum omnes Epiſcopi terrebuntur, parebunt tandem. Ut petitiones per C. converſam, H. puerum miſſas velit exaudire, quod ſine ipſis nihil expediri poteſt. Petit quoniam odioſus ſit omnibus Epiſcopis, Clericis, Laicis ot me ordinaria authentica & auctoritate Judicum ſubdelegatorum quocunque tempore obtentorum in me fulminent, quantocius revocet litteris, & ſuas latas ſententias in Moguntinum, Salzburgenſem, Pathavienſem, Ratisponenſem, Friſingenſem, quas ipſi irrident, litteris ſuis adprobet.

